



741
N° 240

THESAVRI POLONOLATINOGRÆCI

GREGORII CNAPII

E SOCIETATE IESV.

TOMVS TERTIVS.

Mon. S. Crucis Calue Mont. Ord. S. Bened.

Continens

ADAGIA POLONICA

Selecta, & sententias morales ac dicteria faceta, honesta, Latinè & Græcè reddita.

Quibus,

præsertim obscurioribus, addita est lux & interpretatio ex varijs auctoribus, ac multiplex eruditio passim inspersa.

Cum Gratia & Priuilegio S. R. M.

CRACOVIÆ,

Typis Francisci Cæsarij. Anno M. DC. XXXII.

BIBLIOTEKA
TOWARZYSTWA NAUKOWEGO
WARSZAWSKIEGO.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA PAN 2

DAR E. RAUSZERA.

236180

386 c 1970

D. O. M.

&

Scholæ ac Vitæ

Seu

Eruditioni & Virtuti

Polonorum.

D. D.

Isocrates in Paraenesi.

Εὐκλεὲς ἂν ἦν μίαν ἑκάστε μαθήματος ἔχειν σύνταξιν, ὅθεν ὥσπερ ἐκ ταμείε ἅπαντα ἂν προσφέροις, καὶ μηδὲν ἄλλοθεν ἑτέρων ζητεῖν χρείαν ἔχοις.

Optabile esset cuiusque disciplinæ habere volumen, è quo omnia tanquam è penu depromerentur, nec aliunde rogare, quibus quis indigeat.

Idem, ibidem.


Δεῖ τὰ πάντα τῶν σοφιστῶν, εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγινώσκειν.

Oportet omnia eruditorũ (scripta) si quid vtile habeãt, perlegere.

Idem ad Nicoclem.

Πρὸς τὸν ἐκλέξαντα τὰς γνώμας τῶν συγγραμμάτων, μόνοι ἂν ἀνόητοι ἀνδρῶν διατεθεῖεν.

Collectori sententiarum è libris, soli stulti malè affecti sunt.



Auctor Lectori Salutem.

AD COMPLEMENTVM OPERIS MEI, quod Thesaurum Latinæ & Græcæ linguæ Polonis harum linguarum studiosis vtendum inscripsi, pertinere arbitratus sum, non solùm voces ac phrases pleraſq; Polonicas, Latinis & Græcis vocibus, itemq; Latinas Polonicis interpretari; sed etiam modos loquendi obscuriores (qui Paræmiæ, Adagia, Prouerbia vocantur) Polonicos, Latinis & Græcis opponere & adaptare. siquidem ea res sæpiùs in vsum venit, & multùm ab interpretatione propria simplicium & coniunctarum vocum (quam potissimùm primis duobus tomis Thesauri spectaui,) distat. nam non proprietatem & vsum communem earum, sed sensum reconditum cum aliqua similitudine respicit; vt quo sensu, affectu, fine, occasione, aliquid in vna lingua prolatum est; hoc alterius linguæ sententiâ vel potius sensu simili, licet verbis multùm aliquando diuersis constante, reddatur.

Operis susceptì ratio.

Est verò Paræmia, (vt alias Græcorum & Latinorum definitiones obuias omittam) dictum celebre & peruulgatum, insigni aliqua argutia vel lepore placens, & sæpè vtile aliquid ad vitam rectè agendam, obscurè & latenter insinuans. licet quandoq; id clarè & apertè faciat.

Adagij definitio.

Rationem formandorum & variandorum adagiorum, quam aliqui Paræmiographi suis adagijs præfigunt, ego hîc neglexi, eò quòd adagium debeat esse vetus & vulgare, non nouum & reconditum; qualia sunt pleraq; omnia, quæ passim à Græcis & Latinis scriptoribus afferuntur. Neq; verò hîc artem hanc profiteri statui, sed vsum & interpretationem tantùm adagiorum ab alijs inuentorum monstrare.

Adagia an & quo modo formanda.

Procuderunt quidem aliqui recentiores è sui ingenij officina quædam noua. ego id mihi non permisi, nisi quando nihil apud Latinos reperi, quod Polonico adagio opponerem. tunc enim (sed id rarò) Latinè illud & Græcè vt potui reddidi, exemplo aliorum non paucorum, qui suæ lin-

guæ, verbi causâ, Italicæ, Gallicæ, Germanicæ natiua adagia, Latinis phrasibus seu sententijs à nullo veterum Latinorum vsurpatis, reddiderunt.

Cæterùm cùm in legendis Græcis & Latinis auctoribus docto viro occurrit tale quidpiam, quod in adagiorum censum referri dignum sit; id verò referre licitum & laudabile duco, & ipse non pauca talia attuli. Nec enim omnia iam à Paræmiographis excerpta sunt & in ordinem redacta; sed multa etiamnum alijs excerpenda relicta latent. quod promptum est cuiuis, vel mediocriter erudito experiri. Neq; porrò hîc exspectare oportet, dum, Aiunt, vel, vt aiunt, appositum dicto alicui inter legendum occurrat. Nam etsi sæpè Prouerbijs præmittunt Græci: Φασὶ, ὡς φασι, τὸ λεγόμενον, ὥσπερ λέγουσι, ὡς λέγεται, κατὰ τὴν παροιμίαν, καλῶς εἴρηται & his similia: Latini verò, Aiunt, Vt aiunt, Vt dicitur, Iuxta prouerbium, Rectè vel verè hoc dicunt aut dicitur, & huiusmodi: non semper tamen hoc fit. quocirca ego præmonitionem hanc in afferendis dictis Græcorum & Latinorum, breuitati studens, prætermisi. sufficerit hîc monuisse, arbitrarium id esse, & aliquando tamen, vt vsus monebit, non omittendum.

Ponuntur autem vulgò in numero adagiorum dicta etiam simplicia, nullum adagium vel sententiam aut tralationem olentia apud eos à quibus sumpta sunt. qualia sunt: Et nati natorum. Feruet opus. Apparent rari nantes. Cætera redde coquo. Ponuntur item phrases simplices, breues, nihil νοθευτικὸν continentes, sed ob solam energiam, emphasin, ex aliquo Tropo etiam in vno vocabulo tralato apparentem, aliquando ne hoc quidem videbis. Talia sunt illa. Ad satietatem. Ad vnguem. Ad perpendiculum. Hoc age. Vno ore. Non sine dijs. In solum. De plebe. Actum est. Tribus verbis. Frugi homo. Nulla spes. Viua vox. Res iudicabit. O factum male! Concinere. Exasciare. Ex animo. Diuinitùs. Nullus. Iacet. Floret. Bellus, Roscius. Numero. Lapitha. Ferreus. Flos. Sol. Lux. Oculus. Fungus. Hulcus. Cardo. Secundo vento. & talia sexcenta. quæ ego non magni æstimo. & plurima horum in Primo Tomo posui.

Vsus

Vſus adagiorum latiſſimè patet. ſiquidem nullum propè genus orationis cuiuſuis ſcientiæ & artis eſt, in quo locum habere non poſſint. Et quàmuis faciliùs & ſæpiùs in priuatum & familiarem ſcribentium & loquentium ſermonem adagia incurrant; tamen & in publicis orationibus ſacris & profanis, non rarò vſurpantur. quòd & orationem ceu floſculi quidam vel emblemata exornent; & dicenti ab ingenio, eruditione, ac lepore commendationem laudemq; concilient; & audienti, cùm placent, faciliùs quiduis, quàm longior ſimplex & vulgaris ſermo perſuadeant. Vt enim in operibus naturæ, minima quædam vt formicas, apes, araneos, ob indolem & induſtiram, magnâ cum oblectatione omnes miramur, cum Salomone, Virgilio, Plinio, Baſilio, & alijs: ita in dictis breuibus & argutis, qualia cum primis ſunt Symbola Pythagoræ, emblemata, apologi, apophthegmata, dicta ſcitè plurima; ingenium eius qui excogitauit, aptitudinem ad materiam propoſitam, & doctrinam morum, atq; vtilitatem aliquam ad vitam regendam ſentimus & percipimꝰ. Mitto illud, ſanè non poſtremum, quòd adagia intellecta, ad multos auctores, ex quibus vel deprompta ſunt, vel ad quos alludunt, intelligendos plurimùm conferant. quod facilè vel inter legendos noſtros hos ſatis breues commentarios obſeruare & experiri poteris. *Adagiorum vſus & commendatio.*

Illud tamen hîc, quod omnes faciunt, monere te non omittam: Adagijs parcè & tempore ac loco vtendum eſſe; nec tanquam cibis, ſed tanquam ſale, ſaccaro vel alijs condimentis, vt Cicero de iocorum & Ariſtoteles de epithetorum vſu præcepit. ne crebra & coacta ſint, præſertim in oratione ſeriâ & publicâ. in familiari colloquio vel epiſtola, liberiùs ijs vti licet, habita ratione perſonæ cui ſcribis vel loqueris, & putidæ affectationis oſtentationis declinatâ. Nollem enim te imitari Hermannum Schottenium Heſſum, qui centuriam epiſtolarum prouerbialium. i. ex prouerbijs meris conflatarum conſcripſit. id enim putidum eſt & oſtentationem olet, aut certè vacuum cerebro caput arguit. Hoc tamen neutrum de illo, quiſquis erat, affirmo; qui opinor fecit, vt adoleſcentes rudes & oratione vulgari, ſimplici, & *Adagijs quo modo vtendum.*

abiecta vtentes, aliquid eruditionis & vrbanitatis ei inſpergere, illo ſuo exemplo vel exemplari doceret; nam pleraq; ſubin de explicat, & vſum aliquem indicat. Sic penitùs planta in alteram partem multùm inclinata, in medio recta non conſiſtit, niſi violenter ad partem oppoſitam attrahatur. Atq; hæc de Adagijs in communi dicta ſufficiant: iam ad noſtri Operis & laboris rationem reddendam accedamus.

Cur poſt tot ſcriptores adagiorũ Latinorum & Græcorum auctor ſcripſit.

Vbi inprimis illud mihi quempiam muſſitantem & aurem vellentem ſentire videor. Cùm tot iam exſtent adagiorum libri, quid magni præſtas, idem ſcribens? immò quid tuo iſto tanto labore opus fuit? Huic ego ita reſpondeo. Me adagia Polonica conſcripſiſſe & Latinè ac Græcè reddidiſſe, quod ante hucuſq; nemo præſtitit. Siquidem pleriq;ue omnes melioris notæ ſcriptores, vel Græca tantùm, vel Latina tantùm, aut vtraq; coniunctim conſcripſerunt. quidam proletarij vel tenuioris cenſus, natiuæ linguæ, vt Italicæ, Gallicæ, Germanicæ adagia collegerunt, & Latinè tantùm quomodocunq; & ſuis prope phraſibus ac ſententijs reddiderunt.

Polõica adagia auctor cur ſcripſit, & quomodo.

Polonica verò qui accuratè conſcripſerit, vidi neminem, præterquam vnum qui me hoc opus iam aggreſſo & in eo ſatis progreſſo, aliqua edidit, ſed ea, linguâ ferè ſolâ natiuâ, (aliquâ Latinè interpretatus eſt, ſed plerunq; inſulsè,) eaq; talia ſunt, quæ purgari oporteret priùs, quàm honeſtis auribus vel oculis exhibeantur. ex quibus tamen (fateor, ne plagiarius vel ingratus videar) aliquot decerpta operi meo inſerui, vel certè occaſionem formandi cultiora arripui. In quo conſcribendo inprimis delectum dicteriorum Polonicorum adhibui, vt ex plurimis quæ partim ipſemet noueram, partim ab alijs acceperam, ea tantùm ponerem, quæ honeſtis auribus digna videbantur. addidi his ſententias aliquas moribus & vitæ formandis vtiles. quas, vt gratiores auribus eſſent & memoriæ faciliùs inhærerent, rhythmo (vbi id breuiter & arte fieri potuit) conformaui & exornaui. Nam vt *Seneca epiſt. 108. ait. Eadem negligentiùs audiuntur, minuq; percutiunt, quamdiu ſolutâ oratione dicuntur: vbi acceſſêre numeri, & egregium ſenſum adſtrinxêre certi pedes; eadem illa ſententia, velut lacerto excuſſa torquetur.* Et *Epiſt: 94. Quæ*

præcipi-

præcipiuntur, multùm habent ponderis, si aut carmini intexta sunt, aut prosa oratione in sententiam coarctata. Inspersi & phrases aliquas longiores, acumen vel leporem, vel allusionem ad aliquid, vel neruosum quidpiam absque adagio continentes, vt. **Samćs táki. Tkni go iédno. Toć powiádam. Wezmeli ia kły. Odmowić ći nie moge. Vmieß ieść. Nié piiánemći / ić.**

Sed & illud noueris, non pauca dicta Polonica simplicia esse, quæ apud Latinos vel Græcos adagia sunt. vt, **Aż do końcá. Béspiéczno. Béz braku. Béz przygány. Skleńcá wielka. Cicho ná rynku. Chetpliwy. Czuyny. Przékresić. Drogość wielka.** (quanquàm & talia paræmijs Polonicis exornari possunt, vt in vltimo videre est.) & è contrà, adagijs Polonicis quibusdam, non sunt quæ respondeant Græca vel Latina. vt, **Z pulpitem. Pryscyanowi dał po gębie. Z inßey béczki / ić.** Apologos item Polonicos dum occurrerunt, non contempsi. In his omnibus digerendis, ordinem alphabeticum tenui, quò faciliùs & citiùs à nostratibus, quibus scripsi, quæ hi voluerint inueniri possent.

Quia verò sæpe plura dicta ad vnam aliquam materiam concurrunt, vel in eundem sensum coincidunt; sub vno lemmate seu titulo omnia similia posui, ad illum verò cætera suis locis nuda posita remisi. vide **Dobra kóźié brzozá. Káżdemu swoie miło. Káżdy ma swoie wáde / ić.** Titulos verò capitum vel dictorum notiores & communiores constitui (idq; aliquando vno verbo quamuis id nec adagium nec sententiam oleat, vt **Boiáźliwy. Łákomy. Skąpy. Nigdy. Rychło. Oboietny / ić.** sub quibus alia dicta minùs nota & minùs generalia continentur. quod & alios Paræmiographos feciße vidi, & lectori commodius est. Vice versa aliquando vnum dictum Polonicum sub pluribus titulis posui, vel ad varios titulos referri posse ostendi, ob multiplicem vsum quem habere solet, vt, **Báránie nie mać wody. Z złotá śie vkrußy. Kozłá doić. Z słowik tylko po świsty Wit śpiewa. Ná iédney ziemi kąkol i pßenicá rośćié.**

Iterùm quoniam aliqua dicta variè efferuntur. (vt, **Zle náby-ćie / zle odbyćie.** & **Co śie złé nábędźié / rychło śie pozbędźié**

Item, Nié wßyſtko iédnemu. & Nié iédnemu wßyſtko. Itemq; Co muße. & Lepiey po wolu / ré.) verumq; poſui, ſed alterum tantùm Latinè & Græcè reddidi, alterum ad illud reieci.

Adagia Latina & Græca quomodo hîc poſita.

Iam in interpretatione dictorum Polonicorum, plerunq; primo loco Latina (vbi ea commodè habere potui) deinde Græca poſui. Latina autem voco, quæ ex vetere aliquo ſcriptore deprompta ſunt, non verò quæ aliqui recentiores finxerunt, aut ex vulgari ſuâ lingua Latinis verbis expreſſerunt, aut è Græca lingua verterunt. Sed ſubinde hæc omnia permiſceri debebant: ſiquidem & ordinis huius obſeruatio, hîc nullam vtilitatem affert, & labor immenſus in his ſecernendis & ordinandis ſubeundus fuiſſet. vt in Bogazliwy. Lakomy. Nieſtatek. Skapy. ré.

Vbi illud tibi ingenuè fateor, me in adferendis adagijs, ſententijs, & Phraſibus Græcis & Latinis, aliquando paululùm quid in dictis ſcriptoris Græci vel Latini commutaſſe vel mutilaſſe, vt breuiùs & apriùs ad dictum Polonicum Latina vel Græca accommodarem, & ſuperfluis chartas non occuparem. aliquoties item ex adagio Græco vel Latino affirmante feci negans, & vice verſa ex negante affirmans, cùm id vim dicti non mutet, & feciſſe vidi alios. alioquin anguſtus admodùm adagiorum vſus eſſet, ſi non liceret aliquod verbum, ſyllabam, genus, numerum, tempus, &c. ſenſu eodem manente, commutare aut non neceſſaria omittere. In Pòétarum item præſertim obſcuriorum vt Ariſtophanis, Pindari, Plauti & ſimilium verſibus citandis, metrorum & verborum ſeriem identidem neglexi. quòd & metra incertis numeris ſæpe conſtent, & nullo iam in vſu ſint, parumq; à recentioribus agnoſcantur. aliqua deniq; verba noſtro propoſito minimè neceſſaria, breuitas omittere ſuaſit. Præterea verſus prouerbiales Græcorum aliquando ſine auctoris nomine poſui, quòd ita à multis Græcis & Latinis ſub nomine Senarij prouerbialis ponantur, & quòd non raró vnus Senarius duobus vel pluribus ſcriptoribus tribuatur, vel incertum vnde ſumptus apud plures paræmiographos vel morales ſcriptores Athenæum, Diogenianũ, Heſychium, Suidam, Plutarchum, Strobæum, Laértium, & apud alios quos recenſet Maximilianus Sandæus, reperiatur.

Tales

Tales porrò versiculos Græcos plerunq; etiam Latinis Senarijs meis, vel alienis si placebant, reddidi. aliquando tamen sententiæ perspicuitati, potiùs quàm metri numeris seruire malui, & solutis verbis explicui. præsertim vbi versiculus Latinus durior vel Græcum non exprimens ab alijs positus occurrit, & mihi properanti non semper libuit his minutijs immorari. Quia verò tales Senarios Græcos antiquorum, non semper ad Polonica dicta accomodatos habere potui; ideò meos subinde adieci, eisq; literam A auctoris notam apposui; eo animo, ne ex antiquorum Poëtarum anonymis versiculis lector illos haberet. quanquam an etiam antiquis cedant, eruditis iudicandum relinquo: eosdem verò Latinè quoq; verti.

E sacris libris prouerbia parcè & rarò decerpsi & hìc sparsi, non quòd pauca sint & profanis vulgaribusq; inferiora; sed quòd Opus hoc, vt & primum, ex profanis potissimùm scriptoribus, exemplo aliorum conficere statuerim. addo quòd hæc, vtpotè quæ ab ethnicis naturali lumine prodita sunt, plùs verecundiæ homini Christiano afferre, eumq; plùs quàm illa priora permouere possint & verò debeant. Vbi tamen profana defuerunt, aut ijs sacra aptiora erant, aut cum vulgari dicto penitùs congruebant, & quasi vltrò se ingerebant; ea adsciui. siquidem non pauca eadem prorsus apud ethnicos Græcos & Latinos reperiuntur. *Adagia Sacra.*

Insuper, non contempsi penitùs si quid ex triuialibus dictis vel ex vulgaribus rhytmicis versiculis mihi arrisit. dabunt veniam eruditi, dum purpuræ leuidensem pannum aliquoties assutum conspicient. Nam opus hoc omnibus scriptum est, ex quibus plures talibus capiuntur. addo quòd libri eiusmodi, hilaritati etiam honestæ seruire possint & soleant. Quare aliqui docti scriptis suis serijs eos insperserunt Garnerus. Caussinus. Iac: Pontan: Thom: Morus. Ens. Guilielm. Seberus. Sanctus Bernard. &c.

Illud porrò in dictis tam Polonicis quàm Latinis & Græcis prolatis seruaui; vt si quid obscurum videretur; breuiter illustrarem, & aliquando sententiâ aliquâ vel apologo aut apophthegmate, formula, exemplo, symbolo, epigrammate histo-

Adagiis additæ sūt sententiæ, apologi, apophthegmata, exemplæ.

te, historiã exornarem. Sed & vsum dicti, non rarò, vbi non apparebat, indicaui. & auctoris nomen vbi potui (nam aliqua anonyma sunt) addidi. Si quod etiam dictum tritum & vsitatum sed minùs verum aut minùs probum aduerti, non omisi illud castigare, vel refellere, vel rectum eius vsum indicare. vt **Bogátemu nié trzébá rozumu. Lépiey śie nié rodźić. Nierzadem Polską stoi. Piéniędzy pilniey niż cnoty. Dobrzé czyń á wiedz komu / &c.**

Adagia Latina aliqua in primo tomo posita, & hic omissa.

Sed & illud velim non ignores, me non pauca adagia Polonica & Latina in primo tomo iam antea posuisse, duabus de causis. altera est, quòd tantùm mihi otij & valetudinis, immo etiam vitæ (cùm illud opus propè sexagenarius & valetudine affecta ederem) non pollicebar, vt adagia conscribere possem: altera, quia idem dictum vel adagium sæpe duplicem sensum habet, & proprium qui in primo tomo explicari debuit, & tralatum seu parœmia cum, qui huius loci est. vt illud dictum: Extra vel intra teli iactum. interpretor, **Ná strzelenie.** & **Béspiéczno / Niébéspieczno.** Sic illud, Dibapho strumam tegere. **Szárlatem wole (gardźiel) zásłonić.** & **Godnośćia (vrzędem) niégodnego ozdobić.** Item illud, Nitedula ex vepribus. **Złotnik robaczék z ćiernia.** & **Szláchćic nowy. ábo ßlachéctwo kupione.** &c. Quare nil obstat, quin opus est, aliqua vtrobique poni, quod & mihi vsu venit. subinde tamen vtramq; interpretationem & vsum in primo tomo positum recolens, ad eum lectorem hinc remisi. siquidem mihi operosum & fastidiosum visum est omnia secernere & huc transferre. Secundis meis vel alienis curis id reseruo. quanquam ex ijs etiam plurima sunt, quæ adagij nomen vix merentur, vt supra dixi, cùm phrases tantùm vel verba singula sint tropo aliquo ornata. Et sanè multæ locutiones sunt apud Latinos ex verbo aliquo vno vel pluribus tralatis constantes, quorum verborum tantùm ille tralatus vsus est, in proprio verò vix vnquam vsurpata reperiuntur. vt ærumnulæ, annulus, carmen, retiarius, asinius, serrarius, manipularis, sugillo, bilinguis. pluribus exemplis' id ostenderem, nisi satis obuia essent.

Ad extremum, non temerè sub plerisque capitibus alia

capita

capita ſimilia, vel affinia illis nominaui. hoc enim viſum eſt mihi vtile & ad breuius opus ſine fraude lectoris reddendum, & ad copiam maiorem adagiorum acquirendam: dum quod ſub vno capite vel titulo lector, quod ſuo genio vel ſcriptioni ac vſui arrideat, non inuenit, in altero vel tertio vel quarto quærat.

Affinitas & ſimilitudo inter adagia vtiliter ſæpiùs adnotata.

Neque verò dum hæc ſcriberem, verebar (licet id mihi aliquando cogitanti occurrit, quin & aures afflauit) ne quis copiam & cógeriem adagiorum Latinorum, ad aliqua dicta Polonica à me allatam reprehenderet vel faſtidiret, triuiale & ſemilatinum illud occinens: *Gaudent breuitate moderni.* Tales enim ego nihil moror, qui ſcripſi non faſtidioſis, ſed ſtudioſis, quibus nihil longum eſt quod ad rem eſt, (vide dictum. Kśięgá wielká.) qui opinor etiam plura deſiderabunt. vtris verò me obſequi conuenientius erat? Ego certè copiam hanc non affectaui, ſed quod mihi vel memoria ſuggeſſit, vel libri inter legendum, aptum huic rei obtulerunt, accepi. Sanè hominem quemuis nauum, ſemel aggreſſum negotium aliquod, oculis & iudicijs omnium exponendum, & cui purgatam crebrò illud perſonat aurem, τὸν πρόσοπον. pigetac pudet operam ſubtrahere; & opus, quodcunque illud ſit, quantùm licet non excolere. præſertim verò hoc locum hîc habet, vbi tam multa ſe vltrò homini, etiam mediocriter in ijs verſato offerunt, vt plùs laboris inſumere oporteret, expendendo quæníam accipienda & quæ relinquenda eſſent. Et certè in hoc ſcriptionis genere, nullus certus numerus vel dictorum, vel verſuum, aut interpretandi commentationum ab vllo præſcriptus eſt, (cùm longiſſimas etiam digreſſiones ab hac materiâ alienas quidam hîc faciant) nam tota res arbitraria eſt, quod item patet inſpicienti aliorum Paroemiographorum libros, in quibus ſub vno titulo exempli causâ Abſurdi, Intemperantiæ, Inconſtantiæ, &c. centum quin ducenta ampliùs dicta Græca & Latina poſita ſunt.

Multitudinẽ adagiorum non faſtidiendam eſſe.

Varij ſunt vſus adagiorum, varij guſtus legentium. Copia porrò delectui faciendo commodiſſima eſt.

Qui autem in his legendis vitare volet faſtidium, en remedium

dium illi facillimum: pauca legat vel ſeligat. & breue ex longo efficiet. vt Martialis decimus liber, breuitatem deſiderantibus loquitur de ſe: *Si nimius videor ſerâq; coronide longus*
Eſſe liber: legito pauca, libellus ero.
quod ſanè hîc facere promptius eſt, vbi ceſſare aliquot ſententijs, quin aliquot verbis perlectis, licet. accedit mira & perpetua varietas, quæ faſtidium plurimùm leuet, aut etiam penitùs excludat. non ſecùs atque in varijs Philologorum libris legendis accidere ſolet, (quales ſunt Variarum lectionum, Antiquarum lectionum, Miſcellaneorum. Syluæ. Cornu copiæ &c.) vbi in ſingulis libris, immò in ſingulis paginis vel capitibus atque etiam in eodem capite diuerſarum materiarum congeries, ſine ordine habetur, legentem recreans & aliquid docens. Nam & ego in iſto opere texendo iſta ſpectaui. Inprimis vt adoleſcentibus librorum penuria laborantibus, vel parùm ijs voluendis deditis, exornandæ ſcriptionis & orationis ſubſidium aliquod ſuggererem. deinde vt eruditionis aliquem guſtum præberem, atque ad eam quærendam & comparandam excitarem. tum vt ad vitam & mores ex virtutis & rationis præſcripto formandos, documenta minimè ſuſpecta, vt pote ethnicorum plerumque, quaſi aliud agendo ſuauiter & lepidis ac ingenioſis dictis permiſta, inſtillarem; ſiquidem ridendo verum faciliùs dicitur & accipitur. denique vt otioſis & curioſis, quinam tempus iucundè, honeſtè tamen & vtiliter, tranſmitterent, viam commonſtrarem.

Scopus in Opere hoc auctori propoſitus.

Sed neque illud poſtremum cenſendum eſt, licet poſtremò dicatur, multarum & variarum ſcriptionum ac exercitationum materiam hinc facile à magiſtris depromi & diſcipulis tradi poſſe. ſiquidem hic non argumentum modò earum, ſed etiam ſupellectilem, qua dilatent & exornent, habent copioſam; ex altera verò parte rerum ſemper nouarum & variarum ad dicendũ vel ſcribendum inuentio laborioſa eſt.

Iam verò cùm in hoc opere aliqua dicta Polonica breuiter ſatis, nempe ſemel aut iterum Latinè aut Græcè reddita videbis, hoc ipſum tibi argumento ſit, me nimium eſſe noluiſſe. poteram enim vel ex meo, vt aliquoties deficiente alieno

alieno feci, vel voluendis libris plura inuenire quæ adijcerem. nisi περιεργίαν vitassem.

Satisfeci opinor copiam fastidientibus. sed sunt alij & quidem multò plures, qui Græca adagia & sententias huic operi paulò frequentiùs inspersas indignabuntur: vetus illud sed ineptum. *Græcum est.* ingeminantes. Hos ego amusos & Bœotos crasso in aëre natos contemnere, & nec responso dignari potui, & fortè debui. nihilo minùs quia hæc stultitia vulgaris est, & bonis literis atq; studiosis iuuenibus valdè noxia; qui, absq; illa esset, doctiores euadere possent; ideircò respondeo: Inprimis Opus hoc sine Græca lingua cõscribi non potuisse nec debuisse, eò quòd plurima adagia & sententias moribus vtiles Græci scriptores habeant, quibus Latini carẽt, quibus omissis adagiorũ liber exilis & ieiunus esset. Dices: Latinè reddi potuerũt & poni Græcis omissis. At quam rogo auctoritatem & pondus, sine auctorum nomine & verbis haberent? quodsi Latinè redditis auctores Græcos apposuissem; id præterquam quod puerile & ineptum, etiam vel laborem defugientis vel Græcæ linguæ ignari esset. Expende quàm aptè post dictum Latinum subijcerem. Hoc est Homeri, istud Aristotelis, qui Latinè nescierunt. Item Græcum est dictum. vel Aiunt Græci. & Latinum dictum subijcitur! Hoc boni scriptores non faciunt, nisi cùm longam sententiam vertere debebant, parcentes labori vel tempori, Latinè dicunt, idque cum præmunitione sæpe. v.g. Sic Lucianus Latinè redditus. Hoc ex Athenæo Græco. Sic Græci, Galli, Itali in sua lingua dicunt. Id Plutarchus habet, narrat. Plato auctor est. Apud Lucianum quidam ait, narrat. &c. Immò Latini etiam veteres Plautus, Lucilius, Varro, Cic. Iuuenal. Martialis, & posteriores, Seneca, Suetonius, Apuleius, Macrobius, Gellius, Ausonius, Budæus & sexcenti recentiores, adagia Græcorum vsurpantes Græcis verbis ea protulerunt. Plautus certè in Sticho ait: Cantio Græca est: ἢ πάντε πίνε &c. Nam præter ea quæ iam protuli absurda, periret insuper in adagijs Græcis Latinè prolatis gratia, quæ sæpè in aliquo verbo latet, & Latinè ita reddi non potest. periret item fructus, quem Græcæ linguæ studiosi,

Græca adagia meritò hîc posita.

qui sanè semper aliqui sunt, & non omnes desidiosi, non paruum hinc ad profectū capere possunt. Hoc istis sufficeret.

Sed addo aliud, quod vtinam aliquando intelligere velint! nempe: Eruditionem solidam sine Græcæ linguæ notitia, saltem mediocri, nullam esse posse. id quod ex tot scriptoribus Latinis, etiam nostri sæculi & orbis Europæi satis constat. Inspiciant cuiuscunque generis scriptores, Philosophos, Rhetores, Philologos, Criticos, Commentatores, Interpretes, Epistolicos & huiusmodi alios: profecto rara est pagina quæ non aliquot voces vel sententias Græcas exhibeat. eò quòd Latini non solum artes & scientias propè omnes, sed & vocabula ac sententias à Græcis acceperint. quare vix euitare possunt, quin in Græca aliqua etiam nolentes incurrant. Fidem tibi faciam. sed inspice quæso vel leuiter & obiter secundum Tomum nostrum Latinopolonicum & aduertes tertiam fermè partem esse vocum Græcarum, quarum multæ Latinæ, ab ignaris Græcæ linguæ, vulgò putantur. agnosces eas facile ex apposita hac nota Gr. Quare, vt alia omittam, origo ac vis vocum multarum, quibus Latini vtuntur, & rectè scribendarum ac pronuntiandarum ratio, à cognitione linguæ Græcæ dependet. Dixi hac de re aliquid in Præfatione Primi Tomi, & in Indice Secundi sub Capite Polonicæ voces. leges si voles in hanc sententiam plura apud Henricum Stephan. initio primi Tomi Thesauri Græcolatini. Sed & Poloni ipsi qui non rusticani & amusi videri volunt, tot Latinas voces & sententias Orationi Polonicæ inserunt, vt sæpe dimidiam partem occupent. quod quando & quatenus laudabile sit, dixi in primo tomo sub titulo Mowá mießána. Quod cùm ita sit, cur Latinè loquentem aut scribentē fastidiunt, si Græca aliqua misceat?

Græca linguæ cognitio ad Eruditionem necessaria.

Neque porrò verum est, quod illud dictum, *Græcum est*, sonat, Polonis Græcam linguam ignotam & tanquam inutilem neglectam semper fuisse. refellunt id tot libri insignium virorum Orechouij, Vuieci, Cochanouij, Conecpolscij, Grepsij, Gorscij, Herbesti, Acerni, Simonidæ, Vrsini, Erasmi Sixti, & aliorum plurimorum. vidi sanè aliqua S. Basilij opuscula à Stanislao Ilouio Canonico Plocensi Latinè reddita.

Poloni in Græcis literis versati.

22. Quocirca dictum illud: *Græcum eſt non legitur*, quo olim huius linguæ ignari ſuam inſcitiam tuebantur, iam in probrum & ludibrium abijt. ſiquidem literati paulò eruditiores hoc vſurpant, dum irridere aut perſtringere alicuius ignorantiam volunt. Hos proinde μισέλληνας etiamſi quàm plurimi eſſent floccifacio, & dico quod ille artifex apud Senecam rogatus; cur tantoperè opus ſuum elaboraret, quod pauci probaturi, aut etiam cognituri & inſpecturi eſſent. reſpondit: *Sufficiunt mihi pauci, ſufficit vnus, ſufficit nullus*. nempe ſibi & arti cenſuit laborandum, vt ille alter: *Mihi & Muſis cane*, diſcipulo dicebat.

Adextremum illud præmonere non ſuperuacaneum putaui, ne quis miretur cùm in dicta vel ſententias non rarò incidet, quæ ſibi in ſpeciem contrariæ videantur, & nihilo minùs pro veris vſurpentur, cùm veritas niſi vna ſit, & oppoſitorum vtrumque verum eſſe non poſſit. Tales enim ſententiæ & dicta, oppoſita non ſunt, licet videantur. nam illorum modò hoc, modò illud verum eſſe contingit. Argumento eſt, quòd tales ſententiæ & dicta, ſeu Polonica ſeu Latina ſint, careant ſignis Vniuerſalibus vt Dialectici appellant. Omnis; Nullus. Semper: Nunquam. quare non intelligenda ſunt vniuersè, ſed in parte, ſubaudito Quidam Quandoque Sæpe Multi Facile Rarò &c. vt, Smierć co lépſze bierzé / & Smierć nié przébiera. Item. Milczeć lépiey / & Milczeć pod czás ßkodá. Sic Złego początku dobry koniéc. Złego początku zły koniéc. Item. Oycá dobrego dobry ſyn. & Oycá dobrego zły ſyn. Młodem báruy / & Młodemu folgowáć. *Adagia non pauca ſunt ſibi inuicem oppoſita.*

Quædam item ſunt prolata ex iudicio rectè ſapientium; quædam ex ſtultâ vulgi opinione. vt Dobrze czyń każdemu. & Dobrzé czyń á wiedz komu. Sic máło do máłá. & Máło táko nic. Item Mow luckich nie waż ſobié. Poſpolſtwá rozſądkiem gárdzić. Et Mowá poſpolita. Item Lépiéy co mieć / niż wiéle vmieć. Et. Lépiey co vmieć / niż wiéle mieć.

Præterea quædam indicant quid debeat fieri rectè; quædam verò quid paſſim fiat licet perperam. vt Ogladay śie ná przyßłe czaſy. Et O iutro nie dbam. Sic. Cnotá ma przodo-

kowáć. & Pieniędzy pilniey niż cnoty. Sic Vbogich iest náuká. & Vbogi rzadko rzony.

Deniq; quædam sunt paradoxa & ironica; quædam plana & seria: quædam in vtramque partem probabilia, quædam morologa. vt Gdźie dobrzé / tám oyczyzná. & Oyczyzná namilßa. Sic. Nacieżey poczać. & Łacno poczać. Item Spáć po obiędźie. Potraw rozmaitość niezdrowa. Glupiem być nalépiey.

Insuper vnum dictum verum est seu quadrat tali personæ, talibus moribus, tali affectu, occasione; quod non quadrabit, sed oppositum potiùs seruiet personæ contrario vel diuerso affectu aut moribus præditæ. vt illa Auari dicta ex Seneca allata sub Łákomy. item Iuuenalis, Horatij, &c. ibidem. Opposita autem Periplectomenis Plautini sub Gościnny człowiek. & alterius sub Szczodremu bogactw nie żal.

Adextremum vnum dictum verum erit ob rationem vnam: alterum et oppositum ob rationem aliam diuersam. vt Lépiey nic niemieć. Lépiey co mieć. Vrzędnik często odmieniáć dóbrzé. & è contrà. Item Odmiana słodźi / & Natog vtácnia. Talia sunt illa apud Aristotelem 1. Rhetor: c. 7. & alibi Latinè hîc reddita: Commune seu vulgare præstantius est raro, nempe ob necessitatem & vsum perpetuum. vt aqua vel ferrum auro præstat. Contra Rarum præstantius communi & vulgari. ob pretium & æstimationem hominum, quæ prouenit potissimùm ex raritate. sic aurum ferro præstantius, quia rarius. nam præstantiam naturæ maiorem in auro quàm in ferro, vulgus non nouit nec cogitat.

Item Facile Difficili præstat, ob celeriorem effectionem cùm vsus postulat. Et è contra. Difficile facili excellit, ob ingenium, artem, laborem, industriam vnde laus prouenit. Talem item oppositionem dictorum vel sententiarum sæpè videre est apud Comicos & Tragicos. vt apud Plautum in Persa Actu 3. Scena 1. apud Senecam in Octauia actu 2. sc. 2. & alibi sæpe. mitto indicare Græcos non ita cuiuis obuios vel notos. Sed hæc hactenus.

Hinc

Hinc ſanè æſtimare potes Lector optime, quantùm laboris in his colligendis, expendendis, digerendis, & interpretandis ſuſcipiendum mihi fuerit. vt proinde æquum te mihi præbeas, ſi quid in tanta rerũ multitudine & varietate accurationis deſiderabis. Et fateor equidem, me aliorũ Paræmiographorum libros non neglexiſſe; noueris tamẽ me ex multis alijs ſcriptoribus, & ex ipſis fontibus, multò plura quàm ex illis multâ lectione & obſeruatione hauſiſſe. id quod facilè vel paucis lectis obſeruabis. Sed licet nihil plus præſtitiſſem, præterquàm quòd ab alijs iam congeſta Polonicè interpretatus fuiſſem; non exiguum pretiũ operæ meruiſſem. nec enim id non admodum operoſum eſt. experire ſi lubet in aliquot dictis Polonicis Latinè, vel in Latinis Polonicè reddendis. Multùm porrò fallêris, ſi putabis, me adagia ex varijs auctoribus Latinis & Græcis collecta & ad certa capita generalia v. g. Celeritatis Inconſtantiæ Luxus Vltionis & ſimilia redacta, in meum opus eodem modo generalibus capitibus & materijs diſpoſitum tranſtuliſſe, hoc enim minoris negotij, non nullius tamen laudis eſſet: ſed aliter ſe res habet. ſiquidem apud alios ſub vno titulo generali poſita, ego in decem, viginti, & plura capita Polonica ſparſi; ſic, vt quæ ſub vno titulo Polonico apud me iacent, ex multis illorum decerpta ſint, & alia inſuper quibus carent ipſi addita, etenim per dicta ipſa ſingularia opus digeſſi. quod ſi aliquoties locum generalem (vt Bogazliwy. Łákomy. Skąpy / &c.) inſcripſi; lectoris laborem leuare volui, ibidem tamen dicta Polonica ad eandem materiam pertinentia plura ſubdidi, vt ſub Bogazliwy. Zaſtraßyłby go máchárzyna. &c.

Operis hũius operoſitas veniam ἀδλεψίας meretur.

Altera difficultas & differentia meæ & aliorum operæ eſt, quia alij (vt Eraſmus Iunius Cognatus Volfius, &c.) nulla certa capita ad quæ adagia applicarent ſibi ſtatuerunt; ſed vt ſe aliquid legentibus aliquem auctorem, puta Homerum. Euripidem. Terentium, &c. obtulit; ita deſcripſerunt: non applicando ad vſum & ad adagium ſuæ natiuæ linguæ, niſi rarò admodùm: quod certè ſæpe immò propè ſemper ſcri-

ptorem

ptorem remoratur. Esto explicent quandoq; & sensum ac vsum dicti verbis Latinis indicent, quandoq; & similibus adagijs aut sententijs illustrent. Esto etiam, quòd quidam hæc ab illis cursim legendis auctoribus confusè adnotata, in ordinem alphabeticum redegerit, siquidem titulos admodùm generales fecit, sub quibus centum, ducenta, & amplius adagia posuit. mitto quòd easdem paragraphos satis longas, bis & ter ponat, & mendis scateat plurimis, non librariorum tantùm & literarijs, sed & Religionis. Mihi autem dicta inprimis Polonica singula colligenda & in ordinem alphabeti redigenda erant, deinde singula tum ex Paroemiographis tum ex alijs Latinis & Græcis scriptoribus interpretanda. Non pauca fateor, vt ante dixi, Polonica dicteria omisi, consilio & ratione certâ non fugâ laboris. Si quid tamen è melioribus interim occurrerit, aut mihi quispiam, quod opto & peto, suggesserit, secundis curis si viuo reseruabo. Interim si quid ex his, qualiaqualia sunt, te quid in literis vel moribus profeciss̀e senties; DEO Opt: Max. bonorum omniũ fonti, cui me & omnia mea dicaui & dico, mecum gratias age, & si quid à me erratum est ignosce & corrige, aut dum viuo mihi suggere, & Vale.

APPRO-

APPROBATIO PROVINCIALIS.

GASPAR DRVZBICKI, Prouinciæ Poloniæ Societatis IESV PROVINCIALIS.

CÙm P. GREGORII CNAPII è Societate IESV librum ADAGIORVM POLONOLATINO-GRÆCORVM quatuor ex eadem Societate Viri eruditi legerint, atq; in lucem typis edi posse probauerint; ego vt ita fiat facultatem concedo.

Cracouiæ IX. April. Anni M. DC. XXX.

APPROBATIO CENSORIS.

EGO SEBASTIANVS NVCERINVS, S. Theol. Doctor, Ecclesiæ Cathedr. Cracou. Concionator Ordinarius, librorum imprimendorum in Diœcesi Cracou. Censor, vt Tomus hic tertius THESAVRI POLONOLATINO-GRÆCI ADAGIA continens à R. P. GREGORIO CNAPIO Societatis IESV conscriptus, & ab eruditis eiusdem Societatis reuisus, imprimatur, tanquam discentibus vtilis, doctis iucundus, potestatem feci, die 28. Maij. 1630.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII REGII.

SIGISMVNDVS III. D. G. REX POLONIÆ mandauit omnibus Typographis, Bibliopolis, alijſque mercatoribus & ſubditis ſuis, ne librum ADAGIORVM POLONOLATINOGRÆCORVM P. GREGORII CNAPII Societatis IESV typis excudant, aut excudi faciant; néue eundem alibi excuſum in regna ditioneſque ſuas inuehant, aut inuehi curent, neque etiam Cracouiæ excuſum, diuendant, ſine facultate expreſſa, in ſcripto data Venerabilis eiuſdem Societatis per Regnum Poloniæ Præpoſiti Prouincialis, ſub pœna mille Vngaricalium fiſco Regio applicandorum. Mandauit inſuper omnibus Regni Magiſtratibus, vt dictos Patres in vſu huius conceſsionis noſtræ tueantur, prout latiùs in diplomate Varſauiæ, die VII. Octobris Anni Dñi, M. DC. XXXI. dato, continetur.

Sigiſmundus Rex.

Locus ſigilli.

Ad mandatum S. R. M. Petrus Zeronski.

A biało? biało: A czarno? czarno.

Włodárzu / (abo Młynárzu) ſá tu ryby? Sa taſkáwy pánie.
Ey podobno nie máß. Há! z kadźé by śie wźięły.

Ait quis! aio: Negat quis! nego.

Adagium eſt aliena dicta qualiacunq; ſint approbantis, vel ex ignorantia, vel ex morum ſimplicitate, vel ex timore & fuga contentionis, vel ex fauore & adulatione. Sic apud Terentium Gnatho paraſitus.

Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negent, laudo id quoque.
Negat quis! nego: ait! aio. poſtremò imperaui egomet mihi
Omnia aſſentari. Is quæſtus eſt nunc multò vberrimus.

Catullus de Sene. Cana tempus anilitas. Omnia omnibus annuit. *Scio quid hîc notet Scaliger. ſed hic locus id non requirit. nam & ſic vera eſt ſententia verborum Catulli. Poteſt etiam hic vſurpari*: Sine mente ſonus. *ex Virgilio. qui de ſimulacro Æneæ, Turno obiecto ait*: —— Dat inania verba. Et ſine mente ſonum.

Indicij vocem ſed ſine mente gerit. *ex Auſonio.*

Poteſt item talis reſponſio vel ſic reſpondens vocari Echo. ἠχὼ. *vel etiã* ἠχῦς ἀπήχησις. Echus repercuſſio. *Nã Echo eſt ſonus à voce prolata reſultãs. Ideò* ἠχὼ δὐσερόφωνος *vocatur à Nonno*, i. *Echo ſecundò ſonans. Et ab Euodo* μιμολόγου ἀρ ῥημάτων ἀρή. *id eſt, Imitatrix ſermonis & verborum cauda.*

αὐτὸς ἄνευς φιλεῖ τ' ἀλλότρια ῥήματα φωνεῖν. *A.*

Mente carens propria voces rapit ex aliena.

Item. Echo aliena ſonat verba, ſuo ore carens.

Similis apud Senecam Cliens Cælij Oratoris iracundi, qui cum eo cænans, cùm mores hominis benè callens, omnia eius dicta Echus inſtar approbaret; tandem ille offenſus cum ſtomacho dixit: Dic aliquid contrà vt duo ſimus vel videamur. *Aptè ergo hoc Cælij dictum quadrabit in eos, qui omnia aiunt & negant. Vide Horatij epiſt: 1. l. 1.* Nullus in orbe locus. *&c. ad verſum 7. Affinia huic dicto ſunt,* Oboietny 1. Pochleb, cá. Máćiagnićß iáko chcéß. Ják dudy nádmićß / ták gráia. Ják woſk. A prawdá!

Abo day / áboć wydre.

Militaris licentia cum primis hoc dictum vſurpat, Militibus adde prædones.
ἢ δέ κε μὴ δώῃσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι. *Homer. Si nõ dederint, ipſe ego capiã. Vel,*

Ipſe equidem eripiam, ſi ipſi dare ſponte recuſent. Sic 1. Reg: 2. filij Heli carnes crudas exigentes ab immolantibus dicebant: Nunc dabis, alioquin tollam vi. *Centurio à Cæſare è Gallia miſſus Romam ad comitia, audiens negari Cæſari prorogationem prouinciæ, manu gladium concutiens, dixit*: ἀλλὰ τοῦτο (ξιφοῦ) δώσῃ. Atqui hic dabit. *Sit Poeta*: Arma tenenti omnia dat qui iuſta negat. *Simile eſt illud Senecæ Troade.* Coacta dices ſponte quod fari abnuis. *Immuta paululùm.* Coacta facies ſponte quod facere abnuis. *Vel,*

Dabis coactus ſponte quod dare renuis.

Abo piy / ábo idź prćć.

ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι. Aut bibe aut abi. *Cicer. Tuſculana 5. ait:* Mihi quidem in vita ſeruanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conuiuijs obtinet: Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè. Aut enim fruatur aliquis pariter cum alijs voluptate potandi, ne ſobrius in vinolentorum vinolentiam incidat, aut diſcedat.

ἔσθι' ἑκηλος ξεῖνε καθήμενος, ἢ ἄπιθ' ἄλλη. *Homerus.*

Hoſpes aut reſidens tacitus comede, aut aliò ito.

Apud Lacedæmonios in certamine luctæ nudorum (γυμνοπαιδικὴν & γυμνοπαιδείαν vocabant) promulgabatur: ἢ ἀποδύεσθαι, ἢ ἀπιέναι, *i. Aut exui aut abire. ſ. neceſſe eſt.* Bibe ſi bibis. *Plaut.*

Affine eſt illud: Kiedy przyydźieś miedzy wrony / muśiś krákáć iák o ony. *Illud verò barbarum nec vſurpandum dictum eſt quorundam noſtratium bibonum:* Abo piy / ábo śie biy. Abo piy / ábo muśiś *&c.*

Abo ßách / ábo mét. Lub ſtrátá / lub zyſk.

Tralatum eſt à ludo latrunculorum, ſignificatq; alterum è duobus eligẽdum vel euenturũ. ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι. *Ex Platone & Æſchylo.* Aut ter ſex aut tres teſſeræ, *ſubaudi, iaciantur. i. aut felix ſit iactus, aut infelix.*

ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς ὄνυας. *Suidas.* Aut ter ſex, aut tres vniones ſeu cubos.

ἢ βασιλεὺς, ἢ ὄνος. *Plato. Pollux.* Aut rex, aut aſinus, *ſ. ero. tralatum à luſu ſphæræ.* πᾶς ἀνερρίφθω κύβος. *Apud Plutarchum Cæſaris vox, cùm deſtinauit pugnare cum Pompeio.* Omnis alea iacta eſto. *Idem apud Lucanum dicit:*

—— Placet alea fati. Alterutrum (*meum vel Pompeij*) merſura caput.

ἢ νικᾶν, ἢ μενοῦσι δοπολεῖν. Aut vincendum eſt, aut perſiſtentibus (*in pugna*) occumbendũ. *Laconum ad bellum euntium dictum ad animos excitandos vſurpari ſolitũ.*

ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. Aut hunc (*ſ. clypeum ſaluum referas*) aut ſuper hunc. (*occumbas.*) *Lacænæ matres dicebant filiis eos ad bellum armantes:*

ἢ δοπάλεσθαι, ἢ σαώζειν. *Homerus.* Aut perire, aut ſeruari. *ſ. ſtat.*

ἢ τὸ κῦδος ὀρέξομεν, ἢ τις ἡμῖν. *Idem.* Aut gloriam alicui præbebimus, aut aliquis nobis. Aut ſpolijs ego iam raptis laudabor opimis, Aut leto inſigni. *Apud Virgilium Pallas cum Turno congreſſurus.* Nam trophæum me ferre à viro forti pulchrum eſt; ſi autem vincar, vinci à tali, (*ſ. forti, claro viro*) nullum eſt probrum. *Macrob.*

ἀλλ' εἰ θανεῖν δεῖ κατθανέμεθ' εὐγενῶς,
ἢ ζῶντες, αἶνον τὸν πάρος γ' εὖ σώσομεν. *Euripides.*

Sed ſi moriendum eſt, moriemur generosè, Aut viuentes gloriam priſtinã benè tuebimur.

ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή. *Sophocles.*

Sed aut honeſtè viuere, honeſtè aut mori Ingenuum oportet.

Horatius item de belli dubia alea ſic: —— Concurritur, horæ

Momento cita mors venit aut victoria læta.

τεθναίης

τεθναίης ὦ Προῖτ', ἢ κάκ|ανε Βελλεροφόν|ην. *Homerus.* κάκ|ανε *pro* κατ|άκ|ανε. Aut morere Proete, aut interfice Bellerophontē. *Verba ſunt vxoris Proeti, Bellerophontem hoſpitem caſtū & innocentem apud virum calumniantis & ſtupri inſimulantis.* ἢ κρίνον, ἢ κολοκύ|ην. *ſ.* παρέχειν ἢ τυγχάν|ν. *Zenodotus.*

Aut florem, aut cucurbitam. *ſ.* porrigere vel accipere, i. Aut mortem aut vitam ſortiri. *Nam cucurbita eſt fructus ſolidus, flos autem eius euanidus & incerti fructus. Explicatur hoc dictum & aliter, ſ. Aut lucrum aut damnum. &c.* V. Odważyłſobie.

Albo ták/ albo ſák. Albo to/ albo owo. Albo czyń/ albo day pokoy.

Aut ſta rectus, aut ſemel fuge. *Seneca. Muret.* —— Doce vel iunior audi. *Horat.* Quin tu huic reſpondes aliquid. aut facturum aut non facturum, *Plau.* Vel aias vel neges *Idem.* Quin is ſi itura es? *Idem.*

ζωὴ πᾶς ὁ βίος καὶ παίγνιον, ἢ μάθε παίζειν,
τὴν σπουδὴν μεταθείς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας. *Palladas.*

Scena eſt vita omnis ludusque, aut ludere diſcas,
Poſthabita grauitate, aut mala quæque feras.

ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. *Athenæus.*

Teſtudinis carnem edere aut non edere opus eſt. i. *Aut copiosè oportet edere harum carnes, aut penitùs non edere. nam modicè ſumptæ tormina excitant: affatim verò leniunt Simile quid Plin. habet de lactucis. Hortatur autem hoc dictum ad ſeriò agendum. vt & illud:* ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας, ἢ μελαγχολᾶν.

Aut oportet vt omnes tragœdias agant aut inſaniant. Tralatum à Tragicis qui vehementibus affectibus incitati ſcribunt tragœdias, & ita agunt vt ſpectatores ſimiliter afficiant. Sic in Apocalypſis cap. 3. Vtinam aut calidus eſſes, aut frigidus.

τὰ μέσων, ἢ θατέρου αἴρει τὸ ἕτερον πάντως ἀνειςάγει. *Lucian.* Inter quæ medium non eſt, altero eleuato alterum omninò deprimitur.

Aut hæc cum illis habenda ſunt, aut illa cum his amittenda ſunt. *Terent.* Harum duarum conditionum nunc vtram malis, vide. *Idem.* ἢ σύ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε. *ex Homero.* Aut tu me confice, aut ego te. *Affinia huic duo præcedentia.*

Albo ták chce być/ albo żaden inſzy.
Albo to ſobie obieram/ chce mieć/ czynić/ &c. albo nic.

ἢ μὲν τοι αὐτὴν χρὴ γαμεῖν, ἢ μὴ γαμεῖν.

Aut talem oportet ducere aut non ducere, ſ. vllam, *vel non nubere penitùs. Tralatum à coniugio, vſurpandum eligentibus vnum ex aliquo rerum vel actionum artiúmue genere, ſic vt nihil aliud velint. v. g. Aut Ariſtotelem volo magiſtrum, aut nullum. Aut ſidibus volo ſcire, aut nullo organo.*

Aboć rogi na mnie widzą. *V.* Wſzyſcy na mię kraczą.

Aby ogonek położyć. Liſká ábo wilczék proſi.

Ex apologo noto dictum. quod vſurpant ij qui modicum quid petunt & plus animo concipiunt. Tantillum loci vbi catellus cubet, mihi ſat eſt. *In Sticho Plauti Gelaſinus paraſitus inhians cænæ cuiuſdam, qui dicebat:* Vocem te libenter ſi ſuperfiat locus. *Reſpondit.* Vel inter cuneos ferreos. Tantillum loci vbi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci.

Didonis byrſa. *vel* Dido petit ab Hiarba ſpatium byrſæ. i. *tantùm, quantùm corium bouis occupare poteſt. quod vbi Rex conceſſit, Dido aſtutè corium in tenuiſſimas partes conſidit, & ſpatium 22. ſtadiorum arci extruendæ occupauit, circa quam Carthaginem ædificauit. Seruius cum Virgilio.*

In Geometria, prima ſi dederis, danda ſunt omnia, *Cic.*

Hortenſius in Diuinatione Verrina apud Cicer. defenſionem Verris ſibi depoſcens ait: (ſed contrabo) Non peto vt reus abſoluatur, ſed vt à Cæcilio potius quàm à Cicerone accuſetur. Da mihi hoc, quod cùm dederis, illud dederis, vt Verres abſoluatur.

Pedem ponere, *apud Cicer. pro, minimum ſpatium occupare, vel poſſeſſionem eius vſurpare.*

πόδα μόνον ἐθέλω πθέναι ἐκ ὅλ Θ ἔστμεν A.

Non totus intrem, dummodo imponam pedem.

Serpens vbi caput imponit totus intrat. V. Gdźié waż głowe włoży. Vbi manum iniecit benignè, ibi aliquam onerat zamiam, i. *damnum. Plaut. de homine blando aſtuto. Semiramis ancilla vernæ regij, à Nino Rege ob formam & leporem adamata, petiit ab ipſo vt vno tantùm die in ſolio regio diademate ornatam ſedere, & omnes ſibi obtemperare iuberet: quod ille Comœdiam quandam fore ratus, ridens conceſſit: illa verò omnibus ad omnia ſibi obſequentibus, tandem regem comprehendi, vinciri, & occidi iuſſit, ac regnum occupauit. Muret è Græcis l. 6. c. 17.*

Affine Kurowi dano grzedę.

A był tyli? Nádyma śie iák repuchá.

Quantus erat? tantúsnè? *Ex apologo Horatij de rana pullum ſuum interrogante, quanta fuerit belua (bos) quæ ſe abſente reliquos obtinuerat:* Illa rogare,

Quantáne? num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet?
Maior dimidio. num tanto? cùm magis atque
Se magis inflaret; non ſi te ruperis, inquit, Par eris.

Meminit huius apologi Martialis l. 10. epig: 79. ridens Otacilium vici magiſtrum qui Torquato viro clariſſimo & conſulari par eſſe in omnibus contendebat ridiculè.

Miles glorioſus *Plauti, audiens ſe laudari, dicit:* Magnum me faciam. Nunc quoniam illæc me collaudat. *Eidem adulator dicit:* Face te faſtidij plenũ. Quaſi non lubeat. *Item alter in Aſinaria:* Extemplò facio me facetum & magnificum virum. *Sic* Nanus in coloſſo vel pygmæus in collo gigantis magnus ſibi videtur, *Poteſt huc trahi & illud Horatij:* Nido maiores extendere pennas,

quanquam

quanquam paulò aliter ille hoc vſurpauit. Apud Theocritum, Odioſus dicitur faber qui domum exſtruere vult altiorem Oromedonte monte altiſſimo in Inſula Co.

Affine eſt Gdy koniá kuia. & Byś śie ſpukał.

A mnié piſkorz. A mnié przédśie piſkorz.

Verba ſunt Scholarchæ in apologo noto, cùm in partitione piſcium communi opera captorum, Parochus ei ophidion & ſibi anguillam, repetita vel mutata forma partitionis, aſſignaret. Simile eſt, A Matthiaſowi plotká.

Eſt verò ſubaudiendum aliquid quod præcedere ſolet. v. g. *Alijs benè eſt, mea ſors deterior.* Ita ego poſteriores ſemper fero. *Sic conuiuis tenuioribus apud Iuuenalem datur* Anguilla longæ cognata colubræ. *dignioribus verò* Muræna datur quæ maxima *&c. Simile eſt illud Pamphili Terentiani de vxore ingrata ſibi deſponſata querentis.* Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. *præceſſerant illa verba.* Toties repetor. *Affine huic eſt illud:* Lépße goſpodarzowi niż gośćiowi. & Żéż dnemu żydá gola. *&c.*

Ani be áni me.

μηδὲ γεὺ φθέγξεται. *Ariſtophan.* Ne gry quidem loquitur.

ἀδαμᾶ ἐφθέγξατο, ἀδ' ὑπήκθη γεύξαι. *Philoſtrat.* Nihil reſpondit, nec adduci potuit vt mutiret. V. Milczący. *Vſurpatur hoc dictum Polonicum & aliter, de homine inepto.* V. Vic wart. Vi to ni owo. Vi páchnié ni śmiérdzi.

Ani mis tám / áni mio ſám. Tám zlé / á tám ießzé gorzey.

Nie wiem gdzié trzy.

Hæreo in ſalebra. *Cic.* In ſalebras incidi. *Idem.* Aqua mihi hæret. *Idem.* Nunc homo in medio luto eſt, hæret hæc res. *Plaut.* Nullam animi mentem habeo. *Idem.* Animi decem incerti certant in pectore. *Idem.* Peribo ſi non fecero, ſi faxo vapulabo. *Idem.* Pentheum diripuiſſe aiunt Bacchas. Nugas maximas fuiſſe credo, præut quo pacto ego diuerſus diſtrahor. *Idem.* Ita nubilam animi mentem habeo. Vbi ſum, ibi non ſum: vbi non ſum ibi eſt animus. *Idem.* Ita mihi omnia ingenia ſunt, quod lubet, non lubet iam id continuò. *Idem.*

——— Hãc vrget lupus, hãc canis angit. *Horat.* Manentes fames, progreſſos peſtilentia vrgebat. *Curtius.* (*Terent.*

In eum infelix incidi locum, vt nec amittendi nec retinendi mihi ſit copia.

Nunc ego inter ſaccum ſaxumq; ſto. *Plaut. inſtar porci qui in fœdere ſanciendo ſaxo feriebatur.* Inter cæſa & porrecta ſum. *Cicer. Sumptum ab auſpiciorum ritu, quo Sacerdos inter cæſa & porrecta aliquid agens, moram & hæſitationẽ ancipitem faciebat.* Hæreo in vado. *Ambroſius.* Auribus lupum teneo. *Teren. Sueton.* τὸν λύκον τῶν ὤτων ἔχων, οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι. *Donat.* Auribus lupum tenens, neque continere neque dimittere valeo.

λύκον δ' φασιν τ' ὤτων κρεμᾶν. *Plutarch.* Aiunt lupum non posse auribus retineri.

αἰδεῖσθαι μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδύεσθαι. *Cicero ex Homero.*

Detractare pudor, formido subire vetabat.

δίχα μοι νόος ἀτρεκὴς εἶπεῖν: πότερον δίκας τοῖχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβῶ. *ex Pindaro Platone, Cic.* In duas partes mens mihi verum suggerit (*sed nescio*) vtrum arduum iustitiæ murum, an obliqua fraudis conscendam.

ὁ ἄνεμος οὔτε μίμνειν οὔτε πλεῖν ἐᾷ. *Æschylus.*

Nec nos manere nec ire per ventum licet.

Heu quid agat vario nequicquam fluctuat æstu.

Diuersæq; vocant animum incontraria curæ. *Virg:* οὔθ' ὅτεν ἀρξείεν οὔθ' ὅπου παύσεσθαι ἔσται οἶδα. *Plutar:* Neq; vnde incipiam, nec vbi desinam scio.

ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπιθεν λύκοι. A fronte præcipitium à tergo lupi.

μεταξὺ τοῦ ἄκμονος καὶ σφύρας. *Origenes,* Inter malleum & incudem s. *Sum.*

πάντες ἔσαν διοτρεφέες μεσηγὺς ὁμῶς ἠδ' ὀλέθρου. *Homerus.*

Omnes erant medii inter vitam & interitum simul.

Neq; inter mortuos neq; inter viuos est. *de Nauta Bias apud Platonem.*

ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ. *Synesi.* Tanquam in nocturno prælio.

ἐν τριόδῳ ἕστηκα. ἐν τριόδῳ ἐμὶ λογισμῶν. *Theognis.* In triuio sum consiliorum.

ἐν φρέατι συγχόμενος. *Plato.* In puteo constrictus. Ciąsno mu.

δίχθα δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὀρμαίνοντα. *Homer.*

Bifariam mihi cor deliberat pectore cogitanti.

Atq; animum celerem nunc huc, nunc diuidit illuc. *Virg. de Æneа.*

πυρρώνιος ἀπορία. *Galenus.* Pyrrhonia hæsitatio. *Pyrrhon Philosophus de omnibus rebus dubitabat, ab eo secta Pyrrhoniorum, Ephecticorum, Aporeticorum, Scepticorum.*

Quadrat in hunc locum Biuium Herculis à Xenophonte descriptum, seu Hercules in biuio voluptatis & virtutis de vitæ statu deliberans, cuius meminit etiam Cic: 1. Offic: & S. Basilius Proditum Chium descripsisse idem refert.

Item Scipionis similis deliberatio apud Liuium. & apud Silium lib: 15.

Item Lysitelis in Trinummo Plauti actu 2. scena. 1.

Adde Posidippi Epigramma lib: 1. Anthologiæ (& ei antistrophon Metrodori) quæ reddidit paraphrasticos Ausonius noto illo idyllio. Quod vitæ sectabor iter? &c.

Affine Dwiazłem. Vtiębęśpięczno.

Aniżak/ ánidworak. Ani do rády/ ání do zwády.

Vulgò nec ineptè dicitur: Neq; ad chorum, neq; ad forum. s. aptus.

ἥτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, ἥτ' ἐνὶ βουλῇ. *Homer:*

Nunquam in consilio nunquam numerandus in armis.

Anyołá Strożá káżdy człowiek ma.

Omitto

Omitto multa, quæ ex diuinis libris & SS. Scriptoribus adferri possent, siquidem non pauca ad festum Angeli Custodis congesta omnibus patent. Sed vide mihi Ethnicos: ἅπαντα δ' ἀνθρώπων ἀνδρὶ συμπαρεστάναι εὐθὺς γενομένῳ μυσαγωγὸς τοῦ βίου ἀγαθός. *Plutarch:* Omni homini nato statim adest præstò genius bonus initiator & ductor vitæ. *Eusebius hoc tribuit Menandro similiter Ethnico Poëtæ. Lege si lubet Arcturum in Prologo Rudentis Plautinæ, miraberis Ethnicum tam præclarè de hac re loquentem. Sed longè plura & excellentiùs de hac re Plato habet. Celebris item est genius vel dæmon vel Deus (nam hæc apud eos eadem) Socratis apud Apuleium Plutarchum, Platonem, & alios.*

A prawdá! Prawdá! álé niéwiem co.

Responsio inepta iocantis vel adulantis approbans ea quæ nescit, vel non audiuit, vel non intellexit. vt si roganti. An ita sit, respondeas. Ita esse, licet nescias quid illud sit. Item si dicas. Verum est, licet non attendi quid rogaueris vel affirmaueris. Vel. Verum est, tibi ego dicenti magis quàm mihi credo.

Sic in Milite Plauti Artotrogus parasitus Militi enumeranti sua facinora falsa & ficta & tandem addenti. Quid illud quod dico? *Respondet parasitus.* Hem scio iam quid vis dicere. Factum est Hercle: memini fieri. *Miles.* Quid id est? *Parasit.* Quicquid est. i. *quicquid illud est quod volebas dicere, scio, memini, assentior.*

Affine huic. A biato.

A Prorokowi co?

Quod illorum capiti sit. *Cic.*

Ob istuc omen ominator capies quod te condecet. *Plaut:*

— Capiti cane talia demens, Dardanio rebusq; tuis. *Virgil:*

— Dii generi ipsius capitiq; reseruent. *Idem.*

— Quod dii prius omen in ipsum. Conuertant. *Idem.* ἐς κεφαλήν σοι. *Plato* in caput tuum s. recidat.

—μάλλα ὁ ἐχθρὸ ἀγορεύων,
ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάσσῃ. *Theocritus.*

Vates odiosa infesta canens, ea secum ferat domum vt natis illa seruet.

vel breuius. Vates secum auferat omen. Βοιωτὸς μαντεύεται. *Zenodotus.* Boeotis vaticinare, *qui vatem ipsum post oraculum editum interemerunt.*

τῷ κακαγγέλῳ τὰ κακαγγέλια. A. Malo nuntio mala præmia.

Aptekárz gnoykowi śmierdźi. Nié zna co dobrego.

Alabastrus vnguenti plena illi putet. *Cic.* Nil sui cum amaracino. *ex Lucretio. qui ait:*

Deniq; amaracinum fugitat sus, & timet omne.

Vnguen-

Vnguentum; nam ſetigenis ſubus acre venenum eſt.

Scarabæo vnguentum pro ſtercore, oletum pro vnguento. *ex Plutarcho, qui ait:* λέγεται εἰ κάνθαρος τὸ μύρον ἀπολιπὼν, τὰ δὲ δυσώδη διώκειν. i. Dicuntur cantharí vnguentum fugere, grauiolentia verò ſectari. Scarabæo roſa mors. *Plutarch. Græcus.* Sui coenum res munda videtur. *Lucretius.* — Amica luto ſus. *Horat.* Suum generi in luto volutatio grata. *Plini. Lucreti.* ὗς διὰ ῥόδων. *Crates.* Sus per roſas. ſ. incedens feſtinat, *quia odore earum offenditur.* Vulturi vnguenta mortifera, cadauerum odor & eſus ſalubris. *ex Ariſtot. Ælian.*

A tobié ſkomá.

Tu verò rumperis inuidia. *ex Martiali.* Tu hercle idem faceres ſi tibi eſſet credita (*cella vinaria. ſ. inebriareris.*) Quoniam æmulari non licet, nunc inuides. *Apud Plautum ſeruus ebrius alteri hoc ſibi exprobranti, ita reſpondit.* Dentes tibi dentiunt. *Plaut. i. pruriunt. ſub* Ginony. Edentulus edentibus inuides. *Ex Hieronymo.* Nunc ſcio febrim tibi eſſe quia non licet tibi &c. *Plaut.* Oculi tibi dolent. *Idem* Cordolium eſt tibi. *Idem.* Saliuam tibi id mouet. *Seneca.*

Aż do końcá.

Ad calcem. Ad extremum actum. Vſq; ad Plaudite. *Cic.*

Si plauſoris eges aulæa manentis, & vſque
Seſſuri, donec Cantor (*actor*) Vos Plaudite, dicat. *Horat. de theatro.*

Sic apud nos in theatro ſacro, potiùs in panegyri ſacra acclamatur à concione Amen. & vulgò dicitur. Nie iuß amen. *i. nondum eſt finis.*

μέχρι κορωνίδος *Plutarch.* Vſque ad coronidem. *Plura ſub* Dokończyć.

B.

Bábá z wozá / kolom lżey.

κενῆς ἁμάξης τάχιστα τροχὸς τρέχει. *A.*

Curru leuato vertitur citius rota. *vide* Vi z gościć. Vić dbam 2.

Bać ſie trzébá trzćinić / Gdy wiátr dab wywinić.

ὀλολύζετω πίτυς ὅτε πέπτωκεν κέδρος. *A.*

Plorato picea quando cedrus concidit. *Affine* Gdy piéſká biia.

Baki ſtrzelać. ábo / Baki ſtrzela.

ὄρνεα πτερωτὰ διώκει. *Clemens.* Volucres aues perſequitur.

τὰ πτώμενα διώκειν. *Plato, Ariſtotel.* Volantia perſequi.

Si veluti

Si veluti merulis intentus decidit auceps. In puteum foueamúe. *Horat.*
τὰς ὄρνιθας ζητεῖν. Aues quærere.
An paſſim ſequeris coruos teſtaque lutoque? *Perſius.*
Vide plura ſub Bto ni nacz nić zmierza. *&* Vlie ma co robić.

Bárániċ nie maċ wody.

ἀρνὲ μὴ θολούσης τὸ ὕδωρ. Agne ne turbes aquam.

Apologus eſt celebris, & poſt Græcam ac Latinam, aliis etiam linguis vſitatus. Gabrias eum breuiter hoc dialogiſmo complexus eſt.

λ. λύκος πρὸς ἄρνα φησιν: ἐ πρόσθεν σύ μοι
ὕδωρ τάραττες; α. ἄρτι γαστὸς ἐξέφυν,
κ᾽ πῶς ὕδωρ τάραττεν ἀγνόω ποτε.
λ. βοὴν γένη μοι, κ᾽ἂν θέμις, κ᾽ἂν μὴ θέμις. i.
Lupus inquit agno: Nonne tu quondam mihi.
Turbaſti aquam? A. De ventre prodij recens,
Et qui tibi turbare potui aquam haud ſcio.
L. Cœna mihi eris, ſeu iure, ſeu iniuria.

Fuſiùs & elegantiùs eum Phædrus expoſuit.

Ad riuum eundem lupus & agnus venerant
Siti compulſi, ſuperior ſtabat lupus,
Longeq; inferior agnus. Tunc face improba
Latro incitatus, iurgij cauſam intulit:
Cur, inquit, turbulentam mihi feciſti aquam
Iſtam bibenti? Laniger contrà timens.
Qui quæſo poſſum facere quod quereris lupe?
A te decurrit ad meos hauſtus liquor.
Repulſus ille veritatis viribus;
Ante hos ſex menſes, ait, maledixiſti mihi.
Reſpondit agnus: Equidem natus non eram.
Pater Hercule tuus maledixit mihi.
Atq; ita correptum lacerat iniuſta nece.
Hæc propter illos ſcripta eſt homines fabula,
Qui fictis cauſis innocentes opprimunt.

Atq; hic ſit primus vſus dicti huius, quem tangit etiam Gabrias, addens προτρέπει πρὸς τοὺς ἀδεῶς φανερῶς ἀδικοῦντας. 1. Aduerſus eos qui intrepidè palam iniurij ſunt. *Lubet hinc plura dicta & documenta elicere; ac ad plures vſus qui infrà tanguntur fabulam extendere.*

Primus ſit. Improbitati quamis occaſio ſufficit. vel. Qui aliquem ladere ſtatuit, facile cauſam reperit. Vide. Łacno kiy náléść kto pſą chcé vdźrzyć.

2. *Potentiori debilior non det occaſionem ſui ladendi.* v. Zle dáléko omiń.

3. *Egentes bene habentibus litem mouent, vt sibi consulant.* v. Báletá mu moią wádzą.
4. *Fames vel famelicus non accipit rationes.* v. Zły głod.
5. *Odium facile crimen & causam nocendi suggerit.* v. Nienawiść naydzie winę.
6. *Crudeles surdi ad preces & rationes.* v. Okrutny z.
7. *In litigiosum.* v. Zwádliwy.
8. *In innocentem.* v. Niéwinien.
9. *In causã fictam, vel in querelam aut iniuriã falsam.* V. Nie o błode záiacá gonią.
10. *Potentiorum consortia vitanda.* v. Nie skłáday sie z dworem.

Barßczyk. *Vide.* Nipachnié ni śmierdzi. Oboietny.

Bárzśiey boli od iezyká niż od miéczá.
Ráná sie zgoi/ słowo nié zgoi.

ξίφους τιτρώσκει σῶμα, ὁ δὲ νοῦν λόγος. *A.*
Corpus gladius, at verba mentem vulnerant.
ὄπλον τι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου. *Phocylid.*
Sermo homini telum est magis & penetrabile ferro.
Καλεπώτερον γὰρ ὕβρεν ἢ ἕλκεσιν φέρειν. *Plutarch. ex Poëta.*
Est damno grauius contumeliam pati.

πληγὴ μάστιγος ποιεῖ μώλωπας, πληγὴ δὲ γλώσσης ζυγκλάσει ὀστᾶ. *Ecclesiastici* 28. Plaga flagelli facit liuorem; plaga autem linguæ comminuet ossa. *Apud Plautum adolescens audiens feminam sibi insultantem dicit.* Me quidem hæc illis verberat verbis. *Item alius apud eundem.* Cerebrum mihi excutiunt tua dicta, lapides loqueris.

Magis dolet contumelia, quàm iniuria. *ex Cicer. Seneca. Et alius quispiam.* Facile patior iniuriam vacuam contumelia.

Hæc tamen intellige dici ex hominum opinione erronea non ex veritate. Pulchrè & verè P. Syrus. Contemni, grauius stultitiæ (i. stulto) est, quàm percuti. *Et Seneca.* Iniuria, naturâ grauior est, contumelia leuior, & tantùm delicatis grauis. Tanta est tamen animorum dissolutio & vanitas, vt quidam nil acerbius putent, &c. Ad tantas ineptias peruentum est, vt non dolore tantùm, sed doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus lacrymas euocant nomina parùm grata auribus, & digitorum motus & deprauata facies, &c.

Contemnit hæc Damista Plauti cùm post multa probra in eum congesta dicit seruus hero. Obsecro iube homini os argento verberarier. *ille verò:*

Perfacile ego ictus perpetior argenteos. *Plura leges apud eundem Comicum exempla lenonum, damistarum, parasitorum, seruulorum, qui contumelias & probra nihili æstimant præ damnis, iniuriis, doloribus, fame, &c.*

Bárzśiey boli od podłego. *V.* Lichotá bárzśiey vkáśi.

Bárźiey boli od ſwoiego.

Krzywdá od ſwoiego / ieſt coś nieźnośnieyſzego.

ἡ κάρφος τ' ἄμπελον ἐξηπάτησεν. *Ariſtophan.* Palus vitem decepit.

πᾶν τὸ οἰκεῖον πιέζει (μᾶλλον.) *Pindar.* Omne domeſticum (*malum*) afficit (*magis*)

Bis interimitur qui ſuis armis perit. *Seneca ex P. Syro.*

Apud Gabriam Aquila icta ſagitta dixit: Εὐβοαὶ! πτέρυξι μὲ τ' πτερωτὸν ὀλλύει.

Papæ! velut pennata pennis occido!

Sic in Pſalmo 54. Dauides conqueritur de Achitopele dicens: Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq; &c. Tu verò homo vnanimis, &c. *quam querelam Chriſto de Iuda querenti plerig; interpretes attribuunt.*

Qui proprio baculo feritur, plùs dolet. *Garner.*

Etiam meæ me allatrant canes. *Plautus. al. in me latrant, pro allatrant.*

Patior telis vulnera facta meis. *Ouidi.*

κύων τῳ πτωχῷ βοηθῶν. Canis (*domeſticus*) mendico (*cui debuit eſſe infeſtus*) auxilians. τοῦτ' ἀνιαρόταλον, καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκα ἐκτὸς ἔχειν πόδα. *Pindar.* Hoc intolerabile, res præclaras ſcientem extra pedem habere. 1. *exulare, à ſuis eijci.* Viperam fetus ſuus dilacerat. *Nam non niſi exeſo matris vtero exit; Horus Apollo. Remedium huic dolori optimum dat Epictetus de duabus anſis. Vide* Przykrośći folgá cierpliwość.

Bár-źiey te rzéczy ſmákuią / ktorych bár-źiey zákázuią.

Co śie mé godźi / Co bárźiey ßkodźi / Ná to chęć y Czárt / bárźiey podwodźi.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata,
Sic interdictis imminet æger aquis. *Ouidius.*
Quicquid ſeruatur, cupimus magis, ipſaq; furem
Cura vocat. Pauci, quod ſinit alter, amant. *Idem.*

Furem ſignata ſolicitant. *Seneca.*

Minùs placet, magis quod ſuadetur; quod diſſuadetur, placet.

Cùm inopia eſt, cupias: quando eius copia eſt, tum non velis.

Ille qui aſpellit, is compellit: ille qui conſuadet, vetat. *Plautus.*

Venator ſequitur fugientia, capta relinquit. *Ouid.*

Quod licet, ingratum eſt: quod non licet, acrius vrit. *Idem.*

— iuuat inconceſſa voluptas. *Idem.*

Quod ſequitur fugio, quod fugit ipſe ſequor. *Idem.*

Quæ nocuêre ſequar, fugiam quæ profore credam. *Horat.*

Inuitum ſi retineas, exire incitas. *P. Syrus.*

τὰ ἀπορρήτα μᾶλλον ἐλκάζει. *A. Prohibita magis delectant, alliciunt.*

ἀπροσίκλων ἐρώτων ὀξυτέρους μανίας. *Pindarus.*

naeceſſorum amorum acriores cupiditates ſeu furores.

Bárzíey to ćuiemy/ ná co pátrzemy/ niż co ſłyßemy.

Segniùs irritant animos ingreſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator — *Horatius.*

In omnibus malis acerbius eſt videre, quam audire. *Cic:* Oculi augent dolorem, qui ea quæ cæteri audiunt, intueri coguntur; nec auertere à moleſtis cogitationem ſinunt *Idem.* Audire tolerabilius eſt quam videre. *Idem.*

τὰ δὲ δήνε ὑπ' ὄψιν πεσόντα, οἶκτον προκαλεῖται μείζονα. *Herodian.*

Moleſta oculis ſubiecta, miſericordiam prouocant maiorem.

ἀκοὴ δ' ὄψεως ἧς τὸ λυπῆσαι κακοήτερον. *Heliodorus.*

Auditus ad commouendum dolorem aſpectu minùs efficax.

Affine Pćwnićyßc oko.

Bedźié bedźié/ á niéwiédźiéć kiédy. Wnét mowi/ á nié ſporo mu.

Callippides exſpectatur vel aduentat. *Homo ſpiſſigradiſſimus Qualis fuit Callippides mimus, qui ita dexterè ſe agitabat, vt currere videretur, & tamen ne cubitum quidem procedebat. meminit Suetonius alludens ad Tyberij iter. & Cic. de ſcriptis Varronis.* Bienniũ præteriit cùm ille καλλιππίδης aſsiduo curſu, nullum cubitũ proceſsit. *Apud Plautum dicenti.* Veniet. *Reſpondet quidam.* Spiſſum eſt iſtud amanti verbum. Veniet, niſi venit. *Et Terent: de mulieribus.* Dum comuntur dum moliuntur, annus eſt. μελλονικίῳ. *Apud Ariſtophan.* Cunctari inſtar Niciæ, *qui fuit dux exercitus Græcorum ſimilis Fabio Cunctatori Romanorum duci.*

Celeriùs elephanti pariunt, *ex Plinio.* Sed moraris, abit dies. *Catullus.*

μέτε χρᾶν ἐμὸν σε παῖδα φιλήσαντα.

Exſpecta anus meum filium (*nondum natum*) te ſuauiaturum.

Diphilus, Diphilo tardior. Diphilus ædificat, *fuit is architectus tardiſſimus Cic. ad Quint. Fr. Rhodigin.* τὰ ὑπερβερεταῖα, quæ tardè eueniunt, *ab vltimo anni menſe qui ὑπερβερεταῖος dictus eſt apud Maced: Hyperberetæa quaſi Decẽbria Eraſ.* Sedulò mouens nihil promouet. *Terent.* Cras poſt 30 dies. V. Gość czeſty. *Vicinum.* Odć dniá do dniá. *Simillimum.* Niéwiédźiéć kiédy to bed źié.

Bedźié dobrzé gdy źle ominié.

— Non ſi malè nunc & olim ſic erit. *Horat.*

μετὰ χειμέριον ζόφον, χθὼν ἅτε φοινικίοις ἄνθεσι ῥόδοις. *Pindar.* Poſt hibernam caliginem terra velut purpureis floret roſis.

Ante eædem Domitiani paucis menſibus cornix in Capitolio ſedens locuta eſt. ἔσται πάντα καλῶς. i. Bene ſe habebunt omnia: *quod quidam ſic interpretatus eſt.*

Nuper Tarpeio quæ ſedit culmine cornix,

Eſt

Eſt bene (*viuente Cæſare*) non potuit dicere, dixit Erit. (*benè, illo occiſo. Suetonius,*)

μηκέλα νυκτὸς ὑὴν, ἣ κεν τεκὴ ἀγρωστέρα σῦς. *Plutarch.*

Poſt noctem agreſtis qua ſus parit haud pluit vnquam. *quia non parit niſi cum poſt pluuias vernas præſentit ſerenitatem. Paræmiacũs ſonat meliora affutura vbi hoc vel illud malũ abierit. vel, vbi hoc quod breui ſperatur fore euenerit, finem malorum fore. vel, erit pax vbi rixoſus vel moroſus animo ſuo indulſerit. Affine* Bedźié też kiedy.

Bedźié kiy ábo rozgá w tobośié.

Caue ſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent. *Plaut. ſeruo quidam minatur.*

Væ illis virgis miſeris quæ hodie morientur in tergo meo. *Apud eundem ſeruus ſibi male conſcius malè ominatur.*

Bedźié też kiedy dobrzé/ abo lépiey.

Sequitur ver hyemem. *Auſoni.*

θαρσεῖν χὴ φίλε βάλλε, ταχ' ἄμεινον ἔσται' ἄμενον. *Theocrit.*

Confidas opus eſt bone, erunt citò cras meliora.

Bedźié też kiedy (ábo iéſzcze) ſłońce przéd naſzemi wroty.

Fortuna —— Nunc mihi nunc alij benigna. *Horat.*

Venit poſt multos vna ſerena dies. *Tibullus.*

Non hercle occiderunt mihi etiam fundíque & cedes. *Plaut.*

Nondum omnium dierum Sol occidit. *Liuius.*

Et nobis aquilo ventus erit. *Propert.* i. *ſerenitas, quam efficit Boreas. Scaliger. Paſſeratius.*

τύχη ἔυριπος. *Pindar.* Fortuna Euripus, *qui quotidie aliquoties reciprocatur ieſte Plinio. Mela. Cic.*

χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν. *Pindarus.*

Tempeſtas ſeu aér turbidus facile mutatur in ſerenum.

πιτάνη ἐμὶ. *Zenodot.* Pitana ſum *Ciuitas ex miſera & captiua, libera & felix facta. de ijs vel ab ijs vſurpatur, qui in rebus aduerſis ſperant meliora.*

Affine Bedźié dobrzé gdy zic ominié.

Bedźié wnét moy/ ábo/ w ſáku. *V.* Mam cię.

Bedźieſz iadł z ſtára pánia.

Satur eris fabulis cantu ſaltu ſpectaculis &c. *quibus te oblectabas dum prandebant alij. ex Plauti Pœnulo, vbi in prologo actor dicit ſpectatoribus:*

Audire iubet vos impērator hi ſtricus. — Et qui eſurientes & qui ſaturi venerint. Qui ediſtis multò feciſtis ſapientiùs.

— Qui non ediſtis, ſaturi fite fabulis.

In Sticho eiuſdem, Paraſito cœnare apud ſe cupienti quidam dicit: Hodie cœnant apud me legati hoſpites. Cras de reliquijs nos volo. ſ. cœnare. *Idem eidem:* Vbi conuiuæ abierint, tu venias. *& addit illudens,* lautum non ad cœnam dico.

Simile eſt illud Martialis. — Trinoctiali Affecit domicœnio clientem. i. *priuauit eum ſplendida cœna, & fecit eum triduo cœnare domi pauperem vel nullam cœnam. Idem eodem ſenſu.* Indixit pœnam viuere de proprio. *Item.*

Si triſti domicœnio laboras. i. *ſi domi triſtis tenuiter cœnas.*

ὅτοι μὲν δεδόρπηκασιν, ὁ δὲ τάλας ἐγὼ
κενεὸς ἂν εἴην ἕνεκα νηστείας ἄκρας. *Diphilus.*

Hi cœnarunt, ego autem miſer mugil fuero ob inediam acrem. *Nam Ceſtreus ſeu mugil in luto deliteſcens multùm manet ieiunus.*

Per hanc tibi cœnam incœnato hodie eſſe licet. *Plaut.*

Os tuum abſtergas, & portionem tuam conſumptam eſſe dicas. *E Gallico dicto Garner.* Drugi ziadł á ná ćie chuchnić.

Affine Łápe liżáć muſiß. Kto nić rychło chodźi.

Bęſpięczno. Bęſpięczny ieſtem. Obrone dobra mam.

In tuto, in tranquillo res eſt. In vado omnis res eſt. Ego in portu nauigo. *Terent.*

ἐν λιμένι καθεύδω. *Chryſoſtom.* In portu dormio.

— Mihi parta quies omniſque in limine portus. *Virgili. ſcilicet poſt mortem.*

Sub tecto imbrem exaudire. *&* E terra naufragium ſpectare. *Ex Cic: qui ait:* Cupio iſtorum naufragia ex terra intueri. Cupio *(vt ait Sophocles)* κὠὐ ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδ' ἐυδόσῃ φρενί. i. *ſub tecto denſas audire ſtillas ſopito (i. ſecuro) animo.*

ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἐκ τᾶς γᾶς ὁρᾶν! *Archippus.*

Quam dulce de tellure conſpicere mare!

Extra omnem aleam poſitus. *Cic.* Extra teli iactum. *Curtius.* ἔξω βέλους.

Extra teli ictum diuinitas ſua poſuit Deum. *Seneca.*

ὑπεροπλούμενος ἔξω βέλους ἀπιστοπτεῖ. *Lucian. i.* E ſublimi tutus à iaculis ſpectat.

Ego poſt principia ero. *Apud Terent. dux timidus dicit, quē carpens Gnatho reſpondet:* Illuc eſt ſapere, vt hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cauit loco.

Idem hoc iam Pyrrhus factitauit. *Et Liuius ait:* Nullus in acie locus tutior, quàm poſt principia.

δάφνινην φορῶν βακτηρίαν. *Suidas.* Laureum geſto baculum. *quare tutus ſum? Nam laurus credebatur valere contra venena & fulmina. Plini. Suetoni.*

Tubera geſtare. *Item,* Pellem hyænæ *vel* phocarum geſtare *dicitur qui contra*

vim

vim & potentiam maiorem alterius bene munitus eſt, quòd hac è cælo non tangantur. Rhodigin. ex Horo. Similia dicit de hyæna & phoca Pierius.

Ara. Vnica fortunis ara reperta meis. *Ouid.* i. *perfugium, præſidium.* Ad aram confugiſti. *Plaut.* i. *ſecurus es. Habet idem Cic. & Terent.* Arx *eodem ſenſu vſurpatur à Cicerone & Ariſtot.* ἀκρόπολις ἐστι σωτηρίας. Arx eſt ſalutis. Aſylum *ſimiliter. Cic.*

πρὸς αὐλὰς ζηνὸς ἐκφύγειν. *Sophocles.* Ad aulam Iouis confugere.

ὁ Ζεὺς φύξιος. *Scholiaſtes Apollonij.* Iupiter refugij.

Φύξιος ὁ ἀπόλλων. ὁ βοηθῶν τοῖς φυγάσι. *Suidas.* Apollo refugij. *qui auxiliatur fugitiuis.* Obroñcé/ Obroná/ Vćićczká.

Anchora. Bonum eſt duabus niti anchoris. *ex Pindaro qui ait:*

ἀγαθὰι δὲ πέλονται ἐν χειμερίαι νυκτὶ θοᾶς ἐπὶ νηὸς ἀπηκίμφθαι δύ' ἄγκυραι.

Bonæ ſunt in hiberna nocte è celeri naui ad laxandum duæ anchoræ.

ἐπὶ δυοῖν ἑρμεῖ. ſ. ἀγκύραιν. *Ariſtides.* i. Duabus anchoris fultus ſtat.

ἀνθ' ἑρμίονος. *Zenodot.* i. Hermionis inſtar. ſ. *tibi ero vel erit. Idem* Inſtar arcæ, aſyli. *Nam Hermion templum in Peloponeſo confugientibus ad illud, aſylum erat.*

In vtramuis aurem otioſè dormias. *Terent.*

Echinus in orbem ſe contrahens. ſ. *tutus. Pierius.*

ἐπ' ἀμφοῖραιν ἐπὶ πλήρης ἢ μέλλει καθεύδειν. *Menander apud Gellium.*

In vtramq; (*aurem*) ſiquidem dotata eſt, debet dormire.

In dextram mihi aurem fiduciâ dormias. *Plinius. iun.*

De iſtac re in oculum vtrumuis conquieſcito. *Plaut.*

ὀρθοπεταμένα τὸ πόδε καθεύδων. *Lucian.* Porrectis pedibus dormire.

ἀναβάδην ἀναπάυομαι. *Ariſtophan.* Sublatis pedibus dormio, quieſco.

ἐκτὸς καπνοῦ καὶ κύματος. *Ariſtotel. ex Homero.* Extra fumum & fluctus. ſ. *nauiga vel naui fugiens littus & profundum.*

ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχειν. *Suidas.* Extra lutum pedes habere. i. *extra periculũ eſſe.*

τεῖχος ξύλινον μόνον ἀτρόητον. Murus ligneus ſolus inexpugnabilis. i. *naues ciuitati maritimæ. Oraculum redditum Athenienſibus.*

ὡσπερεὶ εἰς Δῆλον πλέων. *Ex Platone.* Cane vt qui Delum nauigat. *Nam in Delum Athenis nauigatio iucunda & ſecura fuit. & quotannis publica religioſa ac ſolennis.* Pharus *Tertulliano, pro arce, portu, &c. fuit verò Pharus turris in Ægypto altiſſima nocturnis ignibus naues ad portum dirigens.*

Foſſa & vallum. *pro firmo præſidio. Sic apud Ariſtotelem Alcidamas* Φιλοσοφίαν ὀπλοθήκην νόμων *vocat.* i. munitionem & propugnaculum legum. Foſſa & vallo munire circundare. *Cæſar. Cicer.*

ὀδυσσέως δεσμός. *Euſtachi.* Vlyſſis vinculum *de re tutò poſita, nam priſci vinculũ clauium loco vtebantur.*

Lorica & gladius. *ex Tacito, pro optimo munimento, quorum alterum ad ictum repellendum eſt. ſ. loricæ; alterum, ad infligendum aduerſario. ſ. gladius.*

Millus

Millus cani. ſ. *tutela optima. apud Feſtum Scipio Æmilianus ait :* Præſidio eritis tanquam millus cani.

ὅπλα ἀχίλλεια. *Philoſtrat.* Arma Achillea. *pro firmo præſidio, certa ope.*

Æneus clauus. *Rhodiginus ex Plutarcho, pro præſidio contra nocitura. tractum à venatoribus, qui clauum æneum feræ occiſæ infigunt, ne putreſcat.*

ἐνὸς τ τετράρων εἶναι. *Pollux.* Intra quatuor eſſe. i. *intra oſtium quadrangulum, ſeu domi, tutò.*

Bez bráku co zynić / Nierozſadnie.

Clauſis oculis aliquid agere. *Eraſm : ex Tertuliano Hieron : i. citra delectum.*

A caluo ad caluum omnes ſine diſcrimine damnare iniqui iudicis eſt; *vt fecit. Caligula. Explico id infrà, ſub* Od koiká do koiká. *Sic : à raſo ad raſum : album & atratum, eodem ſenſu vſurpat Budæus.*

ὡς ἐν νυκτομαχίᾳ μηδεμίαν φίλων καὶ πολεμίων ἔχειν διάκρισιν. *Baſilius.*

Vt in nocturna pugna nullum amicorum & inimicorum habere diſcrimen.

Affine O-ślep.

Bez czego moześ być / zaniechay.

τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην. *Æſchylus.*

Nil profutura ne labora inaniter.

Quod non opus eſt, aſſe carum eſt. *Cato. Seneca. i. etiam minimo pretio, vt eſt aſſis carum putes, nec emas.* *Horatius etiam iubet —— Inane abſcindere ſoldo. i. ſuperflua reſecare, neceſſaria & vtilia retinere.*

Bez dotu grobla / bez nakładu zyſk nie bedzie.

Neceſſe eſt facere ſumptum qui quærit lucrum. *Plautus.*

Hoſtimentum (i. *compenſatio*) eſt, opera pro pecunia. *Idem. Sicut apud Ciceronem : pedibus compenſare pecuniam.* ἄνευ δαπάνης κέρδος οὐκ ἔστι πώποτε. *A.*

Sumptu ſine vllo non fuerit vnquam lucrum.

Nuſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ſine opera impenſa eſt. *Liui.* Vallis profunda proxima eſt monti edito. *Garner.*

Affine Kto chce wygrać kaczorá. &c.

Bez iákiego prometorá / y godny nie wskora v dworá.

Sæpe proba materia ceſſat ſine artifice. *Seneca, qui id allegoricῶς ſeu parœmiacῶς protulit.* ἄνευ τεχνίτου καλὴ ὕλη ἀργεῖ. *A.*

Bez ochoty nie ſpore roboty.

Trudno

Trudno tego wodźić/ co ſam nie chce chodźić.

Inuitis canibus venari. ſ. *Stultum eſt, ex Plauto qui ſic habet in Sticho:*
Stultitia eſt, pater, venatum ducere inuitos canes.
Hoſtis eſt vxor, inuita quæ ad virum nuptum datur.
Inuitos boues plauſtro inducere. ſ. *ineptum eſt, ex Theognide qui ait:*
μὴ μ' ἀέκοντα ἔρυκε ὑφ' ἅμαξαν ἔλαυνε.
Inuitum ne me ſtimulans impellito plauſtro.
Simile illud Theocriti interpretis: τ' θέλοντα ἔβαν ἔλαυνε. Volentē bouem agito.
Tu nihil inuita facies dicesſúe Minerua, *Horatius.*
Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet Quam inuitus facias. *Terent.*
Komu ſie robić nic chce/ tego y maká w rece kolé.
φύσεως ἀνλπεραπίστης κενεὰ πάντα. *Hippocrates.*
Natura reluctante vana omnia vel irritus labor eſt. *vt ait Seneca.*
Male reſpondent coacta ingenia. *Idem Seneca.*
Obolus Parnoetis efficax eſt. V. Ochotnego pobudźić.
Abſque citharœdo ſaltare. ſ. ingratum. *Garnerus ex Gallico dicto.*
V. Leniwo káżdy prácuić/ gdy &c.

Bez pieniędzy do tárgu/ bez ſoli do domu.
Káżdy tármark zły ſkapemu/ rownie iáko vbogiemu.
Dármo nic. Zá Bog-záplać nie wiele kupiß. Brzakać tu trzebá.

Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras. *Ouidi.*
Vetus eſt (*dictum*) nihili cautio (*Syngrapha*) eſt. Dicta non ſonant. *Plautus.*
Semper tu ad me cum argentea accedito querimonia. *Idem.*
Græca mercari fide. i. (*præſenti pecunia, nam ſic Græci faciunt, apud quos parùm fidei eſt.*) *Idem Plaut: qui ſic habet:*
Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem, hæc argento non emo,
Cætera quæque volumus vti, Græca mercamur fide. *Et Auſonius ſimiliter.*
Non Pœna (Punica, mala) ſed Græca fide. κατενώπια. *i. in conſpectu.*
Si æs habent (*emptores*) dant mercem. (*venditores.*) *Plaut: ſic.*
Cùm à piſtore panem petimus, vinum ex oenopolio;
Si æs habent (i. *acceperùnt ab emptore*) dant mercem. *Cato ſimiliter.*
Vendat (*Paterfamilias, aut villicus*) oleum, ſi pretium (*emptor*) habeat.
Cœca die. (i. *pecunia promiſſa*) nil emes, ſed oculata. (i. *præſenti exhibita, ex Plau.*
Portitorum ſimillimæ ſunt ianuæ lenoniæ.
Si affers, tum patent; ſi non eſt quod des, tum non patent. *Idem Plautus.*
ἅμα δίδου καὶ λάμβανε. *Suidas,* Simul da & accipe.
πιπράσκει ὁ κακὸς πάντα πρὸς ἀργύριον.
Vir malus argento vendere cuncta ſolet.

φημί

Φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν. *Lucian:* Dico tibi, nullus quicquam gratis facit.

μισθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες ἐσμεν. *Idem.* Mercenarij æquè omnes ſumus.

ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα. *Ariſtotel.* E manu in manum. ſ. *dare vel accipere.*

τῇ μὲν δίδωμι χειρὶ, τῇ δὲ λαμβάνω. *Pindari interpr.* Altera manu do, altera accipio.

Φοῖνιξ εἰμὶ. *Idem.* Phœnix ſum. ſ. *de manu in manum accipio more Phœnicum.*

Φοίνισσα ἐμπολὴ. *Pindar.* Phœnicum commutatio. ſ. *ſimul dare & accipere.*

δός τι κἀξ λάβε τι. *Epicharmus.* Da aliquid & aliquid accipe.

καὶ δόμεν ὅσκεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅσκεν μὴ δῷ. *Heſiodus.*
Dandum huic qui dederit, nil dandum quid dederit nil.
Lepidè Euclio Plautinus parciſſimus ſenex alioqui diues hunc ſenſum expreſſit.
Volui animum tandem confirmare hodie meum,
Vt bene haberem meæ me filiæ in nuptijs.
Venio ad macellum, rogito piſces: indicant
Caros, agninam caram, caram bubulam &c. cara omnia.
Arq; eò fuerunt cariora, æs non erat:
Abeo illinc iratus, quoniam nihil eſt quî emam. i. *pecunia deeſt.* Vliecnotliwe miáſto niemáß zá co kupić. κενὴ ἀγορὰ πάνθ' ὑστερεῖ χρημάτων. A.
Æs cui deeſt, nil quod emat, in foro inuenit.
Vide Mamurram Martialis ſub Z wielkiey burzé.

τὰ τῦ Σιμωνίδε μέλη. *Suidas.* Simonidis cantilenæ. *Dictum ſeu reſponſum Simonidis Poëtæ, quod dabat gratis petentibus à ſe carmina, tale fuit:* Dicebat ſe habere duo ſcrinia, gratiarum vnum, mercedis alterum: quæ quoties aperiret; prius ſemper inane, poſterius plenum ſemper ſe inuenire.

ὁ κηλὸς χαρίτων κενὸς. *Ex Ariſtophan. Theocrito.* Arca gratiarum vacua.

Omnia qui petitis gratis, diſcedite gratis. *Detorſi hunc verſiculum ex famoſo Galli cuiuſpiam carmine, quod Paſſeratij & Turnebi carminibus adiunctum eſt, finis eius eſt:* Omnia qui facitis gratis, diſcedite gratis. *quod ille in viros quoſdam religioſos è Regno Galliæ eijciendos fruſtra conſcripſit. Nam auctor carminis non modò è Gallia ſed è vita quoque (vtinam & non è cælo) excluſus eſt: boni illi & innocentes viri ad tempus calumniam paſſi, cum laude in Gallia viuunt.*
Trivialis verſiculus eſt. Nunquam obolus ſolus vile parabit olus.

Bez pomocniká. Bez pomocy.

Nullis adminiculis. Meo *vel* noſtro Marte. *Cic.*

ἄνευ Θησέως. *ex Zenodoto.* Abſq; Theſeo, *qui multis viris fortiſſimis in certamine auxilio fuit, etiam Herculi.* ἄνευ τῦ Ἰόλεω. Abſq; Iolao, *qui Herculem iuuit contra Hydram pugnantem.* ὁ παρακαλῶν τ Ἰόλεων. *Syneſi.* Non implorato Iolao.

ἄνευ

ἄνευ κυνῶν καὶ λίνων. ἔλαφος κτείνειν. *Pindar.* Absq; retibus & canibus ceruos occidere. — Sine cortice nare. *Horat. vt pueri faciunt. qua de re sic Plautus.* Quasi pueris qui nare discunt scirpea inducitur ratis *(al. induitur.)* Qui laborent minùs, faciliùs vt nent, & moueant manus.

Bez pracé, nié beda kolacé. Lézac wilk nié tyié. Kto chcé co mieć, muśi vćierpieć. Kto chcé ryby ieść, muśi śie zmoczyć.

ἄρρυθμον est adagium, vt non pauca alia, quæ indicant hanc dialectum Polonicam quæ sibilos crassos negligit, vel antiquissimam esse, vel certè bonis ingenijs, à quibus multa hoc genere rhythmi conscripta sunt, non caruisse. Comprobant id tot cantilenæ cum sacræ & Ecclesiasticæ, tum profanæ, partim honestæ partim amatoriæ, in quibus sæpè rhythmi sibilu dissonis terminantur.

— Nil sine magno

Vita labore dedit mortalibus. *Horat.* Serere ne dubites. *Columel. Virgil.*

Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum, Si vis esse aliquis. *Iuuenal.* i. *si vis esse celebris, designa facinus aliquod memorabile, etiam cum periculo carceris vel exilij in Gyaris insulis Cycladum, vbi mures ferrum rodunt.*

Non fit sine periculo facinus audax & memorabile. *Terent.*

Credebas dormienti hæc tibi confecturos deos? *Idem.*

Fortiter malum qui patitur, idem pòst patitur bonum. *Plaut. potitur bonum, legit Lambin.*

Feras quod lædit, vt quod prodest auferas. *P. Syrus.*

Qui è nuce nucleum esse *(edere)* vult, frangit nucem. *Plaut.*

δεῖ τι παθεῖν μεγάλων ἐφιεμένους. *Appian.* Oportet aliquid pati magna desiderantes.

ἄ γὰ ἀνίδρωτί γε μετ' ἀνδράσι κῦδος ἀέξει. *Q. Calaber.*

Nam sine sudore haud vlli vnquam gloria crescit.

μοχθεῖν ἀνάγκη τὸς θέλοντας εὐτυχεῖν. Opus est labores, esse si felix cupis.

τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ θεοί. *Epicharm.*

Laboribus vendunt nobis omnia bona dij.

ἄ γὰ ἐτωσιεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιὴν,
ἀλλ' ἀναβαλλόμενος. μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει. *Hesiodus.*

Nec enim laboris fugitans vir implet horreum,
Nec dilator. Cura verò opus auget.

κρύψαντες γὰ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. *Idem.*

Occultatum habent hominibus victum dij. *quare quærendus est cum labore.*

ἄ δ' ἐν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον. *Phocylides.*

Absq; labore homini nullum opus est facile.

ἐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν. *Euripides.*

Haud ſine labore diues eſſe quis poteſt.

Nulli vnquam e ventis aſſa columba venit. *Vulgare.*

μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι. *Herodotus.*

Magna negotia cum magnis periculis ſuſcipi volunt.

ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παυροι τινές. *Pindarus.* Sine labore pauci percepere gaudia.

τὰ μεγάλα ἔργα μεγάλων ἀπὸ κινδύνων ὠνέμεθα. *Halicarnaſſeus.*

Magna præmia magnis ſemper periculis emuntur.

πόνος χωρὶς ἀδὲν εὐτυχεῖ. *Sophocles.* Abſq; labore nihil ſuccedit.

Φεύγων πόνους Φεύγει κὴ τιμάς. *Thucydides.* Fugiens labores fugit & honores.

ἂν μὴ καθάρῃς κὴ ἀλέσῃς, ἃ μὴ φάγῃς. *Diogenian.*

Niſi molas niſique purges non edes.

Puncta feres apium ſi mel habere voles. *Turneb.*

— ὁ φεύγων μύλον, ἄλφιτα φεύγει. Qui vitat molam, vitat farinam.

ὁ πηλὸς ἢν μὴ δαρῇ, κέραμος ὐ γίνεται. *Apoſtolius.*

Lutum niſi tundatur non fit vrceus.

δεῖ ῥέζοντα τι κὴ πάσχειν κακόν. *Pindar.* Oportet aliquid agentem pati malum.

μὴ κὴ βοὸς εὔχου. *Diogenianus.* Ne contra bouem opta, vel vota facito. *i. ne velis abſque illius & tuo labore ſegetes & victum tibi prouenire.*

Non quiſquam fruitur veris odoribus, Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos,
Si fronti caueat, ſi caueat rubos.
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes. *Claudian.*

Nil dormienti cadit in os vnquam cani. *Garner. Gallic.*

Ad potiendum, eſt patiendum. *Idem*

Affine Bogá wzyway. Jadłby kot ryby. Praca vſtáwiczna.

Béz pracé / on ma kołaczé.

Fici cadunt in os comedentis. *Polydorus Virgil.*

εὐδοντα κύριος αἱρεῖ. Dormienti rete trahit. *Sic in rete Timothei Athenienſium Imperatoris feliciſſimi dicebatur Fortuna vrbes cogere, quas ille facile capiebat. Plutar.*

Sic apud Terent. Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos?

De Arceſila Philoſopho ſegni & tamen artis ſuæ perito dicebatur:

εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ κάτωθεν τὴν γεωμετρίαν ἐμπεπῆναι. *Suidas.*

In os eius oſcitantis Geometriam inuolaſſe.

Et Liuius ait. Nihil agenti ſibi de cœlo deuolaturam in ſinū victoriam cenſet.

Cic: item. Quibus omnia Reipublicæ beneficia dormientibus deferuntur.

Idem. Omnia illi quæ ad victū cultūq; pertinent, virgula diuina ſuppeditātur. *Ductum id à virga monſtrifica Circes, Palladis, Mercurii, celebri apud Homerum.*

ἀῶμαστα

αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἂν ἔτι τὰ ἀγαθά. *Cratinus.*

Vltrò hiſce cuncta ſuppeditat Deus bona.

δραχμὴ χαλαζῶσα. *Zenodot.* Drachma grandinans, i. *cum grandine vel grandinis inſtar decidens.*

ἀκονίσι. Sine puluere. *Sic Horat.* Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmæ, i. *facilis.*

ἀκονίσι στεφανῶσθαι. Sine puluere coronari.

ἀναιμαλὶ νικᾶν. Sine ſanguine vincere.

αὐτόματα ἐκ γῆς ἔχει πάντα. *Elian* Spontè è terra enata habet omnia.

Citra arationem & ſementem ei proueniunt omnia. *ex Homero qui ait:*

ὅτε φυτεύσουσιν χερσὶν φυτὸν, ὅτ' ἀρόσουσιν.

ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα κ) ἀνήροτα πάντα φύονται.

Neque ſerunt plantas neque arant, ſed omnia abſque ſeminatione & aratione proueniunt.

Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis.

Et imputata floret vſq; vinea. *Horatius.*

— Equus me portat alit rex *Idem è Græco.* ἵππος με φέρει βασιλεύς με τρέφει. χρόνιος βίος. *Damaſcius Syrus.* Saturnia vita. *quam deſcribit Ouid. 1. Metamorphos.* ἀλληλεσμένος βίος. *Suidas* i. Vita molita. *vel victus farinæ citra arationem, meſſuram, trituram, molituram, piſturam.*

ἀκονίσι. Citra puluerem, *vel* Sine puluere victoria obtigit. *Gellius.*

ἄνευ κυνῶν κ) ἑρκέων (λίνων) ἔλαφος κτείνει. *Pindar.*

Sine canibus & ſeptis (*retibus*) ceruos occidit.

Bona Porſenæ. *Liui quæ ipſe ex ſpoliis collectis vltrò Romanis obtulit. Plutarchus ait: Caſtra Hetraſcorum plena commeatu & opibus illum Romanis donaſſe.*

Vicinum Byt ma dobry. Sámo śie náwineło.

Béz przygány rzéczy ábo człowiék.

Vel Momo ſatis fecerit. Εἰ τῷ Μάμῳ ἀρέσκει. *Sic Cicero.*

Quod me hortaris &c. vt etiam Momo ſatis faciam, moriar ſi quicquam fieri poterit elegantius.

οὐδεὶς ἂν ἄλλ' οὐδ' ὁ Μῶμος μωμήσασθαι δύναιτο. *Lucianus.*

Nullus ne quidem Momus reprehendere queat.

Sic dices. Ne Momum quidem iudicem vel arbitrum recuſarim, verear.

Vel Momo iudice vicero.

Laudaret faciem Liuor quoque. *Ouid.* *Affine* Vić máß mu co zárzućić.

Béz roſkazania to vczyni. *V.* Vić trzebá go wiéle námáwiáć.

Bez-żeniec. Białych głow nienáwidźi. Czystości miłośnik.

ὁ μισογύνης. Oſor mulierum.

Vbi (*vel cui*) muſca nulla femina eſt in ædibus. *Plaut. In eiuſdem Milite Peripleſtomenes cælebs multa in laudem cælibis vitæ adfert.*

μελανίωνος σωφρονέστερος: *Ariſtophan.* Melanione pudicior, caſtior, continentior. *Is odio mulierum per montes & nemora vno cane comite venatione viuens vagabatur. Similis huic fuit Hippolytus apud tot Scriptores celebris, qui apud Euripidem dicit.*

τὴν σὴν δ' ἐκύπριν πολλὰ ἐγὼ χαίρειν λέγω.

Longum valere dico ego Veneri tuæ. *& apud Diogenianum.* ἱππόλυτον μιμήσομαι. Hippolytum imitabor, ſ. *pudicè viuendo.*

Bellerophonte caſtior. τὰ εἰς ἀφροδίτην ἐγὼ δικαιότατος, κἂν τῷ Βελλεροφόντῃ σωφροσύνῃ ἀμφισβητήσαιμι. Ego venerearum rerum puriſſimus vel cum Bellerophonte de pudicitia contenderim.

Veſtalium thoro purior. *Mamertin. Auſoni.*

πηδαλίου ἁγνότερος: *Euſtathi.* Purior clauo ſeu gubernaculo nauis, *quod ſemper in aquis eſt.*

Heraiſcus Ægyptius oſor mulierum maximus erat, huic loquente femina impura, mox caput dolebat. Suidas. Cùm Olympia (à viris) celebranda ſunt, muſcæ ſemper ex eo loco ad vlteriorem. Alphei fluminis ripam auolant quaſi viros metuentes. Rhodigin.

Cornix feminamortuo mare tria ſecula vidua viuit. *E Plutarcho.*

Bez-żeństwo ſpokoyne/ vćiéßne/ wolne.

Libero lecto nihil eſt iucundius *Cic.* Qui non litigat, cælebs eſt. *Hieronym.*

Semper habet lites alternaq; iurgia lectus
In quo nupta iacet: minimùm dormitur in illo. *Iuuenal.*

Qui poteſt mulieres vitare, vitet. *Plaut. Sticho. Apud eundem in Militis actu 5. Scena 1. Peripleſtomenes cælebs, vitam cælibem præfert vxoriæ, huius multa incommoda recenſens & commoda eleuans.*

ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου. *Menander.*

Omni procul moleſtia cælebs ages.

ὁ μὴ γαμῶν ἄνθρωπος οὐκ ἔχει κακά. *Idem.*

Caret malis vxore vir quiſquis caret.

τὸ μόνον ὄντα καὶ κακὴ τύχη τρέφει. *Philemon.*

Solum, maligna (*tenuis*) ſit licet ſors, hominem alit.

βίον καλὸν ζῇς, ἂν μὴ τὴν γυναῖκ' ἔχῃς. *Philetas.*

Viues bene ſi carebis coniuge.

γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσόν ἐστιν ἢ γαμεῖν. *Chæremon.*

Sepelire quàm ducere magè vxorem iuuat.

παροιμιῶδες πρᾶγμ' ἐστὶ γῆρας καὶ γάμος,

τυχεῖν

τυχεῖν γὰρ αὐτῶν ἀμφοτέρων σπεύδάζομεν,
ὅταν δ' ἐτύχομεν ὕστερον λυπόμεθα. *Theodoctes.*
Affines res sunt senectus & coniugium, Consequi enim vtrumq; stude-
Sed quando consequimur postea dolemus. (mus,
δύο ἡμέραι γυναικός ἐστιν ἥδισται,
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν. *Hipponax.*
Duo dies sunt coniugis suauissimi,
Quo nubit illa quoq; fertur in rogum. V. Zoné Klopot.

Biádá tey kokoßy/ ná ktorey iáſtrzebá záprawuia.

Dictum hoc in proprio etiam sensu verum est, sed paræmiaco ferè vsurpatur, de iis qui artem aliquam recens edocti, vel negotium inexperti aggrediuntur. Nam hi cùm experientia careant, (quæ rerum magistra & stultorum magistra vulgò dicitur) errare facile solent, & eos quos curant molestiis magnis afficere, vt sunt noui magistri, doctores, rectores, medici, chirurgi, &c. De his & similibus rectè dicas.

Væ ægroto à medico vel chirurgo nouo, &c.

ὁ νέος ἰατρὸς κακοπαθεῖν νοσεροὺν ποιεῖ. *A.*

Nouus medicus adauget ægroto malum.

Sic Ecclesiastæ 10. Væ tibi terra cuius rex puer est.

Bicz z piaſku nié bedźié. Vlié ſklei śie to.

Ex incomprehensibili paruitate arenæ, funis effici non potest. *Columella.*

ἐκ τῆς ψάμμου χοινικῶν πλέκεις. *Aristides.* Funem ex arena nectis vel texis.

τὰ ἀσύγκλωστα κλώθεις. *Synesius.* Glomeras quæ conglomerari nequeunt.

Arena sine calce. *Suetoni.* Cæmenta sine calce. *Ex Liuio. qui ait:* Nec erat difficile murum subruere, quod cæmenta non calce durata erant sed interlita luto. *Apud Ezechielem* cap: 13. *increpantur qui ædificant murum vel parietem absq; temperamento seu absq; luto & paleis. quia tale ædificium facillimè corruit. Scribit tamen Suidas, castellum quoddam exstructum fuisse ξηρῷ λίθῳ, ἐκ μεγάλων λίθων ἄνευ πηλοῦ συνηρμοσμένον.* i. *sicco lapide, seu ex magnis saxis sine luto seu calce, arte & aptè coagmentatis.*

λίνον λίνῳ συνάπτεις. *Plato.* Linum lino nectis. i. *debilia debilibus; vel diuersa aut opposita inter se copulas. vt Aristot. & Proclus vsurpauit.*

ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίγνεσθαι. *Aristot.* Ex nihilo nihil fit.

Nullam rem è nihilo gigni diuinitùs vnquam. *Lucret. Ethnicus.*

τὸν δύο ὀβολὸν οὐκ ἔστι πλείονος, ἢ δυοῖν ὀβολοῖν ἀξίας εἶναι, *Demosthenes.* Duorum obolorum pretium, non potest maius esse, quàm duorum obolorum.

ἐκ θύμβρας οὐδεὶς ἂν δύναιτο κατασκευάσαι λόγχην. *Athenæus.*

Conficere nemo lanceam è thymbra queat.

Vicinum Dármo robiß. Vlié bedźié z tégo nic.

Biedna

Biedną ſtárośći! noſſac cie bola kośći.

Vt ætas mala merx eſt tergo! *Senex Plautinus queritur. ſed plura habes infrà ſub* Stárość ſámá chorobá.

Biégun. Wſzedy-byt. Miéſcá nié zágrzéié.

Hamaxobio inſtabilior. *Tertullian.*

Nomadicam *vel* Nomadum vitam agit. *ex Plinio. Budæo.*

ἡ παναγαία ἄρτεμις. Panagæa Diana, *quæ omniuaga à Poëtis fingitur. Eraſm.*

ἡ περγαία ἄρτεμις. *Philoſtrat.* Pergæa Diana. *meminit eius & Cic.*

Ceres Proſerpinam quærens. *quam rem deſcripſit pulchrè Claudian. De eadem Ouid.*

——Immenſum eſt erratas dicere terras, Præteritus Cereri nullus in orbe locus.

Quiſquis vbiq; habitat Maxime, nuſquam habitat. *Martial.*

Vagari miſerum. πλαγκτοσύνης δ' ἐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσι. *Homer.*

Nil miſerabilius eſt quàm incerta ſede vagari.

Poteſt latiùs vſurpari de eo qui mutat amicos, opiniones, ſtatum vitæ.

γῆν πρὸ γῆς διώκων. Terram pro terra perſequens. *ex Ariſtopha. Luciano. vtitur & Cicero. Plautus de hoſpite citò abeunte.*

Prius abis quàm lectûs vbi cubuiſti concaluit locus.

κνιψ ἐκ χώρας. Cnips è regione ſeu loco. ſ. aſſiduò migrat.

Æneo crure. *Rhodigin.* Χαλκόκνημις. *qui multas terras pedibus citra fatigationẽ obit.*

Bies pogáná. *Vide* Málazł ſwoy ſwego.

Biéſtádá ſiecha. *V* Piiány béz piwá.

Biéſtada rzadka béz takiégo błazna.

In omni plerunq; conuiuio aliquis malè paſcitur, aut malè ſedet, aut ridetur à cæteris conuiuis. *Exempla multa ſunt apud hiſtoricos & Poëtas comicos, præſertim paraſitorum, vt apud Plautum Captiuis Milite Menæchmis Perſa Sticho. Sed & in conuiuiis honeſtis & Regum, vide Menecratem ſub dicto,* Tákiemu tákie. *& Luciani dictum ſub* Vczony przy dworzé. *Adi & Iuuenalis Satyram quintam.*

Bieży iák ſwiéc z bótámi. *i.* Niéprzyſtoynié názbyt predko.

E plebe eſt dictum. Galli apud Garnerum dicunt. Currit vt vitriarius onere liberatus. Latinè dices: Paraſitus ad cœnam properans vel properat. *leges talia exempla non raro apud Plautum. Sed &* περικέδειτος. *i. ad cœnam currens, dici poteſt, quo ſenſu ea vox vſurpatur apud Plutarchum: licet in oppoſito etiam ſed per iocum & antiphraſin accipiatur apud eundem & apud Athenæum. Sic apud Theocritum:*

ἢ μέσα δαῖτα κλῆσις ἐπείγεαι; *i.* Num ad cœnam vocatus properas?

ἐνῷ νομίζω τοῦτ' μὲν ἀνελευθέρων εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς ἔξω καλῶς. *Alexis apud Athenæum.*

Vnum

Vnum hoc puto illiberalium (*minimè ingenuorum*) eſſe,
Ire inconcinnè per vias cùm liceat honeſtè compoſitè.
Rectè Plautus. Liberos homines per vrbem modico magis par eſt gradu
Ire, ſeruile eſſe duco feſtinantem currere. *Alexander Seuerus dixit.*
apud Lamprid. Ingenuum currere niſi in ſacro certamine non decet.

Bigos. Wczoráyßa potráwá. Przygrzewánego/ przypiekánego co. *etiam tralatè.*

ἰχθὺς ὑποκείμενος *Plutarch.* Piſcis repoſitus. *Duplici ſenſu poteſt vſurpari.* 1. *De cibis vilibus, quales ſunt apud pauperes vel parcos heſterni cibi. Vt apud Terenti.* Meretrices ex iure heſterno panem atrum vorant. *Alioqui mos erat laudabilis aliquid ſemper in menſa relinquendi, vt dico ſub* Zoſtaw co ná iutro. 2. *De ſermone, oratione, narratione, verſu repetito, præſertim ſi tanquam nouum quid proferatur. Dici poteſt Crambe repetita. Vide hoc & ſimilia ſub* Záwßć ieđno.

Bity pláćzć. *vel* Bitemu mulczeć lépiey.

κλαίει ὁ νικηθείς. *Sibylla.* Flet victus. Væ victis. *Plaut. Varro. Feſtus.*
Nunc victi triſtes — *Virgil.*
Accipienda & muſſitanda eſt iniuria potentiorum. *Terent.*
Galli victi ſilent, victores canunt. *Cic.*
τί ἄλλο ἢ ὀδύνη τοῖς νενικημένοις; Quid aliud niſi dolor victis? *Apud Plutarchum Brenni dictum, Romanos auro appenſo pacem ab eo poſtulantes irridentis.*
κρεῖττον νίκη. *Porphyrio.* Meliorum eſt victoria.
Victi nō audent hiſcere. *Ex Plutarcho qui ait:* νικώμενοι ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται.
Victi viri ſilentio vincti ſunt. *Apud Spartanos Plutarcho teſte.* Vicinus vicini puerum peccantem liberè caſtigabat, & turpe ducebatur ſi filio querenti ſe ab aliquo punitum, pater verbera non addebat.

Bíy ieđno/ poczniéć. Doymi do żywego.

Phryx plagis ſolet fieri melior. *Cic.*
Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος. *Suidas.*
Phryx verberatus melior & obſequentior.
δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πολύπους πλεόμενος. *Zenodotus:*
Bis ſeptem plagis Polypus contuſus. ſ. *fit melior.*
Decem & quaternis tundito Polypum ictibus. *Vide in 1. Tomo* Sztokfiß.

Bíy zábíy ná mie. *V. infrà* **Wßyſcy ná mie.**

Błázeńſkie rzeczy rychley niż dobre poymnieymy/ á długo pomnieymy.

Diſcit enim citiùs, meminitq; libentiùs illud
Quod quis deridet, quàm quod probat & veneratur. *Horatius.*

Huc faciunt illi Senarij Agathonis & Nazianzeni paululum immutati.

τὸ μὲν παρεργον ἔργον ὡς μεμνήμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς παρεργον ἐπιλανθανόμεθα.

Nugalium ceu ſeriorum meminimus. Et ſeria vt nugalia obliuiſcimur.

Błogo temu przy dworzé/ komu plug domá orzé. *V.* Dworſki żywot.

Bliżſza koſzulá niż kaftan. Bliżſzy ſobié káżdy niż drugiemu.

Tunica pallio propior eſt. *Plaut.* Proximus ſum egomet mihi. *Terent.*
Ita te aliorum miſereſcat, ne tui alios miſereat. *Plautus.*
Miſereat (i. *miſereret me tui.*) ſi miſericordia familiam alere poſſem. *Idem.*
γόνυ κνήμης ἐγγίον. *Ariſtotel.* Genu ſurà propius.
Διαστέρω ἡ γόνυ κνήμα. *Theocrit.* Remotiùs genu abeſt quàm tibia.
ἔυχε τὼ πλησίον ἔχειν, ἢ τὰλέον δὲ τῆ Κύπρε.
Opta vt vicinus habeat, magis autem vt olla. ſ. tua.
Semper tibi proximus eſto. *Cato.*

Affine Káżdy ſobié woli. Sobié pierwey.

Bóg ći záplácí.

— Sperate deos memores fandi atque nefandi: *Virgil.*
Eſt profectò Deus qui quæ nos gerimus auditq; & videt. Is —
Benè merenti benè profuerit, malè merenti par erit. *Plaut.*
Quod in diuinis rebus ſumas (i. *conſumas*) ſapienti lucro eſt. *Idem Plaut.*

Dobrzé táki handluié/ co Bogu nie żáłuié.

Bóg ćie ſkarze. Nie vydźieß karánia.

Aderit Adraſtia Nemeſis. Aderit Rhamnuſia Nemeſis. *Dea fuit apud Ethnicos quam nemo nocens ſeriùs ocyùs effugere poſſe credebatur, ex Luciano.*
Aderit Temeſſæus genius. ſ. *vltor iniuriæ iuxta Temeſſam vrbē celebris ex Strabone.*
— Tandemq; fatebere lætus Nec ſurdum nec Tireſiam (*cæcum*) quenquam eſſe deorum. *Iuuenal.*

Spero equidem mediis (ſi quid pia numina poſſunt)
Supplicia hauſturum ſcopulis, Dabis improbè pœnas. *Virgil.*
— Scelus expendiſſe nocentem. Laocoonta ferunt. *Idem.*
Digna feres. *Ex Catullo.* *Plura ſub* Nayдźie Bog winnego.

Bóg

Bóg dobrych nié złych wyſłuchywá.

Faciliùs ſi quis pius eſt à diis ſupplicans, quàm qui ſceleſtus eſt inueniet veniam ſibi. *Plaut. Vide ſententiam hominis ethnici & quidem poëtæ vaniſſimi à recta ratione profectam, ſimilem illi quam apud Ioannem C. 9. cæcus natus protulit. Præceſſit apud Plautum.* Atq; hoc ſceleſti illi in animum inducunt ſuum.

Iouem ſe placare poſſe donis, hoſtiis. Et operam & ſumptum perdunt, id eò fit, quia Nihil ei acceptum eſt à periuris ſupplicij. i. *Supplicationum, precum, hoſtiarum. &c.*

Addit idem infrà. Idcircò moneo ego vos hæc, qui eſtis boni
Quiq; ætatem agitis cum pietate & cum fide;
Retinete porrò, poſt factum vt lætemini.

λιτὰς δικαίας Θεὸς κλύει. *Æſchil.* Preces iuſtas Deus audit.

Puras Deus non plenas aſpicit manus *P. Syrus.* *Affine* Pśi głos nié idźié.

Bóg ludźmi nié bráknié. Reſpéktow v Bógá nie máſi.

διαφέρει δὲ ἐδὲν τῷ Θεῷ τὶς ὁ Ἐτεοβουτάδης ἢ τὶς ὁμανὴς ὁ νεωνητός. *Syneſius.* Non curat Deus quis ſit Eteobutades (*ex nobiliſſima & antiquiſſima Athenienſium familia*) quiſue ſeruus nuper emptus.

τὸ θεῖον ἀπροσωπόληπτον πᾶσιν ἐλᾶς. *Cyril.* Deus omninò perſonarum acceptor non eſt. πάντας ἐξ ἴσου βλέπων. *Idem.* Omnes ex æquo aſpiciens.

Multa ſimilia in diuinis libris, vt Actuum 10. Ad Galat. 3. &c.

Bóg nié opuśći/ kto śie nań ſpuśći.

Celebre & pium dictum hoc nolui omittere, ſed ex Ethnicis fruſtra quid ſimile proferre tentem. Sufficiat vna ſententia Eccleſiaſtici 2. poſita.

Scitote quia nullus ſperauit in Domino & confuſus eſt.

Bóg rozum ludzki przéchodźi.

περὶ θεῶν καὶ περὶ θείων δογμάτων μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίστει. *Pythagoras.*

De diis rebuſq; diuinis nil tam admirabile dicitur quod non oporteat credere.

Bóg ſzczéśćiem ábo świátem ábo wßytkiem władnié/ rządźi.

Θεῶ μὲν οὐδὲις ἀνθρώπων εὐτυχεῖ βροτός. *Lucianus.*

Nullus ſine Deo diues (*aut* proſper) eſt mortalium.

Θεῶ δ' ἐ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτός. Felicitas donum Dei. *vel*

Vt ſit homo felix quiſpiam, donum eſt Dei.

καὶ γὰρ αὐτὰ τ τεχνῶν ἔργα δῶρα τ θεῶν ἐστι. *Lucian.*

Et ipſa artium opera ſeu effecta dona ſunt Dei.

σὺν τῷ Θεῷ πᾶς ἐγελᾷ κἀδύρεται. *Sophocles.*

Flet cum Deo ridetq; quilibet hominum, i. *cum Deus vult flet vel ridet.*

— Valet ima ſummis Mutare, & inſignem attenuat Deus. *Horatius.*

Æſopus interrogatus, quid faceret Deus! reſpondit: Θεὸς τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινὸ τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψηλεῖ. Deus alta deprimit & humilia extollit. *Gemina prorſus ſententia in Cantico Deiparæ notiſſimo.* ὁ Θεὸς ἀεὶ γεωμετρεῖ. *Plutarch.* Deus Geometriam ſemper tractat vel exercet. i. *creauit ex materia mundum & perpetuò formas inducit ex idea ſua, omnia definiens ratione, menſura, numero. Idem plane in diuinis libris legimus.*

Bóg ták chćiał / ábo zdárzył.

Sic viſum ſuperis. Diis aliter viſum. Non hæc ſine numine diuûm eueniunt.

Diis equidem auſpicibus reor (te) hunc curſum tenuiſſe.

Troiæ ſic iam fata ferebant. *Virgil.* Sic illum fata trahebant. *Ouid.*

τόν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος δέ. *Homer.*

Iſtum mortis in exitium mala Parca trahebat.

Seneca inſtruens Lucilium contra caſus aduerſos ait: Nil profutura alia, niſi frequenter & ſine querela illud inter ſingula damna dixeris: Diis aliter viſum eſt. *Simile illud Iobi.* ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως ἐγένετο. Sicut Domino placuit ita factum eſt.

Deorum beneficio ad hæc tempora natus. *Cic.*

Qui deorum conſilia culpet, ſtultus inſcituſq; ſit *Plaut.* Ita diis placitum. *Idē.*

Quid ſi hoc aliquis voluit deus: *Terent.*

B. Bernardus hominem poſt peccatum commiſſum à deſperatione cohibens, iubet dicere, epiſt. 87. Malè quidem egi, ſed factum eſt, & iam non poteſt non fieri. Quis ſcit, ſi hoc mihi Deus expedire prouiderit, & de malo meo, ipſe qui eſt bonus, bonum mihi operari voluerit? *Et S. Auguſt. inquit:* Non fieret malum, niſi ſineret Deus: nec vtiq; nolens ſinit, ſed volens: nec ſineret bonus fieri malè, niſi omnipotens etiam de malo poſſet facere benè.

Bóg wſzyſtko widźi i ſłyſzy.

πάντη γάρ ἐστι πάντα κἀβλεπτὴ Θεός. Et eſt vbiq; & cuncta conſpicit Deus.

ὀξὺς Θεῷ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν.

Acutus eſt oculus Dei vt cuncta videat. *Sic Danielis C. 13. Suſanna Dei omnipræſentiam reuerita mori cum infamia elegit, quàm in ſcelus conſentire.*

Eadem Dei præſentia exaggerata Ephrem, meretricem ad vitam ſanctam traduxit. Metaphraſtes auctor eſt.

ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. Eſt æquitatis oculus omnia intuens. *Apud Iuuenalem, Auaritia hortatur quendam.* Surge age — Verte (*fraudem fac in mercibus*) aliquid, iura (*peiera*) Et *ille.* Sed Iuppiter audiet.

κγ

καὶ κωφῶν συνίημι καὶ ὰ λαλέοντες ἀκούω. *Oraculum.*

Et mutos intelligo & audio vota tacentum.

Tonsor vir alioqui probus, egestate pressus, abstulit vicino suem, ad hunc Christus peregrini forma veniens petijt ab eo tonderi, quod dum ille alacriter facit, aduertit peregrinum oculos à tergo habere, stupensq; haret, cui peregrinus: hisce oculis ego vidi te alienum suem tollentem, statimq; disparuit. Tonsor verò suem cuius erat mox restituit. Petrus Damian. l. 8. c. 8.

οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης.

Oraculum Ethnicum sub persona Dei prolatum.

Mensura est maris & numerus mihi notus arenæ.

Eadem sententia in diuinis libris obuia est.

Deus est Sphæra: cuius centrum est vbiq;, circumferentia nusquam: Hieroglyphicum Anonymi.

Deo nil clausum, interest nostris animis & cogitationibus. *Seneca.*

Affine Nic skryiesz sie przed Bogiem.

Bóg wysoko / przyiaciél dáléko.

Falsum ac impium nec vsurpandum dictum. Refellit illud Dauid sæpiùs. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum. Et ego semper tecum. Cum ipso sum in tribulatione. Inuoca me in die tribulationis, &c.

Bóg záplác day iészcze.

Kto wziawszy pilno dziekuie/ Ten sie znowu wziąć gotuie.

Multa aut repetita gratiarum actio, noui beneficij postulatio est.

πάλιν (vel μάλα, aut πολλὰ) εὐχαριστῶν λαμβάνειν πάλιν θέλει. *A. Vult capere rursum, gratias qui rursum agit.*

Bógá máiac rzécz śmiélé. Nie dbay nic o przyiaciélé.

ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων; *Aristotel.*

Quid opus amicis cùm bona tribuit Deus?

Bogá nie oszukaß.

πολλά κεν εἰδώς οἷς τ' Θεὸν ἐξαπαλήσαις.

Multa opus est noris quò Numen fallere possis.

κλέπτει δέ μιν ὁ θεὸς ὁ βροτὸς ἔργοις ὔτε βαλαῖς. *Pindar. de Apolline.*

Non fallit illum Deus aliquis vel homo, factis nec consilijs.

Affine Wie Bog czyy báran. *&c.*

Bogá wzywáy á reki przykładay.

Dij facientes adiuuant. *Varro ait*: Et quia dij facientes adiuuant, priùs inuocabo deos.

Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συμπεύδειν Θεός. *Æschylus.*

Adesse consueuit laboranti Deus.

τὰν χεῖρα προσφέροντα τὰν τύχαν καλεῖν. *Plutarch.*

Operi manum admouendo Fortunam inuoca.

θάρσει, ἐπεὶ δαίμων ἕτερον πλόον ἡγεμονεύσει. *Apollon. Argonaut.*

Fide, tuum moderabuntur quia Numina cursum.

ἀλλ' ὅταν σπουδὴ τις αὐτὸς, κ' ὦ θεὸς συναπτέλλει. *Æschylus. Trochaic.*

Seriò est opus qui adurget, huic Deus se accommodat.

αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τὸν θεὸν κάλει. *Suidas.*

Fac aliquid ipse priùs, dein deos voca.

τῷ δ' αὖ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει. *Æschyl.*

Quisquis laborat, huic manum præbet Deus.

Ζεὺν Ἀθηνᾶ καὶ χεῖρα κίνει. *Zenobius.* Cum Minerua manum move.

ἄλλα μὲν αὐτὸς (εὑρήσεις) ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. *Cic. ex Homero.*

Quædam ipse inuenies, quædam verò Deus suggeret.

μὴ πάντα κὲξ βοὸς ἕξεις. Non omnia per bouem obtinebis. *i. immolatum seu per vota, preces, sacrificia, sed laborandum simul est.*

Non votis neq; supplicijs (*i. supplicationibus*) muliebribus auxilia deorum parantur, sed vigilando, benè consulendo, prosperè omnia cedunt. Vbi secordiæ atq; ignauiæ te tradideris; nequicquam deos implores. *Cato.*

Nullum numen abest, si sit prudentia. *Iuuenal. quod ad mentem præcedentium interpretare.* *Huc facit Apologus Faërni de rustico, ad currum luto infixum extrahendum Herculem inuocante, & per se nil mouente: quem Hercules apparens increpauit & leuare currum iussit.* Deum ora & ipse labora.

Affine Bèz pracé nié beda kolaczé.

Bogactw przybywa/ cnoty vbywa. Bogáctwá częſto powod do złego.

Quia paululùm accessit vobis pecuniæ, sublati animi sunt. *Terenti.*

Ardua res hæc est, opibus non tradere mores.

Et cùm tot Crœsos viceris, esse Numam. *Martial.*

Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu. Diuitiæ molles. *Iuuenal.*

Sæpe solent auro multa subesse mala. *Tibullus.*

τὸ γὰρ εὐπραγίαν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴν τοῦ κακῶς φρονεῖν ἀνοήτοις γίνεσθαι. *Demosthenes.* Prosperitas præter meritum, occasio vesaniæ stultis efficitur.

Nullum

Nullum crimen abeſt facinuſque libidinis, ex quo Paupertas Romana perijt. *Iuuenal.* *Vide* Bogáty rzadki.

Bogáctwá teraz przodkuią / Cnoty iem vſtępuią.

— Inter nos ſanctiſſima diuitiarum Maieſtas. *Iuuenalis.*

— Exſpectent ergo Tribuni, Vincant diuitiæ. ſ. *libertini opulenti, cuius ratio potior habetur quam Tribunorum. Idem Iuuenal.*

ὁι μὲν γὰ κακότηϛα καλαπρύψαιϛες ἔχυσι,
πλύτῳ, τί δ' ἀρέϛην ἕλομένη πενίη. *Theognis.*

Quidã improbitatẽ velatam habent Opibus, alij virtutem pernicioſa egeſtate,
In pretio pretium nunc eſt. dat cenſus honores,
Cenſus amicitias. pauper vbiq; iacet. *Ouidi.*
Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur.
Dum modò ſit diues, barbarus ipſe placet. *Idem.*
Et genus & virtus niſi cum re vilior alga eſt. *Horati.*
An diues, omnes quærimus, nemo an bonus.
Non quare & vnde; quid habeas, tantùm rogant. *Seneca ex Euripide vel alio Tragico Græco.*

Bogáctwá rod i godnośći / Są piękne pokrywki złośći.

ὁ πλοῦτός ἐϛι παραϰάλυμμα τ̃ ϰαϰῶν. *Antiphanes.*

(Pulchrum) malorum ſunt opes operculum.

Secundas res mirè vitijs obtentui eſſe, *dixit Saluſtius.*

Struma dibapho facile tegitur. i. *infamia & dedecus dignitate, quia* δίβαφον, i. *purpura bis tincta, eſt inſigne magiſtratus. Ex Cicer.* Ilia ſubter
Cœcum vulnus habes, lato ſed balteus auro
Protegit. *Perſius de Nerone vel Alcibiade.* i. *flagitia tui pectoris velas dignitate imperatoris vt gladiatores vulnus balteo.*

Bogáctwá to własność máią. Mądrego głupiem dźiáłáią.

ὁ πλοῦτος ἡμᾶς ϰαθάπ̃ ἰατρὸς ϰαϰός,
τυφλὸς βλέποντας παραλαβὼν πάντας ποιεῖ. *Antiphanes.*

Ad inſtar artis inſcij nos medici opes, Efficere cœcos ex videntibus ſolent.

Plutus cœcus non mirum ſi cœcos faciat. *ex Ariſtophane. Intellige plerumq; vel ſæpe, non autem ſemper, quo ſenſu alia dicta ſimilia accipe.*

Affine Bogátemu nic trzébá rozumu.

Bogáctwá wiele mogą. Bogátemu wſzytko przyſpiſuiemy.

πλήθει δ' ἀνθρώπων ἀρέϛη μία γίνεϛαι ἁπάϛῃ,
πλουτεῖν, τῶν δ' ἄλλων ἀπολεῖν ἀρ ἣν ὄφελ̃: *Theognis.*

Diuitijs

Diuitijs pollere eſt vulgi maxima virtus. Has præter nihilum cætera profuerint.

Ac bene nummatum decorat Suadela Venuſq;. *Horat.* — Omnia enim res
Virtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris
Diuitijs parent, quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit fortis, iuſtus, ſapiens etiam, & rex, Et quicquid volet. *Idem.*
Τ' εὐπλουτεῖν καὶ φρονεῖν νομίζομεν. *Euripides.*
Qui diues eſt hunc ſapere multùm credimus. — οἰόμεθα
Τ' εὐπλουτεῖν πάνθ' ὑπάρχειν καλῶς. *Idem.*
Benè noſſe cuncta quemq; remur diuitem.
Χρήματα τ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλὸς οὐδὲ τίμιος. *Laërtius. Suidas.*

Pecuniæ (*ſunt*) vir (i. *virum faciunt*) pauper autem nemo bonus aut honoratus.

Hæc omnia non ex veritate ſed ex opinione vulgi erronea dicta accipe.

Simillimum eſt Pieniądze wiele moga.

Bogáctwá z mądrośćią vćieſźne.

Καλὸν ὅταν εὐπλουτία παρῇ τῷ νῷ. *Hippodamus.*
Pulchrum quando felicitas cum prudentia coniungitur.
Ἡδιστόν ἐστιν εὐπλουτοῦντα νοῦν ἔχειν.
Sapiente diuite nihil eſt iucundius.
Πλοῦτος καὶ σοφίη θνητοῖς ἀμαχώτατον ἀιεί. *Theognis.*
Opis & ſapientia hominibus inexpugnabilis ſemper.
Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχῃ,
Χρῆται γὰρ ἕκτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς. *Menander.*
Beatus eſt qui mentem habet & opes ſimul,
Hic opibus etenim rectè vbi eſt opus vtitur.

Bogacz á świniá/ po śmiérći źwierzyná.

Diues cùm moritur, ſus cum occiditur multis prodeſt.

Vide Lékomy/ ſkapy/ i świniá.

Bogacz/ niéwolnik. Pánem wiélkim być/ wiélka niéwola.

Sub marmore atque auro ſeruitus habitat. *Seneca.*
Fortuna magna, magna domino eſt ſeruitus. *P. Syrus.*
Seruiet æternùm qui paruo neſciet vti. *Horat.*
Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique
Tortum digna ſequi potiùs quàm ducere funem. *Idem.*

Diuitiæ apud ſapientem in ſeruitio ſunt, apud ſtultum in imperio. *Seneca.*

Ἡδιστόν ἐστι τῶν ὑπαρχόντων κρατεῖν.
Iucundius nil quàm imperare his quæ tenes.

Diues

Diues habet diuitias ſicut febrem, potius dicendum: Diuitiæ illum habent, vt & febris. *Seneca.* *Antigonus filio inſoleſcenti dixit.*

An ignoras fili, regnum noſtrum nil aliud eſſe, quàm ſplendidam ſeruitutem?

Bogaczá béz potomká / chorego / ſtárego / wßyſcy náwiedzáią / ſámuią nié ßczerzé.

Iucundum & carum ſterilis facit vxor amicum. *Iuuenal.*

——Dominus tamen & domini rex. (i. *dominus & patronus huius, cuius eras cliens,*)

Si tu vis fieri, nullus tibi paruulus aula
Luſerit Æneas, nec filia dulcior illo. *Idem.*

Si te bene habes (i. *ſi diues es*) tibi ſunt gemini & trigemini filij. (*hæredipetæ*) *Plaut.*

Orbus es & locuples & Bruto conſule natus (i. *Senex*)
Eſſe tibi veras credis amicitias? *Martial.*

ἑαυτέρμον φιλέυσιν ἀτὰρ ϛυγέυσιν ἐῶσιν. *Callimach.*

Veſpertinum amant matutinum oderunt. ſ. *hæredipetæ amicis diuitibus morituris obſequentes aſſidentes.*

οἱ γύπες τοῖς θνηπμάσις παρεδρεύσι. *Suidas.*

Vultures cadaueribus (*moribundis*) aſſident.

Munera qui tibi dat locupleti Gaure ſeniqúe,
Si ſapis & ſentis, hic tibi ait, morere. *Martial.*

Vide Petit Gemellus. *ex Martiali. ſub* Pieniadzé wiele moga.

Bogaczu ná vbogie pámietay.

μέμνησο πλουτῶν τὰς πένητας ὠφελεῖν.

Diues memineris adiuuare pauperes.

Bogátego nié vczyni Cżę ſércé / choć pełno w ſkrzyni.
Bogátego ty nié máietnośćia / Léż vſkromiona mierzay chćiwośćia.

μὴ τὴν οὐσίαν πλείω, ἀλλὰ τὴν ἀπληϛείαν ποιεῖν δεῖ ἐλάαϛω. *Plato.*

Non ſubſtantiam maiorem ſed cupiditatem minorem facere oportet.

Si vis te diuitem facere, non diuitiis adiiciendum eſt, ſed cupiditati detrahendum. *Seneca.* (*re quod ſat eſt p.*

Quod vult habet, qui velle quod ſatis eſt poteſt. *Idem ex P. Syro qui ait: qui cupe-*

Non qui parùm habet, ſed qui cupit plùs, pauper eſt. *Idem Syrus.*

Habere omnia nemo poteſt, contemnere poteſt. *Idem.*

Latiùs regnes auidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis Gadibus iungas. *Horat.*

Quantò quiſque ſibi plura negauerit, A diis plura feret. *Idem.*

Contemptæ dominus ſplendidior rei —— Quam ſi (*eſſem*) magnas inter opes inops. *Idem.*

Multa petentibus, Desunt multa. *Idem.* Contracto melius parua cupidine
Vectigalia porrigã, quàm si &c. *Idem.* Kto chćiwośći záhámuić/nić wiele potrzębuić.
Diuitiarum modus primus, habere quod necesse est: proximus quòd sat est. *Seneca.*
Nihil locupletius eo, cui quod det fortuna non inuenit. *Idem.*
Magnus est qui in diuitiis pauper est. *Idem.*
Nunquam parùm est, quod satis est: nunquam multùm est quod satis non est. *Idem.*

Diuitiæ grandes homini sunt viuere parcè,
Æquo animo, neque enim est vnquam penuria parui. *Lucretius.*
Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit. *P. Syrus.*
Instructa inopia est in diuitiis cupiditas. *Idem.*

Socrates videns in Pompa (al in foro) magnam vim auri & argenti, dixit:
Quàm multa non desidero! *Cic. Lacrt. al.* Quàm multis non indigeo!

Quæ magis optantur, cùm pleniùs accumulantur,
Non satiant mentem semper maiora petentem. Anonym. Rhythmicus.
Cui satis est quod habet, satis (vel multa) illum constat habere.
Cui nihil est quod habet, nihil illum constat habere. Garner.
Cui sat nil vnquam, possidet ille nihil. Idem.

Affine Przestań ná málé. Chćiwość niénásycona. Vbogi nić iést co ma potrzéby.

Bogátému nić trzébá rozumu.

Ironica est sententia, non ex eo quod fieri oporteret, sed ex eo quod sit profecta.
Stultitiam patiuntur opes. *Horat.* i. *admittunt. & diuitem licet esse stultum, vel vt Acron. & Porphyri. Opibus compensatur stultitia, & tegitur. Nam vt Salustius ait: Secundæ res mirè sunt vitijs obtentui. Et diuites, ait hic Lambin. existimant sibi omnia vel certè plùs quàm tenuioribus licere.*
ὅτι ἀνόητον ὁ πλοῦτός ἐστι. *Aristotel.* Stulta res est diuitiæ.
Συντέταχται γὰρ συναναβλύειν τοῖς πλουσίοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια καὶ ἀνωλατία. *Isocrat.*
Vno ordine incedunt & consectantur diuites & potentes, stultitia & luxus.
Et seruus apud Plautum. Secundas fortunas decent superbiæ.
τυφλὸς ὁ πλοῦτος καὶ τυφλὸς ἐμβλέποντας εἰς αὐτὸν ἀεὶ ποιεῖ. *Menander.*
Cœcæ sunt diuitiæ & cœcos intuentes in se reddunt.
χρήματα τοῖς ἀνοήτοις γίγνεται ἀφροσύνη. *Theognis.*
Sunt fortunæ homini maxima stultitia.
πρόβατον χρυσόμαλλον. i. Quem aureo vellere. *Diogenes Cynicus vocauit diuitem indoctum & rudem. Caligula Syllanum Pratorem dixit,* πρόβατον χρυσοῦν. *Pecudem auream Dion.*

Fortuna vbi abundat, deficit sapientia. Garner.

Affine Szczęśćie rozum odeymuić. Szczęśćia wiele/ rozumu málo.

Bogátego poźná/ vbogiego biésiádá.

Quod

Quod aquilæ ſupereſt, imbelles edunt aues. *Plin.*

Diuitum phiditia, pauperum lautitiæ.

Vel Diuitũ frugalitas, tenuiorũ helluatio. τ̃ πλουσίων λιτότης, τ̃ πενήτων λαφυγμός.

Præclarè Seneca in hanc Sententiam multa affert hortando Lucilium, vt ad caſtigandum luxum & firmandum animum contra voluptates & moleſtias, aliquot dies ſubinde interponat, quibus dura & horrida veſte, minimo & viliſſimo cibo, quem multa millia pauperum ſeruorum & capite damnatorum ferunt, contentus ſit, exemplo Epicuri.

Iuuenalis etiam Satyra 5. queritur in conuiuio diuitum, pauciora & viliora dari conuiuis clientibus diuitis quam ipſi domino. Poſt alia multa ait.

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis Boletus domino.

Vide Lépße goſpodarzowi. & Co z waſá ſpádło.

Bogáty cztowiek. Bogacz.

Montes argenti non maſſas habet. *Plaut.*

Montes maximi acerui frumenti ſunt ei domi. *Idem.*

Auro ſuppactum ſolum (i. ſoleas) habet. *Idem.*

Habet vnde ſeuum excoquat. *Idem.* Herculis quæſtum habet. *Idem.*

Pelopis talenta habet. *ex Theocrito.* — Darij opes ſuperat. *ex Syneſio.*

— Arat quantum non miluus oberret. *Perſius.* i. *latiſundia ampliſſima habet.*

— Tot miluis intra tua paſcua laſſis. *Iuuenal.* Lydo ditior auro. *Statius.*

Opulentior Arabum gazis & diuitis Indiæ. *Horat.*

Syracuſanæ opes *in prouerbium abierunt. Nam de homine ſatis diuite dicebatur.* ἐδ' ἐτὴν δεκάτην τ̃ Συρακουσίων ἔχῃ. *Strabo.* Ne decimam quidem partem Syracuſanarum opum poſſidet.

Ζωπύρου δ' ἀρόσεως δώδεκ' ἡμερῶν ὁδόν. *Plutarch. de Tantalo.*

Viam dierum duodecim ſero iugera.

Χρυσίου πόντον ἔχει. *Athenæus de Nino.* Auri mare habet.

ἔχει χρυσίον ὅσον ἱκανὸν ἦν ἐμπλῆσαι τὴ τ̃ ἐπὶ μύθῳ Μίδαν. *Eunapius.*

Habet aurum quantum idoneum eſſet ſatiare & fabuloſum Midam.

Ditior Crœſo. *apud Græcos; vel* Craſſo *apud Latinos.*

Tantali talenta, Gygis opes, *apud omnes celebres.*

εὐδαίμων πολυαγρ☉ς ἐρίνιον ἄγα πολύτροφον τρέφων. *Plutarchus.*

Felix multorum agrorum poſſeſſor, cœleſtem capram magnam nutricem vel multum alentem nutriens. *Nam eius capræ vel aſpectus proſper erat.*

Amaltheæ cornu habet. *Vide ſub* Szcześliwy.

Τ̃ κινύρα τὴ Μίδα μᾶλλον πλουτεῖ. *Plato.* Cinyra & Mida ditior. *Et* κινύρου πλοῦτος Cinyræ opes i. *immenſæ.*

παμπόλλου πλοῦτον ἔχῃ. *Philoſtrat.* Pactoli (*fluuij Lydiæ*) opes habet.

ζωπύρου τάλαντα ἔχῃ. *Zenodot.* Zopyri (*Darij Regis amici*) talenta habet.

Narciſſus Claudii libertus Crœſo & Craſſo opulentior. *Plin. Iuuenal.*

ἐκ πίθου ἀντλεῖ. *Theocrit.* E dolio haurit. Callicrates Caryſtius *ditiſſimus fuit.*

Bogáty boiáźliwy/ fraſowliwy.

δειλὸς ὁ Πλοῦτος. *Ariſtophan. Lucianus.* Timidus Plutus.

δειλὸν θ' ὁ Πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν. *Euripides.*

Timidũ atq; cupidum ſunt opes vitæ malum. Felicitas diuitum perſonata. *Seneca.*

Tantis parta malis, cura maiore metuque.
Seruantur, miſera eſt magni cuſtodia cenſus. *Iuuenal.*

δειλότατος ἰχθύων ἁπάντων χρυσοφρὺς *Ælian.* Aurata, piſciũ omniũ timidiſſima.

Bogáty dobrodźieyſtw twych nié rachuié: Vrázy ſwé bárzó czuié. Bogáremu dobrzé czynić/ ſtráchá.

— Ita ſunt iſti noſtri diuites. Si quid benè facias, leuior plumâ eſt gratia;
Si quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt. *Plautus.*

τὸ μὲν λυπῆσαι δυσεξάλειπτον, τὰ δὲ χρηστὰ ἅμα τῇ ἀπολαύσει καὶ τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην συναναλίσκει. *Herodian.* Quod offendit, indelebile eſt: beneficiorum verò vna cum ipſo vſu & memoria conſumitur ſeu perit. *Et Eccleſiaſtici c. 8.*

μὴ δανείσῃς ἀνθρώπῳ ἰσχυροτέρῳ σου, καὶ ἐὰν δανείσῃς, ὡς ἀπολωλεκὼς χάρισαι.
Noli fœnerari homini potentiori te, quodſi fœneraueris quaſi perditum ſit vel habe.

Bogáty rzadki ſprawiédliwy/ ábo ſam/ ábo iégo przodek.

Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. *S. Hieronymus.*

Valde diuites, ſimul eſſe probos impoſſibile. *Plato apud Rhodiginum.*

οἱ πλούτῳ μεθύοντες, ὕβριν τοῖς ἀνθρώποις ἐπαυλοῦσι. *Philoſtratus.*

Opibus ebrij iniuria vel contumelia homines alios afficiunt.

Difficile eſt eum virtutes reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus. *Cic.*

ὁ πλοῦτος σύσημά ἐστιν ἐκ τῆς πενήτων οὐσίας. *Iſocrates.*

Diuitiæ ſunt congeries quædam ex pauperum ſubſtantia.

ὥς τε λόγῳ ἡμῖν ὀρθὸς ὡς οὐκ εἰσὶν οἱ παμπλούσιοι ἀγαθοί. *Plato.*

Vt verum ſit dictum. admodum diuites non eſſe bonos.

E quadraginta aureis eleemoſynæ nomine à quodam diuite ſibi miſſis, vnum tantùm iuſtè acquiſitum Deo reuelante agnouit Launomanus Epiſcopus Carnotenſis, & eum retinuit; reliquos triginta nouem, remiſit domino dicens: Dona impiorum non probat altiſſimus. *Vincentius Belluacen. Simile quid habet. S. Gregor. Dialog. l. 3. c. 26. de munere à Carcerio ſacrilego miſſo S. Menæ.*

μὴ πλοῦτον εἴπῃς, οὐχὶ θαυμάζω θεόν,
ὃν χ' ὡ κάκιστ' ῥᾳδίως ἐπήσατο. *Euripides.*

Non mihi diuitias proferas, nil miror deum. *(quaſi Plutum.)*

Quem

Quem & pessimus quisq; facillime possedit. ἀγαθὰ χιλλικῶν. *Zenodot.* Bona Cillicon, *s. habet. Milesius hic, prodita Prienensibus Mileto patria fœdè ditatus est.* Al. Bona Ciliconis habet. s. iniustè ditatus. *Ex Suida.*

Diuitiæ non semper optimis. *s. dantur vel adsunt, ex Theognide qui ait:*

πολλοὶ πλοῦτον ἔχουσιν ἀίδρεες, οἱ δὲ τὰ καλὰ.

ζητοῦσιν, χαλεπῇ πειρόμενοι πενίῃ Multi imperiti habent opes, qui verò honesta sectantur, graui conflictantur paupertate.

ἀδὴς ἐπλούτησε τάχεως δίκαιος ὤν.

Iustus repente nemo diues factus est. *Vel vt P. Syrus.*

Repente diues nemo factus est bonus. *quia malis artibus opes non quærit.*

Rectè apud Plutarchum quidam Syllæ iactanti se (nam Felix vulgò habebatur & vocabatur Cicerone teste) dixit: Quomodo tu vir bonus esse potes, qui tantas opes possides, cùm à patre nil tibi sit relictum? *Verè dices.*

Kto śie predko zbogáći/ chotą (ábo dußa) tego przypłáći: V. Bogactw przybywa.

Bogu śie przećiwić trudno/ prożno/ głupstwo.
Przećiw kosturowi wiérzgáć prożno.

πρὸς κέντρα κατλίζειμι θνητὸς ὢν θεῶ; *Euripides.*

Contra stimulum calcitrem homo existens Deo? *Gemina sententia in actis Apost. c. 9.* σκληρόν σοι πρὸς κέντρα κατλίζειν. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.*

χρὴ πρὸς τὸ θεὸν οὐκ ἐρίζειν. *Pindar.* Non expedit cum Deo contendere.

οὐ γὰρ ἐγώ γ' ἐθέλοιμι διὶ κρονίωνι μάχεσθαι. *Homer.*

Cum Ioue ego sanè nolim certamen inire.

— οὐκ ἔστιν πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι. *Idem.*

Non pugnandum homini cum Deo.

οὐκ ἂν ἐγώ γε θεοῖσιν ἐπουρανίοισι μαχοίμην. *Idem.*

Non ego bella diis mouerim cœlestibus vnquam.

Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. *Virgil.*

Degener est animus qui obluctatur & de ordine mundi malè existimat, & emendare mauult deos quam se. *Seneca.*

τὸ φέρον ὑπὸ θεοῦ, καλῶς χρὴ φέρειν. *Suidas.*

Quod diuinitùs accidit, benè seu pulchrè est ferendum.

Bogu nic nie iest trudnego.

τὰ δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός. *Euripides.*

Rebus insperatis vel desperatis exitum reperit Deus.

θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. *Homer.* Dij omnia possunt.

ῥεῖα θεός τ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι. *Homer.*

Si lubeat seruare procul quoque numina possunt.

Fata viam inuenient. *Virgil.* V. Kogo Bog ma w swey obronie.

Boiáźliwy. Tchorz. Záiecżego sercá cżłowiek. Cieniá śie swego boi. Zástrásżyły go machárzyna. & Przélękły.

Omnia tuta timet. *Virgil.* Ante tubam trepidat. *Vel vt idem Virgilius.*
— Ante tubam tremor occupat artus.
λαγώϛ βίον ζῶν, καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν. *Demosthenes.*
Leporis vitam viuens, & semper ictum exspectans.
λαγώων δειλότερος. *Athanasius.* Leporibus timidior.
Milites suos ex acie sæpe fugientes Lepores galeatos *vocauit Cornificius Pòèta.*
τὰς παρεπεταμένας μύας δεδιὼς. *Aristot.* Vel muscas metuit præteruolantes.
τὴν αὐτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι. *Plato.* Vmbram suam metuere. *Cic.*
Vanaq; sollicitis incutit vmbra metum. *Ouid.*
δειλότερος Πισάνδρου. *Suidas.* Timidior Pisandro, *qui metuebat ne anima sua illi alicubi occurreret.*
ῥιψάσπις: ὁ τὴν ἀσπίδα ῥίψας. *Lucian.* Abiecit clypeum. *Sic Horat.*
Sensi celerem fugam relicta non benè (*turpiter*) parmula. Abiecit hastam *Cic.*
δεδιέναι πάντα καὶ ὑφ' ἑνὸς μυός. *Aristot.* Timere omnia si vel mus obstrepat.
Non ad ictum sed ad crepitum exagitamur. (dic exanimamur) *Seneca.*
φύλλων λαγώϛ ἐκφοβοῦσιν οἱ κλύποι,
ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων. *Nazianzen.*
Lepus fragore territatur frondium, Vmbræque rerum prætrepidos terrent viros.
κακὴ τρέπεται χρώς. *Homer.* Ignaui color vertitur seu mutatur.
τάρβησαν, πᾶσιν δ' ὑπὸ γυῖα λύτο (*pro* κάππεσε) θυμός. *Homer.*
Extimuere, cunctisq; in pedes decidit animus.
τῆς νεμάδος δειλότερος. *Athenæus.* Hinnulo timidior.
Sic Horatius. Vitas hinnuleo me similis Chlòé.
τὴν ψυχὴν τελητος ὑπέστη. *Hermippus.* Animum Teletis (*timidissimi*) habet.
λευκηπαλίας. *Clearchus. quasi albo vir hepate, pro timido. quod palleant quibus hepar vitiatum, idem pallor timidis, & amantibus familiaris est.*
πολεμίας σάλπιγγος δ' οὐκ ἐν ὕπνοις ὑπομένων ἀκοῦσαι. *Philarchus.*
Buccinam né in somnis quidem audire sustinet.
ἐλάφου ἀνὴρ, ἐλάφειον κραδίην ἔχων. *Homer.* Ceruinus vir, cerui cor habens.
ὥσπερ τὴν γοργοῦς κεφαλὴν θεασάμενος. *f.* ἔφυγεν. *Heliodorus.*
Tanquam Gorgonis capite conspecto pertimuit vel fugit.
τὴν γυναῖκα νεκρὰν ὑποφεύγει. *Idem.* Mortuam feminam fugit.
οὐδὲ μικρὸν ἐτόλμησεν ἔξω τὴν πυλῶν προσκύψαι. *Lucian.* Nunquam ausus est extra portam exserere caput.

ὅμοιος

ὅμοιος τὸ χρῶμα τῷ χρυσῷ γέγονε. *Lucian.*
Auro pallidior factus est. i. *timore perculsus.*
πάντα τῷ φοβουμένῳ φοβεῖ. *Sophocles.* Omnia strepunt timido.
ἀπὸ ἢ σκιᾶς μορμολύττεσθαι. *ex Diogeniano.* Vtre vel vmbra terretur.
ἀσκοφλαυρίζεσθαι. *Ex Suida.* Inani metu (*ceu vtri strepitu*) percellitur.
Φεύγεις δ' ὥστε ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα. *Theocrit.*
Fugis velut ouis canũ lupum conspicata. *Vel* Vt ceruus aspecto lupo. *ex Hor.*
τὸ τοῦ Θεαγένους ἑκάτειον. *Suidas.* Theagenis Hecateum i. Hecates idolum, *subaudi, semper adit, consulit. Nam Theagenes nusquã pedem mouebat, nisi illo consulto.*
Τάνταλος ζωή. *Nazianzen.* Tantali vita. *de sollicito.* (*inuocat.*)
ἐν ψύλλας δήξει θεὸν ἐπικαλεῖται. *Ex Æsopi apologo.* In pulicis morsu Deum
τὴν νεβρίδα ἐνημένος. *Demosthen. apud Suid.* Nebridem (*pellem cerui timidi*) indutus.
ὀρτυγίου ψυχὴν ἔχει. *Antiphanes.* Coturnicis animum habet *i. timidum.*
ἔν μοι ἔπειτα πέσοι μέγας ἠρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν.
χάλκεος, ἀνθρώπων δείματα παλαιγενέων. *Theognis.*
In me deinde cadet magnũ cælũ latũ desuper Æreum, hominũ metus antiquorũ.
Timidi est oratio. Sic apud Terent. quidam dicit: Quid si nunc cœlum ruat? *Et Horatius alludit,* Si fractus illabatur orbis Impauidum ferient ruinæ. *quæ sententia fortis & intrepidi animi est.*
δειλότερος τὸ παραχύπτοντος. *Suidas.* Timidior (*quodam*) prospectante. *i. Herculem, quem vbi conspexit, in lapidem præ timore versus est.*
ἀδεὲς δείδιας δέος. *Suidas.* Inanem metum metuis. Tuta times omnia. *Virgil.*
πανικὸν φοβεῖσθαι. Panicum timet. Panico (*inani*) timore percellitur. *Vel Cic: dicit:* Panicis πανικοῖς mouetur.
Puniceæ pauidos agitant formidine pennæ. *Virg. de Ceruis qui pennis auium expansis terrentur.*
μορμολύττειν & μορμολύκεια δείδειν. *Suid.* Laruas pueriles timere.
Putas te elephanto assem dare? *Augustus Cæsar, libellum supplicem sibi timidè porrigenti dixit apud Suetonium & Macrobium.*
Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis. *Virgil.*
Guttam haud habeo sanguinis. *Apud Plautum quidam perculsus, dicit.*
αἷμα οὐκ ἔχει. *Æsthines.* Sanguinem non habet, *pro timido.*

Boiáźliwy matki nie rozrzéwoni. Boiáźliwego mátká nie płáczé.
Timidi mater non flet. *Æmili. Probus. Nam timidi pericula in bello declinant & cauent sibi loco, vt ille Terentianus. quare salui reuersi matres non contristant.*
ἄρης δ' ἐκ ἀγαθῶν φείδεται ἀλλὰ κακῶν. *Anacreon.*
Parcere Mars solet, haud fortibus, at timidis.
Nolo virum, facili redimit, qui sanguine vitam.

Hunc

Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt. *Martialis iocátur in Decianum vitantem bellum.*

Boiázliwy nic wielkiego nié ſprawi. Boiázliwy ſérce i ſiłe wnét ſtráci.

Sedit qui timuit né non ſuccederet. *Horat.*

δειλοὶ γὰρ ἄνδρες ἐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
ἀριθμὸν, ἀλλ' ἄπεισι, κἂν παρῶσ' ὅμως. *Euripid.*

Formidoloſi nullum habent in prælio.
Numerum, ſed abſunt, licet ibi adſint maximè.

ἀρχὴ παρούσης, τ' ἴχνε' ἀφῃς ζητεῖς. *Suid.*

Veſtigia vrſi quæris hunc præſentem habens.

In eos qui metu præſens negotium relinquunt & aliud ſe agere fingunt. V. Nié nátrzé.

εἰ ἀθυμοῦντες ἄνδρες ἕστασαν τρόπαιον ἑστῶσαν. *Eupolis.*

Viri timidi nunquam ſtatuêre tropæum.

δεῖμα γὰρ ἰσχὺν ἀναλύνει καὶ νόον. *Q. Calaber.* Timor vires eneruat & mentem.

Semper in prælio ijs maximum eſt periculum, qui maximè timent. *Saluſtius.*

Boiázliwy vciékáiącego goni. *Vel* Vciékáiącego i boiázliwy goni.

δειμαλέος κροκόδειλος ἐὼν, φεύγοντα διώκει. *A.*

Inſequitur crocodilus vbi cernit fugientem. *Vel*
Eſt timidus crocodilus, at inſequitur fugientem. *Teſte Strabone Plini.*

Boiáźń hámuié od złego.

φόβος κωλύει πονηρευμάτων. *Chryſoſtom.* Timor cohibet à malis.

Sic Horat. oda 34. libri 1. ait, Se timore Iouis, *etiam puro cælo aliquando fulminantis, à vita Epicurea deterritum.*

Oderunt peccare mali formidine pœnæ. *Ex Horat.*

ἵνα δέος, ἐνθα καὶ αἰδώς. *Plato. Suid.* Vbi timor, ibi & pudor.

ἡ ἄδεια ἀναισχυντίαν ἔτεκεν. *Plato.* Abſentia timoris impudentiam peperit.

Maxima pars hominum ſola formidine fuſtis. Temperat à malefactis. *Eraſm.*

Βοῦς ἐπὶ γλώσσης. *Suidas.* Bos in lingua. *De ijs qui non audent liberè loqui timore mulctæ. nam liberiùs locuti pendebant nomiſma bouis figura ſignatum. Vide* Zły ſtrách.

Boiáźń nié mocny hámulec złego.

Malus cuſtos diuturnitatis metus. *Cic.* Imbecillus eſt pudoris magiſter timor. *Idem.* Non diuturni magiſter officij timor. *Idem.* Quid faciet in tenebris, qui nihil timet niſi teſtem & iudicem? *Idem.*

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Tu

Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.
Sit ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis. *Horat.*
Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet;
Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit. *Terent.*
ἄῤῥωστός ἐστι κωλύτης κακῶν φόβος. *A.*
Infirmus eſt repreſſor à malo timor.

Boiaźń vſtáwiczna ćießka.

Quotidie damnatur qui ſemper timet. *P. Syrus.*
Crux eſt ſi metuas vincere quod nequeas. *Auſoni.*
Qui metuens viuit liber mihi non erit vnquam. *Horat.*
ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότ' ἐν τοῖς σκύτεσιν. *Ariſtophanes.*

Mens nobis tunc erat in corijs. (*vt Terent. animus. in patinis.*) *dictum eius eſt, qui metuens plagas de illis aſſiduò cogitat. Vt apud Comicos ſerui ſæpiùs. Apud Plautum.*
Timeo quid rerum geſſerim hic, ita dorſus totus prurit. *Item.*
Vah iam Scapulæ pruriunt. quaſi ſentiant verbera imminentia.
Τὸν Ταντάλου λίθον ἐπηρτημένον ἔχων. *Plato.*

Tantali lapidem imminentem (*vertici & iamiam caſurum*) *habere. Vt Athenæus explicat narrans hanc fabulam. Virgilius hoc ſaxum aliis in Orco tribuit dicens:*
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq́;,
Quos ſuper atra ſilex, iamiam lapſura cadenti
Imminet aſſimilis —— epulæq́; ante ora paratæ. *quare hac etiam, vice Tantali hoc ſenſu vſurpare licebit.*
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira, Seruitij patiere iugum. *Claudianus.*

Bólkáżdy niniéyßy/ żda śie naniéżnośniéyßy.

Præſentia afficiunt magis, *bona & mala. Ideò P. Syrus dixit:*
Animo dolenti nil opotet credere, *quia dolentes, malum & moleſtiam quamcunq́; præſentem in maius accipiunt, & apud Terent. infelices, ſunt ſuſpicioſi.*
μᾶλλον πέζει κακὰ παρόν' ἀπωλέρων. *A.*
Abſentibus grauiora mala præſentia. *Affine* Choremu wßyſtko gorzko.

Ból máły/ znośny: wiélki krótki.

Dolor, ſi grauis, breuis; ſi longus, leuis. *Cic.*
μικρὰ νόσος ἀφόρητος· ἡ μεγάλη ἐλαχύ. *A.*
Morbus leuis, tolerabilis, grauis, breuis.
Dolor, ſi ferre poſſum, leuis eſt: ſi non poſſum, breuis. *Seneca.*
Ból/ ieśli máły/ ia go znioſę: ieśli wiélki/ on mnié.

Bół milczeć nié vmie/ ábo nié da.

Difficile eſt tacere cùm doleas. *Cic.*
Etiam innocentem mentiri cogit dolor. *P. Syrus.*
Iuſtum dolorem temperare difficile. *Papinian.*
In dolore maximo nulla eſt artis obſeruatio. *Quintilian.*
Χαλεπὸν σιωπᾶν κῆρ δακόντος ἄλγεος. *A.*
Durum eſt tacere quando cor mordet dolor.
Simile eſt Vtedzá milczéć nić vmie.

Ból wßelki nié ták śie czuié / Gdy go kto lekko przyymuié.
Vide Przykrośći folgá cierpliwość.

Ból zá czáſem vſtáié.
λύπην λόγος πραΰνει, ἢ ὁ μὴ, χρόνος; *A.*
Aut tempus aut ratio decoquit dolorem. *Cic.*
Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atq; emolliat. *Idem.*
Dolor decreſcit vbi quo creſcat non habet. *P. Syrus Mimus.*
Longa dies conſumit dolorem. *Seneca.*
Plura huc pertinentia pete ex Czás wßytko vlácznia Czás wßytko trawi.

Boli go káletá / ábo mieſićk. *Vide infrà* Skapy.
Bólu nié mále vlżenie / Płácz / kremu wypowiédzenie.
Vide Náplákáć śie pociécha.

Boſka to rzécz. Sámemu Bogu to przyſłoi.
Θεὸς ἂν τοῦτ' ἔχοι γέρας. *Plato. Ariſtot.* Deus hoc habeat decus.
Hoc dicto deprecamur res vires noſtras excedentes, & Deo faciles.
Pytho Ænius apud Plutarchum cùm Coty interfecto laudaretur & hinc inuidere ſibi quoſdam ſentiret, dixit. ταῦτα ἄνδρες ἀθηναῖοι θεῶν τις ἔπραξεν, ἡμεῖς δὲ τὰς χεῖρας ὑπηρετήσαμεν. Hæc ô viri Athenienſes deorum aliquis fecit, nos manus ei vtendas præbuimus. Solus hoc potuit Deus. *Patatus.*
— βροντᾶν δὲ οὐκ ἐμὸν ἀλλὰ διός. *Plutarch.* Tonare non eſt meum ſed Iouis.
Timoleon Corinthius liberata à Tyrannis Sicilia, vrbibus reſtauratis & ordinatâ, in concionibus publicis ſæpe dicebat, Deo ſe gratias habere, quòd cùm ſeruare vellet Siciliam, ei rei nomen inſcripſerit ſuum. i. Timoleontis opera vti voluerit. Idem ſacello domi Caſui ſeu Fortunæ exſtructo, ei ſacrificabat. Idem Plutar. ſcribit.
Non hæc humanis opibus non arte magiſtra.
Proueniunt, maior agit Deus atq; opera ad maiora remittit. *Virgil.*

Boſkie / świete rzéczy przyſłoymić odpráwuy.
Nabożeńſtwo záczáwßy wßytkiego zápomni.
προσκυνήσοντας καθῆσθαι. ſ. δεῖ. *Pythagoras.* Adoraturi ſedeant. i. *ceſſent ab altis*

aliis negotiis, nec obiter agant, sed se applicent atq; decenter se gerant. quare in sacris præco clamabat: Hoc age. *Plutarch.*

ἀνυπόδητος θὲ καὶ προσκύνει. *Pythagor.* Nudipes sacrifica & adora. i. *purè & ab omnibus curis animo libero. Simile quid Moſi præcepit Deus Exodi 3.* Solue calceamēta &c.

εἰς ἱερὸν ἀπιὼν προσκυνῆσαι, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ διαλεχθῇς μηδὲ λέγε μηδὲ πράττε, *Idem Pythagoras.* Templum ingreſſus adorandi gratia, nil interea quod ad victum pertinet loquare vel agas.

προσκυνεῖν περιφερόμενος. *Numæ præceptum apud Plutarchum.* Adora circumactus. ſ. *ad orientem ſolem.* i. *cùm adorare vis, totum te ad Deum conuerte. aliter alij explicant.* Adorantes item ſtare ſolitos docet *Pierius l. 6. c. 3.*

οὐδὲ παρέργου, ὅτε εἰσιτέον εἰς ἱερὸν, ὅτε προσκυνητέον τὸ παράπαν, οὐδ' εἰ πρὸ τῶν θυρῶν αὐλῶν παριὼν γένοιο. *Pythagoras.* Ex itineris diuerticulo non eſt ingrediendum templum, neque orandum omninò, etiamſi iuxta veſtibulum ipſum tibi tranſeundum ſit. *Non quòd hoc malum ſit, verùm ne obiter & aliud agendo id fiat, ſed ante omnes actiones primariò & conſultò templum adeatur & Deo cultus reuerenter exhibeatur.*

Perſæ ſacrificantes animalia, ſolam animam diis offerebant, carnes in vſum profanum conuertebant. τὴν γὰρ ψυχὴν *dicebant* τῷ ἱερῷ δεῖσθαι. i. Sola anima ſacrificijs ſufficit. *Strabo.* Vera pietas animo litat. *Sic Ioannis c. 4.*

Deus in ſpiritu & veritate vult adorari.

Huc etiam ſpectat puritas corporis, & eius cauſa lotiones vſurpatæ ab ijs qui ſacris operaturi erant, tam apud Hebræos in lib. Leuitic. quàm apud Ethnicos Homer. Heſiod. Plaut. Virgil. Tibul. Liuium & apud alios. adde Caſtum & puras noctes peruigiliorum. Apud Chriſtianos item ante templa ſtabant canthari & ſalientes in quibus manus abluebant intraturi templum, quibus ſucceſſit aqua luſtralis. ex Theophylacto Euſebio Tertulliano Paulino. Ego, niſi quid me vis, eo lauatum vt ſacrificem. *Plaut.*

Illotis manibus & pedibus ad ſacra tractanda non accedendū. ſub Vmyć śie do tėg trzėbą.

ἀλλ' ἐδὲν δεῖ περὶ τ βωμὸν βουλεύειν τὰς διανοίας. *vt legit cum Zenobio Henr. Steph. non vt Eraſm.* Atqui nihil opus eſt iuxta aram cogitare vel conſultare. ſed paratum eſſe optimè oportet, vt omnia ritè fiant & abſq; errore.

Ego verò ſacra facio. *Vide* Vtėuſtrąßony.

In ſacrificio item vetat Pythagoras Vngues reſecare. i. *ſuperfluis & vilibus ac ſordidis rebus animum occupare, vel (vt Rhodigin. explicat,) mente pura & ſedata quaſi vngubus iam abſciſſis diuinis rebus intendere iuxta illud,* Surſum corda. *Verba Pythagoræ ſunt.*

παρὰ θυτίαν μὴ ὀνυχίζε. Iuxta ſacrificium vngues ne præcidas.

Bráć tám trudno / gdźié niemáß nic.

A ſam Bog mié bićrzé gdźié niemáß.

Nudo veſtimenta detrahere me iubes. *Plaut.* Aquam è punice poſtulas. *Idem.*

ἐπὶ ἂν λάβοις τι παρὰ τῦ μὴ ἔχοντος. *Lucianus.*

Nihil accipies ab eo qui nihil habet. *Deo tamen id difficile non eſt, qui metit vbi non ſeminauit, & aufert ab eo qui non habet, ac vocat ea quæ non ſunt, tanquam ſi ſint &c. Quare dictum Polonicum* Y ſam Bóg nić bićrzé *&c. populari ſenſu accipe.* Ἐξ ἀλλ᾽ κῆπον τρυγᾷς. E Tantali horto fructus colligis i. *confectaris ea quæ nuſquam ſunt, quales erant ficti horti Tantali.*

Fruſtra preſſabimus vbera palmis. *Paſtor Virgilij dicit:* i. *nil lactis emulgebimus. Themiſtocles inſulas obiens pecunias ab eis extorquebat, & ad Andrios veniens pecuniam ab eis poſcebat dicens:* Duas deas mecum adduxi πειθὼ καὶ ἀνάγκην. Suadam & Neceſſitatem, quæ pecuniam exigant. *At illi reſponderunt.* Se duas quoq; magnas deas habere, πενίαν καὶ ἀπορίαν, Paupertatem & Impoſſibilitatem (*vt Rhodigin. vertit*) quæ dare illis prohibeant. *Herodotus apud Plutarchum.*

An ignoras nudum nec à decem palæſtritis deſpoliari poſſe? *Apuleius.*

Plùs dicit Chryſoſtom. Vnum nudum nec à centum viris ſpoliari poſſe?

Piſcari in aëre. Venari in mari. Plaut. Φαλακρὸν τίλλειν. *Suid.* Caluum vellere.

ὄνον κείρεις. *Ariſtophan.* Aſinũ tondes. Τὸν γάλλον ἐκθηλύνειν. *Suid.* Gallũ caſtrare.

ἀπὸ νεκροῦ φορολογεῖν. *Ariſtotel.* A mortuo tributum exigere.

ἔνυ πόκας ζητεῖν. Ab aſino lanam vel aſini lanam quærere.

ἀλεῖν δὲ καὶ τὰς ἀνδριάντας ἄλφιτα. Etiam à ſtatuis farinam exigere.

τράγον ἀμέλγειν. *Diogenian.* Mulgere hircum. *huc trahere licet. (Nam ſcio Virgilius accepit pro ineptire.)* Kozłá doić. *hoc ſenſu noſtri dicunt.*

πώγωνα τίλλειν ἀπ᾽ ὠλένας παιδίων. *Lucian.* Barbam vellere ab vlnis puerorum.

E vacuo nunquam res cadit vlla ſinu. *Garner è Gallico dicto.*

Bráćia zgodliwi / ſą wielkie dźiwy.

Fratrum quoque gratia rara eſt. *Ouidi.*

ἡ καθ᾽ ἡμᾶς φιλαδελφία οὕτω σπάνιον ὡς ὄντι τῶν παλαιῶν μισαδελφία. *Plutarch.* Amor noſtra ætate fratrum tàm rara res eſt, quam olim odium fratrum.

Rari Caſtor & Pollux. fratres concordes. nam Fratrem Pollux alterna morte redemit. *Virgil. Frequentiùs reperitur Amphion & Zethus. ille Muſicus hic Paſtor apud Platonem. Romulus & Remus apud Liuium. Iacob & Eſau. Geneſis 25. Oſytis temperans & agilis: Typhon frater eius ventrioſus & guloſus, apud Syneſium. de his dicas* Bráćia iedneyżé mátki/ rożne miewáią przydátki.

ἡ τῶν ἀδελφῶν ἀεὶ αἰωνίζει χάρις. *A.*

Fraterna rara eſt quæ perennet gratia.

Eumenis regis mater beatam ſe vocabat, quòd tres filios ſuos quarti regis fratres ſatellites fidos & amantes videret. Apud Plutarch.

Brátérſka nienawiść ſroga.

Nullæ ſunt inimicitiæ niſi amoris acerbæ. *Properti.*

χαλεποὶ τῶν ἀδελφῶν πόλεμοι. *Ariſtotel.* Fratrum iræ, pugnæ, acerbæ, infeſtæ.

οἱ τὸ

οἱ τὸ πέρα σφόδρα, οὗτοι καὶ τὰ πέρα μισοῦσιν. *Idem Aristoteles.*

Qui supra modum se amabant, ijdem supra modum se oderunt. ſ. *amore soluto.*

δεινὸν καταγνῶναι γίγνεσθαι λόγους.

μάλιστα δ', ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν. *Euripides.*

Solent acerba inter fratres verba fieri, certaminaq; ſi quando lis ijs incidit.

Odia ferè proximorum acerrima. *Tacit.*

Exempla plurima ſunt, ſufficiat unum Etheoclis & Polynicis apud Euripidē, & Statium. qui mutuis vulneribus cùm occubuiſſent, corpora eorum in rogum conjecta eundem, uno igne ardere non potuerunt, ſed diuiſa flamma arſere.

Brodacz. Brodá. Broda ſtoi. Tylko go brodá.

Brody dość/ by tyle rozumu. Ná pięćdźiąt mąż/ á ná łokieć brodá. Mucha z pawiem ogonem.

Προσώπου πώγων. *Ariſtophan.* Pronomi barba. *tibicen is fuit valdè barbatus.*

Epicrates maximâ barbâ *Cic. Orator is fuit, de eodem Plato Pœta:*

ἄναξ ὑπήνης Ἐπικράτης σακιοφόρος: Rex barbæ Epicrates Scutifer, *quia inſtar ſcuti pectus eius barba tegebat.*

Sic de Petro barbato iocari licebit: Non barba Petri, ſed Petrus barbæ eſt vocandus.

κιλίκιος τράγος. *Diogenian:* Cilicius imperator, *ad ſaga cilicina alludit. Sic &* κιλίκιος τράγος *Heſychi.* Cilicius hircus, i. *hiſpidus, quia in Cilicia hirci valdè hiſpidi. Suidas.*

λάχνην πολλὴν φορεῖ. *Suidas.* Syluam multam geſtat, ſ. *pilorum.*

πίθηκος φώγων ἔχων. *Ariſtophan.* Simia barbata, *vel* barbam habens.

τοίην ὁ πίθηκος τὴν πυγὴν ἔχει. *Æchiloch.* Talē ſimia (*caudata*) caudam habet.

ὁπὸ πώγωνος σόφος. ὑπὸ πώγωνος φιλόσοφος: *Plutarchus.*

Barba tenus ſapiens *vel* Philoſophus. *Et Horat. de Stertinio Stoico, inquit:*

Iuſſit me ſapientem (*i. prolixam philoſophicam*) paſcere barbam.

Carpit tales Martial. l. 3. *in Coſmum* & l. 9. *in Pannicum Stoicâ barbâ.*

τὸ βαθὺν πώγωνα ἔχειν. *Lucian.* Profundam (*demiſſam*) barbam haber.

ὑπὸ πώγωνες ἀνήρ. Barba tenus vir. Barbâ plùs quàm Philoſophicâ. *Lacon apud Plutar. interrogatus, cur nimis prolixam barbam aleret, ait:* Vt canos videns, nil indignum ijs admittam. *Simile eſt illud de Luſcinia.* Vox tu es & præterea nihil.

V. Nie wielka obrádá.

Brodá mię czyni madrego/ dźielnego/ mężnego/ &c.

ἔτε γὰρ φιλόσοφος πωγωνοτροφίαν ἢ τριβωνοφορίαν ποιεῖται. *Plutarchus.*

Neq; enim Philoſophum facit alere barbam & pallium attritum geſtare.

εἰ ὑπὸ πώγωνος βαθέος μόνους δεῖ τοὺς φιλοσόφους, τράγον ἂν δικαιότερον

προκεφθῆναι πάντων. *Lucian.* Si è barbæ prolixitate Philoſophos æſtimare conuenit; hircus meritò ante omnes primas tenebit.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν ἐξιποιεῖν,
καὶ τράγος εὐπώγων εὐδόκιμος ἐστι Πλάτων. *Palladas*

Si facit hocce ſophum longam promittere barbam,
Barbatus poterit mox caper eſſe Plato. *Aliter.*

Si prolixa facit ſapientem barba magiſtrum.
Non erit in magno circo ſapientior hirco. *Affine* Mądrá. & Promot.

Bóg dźieśiecinny wßyſtko przyymuie/ nigdy nié brakuié.

Vide. Co Bóg da. Vbogi nié gárdźi. Dárownemu koniowi. Co śie ludźiom nié godźi. *&c.*

Bru ná bru. Fu ná fu.

Vſus eſt huius dicti, cùm inſolenter & minaciter loquenti alter ſimiliter reſpondet. Sic apud Plautum Curculione Miles Lenoni dicit: Leno minitatur mihi!

At ita me machæra & clypeus & lorica & caſſida
Benè iuuent pugnantem in acie, niſi mihi virgo redditur,
Iam ego te faciam vt hic formicæ fruſtillatim differant. *Reſpondet Leno.*
At ita me volſellæ, pecten, ſpeculum, calamiſtrum meum
Bene mea maſſint. meaq; excutia, linteumq; exterſum,
Vti ego tua magnifica verba, neq; tuas iſtas magnas minas
Non pluris facio, quàm ancillam meam, quæ latrinam lauat.

Et apud Terentium Demipho ſenex Phormioni paraſito ait:

Satis iam verborum eſt. Niſi tu properes mulierem
Abducere, ego illam eijciam: Dixi Phormio. *Reſpondet Phormio.*
Si te illam attigeris ſecùs quàm dignum eſt liberam,
Dicam impingam tibi grandem. Dixi Demipho. *Quadrat & illud Plauti.*
Si tibi eſt machæra, & nobis veruina eſt domi,
Sunt & mea contrà fata mihi *Virgil.*

Adde vulgare illud. Durum contra durum, non faciunt murum. Trudna ſpráwá gdy ieden drugiemu niechce vſtąpić. *Sic in Prouerbijs Salomonis. c. 13.*

Inter ſuperbos ſemper (*exſtant*) iurgia.

Ἐν τοῖς ὑπερφρόνεσι ἀεὶ φιλονεικία. *A.* *Affine* Jáko gala ták biia. & Kto mi mowi co chce/ vſtyßyß czégo ia niechce. Co pan pánu vczyni.

Brykam. Wierzgam.

Ferocē me facio. Obuerto alicui cornua. *Plaut.* Tollo cornua in aliquē *Horat.* Obuerto cornua in aliquem. *Apulei.* κερατίαω. *Ariſtophan.* Cornua erigo.

κερατόλη

κεραστόλος ἐγένετο. *Plato.* Præfractus effectus eſt.
ἀπολακτίζω, ἀποσκιρτίζω. Recalcitro, *apud Horatium de homine.*

Brzaknąć tu trzébá. *V.* Béz pieniędzy do tárgu. & Béz dotu.

Brzégowi poderwánemu nié wierz.
— Non benè ripæ creditur. *Virgil.* V. Nié wierz. Nié do wierzay.

Brzuch nié ſłyſzy.

ἡ γαστὴρ οὐκ ἔχει ὦτα. Venter caret auribus.
Venter præcepta non audit, poſcit, appellat. *Seneca.*
Χαλεπόν ἐστι λέγειν τοῖς γαστρὶ, ὦτα μὴ ἔχουσιν. *Cato apud Plutarchum.*
Difficile eſt ventri facere verba, qui auribus caret. *Item apud Gellium.*
γαστὴρ καὶ θηρσὶ καὶ ἑρπετοῖσιν ἀνάσσει, ἠερίης τ' ἀγέλῃσι. *Oppianus.*
Venter & feris & reptilibus imperat, áèrijſq; gregibus.
ὡς κάκιστον θηρίον ἐστὶ γαστήρ! Quam mala beſtia eſt venter!
Moleſtus interpellator venter. *Eraſmus ex Homero, qui ſic habet.*
ὃ γάρ κε συγερῇ ὅτι γαστέρι κύντερον ἄλλο
ἔσθλετο, ἥτ' ἀνέλευστον ἔο μνήσασθαι ἀνάγκῃ
καὶ μάλα τειρόμενον καὶ ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα.
Nil moleſto ventre moleſtius aliud exſtat, qui iubet ſui neceſſariò meminiſſe
Etiam valdè afflictum & in animo mœrorem habentem.
Adde Apologum de Gallo & fele. Item de Agno & lupo. ſub Okrutny *2. poſitum.*
Affine Zły głod. Głodny nié przebiera.

Brzuch pełny / ięzyká nié vtrzyma.

Kto brzuch náładuié / ięzykiem rad ſzermuié.

Vbi ſaburratæ ſumus, Largiloquæ ex templo ſumus, plùs loquimur quàm ſat eſt. *Mulier apud Plaut.* Vtrumq; hæc & multibiba & multiloqua eſt anus. *Apud eundē.*
Quin ego nunc quia ſum onuſta mea ex ſententia,
Quiaque adeò me compleui flore Liberi,
Magis libera vti lingua collibitum eſt mihi,
Tacere nequeo miſera, quod tacito vſus eſt. *Idem Plauto. Adde Theognidis verſus infrà poſitos.* οἶνος δ' ἀνοιγει στόμα πολλῶν. *Philo.* Vinum os patens reddit.
γλῶτταν κρατῆσ' οὐκ ὅσια γαστὴρ ἔμπλεως. *A.*
Cohibere linguam plenus haud venter poteſt.

Brzuch tłuſty / łeb ma puſty. Kto doyie / dopié / tén w rozum nié tyié.

W bárzo tłuſtem ćiélé / náuki nié wiele.

Maiore corporis ſarcina animus minùs agilis eſt. *Seneca.*

Pingui

Pinguis venter non gignit tenuem ſenſum. *S. Hieronymus.*

Sapientem effici neminem ſi bis in die ſatur fiat, nec vnquam pernoctet ſolus. *Plato apud Ciceronem.*

Quid? quòd ne mēte quidē rectè vti poſſumus, multo cibo & potione repleti? *Cic.*

Nil tam mortiferum ingeniis, quàm voluptas. *Seneca.* Corpus onuſtum.

Heſternis vitiis, animum quoq; prægrauat ipſum,
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ. *Horatius.*

Compertum eſt pueros impuberes, ſi plurimo cibo, nimioq; ſomno vtantur, hebetiores fieri, &c. corporaque eorum improcera fieri, minùſque adoleſcere. *Gellius ex Varrone.* Gracile corpus, infirmum, obeſum, hebes eſt. *Celſus.*

παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν ἐ φέρει νόον. *ex Galeno.*

Subtile obeſus venter haud pectus parit.

νοῦς λεπτὸς ὄγκον ἐκδιώκει γαστέρος. *Nazianzen.*

Subtilis animus turgidum ventrem haud amat.

παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἀπὶ τ' ἀνέρος σόμα. *Menander.*

Sus illius in ore iacuit pinguis viri. *Sus animal vorax & ſtupidum.*

ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, ἀκέτι κεῖνος·
τοῦ αὐτοῦ γλώσσης καρδίης, οὐ νόος. *Theognis.*

Qui verò exceſſerit potionis modum, nec ille lingua nec mentis compos erit.

ὅσοι ἐμμανῶς κατὰ γαστρὸς δυνάμεις ἐνεργοῦσιν, ἤτοι κινδυνεύουσιν ἀποδενδρωθῆναι. *Philopon.* Qui vehementer corpus nutriunt, periclitantur ne arboreſcant.

πολυφαγία καὶ ἄνοια (edacitas & ſtoliditas) *cognata vitia. Eraſm. ex Athenæo.*

οἱ ἀπωλαυστικῶς ζῶντες καταφρόνητοι γίνονται. *Ariſtoteles.*

Voluptuosè viuentes contemptibiles efficiuntur.

Conchæ omni ſenſu carent, præterquā cibi & periculi. *Plini. Symbolum gulonis ſtulti.* Boeoti edaces & ſtupidi. *Plutarch.* Athenienſes parui cibi, ingenioſi. Thebani item edaces & ſtupidi. *Plutar. Eubul. Cic.*

Rhythmus vulgaris. Ebrius atq; ſatur nunquam bene philoſophatur.

Affine Kto nie doyie nie dopiie / *&c.*

Brzuch wór dziurawy.

γαστὴρ ὁ πίθος ἄπλητος. Venter dolium inexplebile, *quale Danaidum. vel* πίθος τετρημένος. Dolium pertuſum, *vt Feſtus vocat ventrem.*

ἡ κοιλία δὲ πολλὰ χωρεῖ κ' ὀλίγα. *Menand.*

Et pauca recipit venter & quàm plurima.

Brzuchowi nie podlegáć / wielka wolność.

Magna pars libertatis venter bene moratus. *Seneca.*

γαστρὸς δ' ὡς πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν. *Menander.*

Omnibus habenis comprimere ventrem ſtude.

Ventri

Ventri obedientes animalium non hominum loco numeramus, quoſdam verò ne animalium quidem ſed mortuorum. *Seneca ex Saluſtio.*

Tigrides Braſilienſes, ieiunæ, incredibili ſunt pernicitate & feritate horribiles; eædem paſtæ, adeò ignauæ vt gregarijs etiam canibus cedant. P. Maffeius.

Brzuchem ciało ſtoi.

Γαστέρα μοι προφέρεις, κάλλιον ὄνειδος ἀπάντων,
ἢ πλήρης μὲν ἐλαφροτέρα, κενὴ ὀ βαρεῖα. *Suidas.*

Ventrem mi obiectas, quo probrum haud pulchrius vllum,
Plenus is eſt leuior; vacuus, tarduſq; grauiſq; *Paraſiti eſt cuiuſdam dictum, quod plerig; vulgò verum eſſe aſſerunt.* V. Łżéyßy człowiek po obiędzie.

Membra cùm contrà ventrem conſpiraſſent, & eum curare neglexiſſent, citò elanguerunt. Apologus eſt Menenij Agrippæ apud Liuium. Venter fulcrum membrorum.

σήεγμα γαστὴρ σώματος μελῶν πέλει. *A.*

Venter ſtatumen corporis totius eſt.

Brzuch/ á w pieſty żimno. Brzuch/ á w mießku puſto.

Verba ſine penu & pecunia. *Plautus.*

Supra cenſum arrogantia. Verba ampullæ & curta ſuppellex.

Σαλάκων, πτωχὸς ἀλάζων πτωχαλάζων. *Suidas.*

Salacon, pauper arrogans. *Σαλακωνίζειν & σαλακωνεύειν dicitur, qui ex diuite pauper factus, diuitem ſe nihilominùs iactat & oſtentat.*

κενῷ ἐγκατοικεῖν δόμῳ. *Plato.* Vacuam inhabitare domum. ſ. *Splendidam.*

Φανίδ θύρα. *Euſtathi.* Phaniæ ianua. Phani oſtiũ, *iactantis opes cum pauper eſſet.*

Σελλίζειν. *Suidæ.* à Sello, *iactante opes quas nullas habuit. Similis erat Theagenes & Æſchines Vnde iocus prouerbialis:* Θεαγένους χρήματα, τάτ' αἰσχίνου. Theagenis pecuniæ, vt & Æſchinis.

Σαυτὸν δ' τρέφων κύνας τρέφεις. Teipſum alere non valens canes alis i. *cùm vix habeas quod ipſe edas, tamen famulos equos canes alis.*

Apud Plautum piſcator ſpe lætus & felix ob theſaurum reti ex aqua extractum, ait:

Rex perhibebor, ſed hic rex cũ aceto pranſurus eſt & ſale, ſine bono pulmento.

ὑπὲρ τ πήρας φρονεῖ. *Lucian.* Vltra peram ſapit.

Affine Pokázuić śie/ Stroyno/ Chełpliwy.

Brzuch każe.

Baſilicas atque imperioſas edictiones habet. *Plautus.*

Edictiones ædilitias hic habet quidem.

Mirumque adeò eſt ni hunc fecere ſibi Ætoli agoranomum. *Idem.*

Mira ædopol ſunt, ni hic in ventrem ſumpſit confidentiam. *Idẽ de paraſito.*

Satur homo eſt. habet profecto in ventre confidentiam. *Idem de eodem.*

Basilica hic quidem facinora inceptat loqui. *Idem.*
Sine populi suffragio ædilitatem hic quidem gerit. *Idem.*
Sceptrumné vnquam gessisti, qui tam basilicè imperas? *Idem.*
Iam tu autem nobis Præturam geris! *Idem.*
Quasi in suam possessionem venerit. *Cic. de eo qui imperiosè agit.*
Ioui paria intonat. *ex Pœta apud Stobæum.*
ἴσα δὴ βρεμέει, κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἄρας.
Par Iouis imperiò fremit & capite arduus exstat.
ἴσα φρονῶν φρονεῖ. Paria cœlo sapit.

Digituli crepitu silentium imperabat, deinde simili fastu singulas voces per interualla promebat, vt singultire eum crederes, non proloqui. *S. Hieronym.*

Affine Dość frogo. Nic ták bárdźić. Chełpliwy.

Być kożdé ná wożdé.

Plebeium dictum: significat. Mortem esse ineuitabilem. V. Smierć nieubłagána. Smierć nieuchronna. *Latiùs aliquando vsurpatur de aliquo fatali euentu, quo modo etiam dicimus.* Być ći przédźie kiedy w sáku/ ábo w śieci.

Być mi to kto inszy mowił/ vczynił &c. Bym śie ná cie nie ogladał.

Ni pater esses. εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἂν σ' ὡς εὖ φρονεῖν. *Sophocles.*
Nisi pater esses, sapere te haud benè, dicerem.
Nisi in tuo regno essem, non tulissem. *Cic.*

Bytem téż kiedyś czymś/ ábo coś. Miałem śie iáko człowiek.

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus,
Flammaque de stipula hac parua breuisque fuit. *Ouid. sic correxi veterem duram lectionem.* de stipula nostra breuisque.
Fulsere quondam candidi tibi soles. *Catull.*
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτέ. *Euripides.* Et ego olim fui. i. *florui, vigui.*
—Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus. *Virgil.*
—Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens Gloria Teucrorum. *Idem* ἦμεν Τρῶες.
Fui. Habui. Vixi. Potui. Florui & *similia hoc sensu apud bonos auctores leges.*
— Et campos vbi Troia fuit. *Virgil.*
πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. *Aristophan.*
Fuêre quondam strenui Milesii.
πάλαι Πελασγοι δεύτερον Δαναΐδαι. *Euripid.* Olim pelasgi postmodũ Danaidæ.
Milo Crotoniates iam senex spectans athletas certantes inspexit humeros suos & lacrymans dixit. At hi quidem iam mortui sunt. *Cic.* V. Miawszy nimieć. & Wyrodźić.

Było ná co pátrzyć/ álé nie iéść. Ozy tylko pásć było.

Ozyć

Gezyć śie wżdy dobrzé miáty/ Żeby od głodu ßzekáły. Głodny dośtáteł.

Oculos non ventrem paſcere licuit. Opes non dapes appoſuit. *ex Martial. l.4 c.78.*

Ad cœnam nuper Varus me forte vocauit.
Ornatus diues paruula cœna fuit.
Auro non dapibus oneratur menſa: miniſtri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego: Non oculos, ſed ventrem paſcere veni,
Aut appone dapes Vare, vel aufer opes.

Idem cùm in balneo Flacci optimè lotus tantùm 8 denariorum ſportulam accepiſſet, dicit, l.1.

Inter delicias quid facit iſta fames? *&c.*
Tam male cùm cœnem cur benè Flacce lauor? *Idem in Fabullum l.3.*
ait: Vnguentum fateor bonum dediſti,
Conuiuis here, ſed nihil ſcidiſti.
Res ſalſa eſt, bene olere & eſurire. Wonno á głodno.

Idem. Victum ſplendidum Romanorum *vocat.* Pretioſam famem. *l.10.*

Et lib: 2. Epigrammatum Græcorum. Argentea fames *vocatur.*

ἀργυρέη λιμῷ ὡς ἐς ἑλαπίνην με καλέσσας,
ἔκτανε, πεινα λέους τὰς πίνακας προφέρων.

Argentea fame, quidam me cum ad cœnam vocaſſet,
Occidit, famelicas *(inanes)* lances apponens. *Plura ibidem ſi voles leges.*

ἦν πολλὰ βόσκειν ὄμμα, ἀλλ' ὀ κεινίαν. *A.*

Quod paſceret oculos erat, nil quod gulam.

Martialis in Mancinum qui 60 conuiuis aprum ſolum ſine vllis opſonijs appoſuit, ait:

Et nihil inde datum eſt, tantùm ſpectauimus omnes,
Ponere aprum nobis ſic & arena ſolet. ſ. *in ſpectaculis.*

Reſtabat aliud nil niſi oculos paſcere. *Terent. quamuis in alia materia.*

— Iubebit Poma dari quorum ſolo paſcaris odore. *Iuuenal.*

κεῖτ' ἄρ' ἄσιτος, ἄπαστις, ἐδητύος ὀδὸ πότητος. *Homer.*

Accubat ieiunus, impaſtus, vacuus cibi & potus.

λαμπρῶ ὄ δεῖπνω τὸ πεινῆν ὀ πάνεσθαι. *Athenæus.*

Sedare cœna ſplendida famem non poteſt.

Quo mihi fortunæ, ſi non conceditur vti? *Horat.* Ταντάλε τράπεζα.

Tantali menſa. *Stati. de qua Petronius.*

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt. *aliter de Tantalo Cic.*

Talis rectè dici poteſt: Conuiua, non conuiua. ζυοσιτος, ἄσιτος.

Adde apologum de Vulpe & Grue. *ſub* Wét zá wét *poſitum.*

Rectè etiam hîc ponetur. Heliogabali menſa vel cœna, quam dabat paraſitis cereamea, fictilem, eburneam, lapideam, ſimilia fercula ijs quæ ipſe cœnabat continentem; ſed ij tantùm bibebant, & ad ſingula fercula veluti comediſſent lauabant. aliquando ijſdem apponi

iuſſit menſam ſeu tabulam aut mappam fercula varia picta continentem. E Lampridio.

By moią koßulą o tem więdźiałą/ ſpalił bym ią.

Dictum eſt, ſecreta ſua nulli credere volentis. Sic Metellus Senator.

Si interiorem tunicam horum ſcirem eſſe conſciam, protinùs eam igni exurerem.

Hoc dicto aliter vſus eſt Sebaſtianus Luſitaniæ rex.

Simile eſt dictum Alcibiadæ. qui nolens ſe permittere iudicum ſententijs dixit: Ne matri quidem ſe confidere, ſed hanc etiam in hoc negotio ſuſpectam habere, ne nigrum calculum pro albo ſubijceret. *E Plutarcho.*

V. Táiémnic nié lédá komu śie zwierzay.

By namniey. Nic.

Neque gutta conſilij. Ne ramenta vel ne ramentum quidem. ſ. *æris, auri. Plaut.*

μηδ' ψακὰς ἦν. *Ariſtophan.* Ne ſtilla quidem erat.

δὲ παπαίλη ὕπνου. *Idem.* Ne mica quidem ſomni.

μηδ' κάρφος. ſ. λαβεῖν. *Idem.* Ne feſtucam quidem. ſ. accipere.

κἀν ἄχνην. i. χνῦν. *Idem.* Vel puluiſculum. *ſubaudi negare &c.*

Ne allii quidem caput dederit. *Sub* Skapy. Ne eiccum, floccum. *Plaut.*

Ne veſtigium quidem apparet, relictum eſt. *Cicer.*

μηδὲ γρῦ. *Athenæ.* Ne gry quidem. ſ. *dedit, dixit, dabo, reſpondebo,* &c.

Nec hilum proficit. *Lucilius, Cic.* Hilo non rectius *Varro.*

By nié álé/ bytoby wßyſtko w cálé.

Vulgaris rhythmus. Si Sed non eſſet, perfectum quidlibet eſſet.

ἂν μὴ ἦσι τὸ μὲν ἀλλὰ, ἅπασα ἅπαντα τὰ καλά. *A.*

Item. Si Sed non eſſet, paradiſus mundus hic eſſet.

Rara lex & regula ſine exceptione. *Vide* Káżdy ma ſwoie wáde. Nic ná świécie bez wády. *& ſequens hic.*

By nié przygody: bylby świát iako gody.

πλὴν συμβεβηκότων εἰσὶ ἡ εὐωχία. *A.*

Tolle accidentia, vita erit conuiuium.

Rhythmus trivialis. Ni mala turbarent, omnes præſentia amarent.

Aliter. Ni mala nos quaterent, pauci ſurſum cor haberent.

By niéwiem co/ by niéwiem komu nié przepuſcze/ nié vczynię/ nié dam.

Si fuerit Iechonias annulus in manu dextra mea, indè euellam eum *Iere. 22.*

Apud Terentium pater filio diſſolutis moribus dicit. Non, ſi ex capite ſis meo
Natus, item vt aiunt Mineruam eſſe ex Ioue, ea cauſa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri *Et Plautus.*

Noui

Noui ego illum, iſtæc ioco Dicit, neq; ille mereat Perſarum ſibi

Montes, qui eſſe perhibentur aurei, iſtud vt faciat, &c. mereat. i. *pro mercede ſibi dari velit vel accipiat.* *Idem.* Decide collum &c. vel cape cultrum, ſeca digitum, vel aurem, vel tu naſum, vel labrum; Si mouero me, ſeu ſecari ſenſero, auctor ſum vti me hîc enices.

Apud eundem herus ſeruo importunè ſe colloquio ingerenti dicit: Oculum ego effodiam tibi, ſi verbum addideris. *Reſpondet ſeruus.* Hercle quin dicam tamen. Nam ſi ſic non licebit, luſcus dixero. *Item.* Si vndecim deos ſecum adducat Iupiter, ne ſic quidem &c. Vadimonium deſerere malit quam illum, &c. *Cic.*

τέτταιον ἀπαυδῶ, κ' ἄυθις ἀπαυδῶ, κ' ἄυθις μάλα ἀπαυδῶ. *Ariſtophan.*

Hæc abnuo, iterumq; abnuo, rurſumq; multùm recuſo.

Eripiet quiuis oculos citiùs mihi quàm &c. *Horatius.*

Si quidem mihi hercle regnum detur, nunquam id perſequar. *Platus.*

Themiſtocles Eurybiadi duci Athenienſium volenti illum ob dictum liberius percutere, & iam baculum eleuanti dixit. παῖσον μὲν, ἄκουσον δέ Feri licet, audi tamen. *Plutarch.*

Affine Nigdy. Wolałby vmrzeć. Nić vſnałby.

Byś ieden tego nie żałował/ nie przyptácił/ byś śie nie oſukał.

Id videndum eſt, id viri dócti eſt opus. Quæ deſignata ſunt & facta nequiter, Ne quid pariant quamobrem pigeat viuere. *Plautus.*

μὴ τὴν τέφραν φεύγων, εἰς ἀνθρακιὰν πέσῃς. *Suidas.*

Vide ne cineres fugiens, in prunas incidas:
Prunas caue calcare, vbi cineres fugis,

μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχοις. *Philoſtrat.* Ne in Melampygum incidas, i. *in Herculem qui panas de te ſumat.* *Huc illud:* Vide ne cicadæ humi canant. ex Rymopiſá nić gnieway.

Vereor ne iſtæc fortitudo in neruum erumpat deniq; *Terent.* i. *Ne ob hanc audaciam vinctus neruo in carcerem conijciaris.* vel *ne more ſagittarii, vinis fortiter trahendo, neruum arcus aut tuum in corpore rumpas.* *Donat.*

δείδια μὴ ἄνθρακας εὑρὼν ἀνεγρόμενος. *Lucian.*

Vereor ne carbones inueniam euigilans. *Confer* Przyptáćiß tego.

Byś śie ſpukał/ nie dokażéß/ nie zrownaß.

Ne ſi te ruperis (*dicit pullus ranæ matri*) par eris. ſ. *boui Horat.*

εἰ διαῤῥαγείης. —— Inuidia rumpantur vt ilia Codro. *Virgil.*

κἂν διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ τῆς φθόνου. *Demoſthen.* Etiamſi rumpantur inuidia.

Vt aliquando iſta ilia (*Vatinii*) quæ inflata ſunt, rumpantur. *Cicero.*

Tu viuus hodie nunquam facies quin ego ſim Soſia. *Plaut.*

—— Clames licet & mare cœlo Confundas. *Iuuenal.*

κἂν βαθεῖαν ῥίξῃ, ἴσθ' ὅτι ἔσῃ βαί. *A.*

Rumpare quamuis rana, par boui haud eris.

ἂν ἀποβαλῇς τὰς ὦμους πολήσαν ὕδωρ, ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει. *Lucian.*

Etiamsi amittas humeros tundens aquam, aqua manet. *Suidas habet.*

ἂν ἀπολῇς τὰς ὦμους πίσσων ὕδωρ. &c. Etiamsi perdas humeros pinsens aquam, &c. *Inanis conatus, vt in aliis suprà perstringitur.*

ἔπειτε νικασεῖς μ' ἀδὴ εἰ πὰθῃς τύ γ' ἀείδων. *Theocrit.*

Nunquam me vinces cantu etiamsi quiduis patiaris. V. Abyt tyli.

Byt ma dobry. Ma śie tak paszek w máśle. Glowká go nie zaboli.

Equus illum portat, alit rex. *ex Horat. & Graci dicunt:* ἵππος με φέρει βασιλεύς με τρέφει. Apud aliquem regem (*i opulentum liberalemq; virum*) in saginam se coniecit. *Plaut.* Trafił gdźieś ná dobry byt. Harmodium canere. *pro conuiuari. Rhodigin. ex Aristophane qui habet:* ἐδὲ παρεμοί ποτε ἁρμόδιον ἄσεται. i. Nunquam apud me canet Harmodium. i. *non conuiuabitur. Nam in conuiuiis cantilena de Harmodio & Aristogitone cani solebat.*

ἀεί ποτ' εὖ μὲν ἀσκὸς, εὖ δὲ θύλακος. *Alexis.*

Semper bene habet vter (*vas vinarium*) bene etiam thylacus (*vas farinarium*) i. *cibo & potu bono semper abundo.*

Geniales agit dies. *ex Iuuenali.* Βοῦς ἐπὶ σορῷ. *Suidas.* Bos apud aceruum. Βοῦς ἐν αὐλίῳ. *Cratinus.* Bos in stabulo.

Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. *Philostrat.* Bos ad præsepe. *Sic Plautus,* mensam lautam, *vocat* præsepim, *cùm de parasito agens dicit:*

Tormento (*sine ferreo, catena*) retineri non potuit ferreo,

Quin reciperet se huc esum ad præsepim suam. Ná dobra paßa/stráwe/byt/

Opsonat pollucibilitèr. *Plaut. i. opiparè lautè, vt in Sacris Herculis mos erat,*

In Prytaneo alitur, *ex Cic.*

ὀρνίθων γάλα ἔχει *Aristophan.* Gallinarum lac habet. i. *Copiam omnium bonorum.*

Δακτύλου ἡμέρα. Dactyli dies, *à Dactylo Atheniensi in summis opibus & honoribus viuēte.*

ὁ πειραιὸς μὴ ἄγει κενανγίαν. *Aristotel.* Piræus non fert vasa inania. *In eos qui semper epulis destenduntur, quod etiam fiebat in Piræo portu Atheniensi.*

ἀπενθῆ πέργαμα νάιει. *Æschylus.* Pergama non tristia incolit. *qualia erant ante bellum Troianum.*

λευκὴν ἡμέραν διάγει *Plutarch.* Album (i. *felicem, lautum*) diem agit. *de eo dictum idem Plutarch. explicat, qui iucundè in delicijs vitam ducit. Simile illud Silij:*

Sic current albique dies horæque serenæ. κυκλώπειος βίος: *Eustath. ex Homero.* Cyclopicus victus: *Henric. Steph. vita beata & otiosa.*

Affine Délikat. Trafił ná dobry byt. Bez pracé ma kołaczé.

Bywśy w Ruśi/ do domu muśi. *V.* Mile doma/ & Oyczyznà namilßa.

Cáta beczká plew.

In munus vile magni à dante æſtimatum & pompaticè miſſum. quale ſibi Martialis ab vmbro Saturnalibus miſſum ſcribit libro 7. vbi poſt alia dicit.

Vix puto nummorum triginta rota fuiſſe
Munera, quæ grandes octo tulêre Syri. (*enumerat illa ibi*)
Quantò commodiùs nullo mihi ferre labore,
Argenti potuit pondera quinque puer!

Rectè hic vſurpes. Myronis & Praxitelis ſtatuam. *Vide* Máßkárá.

Poteſt etiam Polonicum dicterium trahi ad ſpem eluſam, cui reſpondet illud. Theſaurus carbones erât. *Vide* Omylitá go nádźieiá. *Affine* Vlić wielka obrádá. Podla rzécz.

Cáły báran á wilk ſyt záraz być mé moze.

ὁρῶν τὸ πρόβατον ὁ λύκος ἐ χορτάζεται. *A.*

Nunquam ſatur erit ouiculæ aſpectu lupus. *Vel*
Caprâ integrâ ſatur eſſe non poteſt lupus.

Commodum ſine aliquo incommodo eſſe nequit. *Vel.* Vtriq; parti aduerſæ vel diuerſa poſcenti ægrè ſatisfit.

Cáły báran (ábo cáta koza) i wilk ſyt mécb bedźié.

Quam minimo ſumptu quam maximum quæſtum facere. Commodum ſine incommodo aſſequi.

τῇ δαπάνῃ ὀλίγῃ πολλὰ κερδάνειν τέχνη. *A.*

Paruo lucrari multa ſumptu ars maxima.

Cáły obiad gadał/ cała nocz/ drogę rozmawiał/ &c.

Ab ouo ad mala vſque citauit, recitauit. ſ. *verſus, &c.* Horat. i. *ab initio cœnæ quæ ab ouis inchoabatur, vt ex Cic: conſtat, ad finem vel ad ſecundas menſas in quibus poma & fructus varij ponebantur.* *Affine* Od końcá do końcá.

Cźchowánych śie ſtrzéż.

A ſignatis caueto. *Vide hoc & plura ſimilia ſub.* Vlić dármoś śie ty chrosnem/ tyſem &c. vrodźił.

Chcąc widząc ginę.

Prudens, ſciens, viuus, videnſque pereo, nec quid agam ſcio. *Terenti.*

Prudens in flammam immitto manum. *S. Hieronym.*

Βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονιᾶται. *Zenodot.* Bos contra ſeipſum puluerem excitat. ſ. *dum facilè patitur ſe duci ad cædem.* V. Wżywe oczy.

Chcąc przyſporzyć vmnéyſzył/ ſzkodę vczynił. Łákomy/ ſkapy/ dwá cázy płáci.

Vulgaria

Vulgare dictum eſt. Compendium, diſpendium.

εὐτελεια δαπανῶν συχνὰ γίγνεται βλάβη. *A.* Compēdiū perſæpe fit diſpendiū.

V. Leniwy dwá rázy robi. Lákomy chcąc wiecey mieć &c.

Chcącemu nic nie trudno; nie chcącemu wßytko.

τῷ μὲν θέλοντι, καὶ τὰ δυσχερῆ εὐχερῆ,
τῷ δ' ἀ θέλοντι, δυσχερῆ καὶ τ' εὐχερῆ. *A.*

Homini volenti, difficilia, facilia, At non volenti, ipſa facilia, difficilia.

τὸ μὲν θέλειν ποιεῖ τὸ δύνασθαι, τὸ δὲ μὴ θέλειν ἀδύνασθαι. *S. Chryſoſtom.*

Velle efficit poſſe, nolle aũt nõ poſſe. Quid tibi opus eſt vt ſis bonus? Velle. *Seneca.*

Poſſunt, quia poſſe videntur. *Virgil.* V. Trudność vſtąpi.

Chcé aby mu śie kłaniano.

Aures habet in pedibus (i. *vult ſe adorari, ſibi ſupplicari.*) *Tympius de Dionyſio, quem Ariſtippus quidpiam rogans, nec impetrare valens, ad genua ipſius, in genua ſua procubuit, ac impetrauit: & exprobrantibus factum tanto Philoſopho indignum, reſpondit:*

Quid facerem? ſiquidem aures in pedibus habet. τὰ ὦτα ἐν γόνασιν ἔχει.

Sic in Truculento Plauti Dinarchus Callicles ſenis amplexus genua, culpæ veniam orat dicens.

—Per tua obſecro Genua, vt tu iſtuc inſipienter factum, ſapienter feras,
Mihiq́ue ignoſcas, quod animi impos vini vitio fecerim.

Et in Aſinaria, Leonida ſeruus ſuperbus, iubet herum Argyrippum ad genua ſua procidere vt quiddam impetret. qui rem indignam ratus prius tergiuerſatur, tandem facit.

Et in Milite. Si nolet, genua amplectar atque obſecrabo.

Item Quintilian. libr: 6. c. 2. de mouendis affectibus: Tendit ad veſtra genua ſupplices manus. *Similia leges apud Cic: Liui. Tacit. Nam Genua miſericordiæ conſecrata fuiſſe ſcribit Seruius in 6. Æneid. & Pierius qui affert illa Cicer.* Tu generum meum &c. à genibus tuis repuliſti. *Apud Homerum quoq; Menelaus de Hectore dicit:* Ille libens genua flectat vt è prælio fugiat. ἀσπασίως γόνυ κάμψειε. *Similia ſunt:* Accidere ad pedes. Iacere ad pedes. *Cic.*

Chcé nie chcąc. Wrzkomo chcé. Wrzkomo nie chcé.

ἀ θέλων καὶ θέλων. *Euripides.* Nolens & volens.

—ἑκὼν ἀέκοντί τε θυμῷ. *Homerus.* Volens nolente animo.

τρόπον γὰρ ἔκ ἑκὼν ἑκών. *Euripid.* Quodam modo nolens volens.

Coactus voluntate tua es. *Terent.* *In SS. Prouerb. cap. 13. vt Symmach legit, eſt:* ἐπιθυμεῖ καὶ ἀ θέλει ὀκνηρός. i. (*vt vulgata editio habet*) Vult & non vult piger. LXX habent: ἐν ἐπιθυμίαις ἐστὶ πᾶς ἀεργός. i. In deſideriis eſt omnis otioſus, vt *Caſſian. quoq; legit, vel vt Hieron.* In deſideriis eſt omnis anima otioſa. Sic *Sapientiæ c. 21.* ἐπιθυμίαι ὀκνηρὸν ἀποκτείνουσιν. Deſideria occidunt pigrum. *Apud Thebas Ægyptias fuit ſtatua Memnonis ex nigro lapide, forma adoleſcentis ſedentis, vtraq;*

manu

manu ſedi innixi tanquam ſurgere incipientis, & vultu ac oculis iamiam locuturâ videbatur. Pauſanias in Atticis.

Chcéſz-li co miéć / trzéba vćierpiéć.

Vide Bez pracé / nié beda kołaczé. *Affine* Jadłby kot ryby.

Chcéſz mieć długo ſkárbow wiéle; rozday między przyiaćiéle.

Nié dbay nic o ſkárbow wiéle / gdy maſz wiérne przyiaćiéle.

Hoc habeo quodcunq; dedi. *dixit M. Antoni. apud Rabirium Poëtam omnibus rebus amiſſis. Reſpexiſſe videtur Epitaphium Sardanapali quod vide ſub* Zázyway.

ταῦτ' ἔχω, ὅσα δέδωκα φίλοισιν ἐλεύθερα πότμου. *A.*

Hæc habeo, Sorti haud obnoxia, quæ dedi amicis. *Vel.*

Hæc mea, quæ Forti non ſubdita, contuli amicis. *Vel aliter.*

ταῦτ' ἔχω ὅσα φίλοισιν ἔδων, τὰ δ' λοιπ' ἀπόλωντο. *A.*

Quæ dedi amicis hæc habeo, reliqua interiêre. *Seneca.*

Omnia iſta quæ ferreis clauſtris cuſtoditis, &c. non ſunt veſtra. Quæris, quomodo illa tua facias? Dono dando. *Idem.*

Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis,
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes. *Martial.*

Optimè pecunias apud amicos deponi, nec vllos eſſe tutiores ac ditiores theſauros, *dixit Cyrus apud Xenophontem.*

Alphonſus Siciliæ rex munificus, rogatus: Quid ſeruaret ſibi, tam multa aliis donans? *reſpondit:* Ea quæ dono. *Affine* Przyiaćiol wiéle / ſkárbow wiéle.

Chćiey iák nalépiey / á przeſtań ná tem co możé być.

Kto w czym nié możé przodkować / niépośledńia i wtorkować.

Speremus quæ volumus, ſed quod acciderit feramus. *Cicer.*

Prima ſequentem honeſtum eſt in ſecundis & tertiis conſiſtere. *Idem.*

Neque illud quid eſt optimum, deſperandum eſt: & in præſtantibus rebus, magna ſunt ea, quæ ſunt optimis proxima. *Idem.*

Non eſt puſillum maximo quod eſt minus. *P. Syrus.*

Semper tu hoc facito Lesbonice cogites, Id optimum eſſe, tute vt ſis optimus:
Si id nequeas, ſaltem vt optimis ſis proximus. *Plaut.*

Poſtremò ſi illud quod volumus euenit, gaudebimus: ſin ſecus, patiemur æquis animis. *Idem.*

Quod æquiſſimum eſt ſpera, & ad id quod iniquiſſimum eſt te compara. *Seneca.*

ἄκρον λαβὲ καὶ μέσον ἕξεις. *Zenodotus.* Summũ pete & medium habebis. i. *Summa animo deſtinanda, vt ſaltem mediocria aſſequamur. Oraculum Æginetis patria pulſis datum.*

Senarius eſt. ἄκρον κρατεῖν ζητοῦντας, καὶ ἕξεις μέσον. *A.*

Media obtinebis, ſumma nitens prendere.

Iniquum petendum vt æquum feras. *Quintil. Vt mercatores faciunt in ſtatuendo vel inducendo pretio.* Drożey ceń/ á w miérzć zépláca.

Quæ ideò petimus vltra modum, vt ad ſuum verſum redeant. *Seneca. al.* vt ad verum & ſuum redeant. *Pincian.*

Succeſſum fortuna, experientiam laus ſequitur. *Gellius.*

Laudat Horatius Ariſtippum, Tentantem maiora, ferè præſentibus æquum.

Ζήτει μὲν τὰ βέλτιω, φέρε τὰ παρόντα. Iſocrat. Quære meliora, præſentia

Proximus eſto bonis ſi non potes optimus eſſe. *Pœta vetus.* (boni cõſule.

Auream quadrigam opta, quæ ſi fallat, ſaltem rota vel radius obtingere poteſt. *Eraſm. è Gallico.*

Patiare quod dant, quando optata non dabunt. *Cæcilius.* i. *non dant.*

Omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in caſu eſt. *Apuleius.*

Ad pœnã ſufficit meditari punienda, & ad laudẽ ſatis eſt conari prædicãda. *Idẽ.*

Χρὴ σώφρονας εὐχεσθαι μὲν τὰ βέλτιστα, φέρειν δὲ τὰ προσπίπτοντα.

Herodian. Oportet ſapientes optare quidem optima, ferre autẽ quæ accidunt.

Affine Dobra wola ſtoi zá vczynek. Jáko możemy. Kiedy rego nie możemy co chcemy/ chćiemy co możemy.

Chćiwość niebeſpiéczeńſtwa ſobie mé waży. lecz wſzyſtko odważy.

κέρδος ἐκεῖνο κἂν ὀλίγ' ἐπὶ μικροῖς πλέον, Ariſtophanes.

Cauſa lucelli nauiget vel vimine. ſ. *mercator auarus.* *Agrippina Neronis mater cum Aſtrologus quidam dixiſſet, filium eius regnaturum, ſed matrem occiſurum, exclamauit:* Δοπτεινάτω μὲ, μόνον βασιλευσάτω. Occidat me, modò regnet. *Rhodigin.*

Chćiwość niemáſyconą rzéczą. Chćiwości á ogniá/ przyłádziać nie zgáśniſz.

Creſcentem ſequitur cura pecuniam Maiorumque fames. *Horat.*

Magnas inter opes inops. *Idem de diuite auro.*

Creſcit amor nummi, quantùm ipſa pecunia creſcit. *Iuuenal.*

Creuerunt & opes & opum furioſa libido,

Et cùm poſſideant plurima, plura petunt. *Ouidi.*

Quo plùs ſunt potæ plùs ſitiuntur aquæ. *Idem de eodem allegoricẽs.*

Quicquid aggeſſeris cupiditati; non finis erit ſed gradus. ſ. *ad plura aggerenda. Seneca.* Cupiditati nihil ſatis. *Idem.*

Quid tibi diuitijs opus eſt, quæ te eſurire cõgunt? Satietate paraſti famem, vt quò plura haberes, plura quæ non haberes cuperes. *Curtius.*

τῶ ἄπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον, ὁρῶ ἄβυσσος ἐστιν. Epicletus.

Eius quod ſemel modum tranſierit, nullus eſt terminus.

Affine Bogátego nié vczyni czcze ſerce &c.

Chełpliwy.

καλλιφάνης. Athenæ. Calliphanes *fuit oſtentator doctrinæ qua carebat, ſed aliquot verſus ex variis libris diſcebat & eos apud imperitos pronuntiabat pro ſuis.*

Sic

Sic Adrian. Imperator *omnia scire videri voluit, & minima etiam facienda aggrediebatur, artificesq; insignes deprimebat. Suidas.*

An Tragica desæuit & ampullatur in arte? *Horat.*

Proiicit ampullas & sesquipedalia verba. *Idem.*

βαβαὶ μύξου: *Suidas. Zenodot.* Papæ! Myxus. *de glorioſis & iactabundis. à Myxo ſacerdote Dianæ magniloquo & glorioſo Sylla Iugurthæ ſibi à Bocchо traditi imaginem in annulo ſculptam geſſit quod Mario diſplicuit. Apud Plutarch.*

Φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μεγα λαῖτμα θαλάσσης. *Homer.* Iactabat ſe dijs inuitis euaſurum è magnis fluctibus maris.

Tragici cothurni ſtrepitus. *Ammian.* i. *magnicrepa verborũ iactãtia. vt Horat. ſuprà.*

μεγάς κυλητὴς ἐν μικρῷ γε πράγματι. Verſator ingens in puſilla re nimis.

Apud Plutarchum eſt: μεγας κηληθὴς *&c. contra metri legem. eodem tamen ſenſu.* i. *magnus delinitor in re parua. de Oratore in re parua affectus magnos excitante.*

βομβύλιος ἄνθρωπος: *Zenodot.* Bombylius homo. *bombos inſtar veſpæ edens.* βομβύλίδας *Heſychi. bullas vocat in aqua, & βομβύλιον poculũ cũ ſonitu aquã emittens.*

γαυιοβόμβυξ. *Epigrammat.* i. Angularis bombyx ſeu veſpa. (tonat.

Solem in manibus geſtat *Carol. Bouillus.* ἴσα Διὶ βρομέει. *Stobæus.* Patria Ioui in

ἀλάζων. *Plauto.* i. *glorioſus.* ἴσα θεοῖσι φρονεῖ. *Soſiphanes.* Paria cœlo ſapit.

Vter faſtu plenus. *ſic Timon Phliaſius.* ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἐμπλεοι ἀσκοί. i. Homines vanæ opinionis pleni vtres. (inflatus

ἀσκὸς πεφυσημένος: *Epicharm.* Vter inflatus. φύσης ἐμπλησθεὶς. *Syneſ.* Folle

Salacon. ζαλάκων. *Suidæ eſt* πτωχὸς ἀλάζων. Pauper arrogans.

ἀγροικος ὀνόμα. *Demoſth.* Ruſticanq; Oenomaus. *qui nobilẽ ſe & eruditũ iactabat.*

μεγαβύσιοι λόγοι. *ex Herodoto.* Megabyſi dicta, *quaſi* μεγαφύσιοι inflata, Thraſonica.

τεττίγων ἀνάμεστος: *Ariſtophanes.* Cicadis plenus. *de ijs vſurpatum qui rebus obſoletis, olim ſplendidis licet, ſe iactant. vt Athenienſes cicadas aureas veſtibus & capillis inſpergebant, vt ſe omnium antiquiſſimos & αὐτόχθονας eſſe probarent* i. *è terra ortos, vnde & τεττιγοφόροι dicebantur. Ex Platone, Thucydide, Demoſthen.*

λαπίθης. *Plutarch. Euſtath.* Lapitha, *pro glorioſo & gratioſo apud populum. à* λαὸς & πείθω. *populo ſuadeo.* Thraſo *apud Terent.* θράσων, *quaſi à* θρασέω, θρασῶν, *confidens, iactabundus.* Pyrgopolinices *Plauti miles glorioſus.* πυργοπολινίκης. i. *turrium & vrbium victor.*

ὁ Διὸς κόρινθος. *Pindarus.* Iouis (*filius*) Corinthus. *Dictum in iactabundum, tractum à Rege Corinthiorum, qui ſe vbiq; Iouis filium faſtidiosè iactabat, verba illa repetens. Sic interpretatur Plato Ariſtoph. Pauſanias & Plutarchus. Aliter alij.*

Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo Crediderat. *Virgil. Seruius: Stratonicus in ſua ſchola habuit pictas Muſas nouem cum Apolline, diſcipulos autem tantùm duos. itaque rogatus à quodam, quot diſcipulos haberet? reſpondit:* Ζὺν θεοῖς δώδεκα. i. Cum dijs duodecim. *Reſponſio eſt ambigua, & duplicem ſenſum habet. Alterum*

simpliciter affirmantem. q. d. omninò, certè 12. & mentitus est, quia tantùm duo erant. & ita interrogans intellexit. Alterum disiunctim pronuntiantem. i. 12. si decem deos addas, quo sensu respondēs accepit, sed non ad mentē interrogātis respondit. Ex Athenæo. Simile est illud apud Suidam. μετὰ μουσῶν. Cū Musis. *quæ q̄ singuntur cum decimo Appolline.*

Erasmus id ex Suida interpretatur de indocto, qui cum doctis viuit sensu ironico, vel etiā seriò, q. d. cum Musis versatur, vel cum Musis dictum. i. doctè, seu fortunantibus & fauentibus Musis. Tympanum mundi vel publicæ famæ. ex Plinio. V. Chwalny.

Affine Sam sie chwali. Kokoßy sie.

Chleb namocnicy wiażę/ trzyma/ człowieká/ sługę/ wieźniá.
Dobrodźieystwy człeká narychley vymieß.

Mensam procreatricem amicorum *appellauit Cato. Rhodiginus.*

Quem beneficio adiungas, ex animo facit. *Terent. Et Plautus de seruis loquens.*

Quem tu asseruare rectè, ne aufugiat voles,
Esca atque potione vinciri decet,
Apud mensam plenam rostrum homini deliges.
Dum tu illi quod edit & quod potet præbeas,
Suo arbitratu & affatim quotidie;
Nunquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit.
Facile asseruabis quem eo vinclo vincies.

Item. Ita istæc nimis lenta vincla sunt escaria,
Quam magis intendas, tantò adstringunt arctiùs.
τὰ δεσμὰ τρώξιμ' ἐστιν εὐθενεστέρα. *A.*
Vincula cibaria omnium fortissima. *(Plutarch.*

Sublata mensa, tollitur focus, conuiuia, hospitia, amicitia, humanitas. *Thales apud* Panis amicitiæ Symbolum, *apud veteres ethnicos & in SS. libris. Macedones verò pane fœdus sanciebant. Curtius. Et nostri dicunt:* Proße cie ná chleb. & Jadiem v nicgo chleb. *quod dictum prædones Russici religiosè vsurpant, & intactos relinquunt eos apud quos panem comederint. Ideò Pericles alienas mensas præsertim lautas & splendidas vitabat Rhodigino teste, quòd in ijs difficile sit seruare grauitatem, addere debuit & libertatem, nam* Beneficium accipere libertatem vendere est, *dixit P. Syrus.*

Nemo ignotum aut mediocriter familiarem ad cœnam vocat, *inquit Lucian.* sed amicum. *Vndè illud.*

ποῖός τ' ἔστ' ὁ φίλος, ὅστις οὐ ξυβρώσκων οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν;

Qualis est iste amicus, qui nec comedit nec bibit nobiscum? *Idem.*

Huc facit & φιλοθήσιος κρατήρ. *Plutarch.* Philotesius crater. i. *amicitiæ poculum quod sibi in conuiuiis propinabant amicitiæ conciliandæ vel firmandæ gratia. Sic Plauti Pseudolus.* Cantharum dulciferum *vocat* amicitiam amicissimam. *Item.* Ταντάλου φιλοτησία πίειν. Tantali Philotesia bibere i. *poculo grandi & meraco amicitiam auspicari vel resarcire, quia Tantalus hac in re præcellebat vt pote opulentus & liberalis.* Sal *item* Symbolū amicitiæ *erat, ideò ijs primò hospitibus in mensa apponebatur, & euerti*

illud

illud ominoſum habebatur. Rhodigin. ἅλας καὶ τράπεζαν δημοσίαν περὶ πλείστου ἐποιοῦντο. *Æſchines.* Salem & menſam publicam plurimi faciebant. *Apud Plutarchum verò amici & familiares dicuntur.* οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον. Qui circa ſalem & fabam, *aliter.* καὶ κύμινον. Qui circa ſalem & cuminum. ſ. *verſantur, viuunt.*

Chleb świety.

Non ineptè hoc dictum vulgus noſtras vſurpat. Nam ſic Tertullianus: Ægrè patimur panis aliquid in terram decidere. *Et S. Ioann: c. 6.* Colligite fragmenta ne pereant, *quia hoc alimentum eſt primum & præcipuum, cunctiſq; vſitatiſſimum, & Sacrificii vſu vtriuſq; legis honoratum. Quare micæ è menſa à monacho collectæ in vniones verſæ ſunt, apud Surium, in vita S. Odonis.* Et menſa res ſacra *apud omnes, etiam ethnicos, ideòq; & conuiuium abluebant manus Plutarcho teſte. Vide, rationem ad verſus Heſiodi poſitam, ſub* Δάϊος ἡ δμως. *Probat idem Cerda pluribus ad illa verba* 1. *Æneidos. Flammis adolere penates.*

Chleb trawá: rybá woda: mieſo ſtrawá / ábo potrawá.

Dictum Tartarorum noſtratium & Lutheranorum, quos carnium eſus tantoperè delectat, vt Carnarios, *imò* Pinguiarios, *eos, ex Martiali, rectè appelles. Illi ergo dicant:* κρεωφάγος ἐιμὶ ἀκ ἰχθυοφάγος μήτ' ἀρτοφάγος. i. Carnibus veſcor libenter non item piſcibus aut pane. *Simile illud Martialis.*

Dum pinguis mihi turtur erit, lactuca valebis,
Et cochleas tibi habe, perdere nolo famem.

Perdere famem, hic eſt, vilibus cibis impleri. Ledá co ieść. *Dictum Polonicum qui volet ita vſurpabit Græcè & Latinè.*

ἄρτος, βοτάνη: ἰχθὺς, ὕδωρ ἐστὶ: κρέας, ἔδαρ. *A.*
Eſt panis, herba: piſcis, aqua: caro, ferculum.

Chleb w drodze nie ćięży: Owieś koniowi nie ćiężki:

ἀισώπειος φόρτος: Æſopicum onus. ſ. *non grauat vel certè quotidie leuius fit. Dictum ab Æſopi facto tractum, qui vt Maxim. Planudes in vita eius refert, viam cum baiulis ingrediens, caniſtrum duorum hominum onus, panibus plenum ferendum ſuſcepit, ridentibus omnibus ſtultitiam eius; ſed ille prima itineris ſtatione caniſtrum leuauit, ſecunda etiam euacuauit, reliquorum oneribus integris remanentibus.*

ὁ μὴ βαρύνων ἄρτος ἀνὴρ ὁδοιπόρον. *A.* Nunquam grauatur pane vir faciens iter. ὁδοιπορέντα μὴ βαρέσει ἵππον βρόμος *A.* Auena non eſt oneri iter facienti equo.

Chleb z ſolą z dobrą wolą ſ. dam ci / ábo dał mi.

De parco victu vſurpatur. Simile Latinorum prouerbium tangit ex Varrone Plinius lib. 31. c. 7. dicens. Panem cum caſeo & ſale eſitaſſe veteres. *Et Græcũ.* ἅλα λείχειν. i. *Salem lingere, eſt tenuiter viuere. Et Perſius ait:*

Eſt tibi far modicum, purum & ſine labe ſalinum, Quid metuas?

Idem Vato regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si cum Ioue viuere tendis. i. *Si voles esse iustus & pius, pauper adeò eris, vt vix salem delibare possis.*

Salem commendans Plutarch. 4. Symposiaco ait, eo salubres & suaues cibos reddi, eundem carnibus quæ cadauer sunt quoddam, tanquam animam inspergi ne putrescant, & vt suaues sint. Ζιτῶ γὰρ οἴνοιο, τὸ γὰρ μέγ' ἐστι καὶ ἀλκὴ. *Homer.*

Pane & vino (*reficere*) hoc enim robur est & fortitudo. *sed apud Græcos ordinarius erat potus vinum, etiam tenuiorum, vt apud nos ceruisia.*

Affine Co dom ma. & Skromne życie.

Chłop na kłaczy ieżdzi / á kłaczé ſuká.

In manu habere & quærere. *Ex Plauto qui ait*: Istuc fieri solet.
Quod in manu teneas atque oculis videas, id vt desideres.
Idem. Domi erat quod quæritabam foris. *Nostri etiam dicunt.* Dobrzé mu w gebenię wleźić á ſuka.
ἐν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ. Per mare quæris aquam. *Martial.*
Quærit aquas in aquis — *Ouid.* ———Medio flumine quæris aquam. *Propert.*

Chłop ná chłopá / kiedy płochá podlé boká.

Vulgò id redditur. Vir viro quid præstat? *vt Terent.* Homo homini quid præstat! *Sed horum alius est sensus & ferè oppositus, nempe.* Quantùm vir viro, vel homo homini præstat! i. *multùm. Polonicum verò dictum æqualitatem sonat.* Q. D. *Armatus non timet armatum vel aduersarium quemuis. Sic Plaut.* Si tibi est machæra & nobis veruina est domi. Zrownam ći. Kiié vſtapieć.

Posset huc trahi illud Virgil. Et cantare pares & respondere parati. *vel certe sensus est:* Arma addunt animos.
καὶ δειλὸν ἀνέρ' ὅπλα θαρσαλέον ποιεῖ. *A.*
Timido quoq; arma spiritus addunt viro. *Sic Cicero.*
Quid tam necessarium, quàm tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel prouocare improbos, vel vlcisci lacessitus? *Idem.* Si nudus es, da iugulum: sin tectus Vulcanijs armis (i. *fortitudine*) resiste. *Lepidè apud Plautum Geta militi sibi minitanti dicit:* Machæram longiorem habes, quàm hæc (mea) est, sed verutum Sine domo petere, siquidem belligerandum est tecum. Ibo domum: ego tecum bellator arbitrum æquum ceperim.

Chłop ná nowe bugno każe / ſporo pić.

Zyzność chłopá czyni śmiałego / zuchwałego.

Złé śie zboże ſpieniężyło / záras poſtawy przybyło. Drogo pſzeńce przédał.
ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. Agricola semper in nouum annum diues est. *Transferri potest ad eos qui spe futuri lucri sumptuosi vel insolentes sunt.*

μέγα

μέγα στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ. *Suidas.* Magnum os anni. i. *vberior anni prouentus animos & libertatem loquendi addit etiam timidioribus.*

ἀργύρῳ πηγαὶ λαλοῦσι. *Suidas.* Argenti fontes loquuntur. *In eos qui licet imperiti & inepti sint, propter opulentiam tamen libertatem quiduis loquendi sibi vsurpant.*

Secundas fortunas decent superbiæ. *Seruus apud Plautum dicit.*

Quia paululũ accessit pecuniæ, sublati animi sunt. *Terent. Vicinũ Mathleb rogẽ.*

Chłopá korcem nié mierzą. Máły ale śćerdźeń.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus. *Statius de Tydeo paruo fortissimo.*

τὸ μὲν σῶμα Τυδεὺς, τὴν δὲ γνώμην καὶ σοφίστερα Τυδέως. *Menander histor.*

Corpore quidem Tydeus, animo vero vltra Tydea.

Τυδεὺς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής. *Homer.*

Corpore paruus erat Tydeus, bellator at ingens.

Sed insignius est exemplum Dauidis contra Goliath prodeuntis, cùm illi Saul diceret: Non poteris resistere huic quia puer es. *Responsum Dauidis est longius & obuium* 1. Regũ 17.

Corporis exigui vires contemnere noli,
Consilio poller cui vim natura negauit. *Cato.*
Ingentes animos angusto in corpore versant. *Virgil. de apibus.*
Paruula sed magni exemplum formica laboris. *Horatius.*
A cane non magno sæpe tenetur aper. *Ouidi.*

Vlna non mensurantur homines aut viri. *Garner. è Gallico.*

Altam securis parua quercum deijcit. *Idem.*

μικρὸς ὁ πέλεκυς καταβαλεῖ μεγάλην δρῦν. *A.*

Crocodilus ingens ab ichneumone paruo & vili animali interficitur. Plini. Strabo.

Chłopié rzépá / &c.

Rusticanum est dictum, sonans probrum ex victu vili tractum. quasi γογγυλοφάγος, Rapiphagus. *vt apud Romanos erat* Pultiphagus & Pultiphagonides *vt iocatur Plaut. Simile conuicium ex vili victu sumptum iacit quidam in plebeium apud Iuuenalem, dicens:*

——Cuius aceto, cuius conche (fabis) tumes! quis tecum sectile porrum.

Sutor, & elixi vernecis labra comedit? *Itẽ apud Plaut.* Obolluisti allium, Alliatus. Germana illuuies, rusticus, hircus, hara suis. *dicit seruus vrbanus seruo villano.*

Apud Græcos eodẽ probroso sensu dicebatur. κραδοφάγος, *quasi* κραδαυοφάγος, i. *folia ficus esitans. Item.* βαλανοφάγος, *glande viuens more prisco. Sed & rapum apud antiquos vile olus & pauperum cibum fuisse multi scribunt. Plinius verò l. 19. c. 5. refert Græcos dedicasse Apollini Delphico* Raphanum ex auro. Betam ex argento. Rapum ex plumbo, ἐσκοροδισμένος: allio pastus, alliatus.

Chłopiętá nigdy nié rosną. / w szkołach / w dworách. &c.

Pueri Scholastici nunquam crescunt. Dictum paradoxum, sed duplicem sensum habet, nempè spectatis personis singulorum scholasticorum puerorum, & sic falsum est, quia singuli

crescunt

creſcunt & ſcholas deſerunt: ſpectata autem communitate ſcholarum quæ ex talibus ſemper conſtat, verum eſt, quia pueri in ſcholis nunquam deſunt: nec alia ætas ibi locum habet. Omnis verò communitas eadem cenſetur eſſe, licet aliqui ex illa abſcedant vel moriantur & alii noui accedant, quod hîc fit. Idem de pullis & aliis huiusmodi verum eſt.

Quam diu mundus durabit, pueros pullos ſemper dabit. *A.*

Sic apud Plutarchum, ciuitas quæpiam multis annis durans, vna & continua res dicitur, tot domibus & ciuibus ſingulatim mutatis. Vide & Deliaca nauis, *ſub* ἑλκὰ νᾶ ἑλκὰ.

Chluſtał chluſtał/ áż konik vſtał. *V.* Przynaglać gorzey.

Choć nikt nié widźi/ nié czyn czem śie Bog áborozum brzydźi.

αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ. Cleanthes.

Turpe, eſt turpe, quamuis videatur quamuis non videatur. *Vel*

Eſt turpe, turpe, ſeu latens, ſit ſeu patens.

Cum quid turpe facis quod me ſpectente puderet,
Cur ſpectante Deo non magis oro pudet?
Turpe quid auſurus te ſine teſte time. *Auſonius.*

Affine Bog wßytko widźi. & Sumnićnić źle.

Chodźi iák owiećzká/ á tryka iák báran.

τὸ προβάλιον κεραστὸν. Ouicula cornu petens. *Paradoxum & monſtrum, vt & illud*

Edentulus mordet. *ἀνόδους δάκνει.*

ὁ κριὸς τὸ οἶν προσποιεῖ. Agnus ouem ſimulat.

ἀκέρατος φαινόμενος κορύπτῃ vel κριοκοπεῖ. Cornibus carere videtur & tamen coniſcat. *Affine* Laśi śie. & Wilcza pokorá.

Chorego chćéli być zdrow/ nié pytaią/ Alé wſkok lekárſtwo dáią.

Æger an ſanari velit non interrogatur, ſed ei mox medicina datur. Garner.

ἀκ ἐξετάζων δὺς νοσοῦντι φάρμακον. A.

Chorego lédá co vrázi. Choremu lédá co záwádźi.

Proprio & tralato ſenſu.

In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. *Cic.*

Membra reformidant mollem quoque ſaucia tactum. *Ouidi.*

Ægra corpora minima interdum mergit acceſſio. *Seneca.* Imbecilla ſi tangantur, ſe lædi putant. *Idem.* Nunquam ſine querela ægra tanguntur. *Idem.* Animus affectus minimis offenditur. *Idem.*

τὰ εὐπαθῆ, ὑπὸ μικρῶν τ' ἐναντίων πάσχει. Ariſtotel.

Quæ facile afficiuntur, à paruis contrarijs læduntur

τῷ δυσχεῖνι καὶ γέλως ἐς' ἀδικία. A.

In calamitoſo riſus etiam iniuria eſt. *P. Syrus.*

Choregò

Chorego pytáią/ zdrowemu dáią. Kto pyta/ nie rad dáie.

Responsio est ad illam interrogationem: Ach cześć ieść? *vel similem. Sensus responsionis est. Equidem sanus ego sum ac proinde ad cibum capiendum promptus. vel, Æger de cibo interrogatur, sano absq; interrogatione datur. Ista tua percontatio, est cunctatio. Vulgaris versiculus apud Garnerum est.*

Qui dare vult alijs non debet dicere; Vultis?

ὃς διδόναι ἐθέλῃ, μὴ λέξῃ δόσιν, ἐθέλεις; *A.*

Garmana mater filio non dicit, Vis? *Idem Garner.*

Ægrotum interroges an edere uelit. *subaudi.* Non me sanum.

Choremu śie wiec poprawuie/ Gdy śmierć bliżey przystępuie.

πότμος ἐνίοτ' πολλάκι λαλῆ ἡ νόσος. *A.*

Morbus remittit sæpè morte proxima.

Sæpè mutatio in melius est principium mali. *ex Luciano.*

V. Rzeczypospolitey odmianá/ konánie.

Choremu wszystko śie zda gorzko/ niesmácznо.

τῷ νοσοῦντι πάντα πικρά. *Plato.* Ægroto omnia amara.

Morbus quiuis semper accusatur. *Garner. è Gallico.*

Ægroti optimos & pretiosissimos cibos auersantur, ijdem sani facti, vilem panem cum caseo vel nasturtio suauiter edunt. Plutarch. Græcus.

Choremu zdrowi dobra rádo dáią: Záchorzawszy iey sámi nie trzymáią.

Vide. Łácno chorego ciężyć. & Drugiem dobrzè wnet porádzićmy.

Chorobá ciężka/ przykrego lekárstwá potrzébuie.

Vix nisi acerba graues sanant medicamina morbos. *Anonym.*

In desperatione remedia extrema tentanda. *Seneca.*

Medici, leuiter ægrotantes, leuiter curant: grauioribus morbis, periculosas curationes & ancipites adhibent. *Cicer.*

πικρῷ πικρὰν κλύζουσι φαρμάκῳ χολήν. *s. ἰατροί. Plutarchus.*

Purgant amaram bilem amaro pharmaco. *s. Medici.*

Hippocraticam lanienam *vocat Prudentius, rationem medendi ferro vel igne.*

In morbis corporis, vt quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus adhibetur. *Cicero.* Chorobá wielka/ wielkiego lekárzá potrzébuie.

Magnitudini medicinæ magnitudo doloris concedet. *Idem Cic.*

βαρέα νοσοῦντ' φαρμάκων δεῖται πικρῶν. *A.*

Indiget amaris pharmacis morbus grauis.

Chorobá cnocie nie wádzi. Cnotá nie choruie.

Est, mihi crede, etiam in lectulo virtuti locus. *Seneca.*

Valetudo (i. *inualetudo*) corpus non animum tenet. *Idem.*

Nil agere te credis, si æger tẽperans sis? oſtẽdo morbũ poſſe ſuperari vel ſuſtineri. *Idẽ*

ἡ νόσος ζώυ αἰσης ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως ὃ ἄ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. *Epictetus*, i. Morbus eſt corporis impedimentum, non inſtituti, niſi ipſe velis.

τὸ σῶμα νόσος ἀ δὲ ψυχὴν κωλύϛ vel κακοποιεῖ. *A.*

Morbus animo nihil nocet ſed corpori.

ἡ νόσος ἀρετῶν ἐστιν ἀσκητήριον. *A.*

Eſt morbus officina virtutum optima.

Exempla inſignia ſunt Seruuli apud S. Gregorium. Gregorij ipſius. Bernardj. Lutgardis. Et S. Paulus 2. ad Corinth. 12. Cum infirmor, tunc fortior ſum. Nam virtus in infirmitate perficitur. *Hiero Siculorum tyrannus ferox morbo humanus & doctus euaſit. Sic Phragen à ciuili cura morbo impeditus ſapientiæ amator & cultor euaſit, teſte Platone.*

Chorobá lékka ćießkiego lekárſtwá niépotrzébnié.

Durioribus quàm periculum eſt remediis ſanare non expedit. *Soneca.*

Nemo ad ſupplicia exigenda peruenit, niſi qui remedia conſumpſit. *Idem.*

τὸ φάρμακόν σου τ νόσον μείζω ποιεῖ. Morbum tua medicina maiorem facit.

Chorobá niépiáſtuié.

Nec verò grauiora ſunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum. *Cicer.* Crucians ægritudo, vocatur dolor. *Idem.*

Bonum valetudo, miſerum morbus. *Idem.* *Polemo Sophiſta podagricus apud Philoſtratum dicit.* Veſci oportet, manus non habeo: ambulandum eſt, pedibus careo: dolendum eſt, manus & pedes adſunt.

Morbus quemuis occupat ſine delectu, & tractat ſine vllo reſpectu. *Adeſpoton.*

νόσος ἐπιβαίνει ἀκρίτως, κεινοῖ δ' ἀδιαφόρως. *A.*

Chorobá trzeźwośći náuczy. Chorobá ćiéleſna duße zeſto zlecy.

Infirmitas grauis ſobriam facit animam. *Eccleſiaſtic: 13.*

τ ὑγιείας τελείην ϑησαυρίσασθαι ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας τὰς ἐν ἀῤῥωστίαις ἀναμνησθῶμεν. *Iſocrates.* Valetudinis curam maximam habemus, cùm moleſtias ægrotationis recolimus. *Sigiſmundus Imp. interrogauit Theodoricum Archiepiſcopum Colonienſem, quî nam felicitatem æternam conſequi poſſet: cui ille.* Si ita, inquit vixeris, quemadmodum calculi aut alterius morbi dolore vexatus victurum te promiſiſti.

Chorobe piéśćić gorzey.

Choroby délikat mié łácno zbodźié. Chorobá doſtáték lubi.

ἡ νόσος αὐξάνεται ἡ μάλα θεραπομένη. *A.*

Augetur

Augetur morbus dum nimiùm colitur. *Garner.*
Augetur morbus, nimiùm dum forte fouetur.
ἢ νόσος τρυφερόβιον φιλεῖ. Morbus delicatam vitam vel delicatè viuentem amat.
Morbus vbi cubat & tractatur molliter, hæret.
Ludit in hac re festiuè Martial. l. 12. c. 17. in Lentinum.
Quare tam multis à te Lentine diebus
Non abeat febris, quæris & vsque gemis! ℞.
Gestatur tecum sella, pariterque lauatur,
Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Ebria Setino fit sæpe, & sæpe Falerno, &c. &c.
Dormit & in pluma purpureoque toro.
Cùm sit tam pulchrè, tam bellè viuat apud te,
Ad Damam (*inopem*) potiùs vis tua febris eat?
Simile est epigr. 38. libr. 7. in Cælium fingentem podagram & fouentẽ illam accuratè, quæ breui in veram podagram euasit. Item. l. 11. c. 87. In Parthenopeum tussientem. V. Βάβλε.
Adde apologum Iouiani Pontani de podagra malè tractata apud rusticum, & fugientem ad aulam diuitis: Dialogus est Anacreontius. πόθεν χ' ὅποι ποδάγρα;
ἀπὸ καλύβης ἐς αὐλήν. Εὔλευμα νενεκές σε.
Heus vnde, quò, podagra? Ex hoc tugurio in aulam. Multùm nimis sapisti.
Simile est Epigramma ἀδέσποτον l. 2. Antholog.
μισόπωλε θεὰ, μένη πλούτου δαμάλφεα,
ἢ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ἀπεσαμένη, &c.
τέρπῃ καὶ σέθεν σε καὶ αὐσονίου πόμα βάκχου,
ταῦτα παρὰ πενιχροῖς γίγνεσθαι ἀδέποτε.
τούνεκα καὶ φεύγῃς πενίης τ' ἀκάλλειον ἀδόν,
τέρπῃ δ' εἰς πλούτου πρὸς πέδας ἐρχομένη. *Id est.*
Pauperes exosa dea, sola diuitum domitrix
Quæ pulchrè (delicatè) viuere omninò scis, &c.
Delectant verò te serta & Italici pocula Bacchi seu vini,
Hæc apud pauperes nunquam sunt.
Ideoque tu fugis paupertatis ferreum solum pauimentum, domum molestam.
Delectaris autem ad pedes diuitis veniens.
Item aliud ἀδέσποτον in eandem sententiam, podagræ causas duas tangens.
λυσιμελὴς βάκχου καὶ λισιμελὴς ἀφροδίτης,
γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα.
Soluentis membra Bacchi & soluentis membra Veneris,
Gignitur vel est filia soluens membra Podagra.
Morbos *Seneca vocat* Supplicia luxuriæ.

Chorobę zástárzała mćuleczona, prożno leczyć.

νόμος παλαιὸς ἰατρῶν, μὴ ἐπιχειρεῖν κεκρατημένοις καὶ ἀνηκέστοις νόσοις. *Lucian.*

Vetus lex medicorum eſt, non admouendam manum morbis qui inualuerunt & incurabilibus.

Helleborum fruſtra cùm iam cutis ægra tumebit Poſcentes videas. *Perſius.*

Vtrumq; allegorico ſenſu prolatum eſt, ſed & ſimplici verum eſt, & vſurpari poteſt vt & Polonicum. Simile eſt. Mało trudno odmienić. *Affine* Zébiégay złemu.

Chory dźiedźicá co lekárzá bićrzé: Ten śie ná on świát prętko wybierzé.

Malè ſecum facit æger qui medicum hæredem facit. *P. Syrus & Seneca. De ethnicis & malis viris hoc accipe, vt & illud Martial. l. 11. epig. 68.*

Nil mihi das viuus, dicis poſt fata daturum,
Si non es ſtultus, ſcis Mato quid cupiam. ſ. *quamprimum exſpires.*

ἄφρων ὁ νόσιμος κληρονόμον ἀλθέα γράφων. *A.*

Qui ſcribit hæredem medicum æger, deſipit.

Chory niećierpliwy/ niedogodny.

δυσάρεστοι οἱ νοσοῦντες. *Euripides.* Moroſi ægroti.

Chory poprávić śie obiécuié: A wzmogßy po ſtáremu śie ſprávuie.

ζωανίως μὴ νόσον τις ἐγένηθη ἑκλίων. *A.* Rara meliorem reddit ægrotatio.

Vel Perrarus à morbo melior effectus eſt.

Quando languebat monachus bonus eſſe volebat,
Sed dum conualuit, manſit vt antè fuit. *Anonym. Rhythmicus.*

Si facerent ſani, quæ facere ſtatuunt ægroti; breui totus orbis Chriſtianus meliorem faciē indueret. Drexellius. Simile dictū Theodorici Archiepiſcopi Colonienſis, ſuprà poſitū. Huc trahas apologum Æſopi, quem apud Plutarchum refert Cleobulus de Cane, qui hyeme frigore conſtrictus conuoluens ſe de domo ædificanda cogitauit & ſerio decreuit, æſtate verò magnum hunc & inutilem eſſe laborem iudicauit.

Chory ßtuczny. Chorobá chytrá/ zmyślona.

Polycarmus Martialis, *in quem ille libro 12.* epig. 56. *tale habet.*

Ægrotas vno decies aut ſæpiùs anno,
Nec tibi ſed nobis hoc Polycarme nocet.
Nam quoties ſurgis Soteria (*munuſcula gratulantium ſanitatem*) poſcis
Sit pudor ægrota iam Polycarme ſemel. i. *morere.* (amicos.

De hoc dici poſſet: ægrotat Soterijs, vel ex Soterijs, *aut potiùs* auaritia. *vt Zoilus apud eundem. l. 2. epi. 16. ægrotat ambitione & oſtentatione opum ſuarum.*

νοσηλεύεται ὑπὸ τ᾽ φιλαργυρίας ἢ ὑπὸ τῦ κομπασμῦ.

Thapſo tinctus, *de eo qui ægrotum ſe vel valetudinarium ſimulat. Nam eius herbæ ſucco facies lurida pallenſq; efficitur. Rhodigin.*

Choway

Choway śie ná kołacz.

Relinque locum placentæ, *hoſpitibus auidis dicebatur.* V. Zoſtaw co. Ne perdas famem. ſ. *viliora comedens cùm lautiora ſperes. ex Martial. l. 13. epi. 53. vbi ſpe turturis, ſpernit lactucam & cochleas.*

Chromego czékáć trzébá. Nie ledá czemu záraz wierzyć.

Exſpectandum quid ſerus veſper vehat. *ex Varrone apud Gellium & Macrobium.* Fama loquatur *vel* audienda anus, *ex Catul.* Niech śie nowiny vſtoią. Rumores poſteriores veriores. ἡ φήμη ὑστέρα κεν ἀληθεστέρα. *A.*

Rectè etiam hîc vſurpes. πρὸσδοκῶμεν χωλὸν. Exſpectemus claudum. *Nam dictum Polonicum celebre nemo prohibet aliis linguis exprimere, & fecerunt alij, vulgaris ſuæ linguæ dicta, Latinis & Græcis à nullo Græcorum & Latinorum vſurpatis dictis interpretantes & illis linguis communia efficientes.*

χωλὸν δοκάζει ἀγγελιαφόρον σοφός. *A.*

Qui nuntium exſpectare claudum amat, ſapit.

Affine Dáléko do wiéczorá. Nie wßyſtkiému wierzyć. Czékay końcá.

Chromy.

πέρδικος σκέλος· πέρδικος πούς. *Scholiaſt. Ariſtophanis.* Perdicis crus. Perdicis pes, *de claudo Pierius vſurpat, quia perdix pedibus vacillat.* Sed *& caupo quidam eiuſdem nominis claudus fuiſſe perhibetur.* Tyrtæus *etiam claudicatione celebris fuit.* Ariſtogiton ſycophanta *claudum ſe fingebat. vt &* Planus *Horatij. Cocles Romanus miles, claudicationem ex vulnere in bello accepto, non probro ſed gloriæ ſibi duxit: Similiter Philippus Macedo oculum iaculo excuſſum. Plutarch.*

Chromy dáley chcé ſkoczyć/ á ślépy záyzrzeć.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſq; negata. *Ouid.*

Senſus vel facultas animi & corporis debilitata, magis vim ſuam intendit ad actum eliciendum. *Item.* Turpè, magis appetit pulchrum; & imminutum, integrũ.

πορρώτερον ἐρᾷ τυφλὸς ὁρᾶν, χωλὸς ἰοῦσιν. *A.*

Longiùs amat claudus ſalire, longiùs Videre cæcus.

Affine Bárzíéy tć rzéczy ſmákuią. *&c.*

Chromy dáléy zaydźie ſłabßy dużego przemożé.

ἡ ἀγχίνοια τῆ φύσ' ἀνθικαβίζουσα. *A.*

Supplere naturam eſt potens, induſtria.

ἡλίσκετ' ἄρα χὴ ποδὸς ἀωτέων ταχὺς,

χὴ ποδὸς χελώνης αἶψα βραχέι χρόνῳ. *Laërtius.*

Quandoque pernicem capit tardus pede,

Aquilamq; teſtudo breui præuerterit. *Sic Cato.*

Consilio pollet cui vim natura negauit.

ᾧ μὴ ἔνεστι μὴ βουλὴ πρόσεστιν ἐκεῖνῳ. *Mylius.*

ἡ μὲ συνέχεια ὑπερέχει τ᾽ ἰσχύν. Magnas licet vires superat assiduitas. A.

Ad longum iter conficiendum, non tam necesse est currere, quàm non morari,

κιχάνει τι βραδὺς ὠκύν. Velocem tardus assequitur. (*Garner. Gallic. Tyrtæus Lacon Poëta & tibicen claudus fuit, quo duce & præcentore Lacedemonii Messenios vicerunt & subegerunt. Suidas.* *Affine* Pomału dáley zaydźieß.

Chromi śie tego/ iáko pieś kiią. *V.* Nie nápedźiß.

Chrzan z miodem dobry/ á miod sam. *V.* Samo śie dobre záleca.

Chuda fárá/ &c. *Vide* Sam nié mam.

Potest huc trahi: Principatus Scyrius. &c. *Vide* Nié wiélka godność.

Chudobá cnoty nié trácí.

ἐ μισέει πολὺν δὲ φιλεῖ ἀρετὴ ἐνδεῆ. *A.* Amica non inimica virtus inopiæ est.

Cuncta licet pereant, probitas sola vsq; maneto.

ἡ τύχη τ᾽ ἀρετῆς ἀνάιτιος. *Synesius.* Virtuti fortuna (*aduersa*) exprobrãda nõ est.

Heus quantaquanta hæc mea paupertas est, tamen adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi esset fides. *Plaut:* ——— Neq; nos factione tanta, quanta tu sumus;

Neq; opes nostræ tàm sunt validæ, quàm tuæ: verumtamen

Haud metuo ne iusiurandum nostrum quisquam culpiter. *Idem.*

——— Nec si miserum fortuna Sinonem finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. *Virgil.* *Affine* Vbogiému łácniey być dobrem.

Chudobié ćiśey.

λιπαρὸς ἀλέκτωρ σφάττεται, ἀλιπὴς λείπεται. *A.*

Pingues capones mactantur, macri relinquuntur. *Apologus est, incertum cuius apud Iacobum Pontanum de caponibus altilibus, ex quibus pinguiores macilentos irridebant, sed conuiuio instante pingues mactati sunt, macilenti relicti.*

Sic apud Auienum, Arundo debilis & fragilis euasit salua impetum venti, quo quercus ingens confracta decidit. *Vide.* Vbogi swobodny. Vbogi wßędy bęśpieczny. Wysokié rzęczy niębęśpięczne. Pauperibus dimidium supplicij dimitti in Orco & requiem dari, *scripsit Lucianus Atheus licet & omnium irrisor.*

Chudobié wßędy piskorz. *V.* Ná vbogiego wßędy kápié.

Chudy. Jędno go skorá á kośći. Przęzyrzeć go na obie stronie.

Ossa atq; pellis totus est, ita cura macet,

Quin exta inspicere in sole etiam vino licet,

Ita

Ita is pellucet quasi laterna Punica. *Plaut. de agno macro.*
Pellis super ossibus vna. *Lucret.* Ossa pelle amicta lurida. *Horat.*
Ossa atq; pellis sum misera macritudine. *Plautus.*
ὀθνεῖ νεύρας δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν. *Callimach.*
Super neruos misero fibræ & ossa tantùm relicta.
πρώκας σιλίζειαν ὥσπερ ὁ τέττιξ. *Theocrit.* Rore pascitur more cicadæ.
Loquitur verò de vitula macra, quæ ab alieno curatur pastore.
λυπαρώτερος λύχνου ἢ ληκυθίου. *Diogenian.* Pinguior lucerna *vel* lecytho. *Ironia in edaces & macros, qui multùm alimenti absumunt nec tamen pinguescũt, vt & lucerna.*
Cornu siccius corpus habet. *Catullus.*
Cos. *pro edaci & macro.* ἀκόην σιλίζεις. *Suidas.* Cotem saginas.
Mulæ ambulando se viuere testantur. *Seneca.* i. *ita macræ sunt vt nisi se mouerent, exanimes putares.* Vix ossibus hærent. *Virg.* *Vicinum est* Szczupły.

Chwała pobudká do dobrego.

—— Laudataq; virtus Crescit, & immensum gloria calcar habet. *Ouidi.*
Ingenio stimulos subdere fama solet. *Idem.*
Deniq; non paruas animo dat gloria vires,
Et fecunda facit pectora laudis amor. *Idem.*
—— Fax mentis honestæ Gloria. *Silius.*
Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires. *Propertl.*
—— Tu sola animos mentemq; peruris Gloria. *Valer. Flacc. 1. Argonaut.*
δόξα τ' ἀρετῆς κέντρον. Gloria virtutis stimulus aut calcar.

Chwała przyiemna od chwalnego.

Hector apud Næuium lætatur se laudari à laudato viro. *Cic.*
Non placet quẽ scurræ laudant, manipulares mussitãt. *Miles in Truculento Plauti.*
Ea est profectò iucũda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude vixerũt. *Cic.*
ἐπαινεῖσθαι παρ' ἀνδρὸς ἀινετοῦ καλόν. *A.*
Laudabili, res pulchra laudari à viro.
Contrà. Laus ab illaudato virtute carente viro profecta, similis est præficarum laudi. *Plaut.* *Vide* Łácno mowić.

Chwała ćie lucka nie vnoś.

Cum quis te laudat, iudex tuus esse memento,
Plùs alijs de te quàm tu tibi credere noli. *Cato.*
ἔστε τις ἀινέῃ σε, δικαστὴς ἴσθι σεαυτῷ,
μηδ' ἑτέροις πείθου πλέον, ἢ σαυτῷ περὶ σαυτοῦ. *Maxim. Planudes interpres Catonis.*
Qui laude ficta ducitur cor non habet. *Faërnus in apologo de Corno laudibus Vulpis decepto.*
Hercules Antisthenem pueros iubebat nemini eos laudanti gratiam habere, ne vitiosa verecundia

verecundia capti laudantibus vicissim adularentur. Apud Plutarchum. Pindarus dicenti: Ego te semper & vbiq; laudo, *respondit*: Et ego tibi gratiam refero. facio enim vt verax sis. *Ibidem.*

Chwali á niemáß co. Podtego co bárzo chwali.

Mira de lente. *Rodolph. Agricola.* λεῖνα τῆξι φακῆς. *Erasmus.*

Arcem ex cloaca facere. *Cic.*

ἴση ἁμαρτία ἢ ἀμαθία, μέμφεσθαί τε τὰ ἐπαινετὰ, ἢ ἐπαινεῖν τὰ μωμητά. *Gorgias Leontin.* Par error & stultitia est, vituperare laudanda, & laudare vituperanda.

Præficarum more laudare. i. *fictas & falsas laudes occinere. nam sic faciebant præficæ in funeribus plorantes & laudantes mortuos. Ex Lucil. Horat. & Plaut. ait*: Superaboq; omnes argutando præficas. *Affine* Máte rzéczy rozßerzáć.

Chwalić śie przéd lépßemi/ godniéyßemi/ glupſtwo.

In Epidico Plauti Periphanes & Miles colloquuntur sic:

PERI. Non repperisti adolescens tranquillum locum,
Vbi tuas virtutes explices, vt postulas.
Nam strenuiori deterior, si prædicat
Suâs pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.

MIL. Immò si audias Meâs pugnas fugias manibus demissis domum.

Idem paulò pòst Pol ego magis vnum quæro, meas cui prædicem
Quàm illum qui memoret suas mihi. PE. Hic non est locus,
Prôin tu alium quæras cuî centones farcias.
κηρύξ' ἑαυτὸν ἑτέρῳ, λεῖγμ' ἄφρονος. *A.*
Iactare meliori sua, est stulti nota.

Chwalić ßkodliwié/ złośliwié.

ὡς βασκάνων αἰνεῖ. *Budæus.* More fascinantium laudat. *ex Plinio qui ait:* In Africa fuisse familias, quarum laudatione interibant probata, arescebant arbores, emoriebantur infantes. (dare comicè.

πρόπολα τραγικῶς παιγνιάζειν κωμικῶς. *Nazianzen.* Agentem tragicè, laudare comicè. Turpius est exiguè & frigidè laudare quàm insectâter & grauiter vituperare. *Gellius.*

Qui parcè laudat, vituperat. *Gaspar Ens.*

Talia sunt illa Martialis. Optimus malorum. Alpha pænulatorum. *&c.*

Et apud P. Syrum. Melior pessimo. λευκὸς ἢ τὰς ὀδόντας οὐκ ἀστλῶς. *Aristotel.* Albus dentes non penitùs. *Item* Rex Tragicus. Coryphæus nebulorum. Nobilis latro. Liberalis ad negandum. *In quibus locutionibus dictio posterior destruit, vel minuit præcedentem.*

Chwały własney cudzey z cudzych vſt ſłuchać/ niż ią ſwa geba dmuchać.
Chwałą z własnych vſt śmierdźi/ z cudzych pachnie.

Laus

Laus proprio ſordeſcit in ore. *Vulgare dictum.* *Sic Verſus:*

De te alij narrent, proprio ſordeſcit in ore
Gloria; ſi taceas, plùs tibi laudis erit. *Idem.*

Omnibus inuiſa eſt ſtolidæ iactantia mentis,
Dum de te loqueris, gloria nulla tua eſt.

ἀτὲρ σεαυτῦ μὴ φρένης ἐγκώμια. *Menander.*

Nunquam tua ipſemet canas præconia.

φίλων ἔπαινον μᾶλλον ἢ σαυτῦ λέγε. *Idem.*

Potiùs amici quàm tua cane encomia.

Quid quiſq; noſtrum de ſe loquatur, non eſt requirendum: quid boni viri iudicent, id eſt maximi momenti & ponderis. *Cicero.*

Malim iſtuc alijs videatur quàm vti tu te collaudes. *Plaut. iactabundo dicit.*

Ne præcones quidem ipſi ſe prædicant. *ex Cic. qui ait:* Præcones ludorum gymnicorum, qui cæteris coronas impoſuerunt victoribus, eorumq; nomina magna voce pronuntiauerunt: cùm ipſi ante ludorū miſſionē corona donantur, alium præconem adhibent, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicent. *Sic & Plutarchus.*

ἀλλὰ κὴ τὰς στεφανουμένας ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ἕτεροι νικῶντας ἀναγορεύουσι, τ' ἀηδίαν τ' αὐτοεπαίνου φυγόντες. Sed & eos qui in certaminibus coronantur, alij victores proclamant, vt faſtidium de ſe loquendi ipſi declinent.

ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα, ἀλλότριος καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη. *Prouerb. SS. c. 27.* Laudet te alienus & non os tuum, extraneus & non labia tua.

Horatius de Conuiuatore qui cœnam ſuam lautam conuiuis putidè commendabat, ait:

Suaues res (i. *epulas, enumerauit eas priùs*) ſi non cauſas narraret earum, & Naturas dominus.

αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ παρ' ἄλλων ἔπαινος ἥδιστον ἀκούσματων, ἑτέροις δ' ὁ περὶ αὐτῦ λυπηρότατον. *Xenophon. apud Plutarch.* Cuiq; laus ab alijs impertita, iucundiſſima eſt auditu; alijs autem moleſtiſſimum, ſi quis ſeipſum laudet. *Lege epigramma 54. l. 5. Martialis in Poſtumum.* μὴ μεγάλα λίαν λέγε. *Sophocles. Theocrit. Cic.* Ne nimiùm magna loquaris. ſ. *de te.* V. Vlećhwal śie ſam.

Chwálny. Slawny. Godźien ſławy/ pámiątki.

Hic eſt. *Perſi.* Sed pulchrum eſt digito monſtrari & dicier: Hic eſt. Te omnia ſæcla Noſcent & qui ſis, fama loquetur anus. *Catull.*

Sed toto legor orbe frequens & dicitur: Hic eſt. *Martial.*

—— Turba ſemper in omni Monſtramur digito. *Idem.*

Vnum pro cunctis fama loquetur opus. *Idem, in Cæſaris Amphitheatrum.*

— Monſtror digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ. *Horat.*

ὥς τε τ' ὀρώντων ἕκαστος τ' πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, ὅτ' ἐκεῖνος λέγων. *Lucian.* Vt quilibet te conſpecto proximum ſibi tangens monſtret te digito dicens: Hic ille eſt. *Item.* ὁ αὐτός ἐστι Δημοσθένης. i. Hic ille eſt Demoſthenes.

Vel, vt *Laërt. habet:* οὗτός ἐστιν ὁ Αθηναίων δημαγωγός. i. Hic est ille Athenienſium concionator. *Diogenes hoſpitibus dicebat.* δακτυλοδεικνυεσθαι. *est digito monstrari.*

Omni exceptione maior. *Iustinian. ICti.* Insignis tota cantabitur vrbe. *Horat.* Illum aget penna meruente ſolui Fama ſuperſtes. *Idem.* Omne tulit punctum. *Idē.* Priſci (*id*) loquentur annales. *Macrobius.* Os populi meruit. *Perſ.* Volitat viuus per ora virum (*poſt mortem.*) *Ennius.*

ἀνδρῶν πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τρίτος. *Iſocrat.* Virorum primus, ſecundus, tertius.

ἐν πρώτοις καὶ πύμασι καὶ μέσοις. *Theocrit.* Primus nouiſſimus & medius. *Talu Hermes apud Martial. l. 5. ep. 25. vbi poſt multas laudes tandem in fine dicit:* Hermes gloria Martis vniuerſi, Hermes omnia ſolùs & ter vnus.

εἷς ἐμοὶ ἀνθρωπος. *Lucian* Vnicus. *Catul. Sueton. Et Cic* Vnicum Catonem ſibi pro centum millibus eſſe *dixit. Sic 2. Regum. 17.* σὺ ἡμῖν ὡς δέκα χιλιάδες. Tu nobis es ſicut decem millia. *Vel.* Tu vnus pro decem millibus computaris. *Dauidi populus dixit, quod dictum & laudem regu & populi erga illum amorem ac æſtimationem ſonat.*

Gloria ad Herculeas innotuit vſq; columnas. Inclyta virtutis maxime Arate tuæ.

Carmen Græcum inſcriptum columnæ Arati apud Sicynios Eraſmus Latinè reddidit.

Sic Pindarus. de Therone. νῦν τε πρὸς ἔσχατον ἀρετᾶν ἱκάνων, ἅπτεται οἰκόθεν ἡρακλείας στηλᾶν. *i.* Nunc ad extrema virtutibus perueniens, attingit à domo Herculis columnas. ἐκ διὸς ἔρνος. Ioue ſatus. Iouis germen.

A te principium (*carminis*) tibi deſinet. *Virgil.*

Prima dicte mihi, ſumma dicende Camœna. *Horatius.*

ἀνδρῶν δὴ Πτολεμαῖος ἐν πρώτοισι λεγέσθω

καὶ πύμασι καὶ μέσοις. *Theocrit.* Virorum Ptolomæus laudetur primus & vltimus & medius.

Simile illud Virgil. Audijt & ſi quem tellus extrema refuſo Submouet Oceano.

Magna Iſæum (*oratorem*) fama præceſſit, maior inuentus eſt. *Plini. iun.*

αἰὼν λαλήσει. *Priſcianus.* Ævum loquetur.

Cymbalum mundi, *vocabat Tiberius* Apionem Grammaticum. *Plinius*

Tympanum famæ publicæ, *eundem vocat Plinius ob famã vulgi ſpecioſam non veram.*

πᾶσιν τοῖς κριταῖς νικᾷ. *Ariſtides.* Omnibus iudicibus vincit.

Idē dixit Cic. de Hortenſio, qui cùm vndeuiginti annos natus primùm in foro dixiſſet, & omnium qui adfuerunt, & ipſorum Conſulum, qui omnes intelligentia anteibant, iudicio diſceſſit probatus. Dignus cothurno Sophocleo. *Virg.* i. *ſtylo magnifico, qualis Tragicorum, laudandus.*

Cedo mihi tres homines aurichalco contra, cum iſtis moribus. *Plaut.*

Quantiu's pretij, non carus eſt auro contra. *Idem.*

πολλῶν ἀλλῶν ἀνάξιος. *Homer.* Multis alijs æquandus aut æqualis.

Flos iuuenum, ætatis, populi &c. *apud Lucret. Ennium. Catul. Cic.*

E cœlo cecidit. *Iuuenal.* —— Fama ſuper æthera notus. *Virgil.*
—— Ad ſidera notus. *Idem.* Viuuſq; per ora feretur. *Idem.*

Appio Claudio glorianti, quòd in petitione Cenſuræ omnes ciues Romanos nominatim ſalutaret, reſpondit competitor eius Scipio, qui uniuerſos propè ignorabat: ἀληθῆ λέγῃς, ἐμοὶ γὰρ οὐκ εἰδέναι πολλοὺς, ἀλλ' ὑπὸ μηδενὸς ἀγνοεῖσθαι μεμέληκεν. i. Vera dicis, mihi enim curæ fuit, non nouiſſe multos, ſed à nullo ignorari. ſ. *ob facta præclara. Sophiſtæ laudationem Herculis recitare volenti reſpondit Antalcidas.*

Quis enim eum vituperat? *Plutarch.*

Phidiæ ſignum, *de quo Cic.* Vt Phidiæ ſignum ſimul aſpectum & probatum eſt.

Phidiæ Minerua. *Cic.* ἄξιος ὀβελίσκου. *Suidas.* Dignus obeliſco, *quia ſummis viris obeliſci, pyramides, coloſſi erigebantur. Vſurpatur id & oppoſito ſenſu ironico.*

ἄξιος τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος: *Zenobius.* Dignus Argiuo clypeo. *quem iuuenes honeſti & nobiles in pompa ferebant.* Solem manibus geſtat. *Carol. Bouillus.*

ἄξιος τοῦ παιδός. *Suidas.* Quauis re dignus. *Cicero de interfectoribus Cæſaris ait.* Tantam gloriam conſecuti ſunt, quanta vix cœlo capi poſſe videatur.

V. Wyborny.

Chytry. Ma we-lbie. *addunt aliqui* kiétbié, *ob ſolum rhythmum puto, nam in re nulla eſt conuenientia.*

Wronámito karmiono. *fortè quòd hæc auis inſidias diligenter circumſpiciat.*

Vlyſſes. *Plaut.* Viſo quid rerum meus Vlyſſes egerit. i. *Seruus verſipellis.*

Seſqui Vlyſſes. *Varro.* Duplex Vlyſſes. *Horat.*

ἐδυσεὺς διπλοῦς, δολοφρονέων, ποικιλόφρων, πολύτροπος, ποικιλομήτης. i. *Vlyſſes duplex, doloſus, verſatilis, mutabilis, verſipellus.* Meditati ſunt illi docte dolι. *Plaut.*

Nullus aleator ſapientior (ſ. illo.) *Idem.* Calliditate Graia vir. *Silius.*

ἡ ἀλώπηξ. Vulpes. *Perſius.* Aſtutam vapido ſeruans ſub pectore vulpem.

Vulpinus animus. *Plaut.* ἡ ἀρχιλόχου ἀλώπηξ. *Baſili.* Archilochi vulpes.

ἀλωπεκῆν ἐνημμένος: Vulpinam pellem indutus. Vulpio. *Apuleio.*

ἀλώπηκος ἴχνεσι βαίνει. *Solon.* Vulpis veſtigijs incedit.

παρδάλεην ἐνημμένος: *Euſtathi.* Pardalis exuuium indutus, *à pellis varietate.*

δωδεκαμήχανος: *Euripid.* i. Duodecim artium.

Chamæleon, *pro vafro, verſipelli. Pierius.*

Cercops. *Ouidius. Ammian.* κέρκωψ. *Æſchin. ob aſtutiam in ſimiam mutatus.*

χρύσεα donanti χάλκεα, dedit. *Ex Martiali. alludit dictum ad Diomedis & Glauci permutationem.* V. Kiérowna odmiéná.

Perdicis vafrices. *Rhodigin. ex Plinio.* Perdicis crus vel pes. *Pierio de vafro. quia perdix aucupi ſe oſtentans à pullis eum abducit. Plutarch.*

Incuruiceruicus. *Pacuuio.* βυσαύχην. *Xenarcho. quia tales ſolent eſſe aſtuti.*

Mauult ouum, quàm prunum. *ex Garner.* Mauult nummum, quàm lupinum. *ex Hora.* Vlić głupi, Vlić oßukaß.

χανθάρου σοφώτερος. *Suidas.* Cantharo aſtutior. *qui, vt eſt apud Æſopum, malitia & aſtu aquilæ aliquoties nocuit.*

ὀδυσσέως καὶ Θεμιστοκλέους πανουργίαν παρελήλυθάς. *Eunapius.*

Vlyſſeam & Themiſtocleam vafriciem tranſcendit.

τριπρόσωπος Ἑρμῆς. *Etymologo.* Triceps Mercurius.

δεινὸν πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγυπτίους. *Suidas. de aſtutis.*

Vatri in ſtruendis machinis Ægyptij.

Τὸν δόλιον ἄνδρα φεῦγε παρ' ὅλον τὸν βίον.

Virum doloſum quandiu viuis fuge. Chytrego śie ſtrzęż.

Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes. *Horati.* Ἔμβαρος *Pauſani.* Embarus. *qui ad ſedandam Athenis peſtem, ex oraculo filiam ſe immolaturum promiſit, & ea abſcõdita, capra filiæ veſtitu ornatã immolauit, & gentilitiũ ſacerdotiũ pramij loco obtinuit.*

Chytrzé 3 Chytrem.

ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. Cum vulpe fas eſt cuique vulpinarier.

πρὸς κρῆτα κρητίζειν. *Plutarch.* Cum Cretenſi cretiſſandum.

Hæc Ethnici. Chriſtianos decet candor, niſi virtus aliqua artem & induſtriam honeſtam & licitam poſtulet vel admittat. vt S. Paulus de ſe ait: Cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi. ſ. *bono. Dolus enim apud ICtos indifferens vox eſt, quare addunt,* Bono, Malo.

Affine Sztuká ná ßtuke. Rádá ná niépr zyiaćiélá. Kiedy przyydźieß między wrony.

Ciągmié do śiebié ludźié. Lna wßyſćy do mégo. Kámien by byt co by go nié miłował.

ἕλκῃ ἐφ' ἑαυτὸν πάντας ὥσπερ ὁ καικίας νέφη. *Ariſtotel. Plutarch. Theophraſt.*

Vt Cæcias nubes ita ad ſe omnes trahit.

Cæcias eſt ventus non diſſipans nubes, vt alij ſolent, ſed ſtatu ipſo attrahens. Plin.

πάντας κ' ὑφελκων εἶα μαγνῆτις λίθος. *Suidas.*

Magnetis inſtar vndique omnes attrahit.

Lapidem ſilicem ſubigere (i. *cogere*) poteſt vt ſe amet. *Plaut.*

ἴυγγα ἕλκῃ. *Ælian.* Iynga *vel* Iyngem habet. ſ. *auem Motacillam Latinis dictam.* σεισοπυγὶν *Graci vocant.* i. *mouentem caudam. qua olim ad philtrorum illecebras & incantationes priſci ethnici vtebantur.*

ἴυγγας ἐρωτικὰς, *Ælianus vocat.* Iyngas amatoria philtra.

Theocritus Eidillio ſecundo repetit ſæpe hunc verſum.

ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν πόσι δῶμα τ' ἀνδρα.

Iynx trahe tu meum illum virum ad domum meam. (*liquefio.*

Item Pindar. ἴυγγι ἑλκόμαι τὸν. Iynge trahitur meus animus vel cor. *al.* τὴν μαι.

Et

Et Sophocles. τοῖαν δ' ἐν ὄψει ἰύγγα θηρατηρίαν
ἔρωτος ἀστραπὴν τιν' ὀμμάτων ἔχει. (lorum habet.
Talem in aſpectu illecebram (*illicem*) venatricem Amoris fulgur quoddam ocu-
χεστὸς μαγωτερα φωνεῖ. *Epigram.* Ceſto pellacior *vel* Ceſto pellaciora loquitur.
Dictum tractum à Ceſto Veneris cingulo ad amorem conciliandum efficaciſſimo, apud Homerum Iliados.. Ξ. Et Martialis ſic de eodem:

Sume Cytheriaco medicatum nectare ceſtum,
Vſtit amatorem balteus iſte Iouem.

Omnes ad illum vt paguri ad piſcatorem canentem confluunt. *Ex Ælian, qui ſcribit: Paguros latere in alto in cauernis, nec facilè exire & capi, ſed ſono fiſtulæ, quam* φωτίγγιον *diminut. à* φῶλαξ *vocat, è latebris euocari & extra aquam exire at capi.* φωτίγγιον *apud Plutarchum quidam faculam interpretantur, forte quia & Heſychius* αὐγὴν *quoque interpretatur. i. ſplendorem. ſed & fiſtulam cum Euſtathio idem* φωτίγγιον *appellat.*

Ciagnić kotá.

Peculiare dictum hoc Polonorum eſt in eum, qui putat ſe ſerium & egregium aliquid agere, cùm interim ab alijs ludatur & irrideatur.

Poſſis huc trahere ex Horatio illud: Vertentur hæc ſeria ludo. i. iſte putat ſecum ſeriò & candidè agi ab alijs, & mox deceptum ſe aduertens ab illis ridebitur & dolebit.

Et alioqui idem eſt quod ſimplici phraſi dicitur Szydza z niégo. *quod vide in 1. Tomo, & hic infrà. Apta eſt huic loco illa ſimilitudo niſi apologum etiam dicere velis, de Lintrario, qui funem rupi alligato trahit, putans rupem ad ſe accedere, cùm ipſe ad eam accedat. E Drexelij Heliotropio.*

Σκόπελον σκαφίτης σχοινίῳ ἕλκειν ποεῖ. *A.*
Rupem ad ſe attrahere funę vult lintrarius,

Ciagnić śię. *vel* Ciagnie śię tak lis. Nić według mießká koßt wiedźić. Wiekßy rozchod/ niż dochod.

Sumptus quæſtum ſuperat. *Ex Plauto.* *Item.* Sumptus cenſum ſuperat. *Ex Horatio. qui vituperat* Cultum maiorem cenſu. *Item ex illum.*

Gloria quem ſupra vires & veſtit & vngit. i. *qui gloriolæ & oſtentationis cauſa ſumptuoſiore veſtitu & vnguentis pretioſioribus quàm facultates ferant, vtitur.*

ὑπὲρ τ' οὐσίαν δαπανᾷ. *Diphilus.* Supra facultates impendit.

Breui, marſupio aluum lauabit. *ex Varrone. Marſupio, dandi caſus eſt.* i. *euacuabit marſupium impenſas faciens in nuptias ſumptuoſas. Turneb.*

Τ' ἐπιθυμίας μείζους ἢ κατ' τ' ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἐχρῆτο. *Thucydides de Alcibiade.* Cupiditates maiores quam pro modo ſuarum facultatum ſortitus eſt vel habuit.

Affine Utrátnik.

Ciáſita fortka do niebá.

ὁ ὄφις στενῇ ἔνι ὀπῇ σχιζόμενος καὶ διεξερχόμενος ἀποδύεται τὸ παλαιὸν δέρμα. *Theophylact. i.* Serpens in anguſtum foramen ſe comprimens & tranſiens exuit veterem pellem.

Serpens per arctũ foramen ſeſe trahens vetuſtã, pellẽ deponit & reuireſcit. *Cypria.*

μεγάλων ἀθλητὴς ἐστὶ δέρεσθαι καὶ νικᾶν. *Maxim. Tyrius.* Magni athletæ eſt excoriari & vincere.

Cicha woda / brzégi podbiera ábo podrywa.
Ponura świnia / głęboko ziemię ryie.

Alluuione paulatim terra conſumitur. *Iob. 14.* *vbi* LXX *habent:*
κατέκλυσεν ὕδατα ὑπτια & χώματος τῆς γῆς. i. *Diluerunt (ſubruerunt) aqua languidè & ſupinè fluentes aggeres vel cumules terræ.*

Periculoſior vnda leniter fluens. *Garner.*

Ne credas vndam tacitam non eſſe profundam. *Anonym. rhythm.*

Altiſſima flumina minimo ſono labuntur. *Curtius.* Ab aqua ſilente caue. *Gotfrid.*

Demiſſos animo ac tacitos vitare memento,
Quà flumen placidum eſt, iſtic latet altior vnda. *Cato.*

ξυθρωπὸς καὶ σιγαλέος ἀνὴρ πεφύλαξο,
ἔυκηλος βαθὺ γὰρ ἀεὶ τὰχα βένθεα κεύθει. *Planudes.*

Iulius Cæſar ſuſpectos audiens conjurationis Senatores, dixit: ὁ πάνυ δέδοικα τούτους παχεῖς καὶ κομήτας, μᾶλλον ἢ τοὺς ὠχροὺς καὶ λεπτοὺς ἐκείνους. *Plutarch.* Non admodum timeo hos pingues & comatos, (*Antonium & Dolobellam*) ſed magis illos pallidos & macilentos. (*Caſſium & Brutum à quibus & occiſus eſt.*)

Affine Złość ſkryta / Dobroć zmyślona.

Cicho ná rynku &c.

Tranquillum eſt. Halcedonia ſunt in foro. *Plaut. ab Halcyone aue, quæ nonniſi tranquillo mari ouа parit & pullos excludit. Ariſtotel. Ælian. Lucian. Plini. Seruius. & Plautus item.* Tranquillũ Quam mare eſt olim, cùm ibi halcedo pullos educit ſuos.

αἱ ἀλκυονίδες ἡμέραι. *Ariſtophan.* Halcyonij dies.

ἀλκύονες στορέσαι τὰ κύματα τ' τε θάλασσαν. *Theocrit.*

Halcyones ſternunt fluctus pelagusque profundum.

Cicho lépiey / ábo rychley ſprawiß.

οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσιν. *Ariſtides.* Qui ſitiunt ſilentio bibunt.

Multa negotia melius tacitè & clam conficiuntur, præſertim vbi ſunt æmuli, inuidi, riuales, competitores.

Cicho pyſć. Milczkiem vſtąpić / ábo co cynić.

Poſtico

Postico discedere. *Ex Galeno. Vide sub* Sléd trácić.

οὐδὲ οἱ γείτονες σφόδρα τὸ ἀισθάνονται. *Plato. vel* ἠσθήσαιντο.

Ne vicini quidem magnoperè sentiunt. vel senserunt.

Pauonis passu progredi, *ait Erasm. eũ, qui negotiũ silentio peragit, ne ab aliquo impediatur.*

Cierp co t drudzy. Czymżeś nad drugich lépszy?
Nity kochánku drogi! Tyżeś nalépszy? nadroższy?

Ferre quam sortem patiuntur omnes Nemo recuset. *Seneca Pòéta.*

Maius tu putas esse tuum naufragium? *Senecà Philosoph.*

Nihil est præcipuè cuiquam dolendum in eo quod accidat vniuersis. *Cicer.*

Te nunc delicias extra communia censes
Ponendum. quia tu gallinæ filius albæ,
Nos viles pulli, nati infelicibus ouis? *Iuuenalis.*

Sic Ieremiæ c. 25. Ecce in ciuitate, in qua innocatum est nomen meum, ego incipiam affligere: & vos quasi innocentes & immunes eritis?

τὰ κοινὰ κοινῶς δεῖ φέρειν συμπτώματα. *Menander.*

Communia mala ferre par est æquiter.

δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἶκα δ' ἑκάστῳ. *Plutarchus.*

Publicum malum venit domum cuiq;. *Vide Pythagoræ præceptũ sub* Co Bog da.

Cierpieć z drugiemi lżey. *V.* Lżey nadznemu niż pamiemu.

Cierpliwość ábo cierpliwy / wszystko wytrwa.

Vulgare dictum simplex, at verum. Patientia vincit omnia. *Sed elegantior erit alluſio in Græcis vocibus.* ἡ ὑπομονὴ πάντα ὑπομένει. Patientia patitur omnia. *Sic Archilochus:* κακοῖσι τλημοσύνη φάρμακον. Malorum remedium patientia.

Gaudet patentia duris. *Lucanus.* —— Dicimus autem,
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,
Nec iactare iugum vita didicêre magistra. *Iuuenal.*
Nobile vincendi genus est, patientia. Vincit
Qui patitur. Si vis vincere, disce pati. *Garner. Anonym.*

ἐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν, ὥσθ' εἰπεῖν ἔπος
οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θηλατός,
ἥν οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄκθος ἀνθρώπου φύσις. *Euripides.*

Nulla est oratio tam dicendo atrox, Neque afflictio, neque calamitas diuinitùs veniens, Cuius pondus non sustineat genus humanum.

Superanda omnis fortuna ferendo est. *Virgil.*

τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀναγκας, θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν. *Euripides.*

Necessitates à dijs (prosectas) eum qui mortalis est oportet ferre. *Vel.* Quæ fata statuunt ferre mortalem decet.

τολμᾶν

τολμᾶν χρὴ τὰ δίδωσι θεὸς θνητοῖσι φέρειν. *Theognis.*
Perferre oportet quæ dij dant hominibus.

Affine Czégo nié możéß poprawić. & Przykrośći folgá ćierpliwość.
Czego vyść nie możeß.

Cießki. Ciożar wielki.

Centum Ægyptij non ferant. *qui tamen laborioſi inſtar aſinorum habebantur.*
ὃς οὐκ ἄρουιν' ἂν ὁδ' ἑκατὸν αἰγύπτιοι. *Suidas.*
Quos ferre nec centum queant Ægyptii.
Hunc iuga mulorum protelo ducere centum Non poſſunt. *Lucillius.*
Naſus Quantum noluerit ferre rogatus Atlas. *Martial.*
ἄχθος ἄιτνας βαρύτερον. *Euripid.* Onus Ætna grauius. *Cicer.* Onus ſex Cappadocum. *Martial.*

Cnotá bez błachéctwá lépßa/ niż błachéctwo bez cnoty.
Vide Lépiey być zacnem *&c.*

Cnota náuke przéchodźi. Lépiey być dobrem niż vczonem.

Probæ vitæ libra modio ſcientiæ præſtantior. *Gallorum dictum apud Garnerum.*
τὸ ἀρετῆς λίτρον ψηφῖδος διδαχῆς ὑπερέχει. *A.*
Pulchrè Seneca epiſtola 48. & 49. Dialecticorum & Philoſophorum ſubtilitates curioſas damnans, ſtudium virtutis & bonæ vitæ commendat multis.

Cnota nie chwały nié potrzébuié/ á ona śednák ią náśladuié.
Chwałá zá cnotą idźié.

Virtutis vmbra gloria. *Seneca.* ἡ δόξα τὸ ἀρετῆς σκία.
Virtus nihil indiga laudis. —— Nec faſcibus vllis
Erigitur, plauſuque petit clareſcere vulgi.
Hanc tamen inuitam blandè veſtigat & vltrò Ambit honor. *Claudianus.*
Compendiaria via eos ad gloriam peruenire docebat Socrates; qui id agerent, vt quales videri vellent, tales eſſent. *Valeri. Maxim.*

Cnòtá nié na piécu lega. Cnoty plác przéćiwnośći/ niéßcześćié/ przygodá.
Cnotá trudnośći śie nié leká: J w przéćiwnośćiach nié ſteka.

—— Tendit in ardua virtus. *Ouidi.* Virtus negata tentat iter via. *Horati.*
Calamitas virtutis eſt occaſio. *Seneca.* Marcet ſine aduerſario virtus. *Idem.* Nunquam molle documentum virtutis eſt. *Idem.* Non eſt fortis arbor, niſi quam frequens ventus incurſat. *Idem.* Auida eſt periculi virtus, & quò tendat nonquid paſſura ſit cogitat. *Idem.* Magis ſpectatur qui ſaucius reuertitur ex acie, quàm qui integer. *Idem.*
Quæ latet inq; bonis (*proſperis*) ceſſat non cognita rebus,

Apparet

Apparet virtus arguiturq; malis. *Ouidi.*
Ardua per præceps gloria vadit iter. *Idem.*
ἡ ἀρετὴ ἄιμαλ@ ὠνία. *Æschines.* Virtus sanguine venalis.
Imperia dura tolle, quid virtus erit? *Seneca Hercule Furent.*
πρὶ καλεπώτερον ἀιεὶ τέχνη κ᾽ ἀρετὴ γίνεται. *Aristotel.*
Circa difficilia semper ars & virtus versatur.
Virtus vt crocum gaudet calcari & premendo meliùs prouenit. *ex Plinio.*
γενναιότατον ἐν τῷ παθεῖν τ᾽ φιλόσοφον, ὥσπερ ψυχρῷ σίδηρ@ καὶ πυρ@, ὅταν τοῖς κινδύνοις τρωμώμενον. *Nazianzen.* Generosior redditur philosophus patiendo & ceu ferrum candens frigida, periculis acuitur vel roboratur. *Idem de arbore quadam fabulosa:* θανάτῳ ζῇ, & τμῇ φύεται, & αὐξεται δαπανώμενον. Morte viuit, sectione pullulat, & crescit consumpta. *Sic de ilice Horat.* Per damna per cædes ab ipso Ducit opes animumq; ferro. Palma *item oneri non cedit quin resistendo attollitur, virtutis & viri probi Symbolum. Pierius.*

Cnotá niech záwsze przodkuie/ á szczęście niech ią ratuie.

Virtute duce, comite fortuna. s. *omnia aggredienda & agenda. Cic. dicit:* Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna.
εἰς μὲν ὑπόδησιν τ᾽ δεξιὸν πόδα πρόπαρεκε, εἰς δ᾽ ὑποδύσιτρον τ᾽ εὐώνυμον. *Pythagoras.* In calceum dexrrum pedem præmitte, in peluim autem sinistrum, i. *in actiones honestas prius intende, quàm in alias.*

ὄτ᾽ ἀρετῆς ἄνδ ὄλβ@ ὀπίσσεται ἄνδρας ἀέξειν,
ὄτ᾽ ἀρετὴ ἀφένειο. δίδε δ᾽ ἀρετήν τε κ᾽ ὄλβον. *Callimachus.*

Neq; enim sine virtute opes hominem possunt iuuare, Neq; virtus sine opibus. da mihi virtutem & opes.
νικᾷ ὁ στρατηγὸς καὶ σὺν τῇ ἀρετῇ καὶ σὺν τῇ δυτυχίᾳ. *Euryphanus.*
Vincit imperator & virtute & felicitate.

Cnotá/ pokorá/ niema mieścá v dworá.

—— Exeat aula Qui volet esse pius. Virtus & summa potestas
Non coëunt. *Lucan.* — Fraus sublimi regnat in aula *Senec. Hippolyto.*
Vt nemo doceat, fraudis & sceleris viam.
Regnum docebit. *Idem Thyeste. Intellige, facile & sape.*
Vulgaris versiculus. Sinceris & simplicibus væ semper in aula.
ἀδενὸς ἄλλ᾽ μετέχουσιν ἐν ταῖς αὐλαῖς οἱ δυήθεις τ᾽ ὑπηρέτων, ἢ δ᾽ ἐξαπατᾶσθ κ᾽ καταγελᾶσθ. *Demosthen.* Nullius alterius rei participes sunt in aulis simplices ministri, nisi quòd decipiantur & derideantur. *Vide* Prawdá pokorá/ *&c.*

Cnotá pokorna. Im kto godnieyßy/ tym ma być pokornieyßy.

Fructuum multitudo ramos arboris inflectit: & virtutum copia ſenſum hominis humilem reddit. *B. Nilus.*

δένδρῳ ταπεινὸς καρποφόρῳ ὅμοιος ἀνήρ. *A. Vel.*
ἔστι ταπεινὸς ἀνὴρ δένδρῳ πολυκάρπῳ ὅμοιος. *A.*
Eſt humilis ſimilis fructu multo arbori onuſtæ.
κάμπτει τὰ δένδρ' εὐκαρπία, ἀρετὴ δὲ νόν. *A.*
Deprimitur arbor fructibus, virtute mens.
Quanto magnus (i. *maior*) es, humilia te in omnibus. *Eccleſiaſtic. 3.*

Quò quis honeſtiore eſt genere, fama, patrimonio; hoc ſe fortiùs gerat. memor in prima acie altos ordines ſtare, contumelias & verba probroſa & ignominias & cætera dehoneſtamenta, velut clamorem hoſtium ferat, &c. *Seneca.*

Cnotá ſáma śie zaleca. Sámá ſobie doſtátnia i plátna.

Facilè ſibi facunditatem virtus argutam inuenit. *Plaut.*
Sat habet fautorum (al. fauitorum) ſemper qui rectè facit. *Idem.*
Iudice te mercede caret, per ſeque petenda eſt
Externis virtus incomitata bonis. *Ouidi.*
Sponte ſua probitas officiumque iuuat. *Idem.*
Virtutum pretiũ (al. præmiũ) in ipſis eſt nec enim exercentur ad pretiũ. *Seneca.*
Recta faciendi merces eſt, feciſſe. *Idem.*
Virtus præmium eſt optimum. *Plaut.* Virtus omnia in ſe habet. *Idem.*
Omnia adſunt bona quem penes eſt virtus. *Idem.*
Ipſa quidem virtus pretium ſibi — Nil opis externæ cupiens. — *Claudian.*
Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces. *Silius.*
Nullum theatrum virtuti conſcientiâ maius eſt. *Cic.*
τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετόν. *Idem.* Honeſtum per ſe expetendum.
Pauo pulchritudine ſua ſe oblectat. Sic virtus. *In Hieroglyphicis anonymi.*

Cnotá śie z ꝛgſłkiem nie rodźi. Trefunkiem śie nie nagodźi. Rto iey ſłuka w nie vgodźi.

Nemo caſu bonus eſt. diſcenda virtus eſt. *Seneca.*
Plures ſtudio boni quàm naturâ. ὅτι μελέτης πλείους ἢ φύσεως ἀγαθοί. *Anaxandrid.*
Tot natura probos quot ſtudium haud faciet.
πλείονες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίνεσθαι ἢ ἀπὸ φύσιος. *Democritus.*
Plures exercitatione boni euadunt quàm naturâ.

Abſurdum eſſe docet Plutarchus, cùm omnes etiam viliſſimæ artes magiſtros habeant à quibus tradantur, virtutem & probam vitam magiſtro non indigere, ſed ſponte naturæ vel fortuitò obtingere.

Cnotá ſzczęśćiu nie podlega.

Fortunæ ſecurus nitet (virtus) — *Claudian.*

Diuitijs

Diuitijs animoſa ſuis, immotaque cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce. *Idem.*
ἡ μὲν ἀρετὴ τῷ πότμῳ ἐκ ὑποδάπτεται. *A.*
Virtus ſubeſſe caſibus nullis poteſt.

Cnota ßlächćicem czyni / ábo ßlächćectwo daié.

——Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus. *Iuuenal.*
——Prima mihi debes animi bona. i. *virtutes.* *Idem Nobilem alloquens.*
Si tibi ſancta cohors comitum ſi &c. &c. tunc
De quocunque voles proauum tibi ſumito libro. ſ. *Nobiliſſimum quemq; te voces. vel (vt noſtri loquuntur) in* Sſi *vel in* Cki. *niſi placeat vtrumq;.*
ἀνὴρ ἀγαθὸς οὐκ ἂν εἴη δυσγενής. *A.*
Probum virum haud vnquam voces ignobilem.

Erratur in hac parte & erratum eſt ſemper apud omnes propè gentes, idq; duobus modis potiſſimum. Primò, cùm poſteri nobilium virorum, licèt nulla virtute maioribus ſuis reſpondeant, imò ſceleribus pudendis eos deboneſtent; nihilominus nobiles habentur, ob ſolum ortum ex probis, & ob ſtemmata ac poſſeſſiones quibus fruuntur. quod toties Cic. deplorat & indignatur factum ſuo tempore; & alij Latini ac Graci ſcriptores. Deinde, cùm ob ſolam belliçam fortitudinem (quæ plerunque audacia, fortuna, temeritas, robur tantùm eſt) nobiles fiunt homines alioqui nihili & nequam, prædones, ebrioſi, adulteri, ſacrilegi, impij, athei, perinde ac ſi omnes virtutes ad veram nobilitatem requiſitas complexi ſint. Nam vt idem Cic: ex Ennio queritur: Tempore belli. Pellitur è mediò ſapiẽtia, vi geritur res. Spernitur orator bonus, horridus miles amatur..

Prudentiores & laudatiores hac in parte Simenſes, apud quos etiam ante Chriſtum cognitum, doctrina rigidiſſimo examine publicè aliquoties explorata & approbata (quæ plerunque vitæ honeſtatem adiunctam habet) Nobiles ac Senatores regni, itemq; omnes regios adminiſtros, nec non præfectos ciuitatum, prouinciarum, vectigalium, belli inſuper, faciebat & facit etiamnum, vt multi ſcriptores recentes teſtãtur. Affine Szláchćectwo béz cnoty.

Cnotá wßędy ma miéſce.

Nuſquam poteſt non eſſe virtuti locus. *Seneca Medea.*
εὐπρόσοδος ἀρετῇ παντὶ τόπος πέλει. *A.*
Acceſſus eſt quicunque virtuti locus. Inuia virtuti nulla eſt via. *Ouidius.*
Affine Dobremu wßędy dobrzé.

Cnotá zákryta / niéznaioma / nikomu niépożytéczna.

Paulum ſepultæ diſtat inertiæ Celata virtus. *Horati.*
Perinde eſt non eſſe, & ignorari vel non apparere. *ICti.* *De tali Simonides* κεῖσαι ζῶν ἔτι μᾶλλον ἢ ὑπὸ γῆς ἐὼν ἀνήρ. Viuens adhuc iacet magis quam qui ſub terra. ſ. *mortui.*——Quid enim diſtant à morte ſilentia vitæ? *Silius.*
Vile latens virtus. Quid enim ſubmerſa tenebris, Proderit? *Claudian.*

τ̃ λαυθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος. Occultæ Muſicæ nullus reſpectus.
Vel. Nullus latentis Muſicæ reſpectus eſt. *Ex Sueto.* V. Skryte rzéczy niépożytéczne.

Cnotá z przodku przykra / napotem łagodna i wcießna.

Eſt fructus dulcis, radix virtutis amara. *S. Hieron. de literis vſurpauit.*
τ̃ ἀρετῆς μὲν ῥίζα πικρὴ καρπὸς δ' γλυκὺς. *A.*
Et ex Plutarch. γλυκεῖς καρποὶς ἀπὸ δένδρα φύεται πικρόταται.
Arbore ab amara dulcis fructus editur.
τ̃ ἀρετ̃ κλῶνας ἱδρῶσι κ̀ πόνοις φύειν *dixit Plato.*
Virtutis ramos ſudore & laboribus produci.
τ̃ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθανάτοι, μακρὸς δ' κ̀ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν. &c.
ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα. *Heſiodus.*
Ante virturem ſudorem dii poſuerunt Immortales, aſpera & ardua via ad ipſam,
Facilis autem fit deinde, licèt antea difficilis fuerit.
Nam via Virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primùm ſpectantibus offert.
Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo. *Virgil.*
Aſpera principio —— Proſequitur labor, adnitendum intrare volenti. *Silius.*
Vua primo eſt peracerba guſtatu, deinde matura dulceſcit. *Cicer.*
Virtutis vt loti ſarmenta amariſſima, fructus dulciſſimus. *ex Plinio.*
Item Symbolum virtutis faciunt aliqui Moly herbam, de qua ſic Homer,
ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε γάλακτι δ' εἰκέλον ἄνθος,
μῶλυ δέ μιν καλέουσι. i. Radix euius nigra, flos lacti ſimilis, Moly vocant.
τ̃ ἀρετὴν ναίειν δυσαμβάτοις ἄπὶ πέτραις. *Simonides dixit.*
Virtutem habitare in rupibus inacceſſis.
Gloria difficili parta labore venit. *Ouidi.*

Cnoty dośc pochwalić / á daley nic.

Mos vitioſus hominum perſtringitur qui probitatem & doctrinam laudant, probos autem & doctos negligunt nec adiuuant, aut imitantur. Et Alexander M. apud Plutarchum.
εἰ μὴ ἀλέξανδρος ἤμην, διογένης ἂν ἤμην. Niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſem.
—— Probitas laudatur & alget. *Iuuenal.* (uem. *Idem.*
Tantùm admirari tantùm laudare diſertos. *(ſ. ſolent diuites)* Vt pueri Iunonis a-
Dicitur & noſtros cantare Britannia verſus
Quid prodeſt? neſcit ſaeculus iſta meus. *Martial.*
πάντες ἐπαινοῦσιν τ̃ ἀρετὴν, μηδεὶς δὲ διδοῖ. *A.*
Quiuis virtutem laudat, nil vllus ei dat.

Cnoty nád ßgześćie przekładay.

Malis

Malis audire: Tantò melior, quàm, Tantò felicior. *Formula apud Senecam eſt, qua acclamabatur boni aliquid conſecutis, vel re benè geſta. Eſt & apud Plautum eadem. Meminit & Quintilian. Et Plin. iunī. habet.* Tantò maior. Tantò auguſtior. *Ageſilaus audiens regem Perſarum vocari Magnum, dixit.* Quónam is me eſt maior, ſi non eſt iuſtior & temperatior? *Rhodigin.*

ῥανὶς ἀρετῆς μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.

Guttam virtutis malo quàm profundum fortunæ.

βέλω ἀρετῆς ϛάλαγμον ἢ τύχης πίθον.

Malo virtutis guttam quàm fortunæ dolium. *Sic correxi & huc attraxi ſtultorum vocem quam habet Nazianzen. quam leges infrà ſub* Lépiéy co miéć.

Εὐδαιμονία ἀκ ἄτερθεν ἀρετᾶς. *Hippodam.* Felicitas ſine virtute non ſubſiſtit.

Gazas congeſtas præcellit mentis honeſtas. *Rhythmus Seber.*

Cnote ſáme rzadki miłnié: co inego w niéy vpátrnié.

—— Quis enim virtutem amplectitur ipſam Præmia ſi tollas? *Iuuenal.*

Gloria (*vera ex rectè factis*) quantalibet, quid erit, ſi gloria tantum eſt? (ſ. *abſq; opibus.*) *Idem.*

Τ ἀρετὴν πάντες ἀποδάζει, καρπὸν δοκοῦντ᾽. *A.*

Commoda ſi deſint, virtutem nullus amabit.

Cnotliwego mié ród/ ale wychowanié dobre czyni.

Ἔτος φέρει καὶ ἄρουρα. *Theophraſt.* Annus producit non ager. *Vt ad fructum producendū non ſufficit terrā eſſe bonam, ſed opus eſt cœlo, ſole, aëre commodo, & opera agricolæ: (Vide* Żyzna rola.*) ita è quocunque genere ſi accedat proba educatio, probus homo efficitur:*

τὸν εὐγενεῖς παιδεία δ᾽ γενέθλη ποιεῖ. *A.*

Non genus at educatio facit nobiles. *Affine.* Szláchéctwo béz cnoty.

Cnoty nigdy nié przébiérzéß; Dobry káżdy możé być lépßy.

Semper bonus homo, tiro eſt. *Martial.* i. *ſemper ſimplex eſt, & ſe falli facilè patitur. Alius ſenſus huic loco aptus eſſe poteſt iſte.* Tam bonus nemo eſt, quin melior eſſe poſſit. *Sed hæc ſententia apud Chriſtianos certior & notior eſt, quàm vt multis illuſtrari debeat. S. Auguſtinus (vt diuinos libros omittam) inter alia quæ in hanc ſententiam habet, dicit.* Quantumcunque profecerimus, nemo dicat: Sufficit mihi, iuſtus ſum. qui dixit, remanſit in via: vbi dixit Sufficit, ibi hæſit. *Et S. Bernardus.* Pro certo minimè bonus eſt, qui melior eſſe non vult: & vbi incipis nolle fieri melior; ibi etiam deſinis eſſe bonus. Etiam piſces marini egent ſale & baccæ oleo. V. Maß domá. *Alius item ſenſus dicti Polonici poteſt eſſe iſte.* Vera virtus habet modum quem nunquam excedit, nec amat nimium. *Sic Archytas.* Τ ἀγαθῶν ἃ μὲ ἐκ ὑπερβολὴν ἐπιδέχεται ὑπερβολάν, οἷον δικαιοσύνη. ἡ γὰ ἐστιν ὑπερβάλλουσά τις δικαιοσύνη, ἢ ὑπερβαλλόντως τις ἀγαθός. ἃ γὰ δικαιοσύνη μέτρον ἔχει τὸ δίκαιον. Quædam bona nimium

mium non recipiunt, vt virtus, Siquidem nulla virtus eſt nimia, nec quiſquam vir nimis bonus. virtus enim pro norma decorum habet. *Sed hæc aptiùs reddes.* Cnotá zbytku nié lubi; przeydźieli miáre/ imie ſwe gubi.

Cnoty nikt nié odeymié.

Licet in exilium euntibus virtutes ſuas ſecum ferre. *Seneca. Stilpo philoſophus Megara patria ab hoſtibus capta & euerſa rogatus an aliquid amiſiſſet, reſpondit:* ὐδὲν ἀπολωλεκα, πόλεμος γὰρ ἀρετὴν οὐ λαφυραγωγεῖ. Nil ſanè. Bellum enim non deprædatur virtutem. *Plutarch.*

ἀρετῆς βέβαιος ἐστὶν αἱ κτήσεις μόναι. *Sophocles.*
Virtutis vna ſtabilis eſt poſſeſſio.
κακοῖς ἅπαντα φροῦδα συνθάνει τ' ὑπὸ χθονὸς,
ἀρετὴ δ' οὐκ οἶδε θανὴ τις ἐκ δόμων βαλεῖν. *Euripides.* (interit.
Malis cuncta ſimul commoriuntur ſub terra, Virtus autē etiamſi moriatur quis nō

Cnoty poznáney i niéprzyiaćiel ſwámié.

ἀρετὴ δυσυχοῦσι μεγάλην ἔχει μοῖραν αἰδοῦς καὶ παρὰ πολεμίοις. *Plutarch.*
Virtus infelicium magnam habet reuerentiæ partem, etiam apud hoſtes. Cygnus pro anſere occidendus noctu canere cœpit & agnitus ſeruatus eſt. *Apologus Æſopi. Epimythium.* Sæpè Muſicæ beneficio quis euadit vel differt mortem. *Item.* Virtus agnita in periculo eſt ſubſidium.

Sic capta Troia, Græci Æneæ patrem & penates ferenti, pietatem admirati ceſſere & vltrò ſi quid è ſuis rebus vellet accipere permiſerunt. Rhodigin. è Græcis.

Co bár-zicy dokuczy/ to rychley náuczy.

Duro flagello mens docetur rectiùs, vel ocyus. *Ex Nazianz. qui ait:*
σκληρὰ ὁ μάστιξ παιδαγωγεῖ καρδίαν. *i.*
Durum flagellum eſt pædagogus pectoris, vel ingenij.
Affine Kto śie ná goracem. & Po ßkodźié. Co záßkodźiło/ to náuczyło.

Co Bóg da/ to w kobiałce/ ábo/ przéſtań ná tem.
Niczem nié gardź wßyſtko przyymuy.

Quod dij dant fero. *Plaut.* Etiam tu homo nihili, quod dij dant boni, caue tua culpa amiſſis (*priſcè, pro amiſeris.*) *Idem.* In manu non eſt mea (*hoc vel illud extrahere ex aqua.*) Vbi demiſi rete atq; hamum, quicquid hæſit extraho. *Piſcator in Rudente Plauti, dicit.* ἕπου τοῖς παροῦσι. *Iſocrates.* Acquieſce præſentibus.

Tu quamcunq; Deus tibi fortunauerit horam. Grata ſume manu. *Horat.*

Patiare quod dant, quando optata non danunt. i. *non dant, priſcè. Cæcilius apud Nonium, al.* Patiere quod datur.

ἀνάγκη μοι κῆ τ' παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, κ) δέχεσθ τὸ διδόμενον.
Plato.

Plato. Neceſſe eſt mihi iuxta vetus dictum, quod adeſt boni conſulere, & quod datur accipere. Accipienda quæ offeruntur. *Vel.* Nil recuſandum quod donatur. *ex Homero qui ait.* δέξαθ' ἐπεὶ καλὸν ἀνηναθέειν δόσιν ἐστίν.

Accipe, nam non eſt pulchrum contemnere dona.

ἔστι δ' ἀποβλητὸν θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. *Idem.*

Non ſunt aſpernanda deûm pulcherrima dona.

Si ſapias, habeas quod dij dant boni. *Plaut.*

ὁ δ' ὅτ' ἄγαν ἀπρόοισιν, ἄθ' ἑφθοῖς ἄγαν,
ἄθ' ἧπον ἅτε μᾶλλον, ἅτε δὴ μέσον
ἠρτυμένοισι χάρων, ὡς τε ἐπαινέσαι. *Plutarchus ex Poëta.*

Qui nec aſſis nimis, nec elixis nimis, neq; minùs neq; plùs neq; mediocriter conditis (cibis) gaudet, hic laude dignus eſt.

ὅσσα ὑ δαιμονίοισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν
ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην ἔχε, μηδ' ἀγανάκτει.
Pythagoricum præceptum apud Plutarchum.

Imponent diuina tibi quos fata dolores,
Hos vtvt eueniant, animo fer leniter æquo. *Vel*

Quoſcunque diuina ſorte homines habent dolores, horum ſi partem habeas, hanc habe, nec indigneris.

ἡ πτωχὸς πήρα πανδεχής. Mendici pera omnia recipit.

παντοῖα θνητοῖσιν ἐπέρχεται, ἀλλ' ὀπιτολμᾶν
χρὴ δῶρ' ἀθανάτων οἷα δίδωσιν ἔχειν. *Theognis.*

Varia mortalibus accidunt, ſed oportet boni conſulere dona immortalium qualia dederint. —— ἔοικε ὑ θνητὸν ἐόντα
πάντα φέρειν, ὑπὸσ' ἐσθλὰ διδοῖ θεὸς ἠδ' ἀλεγεινά.

Q. Calaber. Conuenit hominem cuncta ferre quæ Deus dat, bona ſiue moleſta.

δέχεσθαι χ βῶλον ἀλήτης *vel* Αλήτης. *Pauſani.* Accipit & glebam erro, *ſeu* Aletes Corinthius exul, *qui cupiens redire in patriam, oraculum accepit fore, id ſi glebam patriæ obtineret, itaq; mendicum fingens à ruſtico ſtipem petijt, qui illi glebam in peram coniecit. Similis apud Plutarchum* Temo *qui mendicum ſimiliter fingens, ceſpitem per ludibrium à rege Inachienſium accepit, & ex oracvlo regnum inuaſit & occupauit.*

Quis fluuius eſt quem non recipit mare? *Plaut.*

Affine eſt, Dárownemu koniowi. Co śie vpiécze. Schowáć nić wádzi. Łyká drzeć.

Co brát to brát; co przyiaćiel to przyiaćiel.

μηδὲ κασιγνήτῳ ἴσον ποιεῖσθ ἑταῖρον. *Heſiodus.*

Germano fratri nunquam æquiparandus amicus. ſ. malus. *Plutar. interpr.* Qui omiſſis germanis alios ſibi conciliant; ſimiles ſunt illis qui propria terra relicta alienã colunt. *E Stobæo.* Frater fratri adeſt. ſ. in periculo. V. Dwá wiecey mogą.

Perſica mulier cùm fratris ſalutem liberis ſuis annũciaſſet, mirantibus reſpondit: Poſſe ſe

ſe ſe aliam prolem nanciſci, fratrem verò amiſſis iam parentibus nequaquam. *Apud Plutarch.*

Co chcé/ to mu śie godźi. Co lubiemy/ to prawem zowiemy.

Quod volumus, ſanctum eſt. *S. Auguſtini.*

Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. *Iuuenalis.*

Lex in manibus. *de ijs qui pro libitu abutuntur poteſtate. quod Polybius & Æſchines vocat:* τῷ ἐν χειρῶν νόμῳ χρῆσθαι. i. Lege manuum vti. i. *violenter agere. Sic Eraſm. aliter Henr. Stephan.* *Apud Suidam.* ἄρης τύραννος. Mars Rex.

ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖ. *Diogenian.* Rus ex ciuitate facit. i. *vi & libidine rem gerit.*

Victaq; pugnaci iura ſub enſe iacent. *Ouidi.*

Co chcéß mieć táiemnego/ miey v ſiebie ſámego.

Σίγησον αὐτὸς ἃ κ' ἑτέρους σιγᾶν θέλῃς. *A.*

Alium ſilere quod velis primus ſile.

ὁ λόγος ἂν εἰς ἕτερον ἐκβῇ φήμης ἔχει τάξιν. *Plutarch.* Sermo ſi ad alterum exeat famæ inſtar eſt. *Vide* Jezyczнego ſłowo.

Co ciáło lubi/ to duße gubi.

Vulgare dictum: Corporis delicium animæ exitium.

φθείρουσι ψυχὴν σώματος τρυφήματα. *A.*

Simile illud in Axiocho. τῷ σώματι ῥώμαλέον, ἀσθενεῖ τὴν ψυχήν. Quod corpus roborat, animam debilitat.

Spiritus inde perit, dum corpus dulcia quærit. (*vel* Virtus crede perit.) *Anonym. rhythmicus. Sed elegantiora & ſolidiora ſunt in hanc ſententiam multa apud SS. Scriptores paſſim obuia. Præclarè S. Thomas Aquinas.* Quantò *inquit* aliquod peccatum finem habet magis deſiderabilem, (delectabilem) tantò eſt peius. *Et S. Auguſtinus:* Spiritus deficit, vbi caro requieſcit. Vt enim caro mollibus, ſic anima, duris nutritur. Illam blanda refouent, hanc aſpera exercent.

Coć mi zá mędrzéc! Coć mi za powagá!

Hoc ſenſu Eraſmus vſurpari poſſe cenſet illud: αὐτὸς ἔφα. Ipſe dixit. *per Ironiam, cùm quis rationem dicti alicuius exſpectans, audit auctoritatem, qua non contentus reſpondet;* αὐτὸς ἔφα. *Similia ſunt illa.*

ἀθηνᾶς ψῆφος. Mineruæ calculus. διὸς ψῆφος. Iouis ſuffragium, *ironicῶς. & ſeriò illud:* ὗς ἔκρινεν. Sus iudicauit. *Adde illud Horatij.*

Nullius addictus (ſum) iurare in verba magiſtri. q. d. *Nec in huius quoque.*

Tertius è cælo cecidit Cato. *Iuuenalis item ironicῶς vſurpat de homine qui nequam & ſtultus cùm ſit, Catonum probitatem & prudentiam ſibi arrogat.*

Vnde nobis Thales nouus prodijt? V. Głupi. *Illud ſeriò dictum:* Eius regulæ

non

non ſunt Prætorum edicta. *Xylander. de quodam.* κόννε ψῆφος: *Ariſtopha.*
Connæ calculus vel ſuffragium. *citharœdi nepotis pauperrimi & viliſſimi.*

Coć śie w drugich niepodoba / w ſobie nie ćierp.

Quæ vitio vertas alijs, ne feceris ipſe.
Turpe eſt doctori dum culpa redarguit ipſum. *Cato. quæ Mylius ſic reddidit.*
μεμπτὸν ὃ σοι δοκέει, τὸ κεν αὐτὸς μήποτε ῥέξῃς,
ἐ καλὸν ὅπῃ διδάσκαλον ἄνδρα ἐλέγχει ἁμαρτάς.
Affine Kto drugiego chcé ſtrofować.

Co daley to gorzey. Jm daley tym gorzey.

Ætas parentum peior auis, tulit Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem. *Horati.* —— Sic omnia fatis, In peius ruere. *Virgil.*
Quotidie eſt deterior poſterior dies. *P. Syrus.*
Optima quæque dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus. *Virgil.*
Principium feruet, medium tepet, vltima frigent. *Vulgaris verſiculus, verus de actionibus & ſtudiis hominum.*
Verſuram ſoluis, præſens quod fuerat malum, In diem abijt, plagæ creſcunt. *Terent.*
Aſinus olitoris meliorē ſortē optans, vēditus eſt figulo, ab hoc iterū coriario. *Æſopg.*
ἆρ' ἔστι ταῦτα διττὰ γ' ἐξ ἁπλῶν κακά; *Sophocles.*
Nonné hæc gemina ſunt ſimplicium loco mala?
ἐξ ἁπλῶν διπλασιάζειν ἢ πολυπλασιάζειν. *Suidas.* E ſimplicibus duplicia vel multiplicia. ſ. mala.
Quam magis te in altum capeſſis, tam æſtus te in portum refert. *Plautus.*
Aues viſcum-dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt. *Senec.*
Θεμιστοκλέα δ', τὰ δεύτερα ἀεὶ τῶν πρότερων μείζονα ἐξεδέχετο. *Ariſtides.*
Themiſtoclem verò, poſteriora (*mala*) ſemper prioribus peiora excipiebant.
ἐπὶ τὰ Μανδραβούλου. *Ælianus.* Mandrabuli more. *qui Ephoro teſte, aurifodinis repertis, Iunoni arietem aureum donarium primum poſuit, deinde argenteum minorem, poſt æreum exiguum, denique nihil.*
Sic Martial. l. 8. ep. 31. lepidè ridet Poſtumianum munera quotannis diminuentem, & deſcendentem à 4 libris argenti, ad ſelibram, tandemq; nihil mittentem.
ὁ Ἀκεσίας ἰάσατο. *Ariſtophan.* Aceſias medicatus eſt. *Medicus fuit imperitus & infelix, qui medendo morbū & dolorem augebat.* Addere gangrænam, *dixit Arnobius.*
τὸ φάρμακόν σου τὸν νόσον μείζω ποιεῖ. *Plut.* Tua medicina grauiorē morbum facit.
πάντα πέφυκε ἐλαττοῦσθαι. *Thucydides.* Omnia ſolent decreſcere.
αἱ γνῶμαι ἀνθρώπων χείρους νῦν εἰσὶν ἢ τὸ παλαιόν. *Xenophon.*
Sententiæ, opiniones hominum peiores nunc ſunt quàm olim.
ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον τὰ πράγματα ῥέπει. *Baſilius.* Sēper in peius res delabūtur.

τὸ ϗ κοινὸν ὥσπερ σιμόεις κυλίνδεται. *Ariſtophan.*

Simoentis inſtar voluitur res publica. i. *in deterius vel in exitium præceps ruit, vſurpari poteſt & de fortunis alicuius peſſum euntibus. Iunius.*

Affine Czás wßyſtko pſuié. Poprawił ſie. Ják źlé/ ták źlé.

Co dobre/ to i piękne. Co złe/ to i ßpetne.

ὅ,τι καλὸν, φίλον ἀεὶ. *Plato. Ariſtot.* Quod pulchrum eſt, gratum placet ſemper.

ὅτ,τι καλὸν, φίλον ἐστὶ, τὸ δ' ὃ καλὸν ὃ φίλον ἐστί. *Theognis.*

Quod pulchrum eſt, amicum eſt, quod verò non pulchrum non placet.

Affine. Vić dármoś ſie ty tákiem vrodźił.

Co dobrzé/ znamy/ á nié dźiałamy. (á źlé dźiałamy)

——Video meliora proboque Deteriora ſequor. *Ouid.*

Inſitum eſt etiam malis probare meliora. *Seneca.*

ἔνιοθ' ἁμεινὼ δοκιμάσαι κ) οἱ κακοί. *A.*

Vide dictum Alexandri ſub Cnote dość pochwalić.

Co dom ma/ to przyymi/ abo roć dam. Dobrzé czeſtuié/ kto coma niéżałuié.

Vocare te ad cœnam volo, ſed ſi pauxillo potes contentus eſſe. *Plaut.* Quotidiani victus ventrem ad me afferas. *Idem.* Aſper meus victus eſt, terreſtris cæna eſt. *Idem.* Dapes inemptas apparo. *Horat.* Dapibus menſas onerabat inemptis. *Virgil.*

Aude hoſpes contemnere opes—— rebuſq; veni non aſper egenis. *Idem.*

ἔσθιε δαιμόνιε ξείνων κ) τέρπεο τοῖς δὲ. οἷα πάρεστι. *Homer.*

Ede felix hoſpes & oblectare his quæ adſunt.

ἂν μὴ παρῇ κρέα τέρπεσθαι τῷ ταρίχῳ. *Diogenian.*

Si carnes non adſunt contentus ſis ſalſamentis.

Hoſpitis in menſa vultum (*al. vires*) non tercula penſa. *Anonym. Rhythmicus.*

Affine Chleb z ſolą.

Co drugi nabroił/ zawimi/ to ia mam zaſtąpić.

Quod alius intriuit, mihi exedendum eſt. *ex Terentio.*

Quod alius contraxit (*ſcelus*) id innocenti mihi (*vel in me innocentem*) expetis (i. *recidit, luendum eſt.*) *ex Plauto.*

πλεῖστάκις ἀναίτιος ἀλλότρια ποινὰς τίει. *A.*

Pœnas nocentis ſæpiùs luit innocens.

Tibicen pro coquo vapulet. & Canis peccatum ſus dependat. *quadrant in hunc locum.* *Vide ſub* Krówcá zá Kowalá.

Co drugiem wyrządził/ to ſámego potkało.

Impoſturam fecit & paſſus eſt. *Trebellius de quodam qui vitreas gemmas pro veris vendidit.*

vendidit. qui damnatus ad leonem, cùm in arenam venisset, loco leonis gallus contra illum emissus est, proclamante præcone dictum præcedens, omnibus ridentibus.

Thurini pœna. *apud Lampridium, fuit hic Seuero Imperatori familiaris nimis, ideoq; se apud illum multa posse mentiendo & fingendo iactabat, fumi venditor ob id dictus, & fumo vicissim Imperatoris iussu necatus.*

Phalaridis taurus. *ſ. æneus. in quem ipse alios impositos subiecto igne necabat, & postea ipsemet in eodem combustus est. Lucian. Cicer. Ouid.*

ἄικε πάθοι τάκ' ἔρεξε, δίκη δ' ἰθεῖα γένοιτο. *Suidas.*

Si patiatur quæ fecit, pœna iusta fuerit.

ὁ ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱέος, πάντας ἐκέλευε πρὸς ταῖς θύραις, καὶ γὰρ αὐτὸς ἑλκύσαι τὸν πατέρα μέχρις ἐνταῦθα. *Aristotel.* Qui trahebatur *(capillis)* à filio *(pater)* sistere *(eum)* iubebat in ostio, se enim patrem suum eo vsq; tantùm traxisse dicebat.

τερμέρια κακὰ. *Plutarch.* Termeria mala, *à Termero quodam qui homines, capita eorum contundens occidebat, ipse verò ab Hercule similiter mactatus est.* τέρμια κακά *legit Henric. Stepha. ex Suida Hesychio &c.*

οἷα τ' ἀνὴρ ἔρξει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει. *Pindari Scholiastes.*

Qualia quis agit, talis finis ei contingit. *vel* Quæ quis facit, ea patitur.

νεοπτολεμεία τίσις. *Pausanias.* Neoptolemia *vel* Neoptolemi vindicta. *Dicitur de eo qui ea patitur quæ in alios patrauit. Nam Neoptolemus Achillis filius Priamum in ipsis palatij foci is trucidarat, & ipse pòst Delphis ad Apollinis aram occisus est.*

Coruorum pulli parentes suos senes deserunt *(quin aliquando lacerant & vorant)* vt ab illis ipsi olim teneri neglecti erant. *Ælianus.*

Ab alio exspectes alteri quod feceris. *P. Syrus Mimus. Affine,* Wét zá wét.

Co dzień człowiek mędrszy. Rozumu z láty przybywa.

Discipulus est prioris posterior dies. *P. Syrus apud Senecam & Gellium.* i.

Plùs semper omnes postero sapimus die. *Possis etiam inuertere & verè Mimũ Syrì sic.* Magister est prioris insequens dies. *quia errorẽ priori die cõmissũ corrigit vel euitat* ὑστέρας ἡ ὑπὸ ἡμέρα διδάσκαλος. *Vel.* πρὸ ἑρᾶ ὑπὸσης ἡμέρα διδάσκαλος. *A.*

Nunquam ita quisquam benè subducta ratione ad vitam fuit.
Quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet noui
Aliquid moneat, vt illa quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putàris prima in experiundo repudies. *Terentius.*
Ad omnia ætate sapimus omnes rectiùs. *Idem.*

Sic apud Homerum. Telemachus. ——— ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα,
νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἄεξεται ἔνδοθι θυμός. i. Ego hactenus fui puer, nunc verò postquam magnus sum, & aliorum orationem audiens doceor, & intus mihi grandescit animus.

γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. *Solon.*

Assiduè discens multa senesco bona. *Vel*
Discenti assiduè multa, senecta venit.
ἀμέρᾳ δ' ὀπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι. *Pindar.*
Dies sequētes testes sapientissimi. Artes semper perficiuntur. *Celsus IC.*
ὡς παρεὸν χὰ μῆλις ἀεξέσκει ἀνθρώπους. *Empedocles apud Aristot.*
Ad præsens homini semper prudentia crescit.

Alius de alio iudicat dies. *Plin. quia multa minùs rectè facta, sequenti die aduertuntur & corriguntur, quæ pridie placuerunt.*

Co dźiś opuśćiß iutro nié dogoniß.

Non bene distuleris videas quod posse negari. *Martialis.*
Fronte capillata post hæc (*pòst est*) occasio calua. *Cato.*
ὡς ὅδε κώμην φορεῖ καιρὸς, μετόπωδε φαλακρός. *Mylius.*
Cras hoc fiet, idem cras fiet, &c. ——— Sed cùm lux altera venit,
Iam Cras hesternum consumpsimus, ecce aliud Cras.
Egerit hos annos, & semper paulùm erit vltrà. *Persius. Egerit autem hîc interpretatur Casaubonus*, absumit, ab Egero.
Cras te victurum, cras dicis Postume semper,
Dic mihi Cras istud Postume quando venit?
Iam Cras istud habet Priami vel Nestoris annos, &c.
Ille sapit quisquis Postume vixit heri. *Martialis.*
ἡ γὰρ αὔριον ἀδέπω λαμβάνει τέλος. *Chrysostom.* Crastina dies nunquā finē habet
Quod hodie non est, cras non erit, sic vita truditur. *Petronius.*
Minùs ex crastino pendebis, si hodierno manum iniecerīs. *Seneca.*
δεῖν ἀμέλητον εἶναι πρὸς τὰ καλὰ ὁρμήν. *Lucian.* Oportet cunctatione carere ad honesta impetum. *Rectè Persius.*
Nam quamuis propè te, quamuis temone sub vno
Vertentem sese frustra sectabere canthum,
Cum rota posterior curres, & in axe secundo i. *Quantumuis currat rota posterior, nunquam assequetur priorem: sic ille qui distulit: & dies hodiernus hesternum non assequetur.* *Asine* Jutro nié pówne. Odédnią do dnią. Od wtorá głodliwa. Przyßłé rzéczy nié pówne.

Co głowa to rozum.

Quot homines, tot sentētiæ. *Terent.* — Quot capitū viuunt, totidem studiorū, *Hor.*
ὁπόσαι κεφαλαί, τοσαίδ' ἔστιν διάνοιαι. *A.*
Mille hominum species & rerum discolor vsus. *Persius.*
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno. *Idem.*

Aliæ aliorum inuentiones. *ex Pindaro.* *Vulgare dictum.* Alia alijs placent. *Sic Cicero.* Meum mihi placebat, illi suum. *Idem.* Sine quæso quemq; sibi scribere: Suam cuique sponsam, mihi meam. *s. placere.*

Asine

Affine, Nic iedno sie wszystkiem podoba. Jeden mowi zámkni. Każdemu sie swoie podoba. Każdy ma swe obyczáie.

Co inszego czyni á co inszego myśli. Insze mowi á insze myśli.

Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. *Plautus.*

ἑκεῖ βλέπουσα δεῦρ' ἀνίει τἀγαθά.

Illuc tuetur at huc remittit commoda. *Aristophanis interpres In eum qui aliud facit & aliud præsefert.*

τὰ μὲν χεῖρε ἐν αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νῶς ἐν κλωπιδαῖς. *Aristophanes.*

Manus in Ætolis (*est illi*) mens verò in Clopidis. *alludit ad duo gentium nomina, interim occultè mendicum furacem notat, quòd petat & furari tamen cupiat. nam Ætoli, ab* αἰτεῖν ὅλον, *rogare totùm, & Clopidæ,* ἀπὸ τ῀ κλοπῆς, *à furto dicuntur.*

πεινῶσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἐπέρχεται. *Diogenianus. Suidas.*

Vulpi esurienti somnus obrepit. *Vel.* Vulpes esuriens fingit somnum. *Sic apud Æsopum.* Felis famelica mortuam se fingit ante cauernam murium vt eos euocet. λαγὼς καθεύδων. *Suidas.* Lepus dormiens. *nam patentibus oculis dormit, ait Plin. dictum in eum, qui quod non facit, se facere simulat, vel quod facit, id se facere dissimulat. Simile apud Plutarch.* ὀδυσσεὺς καθεύδων. Vlysses dormiens. & Galba dormire se simulans, *apud eundem.* Pararhenchon, *apud Festum similis.* πάντ' ἀγαθὰ χιλίων. *Zenodot.* Omnia bona Cillicon. *si cogitat, facit. Nam is proditionem patriæ, moliens rogatus quid facturus esset, respondebat:* Omnia bona.

Affine, Ináczey mowi. &c. Niebezpiecznie. Wczkomo nie widzi.

Co kto dobrzé umié, tego śie niech wymié.

Quam quisque nouit artem in ea se exerceat. *Cicero ex illo Græco Aristopha.*

ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Qua pote quisque in ea conterat arte diem. *Propertius.*

ἄριστον τὸ πάσχειν ἕκαστον, ὁμοῦ οἶδε καὶ ὁμοῦ δύναται. *Philostrates.*

Optimum est vt quisque agat quod scit & quod potest.

Co kto dobrzé umié, tem śie rad bawi. Wczem kto przodkuie, tem śie rad popisuie.

Qua in re quisque clarus est, ad eam properat, & diei partē plurimā ei impertit, in qua ipse se exsuperet: contrà in qua stupidior est, eam contemnit. *Gellius.*

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum.

Tempus & assueta ponere in arte iuuat. *Ouidius.*

ἐν ᾧ βέλτιός τις δοκεῖ εἶναι αὐτὸς ἑαυτῷ, ταῦτα διατρίβει. *Aristoteles.*

In quo quis excellere sibi videtur, in eo versatur.

ἱππεὺς ἱππεύειν ἐδάη, καὶ ἀοιδὸς ἀείδειν. *Nestor.*

Est equitare eques & cantor cantare peritus.

Id in quoque solidissimum est, quod exercuit, *Seneca.*

Co

Co kto miłuié/ o tem rád rokuié. Co ná ſercu/ to i ná ięzyku.

Qualis cuiuſque animi affectus eſt, talis & oratio. *Cicero.*

Nauita de uentis, de tauris narrat arator.
Enumerat miles vulnera, paſtor oues. *Propertius.*

ἃ μὲ φιλεῖ τις, ταῦτα καὶ λέγειν φιλεῖ.
Quæ quis amat, eadem pariter & loqui ſolet.
ἃ μὲ νοεῖ τις, ταῦτα δὲ λέγειν ἐρᾷ.
Quæ cogitat aliquis, eadem & loqui cupit.
ὅπου φιλεῖ τις, κεῖσε καὶ γλῶσσαν τ' ἔχει. *Plutarchus.*
Vbi quis amorem, pariter iſtic linguam habet.

Quicquid agit Rufus nihil eſt niſi Næuia Rufo,
Si gaudet, ſi flet, ſi tacet, hanc loquitur.
Cænat, propinat, poſcit, negat, innuit, vna eſt
Næuia, ſi non ſit Næuia, mutus erit. *Martialis.*

Affine, Poznáć wnét z mowy.

Co łácno przyydźié/ łácno odeydźié. Łácne nábyćie/ łácne odbyćié.
Lekko ſobié ſtácuiemy/ czego dármo doſtáiémy.

Quod venit ex facili, faciles ſegneſq; tenemus.
Quod ſpe quodque metu torſit, habere iuuat. *Ouidius.*

Merx vltronea putet. *Hieronym.* Co przyydźié łácno/ nié bywa ſmáczno.

ὃ ῥᾴδιον ἀπιτυχεῖν, τὸ ῥᾴδιον κ' ἀποβυχεῖν. *A.* Facile parata, diſſipantur faciliùs.

Colepſze zginęło/ co gorſze zoſtáło.

Nucleum amiſi, putamina retineo. *Plauti Hegio, cùm ei è duobus captiuis alter ingenuus, relicto ſeruo ſuo obſide, (quem ingénuum, & ſe ſeruum eius eſſe, mentitus eſt) euaſiſſet, ait.* Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina.

πρὴν ἀπώλεσε, τὸ κελυφοῦν καθέμενον. *A.*
Manſit putamen, nucleum poſt perditum.

Co-li tu bedźié!

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu! *Horatius.*
Parturiunt montes naſcetur ridiculus mus, *Idem è Græco Apologo.*

ὤδινεν ὄρος, εἶτα μὺν ἀπέτεκεν.
ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτεκεν μῦν. *Athenæus.*
Parturiebat mons, & Iupiter extimuit, ille autem peperit murem.

Quam timeo quorſum euadas! *Terent.* Gallina cecinit. *Idem. ſignũ mali ominis.*
Magno conatu magnas nugas dicet. *Idem Terentius.*

Περσεὺς γόργονα ἐγχειρεῖ. *vel* ἐγχειρήσατο. Gorgonem *vel* Meduſam Perſeus aggreditur vel aggreſſus eſt *ex Zenodoto, Suida, de audaci & periculoſo cœpto. deſcribit id Ouid.*

id Ouid. 4. Metamorphos. μῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε. *Syneſius.* Murem pro leone oſtendit. *Sic Eraſmus, ſed Vide* Vtérto nu rogow.

κεπφος ὠδίνει. Cepphus parturit. *Interpres Ariſtophanis & Heſychius. Cepphus auicula eſt marina parua licet plumis pennisq; copioſis, quæ parturiens multùm vociferatur. hinc prouerbium in eos qui pollicentur ingentia & nihil dignum promiſſis præſtant. Cepphum aliqui eundem cum Laro faciunt, ſed diuerſi omnino ſunt, licet ſimiles. Ariſtotel. Nicandr. Geſner. ex genere tamen larorum cepphum eſſe quidam volunt, vnde & prouerbia ex his auibus ſumpta confundũt. Affine,* Z wielkiéy burzé máły deßcz. Wiekßy huk niż puk.

Co ma wiśiéć nié vtonié.

ᾧ τινι πότμος ἁλῶναι ἐς, ἐκ ὕδατ' ἐλεύσεται. *A.*

Cui fatum è furca eſt pendere, haud mergitur vnda.

Simile eſt. Komu Bóg co obiécat. *&c.*

Co maß nié vpußcżay. Trzymay coś vchwyćił.

κράτει ὃ ἔχεις. Tene quod habes. *Apocalypſis c. 3.*

τὴν παρέσσαν ἄμελγε. *Theocrit.* Præſentem mulge .i. capram.

νήπιος ὃς τὰ ἑτοῖμα λιπὼν ἀέτοιμα διώκει. *Heſiodus.*

Stultus (eſt) qui paratis miſſis imparata perſequitur. τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, vel εὖ τιθεῖς. *Plato. Cratin.* Præſentem fortunã boni conſulendam. *Huc facit Apologus de accipitre, qui luſciniam captam multis ſe, vt garrula eſt, excuſantem, & mortem deprecantem, non dimiſit ſed deuorauit. Simillimus eſt de luſcinia ab aucupe capta, ſed ſtultè dimiſſa. in Hiſtoria Ioſaphat & Barlaam à Damaſceno ſcripta.*

Co mi do kogo gdy mnié blogo! gdy moy grzbiét cały.

Malum cùm impluit cæteris, non impluat mihi. *Plaut.*

Minoris pendo tergum illorum, quàm meum. *Idem.*

Sed me excepit. nihili facio quid illis faciat cæteris. *Idem.*

Σαθινὸς ἐμαυτῷ, μηδὲν ἑτέρων μοι μέλει. *A.*

Saluus ego vbi ſum, cæteros curo nihil. *Philautiam hoc dictum redolet, quæ centies in diuinis libris damnatur.* *Affine,* Cudza ráná nié boli.

Co mi do rego.

ἐκ ἔστ' ἐμὸν τὸ πρᾶγμα πολλὰ χαίρετω. *Diogenian.*

Non eſt meum negotium multùm valêat. *Affine,* Nié dbam o to.

Co mi rego za niewola? Kto mie zá ßyie bićé?

Quid vrget? *vel* Quis vrget? *ex Ouidio, qui diſceſſurus in exilium dicit:*

Ah quoties aliquo dixi properante! Quid vrges?

Vel quò feſtinas ire, vel vnde, vide. Res vrget me nulla. *Horat.*

Nunquid

Nunquid obtorto collo trahor? *vel* Nondum obtorta gula rapior. *Ex Cic. Plin. iun.*
Quæ te tanta neceſſitas premebat? *Cic.*
Quæ ratio eſt hæc? ſponte tua perferre patiq́ue.
Quæ ſi te iubeat rex dominuſq; neges? *Martial.*
οὐ γὰρ ἔτι πυρὸς βέβηκα. *ex Theocrito.* Non incedo per ignem. *Sic locutus eſt Horat. licet ſenſu affirmante.* οὔπω ἔτι νεύρῃ βέλος *Epigram.* Nondum in neruo telum.

Co mnie dźiś/ tobie iutro. Co potkało iednego/ może każdego.
Cuiuis poteſt accidere quod cuiquam poteſt. *P. Syrus. Seneca.*
Scito omnem conditionem verſatilem eſſe. & quicquid in vllum incurrit, poſſe in te quoq; incurrere. *Seneca.*
Apud S. Bernardum ſenex quidam lapſum alterum audiens dixit: Ille hodie & ego cras. ἐμοὶ σήμερον, σοὶ αὔριον. Hodie mihi eras tibi, *Vel vt Eccleſiaſtici. 38.* ἐμοὶ χθὲς καὶ σοὶ σήμερον. Mihi heri & tibi hodie. *Sic Cyro ſciſcitanti de exitu ſuo, oraculum redditum ab Orpheo eſt.* τὰ ἐμὰ ὦ κῦρε τά. Mea ô Cyre (*euentus erunt*) tua. i. *quæ mihi acciderunt euenient tibi. ſ. interitus.*
Cecidi ego, cadet qui ſequitur. *Laberius à Syro in mimorum certamine ſuperatus.*
νόμιζε κοινὰ πάντα συμπτώματα. *Menander.*
Aduerſa cuncta credito communia.
κοινὴ γὰρ ἡ τύχη. *Idem.* Communis enim eſt Fortuna. (Et anda ſunt
πάντα μὲν ἀνθρώπῳ ἐνόντα προσδοκᾶν δεῖ. *Xenoph.* Omnia humana homini exſpe-
Homo ſum humani à me nil alienum puto. *Terent.*
τὰ προσπεσόντα προσδοκᾶν ἅπαντα χρή.
Sunt omnia exſpectanda quæ accidere ſolent.
Prożno sie przed tem vmykáć/ co wßyſtkich zwykło potykáć.
Omnes cùm ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant.
Pericla, damna, exilia, peregrè rediens ſemper cogitet,
Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ.
Communia hæc eſſe, fieri poſſe, vt ne quid animo ſit nouum. *Terent.*
Affine Czáſu pogody. & Niéſpodźiánego nic v madrego.

Com ſłyßał/ to powiádam. Nie wyßſalem tego z palcá.
Ex alijs hoc non ex me audis, vel audire te puta. *Phraſis eſt Platonis ex Euripide qui ait:* σὺ τάδ' οὐκ ἐμοῦ κλύεις. Ex te hæc non ex me audis. ἔδ'ἐν αὐτῷ παρ' ἐμαυτῷ ξυνενόησα, συνειδὼς ἐμαυτῷ ἀμαθείαν, ἀλλ' ἐξ ἀλλοτρίων πόθεν νεμάτων, διὰ τ' ἀκοῆς, πεπληρῶσθαί με δίκην ἀγγείου. *Socrates apud Platonem.* Nihil horum ex meipſo excogitaui, conſcius mihi imperitiæ, ſed aliunde ex alienis fluentis per auditum impletus, ſum inſtar vaſis. *Vltima verba huic loco ſeruiunt.*
Affine Jákom kupił/ ták przedáie.

Co muß/

Co muſz/ to rad vczynię. Lépiey po woli/ niż po niéwoli.
Takći śmieiąc śie dáć/ vczynić: iako i płácząc/ kwaſząc śie.
Madrey to głowy przymioty/ Co muśiſz/ to czynić z cnoty.

Neceſſaria æquo animo excipienda. *Seneca.*

Cùm res non ita eueniunt vt volumus, ita fieri velimus, vt eueniunt. *Ex Epicteto.*

Honeſta lex eſt temporis neceſſitas. *P. Syrus.*

Honeſtè ſeruit, qui ſuccumbit tempori. *Idem.*

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Seneca Pòéta.*

Volens ſequare quò trahit neceſſitas. *ex Platone.*

Quò fata trahunt retrahuntque ſequamur. *Virgil.*

Hoc quod eſt, id neceſſarium eſt perpeti. *Plaut.* *Ruſticus cùm ei miles eques leporem eripuiſſet & fugeret, clamauit:* Dono tibi. *Apologus eſt apud Gabriam.*

Deſpicere oportet quod poſſis deperdere. *P. Syrus.*

Ex neceſſitate facere virtutem, magna induſtria aut virtus aut laus eſt. *Iunig. Garner.*

Mutare nunc cùm nequeo, æquo animo fero. *Terent.*

Faxis vt libeat, quod eſt neceſſe, *Auſonius.*

τὸ μὲν ἀκούσιον, ὐκ ἄνευ λύπης καὶ φόβου. τὸ δ' ἑκούσιον ὐκ ἄνευ ἡδονῆς καὶ Φιλοφροσύνης. *Theages.* Inuitum enim non fit ſine dolore & metu, ſpontaneum verò non ſine voluptate & hilaritate. τῇ ἀνάγκῃ δὲ δυσμαχητέον. *Sophocles.* Neceſſitati non repugnandum. *Antigonus ſenex diu à Biante rogatus ſtipem dixit:* δότε Βίαντι καὶ ἀνάγκῃ τάλαντον. Date Bianti & neceſſitati talentum. .i. *ob importunitatem rogantis. Plutar.* *Sic amicus noctu ab amico panes rogatus ſurrexit & dedit ei, Lucas c. 11.* τὸ τοι χρεών, ὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν. *Plutarch.*

Quod eſt opus, hàúd faxis vt non ſiet opus.

Ἑρμώνιον χάρις. *Ex Herodoto.* Hermonium officium, gratia. *ab Hermone duce Pelaſgorum, qui metu Miltiadis ducis Athenienſium Lemno ceſſit fingens ſe ſponte & ex oraculo facere, vt ſic facto neceſſario Athenienſibus gratificaretur.*

ἀναγκοφαγεῖν. *Græcis eſt,* Vorare neceſſitatem, *ſeu* quiduis neceſſitate vrgente pati. *Sic Philippus Macedo apud Theopompum dicitur:* δεινὸς ἀναγκοφαγῆσαι πράγματα. .i. potens deuorare negotia moleſta & indigna, patienter & ſuauiter ferendo.

Bis dat facitué, qui facit datué hilariter. V. Dobrodźiéyſtwo ochotnié dáne.

γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν. *Iſocrat.* Exerce te in laboribus vltroneis, vt poſſis & coactos ſuſtinere.

δεινὸν γὰρ ὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς. *Plutarc.*

Quod fert neceſſitas nihil homini eſt graue.

——τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐάν τε κλαίῃς ἄν τε μὴ πορεύσεται. *Menander.*

Eodem tenore ſeu fleas ſeu non fleas ibunt negotia.

Quanta animi magnitudo eſt, ad id ſua ſponte deſcendere, quòd nec ad extrema quidem redactis timendum ſit! Hoc, eſt præoccupare fortunæ tela. *Seneca.*

Præſtat ſua ſponte facere, id quod cogeris,

Quicquid ſponte facis, nunquam faciendo grauaris. *Garner.*

Vulpes cum diu aſſiliens vuam decerpere non poſſet, dixit: Etiam auſtera & acerba fuit. *Gabrias. Epimythion huius apologi eſt.* τ ἀναγκην φιλοτιμίαν ποιειν σοφῶ ἐστί. Neceſſitatem honeſtatē facere ſapientis eſt.

Iſtuc eſt ſapere, qui vbicunque opus ſit animum poſſis flectere.

Quod faciendum ſit pòſt, idem hoc nunc ſi feceris. *Terenti.*

Affine, Kwáśnéć też były. & Dobrodźieyſtwo ochotnie dáné.

Co nabárźiey mnimeß/ ſtráćiwßy bárźiey pożałeß.

—— Si quid mirabere, pones Inuitus. *Horatius.*

Quem res plùs nimio delectauere ſecundæ, Mutatæ quatient. *Idem.*

Quicquid amas, cupias non placuiſſe nimis. *Martial.*

Cum magno dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur. *Iſidor.*

Sine dolore non pereunt, quæ cum amore poſſeſſa ſunt. *Auguſtin.*

Sine dolore non relinquitur, quod cum amore retinetur. *Idem.*

Heu dolor eſt! gratis priuari rebus amatis. *Garnerus.*

τ φιλτάτων στερεῖσθαι ἀιὲν ἄχετον. *A.* Cariſſimis priuarier grauiſſimum.

Co ná iédnem zéßło/ ábo niédoſtáié/ drugiem śie nágradza.

Conſilio (*al. Ingenio*) pollet cui vim natura negauit. *Cato.*

ᾧ μὴ ἔνεστι μένος, βελῇ ὑπέρεστιν ἑκεῖνος. *Mylius.*

Quod alibi diminutum eſt, exæquatur alibi. *Eraſmus ex Homero qui de Dolone ait;*

ὃς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακὸς, ἀλλὰ ποδώκης.

Qui ore quidem deformis erat, ſed currere velox.

Ruſticus eſt fateor, ſed non eſt barbarus Idas. *Calphurnius.*

Malum bono penſatum. *Ex Homero qui de Demodoco Muſico cæco dicit;*

τὸν μὲν ἔφιλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε,

ὀφθαλμῶν δὲ ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.

Hunc magis Muſa dilexit, deditq; bonũ & malũ. Oculis orbauit, & dedit ſuauẽ cãtũ.

Sic Diodorus Stoicus cæcus fidibus canere & Geometriam didicit.

Didymus item Alexandrinus à puero cæcus, literas vſque ad Dialecticam & Geometriam didicit, & vltra octageſimum viuens annum plurimos libros ſcripſit. Hieronym.

Affine Rozumem ſcześćia poráwić.

Co nalépßego/ naprzédniéyßego niédoſtáié. Czégo napilniey/ niémáß. Wßyſtko ma/ tylko iédnego niédoſtáié.

ὁ γύης αὐτῷ οὐκ ἔνεστι. *Suidas.* Dentale illi non ineſt. .i. *aratro ſine quo aratrũ nihil valet. Simile illud Herodoti.* ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ ἐξῄρηται. Ver ex anno ſublatũ eſt.

Prædia ſolus habes & ſolus candide nummos

Et cor ſolus habes, ſolus & ingenium.

Omnia

Omnia ſolus habes. Vxorem ſed habes Candide cum populo. .i. *adulteram. Martial.*
Id quod ſcis, prodeſt nihil: multùm id quod neſcis obeſt. *Cicer.*

Co nié dość/ to nié wiélé.

Quod non ſatis eſt, multùm non eſt. *Ex Seneca Buda. Eraſm.*

Co on vlowi/ ta ná łonié (ná reku) vwárzé.

Dictum hoc, adynaton aliquid promittit, conditione ſimiliter difficili & impoſſibili appoſita, ſi fiat id de quo eſt ſermo. Sic penitùs apud Plautum. Indigitis hodie percoquam quod ille ceperit. Ita fluctare video mare. *Poteſt id latiùs extendi ad alias materias:* vt. Co on vźnié/ wrobl vniéśié.

Affine, Niépodobieńſtwo. & Dałbym ſobié oko wyłupić.

Co pan pánu vczyni. Tak-em pan iáko i ty.

Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator ero. *Plaut.*
Sis tu in legione bellator ſi vis, at ego in culina ἄρης (Mars) *coquus apud Plaut.*
Si tu Bachius, ego Bithus. *apud Suetonium nobile par gladiatorum. & Horat. de eisdem:* Compoſitus cum Bitho Bacchius.

Iuppiter in Troiam pro Troia ſtabat Apollo. *Ouid.*
Ibo animis contrà, vel magnum præſtet Achillem. *Virgil.*

ὄφρ' ὄρει ὄρος μίγνυται. Mons cum monte non miſcetur. .i. *ſuperbi aut potentes inter ſe diſſident, & ſe inuicem contemnunt.*

καὶ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, γένθεν δέ μοι ἔνθεν ὄθεν σοι. *Homer.*

Namque & ego deus (dea) ſum, genus verò mihi vnde & tibi.

Aptè ad hunc locum Horat. ——— Aduerſum bellum incidit inter
Hectora Priamidem animoſum atque inter Achillem,
Ira fuit capitalis, vt vltima diuideret mors
Non aliam ob cauſam, niſi quòd virtus in vtroque Summa fuit, &c.
Vnum ad vnum. *Vide* Rowniſmy ſobié.

Co pomaga/ to i zaßkodźić może.

Nil prodeſt quod non lædere poſſit idem. *Ouid.*
Eripit interdum modò dat medicina ſalutem. *Idem.*
ἐκ τούτων νοσοῦμεν οἷς καὶ ζῶμεν. *Diogenianus.* Ex his ægrotamus, quibus viuimus.

Co rádźi czynicmy/ to i mowiemy.

λόγος τοῦ ἔργου σκιή. *Democrit. Plutar.* Sermo operis vmbra.

Co radźiß drugiemu/ życzyß ſobié ſámemu.

Sic agitur cenſura & ſic exemplа parantur,
Cùm iudex, alios quod monet, ipſe facit. *Ouid.*

ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν. *S. Lucas cap. 4.* Medice cura teipſum. ἔκβαλε πρῶτον τ̃ δόκον ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε τὸ καρφ̃, &c. *Idem.* c. 6. Eijce primùm trabem ex oculo tuo, & tunc feſtucam ex oculo fratris eijcies.

Co ſam ſprawić możeß/ drugiemu nie zlecay.

Quam benè rem factam cupies, hanc conficito ipſe. *Garner.*

ἃ πράττεσθ' ἑθέλεις καλῶς, τὰ πράξεο σ' αὐτός. *A.* V. Cudze oko.

Coś vczynił dobrego/ nie żáłuy nigdy tego.

ἀγαθὸς γενόμενος μή μετανόει. *Æſopus.* Bonum fuiſſe te nè pœniteat.

Co śie godzi/ to nie ſmákuie. Co wolno/ to nieſmáczno.
Chęći do tego vſtáią/ czego nam wiec dozwaláią.

Quod licet, ingratum eſt. — *Ouid.* Quicquid licet, minùs deſideratur. *Hieronym.*

Omnium rerum cupido langueſcit, cùm facilis occaſio eſt. *Plautus.*

Cui peccare licet, peccat minùs, ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit. *Ouidius.*

ὅτι θύραις τοιῶν ὑφίαν. *Ariſtot.* In foribus aqualem. *ſ. nemo aufert. vt addit Eraſm. ex veteri interprete. Simile.* Poſpolite i wolne rzęczy. *Affine* Co w ſwey mocy mamy.

Co śie kupi tanie/ pſom śie to doſtánie. Tanie kupiß! pſom wyrzućiß.

τὸ κρέας ἔνωνον οἱ κύνες ἐσθίουσιν. Paruo emptas carnes canes edunt.

ἐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὠνεῖται κρέας.
Difficilis emptor nemo emit carnes bonas.

Nam vili pretio non niſi vile quidpiam in omni merce emi ſolet.

Co śie czynić nie godzi/ to też i mowić ßkodzi. Co zle czynić/ to zlé i mowić.

Quantùm à rerũ turpitudine abes, tantùm te à verborum libertate ſeiungas. *Cic.*

Quod facere turpe eſt, dicere ne honeſtum puta. *P. Syrus.*

Graue crimen etiam leuiter cùm dictum eſt, nocet. *Idem.*

ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. *Iſocrates.*

Quæ facere turpe eſt, hæc neq; loqui honeſtum eſſe puta.

ὁπόσα ποιεῖν ὅσιον ἔξεστι, ταῦτα καὶ λέγειν ἔξεστι. *Herodotus de Perſis.*

Quæcunque (*apud Perſas*) fas non eſt facere, ea nec loqui.

ζυγᾶν ἄμεινον τἀσχρὰ, μηδὲ μυστὰ μοι
γένοιτ' ἀοιδὸς, εἴ τις ὑμνήσει κακά. *Euripides.*

Tacere præſtat turpia, nec ô Muſa mi — Is ſit Póèta, quiſquis occinit mala,

ἀλλ' ἐδὲ γ' αὐδᾶν ἐσθ', ἃ μηδὲ δρᾶν καλόν. *Suidas.*

Quæ facere non licet, eadem neq; proloqui.

Co śie

Co śie ludźiom nié godźi/ to Bogu oddáć.
Corke chroma do Klaßtorá. Chudego ná ofiáre kurá/ &c.

Ficta & doloſa quorundam liberalitas, qui deteriora Deo dicant, vt hoc pacto & inutilia ac probroſa à ſe amoueant & pietatis nomen venentur. Exprobrat hanc fraudem Deus ſuis apud Malachiam c. 1. dicens. Offertis ſuper altare meum panem pollutum. —— cœcum, claudum, languidum ——— Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, *&c. Hoc eſt quod dicit Nazianzen.* τοῖς περιττοῖς εὐσεβεῖν. E ſuperfluis pium eſſe.

Caryotarum oſſa & amygdalarum cortices in altari poſuit Viator, *Æſopi qui voluerat ſi quid inueniſſet, dimidium ſe Mercurio oblaturum. Iam cùm alterius rei interiora, alterius exteriora obtulit, dimidium ſe obtuliſſe aiebat. Epimythion. In auaros & fraudulentos qui ob cupiditates ſuas Deum fallere volunt.*

Sinitæ ethnici dijs ſacrificantes, vngues, ſetas, auriculas, & ſimiles extremitates abſciſſas, aliquot vini guttis inſperſis, offerebãt; ipſi lautas dapes ex carnibus vorabãt, Maffeus, Similis Perſarum ritus erat, qui animam tantùm animalis diis offerebant, carnes ipſi abſumebant. Strabo. Meliùs Numa præcepit dicens: μὴ πανόδυ θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων. *Plutarchus.* Ne libes dijs ex vitibus non putatis. *quia tale vinum agreſte eſt. Et Deo nil gratum, quod non purgatum & purum eſt.*

Co śie tyſo vrodźi/ tyſo zginié. Lyſe źrzebie i końém tyſem bedźié.

Naturam expellas furca, tamen vſq; recurret. *Horat.*
Φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν ὀ ῥάδιον.
Non eſt facile mutare naturam malam. Lupus ſenio non emendatur. *Iunius.*
Αἰθίοψ ὀ λευκαίνεται. Æthiops non albeſcit, *ex Apologo Æſopi. Eadem ſententia eſt etiam apud Ieremiam cap. 13.*
πάρδαλις ὀκ ἀποθήσεται τὸ καλάσιριον, ὀδ' αἰθίοψ τὸ μέλαν. *Nazianz.*
Pardus non deponit maculas, nec Æthiops nigredinem.
ὀδέποτ' ἂν θείης λεῖον τ' τραχὺν ἐχῖνον. *Ariſtophanes.*
Efficies læuem nunquam, qui eſt aſper, echinum. *Vel*
Ex hirto in læuem nunquam vertetur echinus.
ὁ λύκος τὴν τρίχα ὀ τὴν γνώμην ἀλλάττει. Lupus pilum mutat non ingenium.
ξύλον ἀγκύλον (σκαμβὸν) ὀδέποτ' ὀρθόν. Lignum curuum nunquam erit rectum.
στρεβλὸν ξύλον ὀκ ὀρθοῦται. *ex Galeno.* Tortum lignum non efficitur rectum.
δοῦλος ὁ χείρων ὀδεὶς ὀδὲ ὁ καλός.
Nil nequius ſeruo eſt licet fuerit bonus.
Qui ſemel eſt ſcurra, nunquam paterfamilias *Porphyrion. Et Cicero,*
Vetus eſt: De ſcurra multò faciliùs diuitem quàm patremfamilias fieri poſſe.
Quæ ſemel ancilla, nunquam ſit hera. *ex Pallada qui ait.* ἔστι παροιμιακόν:
μήποτε δουλεύσασα γυνὴ δέσποινα γένοιτο. Eſt prouerbium.
Nulla bona eſt hora quæ mulier fors ſeruijt olim. *Valeria cùm dentibus nata ceu portentum in aliam ciuitatem deportata, eidem exitio fuit. Plinius.*

Vicinum. Wilk chowány. Nie pomoże krukowi mydło. Przyrodzenie trudno odmienić.

Co śie raz na mécnoto/ na swą wola vda/ nie łácno śie vymié.

Qui semel verecundiæ fines transierit, eum benè & nauiter impudentem esse oportet. *Cicero.* Semel malus semper malus. V. Ziego dość raz zákusić.

Qui semel est scurra, nunquam paterfamilias. *Porphyrion & Cic. suprà.*

Nec vera virtus, cùm semel excidit Curat reponi deterioribus. *Horat.* .i. *virtus amissa non dignatur vel non solet redire ad deteriores seu semel corruptos.*

——— Neque amissos colores Lana refert medicata fuco. *Horat.* .i. *lana candida si imbuatur aliquo alio colore, nunquam ad candorem suum redire potest: Sic mens vitio infecta.* V. Co śie łyso vrodźi. Czégo śie nowa skorupá nápiić.

Co śie raz z śercá wyrzuci/ Tego nimieć/ abo to vtráćić nié zásmuci.

Non est acerbum carere eo, quod cupere desieris. *Seneca.*

Sine dolore amittitur, quicquid sine timore (*amore*) possidetur. *S. Gregori.*

ἄλυσαι ἀλύπως, ὅσα μὴ ἀπαθὴς κρατεῖ. *A.*

Perit sine dolore, quod amor nullus tenet.

Co śie rychło wznieći/ nié długo śie świeći. Skore rzéczy nié trwáłe.

Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter maturitatem est assecutum. *Cicero.* Quod fortuitò obuenit, instabile est. *Seneca.*

Immodicis breuis est ætas & rara Senectus. *Martial.*

Dies quod donat, timeas; citò raptum venit. *P. Syrus.*

Substantia festinata minuetur. *Prouerb. SS. cap. 13.* Hereditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.. *Ibidem c. 20.*

ἡ κύων τυφλὰ τίκτει. *Aristotel.* Canis festinans cæcos catulos parit. Præcocia poma citò decidunt. Fungus vna nocte nascitur. *Pierius ex Dione.*

ἐφημέρου βίος. Ephemeri vita. *Ephemera animalcula vna die viuũt. Arist. Eustathi.* ἡμερόβιον Hemerobion *vocat Plini.* Ephemeron *item herba* ἐφήμερον *Theophrast. non nisi vno die durat.*

τὸ φέγγος θᾶσσον σβεννύς. Fulguris iubar. *s. citò transiens. Lucretius micantia lumina flammæ vocat. .i. micantia.*

Ignis in paleis pilis citò accenditur sed mox exstinguitur. V. Vićméć śie néd czem.

Summo solo sparsa semina, celeriùs se effundunt, & imitatæ spicas herbulæ, inanibus aristis ante messem flauescunt. *Quintilian.*

τὰ ὀξέως ῥηθέντων, ὀξέως φιλεῖ γήρως λήθη. *Libanius.* Quæ properanter dicuntur, eorum celeriter solemus obliuisci.

Pluuia vehemens non inebriat terram sed citò decurrit. *Seneca scribit suo tempore visum puerum statura ingentis viri, sed hic citò decessit, & morituram breui nemo non prudens dixit.* *Affine* Przéd láty rozum nié trwáły.

Co śie

Co śio ſtáło / rozſtáć śie nié może.

Impropria & extra hoc dictum inuſitata eſt notio hæc Verbi Rozſtáć śie. *dicendum enim erat*: Vniéſtać śie. *vel* Vnié może być áby śie iuż nié ſtáło.

τὸ γεγονὸς ἂν ἐνδέχεσθαι μὴ γενέσθ. *Ariſtot.* Quod factũ eſt infectũ fieri non poteſt.

τὸ γεγενημένον, ἀδὲ θεῶν δυνατόν ἐστι ποιεῖν ἀγενῆ. *Plutarch.*

Quod factum eſt, infectum reddere ne dij quidem poſſunt.

— Quid vis fieri? factum eſt illud. Fieri infectum non poteſt. *Plaut.*

Verùm quia iam accuſando fieri infectum non poteſt,
Ignoſce, orat, confitetur, purgat, quid vis amplius? *Terenti.*

ἄστοκτον ἀδ' ἄν χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος. *Pindarus.*

Ne tempus quidem omnium rerũ pater, quod factum eſt infectum reddere queat.

ἀλλὰ τὰ μὲν προθέμην' ἀμήχανα' ἔτ' ἐσὶ γενέσθ. *Theognis.*

Quæ præiêre, iterum fieri non illa poteſſunt.

μόνα γὰρ αὐτὰ καὶ θεὸς στερίσκεται
ἀγενῆ ποιεῖν ὅσ' ἂν ἦ πεπραγμένα. *Agathon. apud Ariſtotelem.*

Namque illud vnum nec Deo conceditur, Infecta facere facta quæ fuerint ſemel.

μηδὲ παρειχομένοισι κακοῖς τρύχου τέον ἦτορ,
ἐκ ἐπὶ γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. *Phocylides.*

Ne præteritis malis crucia cor ruum, Non enim poteſt quod factum eſt, infectũ eſſe.

ἀδ' ὅτι τῷ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον ἀδέν. *Ariſtophanes.*

Nec quicquam efficies vbi res erit antè peracta.

Præterita mutare non poſſumus. *Cicer.*

ἀνδρεῖον ἐσὶ γενόμενα εὖ φέρειν. *Pittacus.* Fortium eſt quæ facta ſunt benè (moderatè) ferre, boni conſulere.

τὰ πραχθέντ', ἀδὲ κλωθὼ ἂν ἔτι ἀνακλώσειεν, ἀδ' ἄτροπος μετατρέψει. *Lucian.*

Quæ facta ſunt, neq; Clotho amplius reuoluet, nec Atropos mutabit. *Luſit in nominibus Parcarum.* *Aſſine*, Co zginęło zginęło.

Co śie świeci.

Cuius nunc calent aræ? ὦ νὺν θερμοὶ βωμοὶ; Cui nunc calent aræ? *ex Ariſtophane qui habet*: Τὴν κρατίστην δαίμονα, ἧς νὺν θερμός ἐσθ' ὁ βωμός. Potentem deam, cuius nunc calida eſt ara .i. *quæ nunc peculiariter vel ſola colitur.* *Quaſi dicas.* Quis nunc eſt in honore? (*vt Plini. iuni. loquitur*) *vel* Quid nunc eſt in pretio? (*vt Horat.*) *Sic Septimius Afer apud Terentianum dicit.* Tibi vetus ara caluit Aborigineo ſacello. *Vide in 1. Tomo.* Swieći śie co.

Co śis vpiędzę / okroy.

Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam,
Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum. *Horati.*

Dona

Dona præſentis cape lætus horæ. *Idē.* Vtere permiſſo. *Ex eodem Horatio, qui ait:*

Vtor permiſſo, caudæque pilos vt equinæ
Paulatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum
Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui. Qui redit ad faſtos, &c.

τὸ διδόμενον δέχου. *Ex Platone Cicer.* Quod datur accipe.

ἢν παρέσαν ἄμελγε, τί ἢν φεύγοντα διώκεις; ſ. αἶγα.
Theocrit. Præſentem mulge, cur perſequeris fugientem?

Simile Co Bog da/ to w kobiatke.

Co śie vrodźiło/ vmrzeć zgnac muśi.

Omnia orta occidunt. *Saluſt.* Cui naſci contigit, mori reſtat. *Seneca.*

Quæ dedit, illa capit nec diſpendij facit hillum. *Ennius. Pacuui. Varro de homine conſtante ex corpore terreno & animo æthereo.*

Naſcentes morimur, finisque ab origine pendet. *Manilius.*
Quicquid habet ortum, finem timet. ibimus omnes Ibimus — *Statius.*

παν τὸ γενόμενον, καὶ θανεῖν ὀφείλεμ.

Quod natū eſt, mori debet. *vel.* Quæ nata ſunt omnia denaſci aiunt. *Caſſius Hemina.*

γῆ παντα τίκτει, κ᾽ πάλιν κομίζεμ. *Menander.*
Terra parit omnia, recipit rurſum omnia.
ἃ γὰρ χρόνος δόμησε, κ᾽ λύσει χρόνος. *Nazianzen.*
Nam quod dies conſtruxit, id ſoluit dies.
πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς, γῆ τε, κ᾽ εἰς γῆν πάλιν. *Idem.*

Omne quod è terra prodijt, terra eſt, & in terram rurſus .ſ. *redibit,*

Ortus cuncta ſuos repetunt, mortemque requirunt,
Et redit ad nihilum, quod fuit anté nihil. *Cornel. Gallus.*

Omnia quæ de terra ſunt in terram conuertentur. *Eccleſiaſtici 40.* Ego cùm genui, tum moriturum ſciui. *Cic.* Omne colligatum ſolui poteſt. *Idem ex Platone.*

Co śie wiélom godźi; to w obyczay wchodźi.

Multitudo peccantium conſuetudinem facit peccandi. *Seneca.*

πλῆθος ἁλιτώντων ἁλιτρίας τίκτει ἔθος: *vel* ἄδειαν. *impunitatem. A.*

Sic improbi illi apud Plautum & Terent. defendunt ſua facinora dicentes:

Fecerunt idem alij ſæpe boni & probi. *vide infrà* Przykład I.

Affine Gdźie grzeßacych wiéle. &c.

Co ſługá zie/ to nié ßkodá.

Non alligabis os boui trituranti. *1 ad Corinth. 9.* ἀξία ἡ κύων βρώματος: *Suidas.*

Digna canis pabulo.

Ioannes II Luſitaniæ rex præfecto penus nauticæ conquerenti de victu ſuo tenui, & non audenti ſumere ex ijs quæ curabat, reſpondit: Abi & ede. neque enim punio eos, qui edunt, ſed qui furantur. Intellige ſi moderatè ſumat famulus neceſſaria cibo & potui ſuo, non pro alijs nec ad luxum.

Co ßpętne

Co ſpętne to iźle. V. Nię dármoś śie ty tábiem vrodźił.

Co tobię mito / tego żyć drugiemu.

ταῦτ' ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας,
οἵους σεαυτῷ τοὺς σε τυγχάνειν θέλεις. *Nazianzen.*

Talem te amicis exhibe atque proximis Quales eos tibimet ipſe peruelis..
Sed clariùs hæc doctrina apud S. Matthæum c. 7. poſita eſt. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis.

Omnibus amicis quod mihi eſt cupio eſſe idem. *Plaut.*

Co tobię nię mito/ tego drugiemu nię czyń.

Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. *Dictum hoc in vtroq; iure & apud pleroſque ſcriptores ſacros & profanos ac etiam ethnicos celebratiſſimum eſt. Hoc Alexander Seuerus Rom. Imper. Lampridio teſte, inſcribi iuſſit palatio ſuo & operibus publicis, & cùm aliquem nocentem puniebat, hoc dictum per præconem proclamari iubebat.*

ὅσα σοὶς ἄλλοι μὴ παθεῖν ὅλως θέλῃς,
τοιαῦτα καὶ σὺ μηδὲ δρᾶν ἄλλῳ θέλε. *Nazianzen.*

Ab altero quod ipſe non velis pati, Id ipſe nolis alteri facere quoque.
Vide vt ne facias vlli, quod pati nolis, ſed alterius animum de tuo metiaris. *Lactan.*
ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ἀγανακτοῦμεν, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιῶμεν. *Iſocrates.*
Quæ ab alijs paſſi indignamur, ea aliis non faciamus.
ὁσὺ μισεῖς, ἑτέρῳ μὴ ποιήσῃς. *Cleobulus.* Quod oderis ipſe, id alteri ne feceris.

Co węzás/ to znás. *Rhythmus dyſphonus. nam dicendum erat,* to znás. *i.* znośna rzecz/ *vel* z nas. (*vt* to ieſt z mie/mam tego z śie) znáć *autem nil ſignificat.*

Co komu przyſtoi/ niech śie tem ſtroi/ ábo niech śie przy niem zoſtoi.

Modus omnibus in rebus eſt optimum habitu. *Plaut.*
Nimium quod eſt, offendit vehementiùs quàm id quod videtur parum. *Cicer.*
In omnibus rebus videndum eſt Quatenus. Etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium quàm parum. *Idem.*

Contrahes vento nimium ſecundo, Turgida vela. *Horat.*
Imponit finem ſapiens & rebus honeſtis. *Iuuenal.*
Quisquis plùs iuſto non ſapit, ille ſapit. *Martial.*
——— Memento Te intra pelliculam cerdo tenere tuam. *Idem.*
Maiora viribus non audenda, vel non tentanda. *Ex Virgilio.*
μισῶ τόνδ' ἀφελῆ μισῶ τ' σώφρονα λίαν. *Suidas.*
Odi nimis ſimplicem, odi nimis ſapientem.

Nimiam diligentiam nocere, *ait Plinius, Apellis de Protogene dictum referens.*
μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπερφυῶς. *Hippocrates.* Nil temere nil negligenter agendum.

μηδὲν ἄγαν. Nil nimium, *vel vt vulgò redditur cum Terent.* Ne quid nimis. ſ. agas, cupias, &c. Pone modum lætis. *Statius.*

μὴ ὑπὲρ τ̃ πόδα τὸ ὑπόδημα. *Lucian.* Ne ſupra pedem calceus. ſ. ſit.

Cui non conueniet ſua res, vt calceus olim
Si pede maior erit, ſubuertet; ſi minor, vret. *Horatius.*

ἀμείνω δ' ἄσπετα πάντα. *Homer.* Meliora mediocria omnia.

ὡς μήτε κρύσαι, μήθ' ὑπὲρ χεῖλος βαλεῖν. *Heſychius.*

Neq; trudenda eſt menſura (*vt plùs capiat*) neq; marginem excedere oportet.

μήτε ὑπερχείλης, μήτε ὑπόχειλις. Nec ſupra menſuræ marginem nec infrà.

ἔστω τ̃ οἰκείων ὅρων ἐπάνω. *Iulian.* Intra proprios limites conſiſtere.

ἐν ὅροις τ̃ εὐσεβείας μένειν. *iubet Nazianz.* i. Intra terminos pietatis manere. *ſeu* præſcriptas religionis leges ſeruare.

In propria pelle quieſcere. *Ex Horatio. non vt aſinus ille Cumanus, qui pellem leonis indutus, multos terrebat; tandem verò agnitus, malè multatus eſt.*

ὅτε πάντα, ὅτε πάντη, ὅτε παρὰ πάντων. Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus. ſ. *accipienda. Vlpianus de moderatione in munerum acceptione adhibenda à iudice vel principe. Et addit.* Nam à nemine accipere, inhumanum: paſſim, viliſſimum: omnia, auariſſimum.

—— αἰτέμενος οὐκ ἀνανεύει, εἶα χρὴ βασιλῆι, αἰτεῖν ὃ δεῖ οὐκ ὅτι πᾶσί. *Theocrit.*

Rogatus non negat, Quomodo decet regem, ſed non quidlibet eſt rogandum.

ἀχέτω γέλωτα μὴ ἐκχεῖσθαι. *Pythagoras.* Riſui effuſo non indulgendum.

Affine, Miárá we wßyſtkim. Nie do żywego. Srzodku śie trzymay.

Co wiecey kogo koßtuié: tego też bárźiéy ßanuié.

ἃ σὺν δαπάνῃ προσδαζόμεν, μᾶλλον ἀπαζόμεθα τ̃ θεῖκα. *Philoſtrat.*

Quæ maiori ſumptu comparamus, vltrò oblatis plùs amamus.

Co wilk zátápi/ prożno wydźiérać.

Lupo agnum eripere poſtulant: nugas agunt. *Plautus.*

λύκῳ ἐκ λάρυγος δεινὸν ὂν ἁρπάσαι. *A.*

Ex faucibus rapere lupi labor eſt ouem. (tenent *Idem.*

Noui ego iſtos polypos (*homines tenaces inſtar polypi piſcis*) qui quicquid tetigerint,
Vnde poteſt auidus captæ leo parcere prædæ? *Martialis de leone ludente cum lepore. Orcus quicquid accipit non remittit. ex Orpheo. Euripide. Seneca. Horatio, Propert. &c. Apud Plaut. ſeruus quidam vocatur.* Quod ſemel Arripides, nunquã poſtea Eripides. *nominibus quaſi Patronymicis nobilitatem & ſimul rapacitatem vel furacitatẽ redolentibus.*

Co w ſwey mocy mamy/ o to málo dbamy.

Facit faſtidium copia, & frigidiùs amamus ſemper ea, quibus vbi lubeat, potiri fas ſit. *Liuius.*

Venator

Venator ſequitur fugientia, capta relinquit, Semper & inuẽtis vlteriora petit. *Ouid.*

οὐκ ἐπιθυμοῦμεν ὧν ἔχομεν ἐξουσίαν. *A.*

Non appetimus ea quæ in poteſtate habemus.

ὧν εὐπορῦμεν ταῦτα ϗ παροραῖμεν. *A.*

Quẽiſcunque abundamus ea curamus parùm. *Sic Pincerna potum haud appetit, coquus cibum.*

Affine, Co śie godźi to nié ſmékuié/

Co w ſwych śmiećiach iéſt/ to nié zginié.

εἰκοῦι λαθραῖ' ἐξεῦρεῖν εἰκοῦι. *A.*

Domi reperies quæ domi alicubi latent. *Vt Plautus habet.*

Domi erat quod quæritabam. *Et Columella cum Cicerone ait.*

Sæpè neſcias vbi quid poſueris, quod tamen nemo pro perdito habet,

---

Co zárobi/ to ſtrawi. Co wyrobi/ to przépiié.

Ὄκνη θώμιγξα συνάγει. Ocni funem torquet. Vel ὄκνῃ χοίνιον πλέκει. Ocnus funiculum nectit. *explico hoc dictum ſub* Żoné ſtroyna.

εἰς πῦρ ξαίνειν. *Suidas.* In ignem nere. *Sic Lucretius.*

Primaq; diſpereunt quaſi in ignem lana trahatur. Jáł w ogień/ iáł w piekło rzucił.

Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit. *Martialis. Cerdoni ſeu ſutori ludos gladiatorios magno ſumptu exhibenti, exprobrat ſtultitiam.*

Co zaßkodźiło/ to náuczyło. Szkodá/ przygodá/ do mądrośći drogá.

Quæ nocent, docent. Quæ nocuêre, docuêre. ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες. i. Vndè aliquid moleſtiæ ſenſiſti, indè aliquid didiciſti.

παθήματα, μαθήματα. *Herodotus.* Moleſtiæ doctrinæ.

Sic Coquus Æſopi, cùm ei cor animalis canis abſtuliſſet, fugienti dixit: οὐκ ἀπ' ἐμοῦ καρδίαν εἴληφας, ἀλλ' ἐμοὶ καρδίαν ἔδωκας. i. Non abſtuliſti mihi cor, ſed dediſti. ſ. *vt te poſtmodum cautiùs ſeruem.*

Darius Xerxis pater, difficultatibus ſe reddi prudentiorem dicere ſolebat. *Rhodigin.*

Senſus de veteri faciet ventura caueri. *Anonym. rhythm.*

Affine, Przéßłe przypádki. Kto śie ná goracem ſpáłży. Po ßkodźié mądr.

Co zginęło/ zginęło. Co minęło/ iuż śie nié wróći.

Quod periit, periit. *Plaut.* Quin tu quod perijt perijſſe ducis? *Idem.*

Omne ego pro nihilo ducto, quando fuit. i. *quandoquidem non eſt ampliùs. Idem.*

Tanquam hominem quando animam efflauit, quid eum quæras qui fuit? *Idem.*

Quid ego quod perijt petam? Niſi etiam laborem ad damnum, apothecam (*vel potiùs* epithecam ἐπιθήκην, Przydátek) inſuper apponam. *Idem.*

Et quod vides periſſe, perditum ducas. *Catullus.*

Nec quæ præterijt curſu reuocabitur vnda,
Nec quæ præterijt hora redire poteſt. *Ouidius.*

ὁδὶ ὅτι τὰ παρελθόντα ποιήσῃς ὕστερον οὐδέν. *Ariſtophan.*

Nec quicquam efficies vbi res erit ante peracta.

παλαιὰ καινοῖς δακρύοισι οὐ χρὴ τήκειν *Euripides.*

Antiqua lacrymis nouis ne defleas.

Apud Lucianum cuidam *in Orco commemoranti bona præterita vitæ, reſpondet alter.* ὀνείρατα μοι λέγεις, ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω ἃ νῦν ἔχεις, ἐκεῖνοι δὲ οἱ τότε ἴσασιν. Somnia mihi narras, ego autem quæ video, & quæ nunc habes: illa qui tunc fuerunt ſciunt.

μάτην ἐστὶ τὸ μίμνησις περὶ τῶν, ὧν οἱ καιροὶ παρελυλήθασι.

Iſocrates. Fruſtra fit eorum mentio, quorum occaſio præterijt.

Deſine fata deûm flecti ſperare precando. *Virg.*

πόθεις τὸ παρόν, καὶ μάτην καλεῖς. *Ariſtophanes.*

Deſideras abſentem & inaniter vocas.

ῥόδον παρελθὸν μηκέτι ζήτει πάλιν. Ne quære rurſum præteritam diu roſam,
Mitte ſectari roſa quo locorum Sera moretur. *Horat.*

Ὕλαν κεκραγάζεις Hylam inclamas.

Non poteſt dies eſſe ſapiùs, qui ſemel fuit. *Cicer.* Interitus pretium rebus non addit, quas dum poſſideremus non æſtimabamus. *Ex Plutarcho, Auicula ab aucupe capta, docuit eum hæc tria.* Parùm crede. Tua tene. Amiſſa ne captes, *& dimiſſa irriſit eum, qui eam non retinuit. in hiſtoria Ioſaphat & Barlaam à Damaſceno ſcripta apologus.* *Affine,* Co śie ſtáło. Nie ſtychać. Szukać czégo niemáß. Czás vtrácony.

Co z oczu / to y z ſerca.

Quantùm oculis, animo tam procul ibit amor. *Propert.*

ὃν ὀφθαλμῶν ἄπο, τοῦτον καὶ ἀπὸ τῆς καρδίας. *A.*

Quod procul ab oculis, corde diſtat idem procul.

V. Czégo oczy nie widzą. Nieczeſte widánie.

Co z waſą drugiemu ſpadło / to muśiß ieść. ábo to mi dáć.
Ná tobie mébożé / co mnie tuß nie możé.

Quod aquilæ ex rapto in vorandis cadaueribus ſupereſt, id imbelles aues veluti coruus edunt. *Plini.* *Sic Cic. de Verre rapaciſſimo:* Tantùm quiſq; habet, quantùm hominis auariſſimi ſatietati ſuperfuit. *Et apud Terentium adoleſcens de vxore ſibi diſpliccnte conqueritur dicens:*

Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me.

Prodigus & ſtultus donat quæ ſpernit & odit. *Horati.*

ἡμίβρωτα *Philoſtrat.* Semeſa. *Virg.* Ogryzki.

——— Ecce dabit iam Semeſum leporem aut aliquid de clunibus apri. *Iuuenal. de conuiuatore ſordido, qui conuiuis viliora oppenebat.*

Ago-

Apomagdalia canibus obijciuntur. V. Pásobrzuch.

Cibus alienis dentibus molitus, nauseosus est. *Polydor. Virgil.*

Cœna peracta, reliquiæ circumstantibus diuiduntur, *Seneca.*

μηδ' ἄλλε παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης.

Phocylides. Neq; de alterius dapibus edas reiectamenta mensæ.

ποῖ ἐδὲν μοι δίδως; Nihilnè de vitello? s. mihi das. *Cic. 2. de Diuinat. vbi leges hanc fabellam, vitellum vocat aurum, album verò argentum.*

μὴ θερισμὸν καλαμῶ. Post messem spicas collige. Spicilegio contentus esto. Spicilegium mihi reliquit. Dans quo frui nequis beneficus non eris.

Cudza rana mé bolí. Cudze mésicz oście podzás gwoli.

Naufragia aliorum è terra intueri. s. *tutum vel (sed improbis) iucundum &c. Cicer. qui ait:* Cupio istorum naufragia ex terra intueri.

ἐξαίσης λεύσω τὲμὸν κακὸν ἄλλον ἔχοντα. *Suidas ex Platone.*

Indemnis spectabo alium mala nostra ferentem.

τὸ γὰ οἰκεῖον πέζει πάντ' ἐμῶς, ἐυθὺς δ' ἀκάμων καρδία κῆδ' ἀμφ' ἀλότριον. *Pindarus.* Proprium malum premit quemuis pariter, mox autem expers molestiæ cor nostrum circa dolorem alienum.

ἀλλά τι ἀλλότριον κῆδ' ἐφημέριον. *Theognis.*

Enimuero alienus dolor vnius tantùm diei est.

Bonis tuis rebus meas res irrides malas. *Plaut.*

Simia castaneas prunis & cinere tectas appetens, & eruere non audens, felem arripuit & eius pede eas ex prunis extraxit. Maiolus.

Non vult scire satur, quid ieiunus patiatur. *Anonymus Rhythmicus.*

Affine, Comi do kogo. Cudzego nié żal.

Cudze oko nié bystre. Cudze rece lekkie / ale mespore.
Cudze sprawy lédaiáko odprawuiemy.

Non satis feliciter procedunt, quæ alienis aguntur oculis. *Liuius.*

ἀλλοτρίᾳ χερὶ πονεῖς. Aliena manu laborare. s. *infeliciter.*

ἀλλότριον ἀμᾶν θέρος. Alienam messem metere. s. *negligenter. Aristophanes id alio sensu protulit. Vide* Cudzem sie żywić. *aptè tamen Erasmus deriuat in eos qui in alieno negotio sunt negligentiores, & illud Diogeniani vsurpant.*

ὄκα ἐς' ἐμὸν τὸ πρᾶγμα πολλὰ χαιρέτω.

Multum valeat, non est meum negotium.

Apud Gellium l. 4. c. 20. Censores conspicati equitem habitissimum equo male habito & strigoso insidentem, interrogarunt eum: Cur ipse esset quam equus eius curatior? *Ille vero respondit.* Quia ego meipsum curo, equum verò Statius seruus meus. *Huc pertinet apologus apud eundem positus l. 3. c. 29. de agricola amicos & propinquos ad messem inuitatos & operam pollicitos, triduo frustra exspectante. Adde* Pastorem mercenarium *apud S. Joannem c. 10. descriptum.*

Raro eſt ſatur, aliena quem nutrit monus. *Gallorum dictum.* *Affine*, Oko páńſkie.

Cudze pieniądze licząc / nikt ſię nie zbogáci.

Hecates cœnam parans non erit ſatur. *Vide hoc & plura talia ſub* Drugiemdobry.

Seruus in piſtrino capiſtratus laborans. *ex Polluce & Plinio.*

Bos apud aceruum vel triturans obligato ore, *apud Hebræos. meminit S. Paulus.*

ὀδὶν πλουτήσεις ἀλλότρια χρήματ' ἀριθμῶν. *A.*

Nunquam diues eris nummos numerando alienos.

Vel ex Luciano. δάκτυλα πλουτήσῃς, ἀλλότρια χρήματ' ἀριθμῶν

Diues eris digitis, nummos numerans alienos.

Dare in retia & nil capere. *Vide*, Roboty dobre.

Cudze rzeczy lépſze ſię zdadzą. Sąſiećkie wßyſtko lepſze.

Aliena nobis noſtra plùs alijs placent. *Gellius ex P. Syro.*

κἂν πλουσίῳ μᾶλλον ἀλλότρια πράγματ' ἀμείνω. *A.*

Quamuis felici maiora (meliora) aliena videntur.

—— Maiorq; videtur Et melior vicina ſeges &c. *Iuuenal.*

Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro,

Vicinumq; pecus grandius vber habet. *Ouid.*

Et capiunt animos plùs aliena ſuis. *Idem Ouid.*

Quodq; aliena capella gerat diſtentius vber Tabeſcat. *Horati.*

Nemo ſorte ſua —— Contentus viuit; laudat diuerſa ſequentes. *Ex Horatio.*

Vicinũ, Vá ſwem ſtanie. & Domowemi gárdźiemy. & Oko ſąſiećkie zazdroſćiwe.

Cudzé wády choć máłe / widźiem byſtrem okiem /

A ſwe choć wielkie / pozad rzucamy z tłomokiem.

Wiecey gośćw cudzem domu zá godźinę / niż goſpodarz zá dźień vyrzy.

Aliena vitia in oculis habemus, noſtra à tergo. *Seneca.*

Sed non videmus manticæ quod in tergo eſt. *Catull. ex Apologo Æſopi de duabus manticis, antè & retro ſingulis hominibus pendentibus, in quarum anteriorem aliena vitia, in poſteriorem ſua condunt.* *Alluſit huc & Perſius.*

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere! nemo.

Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. *Et Horat.*

Dixerit inſanum qui me, totidem audiet: atque.

Reſpicere ignoto diſcet pẽdentia tergo. i. *ex ſua mantica deprõpta probra audiet.*

Fit neſcio quo modo, vt magis in alijs cernamus, quàm in nobiſmet ipſis, ſi quid delinquitur. *Cicero.* Foris ſumus lynces, intus talpæ,

Cum tua peruideas oculis mala, lippus inunctis,

Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum.

Quam aut aquila aut ſerpens Epidaurius? *Horatius.*

τί τ' ἀλλότριον ἄνθρωπε βασκαίνεις

κακὸν ὀξυδερκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραλέπεις; *Plutarch.*

Quid homo maligne alienũ malum acutè cernis, proprium verò transmittis oculis?

Ita comparata est natura hominum omnium,

Aliena melius vt videant & iudicent; Quàm sua. *Terent.*

ὁ πάντα Μῶμος ὁρῶν, ἑαυτὸν οὐχ ὁρᾷ. *Tzetzes.*

Qui cuncta Momus videt, haud seipsum videt. *quia inquit idem Tzetzes, duas peras habens, suam retrò, alienam ante se gestat.*

Idem ait: Lamiam oculos exemptiles habere, & domi quidem cùm est, in vasculo eos asseruare, cùm vero foras prodit, sumere. *Idẽ scribit Plutarch. Durius Samius & alij.* Pupulas alienas obseruas, ipse hulceribus scatens. *Senec.*

ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσιν βρύων. *Plutarch.*

Aliis medetur ipse plenus hulcerum.

Apud Horatium Manius quidam carpebat luxum aliorum ipse luxuriosissimus, & dicente ei quodam: An te ignoras? *respondit*: Egomet mi ignosco.

Assine, Drugich opátruiesz. Poznéż śiebie śámego.

Cudze wády rychley niż cnoty obaczamy.

Adest ferè nemo, qui non acriùs vitia in dicendo quàm recta videat. *Cic.*

ὑπαξίας μᾶλλον ἐρεῖ ἡ ὑπαρξία. *A.*

Errata rectis conspicua semper magis.

Cudzego mé żal. Cudzem łácno ßafować. Daléko mé ßwoie.
Szczodrem być z cudzego / Niema mi chwalnego.

Hic alienus oues custos bis mulget in hora,

Et succus pecori & lac subducitur agnis. *Virgil.*

De alieno liberalis. *Seneca inquit.* Non magni est animi, qui ex alieno liberalis est, sed qui sibi detrahit, quod alteri donat. *Sic Cic. de se:* Ad largiendum ex alieno, semper inquit fui restrictior.

οὐδὲν ἐλεεινὸς ἀλλοτρίων χαρίσασθαι. *Homer.*

Nulla misericordia est ex alieno gratificari vel largiri.

Cicero patri de corio Cestij satisfecit. *Seneca.* i. *Q. Cicero Filius, calumniatorem patris sui Tulij Cestium verberibus affecit.*

De alieno corio lúdere. *Apulei.* Ex alieno tergo lata secantur coria. *Erasm.* De meo tergo degetur cerium. *Plaut.*

Huic simile esse ait Rhodiginus, illud apud Iobum. Pellem pro pelle. .i. *vitam alterius contemnet vt suam tueatur. interprete Nicolao & Hieronymo.*

E cute non propria fit bona corrigia. *Garner.*

ἐν τῷ καρῷ ἢ ἐκ τῶν ἑαυτῶν σώμασι τὰς πείρας ποιούμενοι. *Aristides.*

In Care (*vili seruo*) non in suis corporibus facientes periculum.

Chares dux Athenienſium videns milites suos in tempestate segnes, quòd vestibus parcerent, iussit omnes vestes inuicem commutare & alacres omnes ad imperata reddidit, dum nemo alienis parcere curat, vt suis parcebat. Polyanus.

ἐκ τ̃ ἀλλοτρίων ῥᾳδίως ἀναλίσκουσι. *Demoſthenes.*

Ex alienis facile ſumptus (*homines plerig*ꝫ) faciunt. Z cudzy karb bráć łácno/miło/

Polycrates matrem paſcit. *Vide in ſequenti mox.* *Affine* Cudza ráná nić boli.

Cudzem śie zdobić/ chełpić/ głupſtwo.
Cudze zá ſwe vdawáć/ błazeńſtwo.

——— Miſerum eſt alienæ incumbere famæ. *Iuuenalis.*

Aliena quiſquis recitat & quærit famam.

Non emere librum ſed ſilentium debet. *Martial. in furem ſuorum librorum.*

Caluus comatus. *Idem Martial. in quendam libros Pòéta emptos pro ſuis venditantẽ, ait.* Sic dentata ſibi videtur Aegle (*edentula anus*) Emptis oſſibus (*oſſeis dentibus*) *&c.* Hac & tu ratione qua Pòéta es,

Caluus cùm fueris, eris comatus. ſ. *empta aliena coma.*

Βιβλιάγιθος Bibliægiſthus *dictus eſt ab Eratoſthene Andreas medicus, Etymologo teſte, quaſi librorum adulter, quod eius libros compilarit. alluſit ad Ægiſthum Clytemneſtræ corruptorem. de quo Ouidius & Seneca in Thyeſte.*

Sic Virgil. de ſe. Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores.

μάζαν ὃ μεμαχὼς τ̃ ὑπ' ἐμ̃ μεμαγμένην. *Ariſtophan.*

Mazam à me piſtã pinſuit. i. Gloriã meo labore partã in ſe tranſmouit, *vt ait Teren.*

ὄνος ἄγων μυστήρια. *Diogenian.* Aſinus portans myſteria. ſ. *ſuperbit, videns ſe tranſeunte vbiq*ꝫ *homines venerabundos procidere, & ſibi id tribuit.*

ὄνος τ̃ ἐκ λεοντ̃ δέρμ' ἀπικρυπτόμενος. *Euſebius Cæſarien.* Aſinus pelle leonis contectus. ſ. *placet ſibi, cùm tanquam leo verus timetur.*

τραγικὸς βασιλεύς. *Dionyſ.* Tragicus rex. *qui ornamentis alienis ſuperbit.*

ὑπὸ τ̃ λεοντ̃ γελοῖός τις πίθηκος. *Lucian.* In pelle leonis ridicula ſimia.

πολυκράτης μητέρα νέμει. *Zenodot.* Polycrates matrem paſcit. *Samiorum is Tyrannus fuit, qui matres militum in bello occiſorum, locupletoribus ciuibus alendas dabat, dicens.* Hanc tibi matrem trado. *Dictum in eos, qui ex alieno beneſici, beneficium ſibi deberi volunt.* *Regulus humeris Aquilæ vectus ſubitò euolauit, & prior ad locum peruenit. Æſopus apud Plutarch.*

Αἰσώπειος κολοιός. *Lucian.* Æſopicus graculus. *qui vt Gabrias inquit:* ἀλλοτρίοις πτεροῖσιν ἠμφιεσμένος εἶτα γυμνὸς εὑρέθη. i. Alienis ornata cornicula plumis deinde nuda inuenta eſt. *Deſcribit hunc apologum Libanius, in quo cùm regnum auium Iupiter dare aui pulcherrimæ ſtatuiſſet, cornicula hoc intellecto, collegit pulcras plumas aliarum auium & ſe exornauit, ſed in conuentu omnium qualibet auis ſuam plumam agnitam abſtulit, & cornicula nigra remanſit. Alluſit Horat.*

Ne dum forte ſuas repetitum venerit olim

Grex auium plumas, moueat cornicula riſum, Furtiuis nudata coloribus, &c.

De monedula Lucianum interpretatur Henric. Stephan. quam diuerſam facit à graculo.

Cucurbita arbori circũuoluta creuit altior omnibus arboribus, & inde gloriabatur. Alciat.

Pictor

Pictor cùm loquitur, loquitur malè, (*quia hoc non profitetur*) at cum pictura, benè (*quia hæc est eius ars.*) *Vanus enim esset si aliunde quàm ab opere suo plausum exspectaret.* *Rhodigin.*

Themistocles dux Græcorum contra Xerxem, cuidam duci alteri, victoriam sibi attribuenti, respondit hoc apologo. Dies profestus cum die festo altercans iactabat se, quòd cùm dies festus laboribus districtus esset, profestus eum insequens, ab illo præparatis frueretur, cui dies festus respondit: ἀληθῆ λεγεις, ἀλλ' ἐμοῦ γενομένης, σὺ οὐκ ἂν ἦσθα. Rectè dicis, at nisi ego essem, tu non esses. *Plutarc.*

Asinus cum leone pugnam adornabat, interim gallus, cuius vocem leo timet, occinit & leo fugit, quem timore sui fugere asinus ratus, insecutus est & ab eo laceratus. *Æsopus.*

Pygmæus in colosso, & nanus in humero gigantis, magnum se putat.

Pumilio in monte consistens non est magnus. *Seneca. quia non à se sed à monte habet illam altitudinem.* Calliphanes *& quædam similia, V. sub* Cheiplixoy.

Pulchrè Epictetus Græc. Orationes, *inquit*, istæ non cohærent. Ego sum te locupletior vel eloquentior, ergo melior. Sed illæ magis cohærent: Ego sum ditior, ergo mea pecunia tua melior, sic eloquētia, &c. Tu verò nec pecunia nec eloquentia es.

Cudzem śie przypadkiem káiáć / mądrość.

Sąśiécka trwogá / twoiá przéſtrogá.

Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. *Plaut.*

Bonum est fugienda aspicere in alieno malo. *P. Syrus.*

Ex vitio alterius sapiens emendat suum. *Idem.*

Scitum est, Periclum ex aliis facere, tibi quod ex vsu siet. *Terent.*

——— Felix quicunque dolore Alterius, discet posse carere tuo. *Tibullus.*

Felix quem faciunt aliena pericula cautum. ἄδηλον.

Te de alijs, quàm alios de te suauius est fieri doctos. *Plaut.*

Βλέπων πεπαίδευμ' ἐκ τὰ τ' ἄλλων κακά.

Aliena spectans doctus euasi mala.

Optimum est aliena insania frui. *Plini. vterq;* i. *stultitia vel errore alieno erudiri.*

Horatius rogatus cur moribus populi Romani non se accommodaret, respondit:

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respondit, referam; quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

Ex apologo Æsopi sumptum est, in quo vulpes leoni ægroto illam ad se inuitanti, & quare non accederet roganti, respondit: ὅτι ὁρῶ ἴχνη πολλῶν εἰσιόντων, ὀλίγων δ' ἐξιόντων. Quia video vestigia multorum ad te intrantium, & nulla exeuntium. *i. quos tu deuorasti. Eandem fabulam habet & Plato & Lucil. tangit.*

In alio item eiusdem Æsopi apologo, asini interitus, æqualiter prædam leoni vulpi & sibi dividentis, vulpem partiri docuit, sic vt congestis omnibus in vnum cumulum, sibi minimum quid reliquerit: & rogata à leone, vnde tantam prudentiam didicisset, respondit.

Ὄνου συμφορά με διαιρεῖν θήραν ἐδίδαξε. Asini calamitas me partiri prædã docuit.

Addit Planudes epimythion: τὰ τῶ πέλας δυσυχήματα, σωφρονισμοὶ γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις. Infortunia proximorum, documenta sunt hominibus.

Gabrias verò hoc epimythion subijcit. δεῖ ἐξ ὧν πάσχουσιν ἕτεροι, παιδεύεσθαι. Oportet ex iis quæ alii patiuntur, erudiri.

κλαίων φρενώσεις, ὧν φρενῶν αὐτὸς κενός. *Euripides.*

Flens ipse sine mente, reliquis mentem dabis. i. *Dum stultus pœnas suæ stultitiæ luit, cæteri eius exemplo sapiunt.*

Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet. *Horati.*

——Iam proximus ardet Vcalegon.—— *Virgil.*

Bellum est ex alienis erratis vitam suam in melius instituere. *Cicer.*

Ex incommodis alterius sua comparat cõmoda. Terent. i. *æstimat vel acquirit. Donat.* *Plato Plutarcho testè alienis peccatis animaduersis digressus disquirebat, an non ipse quoque in eodem vitio esset.*

——Auidos (*cibi, potus*) vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria sæpè
Absterrent vitijs. *Horat.*
Multorum disce exemplo, quæ facta sequaris,
Quæ fugias. Vita est nobis aliena magistra. *Cato.* *Quæ Planudes sic vertit.*
τῷ πολλῶν παραδείγματι μάνθανε, τίπτε γε ῥέξῃς
ἢ φεύξῃ. διδακτὸν γὰρ τὰ δε διδάσκαλον ἡμῖν.

Leones ciuitates Africæ vastantes aliquot crucifixi, reliquorum impetum cõpescuerunt. Plin. ζημιωμένου ἀνθρώπου πανουργότερον γίνεσθαι ὁ ἄκακον. *Prouerbior: SS. 21.* vt LXX *habent.* Multato pestilente (*nequam*) sapientior erit paruulus (*innocens*) *Symmachus legit.* σοφιωτέραν ὁ νήπιος *aptè ad Latinam vulgatam editionem.*

Casus dementis correctio fit sapientis. *Anonym. Rhythm.* *Adde apologum. Fabri.*

Asinum querentem, quòd careret cornibus,
Et simium, quod caudæ honore: hoc arguit
Sermone talpa: Quî potestis hanc meam
Miseram intuentes cæcitatem conqueri?
Aliena si æstimabis infortunia, Tunc æquiore mente perferes tua.

Æquiore animo filiũ in angulo fleuit, qui vidit acerba funera ex regia duci. *Seneca.*

Canes videntes colonum mactantem bouem quo arabat, dixerunt: Fugiamus tempestiuè, nam nec nobis parcet, qui huic non pepercit. Znam śie tu doſtánié.

Cudzem śie złem ćieſzyć/ máluckość nedzna vćiécha.

Leuis est consolatio ex miserijs aliorum. *Cic.*

Pereant amici dũ vnâ inimici intercidant. *Vetus Versus è Græco factus, quẽ Cic. immanem vocat. Sic autem vt posui legit hunc apud Cic. Lambin. At Erasmus hoc modo.*

Pereant amici, inimici dum intereant simul. *Græcum verò fragmentũ eius versus tale*

ſus tale eſt apud Plutarch. ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. Pereat amicus cum inimico. *Sed & ille ſenarius Sophoclis inhumanus eſt & damnandus.*

ἡδὺ γέλως ἥδιστος ἐκ ἐχθρῶν γελᾶν.

Ridere de hoſte, riſus eſt ſuauiſſimus. *Melius alij.*

ὄλοιο θνητῶν ὁπόσοις λέγων τὰς συμφορὰς. *Lucianus.* (hominũ colligit.

Diſpereat, hominũ colligit quisquis mala, *Vel.* Pereat miſerias quiſquis

τέρπεσθαι ἢ κακοῖσι τελειοτέρης κακότητος. *Nazianzen.*

At gaudere malis perfectæ eſt improbitatis.

Naufragus in puppi lætus moritur, videns inimicum ſuum in prora priùs mergendum. Æſop. Gobrias cum Mago in tenebris luctans, Dario ſuperuenienti & non valenti illum iuuare dixit,, vtrumq; enſe transfige. Plutarch.

Cudzem śie żywić. Cudzego béz prace záżywáć. Drugi robił á on śie dobrzé ma.

Sub aliena arbore fructum legere. *Liui.* En quéis conſeuimus agros! *Virg.*

Choenici inſidere, *interpretatur Eraſm.* aliena viuere quadra. *vide* Obczaday.

ἀλλοτρίοις ὀλαυσίοις χρῆσθαι. *Ex Ariſtophan.* Alienis ſoleis vti.

Gemmas ex alieno littore petere. *Senec.*

ἀλλότριον ἀμᾶν θέρος. *Ariſtophan.* Alienam metere meſſem.

ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσι. *Homerus.*

Alienum victum impune comedunt.

Sportulam captat furunculus. *Tertulian. de eo dicitur qui alienum commodum per fraudem ad ſe trahit: inſtar eius qui ſe clientem vel famulum clientis alicuius mentitur vt honorarium munuſculum cum cæteris accipiat.*

γλυκεῖ' ὀπώρᾳ φύλακος ἐκλελοιπότος.

Eſt dulce pomum ſicubi cuſtos abeſt. *Suidas interpretatur de iis qui ſine labore alienis fruuntur.* **Cudzego záżywáć miło.**

Coctum ab alio edere. ἕψαντος ἑτέρου τ' κύτρεον ὠφελόμην. *Ariſtophan.* Alio coquente ollam (*paratam*) ſuſtuli.

ἀλλότριον κάμαλον σφίσιν ἐς γαστέρ' ἀμῶντες. *Heſiodus de fucis.* Alienum laborem in ſuum ventrem metunt (*congerunt.*)

Tales erant Sponſi Penelopes. *Horat.* μνηστῆρες Πηνελόπης. *Homer.* Proci Penelopes. *quos illa apud Ouidium vocat: Turbã luxurioſam dilacerantem opes Vlyſſis abſentis.*

Vide otium & cibus quid faciat alienus! *Terent.* (*calamitas Thais.*

καλαμάια μάνδας. *Theocrit.* Stipularis locuſta. *Idẽ Nannio quod apud Terent. Fundi*

αὐλητοῦ βίον ζῆν. *Suidas.* Tibicinis vitam viuere. i. *lautè & gratis. Sic apud Plautum:* Muſicè ætatem agere. *Nam hoc ius eſt cantorum & muſicorum vt ſacrificent ſi-ſine fumo. Caſaubon. Iidem dicunt apud Athenæum:* ἄκαπνα ἀοιδοὶ θύομεν. Sine fumo cantores, poëtæ ſacrificamus.

μηχανικώτερος κόκκυγος. Astutior coccyge. *qui in alieno nido oua fouenda & excludenda deponit. Aristotel. Plinius.*

Platalea piscivoris auibus pisces ab illis captos per vim eripit. *Cicer.*

Alter dumetum succidit, alter auiculas accepit. *Garner.*

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores. *Virgil.*

Cudzem śtá żywić mierzíono.

Mala est voluptas alienis assuescere. *P. Syrus.*

ἀλλότρια φαγεῖν, κακὸν ἔθος, καὶ ἡδονή. *A.*

Cibus alienis dentibus molitus, nauseosus. *Polydor. Virg. Dicterium eorum qui alienis scriptis abstinent, vel ea contemnentes, vel suum ingenium exercere & meliora vel saltem sua proferre volentes.*

Sanguinem militum suorum (.i. *aquam periculo vitæ ipsorum partam*) noluit bibere Dauid. 1. *Paralipom.* 11.

Fucus iners alieno labore viuit, *apud Virgil. alluſit & Plautus.*

Nil moror mihi fucum, in alueo apibus qui peredit cibum.

τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅστις ἀεργὸς
ζώῃ, κηφήνεσσι κοθήροις ἴκελος ὁρμήν,
οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοί. *Hesiod.*

Hūc dij oderūt & homines, qui otiosus Viuit, fucis aculeo carētibus similis studio.

Qui apum labores absumunt otiosi. *Apud Theophrastum conuiua impudens cœnans apud vicinum, famulum suum aduocat, & sumpto pane & carnibus è mensa, dat ei dicens:* δεῦχε τίμιε. Epulare vir honorabilis. *Charactere 9.*

Item alius nummorum à famulis repertorum partem poscit dicens: κοινὸν εἶναι ἑρμῆν. Communem esse Mercurium. *Charactere 11.*

Palaton pictor pinxit Homerum in cœtu Poëtarum vomentē, Poëtas verò circumstantes τὰ ἐμεμεσμένα ἐρυομένους. .i. *quæ ille euomuit absorbentes. Rhodigin.*

Cudzy chléb nasmáżnieyßy.

Vt bona summa putes aliena viuere quadra. *Iuuenal.*

οὕτω τί τ' ἀλλότριον ἐσθίειν ἐστὶ γλυκύ. *Ex Athenæ.*

Adeò vsq; dulce est deuorare non tua.

τ' ἀλλότρια δειπνεῖν τ' καλῶς δυσαίμονα. *Athenæ.*

Aliena cœnantem esse felicem nimis.

οἶνος ἀλλότριος ἥδιστος. *Diogenes.* Vinum alienum dulcissimum.

τὸ ἀλλότριον φαγεῖν ἥδιστον. Aliena edere suauissimum.

Parasitus, Plautinus dicit. Foris aliquantulùm quod gusto, id beat, .i. *iuuat, recreat. oblectat.* κρ' χειρῶν ὕδωρ ἥδιστον. *Philoxen.* Suauissima aqua quæ manibus infunditur, *quia cœnam iam afferendam significat.*

Cwiczenie potrzébne/ pożytéczne.

Multi

Multi naturæ vitium meditatione & exercitatione ſuſtulerunt. *Cicero.* Dicendo homines vt dicant (*benè*) efficiunt. *Idem.* Conſuetudo exercitatioq; & intelligendi acuit prudentiam & eloquendi celeritatem incitat. *Idem.*

Cùm in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. *Seneca.* Rzadko ten ßwánkuié/ ktory wprzod probuié. Vita humana propriè vti ferrum eſt, ferrum ſi exerceas, conteritur; ſi non exerceas, tamen rubigo conficit. *Gellius.*

Hominibus inertia atq; torpedo, plùs detrimenti quàm exercitatio affert. *Idem.* τὸ λογιστικὸν ἐν χρείαισιν λάμπει ὥσπερ χαλκός. *Plutar.* Ratio vſibus niteſcit æris inſtar. Agendo homines vt (*benè*) agant efficiunt. *Plinius iuni.* Τ σίδηρον ἡ χρῆσις καθαρώτερον φυλάσσει. *Clemens Stromatem.* Ferrum vſus purius ſeruat. Omnes artes omniaq; opera quotidiano vſu & iugi exercitatione perficiũtur. *Veget.* τὸ ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιτρέπειν, ταῖς ἐμπειρίαις πολὺ τ ἄλλων προέχοντας ἀπεργάζεται. *Iſocrates.* Iisdem ſemper incumbendo experientia, alijs excellere facit.

τὰ φρέατα ἀντλούμενα βελτίω φασὶν γίνεσθαι. *Baſilius.*

Putei dum hauriuntur meliores fieri dicuntur. Studnią czerpániém czyśćiéć: dowćip ćwiczenićm oſtrzéć.

Cygan ſwemi dźiććmi świadczy.

οἰκοθεν ὁ μάρτυς. *Suidas.* ——— Domeſticus teſtis. *Cicero.* Teſtimonium domo vt dicitur miſſum. *Idem.* Teſtimoniũ de ſua re dicit. *Idem.* Stultitiæ ſuæ teſtes domeſtico præconio colligit. *Idem.* Teſtimonium religionem & fidem nunquam iſta natio (*Græca*) coluit. *Idem.* Vndè illud: (*Græcorum dictum*) Da mihi mutuum teſtimonium. *Idem.* Calumniatores de ſinu ſuo appoſuit. *Idem.* De delectu, immo de complexu ac ſinu eius ſunt. *Idem.*

κωμικὸς μάρτυς. al. οἰκιακὸς .i. *Comicus teſtis apud eundem.*

Χορὸς οἰκεῖος *Lucian. Chorus domeſticus. pro laudatoribus fauentibus.*

κἠμὲ ἔφαθ' ἁ μάτηρ πολυδεύκεος ἦμεν ἀμείνω. *Theocrit.*

Me quoq; Pollucem (*pugilem celeberrimum*) mea mater vincere dixit.

Cygáńſki żywot prowádźić.

Nomadicam vel Nomadum vitam agere. *Budæus. Eraſmus.* ἀλήτην βίον ἄγειν. *Ex Homero.* Vagam erronum vitam ducere. ἀμαξόβιον εἶναι. In plauſtris habitare, viuere, vagari.

Czapka zá biret.

Etiam in honore exhibendo ſuperari turpe eſt. *Vlpian.* V. Vkłádność. ἀντὶ Δήλου τὴν καλαυρίαν. *Strabo. Ephorus.* Pro Delo Calauriam .ſ. *rependere vel mutare. vt fecit Latona Calauriam inſulam ſuam, dans Neptuno pro Delo inſula. Vſurpatur id dictum, cùm officium officio penſatur. Vicinum,* Wét záwét. Rowniſmy ſobié.

Czásby mu iuż być vczonem / ſtátecznem / &c. á nie ieſt.

ἑπταετὴς ὢν ὀδόντας οὐκ ἔφυτεν. *Ex Aristophan.*
Septennis cum sit nondum dentes edidit.

Czás do káżdey rzéczy vpátruy.
Káżda rzécz ma (niéch ma) swoy czás.

Γνῶθι καιρόν. Nosce tempus. *ex dictis Septem Sapientum.*
μηδὲν ἄγαν σπεύδειν, καιρὸς δ' ὅπι πᾶσιν ἄριστος. *Theognis.*
Nil nimium properandum, occasio ad omnia præstans.
μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ' ὅπι πᾶσιν ἄριστος. *Hesiodus.*
Obseruato modum, porrò optimum ad omnia tempus.
καλὸν τὸ καιρῷ πάντος εἰδέναι μέτρον.
Res bella cuncti nosse temporis modum.
ὁ δ' καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν. *Pindar.*
Omnibus in rebus culmina tempus habet.
ἀλλὰ τὰ μὲ θέρεσθ', τὰ δ' γίγνεται ἐν χειμῶνι. *Theocritus.*
Ast alia æstiuo atq; hiberno tempore fiunt. *vel potiùs vt Henricus Stephan. interpretatur verbum γίγνεται, nascuntur. & castigat Erasmum.*
Sua cuique parti ætatis tempestiuitas est data. *Cicero.*
Malus paterfamilias est, qui interdiu facit, quod nocte posset, nisi sit tempestas.
Peior, qui festis diebus facit, quod feriatis deberet,
Pessimus, qui sereno die sub tecto potiùs operatur quàm in agro. *Oracula priscorum agricularum apud Plini.*
κόκκυ, ψωλοὶ πεδίον δεῦτε. *Aristophan.* Cucu (*vox cuculi*) hernioſi in campum. *id est. agricolæ vel vinitores pigri instar hernioſorum prodite ad agrum, vel vineam excolendam, en cuculus (qui adulto demùm verè canit) vos euocat ad laborem. Sic & Hesiod.* ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισι. Cùm cuculus canit in quercus folijs vel frondibus. *Alij dictum Aristophanis referunt ad Ægyptios quorum rex versus est in cuculum, cuius vocem illi etiamnum exspectant & ei obediunt.*
μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ' ἔσθιε μήτε φύτευε. *Aristoteles.*
Mentham ne comedas neu plantes tempore belli. *quòd vt idem ait frigida sit, ideoq; audaciæ & fortitudini militari noxia.*
Læta olim lætus cecini, cano tristia tristis,
Conueniens operi tempus vtrumque suo est. *Ouidius.*
Mense Maio nubunt malæ. *Quòd id tempus inauspicatum & mali ominis crederetur de quo sic Ouid.* Hæc quoq; de causa si te prouerbia tangunt,
Mense malas Maio nubere vulgus ait.
Plures huius superstitionis causas affert Plutarchus.
ἰσχυρότατος συναγωνιστὴς ὁ καιρός. *Isocrat.* Validissimus commilito (auxiliator) tempus, occasio. Tempori aptari decet. *Seneca Medea.*
ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τὰ συγκύρσαντα. Collecta cuncta tempore suo grata sunt.

Tempori-

Temporibus parere præcipiunt omnes politici. *Cice.* Tempori cedere, id eſt, neceſſitati parere, ſapientis ſemper eſt habitum. *Idem.*

Immundas fortunas æquũ eſt ſqualorem ſequi. *Plaut.* Dulce eſt deſipere in loco. *Horat.* Miſce conſilijs ſtultitiam breuem. *Idē.* Vlić wádźi pod czás zábáżnowáć.

Ferrum cùm igni candet tundendum eſt. *Garner.*

ὥρη ἐρᾶν, ὥρη ὁ γαμεῖν, ὥρη ὁ πεπαῦσθαι. *Athenæus.*

Tempus amandi, tempus nubendi, tempus ceſſandi. *Sed hæc plura & meliùs Eccleſiaſtes ſacer c. 3.* πᾶσιν ὁ χρόνος καὶ καιρὸς παντὶ τῷ πράγματι. *vel vt Symmachus legit.* πάντος ὥρα. Omnia tempus habent, &c. *quæ plurima recenſet.*

Affine, Káżda béſtya. Z ſtowik. Pilnuy czéſu.

Czás, droga rzécz.

πολυτελὴς ἀνάλωμά ὁ χρόνος. *Theophraſt.* Pretioſa impenſa tempus. Re omnium pretioſiſſima luditur, & viliſſima æſtimatur, immò nullum pretium eius eſt. *Seneca.* Tempora ſucciſiua ego perire non patior. *Cicero.* *Plinius anagnoſten emendanti dixit:* Decē verſus hac tua interpellatione perdidimus.

Czás mi (ábo mu) też uż do ludźi ábo dáley.

ἐ γὸ δὴ ἔτι ϛαθμοῖσι μένῳν ἐλα τηλίκος εἰμί. *Homerus.*

Non enim in ſtabulo manebo ampliùs, tantus cùm ſim.

Czás mu też uż przeſtáć. Czás mu uż wkácić śiedźieć.

Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat. *Horatius.*
Spectatum ſatis & donatum iam rude, quæris (*Idem.*
Mæcenas iterum antiquo me includere ludo. Nō eadē eſt ætas, non mens.
λευκή με θρὶξ δεδόμηθεν εὐηθεῖν ποιεῖ. *Plutarchus.*
Albus capillus iam me donauit rude.
Sic igitur tardâ vires adimente ſenecta,
Me quoq; donari iam rude tempus erat. *Ouidius.*
Sicut fortis equus ſpatio qui ſæpè ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit. *Ennius.*
ναῦς παλαιὰ πόντον οὐκέτι πλώσῃ. *Diogenian.*
Antiqua nauis non nauigabit in mari.
ἵππος ἰβύκος. *Plato.* Equus Ibyci Póëtæ, *qui cùm iam annoſus in certaminibus detritus currui iungeretur, extimuit.* Miſſionem petit vel efflagitat. *ex Cic Sueton.*

Affine, Dość też uż. Stáre pomiarácia. Vſtap.

Czás po temu. Téraz ná to pogodá.

Nunc tuum ferrum in igni eſt. *Seneca.*
Ferrum, nunc igni candet. *Garner.* Res eſt in cardine, *Seruius ex Virgilio.*

Ipſa

Ipſa opportunitate opportunius. *ex Plauto qui ait.*

Ipſa mihi opportunitas non potuit opportuniùs aduenire.

Palumbem ad aream tibi adduxi cape.

νῦν ὀσπρίων ἄμητος. *Suidas.* Nunc leguminum meſſis.

ποιεῖν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν. *Theocrit.* Faciendum eſt aliquid dum virent genua. *Affine,* Lyká drzeč. Pilnuy czáſu.

Czás predko vchodzi. Plyna láta.

Eheu fugaces Poſtume Poſtume. Labuntur anni. *Horat.* Rapit hora diem. *Idē.*

Punctū mobilis horæ. *Idem.* Volat ambiguis mobilis alis Hora. *Seneca. Hippolyt.*

Fugit irreparabile tempus. *Virgil.*

Labitur occultè fallitque volubilis ætas. Et nihil eſt annis velocius. *Ouidius.*

Tēpora labūtur, tacitiſq; ſeneſcimus annis. Et fugiūt freno non remorāte dies. *Idē.*

Eunt anni more fluentis aquæ. *Idem.* Ταχύπους χρόνος. *Epigram.* Celeripes tēpus.

Czás vtrácony nigdy śie nie wróci.

Nec quæ præterijt curſu reuocabitur vnda,
Nec quæ præterijt hora redire poteſt. *Ouidius*

ἄνοστε, παρθενία, χρόνος ὕδωρ, ἡ τ' ἔπος. *A.*

Tempus virginitas, verbum, cum fluminis vnda.

Hæc elapſa ſemper non norunt dēinde reuerti. *ex Anonymo rhythmico.*

Potes huc accommodare Senecæ: In idem flumen bis non deſcendimus. *Vide.*

Żywot lucki bieg do śmierći.

Fruſtra cùm ad ſenectam ventum eſt, repetas adoleſcentiam. *P. Syrus Mimus.*

Nec reuocare potes qui perière dies. *Auſonius.* *Affine,* Co zgineło.

Czás wiele może.

Tempora vim maximā habent. *Cicero.* Tempora in Republ. valent plurimū. *Idē.*

ψυχῆς νοσήσης ἐστὶν ἰατρὸι λόγοι,
ὅταν τὶς ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ. *Plutarchus.*

Eſt mentis ægrotæ medicina oratio. Si quis cor ægrum tempore ſuo molliat.

Temporibus medicina valet. Data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent. *Ouidius.*
Nullaque res maius tempore robur habet. *Idem.*
ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν!
Vt maxima eſt puſilla res loco data!

καιρῷ τυχῶν ἡ πτωχὸς ἰσχύει μέγα. Tempore ſuo pauper quoq; poteſt plurimùm.

πολλοὺς ὁ καιρὸς ἄνδρας ἐκ οὐκ ὄντας ποιεῖ. Occaſio viros efficit qui non erant.

In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt primum. *Terentius,*

ὁ χρόνος σοφώτατος ἁπάντων, ἀνευρίσκει γὰρ τὰ πάντα. *Tales.*

Tempus ſapientiſſimum omnium, adinuenit ſiquidem omnia.

πολιὸς τεχνίτης χρόνος. *Diphilus.* Antiquus artifex tempus.

Czás wßystko otwiera / wyiáwia.

Veritatẽ dies aperit. *Seneca.* Quicquid vis quale ſit ſcire, tempori trade. *Idem.*
πάντ' ἀναπύστ χρόνος. *Sophocles.* Omnia aperit (explicat) tempus.
πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος εἰς φῶς φέρει.
Omnia reuelans tempus in lucem refert.
φράδει πάνθ' ἅλιος ἄμμι. *Theocrit.* Enuntiat nobis omnia tempus. (*Sol*)
ὁ χρόνος πάντων βασανιστής. *Eugubin.* Tempus omnium explorator.
Nihil opertũ quod non reuelabitur, & occultum quod non ſcietur, *S. Matth. c. 10.*
ἤθους ὁ βασανὸς ἐστιν ἀνθρώποις χρόνος. Morũ hominis explorator tẽpus optimus.
ἅπαντ' ὁ μακρὸς κἀπεριλθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα, κἀφανῆ κρύπτει. *Sophocles.*
Omnia longum & infinitum tempus occulta detegit, & conſpicua abſcondit.
Temporibus peccata latent, & tempore parent. *Cato.*
κρύψειν ἁμαρτοσύνην ὁ χρόνος οὐ δύναται βροτοῖσιν. *Mylius.*
Quicquid ſub terra eſt, in apricũ proferet ætas, Defodiet, condetq; nitẽtia. *Horat.*
ἄγει δ' εἰς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. Et veritatem tempus in lucem extrahit.

Czás wßytko trawi / pſuie. Z láty wßyſtko vſtáie.

Quid non longa dies, quid non conſumitis anni? *Martial.*
Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus æui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte. *Ouidius.*
Tabida conſumit ferrum lapidemq; vetuſtas, *Idem.*
——— Quid non longa valebit Permutare dies! *Claudian.*
Damnoſa quid non imminuit dies! *Horatius.*
Omnia tempus edax depaſcitur, omnia carpit,
Omnia ſede mouet, nil ſinit eſſe diu. *Seneca Philoſophus in Elegiacis.*
χρόνος χαίρει μεταπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα. *Diphilus.*
Mutare tempus amat in peius omnia.
πάντα μεροπεσσι παρέρχεται. *Epigram.*
Omnia hominibus vel humana pertranſeunt.
Singula de nobis anni prædantur euntes (*Horat.*
Eripuere iocos. Venerem, conuiuia, ludũ Tendunt extorquere poëmata.
ἀιὼν πάντα φέρει. δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
ὄνομα καὶ μορφὴν καὶ φήσιν ἠδὲ τύχην. *Plato.*
Omnia fert ætas. mutantur tempore longo
Fortuna & forma & nomen & ingeniũ, *Fert .i. aufert. vt & apud Virgil.*
χρόνος δ' ἀναιρεῖ πάντα καὶ λήθην ἄγει.
Res & memoriam tempus aufert omnium.

χρόνος παυδαμάτωρ ἀδάμας. *Nonno.*
Tempus indomitum omnia domans.
ζήψει δ' πέτρην ὁ πολὺς χρόνος. *Anthologi.* (*al.* ψήχει. *radit.*) Putrefacit & petram longum tempus. *Affine*, Co dáléy to gorzey.

Czás wßyſtko vłácnia/ vśmierza. Zá czáſem wßyſtko śie mieni.
Dies adimit ægritudinem hominibus. *Terent.* Multa vetuſtas Lenit. *Ouid.*
Tempus medetur moleſtijs. *Seneca.* Longa dies conſumit dolorem. *Idem.*
Ac veluti primò taurus detrectat aratra,
Pòſt venit aſſueto mollis ad arua iugo. *Properti.*
Iam tempus illi fecit ærumnas leues. *Seneca Thyeſte.*
λυπῆς δὲ πάσης γίγνετ' ἰατρὸς χρόνος. *Diphilus.*
Moleſtiæ omnis tempus eſt medicus (*bonus*)
λύο τοῦτο ὁ χρόνος ποιεῖ, ἢ ἐπιλαθάνεσθαι ἡμᾶς, (κακῶν) ἢ συνηθέντας ὡς καλὰ ἀγαπᾶν. *Vlpianus Rhetor.* Duo hæc tempus efficit vt vel obliuiſcamur (*moleſtorum*) vel tanquam bona amemus, (*aſſueti ijs*)
Hoc etiam (*tempus*) ſæuas paulatim mitigat iras,
Hoc minuit luctus mæſtaq; corda leuat. *Ouid.*
Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat. *Cic.*
Aut tempus aut ratio dolorem decoquit. *Garner. Simile illud in Anthologio. de amore.* ἔρωτα παύει λιμὸς εἰ δὲ μὴ, χρόνος·
ἐὰν δὲ μηδὲ τοῦτα τὴν φλόγα σβέσῃ,
σοὶ θεραπεία τοιπὸν ἡρτήσθω βρόχος· ἄδηλον.
Amorem ſedat fames. ſin minùs, tempus. Si verò ne hæc quidem flammam exſtinguant, Medicina tibi de reliquo appendatur (aptetur) laqueus.
Dies ſtultis quoque mederi ſolet. *Cicero.*
Plauſtrum vetus non ſtrepit vt nouum. V. Vlży śie zá czáſem ćiężar. Vłátog vłácnia trudnośći.

Czaſu oßczaday.
χρόνῳ φείδε. *Clemens Stromat.* .i. Tempori parce. Salutare præceptum: Tempori parce. *Seneca.* Vetera præcepta ſapientum, iubent tempori parcere. *Cicero,* Ego tempora ſucciſſiua perire non patior. *Idem.* Profuſiſſimi ſumus in eo, cuius vnius honeſta auaritia eſt. *Seneca.* *Affine*, Czás droga rzécz.

Czaſu pogody / boy śie wielkiéy wody / ábo nawáłnośći.
Gdyś ná ſwobodzie / myśl o przygodzie.
Omnes cùm ſecundæ res ſunt maximè, tùm maximè
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant. *Terent.*
Ingrediare viam cœlo licet vſque ſereno. (*accipe.*
Ad ſubitas nunquam ſcortea (*pænula*) deſit aquas, *Martial. Allegoricẽ*

Contrahes

Contrahes vento nimiùm ſecundo Turgida vela. *Horatius.*

In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparet, & contra iniurias fortunæ inter beneficia firmetur. *Seneca.* In die bonorum ne immemor ſis malorum &c. *Eccleſiaſtic. c. 11.* Araneæ incrementa amnium futura præſentientes, telas ſuas altiùs tollunt. *Plini.* Cum fueris felix, quæ ſunt aduerſa caueto. *Cato.*

ἐυ πράττων σύγε καὶ ἀναπλία πάντα φυλάττε. *Planudes.*

ἐξώστην εὐτυχὴς ἄθρει. *Varro.* Turbinem felix exſpecta.

χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δεῖν' ὁρᾶν. Oportet extra mala ſitum mala cernere.

ἐν εἰρήνῃ μελέτων τὰ πολεμικά. Tempore pacis cogitandum de bello.

ἐν τῇ θαλάττῃ ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ, καὶ ἐν γαλήνῃ. *Æſchylus.* In mari ſolicitudinem parit nox gubernatori ſapienti, etiam dum tranquillum eſt. *Vide Xenophontis ſententiam ſub* Do Bogá gdy trwogá. *Affine* Przeyźrzáne przypádki.

Czći góry/ moſty/ Chcéſz-li mieć grzbiét proſty.

Polonorum peculiare hoc dictum eſt; cui pontes noſtratium plerumq; mali, occaſionem dedére. vt & illi alteri. Moſt Polſki/ Poſt Niemiécki/ &c.

Apud Latinos nil tale mihi legere contigit. quare propriè vertendum eſt, cum etiam ſit νθ ξελικόν. εὐλαβεῖσθε τάτε ὄρη ὁδοιπόρε, τάς τε γεφύρας. *A.*

Montes & pontes moneo, venerare viator.
Mons & pons offert ſat crebra pericula plauſtris.
Mons & pons quoties ſe offert deſcendito curru.
Per pontem & montem pedibus tranſite curules.
Dum ſe offert mons, pons, pedibus ne fidito equinis.

Gallorum dictum ſimile habet Garner. Pons, amnis, locus difficilis, cùm eſt traijciendus, ſeruus dominum præcedat. *Apud Græcos Ariſtides habet quid ſimile:* ἀλλ' ἅρμα ἀναβαίνῳ ἔφη θαρρήσειεν ἂν ἐς κρημνὸν ὁρῶν. i. Neque currum aſcendere audeat quis præcipitium videns.

Czći Kántorzé Miſtrzá. Czći Klécho Plébaná.

Triuiale dictum eſt è ſcholis ſumptum. Vulgò etiam Latinè dicitur: Honores (*i. honora*) digniores. ἀμείνονες, ἀμείνους. *Quadrat & illud S. Pauli.* Cui honorem (*debes*) honorem (*exhibe*) *Item illud.* Presbyteri duplici honore digni ſunt. *Et apud Lucianum Philoſophus duplici portione dignus cenſetur.* V. Dobrzé co vmieć. *Affine* Stárßy godnieyßy. Pierwßy Woyt niż Láwnik.

Czégo bárzo żadamy/ Tego śie ſpodźiewamy.

Quod quisque ſperat, facilè credit. *Seruius.*

Sperant omnes quæ cupiunt nimis *Eraſm.*

ἃ γὰρ θυμεῖ ψυχὴ, πιστεύειν φιλεῖ. *Heliodorus.*

Quæ concupiſcit animus, ea amat credere.

Credidimus. quis enim damnet ſua vota libenter? *Martialis audiens ſe heredem ſcriptum à Gallico, ſed deceptum.*

Cur ego non votis blandiar ipsè meis? Prona venit cupidis in ſua vota fides. *Ouid.*

Czégo chwalić nié możéß / nié gań.

ὃν ἔχω πῶς ἐπαινέσω, ψέγειν δ' ὃ βέλομαι: *Vlpian: Rhetor.*

Non habeo quomodo laudem, *(vel Laudare non poſſum)* vituperare nolo.

Czego maß potem żałować / Tego śie lépiey wiárować.
Lépiey dźiś vpátrować / niżli iutro żałować.

Quotidie pridie caueat, ne faciat quod pigeat poſtridie. *Plautus.*

Caue pridie quotidie, ne quid agas hodie, cuius te pœniteat poſtridie. *S. Auguſtin.*

μεταμελεῖν τοσούτου ὃν ὠνέμαι. Pœnitere tanti non emo. *Demoſthenes apud Gellium de pretio ingenti quod Lais Corinthia amatoribus ſtatuebat.* ſ. μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον. *Mille drachmas aut talentum.* (.i *10000 denariorum, vel mille coronatos. Budæ.*) dixit: ὃν ὠνέμαι μυρίων δραχμῶν μεταμελείαν. Non emo mille drachmis pœnitentiam. *Simile illud Mart. l. 10. ep. 58.* Argenti libram mittebas, facta ſelibra eſt. Sed piperis. Tanti non emo Sexte piper. **Drogi to pieprz.** *ferè 6. taleris.* *Simile* **Lépiey nié grzeßyć niż pokutować.**

Czégom żadał / tego-m doſtał / abo doczékał / otrzymał.

Decidit in caſſes præda petita meos. *Ouidi.*

ἠμὶ βάλεν, ἐδ' ἄρα μὶν ἄλιον βέλος ἔκφυγε χειρός. *Homer.*

Conijcit, eáque manu non irrita miſſa ſagitta eſt. **Tráfił.**

ὑμεῖς δ' ἔχητ' ὅμοια τοῖς βουλεύμασιν. *Euripid.*

Vos verò habetote inſtituto congrua. **Czego śie wam chciáło / to was potkáło.**

νῦν εἰς χώραν ἦλθον. *Suidas.* Nunc in regionem veni.

Czego nié możeß poprawić. Lépiéy cicho w ſobié ſtrawić.

Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, & Deum ſine murmuratione comitari. *Seneca.* —— Superanda omnis fortuna ferendo eſt. *Virgilius.*

Animus æquus optimum ærumnæ condimentum eſt. *Plautus.*

χρὴ τλήμονα καλεπτῖσιν ἐν ἄλγεσι κείμενον ἄνδρα. *Theogni.*

Oportet fortem ſeu confidentem eſſe in magnis doloribus virum.

τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν. *Euripides.*

Fata numinis mortalis cum ſis oportet feras. **Co Bog dopuści znoś.**

Vxoris vitium aut tollendum aut ferendum. *Varro.*

Simile eſt. **Co muße rad vczynie. Przykrośći folgá cierpliwość.**

Czégo oczy nié widzą / tego ſercu nié żal.

Quàm procul eſt oculis, tàm procul eſt animo. *Ex Propertio qui ait.*

Quantùm

Quantùm oculis, animæ tàm procul ibit amor.
τὰ ἔξω ὀφθαλμῶν, ἔξω φρενῶν. Quæ extra oculos ſunt, hæc extra animum.
Quod non videt oculus, cor non dolet. *S. Bernardus.*
Dimiſſum (*amiſſum*) quod neſcitur, non amittitur. *P. Syrus.*

Czégo pánowié náwárza/ Tém śie poddáni popárza.
Gdy pánowié zá iby chodza/ poddánem włoſy trzęſą.
ὅσα ἐξημαρτῶν βασιλεῖς, τίνυται ἀχαιοί. *A.*
Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui. *Horatius.*
Sic 2. Regum 24. ob peccatum Dauidis tot millia è populo peſte periêre.
——— Procerum motus hæc cuncta ſequuntur.
Humanum paucis (.ſ. *regibus, dandi caſu*) viuit genus. (.i. *inſeruit, propter eos eſt. Lucanus.* *Affine huius.* Ná vbogiégo wſzedy kápié.

Czégo śie kto nié vczył/ nié rób/ nié podéymuy śie/ nié vcz/ zániéchay.
Nauem agere, ignarus nauis timet. abrotonum ægro Non audet niſi qui didicit
Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis, (dare. *Horat.*
Indoctuſq; pilæ, diſciue, trochiue, quieſcit. *Idem.*
Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus. *Idem .i. vt ſciat ſibi vetita ignota.*
ἃ γὰρ δεῖ νοεῖσ' οὐ μηδέποτ' ἐσθλὰ μαθόντες. *Phocylides.*
Non etenim norunt bona qui nunquam didicêre.
δρᾶν ἢ θηρᾶν ἃ πρέπει τ' ἀμήχανα. *Sophocles.*
Primùm autem venari (aggredi, tentare) non decet quæ efficere nequeas.
ἱππικὴν δεδαότα μὴ ᾄδειν. *Nazianzen.* Equitandi peritus ne cantet.
πεζῇ βαδιζάτω ὁ καλῶς ἱππεύειν ἐπιστάμενος. *Iſocrates.*
Pedes eat qui equitare bene non didicit.
Ne ſutor vltra crepidam .ſ. *iudicet. Apellis dictum apud Plinium.*
Simile dictum apud Athenæum citharoedi, qui fabro ſecum de Muſica contendenti dixit:
Non ſentis te vltra malleum loqui?
Apud Plinium Apelles Alexandrum de coloribus diſputantem monuit: Caueret ne à pueris rideretur. *Simile quid reſpondit Megabyzo Perſæ idem Apelles apud Plutarch.*
Choreas non adeat qui ſaltare non didicit. *Garnerus.*
Extra regulam & circinum neſcio quicquam. *Mathematici dictum. Carol. Bouillus.*
Lupus dum agno deuorando canit, deprehenſus à canibus ait: Coquus ego natus fui non cantor. Abſtineat luſu qui luſus artem ignorat. *Eraſmus.*
V. Nié podéymuy śie. &c. Jeśliś ſwiéc/ pátrz ſwego kopytá.

Czégo śie naiadł/ tego śie náiadł.
Non eſt moleſtus creditor venter, paruo dimittitur, ſi das illi quod debes, non quod potes. *Seneca.* Eſurio, edendum eſt. Vtrum hic panis ſit plebeius, an ſiligineus, ad naturam nihil pertinet, &c. Vtrum ſit aureum poculum, an cryſtallinum

linum, an manus concaua, &c. nihil refert. *Idem.* Nil præter cibum natura deſiderat. Ambitioſa non eſt fames, contenta deſinere eſt. quo deſinat non nimis curat. *Idem. Citat idem Horatij illa.* Num tibi cùm fauces vrit ſitis, &c. *l. 1. Satyra 2.* Non habet panem meus piſtor! ſed habet villicus, habet atrienſis, habet colonus. Malum panem inquis! exſpecta, fames illum ſiligineum reddet. *Idem Seneca. & plura in hanc ſententiam ſæpiùs.* *Simile eſt.* Głodny nié przebiera. Zły głod.

ἄπαξ λιμὸς ἐνδιδωσι βρώματα. *A.* Cuiuſmodicunq; cibus expellit famem.

Czégo śie nié ſpodźiewaß / to rychley przypadnié.

Inſperata accidunt magis ſæpè quàm quæ ſperes. *Plautus.*

Nam multa præter ſpem ſcio multis bona eueniſſe. *Idem.*

Dij veſtrâ fidem! quâ ſæpè temerè eueniunt, quæ non audeas optare! *Terent.*

ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνει βροτοῖς. Incredibilia multa hominibus accidũt.

πολλὰ δὲ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν. *Pindarus.*

Multa hominibus præter animi ſententiam euenerunt.

βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνει ἀκ ἐικότα. *Agathon.*

Hominibus inopinata plurima accidũt. *Affine,* Gdźié śie czégo nieſpodźiéwaß.

Czégo zgoła nié czuiemy / Ná to śie nic mié ſkar-żymy.
Miękko ſpał / kto ná łáwié cáłą noc przéſpał.

Bene dormit, qui non ſentit quam malè dormiat. *P. Syrus.*

τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ (κακὸν) ἡδονὴν ἔχει τινὰ νοσοῦντα. *Euripides.*

Quædam eſt voluptas ſi malum non ſentiat æger.

κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία. *Idem.* Lucrum in malis eſt ignoratio (eorum.)

Czégo ſie nowa ſkorupká napiié / tem záwſze trąci.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. *Horati.*

Naturâ tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis (*al. animis*) percepimus. *Quintilian.* Vt ſapor quo noua imbuis durat; nec lanarum colores, quibus ſimplex ille candor muratus eſt, elui poſſunt. *Idem.* ὃ ἅπαξ ἐν νεότητι πεσόντα, ἐν γήρᾳ ὀρθοῦν ἀδύνατον. *Suid. ex Ariſtophane.* Eum qui ſemel in iuuentute lapſus eſt, in ſenectute corrigere impoſſibile. *Ideò Antipatro victori Laconum poſcenti 50 iuuenes obſides, negauit Eteocles Ephorus, ne mala educatione corrumperentur: ſenum vel mulierum duplum ſe daturum obtulit. E Plutarcho.*

ὁ μικρὸν διαφέρει τὸ ἅπαξ ἢ ἅπαξ εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ παμπόλυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. *Ariſtoteles.* Non parui refert hoc aut illo modo ſtatim à puero aſſueſcere, immò plurimùm intereſt, magis verò in eo totum eſt ſitum.

——— Adeò à teneris conſueſcere multùm eſt. *Virgilius.*

Præcipuum iam inde à teneris impende laborem. *Idem.*

ὁποῖοί τις ἂν ἐν τῇ παιδείᾳ ἐρεπήσῃ, τοιαῦτα καὶ ἐπόμενα εἶναι dixit Plato.

Ad qualia] quis in pueritia incubuerit, talia & quæ ſequuntur fore.

πάθη

πάθος γίνεσθαι φύσις. *Syneſius.* Affectus vel paſſio, tranſit in naturam.

Plurimùm enim interereſt quibus artibus, & quibus hunc (*filium*) tu,
Moribus inſtituas. Serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta:
Illi eadem ſumptis quærunt animalia pinnis.
Vultur iumento & canibus crucibuſq; relictis,
Ad fetus properat, partemq; cadaueris affert:
Hic eſt ergo cibus magni quoque vulturis, & ſe Paſcentis, &c.
Sed leporem aut capream famulæ Iouis (*aquilæ*) &c,
——— Indè autem cùm ſe matura leuabit
Progenies ſtimulante fame, feſtinat ad illam
Quàm primùm prædam rupto guſtauerat ouo. *Iuuenalis.*
Cui puer aſſueſcit, leuiter dimittere neſcit. *Anonym. Rhythm.*
Quod noua teſta capit, inueterata ſapit.

Affine, Jáki kto z młodu. &c. Natog drugie przyrodzenie. Stáre odmienić trudnó.

Czégo śie wſtydzimy / to rádzi kryiemy.

Pauo amiſſa cauda latet, donec renaſcatur. *Ex Plinio.*

ἠρᾶς πεφθεὶς ὠρείας φωλεῖ ταῶν. *A* Caudæ decore perdito pauo latet.

Midas auriculas aſini à Phœbo vel Baccho offenſo ſibi affictas, mira arte occultabat. *ex Diogeniano Perſio, &c.* Struma dibapho tegitur. *ex Cicer. Vtroque ſenſu verum eſt.* *Sic* Caluus comatus, *apud Martialem, qui dedecus aliquod adſcititijs ornamentis tegit.* *Et* Senex tinctis capillis, mentiens iuuenem. *apud eundem.*

Czégo vyść nie możeß / wytrway.

Hem iſta virtus eſt, quando vſus eſt, qui malum fert fortiter. *Plautus.*

Feras non culpes quod vitari non poteſt. *Gellius ex P. Syro.*

Stultum eſt timere, quod vitare non potes. *P. Syrus Mimus.*

τῇ ἀνάγκῃ δοῦλε θεοὶ μάχονται. *Plato.* Neceſſitati ne dij quidem repugnãt.

δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν. *Euripides.* Ferre opus eſt quæ ſunt à dijs.

Affine, Przykrośći folgá ćierpliwość. Co muße / to rad vczynie.

Czégo wiec bárzo prágniemy / o to śie bárzo boiemy.

Quia tam miſerè (i. *veldè*) hoc eſſe cupio verum, cò vereor magis. *Terentius.*

——— Tunc plurima verſat Peſſimus in dubijs augur timor. *Statius.*

μεγάλῳ ἔρωτι συνέπεται μέγας φόβος. *A.*

Eſt comes amori perpetim iunctus timor.

Czeka tego iák káma dżdżu. *vulgus etiam dicit.* Jak Bóg dobrey duße.

ἰκτῖν ὗεσιν προσδοκᾷ. Miluus pluuiam exſpectat. *Nam Miluius bibit, licet rariùs.* *Et Ioannes Tzetzes ſcripſit:* *Miluium ſolas aquas pluuias dum pluit bibere, ideòq; exſpectare dum pluat.* *Itaq; dictum Polonicum eruditionem egregiam ſapit, quam ex mente Tzetzis Græci depromptam habes.* *Simile illud:* βοῦς ἄμητον ἐπιμηθεύεις.

Boues

Boues meſſem obſeruantes. *Vel* βῶς εἰς ἄμητον. *ſ.* ἀναβλέπων. Bos meſſem reſpectans, *quia triturans bene paſcetur.*

ἐμὲ ἐπελπίσαντες ἐν ἀγορᾷ περιμένοντι κεχηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα πετομένην τερηγότες οἱ νεοττοί. *Lucian.* Sperantes me (*ait Plautus*) in foro exſpectant hiantes, vt hirundinem aduolantem ſtridentes pulli. (*riſtot.*

Terra arida pluuiam .ſ. *appetit, deſiderat. Euripidis verſus eſt apud Athenæum & Ariſtotelis contrarium appetit contrariũ, vt turpe pulchrum, egeſtas copiã. &c. transfer ad alia.*

ἐρᾷ μὲ ὄμβρε γαῖ' ὅταν ξηρὸν πέδον.

Amat humus imbrem quando ſiccatum eſt ſolum.

Czékáć długo prágnacemu / márkotno.
Żadzy wielkiéy mála chwilá / Żda ſie iák nadłużßa milá.

Fames & mora bilem in naſum conciunt. *Plautus.* Miſer eſt exſpectatione. *Idem.* Spiſſum (*.i. tardum*) iſtud amanti eſt verbum. Veniet, niſi venit. *Idem.* Odioſa res eſt Circenſibus (*ludis equeſtribus*) pompa. (*oſtentatio apparatus ante ludos, eos remorans.*) *Seneca.* Eſt enim bonarum etiam rerum ſolicitis exſpectatio grauis. *Idẽ.*

ὅτω τι πρᾶγμ' ἐστ' ὀλίγου τὸ προσδοκᾶν. *Menander.*

Adeo moleſta res eſt exſpectatio.

Occidunt me, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere, in apparando conſumunt diem. *Terentij Æſchinus ſponſus nuptiarum cupidus.*

Longa mora eſt nobis omnis quæ gaudia differt. *Ouidi.*
Tempora ſi numeres, benè quæ numeramus amantes. *Idem.*
Dieſq; Longa videtur opus debentibus, & piger annus
Pupillis quos dura premit cuſtodia matrum. *Horatius.*
Eſt cupiditati & ipſa tarda celeritas. *P. Syrus.*
Etiam celeritas in deſiderio mora eſt. *Idem.*
Omniſq; nimium longa properanti eſt mora. *Seneca Agamemnone.*
Omnis mora latrante ſtomacho bilem mouet. *Mirandula. Taubman.*
Semper res odioſa mora. *Verinus.* V. Głodnemu nabárżiey ſie mießka.

Czékay końcá.

ὄρα τέλος μακρᾶς ζόης. *Solon.* Specta finem longæ vitæ.

Exſpectare Solon finem docet ortus Athenis. *Auſonius.*

Quod ſequitur ſpecta. *Cato.* σκέπτεο μὴ τὰ τ' ἐόντα, τὰ τ' ἐσόμενα ὕστερον. *Planudes.*

μὴ πίστευε τάχιστα πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει. *Phocylides.*

Ne ſubitò credas finem antè aſt noſcito certò.

τὴν καταστροφὴν δράματος προσδόκησον. Finem fabulæ exſpecta.

Manendum vel exſpectandum vſque ad Plaudite. *Ex Horatio. Cicerone.*

Adde apologum de Piſcatoribus, qui rete graue læti trahebant, piſces rati, ſed illo extracto lapidem grandẽ triſtes conſpexerunt. Æſopus. *Aſſine,* Dáléko do tego. Vńć iuż końcc, Końcc to pokáże, Vńć chwal przéd śmiércią, Ogladay ſie ná poſlédnie kołá.

Czerwieni

Czerwieni śię. Rumiány bárzo. Czerwony iák rydz. Zbladł iák Toruńska cegłá.

διονύσου ἱερεύς. *Heſychius.* Bacchi ſacerdos. in hominem rubente velut ebrioſi facie. *Sic Cic. in Piſonem:* Erant illi fluentes ceruſſatæque buccæ.

Squilla aſſa rubicundior. *Vide ſub* Piéczé ráki. *vel noſtro more.* Cancro rubicundior cocto. καρκίνου ἐρυθρώτερος ἐφθοῦ. ζυκάμινον ἀλφίτῳ πεπασμένον. Morum farina ſubactum, variegatum. *Scomma hoc ſcurra quidam Athenis iecit in Syllæ vultum rubris maculis conſperſum. Plutarch.*

Czeſte mieſcá odmieniánie / tráci luckie záchowánie.
Biégun wiéle zwiedźi świátá / á nigdźié nie naydźié brátá.

Peregrini multa habent hoſpitia, nullas amicitias. *Seneca.*

Nuſquã eſt, qui vbiq; eſt. *Idem.* Planta quæ ſæpiùs transfertur, non coaleſcit. *Idē.* λίθος κυλινδόμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ. Lapis volutus ſæpiùs, muſco caret.

Czeſto ßkodá dobrego potyka / minawßy złego.

Sæpè quæ agellos peſſimi cuiuſquẽ tranſit, optimorum virorum ſegetes grando percutit. *Seneca.* καλοῖς κακὰ, κακοῖς καλὰ πολλάκις τυγχάνει. *A.* Bonis mala, malis ſæpè contingunt bona.

Affine, Dobrem źlé / złem dobrzé.

Czeſtować hoymé. Czéſtował hoymé.

ὅλον ὅλον ὑποκαῦ εἴχομεν. *Lucian.* Quem totam furno aſſam habuimus.

παρέθηκεν ἡμῖν ὅλους ἐκ κλιβάνου βοῦς. *Ariſtophanes.* Appoſuit ſolidos è clibano boues. .i. *aſſos integros. Sic apri ſolidi apud Romanos inferebant menſis Plini. l. 8. c. 5. Iuuenal. Satyra 5. Martial. l. 1. epig. 44. l. 9. ep. 49.*

μηδικὴ τράπεζα. *Syneſio.* Perſicus apparatus. *Horat.* Perſarum more epulari. *Æmili. Probus.* Apparatus regius. *Idem.* Boues immolare. *eſt magnificos ſumptus facere in epulas vel alia.* V. Szczodrobliwy. Bos Empedoclis. V. Obiad kosztowny.

Czéſtował ģ áż nié tráfił do domu / do drzwi / ábo czéſtować éię bede áż &c.

Ironicῶς & in malam partem accipe. Ex ambiguo ſenſu iocus eſt. nam aberrare quis à domo ſolet, vel in lauto conuiuio ebrius, vel plagis impos animi factus. De conuiuio ſic apud Xenophonem in Epigrammate. —— πίνειν δ' ὅσσον κεν ἔχων ἀφίκηαι οἶκαδ' ἄνευ ποδὸς μὴ πάνυ γηραλέου. Bibendum tantùm, vt diſcedas domum ſine anteambulone, nec multùm ſis ſenex. .i. *ſeni gradu vacillante ſimilis. Accomoda dicto Polonico.* V. G. Tantùm bibit, vt non ſine anteambulone domum diſceſſerit multùm ſenex. *De plagis autem iocatus eſt Plautinus ſenex in Rudente præcipiens ſeruis vt lenonem prohibeant vexare naufragas feminas, dicens.* Ni iſtunc iſtis (*clauas eis monſtrat*) inuitaſſitis (.i. *inuitaueritis, percuſſeritis*) vſq; adeò, donec quà domum abeat neſciat, Perijſtis ambo. ſ. *ſi illas digito tetigerit,*

quod præcessit. *Apologus est cuiusplam huic loco aptus, de Cane inuitato ab alio cane, qui percussus, properè elapsus dixit:* Tam bene cœnaui vt nescià quî effugerim.

Częſtuią śie iák N. N. do wiéżé.

Digniori prior locus & ingressus debetur vel offertur. *Ironicῶs Iacobus Ponæanus, de ijs qui callidè & fictè aliquem se honorare simulant, refert ex Historia Vrbinensi. Tubicinē iussum à Duce aquā rapidā & verticosam priùs ingredi, reuerentia exhibita Duci respondisse:* Absit vt sim tam agrestis, qui vbiq; te sequi soleo, hîc vt præcedam.

Tergiuersantur veluti barathrum ingressuri. Barathrum *Suidas scribit fuisse carcerem Athenis, vt Latomias Romæ & Syracusis Plaut. Cic. Immò Apud Plautum in Captiuis Lapicidinas Acheronti similes ait Tyndarus.*

Χαρώνειᾶ θύρα. .i. Charontis ianua. & *νομοφυλακείᾶ θύρα.* Nomophylacum seu iudicum ianua, *apud Suidam. qua rei ad supplicium à iudicibus damnati, educebantur.* Charontis *item* cymbam animæ defunctorum ingressuræ tergiuersantur & cum portitore disputant. *apud Lucianum.* *Hinc dicterium sit:*

ἐπέχουσιν ὡς περὶ τὴν Χαρωνείᾶ θύρας A. Morantur vt Charoniam ante ianuam.

Vel Perinde cunctantur ac si Latomias vel Charontis ianuam sint ingressuri.

Quæritur qui primus frangat glaciem. Tardus est pes ad molesta. Periculum alius in alium reijcit.

Częſtuią śie iák N. N. z wiéżé.

Iocus est: seriò dicas. Vlie trzébá ich częſtowáć.

Sic fugere ex cauea, volucris cunctatur aperta. *Ironicῶs.*

Naufragio primus quiuis emergere tentat. *Seriò. Vel*

Nullum in naufragio discrimen honoris habetur.

Scilicet è flammis aliquis fugientibus ordo est!

ἔιχεσ' ἑαυτῆς ὥστε φεύγουσες φλέγειν. vel φλόγα. A.

Ironia est. Cedunt sibi via vt quos premunt incendia. V. Kto pierwßy ten lépßy.

Cztowiek béz cztowieká być nie może.

Omnes nati sumus ad societatem & communitatem humani generis. *Cic.*

Alterum alterius indigere natura voluit. *Idem.*

ἄλλᾳ δ' ἄλλον ἔθηκε θεὸς δεῆσθαι ἀνάγκᾳ. Theocrit.

Alium alio indigere hominem statuit Deus.

Cztowiek cztowiekowi zdrowie / żywot.

Homo homini Deus, si suum officium sciat. *Cæcilius apud Symmachum.*

Homo sacra res homini. *Seneca.* Deus est mortalis iuuans mortalem, & hæc ad æternum gloriam via. *Idem.* Homines nulla re magis ad Deos accedere, quàm salutem hominibus dando. *Cicer.*

Conueniens homini est hominem seruare voluptas.

Et meliùs nulla quæritur arte fauor. *Ouidius.*

ἄνθρωπ@ ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. Homo homini Deus. ſ. *qui benè facit. nam hoc Dei proprium eſt, cuius vicem talis homo ſungitur.*

εὖ γὰρ εἰρῆσθαι φασι: ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεὸς, ὅταν εὐεργετῶσιν. *Strabo.* Bene dictum eſt hoc: Homines maximè imitari deos cùm benè faciunt alijs.

Człowiek człowiekowi zgubá.

Homo homini lupus. *Plaut.* ἄνθρωπ@ ἀνθρώπῳ λύκ@.

Ab homine homini quotidianum periculum. *Seneca.*

Cætera animantia in ſuo genere probè degunt; homini plurima ex homine ſunt mala. *Plini. Anacharſis rogatus:* τί ἐστι τὸ πολέμιον ἀνθρώποις; Quid eſſet infeſtum hominibus? *reſpondit:* αὐτοὶ ἑαυτοῖς. Ipſi ſibi ipſis.

Huc ſpectat illud Polybij. Hominum vitam cum vita piſcium comparantis. *Et in SS. libris Habacuc. cap. 1. ait.* Et taces deuorante impio iuſtiorem ſe. Et facies homines quaſi piſces maris, quorum qui maiores ſunt deuorant minores, *vt etiam habet Varro & Oppian. Vide* Kto mocnieyßy/ ten lepßy.

Człowiek teſt właśnie iáko liſt drzéwny: Któż gdy vpádnie z tad ma być rzéwny?

Ineptum eſt flere quòd amœnis arboribus folia decidant. *Seneca.*

οἵηπερ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν. *Homer.*

Qualis foliorum generatio, talis & hominum. *Vel.*

Tale hominum prorſus genus eſt quale eſt foliorum.

Et S. Iobus hominem vocat: φύλλον ὑπὸ ἀνέμου κινούμενον. *i.* Folium quod à vento mouetur vel rapitur.

Człowiek igrzyſko boſkie.

Dij nos quaſi pilas habent. *Plaut.* Miris modis dij ludos faciunt hominibus Mirisque exemplis ſomnia in ſomnis danunt (.i. dant.) *Idem.*

ἄνθρωπ@ θεῶν παίγνιον. *Syneſius.* Homo Dei ludicrum, ludibrium.

παίζειν τερφᾷ ὁ δαίμων καὶ ἀνθρώπους. *Euripides.*

Voluptatem habet cum hominibus ludens numen.

οἱ ἄνθρωποι μὴ θεῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων παίγνια. *Philoſtrat.*

Homines non Dei tantùm, ſed ipſi ſibi inuicem ſunt ludicra.

Ludit in humanis diuina potentia rebus. *Ouidi.*

——— Tantò maiores humana negotia ludi. *Iuuen.* ſ. *quàm Floræ, Cereris.*

ὁ θεὸς πολλάκις χαίρει οὓς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, οὓς δὲ μεγάλους μικροὺς. *Xenophon.* Deus ſæpe gaudet paruos faciens magnos, & magnos paruos.

Sic & Æſopus interrogatus quid faceret Iupiter? reſpondit: τὰ μὲν οἰκοδομεῖ, τὰ δὲ καταβάλλει. Alia ædificat, alia deſtruit.

Człowiek márna rzécz.

Homo bulla. *Varro.* φυσαλίς ὁ ἄνθρωπ@. *Lucian.*

ἄνθρωπος ἱκανὴ πρόφασις, εἰς τὸ δυστυχεῖν. *Menander.*
Ad calamitatis nomen, esse hominem sat est.
οὐδὲν ἀσθενέστερον γαίας τρέφει ἄνθρωπου. *Homer.*
Nil infirmius homine terra nutrit.
ἄνθρωποι φύλλοισιν ἐοικότες. *Idem.* Persimiles foliis homines.
Quasi solstitialis herba paulisper fui, Repente exortus sum, repentinò occidi, *Plau.*
ἀκμὴ τὸ σύνολον ἀνδρὸς ἀνθος διαφέρει.
A flore robur (*hominis*) maximum differt nihil.
σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. *Pind.* Homo vmbræ somniũ. Puluis & vmbra sumus. *Horat.*
ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον. *Sophocles.*
Tantum modo vmbra & flatus est quiuis homo.
ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν καὶ κεφὴν σκιάν. *Idem.*
Video enim nos nil aliud esse, quam Idola & vacuam vmbram quotquot viuimus.
Quemcunque miserum videris, hominem scias. *Seneca.*
Præclarè hunc locum illustrat Plinius in præfatione libri septimi.
Homunculi salillum animæ. *Plaut.* i. *vasculum salis vel corpusculum animatum, cui anima pro sale data sit ne putrescat. vt Varro ait.*
κεραμικὸς ἄνθρωπος: Fictilis homo. *vt S. Paulus appellat corpora humana, vasa fictilia. Et Cic. vasa fictilia vocat luteum negotium.* i. *fictilè opus.*
Vnde superbit homo cuius cõceptio culpa. Nasci pœna, labor vita, necesse mori?
ἀνθρωπον αὐτὸν ἑνὰ αὐτὸ κρείττονα καὶ πάλιν χείρονα εἶναι, *dixit Plato apud Plutarchum.* Hominem vnumquemq; seipso aliàs meliorem aliàs deteriorem esse. s. *prout vel rationem vel affectus sequitur.*
Linquere tres libras nuper promiserat auri (*seletus.*
Petrus. at is tantùm verba reliquit, Homo est. i. *vanus mendax. Claudius Ro-*
Plato cum Heliconem quendam Dionysio per literas commendasset, scribens illum esse virum probum, modestum &c. in fine addidit: γράφω δέ σοι ταῦτα, ὡς ἀνθρώπῳ ζώῳ φύσει ἐυμεταβόλῳ. Hæc verò tibi scribo de homine, animante natura mutabili. *Plutarch.* *Vulgaris est rhythmus.*
Cùm fex, cùm limus, cùm res vilissima simus,
Vnde superbimus? ad terram terra redimus.

Człowiek nic bydle / to iest / nic ma żyć iak bydle.

Deus docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos. *Iob 35.*
Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. *Psalm. 31.*
Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. *Genes. 4.*
Non vt edam viuo, sed vt viuam edo. *Quintilian. idem ante illum dixit Socrates.*
Esse (.i. *edere*) oportet vt viuas, viuere non vt edas. *Cicer.*
Victus cultusque corporis ad valetudinem referatur & ad vires, non ad voluptatem. *Idem.* *Secus tamen faciunt multi, de quibus Iuuenalis ait:*

Non pro-

Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cœci propter patrimonia viuunt.
ἄνθρωπος ὐχὶ ταὐτὸ τοῖς ἀλόγοις πέλει. *A.*
Non eſt idem homo, ratione quod brutum carens.

Cztowiek nie bydle. *aliter.*

Homo non eſt tam duri corporis quam ſunt bruta, quare clementiùs tractari debet. Vel. Homo non eſt tam ſtupidus quam bruta ſunt, & ratione ac oratione non plagis excitari ac dirigi debet. Vtrumq; hoc præclarè exaggerat Seneca epiſt. 47. Serui ſunt? immò homines. Serui ſunt? immò contubernales. Serui ſunt? immò humiles amici. Serui ſunt? immò conſerui, *&c.* Seruis nec tanquam hominibus quidem, ſed tāquam iumentis abutimur, *&c.* Viue cum ſeruo clementer, comiter quoque & in ſermonem admitte & in conſilium & in conuictum & menſæ tuæ adhibe, *&c.* Colant potiùs te quàm timeant. an homini parùm eſt quod Deo ſatis eſt, qui colitur & amatur? Regum nobis animos induimus, &c. *Digna doctrina ethnici, quæ legatur à noſtratibus, qui colonos ſuos duriſſimè & indigniſſimè ac etiā iniquiſſimè tractant.*

Cztowiek nie kámien. Czuie ta kiedy bija. Nie ośla ná mnieſkórá.

S. Iobus c. 6. ait: μὴ ἰσχὺς λίθων ἡ ἰσχύς μου; ἢ αἱ σάρκες μου ἐκ χαλκέας; Nunquid fortitudo lapidum fortitudo mea? aut caro mea ænea? *Sic* LXX. *legunt cum interrogatione, Latinus interpres abſque interrogatione, eodem ſenſu.*

Non elephanti corio circumtectus ſum. *Ex Plauto.*

πῶς δ' οὐ φῂς, τὸ μὴ ἀλγεῖν μαστιγούμενον; ὁ γὰρ χελώνης ἢ καράβου τὸ δέρμα περιβέβλημαι. *Lucian.* Quomodo dicis non dolere cæſum? non enim teſtudinis aut carabi (*cancri magni*) cute circumdatus ſum.

Seruus apud Plautum iniuriam vel contumeliam paſſus, ait: Tam ego homo ſum quã tu .i. *aquè ſentio moleſta. Idem tamen Pœta* Hominem ſtupidum Lapidem *per probrum tralato ſenſu ſæpiùs vocat. Idem facit & Terentius.*

Cztowiek śie nie dla śiebie tylko rodźi.

Zyć mu też tylko ſobie śie nie godźi. Sam żaden nieſwoy.

Non nobis ſolùm nati ſumus, ortusque noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. *Cicer.* Homines hominum cauſa generatos eſſe (*idem ait*) vt ipſi inter ſe alius alii prodeſſe poſſent, *&c.* (*Quare inquit idem*) Communes vtilitates in medium afferre debemus mutatione officiorum, dando, accipiendo; artibus, opera, facultatibus deuincire hominum inter ſe ſocietatem. Ad ſocietatem & communitatem generis humani nati ſumus.

ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ γέγονεν μόνον. *Plato.*
Tantùm ſibi ipſi nemo noſtrum naſcitur.
Sic vos non vobis nidificatis aues,
Sic vos non vobis mellificatis apes, &c. *Virgil. Scaliger.*
τοῦτ' ἔστι τὸ ζῆν, οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνῳ. *Menander.*

Hæc vera vita eſt, non ſibi vni viuere.

βούλε δ' ἀρέσκειν πᾶσι μὴ σαυτῷ μόνον. Cunctis placere non tibi ſoli velis.

Adde ex Calcagnino apologum de Buxo, quæ miſſa ad Iouem à plantis & herbis vt eis virorem perpetuum impetraret; ea ſibi ſoli id obtinuit, quare reuerſa odium apud omnes incurrit & ſterilitate damnata eſt. Rectè etiam obſeruauit S. Cyprian. præceptum nobis à Domino vt dicamus: Pater noſter, non meus. Et Panem noſtrum, non meum, &c. *vt charitas & coniunctio mutua commendaretur.*

αὐτοῖσι κἀμοὶ Χίοισι. *Ariſtophan.* Ipſis & Chiis. *Dictum hoc vſurpabant cùm ſibi bona precabantur, amicos ſimul memorantes. Sumptum ex more Athenienſium qui in ſolennibus ſacrificijs & precibus hac formula vtebantur, Chios amicos addentes. Poteſt etiam hoc dicto facete perſtringi is, qui ſibi tantum bona precatur vel optat, nulla facta mentione amicorum & benè meritorum, ſubiungendo verbis eius.* κ' Χίοις. *Et Chiis.*

Człowiek tak / Bóg inák.

Homo proponit, Deus diſponit. *Thomas à Kempis.*

ὁ ἄνθρωπος προβάλλεται, ὁ δὲ θεὸς διαβάλλει.

Nō enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ; neq; viæ veſtræ, viæ meæ. *Iſa. 55.*

Ancoræ iactum anteuertit Deus. V. Niechćiał tego Bog.

Człowiek wielki / zacny / godny / á podłemi śie rzéczami bawi.

ἀετὸς μυίας θηρεύει. Aquila muſcas captat.

Domitianus Imp. muſcas captabat & configebat quotidie priuatim. Suetoni.

Człowiéká trudno / ábo / nié záraz poznáć.

ἦθος ὁ βασανὸς ἐστιν ἀνθρώποις χρόνος. Morum probatio tempus eſt mortalibus.

χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος,
κακὸν δ' κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μιᾷ. (al. μιᾷ) *Sophocles.*

Mora ſola temporis probum monſtrat virum, At improbum vel vnica agnoſcas die.

——— χαλεπὸν δ' ἑτέρου νόον ἴδμεναι ἀνδρός. *Theocrit.*

Difficilè eſt alienam noſcere mentem.

χαλεπώτερον δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδέν. *Theognis.*

Nil magè difficilè eſt hominem quàm noſcere fictum.

ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι, ἀδὲς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι. *Euripid.*

At quo malus noſcendus eſſet hominibus. Innatus eſt nullus character corpori.

Człowiéká zgubić mé pół rzéczy.

Sędźia zwłacza béz przygány. Gdy kto na śmierć ma być zdány.

ὁ τ' ἰχθύων ἐστὶν ἄνθρωπον φονεῦν. *A.*

Non trioboli res ſit hominem neci dare.

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt. *Iuuenal.*

Nero initio imperii nondum corruptus, poſtulante Præfecto vt decreto de nece duorum latronum ſubſcriber. t, ait: Quam vellem neſcire literas! *i. ne ſubſcriberē. Seneca. Suetoni. Theodoſius*

Theodoſius iunior cuidam roganti, cur nullum ex inimicis capite multaſſet? reſpondit: Vtinam mihi liceret & mortuos ad vitam reuocare. *Panormitan.*

Scipio Africanus dixit: Malle ſe vnum ciuem ſeruare, quàm multos hoſtes occidere. *Plutarc.* *Idem dictum vſurpabat Antonin. Pius Imp. dicens.* Malle ſe vnum ciuem ſeruare quàm mille hoſtes occidere. *Capitolin.*

Alexander Magnus matri poſcenti cædem cuiuſdam innocentis, & nouem menſium beneficium veteri alleganti, reſpondit: Hominis ſalus nullo beneficio penſatur. *Rhodigin.*

Alphonſus quærenti, cur perfugas è Caieta quam obſidebat ſeruaret, reſpondit: Pluris facio horum vitas quam centum Caietas. *Panormitan.*

Homini non eſſe prodigè homine vtendum, *monet Seneca.*

Ptolemæo inter aleam cauſas capitales cognoſcenti, Berenice vxor libellum cum criminibus eripuit, & ipſum reprehendit vtiliter, ſiquidem is iam damnatos, cauſa eorum examinata abſoluit. Ælian. *Affine* Lépicy winnemu przépuśćić &c.

Cztowiékiem śie być pámietay/ ábo znay. Wſzyſtkośmy ludźié.

Homo ſum humani à me nil alienum puto. *Terent.*

Vah! cenſen' hominem me eſſe? erraui. *Idem.* *Sic apud Iuuenalem mulier in crimine deprehenſa ait*: —— Clames licet & mare cœlo Confundas. Homo ſum.

Ne quæras Deus eſſe. *Ex Pindaro.* V. Przeſtań ná ſwem.

ἄνθρωπος ὢν, μέμνησο τ̃ κοινῆς τύχης.

Cum ſis homo communis es (.i. *eſto*) ſortis memor.

ἄνθρωπον ὄντα σαύτον ἀναμίμνησκ' ἀεί. Motalis es, meminiſſe ſemper id ſtude.

Homines ſumus: homines nos eſſe meminerimus. *Cicer.*

Æquum eſt meminiſſe, hominem eſſe & me & vos. *Idem.*

Neque enim mihi cornea fibra eſt. *Iuuenal.* Z iać téż cztowiék.

Philippus Macedo victis Athenienſibus ſeruum conſtituit qui ſibi ter quotidie diceret: φίλιππε ἄνθρωπος εἶ. Philippe Homo es. *Ælian.*

καὶ γοῦν ἐγὼ δὲ οὐδὲ ἐκ δρυὸς ἐδ' ἀπὸ πέτρης ἐγενόμην. *Plutarch.*

Sane ipſe quoque non ſum è quercu nec è petra natus.

τὸ δ' κεφάλαιον τ̃ λόγων, ἄνθρωπος εἶ. *Menander.*

Sermonis autem ſumma totius eſt, homo es. *Antigonum regem Hermodorus in Pòémate quod eidem obtulit Solis filium appellauit, cui rex reſpondit*: Non hoc de me ſentit λατανοφόρος: i. ſeruus à matula, &c. *Rhodig.* *Affi.* Pawie poyrzy ná nogi.

Cztotem zá cztść.

Formula eſt, qua vtuntur ij qui conuiuio lauto & iucundo accepti, latos & gratos ſe poſtridiè aut poſtmodum teſtantur. ſumpta ex ritu aliquo benè meritis caput inclinandi, vel fronte terram, aliudué quid tangendi. *Sic apud Ciceronem Timotheus Platoni à quo pridie cœnula acceptus erat, dixit*: Veſtræ cœnæ, non ſolùm in præſentia, ſed etiam poſtero die iucundæ ſunt. ſ. *moderatæ, ſalubres.*

ἡ σὰ τράπεζα τερπνὴ ἔλα κ' εἰς ἄυριον. *A.*

Apud

Apud Plautum feminæ post conuiuium dicunt: Ventum gaudeo Ecastor ad te: Ita hodie hic acceptæ sumus suauibus modis. *Item.* Ita in prandio nos lepidè atq; iucundi accepisti apud te, vt semper meminerimus: & eo à nobis magnam inisti gratiam. *Item.* Pol istoc quidem nos pretio facilè est frequentare tibi..i. *vt Varro explicat.* Facilè est efficere vt adsimus sæpiùs cùm tam lautè nos acceperis. Łácno nas tám do śićbić przywabiß. Bedźiem tu częśćiey bywáć. *Affine* Sobre śle samo dźiękuić.

Posset hoc & ironicῶς seu per Antiphasin vsurpari. V. Dźiękuićć vbogi.

Cztery kąty á piec piąty.

Idem Puśtki. *Periphrasis est ex partium enumeratione. Dictum nihili.*

Czuyny. Spi mié śpiąc.

Gruum vigilantia. *nota ex Plinio & Pierio.* Et Dux vel excubitor gruum lapidem vno pede tenens, alteri insistens, *symbolum vigilantis ducis. qualis Alexander Cæsar, &c.*

Gallus etiam vigilantis excubitoris typus Sybaritis odiosus. Pierius.

Anserum *item* vigilantia celebris *apud Liuium, ob quam etiam publico sumptu apud Romanos alebantur, teste Cicer. Plini. Plutar.*

Leporinus somus. *est apertis palpebris dormire, quod Græcis est* κορυβαντιᾶν (*vel* ἀπαλαμνᾶν) *Plini. l. 11. c. 37.* Corybantiare *apud Catullum & Plini. legit Scaliger eodem sensu. De tali somno etiam Varro ait:* Leuisomna mens somnorinas imagines affatur, non vmbrantur somno pupulæ.

Luscinarum *item* vigilantia, *celebris est. de qua Prouerbium Græcum vigilantem hominem notans.* ἐδ' ὅσον ἀηδόνες ὕπνωσιν .*f.* καθεύδει. *Suidas.*

Neq; quantùm luscinię dormiunt, dormit. *nam totis ferè vernis noctibus canunt. Plini.*

Draconis *præterea* nota vigilantia. *Vnde illud.* Ceu Draco thesaurum custodit. *quia is thesauros custodire dicebatur ob acutum visum & vigilantiam. ex Cic. Artemidoro. Festo. Nam à* δέρκω *video* ἔδρακον, Draco vel Dracon *dicitur.*

Sic apud Apollonium 4. Argonautic. Draco vellus aureum custodiens *dicitur.*

ὀξὺς ἀὐπνοισιν ὄφις ὀφθαλμοῖσι. Serpens insomnis acutis oculis.

Et Ouid. Peruigilem nobis supereſt sopire draconem. *qui custos erat arboris aureæ. vel velleris aurei, nam variant fabulæ.* Draco Hesperidum, *idem.*

ἄϊπνος ὥσπερ τὸ χρυσοῦν ἐκεῖνο κώδιον φυλάττων. *Lucian.*

Peruigil ceu aureum illud vellus custodiens.

ὕπνου δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων. *Aristophan.*

Oculis abesto leniens animum sopor. *Socrates Philosophiæ studiosum sic admonet. Alexander Magnus, argenteam pilam supra peluim tenens dormiebat, vt ea lapsa strepitu suo eum excitaret. Ammian.* Profectò vita vigilia est. *Plini.*

ἐδὲ παπαλὴν ὕπνου. *Aristophan.* Ne micam quidem somni. .*f. gustauit.* Lucernam Epicteti vel Cleanthis aut Aristophanis habet, *qui vigilantissimi erant.*

Addo iocum ex Cic. de Caninio. Vigilantia *inquit* mirifica fuit Caninius, qui toto suo consulatu somnum non viderit. *Nam is vno tantum die Consul fuit.* Scopelizni instar

ni instar lucubrat. quē ἀυπνότατον. .i. *parcissimi vel nullius ferè somni vocat Philostrat.*

Czyią ßkodą / tego y grzech.

τῷ ζημιωθέντι πυκνὰ τ' ἔγκλημα πεφυκόσιν. *A.* Damnū passo, culpa obuia.

Dictum hoc ex more hominum peruerso ortum habet, qui cùm malè agant, hoc tamen dicto suum errorem tuentur. Nam plerique è vulgo damnum passi statim conqueruntur, lamentantur, irascuntur, suspicantur, maledicunt, vlciscuntur, & peccant. cùm tamen id non ex damno proueniat, sed ex affectu & animo illorum malo.

Secùs viri probitatis solidæ, qualis Iobus, damnum passi æquissimo animo ferunt, nullum accusantes sed voluntati diuinæ obsequentes & gratias agentes. (allatum.

Attigere hanc veritatē & Ethnici non pauci. Vide sub Pokorą *exemplū aulici ex Seneca Zeno naufragium passus gratias egit Fortunæ quòd se ad vnum pallium redactum philosophari compulisset. Laërtio teste. V. infrà.* Vięßcześćia. (Petrarchæ.

Multa in hanc sententiā leges tum alibi sæpe, tum in consolationibus, Plutarc. Cic. Senec. Refelles hoc dictum, etiam ex ijs, quæ infrà sunt, sub Przykrośći folgą ćierpliwość.

Czym śie nád inße barzo wynośiemy / z tęg wiec hańbe więtßą odnośiemy /

ἐφ' ᾧ φρονεῖς μέγιστον, ἀπολεῖ σέ τό. *Menander.*

Quo gloriaris maximè, hoc ipso peris.

Czyń co maß czynić. Czyń maß-li czynić.

Hoc age. *Plaut. Horat.* Mens id agat & adsit. *Cicero.*

ὄκ ἄγε. .i. τὸ πρᾶττε. *Plutarcho teste, præco clamabat dum sacra peragebantur. Transfertur & ad alia. Terent.* Ipsum video cum Dauo, hoc agam. *Et Plaut.* Hanc rem age. *Chæreas Caligulam gladio percutiens & coniuratos ad cædem excitans, dixit. Suetoni.* Hoc agerent & ferirent. *Idem in Galba.* Hoc agamus. *Seneca.* Ad quod venimus hoc age. *Tertullian.*

Ταῦτα πράττον ἀνὴρ ὃδ' ἐν ποιῶν. *Cratin.* Hæc age homo nihil agens .i. otiosè.

Sed hoc agamus huc qua ventum est gratia. *Plaut.*

Czyń-ż tu dobrże ztemu / niégodnemu / niéwdzięcznemu.

Hercle miserum est, ingratum esse hominem, id quod facias benè. *Plaut.*

Men' men' seruasse vt essent qui me perderent! *Pacuuij versus cantatus in funere Julij Cæsaris ab amicis intimis occisi. Suetoni.* Ingratitudo exsiccat fontes (.s. *beneficiorum*) *Garner. Gallic.* *Affine,* Dobrże czynić ztemu.

Czyniß śie czym-ęś nie ieśt.

Senator sine prouocatione. Senator voluntarius lectus ipse à se. *Cic.*

Legatus sine mandatis. *Idem.* Iam autem tu nobis præturam geris! *Plaut.*

δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. *Aristophanes.* Seruus cùm sis, comam geris. *Nam apud Lacones solis ingenuis comam alere licebat.*

λαγὼς ὢν βριάρεως φαίνεται. *Posidippus.* Lepus cùm sit Briareus videtur, *qui gigas centimanus fuit, idem Ægæon apud Virg.* Czyni śie lwem á on tchorzem.

Czystości miłośnik.

Mus albus. *seu* Mus Armenius, *symbolum est casti hominis vel castitatis, quia is mundiciei amantissimus est, & cœnum ac sordes omnes ita odit, vt si ante ostium casi quid spurcum videat, non exeat; & capi se potiùs, quàm fœdari malit. Franciſc. Petrarcha. Pierius. Plinius.* *Apes item Venereos homines & meretrices aliasq; feminas à recenti Venere prodeuntes oderunt & acriter pungũt. Pierius ex Plutarcho, Pindaro, Virgilio.*

Smaragdus *item castitatis typus, quia tactus ab aliquo in re Venerea rumpitur. Pierius.*

Plura vide sub Bez-żenitec.

Czyta wiele. Vtonął w księgach. Czytánie do náuki drogá. Kśięgá za mistrzá ſtoi.

At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis. *Perſius.*

Συγχρωτίζεσθαι τοῖς νεκροῖς. *Laërtius.* Cum mortuis conuerſatur. *Apud Suidam Zenoni inquirenti de vita optima oraculum redditum est:* Συγχρωτίζεσθαι τοῖς νεκροῖς, ὅπερ ἦν, δηλαδὴ τοῖς παλαιοῖς διὰ τῶν βιβλίων. Concolorem eſſe mortuis, vel verſari cum mortuis, id eſt, cum veterum libris, eos legendo.

Sapit enim ſchola diuinum quiddã, quo afflata mens vix à lectione reuelli poteſt. Rhodigin.

τοῖς ἀφώνοις διδασκάλοις ἀντὶ ζώσης φωνῆς χρῆσθαι.

Mutis magiſtris vice viuæ vocis vti. *ex Gellio.*

ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς. *Alexis.*

Vidêre homo Cyræneus eſſe tu mihi *qui ſtudioſiſſimus fuit lectionis. Athenæus.*

ἄντρον ἐς Ἑρμοῦ ἐσελθεῖν. *ex Orpheo.* Antrum Mercurij ingredi. *Sic eſſe vocatos libros ab Ethnicis ſcripſit Tzetzes.*

Et Heraclitus excitans adoleſcentes ad lectionem librorum, dicere ſolebat: Introite, nam & hîc dij ſunt. *Gellius.* Heluonem librorum vocat. *Cic. M. Catonem. Heluoni librorum accommodat Eraſmus illud Plauti de anu multibiba dictum.* Quis iſtic fluuius quem non recipiat mare? *Origenes ob ſtudium aſſiduæ lectionis* Chalcenterus *dictus eſt, & poſt illum Didymus.*

Libros Alphonſus Aragoniæ rex vocabat Optimos licet mortuos conſiliarios. *quòd ij nil diſſimularent, ſed abſq; lenociniis veritatem clarè & liberè exponerent. Panormitanus.*

Omnium bonarum artium ſcriptores legendi & peruolutandi. *Cicero.*

Vt cùm in ſole ambulamus, etiamſi ob aliam cauſam ambulemus, fit naturâ tamen vt coloremur: ſic cùm doctorum libros ſtudioſiùs legimus, ſentimus orationem noſtrã illorum cantu quaſi colorari. *Idem, ſed in ſingulari prima perſona dixit.*

τοὺς παιδείας ἀρεγομένους χρὴ μελίττης δίκην, μηδενὸς μὲ ἀπείρους ἔχειν, πανταχόθεν ὃ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. *Iſocrat.* Eruditionis ſtudioſos oportet inſtar apis, nihil inexploratum relinquere, ſed vndecunque vtilia colligere.

Ita Simonides apud Plutarchum aiebat: Apes ex floribus non odorem vel colorem, vt homines faciunt, ſed mel quærere. *Idem Plutarchus lectores docet imitari non puellas, quæ ex odoriferis tantùm floribus ſerta conficiunt diurnum opus; ſed apes, quæ ex amaris etiam herbis mel diu duraturum colligunt.*

Lege

Lege Franciſci Sacchini libellum de ratione vtiliter legendorum librorum. Habet eadem de re Poſſeuinus plura in ſua Bibliotheca.

Scripſere item de eadem re Baſilius. Plutarch. Seneca, & alij. His adde Catonem, qui Diſticha ſua filio commendans, ait: Præcepta mea ita legito, vt intelligas. Nam legere & non intelligere, negligere eſt. τὸ ἀναγινώσκειν καὶ μὴ γινώσκειν, καταγινώσκειν ἐστὶ. *Plautides.*

Budæus l. de aſſe de ſe ſcripſit: Se libris operam ſatis multam, præceptoribus verò longè variorem quàm tonſoribus dediſſe. Alfonſus rex Aragoniæ quater decies ſacra Biblia cum commentariis legit. Antoninus. Panormitanus, teſtis eſt.

Czytánie/ nié ſtoi zá ſłuchánie. ábo/ za kázanie.
Dobrzé czytáć/ lépiey ſłuchác. Lépſzy miſtrz niż kśiegá.
Głos/ Orator/ Káznodzieiá/ lépſzy żywy/ niż martwy.

Mitto tibi libros. Plùs tamen tibi viua vox & conuictus, quàm oratio (.i. *lectio*) proderit. *Seneca.* Libri non interrogant nec reſpondent. *Platonis dictum.* V. Milczacy.

ἄμεινον τῇ φωνῇ ζώσῃ χρῆσθαι ἢ τοῖς ἀψύχοις διδασκάλοις. Præſtat viua voce quàm mutis magiſtris vti. ſ. *diſcentem.* Magis, vt vulgò dicitur, viua vox afficit. Nam licèt acriora ſint quæ legas, altiùs tamen in animo ſedent, quæ pronuntiatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis affigit. *Plini. iuni.*

Actio orationis vita. Pronuntiatio eſt quaſi motus quidam vitalis. *Quintilian.* Ferè quæ impetu (*in oratore dicente*) placent, minùs præſtant ad manus relata .i. *priuatim maturè lecta. Seneca.* Czytánie rozſądnieyſze/ niż ſłuchánie.

Licet ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione ſuppetat, tamen viua illa vt dicitur vox, alit pleniùs. *Quintilian.* Nam actio in dicendo dominatur. eſt enim quaſi ſermo quidam & eloquentia corporis, conſtans voce & motu, cui Demoſthenes primas & ſecundas & tertias tribuit. *Cicer.*

ζώσης φωνῆς μείζω ἐνεργείαν εἶναι. Viuæ vocis maiorem vim eſſe.

Vulgare eſt. Melior eſt viua vox quàm mortua pellis.

Æſchines cùm legiſſet Rhodijs orationem Demoſthenis contra ſe, qua in exilium electus eſt, admirantibus cunctis adiecit: τί ὃ εἰ αὐτὸ θηρίον τὰ αὐτὰ ῥήματα ἐβόων ἠκηκόητε. (.i. quid ſi ipſam beluam hæc verba ſonantem audiſſetis) *& erat Æſchines* μεγαλοφωνότατος (.i. *magnæ vocis*) *fatebatur tamen, meliùs ea pronuntiaſſe ipſum qui pepererat. Hac Pleni. iunior.* ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖ ὁ θυμός. *Herodot.* In auribus hominum habitat animus.

Vnde Horatius audiens Catium referentem dogmata cuiuſdam Epicurei magiſtri, rogat eum vt illum commoda occaſione ad illum audiendum deducat, quod id diſcenti vtilius ſit ipſum magiſtrum audire. (ſed ironia eſt mera) dicit ſic.

Docte Cati, &c. Ducere me, auditum perges quocunque memento.
Nam quamuis referas memori mihi pectore cuncta,
Non tamen interpres tantundem iuueris. adde

Vultum habitumque hominis, quem tu vidiſſe beatus
Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura
Non mediocris ineſt, fontes vt adire remotos
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

Eſt iucundum problema apud aliquos ſcriptores in vtramq; partem diſputatum. An lectio ad diſcendum vtilior ſit auditione, an contra. *habet illud Eraſm. ſub Titulo* Muti magiſtri. *Tangit & Seneca nunc hanc nunc illam partem laudans. Item Plini. iunior. l. 2. ep. 3. Quintilian. potiſſimum lib. 11. cap. 3.*

D

Dáć komu táćine. Dáć w nos. Dáć ſzczudłek *& ſimilia habes in 1 Tomo ſub* **Láć. Szczypie. Strofuie. Przymawiam.**

Dał-by by miał pod ſkórą / pod ſercem.

Periphraſis eſt liberalis hominis ex hypotheſi impoſsibili. Idē eſt Szczodry. Vczynny. Lucki. Dobroczynny *in 1 Tomo. V. & infrà.* Przyiaćielſkie rzeczy wßyſtkie ſpolne. *Et ſequētia.*

Dałby i ćiáſto z dzieżą.

Altera periphraſis liberalis hominis, ex effectu valdè rarò contingente, cæterùm ſi contingat inſigni humanitatis & liberalitatis indice. V. Szczodry.

Dałby / ſobie od gęby odiąwßy.

Iterum Periphraſis hominis liberalis vel amantis, ex more matrum vel nutricum ſumpta. ſed & brutæ animantes ſibi cibum ſubtrahunt, quo pullos vel catulos ſuos paſcant.

Dałbym śię ná krzyż ogolić / ieśli / &c. Dałbym ſobie oko wykłuć.

Dictum hoc vſurpant qui pertinaciter affirmant vel negant foro vel factum eſſe aliquid, quanis dura conditione ſponſioni adiecta. Habes in primo Tomo ſub Titulo. Dałbym ſobie oko wykłuć. *Vide & hîc ſuprà.* By nięwiem co.

Dał-by śię zań vpiéć. *Idem eſt in 1 Tomo* Mitnić go.

Et alioqui ſæpe apud Pòëtas, fax, flamma, ignis, ardere, viri, in flammas ruere, amoris ſignà ſunt. Sic apud Senecam in Hippolyto amans loquitur.

Non me per altas ire ſi iubeas niues, Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis.
Non ſi per ignes ire & infeſta agmina, Cuncter paratis enſibus pectus dare.

Et apud Plautum. Neque vlla mihi obſiſtet amnis, neque mons, neque adeò mare,
Nec calorem, nec frigus metuo, neque ventum, neque grandinem,
Imbrem perpetiar, laborem ſufferam, ſolem, ſitim, &c.

Dał-ći Bóg dáry! záżyway miáry.

Dij tibi diuitias dederunt artēq; fruendi. *Horati. i. vt nec profuſus ſis nec auarus. Latin.*
Ne tibi quid deſit, quæſitis vtere parcè.
Vtq; quod eſt ſerues, ſemper tibi dèèſſe putato. *Cato. Interpretatur hæc Mylius.*

μὴ σελάβῃ

μή σε λάθῃ χρεία, μελέως σέο κλήμασι χεῖσθαι,
ὡς τὸ παρὸν σώζῃς, δόσφρειν ἀνὸς ἀιὲ λογίζου. *Affine*, Miárá & ſkromnie żáżyway.

Dalékie rzéczy vpátruiemy, á bliſkich nié widźiemy.
Káżdy chcé latáć wyſoko, przéd ſobą máiąc głęboko.

Quod eſt ante pedes nemo ſpectat, cœli ſcrutantur plagas. *Cicer. ex Pòéta.*
Sic Thales ſideribus intentus & in foſſam lapſus ridetur à puella apud Platonem.
Ζῦ γὰ ὦ Θαλῆ, τὰ ἐν ποσὶν ὰ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ δὲ τὰ ἀράνω ἔσει γνώσεως.
Tu cercè Thales quæ ante pedes ſunt, non valens cernere, quæ in cœlis ſunt putas te poſſe noſcere.

Daléko do tego. Wiele wody vpłynié.

In herba ſeges eſt. *Cicer. Perſius.* —— Adhuc tua meſſis in herba eſt. *Ouid.*
Multæ rotæ voluentur, *ex Theocrito, qui ait:*
πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρμαθ' ἵπποι.
Permultis voluetur adhuc rota mota caballis.
Multa in medio. *Eraſm. ex Homero qui ait:* μάλα πολλὰ μεταξύ. Valde multa ī medio.
Inter os & offam. ſ. multa cadere ſolent. *Gelli. ex Apollinari, qui ait:*
πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.
Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.
Multa cadunt inter duo tempora. *Hoſpitalius.*
Origo prouerbii ab Anæo vel Antinoo, quorum vterq; poculum ori admouens interiit antè quàm illud guſtaſſet, vt oraculo erat prædictum. Sed variat hiſtoria. Sepè audiui inter os & offam multa interuenire poſſe: Verùm inter herbam & offam, ibi verò longum interuallum eſt. *Cato apud Gellium, refellens illam vulgi ſententiam.* In herbis & ſegetibus bona frumenta eſſe.
Inter manum & mentum. ſ. *ingens interuallum. Feſtus.*

Od miſy podczás miłá do gęby. Z łyżką czeſto nié tráfi w zęby.

Neroni in conuiuio accubanti, calicem quem manibus ad os ferebat fulmen excuſſit. Philoſtratus. Adde illud Virgil. Poſt aliquot ariſtas, ſ. *fiet hoc. Sic vulgò plerique intelligunt. aliter Cerda cum Germano.*
πολλὰ ὁ χρόνος ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μετατίθησι. *Dionyſ. Halicarnaſſ.*
Permulta tempus vno commutat die. *Simile illud apud Cic. ex Pòéta Græco.*
πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλίνδει κύμαθ' εὑρείης ἁλός .i. Sed interim in medio Notus Multas patentis voluit vndas æquoris.
ἄνα, τὸ λακώνων. Si, Laconum. vel ἀ. *de quo libellum ſcripſit Plutarch. Argiui diſceptantes cum Laconibus de finibus, miſerunt ad eos legatum cum minis verboſis, cui illi reſponderunt vno verbo* ἄνα. Si .i. *ſi poteritis, facietis iſta quæ minamini. Ex Rhodigino. Idem reſponſum eſſe à Lacedæmoniis Philippo minitanti ſcribit Plutarch.*
Pellem vrſi nondum capti vendis. *Ex Apologo.* V. Niedźwiedź w lésie.
Affine item eſt, Nié zéraz to bedźié. Nié iuż to iéść. *& ſequens.*

Dáléko do wiécżorá.

Incertum quid veſper ferat. *Liui.*

Neſcis quid ſerus veſper vehat. *Varro. Virgil. Macrobi.*

ἐκ οἶδας ὁπῖ σοι ὄψεται ἕσπερος ἄγχοῦ. *A. Affine præcedens & Vtię iuż koniéc.*

Dáléko pás świnię/ bydło/ od ogrodá/ zboża.

Dictum hoc in proprio ſenſu, præceptum œconomicum eſt vtile agricolis, quod etiam Latini habent. Varro ait: Colonus ne in agro ſurculario capras compaſcat. *Vſurpatur & in ſenſu tralato paræmiacῶ.* V. Powodu do złégo ſtrzéż śie.

Dáléko to od tego. Dáléko kuſy záiacá. Inſze to/ inſze owo.

Longè lateque hæc diſtant. *Vlpian.* πάμπολυ διαφέρει. *Lucian.* Longè lateq; eſt amplius. *Gellius.* Equis albis præcurrit. *Horati.* Diſtant æra lupinis. *Idem.*

Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. *Idem.* ſ. *ille ſuauiter, hic fœtidè.*

Aliter longè catuli olent, aliter ſues, *Plaut.*

Nihil ad Perſium. ſ. *Lælius Decimus. Cic. ex Lucilio. quia Decimus fuit vir quidem bonus ſed parùm eruditus, Perſius verò doctiſſimus. meminit & Plinius in Præfatione.*

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes
Quantùm lenta ſolent inter viburna cupreſſi. *Virgil. de Vrbe Roma.*

Alia voce pſittacus alia coturnix canit. *ex Martiali qui ait.*

Pòéta quidam clancularius ſpargit (*ſua putida carmina*)
Et vult videri noſtra. credis hoc Priſce,
Voce vt loquatur pſittacus coturnicis? *Idem in alium ſimilem.*
Quid ſtulte noſtris verſibus tuos miſces? *&c.*
Aquilisque ſimiles facere noctuas quæris? *Idem in alium.*
Tam diſpar aquilæ colũba nõ eſt, Nec dorcas rigido fugax leoni. *quã ego tibi.*
Lenta ſalix quantùm pallenti cedit oliuæ
Puniceis humilis quantùm ſaliunca roſetis,
Iudicio noſtro tantùm tibi cedit Amyntas. *Virgil.*

Βάβυς κάκιον ἀυλεῖ: Babys peius canit tibia. ſ. *quàm frater eius Marſyas, qui auſus eſt Apollinem in certamen prouocare, à quo victus & excoriatus eſt. Voluit autem Apollo & Babyn perdere, ſed Pallas dixit, eum tam inſcitè tibia canere, vt ſuæ inſcitiæ relinquendus ſit. quare Apollo eum contempſit. Athenæus. Aliter item ſic vſurpatur.* Ἢ βαβυς χείρον. ſ. ἀυλεῖ. *de aliquo alio per comparationem vt de Pòéta inepto interroganti reſpondere poſſis:* Peius canit quàm Babys. i. *Babys melior fuit tibicen quàm hic Pòéta.* Gorßy to niż on.

ὑπερφωνεῦσιν οἱ τέττιγες τὰς μελίττας, ὅσον ἡ σάλπιγξ τοῦ ἀυλοῦ. *Lucian.*

Superant ſono cicadæ apes, quantùm tuba tibias.

Equis albis præcurrit vel præcedit. *Horati.*

πρότως ἢς χελιδὼν ὅλως χοίνιξ παρέπτας Hirũdo totis ſchœnis anteibit (ſ. *iſti vel illi* ᾗ σεσῳ ἰσθμῷ διώρυξι καὶ διαξήρασι, ἀλλὰ μέγα τεῖχος ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐστίν. *Luciã.*

Non an-

Non anguſto iſthmo interſepta & diuiſa ſunt (*hiſtoria & encomium*) ſed magnus murus in medio eorum.

ἄλλο γλαὺξ ἄλλο κορώνη φθέγξεται. *Suidas.* Aliud noctua aliud cornix ſonat.

ὃς διὰ πασῶν ἐστὶ πρὸς ἄλληλα, *vel* διαφέρει. *Lucian.*

Bis per omnia ſeſe mutuo reſpiciunt, vel longo interuallo diſtant, differunt.

ἕτερόν ἐστι σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. *Athenæ.* Aliud eſt ſceptrum aliud plectrũ. *Stratonicus citharœdus ſic reſpõdit Ptolomæo regi de arte Muſica ſecũ pertinaciùs diſputãti.*

——ὅσον ἀιγύπιος τὸν ἐμπαίδα νικᾷ. *Philes.* Quantũ aquila culicem vincit.

πολλοῖς παρασάγγαις ὑποδραμεῖ. *Athenæ.* Multis paraſangis præcurrit.

Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος τῶν ἄλλων ἑλλήνων πρῶτος. *Strabo.*

Crotoniatarum poſtremus, reliquorum Græcorum eſt primus.

Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem μάταια τἄλλα παρὰ κρότωνα τ' ἄστεα.

Eſt præ Crotone friuola omnis ciuitas. *Theocriti interpres.*

μετὰ λέσβιον ᾠδὸν. *Suidas. Zenodot.* Poſt Lesbium cantorem. ſ. *Terpandrum muſicum Lyricum celebrem, qui ad Lacedæmonios ſeditionibus tumultuantes oraculi iuſſu aduocatus, eos cantus ſuauitate demulſit & ad concordiam reduxit. Quare ſi quem alium muſicum audirent, dicebant*: Poſt Lesbium cantorem. i. *non eſt par illi, ſed ſecundus.*

οὐδὲν πρὸς τὸν Παρμένοντος ὖν. *Plutarc.* Nihil ad Parmenonis ſuem. *Parmeno hiſtrio ita ſuis vocem exprimebat, vt vera videretur: quem cùm alii imitari vellent, audiebant*: Nil ad Parmenonis ſuem.

ἃ δ' ἐναλίαι κύκνῳ κόρυδος παραπαλήσιον ᾄδην. *Anthologi.*

Haud potis eſt corydus cantare ſimillima cygno.

Æginenſes vel Megarenſes neq; tertij neq; quarti nec viceſimi, &c. V. Podleg ſtanu.

ἑκκαίδεκα ποδῶν ἦρε λέγων οὐδὲ ῥήτορας. *Ariſtides & Eupolis de Pericle.*

Spatio pedum ſedecim reliquit poſt ſe vel præiuit Rhetores omnes in dicendo.

ἑκατὸν σταδίοις ἄμεινον. *Ariſtophanes.* Centum ſtadijs melius.

ὅσον ὄνων κρείσσονες ἡμίονοι. *Theognis.* Quantò aſinis præſtantiores muli.

οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. *Suidas.* Nihil ad Bacchum. ſ. *Parrhaſij ſumma arte pictum, quem cum alij imitari vellent, populus clamabat*: Nihil ad Bacchũ. *alij aliter explicant.*

αὐλὸν σάλπιγξι συγκρίνεις. *Diogenian.* Tibiam tubæ comparas.

Ructus à crepitu multùm diſtat. *Dictum hoc refutat Stoicos, qui apud Cicer. aiunt*; Crepitus æquè liberos ac ructus eſſe oportere.

χωρὶς τὰ μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα. *Plutarch.*

Mysùm Phrygumque ſeparati termini.

χωρὶς τὰ μερρᾶς καὶ σιλλοῦν ῥεύματα

Seiuncta ſunt Merrhæ ac Silòé flumina. *Tralato aptiùs vteris, vt Plutarch. de Philoſophia & Medicis loquens* .i. *diuerſa ſunt hæc & diſtant ab inuicem multùm. Simillima ſunt* Vnié rownie rzéczy rownaß. Vnié rownay śie. Vnié rownia mnié z toba.

Daley ná dwor. Vnié tu &c.

Pueri lo-

—— Pueri locus eſt ſacer, extra Meijte. *Perſius.* Hic veto quiſquam faxit oletum *Idem.* Ite procul, ſacer eſt locus, ite profani Extra meijte. *Calpurnius. Inſcriptiones huiuſmodi imponebantur locis conſecratis & ſtatuis deorum, heroum, & principum virorum, quin & ſepulchris honeſtorum.*

Hoſpes ad hunc tumulum ne meias, oſſa precantur Tecta homines. *Epigram. Vet. Romæ. Item Angues aut dracones picti, erant ſymbola loci honeſti vel ſacri. Sic Perſius:*

Pinge duos angues. &c. ſ. *ad deterrendos accedentes.*

πᾶσι τοῖς ἥρωσι δράκοντες παρετίθεντο. *Scholiaſtes Ariſtophanis.*

Omnibus heroibus dracones apponebantur.

Apud Spartianum damnati ſunt qui vrinam fecerunt in loco, in quo ſtatuæ vel imagines principis erant. Et Plutarch. ſcribit: ἀπαγορεύει ἡσίοδος εἰς ποταμοὺς ἢ κρήνας οὐρεῖν, ἢ πρὸς βωμὸν ἢ ἀφίδρυμα θεοῦ. .i. Vetat Heſiodus in fluuios & fontes mingere, & ad aras ac ſtatuas deorum. *Verſus Heſiodi ſunt.*

μηδέποτ' ἐν πρόχοῃ ποταμῶν ἄλαδε προρεόντων,
μήδ' ὅπι κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι
μήδ' ἐναποψυχεῖν. &c. Neq; influenta fluminum mare influentiũ, neq; in fontes meiendum, Neq; pedendum vel cacandum &c. *quia ingratitudo ea quædam eſt in naturam beneficam, conſpurcare res mundas quibus ipſe vti ſoles, & aliorum vſui reddere inutiles faſtidioſas & noxias, quod charitati valdè inimicum eſt.*

Dictum hoc Heſiodi aptè torquebitur in Bibliegiſthos, & maximè in hæreticos, puriſſimos diuinæ legis fontes ſpurcantes. quod monuit etiam Melanchthon ad Heſiodum, ipſe monendus, qui toties hoc præceptum & monitum contempſit.

Daley ſie żywić / zdobywać / pożyczać.

ἄλλην δρῦν βαλάνιζε. *Suidas.* Aliam quercum excute. .i. *ab alio pete mutuum vel auxilium. &c. Sumptum dictũ à ſæculo, quod glandibus pane nondum reperto veſcebatur.*

σὺ ἄλλους ἐράνιζε ἀπὸ δεκτοῦ ἴσχε χεῖρας. *Diogenes.*

Ab alijs mendica ſtipem, ab acceptore (*qui ipſe libenter accipit*) contine manum.

Alibi te quærere melius eſt hoſpitium tibi. *Plaut.*

Alibi quærito vbi tibi ſatis ſit ſubſidij. *Idem. Vicinum & illud eiuſdem.*

Miſereat (.i. *miſereſceret me tui*) ſi familiam alere poſſim miſericordia. *Noſtri illiberales & duri dicunt.* Mamći ia komu dáć. Nie nákarmie ia cżeládźi miłośierdźiem. In mari magni piſces capiuntur. *Gotfredus.* Do pánow. V. Nie pożywiß ſie tu.

Da-li mi Bóg téraz wyść / wybrnąć; na potem będę oſtrożnićyßy.

Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi deuito hoc malum. *Terent.*

νῦν γένοιτο σωθῆναι, τὸ δ' ἧ λοιπὸν αὖθις μελήσει. *Diogenianus.*

Nunc contingat ſeruari, de reliquo mihi curæ erit. ſ. *ne in idem periculum iterũ incidã. Verba ſunt teſtudinis in ſublime ab aquila raptæ, volatũ experiri tentantis. Suidas ſic habet:* νῦν σωθείην ἵν' ᾖ μοι δίδαγμα τοῦ δ' ἐπὶ λοιπόν. .i. Nunc vtinam incolumis euadam, vt hoc mihi documentum ſit in reliquum tempus.

Apologus hic eſt Æſopi & Auieni. Cæterũ ſunt & aquilæ teſtudinibus viuentes, quas raptas

inſublime

in ſublime deiẽciunt in ſaxum vt frangant, quo euentu Æſchylus Pòèta caluus interijt, dum aquila in caput eius ſaxum, teſtudinẽ rata, demiſit & illud fregit. vt Plinius & alij ſcribunt.

Dármo chce wſtyſcy.

Noſſe velint omnes, mercedem ſoluere nemo. *Iuuenal.*

Pauci vſurpant vel norunt illud Pithei Praceptoris Hippolyti praceptum apud Plutarch.

μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ ἐρημίᾳ θ' ἅρκιος ἔσω.

Merces autem viro amico conſtitura ſufficiens ſit.

Dármo czégo doſtáć. Bés obowiązku ciężaru. Dármo co nábytego.

Sine ſacris hereditas. .i. *in quam nullus ſumptus faciendus eſt, cùm ſacris careat, quæ tranſibant ad heredẽ. Plaut. ſic.* Sine ſacris hereditatẽ ſum aptus (*adeptus*) effertiſſimã. *Idem.* Cœna, hâc annonâ (*hac caritate frumenti vel paucitate amicorum inuitantium*) eſt ſine ſacris hereditas. *interpr. Muret. & Gruter.* *Aſſine*, Bés pracé máłotaczé.

Dármo nic. *Vide* Bés pieniędzy do tárgu.

Dármo robiſz. Daremna robota/ mowá. &c.

Nihil agis. *Terent.* οὐδὲν ποιεῖς. *Suidas.* Actum agis, *Cic. Terent.*

Rem actam agis. *Plaut. Liui.* Satius eſt otioſum eſſe quàm nil agere. *Plin. iuni.*

κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖς. Hauris aquam cribro. Imbrem in cribrũ ingeris. *Plaut.*

εἰς Δαναΐδων πίθον τ' ἀμφορέα ἐγχέεις. *Alciphron.*

Infundis amphoram in Danaidum dolium.

εἰς πίθον τετρημένον ὕδωρ ἀντλεῖς. *Suidas.* In dolium pertuſum aquã hauris.

Plautus ait: In pertuſum ingerimus dicta dolium, Operam ludimus.

Idem. Imbrem in cribrum geris. *Et Lucretius*: Laticem pertuſum congere in vas

Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.

Horatius item: Inane lymphæ Dolium fundo pereuntis imò.

ὄνον κείρεις. *Ariſtophan.* Aſinum tondes.

Aſellum doces currere ſub freno vel freno parentem. *Horati.*

ἀιγιαλὸν ἀρόεις. Littus aras. *Auſoni.* Non profecturis littora bubus aras. *Ouid.*

εἰς ψάμμον σπείρεις. Arenæ ſemina mandas. *Ouidi.*

τ' ἀραβίην κοίλην σπείρεις. *Lucian.* Arabiam cauam (.i. *depreſſam, canosã*) ſeris.

εἰς ὕδωρ σπείρεις. In aqua ſominas. ἐν ὕδατι γράφεις. *Plato.* In aqua ſcribis.

εἰς τὸ πῦρ ξαίνεις. *Lucian. Ariſtid.* Ignem diffecas.

ᾠὸν κολλᾷς. *Diogenian.* Ouum conglutinas.

τ' λίθον ἕψεις. *Idem.* Lapidem elixas. τὰς πέτρας σπείρῃς. *Idem.* In ſaxis ſeris.

τοὺς ἀνέμους γεωργεῖς. *Zenodotus.* Ventos excolis.

τὰς μύας ἀπαμύνειν. *Ariſtophan.* Muſcas depellere. *nam iterum mox aduolant.*

Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις. Ferrum natare doces.

πλίνθον πλύνῃς. *Suidas.* Laterem lauas. *vt loquitur Terent.*

πόνον σπείρεις. *Diogenian.* Laborem ſeminas .i. *nullum alium fructum ex tuo labore referes, niſi ipſum laborem quem fruſtra impendis.*

ἀσκὸν τίλλεις. *Suidas.* Vtrem vellis. φαλακρὸν τίλλῃς. *Idem.* Caluum vellis.

ὄνῳ τώκας ζητεῖς. *Ariſtophan.* Aſini lanas quæris.

ἀσκὸν δέρεις. *Ariſtophan.* Vtrem excorias.

Αἰθίοπα σμήχεις. *Lucianus.* Æthiopem lauas.

Αἰθίοπα λευκαίνεις. Æthiopem dealbas. ἀνέμῳ λαλεῖν. *Suidas.* Vento loqueris.

ἀσκὸν πνεύματος πλήρη καπίζεις. *Sibylla.* Vtrem vento plenum mergis.

δικτύῳ ἄνεμον θηρᾷς. *Suidas.* Reti ventos captas.

ἀιγιαλῷ λαλεῖς. Littori loqueris. νεκρὸν μαστίζεις. Mortuum flagellas.

Χύτραν ποικίλλῃς. Ollam exornas ἄμμον μετρεῖς. Arenam metiris.

Aſinum ſub freno currere doces. *Ex Horatio, qui ſic habet:*

Infelix operam perdas, vt ſi quis aſellum

In campū doceat parentē currere freno. *Et Cic.* Agas aſellū cursū nō docebitur.

Araneæ telam texere. *S. Auguſtin. pro inani labore.*

Et Iſaiæ c. 59. ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν. Araneæ telam texunt.

νεφέλας ξαίνεις. *Suid.* Nebulas diuerberas. θάλασσαν ἀυλεῖς. Mare exhauris.

Ἰσθμὸν ὀρύσσεις. Iſthmum perfodere tentas. *ex Herodoto, Philoſtrato, Plinio.*

Ὕλαν κεκραγάζεις. *Ex Theocrito.* Hylam inclamas. *& Virgil.* Clamabant Hylā, &c.

ποθεῖς τ' ἀπόντα κἀ μάτην καλεῖς. *Ariſtophan.* Deſideras abſentē & inaniter vocas.

ἐκ καθαρῶν ἀχύρων τετρύγηκας σῖτον. *Diogenian.* E puris paleis triturā frumēti facis.

Nolui ea ſcribere quæ nec indocti intelligere poſſent, nec docti legere curarent. *Cic.* *Sic Perſius de ſuis Satyris:* Quis leget hæc? Nemo. Oleum & operam perdere. *Plaut. Cic.* Et operam & ſumptum perdere. *Plauto.*

Opera & impenſa periit: *Apud Macrobium coruus à ſutore doctus ſalutare obuium Cæſarem verbis illis:* Aue Cæſar Imperator victor. *verba hæc dum opportunum erat tempus protulit, quæ, quia Cæſar ab alijs auibus pica pſittaco &c. audierat, contempſit. interim coruo occurrerunt alia verba quæ inter diſcendum priora, ſæpe à magiſtro deſperante de labore ſuo audierat.* ſ. Opera & impenſa periit, *pronuntiauit, quibus auditis Cæſar riſit & coruum maiori pretio emi iuſſit.*

σπεῖρον ἀγρὸν σπείρεις. *Ex Platone.* Sterilem agrum colis. *vel vt Plaut. Sarris. Simile eſt Iob. 24.* Pauit ſterilem quæ non parit.

Πηνελόπης ἱστὸν ἀναλύῃς. *Ariſtides.* Penelopes telam diſſoluis.

Penelopes telam retexens. *Cicer. ex Homero qui Penelopen dixit:*

——ἡμάτιη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστὸν νύκτας δ' ἀλλύεσκεν.

Interdiu quidem texebat magnam telam Noctu verò diſſoluebat.

Σπουδάζειν κὴ πονεῖν παιδιᾶς χάριν, ἠλίθιον φαίνεται, κὴ λίαν παιδικόν. *Ariſtot.*

Studere & laborare ludendi gratia, ſtultum & valde puerile videtur.

Σκιαμαχεῖς.

Σκιαμαχεῖς. *Plato.* Cum vmbris pugnas. κέγχρον τρυπᾷς. *Galen.* Miliũ perforas.
τὰς κέγχρας ἀστρολογεῖς. *Suidas.* Milium torno ſcalpis.
τὰ κύματα μετρεῖς. *Theocrit.* Fluctus metiris vel numeras. *quod apud Virgili.*
ἀδύνατον. Noſſe quot Ionij veniant ad littora fluctus .ſ. Vis. *Virgili.*
ὕδωρ ἐν ὄλμῳ σιδηρῷ σκαπέρῳ πολήσῃς. *Lucian.* Aquã in mortario ferreo piſtillo tũdis.
ὕδωρ πίσσεις, ὁμοίως ὃ ὕδωρ μένει *Suidas.* Aquã pinſis, æquè tamen aqua manet.
Σισύφου λίθον κυλίνδεις. *Homer.* Siſyphi ſaxum voluis. *Alluſit Terent. & Lucreti.*
εἰδότι λέγεις. Scienti loqueris. *Sic Plaut.* Memorem mones.
καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις. *Plutarch.* Cancrum rectà ingredi doces.
διαῤῥεῖ τὸ ἐξαντλούμενον. *Lucianus.* Influit quod exhauritur.
πρὸς κύματα λαλεῖς. *Euſtathi.* Fluctus alloqueris. Ventis verba profundis. *Lucret.*
τὸ δίκτυον φυσᾷς. *Suidas.* Rete inflas. Et operam ludos facit & retia. *Plaut.*
Fruſtra currit. ἄδικα ἀνὴρ εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων. Temerarius labore currit irrito.
Χαμαὶ ἀντλεῖς. *Zenodot.* Humi hauris .ſ. *in ſicco.*
ἀνέμους ποιμαίνεις. *Clemens.* Ventos paſcis.

Montibus & ſyluis queri. *Virgil.* Cælo atq; terræ miſerias proloqui. *Ennius.*
Nocti dici ſoli lunæ miſerias narrat ſuas. *Plautus.*
ἀλλὰ τίῃ μοι ταῦτα πρὸς δρῦν ἢ πρὸς πέτρην; *Theocrit.*
Sed quorſum mihi hæc ad quercum & ad petram?
ὁ ἀνὴρ ὄνῳ τῷ βάμματα συνάγει. *Pauſanias.*

Hic homo Oceni funiculũ torquet. *Et Plin.* Piger ſpartũ torquet quod aſellus arrodit. *Meminêre huius fabulæ Plutach. Varro Propert. &c.* V. Zoná ſtroyna.

ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ. *Ex Platone Luciano.* Inaniter aquam conſumis. .i. *fruſtra teris tempus. tralatum à priſco more metiendi tempus clepſidra, qui iam exoleuit, clepſammis & automatis inuentis.*

Ætnæus venator. *Rhodigino. eſt qui inuita Delia venatur & nil capit. Nam Siculi & maximè Ætnæ vicini canes odoratu carent. vel certè odorem ferarum obruit & confundit odor florum & plantarum odoriferarum quæ illic plurimæ. ex Ariſtotele.*

ἀνθερικὸν θερίζεις. Anthericum metis. *de ſtulto labore. Nam anthericus herba, non meti, ſed velli vt linum debet. Gorræus.*

δρόμῳ τὰ πτηνὰ διώκεις. Curſu volucres ſequeris.
ἀκίχητα διώκεις. *Homer.* Incomprehenſibilia perſequeris.

Liniunt parietem abſq; luto vel temperamento. *Ezechielis. 13.* ἀλοίφουσι *vel* χρίουσι τὸ τεῖχον πηλῷ ἄνευ ἀλύρων. *vt Scholiaſtes ex Hebræo addit.*
ἀκόνην σπίζεις. *Zenodot.* Cotem ſaginas. *Affine,* Mow ty ſtienié.
Vlié pomoże to nic. Vlié pomoże krukowi mydło / *&c.*

Darownemu koniowi nié patrzą / abo nié patrzą / w zeby.
Podárkiem mátem gárdzić nié trzébá.

E qui donati dentes non ſunt inſpiciendi. *S. Hieronym.*
Honoris cauſa, quicquid eſt quod dabitur, gratum habebo. *Plaut.*
Sic olim tener auſus eſt Catullus. Magno mittere paſſerem Maroni. *Martial.*
Idem Martial. mittens carmina ſua Seuero docto viro, ait:

Iuppiter ambroſia ſatur eſt, & nectare viuit;
Nos tamen exta Ioui thura merumq; damus.
Omnia cùm tibi ſint dono conceſſa deorum,
Si quod habes non vis, ergo quid accipies?

δῶρον ὅτι δῶρος ἐπαίνων. *Strabo.* Donum quodcunq; dat aliquis lauda.

Exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus.
Accipito placidè; plenè & laudare memento. *Cato.*

ἐδτε φίλῳ ζοι ἀνὴρ πέμπῃ βραχὺ δῶρον ἀνολβῳ,
ἐυμενέως τε δέχυ & πλήρεϊ φωνῇ ἐπαινῦ. *Mylius.*

τὸ μῆλον ὁ Ἡρακλῆς .ſ. ἀποδέχεται. *Zenodot.* Malum Hercules acceptat, *in ſacrificio, loco bouis, qui haberi pro more non potuit.*

μὴ νεμέσα βαιοῖσι, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ. *Democharet.*

Ne parua aſpernare, ſubeſt quia gratia paruis.
Muneribus paruis gratia magna ſubeſt. *Venanti. Fortunat.*

ἦ ἦ μεγάλα χάρις, δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ, πάντα ὃ τιμὴν τὰ παρ φίλων. *Theocrit.*

Certe magna gratia, exiguo muneri (*adeſt*) omnia (*merentur*) honorem quæ ab amicis (*veniunt.*)

ξενίων θυμὸς ἄριστος. Munerum animus optimus .i. *non res ſed animus dantis munus, ſpectandus eſt.* τὸ πρῆγμ' ἄριστόν ἐστι λῆψιν δωρεᾶν. *A.*

Nulla melior acquiſitio quã donatio. *Garner. ex Gallico.* Dárowizná nalépſze ná;
Si quis dat mannos, ne quære in dentibus annos. *Anonym. Rhythmic.* (bycie,

Affine, Co Bog da.

Da śie piwo ábo wino pić / álé rzncć. Wino chłopá obáli.

——— Sic copia vini Et tentat greſſus debilitatque pedes. *Virgil.*
Tentatura pedes olim vincturaque linguam .ſ. *Vua. Idem.*
Quid hoc? ſiccine hoc fit! pedes, ſtatin' an non?
Pergitin' pergere? ah! ſedendum mihi hodie eſt.

Magnum hoc vitium vino eſt, pedes captat primùm, luctator doloſus eſt. *Plautinus ſeruus ebrius.* οἶνος δ' παλαιστὴς δολερὸς ὑπεκδρᾷ πόδας. *A.*

At at, data herele verba mihi ſunt, vicit vinum quod bibi.
Ac dum accubabam, quam videbar mihi eſſe pulchrè ſobrius!
Poſtquam ſurrexi, neq; pes neq; mens ſuum ſatis officium facit. *Terenti.*
Simul calentis inuerecundus deus (Bacchus)
Feruidiore mero arcana promôrat loco, &c.
Iuſſus abire domum, ferebar incerto pede
Ad non amicos heu mihi poſtes, & heu

Limina

Limina dura, quibus lumbos & infregi latus. *Horatius de se:*
Lege Martialis epigr. 83. lib. 11. de Philostrato ebrio lapso per gradus. quod sic clausit.
Non essetNymphæ tã magna pericula passus, Si potiùs vestras ille bibisset aquas.
Prouerb. Salomon. c. 23. de Vino. Ingreditur blandè, sed in fine mordet vt coluber,
ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτι κεῖνος
τὸ αὐτὸ γλώσσης κάρτερος οὐδὲ νόος. *Theognis.*
Qui verò bibẽdo modũ excesserit: Neq; ille ampliùs linguæ neq; mentis cõpos est.
ἄφρονας ἀνδρὸς, ὁμῶς καὶ σώφρονας, οἶνος ὅταν δὴ
πίνεσθ' ὑπερβάλλῃ, μέτρον, κἄφρον ἔθηκε νόον. *Idem.* animum.)
Stulti viri simul & sapientis, vinũ cùm bibitur vltra mensurã, vacuũ (leuem) reddit
Baccho cornua affingebant Pòëtæ Græci & Latini. Horatius ait, eum esse
Decorum aureo cornu. *Item,* Addere cornua pauperi. *Ouid.* Sumere *ait* cornua
pauperem vbi biberit. *Græcis Bacchus* κερατῖνος, κερασφόρος, ταυρόκερως,
βρόμιος. *&c. quòd vinum multum hausium reddat audaces, iracundos, truces &c. alias causas horum affert Lauin. ad Horatium ex origine Bacchi.*

Datéć od dawcé ábo ſprawcé zalecenie biérzé.
Datéć ſmácznieyßy / ieſt go kto dáić zacznieyßy.

Acceptissima semper Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit. *Ouidi.*
ἀεὶ δοτὸ τ δυνατωτάτων ἡμισείαι χάριτες, πλέον ἢ ὅλον παρὰ δ ἰδιώτου δώρημα δύναται. Xenophon. Dimidium beneficentiæ à potentissimis (*profectum*) plus est quàm totum à priuato.
Sic apud Virgilium Ilioneus dona offerens Latino diadema sceptrum &c. ait. l. 7. Hoc Priami gestamen erat. *Et l. 3.* Clypeum magni gestamen Abantis, *appellat. Et Egloga 3.* pocula *ab auctore optimo cælata vocat* Diuini opus Alcimedontis.

Dawność ſtábe zalecenie. nié záwße chwálna.

Nimia vetustas non habet eam quam quærimus suauitatem, nec est iam sanè tolerabilis. *Cic. de Clar. Orator,* Vinum vetustate euanescit, coacescit. *Idem.* Errabat multis in rebus antiquitas, quam vel vsu iam vel doctrina vel vetustate immutatam videmus. *Idem. Horat. l. 2. epist. 1. Refutat opinionem eorum qui antiquissima quæq; optima dicebant. & ex fastis omnia deprom volebant, & virtutem annis æstimabant. Sed plusculi sunt versus mox sub initium, lege si lubet, obuius est liber.*
μόνη παλαιότης δοκοδοχὴ μικρὰ πέλει. A. Exigua commendatio est antiquitas.

Dawność świádćć ábo znak prawdy.

Credendũ est veteribus & priscis viris qui se deorum progeniem esse dicebant. *Cic.*
Primum quodque verissimum est. *Tertullian. qui doctrinam Mosis veriorem doctrina ethnicorum scriptorum probat ex eo quia prior est.*
χρόνος βέβαιος μάρτυς ἐστ' ἀληθείας. A. Testis vetustas veritatis certus est.

Day temu / day owemu / álić niemáß.

Dźiś day / iutro day / aż ſam niemaß nic.

Largitio fundum non habet. *Cic.* .i. *vel maximæ opes ſtulta liberalitate exhauriuntur, cùm ſemper poſcunt & ij qui conſueuerunt accipere & alij tanquam ſi fundo opes dantis omninò careant.* ἀνάριθμοι αἰτήσεις, ἀριθμητὰ δόματα. *A.*

Dona numerare eſt, non eos hæc qui petunt.

τάχα πενιχρὸς ἔσῃ ὄλβιε, ἅπαντ᾽ διδούς. *A.*

Breui ipſe egebis diues, vbi cunctis dabis.

Martialis l. 9. epigr: 56. excuſans ſe Flacco quod munera non mittat, dicit poſt alia:

Demeruiſſe duos votum eſt; offendere plures, (*quibus nil mittas*)
Vix tutum: multis, mittere dona, graue eſt.
Qua poſſum ſola veniam ratione merebor,
Nec Stellæ turdos, nec tibi Flacce dabo. Vli temu/ ni owemu.

Plautus Milite. vxoris ſumptuoſæ voces perpetuò à viro aliquid importunè poſcentis ponit illas:

Da mihi vir Calendis meam quod matrem iuuerit.
Da qui farciat, condiatque: da quod dem quinquatribus
Præcantrici, coniectrici, hariolæ atq; haruſpicæ, &c.
Tum patricam clementer non poteſt quin munerem:
Iam pridem quia nihil abſtulerit ſuccenſet geraria:
Tum obſtetrix expoſtulauit mecum, parùm miſſum ſibi.
Quid? nutrici non miſſurus es quicquam quæ vernas alit? &c.

Similia habet idem in Aululari.

Statfullo, phrygio, aurifex, lanarius. Caupones, patagiarij, induſiarij, &c.
Petunt fullones, ſarcinatores petunt. Strophiarij adſtant, adſtant ſemizonarij.
Iam hoſce abſolutos cenſeas, cedũt, petũt. Trecenti cùm ſtãt phylaciſtæ in atrijs,
Aliqua mala crux ſemper eſt quæ aliquid petat. (&c.

Apud eundem in Trinummo ſeruus iuſſus reddere rationem pecuniæ expenſæ, reſpondet:

Comeſum, expotum, exutum, elutum in balneis (*ſ. argentum*)
Piſcator, piſtor, abſtulit, lanij, coqui
Olitores, myropolæ, aucupes, confit citò. &c.
Non illud tibi apparere ſi ſumas poteſt
Niſi tu immortale rẽre eſſe argentum tibi, &c.
Et iudex petit & petit patronus. *Martial.*

——— Da prætori, da deinde tribuno. Sed libertinus prior eſt. *Apud Iuuenalem diſpenſator conqueritur.* *Affine,* Wßyſcy chca bráć.

Day to pſu co maß ná ſercu. *Idem eſt.* Niéßczery-ś.

Pięknié mowiß á złé myśliß. *Poſſet huc accommodari illud Epiphanij:* Serpens bibiturus venenum deponit. V. G. *dicendo.* Serpens depone venenum. &c.

Affinia huic loco ſunt. Niéßczery. Co inßego myśli. Chytry.

Day zlemu pokoy. Day zlemu pokoy / dać dwá. Nié drażni złego.
Nié gray z nim. *Ruſſi dicunt.* Bodlaká né tyſni / vkolét.

Cornutam

Cornutam beſtiam petis. vel, ne petas. *Plaut.* .i. *ne laceſſas eum qui poteſt ſe vlciſci.*

Nemo feras, quibus arma dedit natura, laceſſe. *Ouid.*

Vidi ego iactatas mota face ereſcere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori. *Idem.*

(Nec tu, *vel* Caue) Fumantem naſum viui tentaueris vrſi.
Sit placidus licet, & lambat digitoſq; manuſque,
Si dolor & bilis ſi iuſta coëgerit irâ, Vrſus erit. *Martial.*

κακὸν ἐῦ κείμενον μὴ κινεῖν. Malum bene ſitum non mouendum.

Ex Theognide qui ait : πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κεῖμενον ἔνδον ἄμεινον.

Sæpè malum leuius quod iacet vſque domi.

πῦρ σιδήρῳ μὴ ζκαλδεῖν. *Laërti.* Ignem gladio ne commoueas, fodias. *Hieron.*

μὴ πτύῃς εἰς μυρμηκιὰν. Ne in formicarum nidum inſpuas. *nam afflatus ille noxius.*

Cicadæ vterum ne ſcabito .i. *maledicum ne laceſſas. Pierius.*

τεττιγα πτερῶν μὴ συλλήψῃς. *E Luciano.* Cicadã ala ne corripias, *quæ ſtrepit tũc magis.*

τ' λέοντα νύττεις. *Diogenian.* Leonem ſtimulas. *vel ne ſtimules.*

ὠκύπεδα ἀνεγείρεις. *Suidas.* Octipedem .i. *ſcorpium,* excitas.

A laſſo rixam ne quæras. *Seneca.*

τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν. *Plato.* Non mouenda ne moueas.

Χορδὰς ἀκινήτους κινεῖς. *Plutarch.* Chordas non mouendas moues?

Curando quædam fieri maiora videmus
Vulnera, quæ melius nõ tetigiſſe fuit. *Ouid.* Hulcus non tangas. *Ex Cic.*

τ' λέοντα μὴ ξυρεῖν. *Plato.* Leonem non radendum. *Simile quid Horat.* Barbam vellere mortuo leoni. *ſed aliò ille detorſit.*

τὴν καμαρίνην κινεῖς. Camarinam commoues : *Stephanus ſic habet :*

μὴ κινεῖν καμαρίναν, ἀκίνητον γὰρ ἄμεινον.

Ne moueas Camarinam, immotam linquere præſtat.

ἄμεινον ἦν σοὶ ἀκίνητον τὴν καμαρίναν ἐᾶν. *Lucian.* Melius erat tibi immotam Camarinam ſinere. Dáć było zlemu pokoy. *Camarina palus erat, quæ ſiccata opera accolarum ob peſtilentiam ex ea oriri ſolitam, aditum hoſtibus præbuit ad oppidum eiuſdem nominis. Suidæ camarina eſt frutex qui concuſſus tetrum odorem emittit.* ἀνάγυρον κινεῖς. *Stephan.* Anagyrum commoues. *Anagyrus Dioſcoridi & Plinio planta eſt grauiſſimi odoris præſertim ſi carpatur, ſcindatur, vel teratur.*

ἔξον φυγεῖν μὴ ζήτει δίκην. Cùm liceat fugere ne quæras litem.

ὗν μὴ ὀρχεῖν. Suem ne irrites. *de aggreſti & fero intellige, qui in venatorem ruit.*

Ἀπὸ λύκου θύρας, *Suidas.* A lupi ianua .ſ. *abſcedendum. de agreſtibus & crudelibus.*

θωρηχθέντ' ἀνὼ ἔυδοντά τε μὴ ἐπέγειρε. *Theognis.* Temulentũ ſopitũ ne excites.

Canem naribus ne prehendas. *Ex Syneſio.*

Ne irrites crabrones. *ex Plauto & Græci dicunt :* μὴ ἐρεθίζειν τὰς σφηκίας.

ῥῆμα δὴ παράμερψον ὁδηπόρε, μήπως τῶδε

κινήσῃς

κνήσῃς τύμβῳ σφῆκας ἐφεζομένους. *Epitaphium Archilochi.*

Quietè prætereas viator, ne forte excites crabrones ſepulchro huic inſidentes.

Et de Hipponactis ſepulchro in Epigrammat. Leonidæ.

μήτως ἐγέρῃ σφῆκα τὸν κοιμώμενον. Ne fors excites veſpam ſopitam.

μὴ πατήῃς Ἀρχίλοχον. *Diogenian.* Ne calces Archilocum, *maledicentiſſimum Pòétam, teſte Horatio. Et alioqui Pòétas non laceſſendos monuit Plato. & Horat. ait:*

Multa fero vt placem genus irritabile vatum. *Idem*

Qui me commorit (melius non tangere, clamo)

Flebit, & inſignis tota cantabitur vrbe .ſ. *vbi Satyram in eum ſcripſero.*

Idem. Caue, caue Namque in malos aſperimus Parata tollo cornua.

Idem de malis ciuibus. Omnes hi metuunt verſus, odêre Pòétas (*vitia carpentes*)

Et dicunt: Fænum habet in cornu, longè fuge. dum modò riſum

Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico,

Et quodcunque ſemel chartis illeuerit, omnes

Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacuque, Et pueros & anus, &c.

Sic oſores Pòétarum de Pòéta non laceſſendo dicebant: Κόρον ἔχει ὅτι οὐ κέρατα.

Apud Plutarchum Sicinnius homo turbulentus rogatus, cur Craſſum illum eloquentiſſimum ſimiliter vt alios ſolebat non laceſſeret, reſpondit. Fenum habet in cornu. *Tractum id ex more Romanorum boui cornupetæ fenum alligantium, vt obuij eum declinarent.*

Ariſtippus apud Laërtium cuidam proponenti ſibi ænigma ſoluendum, reſpondit:

Quid ſtulte vis me ſoluere, quod etiam ligatum exhibet negotium?

Simile, Vić drażni báby. Rymopiſá nić gnieway. Vſtap mocnićyßemu.

Dębowa wić/ vczy robić: á brzozowa rozum dawa.

Młodemu rozumu do głowy náganiáć trzébá.

Aſinis, nõ verbis opus eſt, ſed fuſtibus. *Cic.* Dębowemi ſtowy táiáć leniwému trzébá.

ζηλητὴ ὁ μάστιξ παιδαγωγὸς καρδίας. *Nazianzen.*

Duro flagello mens docetur rectiùs.

ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος οὐ πεπαίδευται. *Menander.*

Vel. Nunquã docetur abſq; plagis quiſpiam .i. *Homo qui non percutitur non eruditur.* Virga & correptio tribuit ſapientiam. *Prouerb. SS. 29.* Flagellatus ſtultus ſapientior erit. c. 19. Stultitia colligata eſt in collo pueri & virga diſciplinæ fugabit eam. *Ibidem c. 22.* Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam. *Ibidem c. 12.* Iugum & lorum curuant collum durum. *Eccleſ. 33.*

Gallorum dictum eſt. Frenum & calcar bonum equum efficiunt. *Garnèr.*

V. Kto śie nić porußa ſtowy/ &c.

Delikat. Roſkoßnik.

Epicuri de grege porcus. *Horati.* Ἐπικούρειος. *Lucian.* Epicureus. Epicurus homo voluptarius. *Cic.* Epicure noſter ex hara producte non è ſchola. *Idem.*

Hulcus in ore habet plebeia beta non radendum. *ex Perſio.* V. Páńſka gebá. l.

Quæ tibi ſumma boni eſt? vncta vixiſſe patella

Semper

steriores sunt magis ad cultum & elegantiam vtpote subtiliores.

ἀπαλώτερος ἀρνὸς. *Theocritus.* Mollior agni lana. Mollior cuniculi capillo. Vel anseris medullula, vel hinnula tenella,

—Laneum latusculum, manusque mollicellas .s. *habet. Catullus.*

Trimalcio. *Petronio.* τρὶς μάλακος γαστρίμαργος. *Aristotel.* Ventri deditus. πνεύμων θαλαττίου βίον ζῇ. *Synesius.* Pulmonis marini vitam viuit. V. Obȝárty.

Ganeones quibus vitæ modus, est culina. *Varro.*

λυδὸς καπηλεύει *Suid.* Lydus cauponatur. *nam Lydi ventri & voluptati erant addicti.*

ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάσεις. *Diogenian.* Melle te ipsum obuoluis, oblinis. Retrò viuit. *Seneca.* i. *nullum habet ex præteritis in vita gestis solatium, vel omnia quibus delectatur in cloacam abeunt.*

ἐν λαγῴοις ζῇ. *Aristoph.* In leporinis carnibus viuit *Nam* Gloria prima lepus. *Mart.* Alexandrinæ deliciæ. *Quintil.* Amœnissima situ & saluberrimo cælo ciuitas, quæ nullo pænè die solem non videt, insuper opulentissima. *Ammian.*

ὑγρὸς καὶ τρυφερὸς βίος. *Epigramm.* Vuida & delicata vita.

νεκύες μεταυχένες. *Aristophan.* Cadauera collo tenus: *qui in collo tantùm & gula more Philoxeni & Machonis sensum habent, ad reliqua inutiles.*

μή με βαιὸν ἰχθὺν κακώσῃ. *Etymolog.* Ne mihi Bæon piscis noceat. *qui vulgaris erat & insipidus ideoque vilis.*

ἄκρῳ δακτύλῳ τὸν πηλὸν ἀφαπτόμενος. *Lucian.* Summo digitto lutum attingit (*de ædificantibus loquitur*) Sardanapalus alter. *Nam is rex, Iustino teste, muliere corruptior fuit.* Sybaritæ gallos & malleos (.i. *artifices strepitus somnum interrumpentes*) ciuitate sua ciecerunt. *Athenæus.*

Συβαριτικὴ τράπεζα. *Stephan.* Sybaritica mensa .i *delicata.*

Hinc Sybarita pro delicato ponitur, ὁ συβαρίτης. *Sed &* ἡ *ipsa* σύβαρις *Sybaris ciuitas luxui dedita, pro homine luxu perdito & pro ipso luxu apud Philostratum.*

Συβαριτικὰς κραιπαλᾶν. *Eunapius.* Sybaritarum more crapulæ indulgere.

πολλὴν κόκκην ἐμβάλλει τῇ ἐσθῆτι. *Vlpian. Rhetor.* Multùm subtemini vesti addit .i. *molliter vel mollibus vestitur.*

ἡ ἡδυπάθεια τῆς καρδίας ἐναντιωτέρα αἰτῷ ὑπάρχει. *Cato apud Plutarch.* Palato plùs quàm corde sapit. Mansa sibi omnia in os vult inferi. *Cicer.* Gallonius *apud Lucilium Cic. Horat. pro homine ventri & gulæ dedito & omni voluptate metiente. qualis fuit hic ciuis Romanus.*

βίος μεμαλαγμένος. *Suidas.* Vita mollita macerata, *vt cibi solent molliri.*

ὅλον τὸ σῶμα γαστήρ. Totum corpus venter, *seu* Totus venter (*vt Asellus piscis & similes illi alij, infrà sub* Obȝárty) *pro ventri dedito.*

Sic Lucilius. Viuite lucrones, comedones, viuite ventres.

ἀπὶ ἀγκώνων δειπνεῖ. E cubitis cœnat. i. *cubitis innixus. quòd delicatorum est.*

κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. *Epimenid. quem adfert S. Paulus.*

S. Paulus. Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.

Ἄβρων βιός. Zenodot. Abronis vita, *apud Græcos, vt apud Latinos* Apicij *vel* Æſopi vita, menſa, patina. *admodùm ſumptuoſo luxu celebris.*

Diſcinctus Mæcenas. *Senec.* Malthinus tunicis demiſſis. *Horat.*

Vos conuiuia lauta ſumptuosè De die facitis &c. *Idem.*

Vnguentatus. *pro delicato. apud Catullum.* Maſſilienſes mores colit. *Plautus.*

πλεύσας εἰς τὴν Μασσιλίαν. *Athenæ.* Nauiges in Maſſiliam. ſ. *Libycam corruptiſſimam, nam Gallica erat laudatiſſimis moribus teſte Cic. Valer. Max. Liuio. alii aliter ſentiunt. Brodæus de eadem Maſſilia dictum vult, quæ diuerſis ſæculis diuerſa fuit.*

Ἀμαζόνων ἄσμα. *Philoſtrat.* Amazonū cantilena. *quæ feminæ viriles ridebant viros molles & delicatos.* Τ' ἀραβίαν ὅλην ἀποπνεῖ. Arabiā totā ſpirat. i. *vnguẽta, odores.*

Bellus homo, *apud Martialem l. 3. epigr. 63. deſcribitur.*

Bellus homo eſt, flexo qui digerit ordine crines,
Balſama qui ſemper cinnama ſemper olet,
Cantica qui Nili, qui Gaditana ſuſurrat. &c. &c.

Pallia vicini qui refugit cubiti. ſ. *ne toga vel pallium bellè compoſitum turbetur. Talis fuit Hortenſius, qui quendam ciuem Romanum in ius vocauit, quod ſibi obuius pallium ſtriatum & arte compoſitum turbaſſet.* ἀπίκιος. *Suida.* Apicius. *Martial. Seneca.*

Aſſine, Obżárty/ Gálánt. Támći świát. Wiátr go zły. Vić moge ná to pátrzyć.

Déſpérácya ſércá i śiły dodáié.

Ignauiam neceſſitas acuit, & ſæpe deſperatio ſpei cauſa eſt. *Curtius.*

Nec alia cauſa victoriæ fuit, quàm quòd deſperauerant. *Iuſtinus.*

Silius imminentium periculorum remedium, ipſa pericula ratus, vrgebat. *Tacit.*

Clauſis ex deſperatione creſcit audacia; & cũ ſpei nil eſt, ſumit arma formido. *Vege.*

Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. *Virgil.*

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. *Idem.*

Qui nil poteſt ſperare, deſperet nihil. *Seneca Medea.*

ἀνεγνωκὼς τ' ἑαυτὸ ζωῆς, ἀκμαζούσῃ τῇ ὀργῇ πολεμῶν, οὐδένα τ' ζωηρείας ποιήσεται λόγον. *Chryſoſt.* Deſperatâ vitâ, feruenti ira pugnans, nullam ſalutis habebit rationem. Phocenſium deſperatio. V. Odważył ſobié.

οὐδὲν ἀλκιμώτερον τ' ἀπογνώσεως. *Ioſeph.* Nil fortius deſperatione.

Nullus pernicioſior hoſtis, quàm quem audacem angustiæ faciunt. *Seneca.*

Animus ex ipſâ deſperatione ſumitur. *Idem.*

Timens ne intercluſi hoſtes deſperationem in virtutem verterent, & iter quod aliter non poterant, ferro patefacerent. &c. *Iuſtinus de Themiſtocle.*

Pyrrhus dicebat: Non eſſe pertinaciter inſiſtendum hoſti, ne fortiùs ex neceſſitate reſiſteret. *Frontin.* Nã clauſi licet exigui numero & infirmi viribus, hoc ipſo tamen ſunt hoſtibus pares, quia deſperantes ſciunt aliud ſibi licere nõ poſſe. *Vegetius.*

ἀμελῶντα τῶ ζῆν, ὃς ἂν εἰς' εὐχημονεῖν. *Menander.*

Qui negligit vitam, is & honeſtum negligit.

Affine, Nieſwola nárabi drew. Odważył ſobie. Zwierz w ſieci.

Dla grzmotu do młyna nie idź; dla ſłumu do łaſá.
Dla ptáſtwá nie śiać. &c. &c. gulpſtwo, lenſtwo. &c.

Propter frigus arare piger noluit. *Prouerb. SS. cap. 20.*
Propter auium multitudinem ſementis non intermittenda. *Garner. ex Gallico.*
Folia qui metuit, non adit ſyluas. *Idem.*
Propter naufragia nautæ nauigare non ceſſant. *Ex Seneca, Horatio.*
Citò inerti otio vita torperet, ſi relinquendum eſſet, quicquid offendit. *Seneca.*
πικρόν γ' φεύγων πολλ' ἀγαθ' ἀπολεῖ ἄνθς. *A.*
Multa bona perdit ſtultus ob metũ mali. V. Bez pracé nie beda kołaczé.

Dla máley rzéczy, wielka ſtracić. Dla oſnałá koniá zepſować.

Ob vnũ hauſtũ in ſiti, ex rege ſeruus factus eſt Lyſimachus. V. Roſkoß bolu nábawia. *Sic Geneſ. 25.* Eſuriens Eſau eſuriem ſedauit, primogenitis amiſſis.
ἔφαγε τὸ ἔδεσμα φακῆς τὰ δ πρωτοτόκια ἐφαύλισεν.
Comedit edulium lentis & primogenita contempſit.
ἐξώρχησε (*al.* ἐξόρχησε) τ γάμον. *Herodot.* Deſaltauit (.i. *ſaltando vel ob ſaltationem amiſit*) nuptias. *Hippoclides Tiſandri filius Cliſthenis filiam inter alios procos ambiebat. Sed cùm pater filiæ procos toto anno probaret, mores eorum obſeruans, Hippoclides indecorè ſaltauit, proinde à Cliſthene audiuit:* ἐξορχήσαό γε μὲν τ γαμον. Saltatione tua nuptijs excidiſti. Przeſkakałeś gody, małżeńſtwo. *qui abiectè reſpõdit:* ὲ φρένας ἱππόκλειδη vel, ὲ φρένες ἱππόκλειδης. Non eſt curæ Hippoclidi. Non curat id Hippoclides. *Simile eſt illud:* Ob ſolũ punctũ cecidit Robertus Aſello.

Celebris eſt verſiculus apud ICtos de Roberto Abbate monaſterij ab Aſino dicti, cuius portæ Abbates hoſpitales olim inſcripſerant hunc verſiculum.

Porta patens eſto, nulli claudaris honeſto.

Robertus autem ad rem attentior, præcludere volens aditum crebris hoſpitibus & non audens tollere verſiculum antiquum & notum, punctum in eo tranſpoſuit, ſic:

Porta patens eſto nulli, claudaris honeſto.

ob quod factum à Pontifice abbatia multatus eſt. Schardius ex Aleiato. Boſquerius vocat hunc Martinum abbatem Aluenſem in Gallia Ordinis Ciſtercienſis, ex Ioan. Dublilio. Poteſt hoc dictũ transferri ad ſuffragia quæ olim pũctis notari ſolebant: Vt patet ex illo Horatij: Omne tulit punctum. *Nam ob vnum punctum ſuffragiorum deficiens, multi Candidati magiſtratu vel Rei cauſa cadere ſolent & ob vnum punctum ſuperans, ſuperiores euadere. Adde Appologum Æſopi de Caſſita quæ ob vnum granum ſe in laqueo eſſe gemit. Cuius epimythion tale eſt:*
πολλοὶ δὲ τὸ κέρδος ἐυτελὲς, μέγαν ὑφίστανται κίνδυνον
Multi ob vile lucrum, magnum ſubeunt periculum.

Affinia ſunt, Nie rowna odmianá. Nie ſtoi to zá to. Mátem gárdzacy. Máła rzécz podczás wiele pomoże i zaßkodźi.

Dla przyiaś

Dla przyiaćiélá/ dla dobrego gośćiá/ nié żáłuy/ nié ßkodá.

In mala vxore atq; inimico ſi quid ſumas *(inſumas)* ſumptus eſt.
In bono hoſpite atq; amico, quæſtus eſt, quod ſumitur. *Plaut.*
Amicis facile eſſe donandum ſimiliter docet Martial. comparationibus aliquot allatis.

Callidus effracta nummos fur auferet arca. &c. &c.
Mercibus exſtructas obruet vnda rates. *Claudit.*
Extra fortunam eſt, quicquid donatur amicis,
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes. *l. 5. epigr. 44.*

Τὸ ξένε ἕνεκα ϵ̓ φίλε μὴ φείδεο. *A.* Ne parce ſumptuî cauſa amici & hoſpitis.

Dla przyiaćiéla ſobié podwéſelić.

Recepto Dulce mihi furere eſt amico. *Horat. .i. furenter bibere more Thracum. Idem alio loco excitans quendam ad hilariter & largè bibendum ait:* Inſanire iuuat. *Sed Pòétæ & ethnici eſt improbum conſilium.* *Seneca item ex Anacreonte.* Aliquando *inquit* & inſanire iucundum eſt. *Ethnicorum hæc omnia. Chriſtianis vt mittam alia. S. Paulus interdicit comeſſatione & ebrietate.* *Si tamen moderata ſit hilaritas, quam aliqui ſancti viri hoſpitibus exhibebant, cibo & potu largiori oblato, ſalua temperantia & ſobrietate, nemo in crimen iure vocárit.* *Sed id mores gentis noſtræ & temporum vix iam ferunt.*

Achilles apud Homerum Phœnicem & Vlyſſem gratos hoſpites habens dicit Patroclo: ζωρότερον ὄ κέρασσον. .i. meracius infunde. *Examinat hoc dictū Plutarc. 5. Sympoſiaco.*

Dla rzéczy podléyßey/ nié opuſczay podniéyßey.

ἱππασύνην δεδαὼς μὴ ἄδῃς, μὴ χῇ τ̃ ἱππασύνης ἁμαρτῇς χῇ τ̃ ᾠδῆς. *Nazianzen.*
Equitandi artem callens ne cantes, ne & in equitando & in canendo aberres. *Talia ſunt illa.* Citharœdus cùm ſis, ne velis eſſe auloedus. Ne carnes prepter vmbram abijcias. *vt Canis in Apologo Gabriæ infrà.* *Affine,* Lépßeś opuśćił.

Dla śćiéßki gośćińca śie nié pußczay.

ὁδὲ παρέστης τὴν ἀτραπὸν ζητεεις. *Euſtathius.* Cum via adſit, ſemitam quæris? ὁδὲ παρέστης ἄτραπον μὴ ζητέειν. Cum ſe via offert, mitte quærere ſemitam.

Dla zdrowia wſyſtko cłowiék wytrwa.

Nulla curatio dura, cuius ſalutaris effectus eſt. *Seneca.*
Vulpes Æſopi cauda abſciſſa è laqueo euaſit.
Fur induſtrius apud Herodotum in Euterpe manu abſciſſa & in laqueo relicta ſaluus euaſit. Ligari ſe homines volunt & ſecari, habituri pro incerta ſanitate certum dolorem, daturi magnam mercedem. *S. Auguſtini.*

Dla zyſku ſporego/ léda k'to śie dobrem rzemieślnikiem ozwié/ vczyni.

Quodſi doloſi ſpes refulſerit nummi, Coruos Pòétas & Pòétrias picas
Cantare credas Pegaſeium melos. *Perſius. id eſt. ineptiſſimi quiq; ßpe lucri conuolabunt ad ſcribenda carmina.*

Sic Martial. Sint Mæcenates non deêrunt Flacce Marones,

Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.

ἀγχίνοιαν καὶν μὴ βλακικὸν μέγα κέρδος ἐγείρει. *A.*

Quamlibet ignaui mentem lucrum excitat ingens.

ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον. *Lucian.*

Renuente seruit quisque natura ob lucrum.

Dług / wielki ciężar / πένθος.

Alienum æs homini ingenuo acerba est seruitus. *P. Syrus.*

Æs alienum cepe. *Vide* Dłużnik 1. *Apud Persas, turpissimum erat mentiri & ære alieno obstricto esse. Herodot. Huc facit iocus Augusti Cæsaris in culcitã Equitis Romani in auctione propositam. habes infrà sub.* Kto spáć nie może. *&c.*

τὰ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ. *A.* Seruũ esse faciunt sæpe debita liberũ.

In seruitutem debita trahunt liberos.

Długa mowá / powieść / bayká. Téżko słuchać. Spáć śie chce słuchaiąc.

μακρὸν καὶ δικανικὸν ἐνύπνιον. *Lucian.* Longum & forense insomnium.

χειμερινὸς ὄνειρος. *Idem.* Hibernum somnium .s. *longum vt & noctes.*

εἶτα ἐξηγρόμην. *Aristophanes.* Deinde expergiscebar. *dici solet, cùm molestum est audire sermonem longum vel incredibile quid aut ineptum. significatur enim hoc dicto, somnium vel fabulam fuisse quod audiuimus. vt nostri dicunt.* Cóta bayká. *Simile est illud Cicer.* Ille discessit, ego somno solutus sum. .i. *vbi ille cessauit loqui, ego vigilare cœpi, quia ob fastidium dormitando audiebam.*

μακρότερα τ' Ἰλιάδος λαλῶν. *Pollux.* Prolixiora Iliade loquens.

ὑπὲρ τὸ ὕδωρ ἐκχυνόμενον εἰπεῖν. *Budæ.* Supra aquam infusam vel fluentem (*supra clepsydram*) dicere .i. *tantùm spectare vt tempus dicendo assignatum impleas, more Oratorum Romanorum qui ad clepsydram dicebant, horas sex continentem accusator, horas nouem reus. Meminit harum Cic. Plini. iun. Apulei. Martial. l. 6. epigr. 35. In Cæcilianum dicentem ad septem clepsydras. claudit sic:*

Vt tandem saties vocemque sitimque rogamus,

Iam de clepsydra Cæciliane bibas. *Affert ad hunc locum Raderus plurimâ ex veteribus & nouis scriptoribus de clepsydris.*

Perdere aquam *dicebat Quintilian. eos, qui multa inutilia vel sine iudicio loquuntur. De talibus rectè vsurpes & illud.* Sine viuus à te abeam. *Sic Theocrit.*

ἄγε λέγ' εἴ τι λέγεις, καὶ τ' ξένον ἐς πόλιν ἀνθρ ζῶντ' ἄφες *&c.*

Eia age si quid habes dic, rursus & hospitem in vrbem viuum amitte. *Et Plaut.* Iam iam sat amabo est. Sinite abeam, si possum, viua à vobis.

Spartani Samiorum legatis longa oratione vsis responderunt: τὰ μὲν πρῶτα ἐπιλελάθημεν, διὰ τὸ τὰ ὕστερα οὐ συνήκαμεν. Primorum obliti sumus, ideo posteriora non intelleximus. *Plutarch. Sic Agis rex Sparta legato multa locuto & quærenti quid suis responderet ait:* Dic me, quandiu tibi visum est loqui, tacitum audiuisse. *Et alteri.* Dic te, me tacente, vix tandem finem loquendi fecisse. *Idem.*

Affine, Vżić wie kiedy przestáć.

Długo.

Dlugo.

Annus eſt dum &c. *Terent.* Ætatem ſeruire. *Plaut.*

Δι' βίε: δι' ὅλε βίε: Tota vita: Δι' παντὸς ἀεί. *Heſych.* γενεάν. Semper tota vita. Sæculum *Eraſm.*

Dlugo śie dobre pamięta / á złe dłużey.

Obráże wſzyſcy długo pomniemy / á dobrodźieyſtwá w nét zápomnieny.

Ita naturâ comparatum eſt, vt iniuriæ altiùs deſcendant quàm merita: & illa citò defluant, has tenax memoria cuſtodiat. *Seneca.*

Procliuius eſt iniuriæ quàm beneficio vicem exſoluere, quia gratia oneri, iniuria in quæſtu habetur. *Tacitus.*

τὰ δεινὰ τ' ἔργων ἀεὶ μνημονεύεται. τὸ γὰρ λυπῆσαι, δυσεξάλειπτον. τὰ δ' ὠφελήσαντα ἅμα τῇ ἀπολαυσῇ, καὶ τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην συναναλίσκει. *Herodian.* Offenſarum ſemper hæret memoria. nam quod dolet, ægrè deletur: at beneficiorum ſimul cum vſu & memoria eorum conſumitur. Cui placet (*aliquid ab aliquo factum bene*) obliuiſcitur: cui dolet (*factum male*) meminit. *Cic.*

ἡ εὐεργεσία τάχιστα γηράσκει, ὁ δὲ θυμὸς ἔχαρν. *Ariſtotel. Sophocles.*

Beneficium citiſſimè ſeneſcit, ira verò tardiſſimè.

Manet alta mente repoſtum &c. *Virgil.*

——— Ita ſunt iſti noſtri diuites, Si quid benefacias, leuior plumâ eſt gratia,
Si quid peccatum eſt plumbeas iras gerunt. *Plaut.*

In marmore iniuria, in cinere beneficium .ſ. *ſcribitur.*

Dlugo śie námyślay / á śpiesźno wykonay.

Vulgare dictum: Delibera diu & citò fac.

Antequam incipias, conſulta: vbi conſulueris, maturè facto opus eſt. *Saluſt.*

Βεβαίως ἐγχειρεῖν τοῖς πεκτημένοις. ὅσ' ἂν ἕλῃ, βεβαίως τηρεῖν δεδεμένον. *Bias apud Laërtium:* Cunctanter aggrediendũ negotiũ, in ſuſcepto conſtanter perſeuerandũ.

Φασὶν: σπεύδειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ δόξαντα, βουλεύεσθαι δὲ βεβαίως. *Ariſtotel.* Aiunt: Citò quidem facienda eſſe quæ decreta ſunt, lentè autem deliberandum.

Σπεῦδε βεβαίως. *Suetoni.* Feſtina lentè. *Gelli. Macrobi.*

In conſilijs ſis cochlea, in factis aquila. *Vulgare dictum.*

Affine, Rozmyślić śie dobrzé trzébá.

Dlugo śie złe pamięta. Obrażony pámięta.

Etiam ſanato vulnere cicatrix manet. *P. Syrus.*

Καὶ τραύματος ἀκεσθέντος ἡ ἀλὴ μένει. *A.*

Æternum ſeruans ſub pectore vulnus. *Virg.* (*nym.*

Scribunt in marmore læſi. *vel* Puluere qui lædit, ſed læſus marmore ſcribit. *Ano-*

Odia altiſſimè ſedent. *Quintil.* Offenſio altiùs penetrat. *Tacit.*

Manet alta mente repoſtum. *Virg.* V. Dlugo śie dobre pámięta.

Perſæ quondam Regem Gallum gallinaceum habebant, eumq; ſeuerum. quare eo mortuo, timor in

timor in animis eorum etiamnum manet, ita vt, quamprimum gallus antelucano tempore concinere incipit, mox se ad opera è lectis mulctã veriti proripiant. Apologus Aristophanis.

Długo trwáć nie może/ co mus/ gwałt przemoże.

τὸ βίαιον ἐκ ὅιον τ' ἀίδιον εἶναι. *Aristoteles.*

Violentum non potest æternum esse. *Vulgo dicunt.* Violentum nil perpetuum.

Violenta nemo imperia continuit diu. *Seneca Troade.*

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.

Et mala perrumpet furtim fastidia victrix. *Horati.*

Arcus intentus vbi detenditur, ex curuo rectus fit statim.

Ferrum ignitum mox ab igne remotum refrigescit. (odmienić.

Auiculæ è cauea euolãt vbi foramen viderint. *Affine,* Przyrodzenie trudno

Długo żyć/ kto dobrze żyć.

Proinde vt benè viuitur diu viuitur. *Plaut. Triplex huius dicti sensus potest esse.* Naturalis, Genialis, & Moralis.

In sensu Naturali, iuxta quem etiam bruta benè viuunt, dum in cibo & potu naturæ necessitatem non excedunt: homo similiter seruans leges temperantiæ aut medici præscriptum, benè & diu viuit. Sic Ecclesiastic. 37. Qui abstinens est adijciet vitam. *Et Rhythmicus.* Pone gulæ metas, vt sit tibi longior ætas. *Sic Gorgias centum & octo annorum rogatus, quâ ad tantam senectutem peruenisset. respondit:* Διὰ τὸ μηδέποτε συμπαθεῖνεκληθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις. *Lucianus.* Quòd nunquam circumferri me sinerem per aliorum conuiuia.

In sensu Geniali vel Epicureorum, indulgendo genio cum detrimento valetudinis & virtutis. quo modo vulgò accipitur Bene viuere, (*vt apud Terentium Hecyra:* Vixit dum vixit bene .i. *vt ibidem dicitur,* Voluptati obsequens dum vixit fuit) *falsum est adagium. Nam tales inuerso modo viuunt, & morbis pluribus tentantur, & tandem plures occidit gula quam gladius. .i. delicati malè & breui viuunt. Sic Cic.* Vitium ventris & gutturis, non modò minuit vitam sed & aufert. *Et ad hunc sensum referri potest illud Athenæi de Sybaritis:* ὁ βουλόμενος ἐν συβάρει μὴ πρὸ μοίρας ἀποθανεῖν, μήδε δυόμενον μήδε ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ὁρᾶν δεῖ. Qui nolit apud Sybaritas ante diem fatalem mori, eum nec occumbentem nec orientem solem conspicere oportet. *Talis est vita epulonum ganeonum & asotorum noctu epulantium interdiu stertentium. qui vt inquit Cic.* nec occidentem vnquam nec orientem solem vident, *sed eosdem negat iucundè & rectè viuere.* V. Opák żyć.

Rectè Pythagoras cuidam cibis & exercitationibus corpus saginanti dixit: Hic carcerem sibi firmiorem & molestiorem reddere pergit.

Augustus Pollionem Romulum centesimum annum supergressum interrogauit, quomodo tamdiu vigorem animi & corporis conseruasset, cui ille. Intus mulso foris oleo, *respondit. Democritus idem prius cuidam responderat, longæuum eum fore si interiora melle, exteriora oleo perungeret .i. si reiecta amaritudine & tristitia hilare & suauiter animum foueret, corpus verò labore aliquo cui oleum addebatur solidaret. Idẽ aliquot dies mortem remoratus est odore mellis & panis recentis. Rhodigin.*

In

In ſenſu denique morali & Chriſtiano, veriſſimum eſt dictum. Nam qui probus & virtutibus ornatus eſt, etiamſi in egeſtate fame & moleſtiis multis vitam traducat, benè vivit, & facilius vitam in parſimonia producit. quod tot exempla teſtantur eorum, qui non ſolùm olim, ſed noſtro etiam ſaculo vitam tenui victu vltra centum & ampliùs annos ſani & vegeti vixerunt. quodſi etiam contingat vt talis citius vita abeat, ſatis diu vixiſſe cenſendus eſt, dum conſummatus in breui expleuit tempora multa, & pro breuiori vita habebit longiſſimam æternamq; vitam à morte æterna immunem.

Długoż tego będźié.

Quouſq; eadem? (.ſ. *repetes, inculcabis, reprehendes.*) *Apud Senecam quidam Philoſopho caſtiganti improbos mores & vitam diſſolutam, dicunt:* Quouſq; eadem? *Reſpondet Seneca:* Iſtis dicentibus: Quouſq; eadē? reſponde. Ego debeo dicere: Quouſq; eadem peccabitis? Remedia antè vultis, quàm vitia deſinere. Ego verò eò magis dicam, etiam inuitis profutura &c. publicè, Quouſq; &c. *epiſtola 89. & libro de Tranquillitate animi, vocat vocem rabidarum deliciarum:* Quouſq; eadē? ἕως πότε ταῦτα;

Dłuſſa ſobota niż mędźielá

Vulgi dictum, duarum rerum menſuras præpoſterè inæquales indicans & ridens. Tale apud Græcos eſt: ὁ κλεομένης τῆς κοίτης ὑπερέχει. Cleomenes ſuperat cubile .ſ. *ipſe longus tubile breue. Et apud Latinos illud Iuuenalis.*
Lectus erat Codro Procula (*vxore parua*) minor. *hoc ſenſu accipiunt quidam: alij ad anguſtias lecti referunt.* Si toga diſſidet impar (.ſ. *tunicæ*) Rides. *Horati.*

Iuuenalis carpens Philoſophos ob grauitatem ſupercilia longa demittentes & capillos capitis ob ſuſpicionem & infamiam comatorū radentes, ait: Atq; ſupercilio breuior coma. Tityus in anguſto. V. Vlič ſtużу to tému. Eſt vagina breuis cùm ſit prolixior enſis. *Garner è Gallico. Simile.* Wiekßy przydátek. *Affine,* Opák.

Dłużnik weſoło bierze, ſmutno oddáie.

Dłużnik, pożyczáiąc rumiány; oddáć máiąc, blády.

ἅπαξ πυῤῥὸς καὶ δεκάκις χλωρὸς ſ. χρεώστης. *Suidas.*
Debitor, ſemel rubicundus (*verecundia*) & decies pallidus (*timore & ſolicitudine reddendi*) Raz rumiány á ſto kroć blády.

πᾶν μοι χρέος κρόμμυα καὶ τὸ ζήμιον σκόροδα, *Apoſtolius.*
Omne æs alienum cepe & mulcta allium.
ἀδὲν ἄρχιον ἀδὲ δυσχερέστερόν ἐστ ἀκοῦσαι, δοῦναι. *Plutarc.*
Nil turpius & moleſtius quàm audire (*hoc verbum*) Redde.
Lege caput Eccleſiaſtici 29. hac de re. *Affine,* Dłużnik. Od wrécénia boli głowá.

Dłużnik wielki. Długow tak włoſow na głowie.

τῶ ψυχὴν ὀφείλει. Animam debet. *Terent .i. præter omnes ſuas facultates, ſeipſum inſuper debet, ſeu corpus operam & vitam. nam qui ſoluendo non erat nexus addicebatur creditori, lege Romana. Apud Gellium verò lex* XII. *Tabul. iubebat*

 diſſecari

diſſecari corpus eius, qui multis debebat, nec ſoluere poterat.
Omnia debet præter animam. *Eraſm. ex Cicer.*

Dłużnika dobrego milczemé zepſuié. Dług zánięcbány ginié.
Optima nomina (*i. debitores*) non appellando (*non exigendo*) fiunt mala. *Columel. l.*
καλὸν χρέωστην εἰς κακὸν σιγὴ τρέπει. *A.*
Bonus tacendo debitor fiet malus.

Do Bogá / gdy trwogá.

εὐχαὶ κακομόρῳ ἐς ἀλέξημ' ἔχατον. *A.* Preces malorū remediū nouiſſimū.
Præcipuus votorum locus eſt, cùm ſpei nullus. *Plin. l. 8. cap. 16.*
δυσχλίας ἀπόβασις ἡ ζωτηρίας ἀπόγνωσις εὐχὴ θεῶν. *Scholiaſtes Homeri.*
In calamitatum acceſſione & ſalutis deſperatione, preces ad Deos .ſ. reſtant.
Ouid. in proximo naufragio: Dij maris & terræ (quid enim niſi vota ſuperſunt?)
Soluere quaſſatæ parcite membra ratis. V. Jezyk broń.
Mala quæ nos premunt, ad Deum ire compellunt. *S. Gregorius.*
Vide quæſo quid Xenophon Ethnicus apud Plutarchum dicat: (ſed Latinè hîc redditum)
Cum ſecundæ res ſunt, oportet nos deorum maximè meminiſſe, ijſq; honorem habere, vt vſu flagitante, inuocare eos cum fiducia poſſimus, iā propitios & amicos.

Do bogacza / tak zrzodła / wſzyſcy śie zbiegáią.
Wźiąwſzy dość / á zmąciwſzy wodę odbiegáią.
Ad felicem vt ad lacum concurrunt omnes, quem exhauriunt & turbant. *Seneca.*
Et Horat. ait: Diffugiunt cadis Cùm fæce ſiccatis amici doloſi.

Dobra kośćé brzozá. Dobra pſu mucha. Dobra Máthiaſowi plotká.
Dobra w chomato ſłomá / w kaftan báwełná.
Dobry tobie chleb / cienkuß. Do wody z gęba.
Komu śie mieſá nie doſtánie: ten ná polewcé niech przeſtánie.
Fenum te eſſe oportet, non ambroſia ali: *Ex Cicer.*
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Boletus domino. *Iuuenal.*
οἶνον ἐκ τῶν βαλάνων φοινίκων τοῖς οἰκέταις. *Suidas.*
Vinum ex glandibus palmæ ſeruis. *Et Ariſtotel. 1. Oeconomico*: *Seruis nihil aut valde modicum vini dandum cenſuit, licèt cibariorum copiam concedat.*
A caupone tibi fæx Laletana bibatur (*vinum viliſſimum à loco dictum.*)
Si plùs quàm decies (*10 cyathos*) Sextiliane bibis. *Martialis.*
Aurum profectò ſpectatores Comicum (*ex napis lupinis nummi fictitij.*) Sed ad hanc rem agendam (*ad decipiendū lenonem*) Philippeū eſt. *Plaut.* Víć to śie zgodźi.
τὰ ἄχυρα τῷ ὄνῳ. Paleæ aſino .ſ. *dandæ.* Fabrorū prandia betæ. *Mart.*
Pauperis cœna ſcolymus. *Plini. olus aculeatum exigui ſuccì & alimenti.*
τὸ ἀφύας λιμὴν τέλειον. Aphyæ honos oleum. *Piſciculus eſt minutus & vilis, quare ſatis eſt ſi abſque alijs condimentis addatur illi oleum dum frigitur. Sed noris apud Græcos vile*

tos vile fuisse hoc condimentum. Asini carnes rustico. *Gallorum dictum. Garner.*
Affine, Szkodá tu tégo. & Nie twoiey to geby. & Takiemu tákie,

Dobra myśl leda co zépsuié.

Vt gratas inter mensas symphonia discors &c. Offendunt. *Horati.*
εὐρυθμίαν φθείρει μικρὰ δυσφωνία. *A.*
Suauem vna vitiat dissonantia musicam.
Vbi voluptatem ægritudo vincat, quid ibi inest amœni? *Plaut.*
Pamphilus Terentianus optat suo gaudio nullam ægritudinem intercedere. In Andria.
Feruentem ollam modica frigida infusa refrigerat.
Huc facit illud axioma: Malum ex quocunque defectu, *&c.*
V. Dobrey myśli nic pśuy. Piszczk ná stypie.

Dobra nádźieiá.

In portum ex longa nauigatione venio. *Cic.* Terram video vel aspicio. *Idem.*
Ex alto terram aspicere voluptas est nautarum. *Plaut.* γαῖαν ἰδεῖν ἡδὺ ναύταις.
Exorsa hæc tela non male omnino est mihi. *Plaut.* Dobre początki.
Benè habent principia. *Terent.* φῶς ἥκει. *Euripides.* Lux oblata est, affulsit. *Cic.*
Noua lux oculis effulsit. *Virgil.* Spes affulsit. *Liuius.*
ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις εὐδίαν ὁρῶ. *Euripid.*
Rursus serena cerno cuncta ex turbidis.
ἐκ χειμῶνος εὐδία. *Pindar.* Post tempestatem tranquillum.
Propemodum in vado salutis res videtur. *Plaut.* Vicimus si &c. *Cicer.* (tur.
Hirūdo aduolauit. ἡ χελιδὼν θέρος λαλεῖ. *Aristophanis interpr.* Hirūdo æstatē loquitur.
νέα χελιδὼν ἔαρος ἀρχή. *Aristophan.* Noua hirundo veris initium.
δεξιὸς ὄρνις ἐπέπτατο. *Homer.* Dextra auis aduolauit. *Vicinum.* Dobry znák.

Dobra naßá.

Res in vado est. *Terent.* Salua res est. *Festus.* In cœlo sum. *Cicer.*
Mea pila est. *Plaut.* Mea sors est. *Idem.* Mihi sors vel sortitio euenit. *Idem.*
Piscatus meo quidem animo hodie euenit bonus. *Idem.*
Seruauisti omnem ratem. *Idem* .i. *omnem rem familiarem* Rex sum. *Idem.*
μεδίμνῳ ἀπομετρῶ τὸ πατρὸς ἀργύριον. *Suidas.* Modio dimetiar patris argentum. *In eum qui magnum lucrum subitum exspectat.*
Exclamare libet populus quod clamat Osiri Inuento. *Iuuenal.*
Frugum inuentor is erat. clamabat autem populus eo inuento. εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν.
Inuenimus, congratulemur nobis. *Nam animam Osiridis post mortem in bouem transmigrasse fabulabantur, qui bos Apis vocabatur, & vt Osiris colebatur. qua de re multa leges apud Strabonē & Plutarc. Meminit & Plinius. Tibullus. Martial. Seruius. Eusebius.*

Dobra nowiná.

νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἔστιν τὸ Δαλδὸς μέλος. *Suidas.*

Nunc illa ſe offert cantilena Datidis. *Fuit Datis Satrapes Perſa, qui Græcæ linguæ imperitus, lætum quid audiens dicebat.* ἥδομαι εὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι. *cùm χαίρω dicere debuiſſet. Vſurpatur etiam Datidis cantilena, pro ſermone barbaro aut ſolœciſſante.* προσκυλινδεῖσθαι ἐκτῶν: *Ariſtophanes.* i. Prouolui ad miluios .ſ. *conſpectos. vulgus illius loci & temporis miluios primò viſos, adorabat quaſi veris nuntios.*

Celebris eſt etiam apud varios ſcriptores vt Ariſtophan. Athenæum. Horati. Plini. Hirundo veris nuntia. παῖδες οὐχ ὁρᾶτε; ὥρα νέα χελιδών. *Ariſtophanes.* Pueri non videtis? ver noua hirundo.

ἦλθε ἦλθε χελιδὼν, καλὰς ὥρας ἄγουσα, καὶ καλὸς ἐνιαυτούς. *Theogn. 3. de ſacrificiis.* Venit venit hirundo, pulchras horas ducens, & annos pulchros. *Sic continentes* χελιδονίζειν *dicebantur. Apud eundem Poëtam* Hirundo chlænam *(hiemalem veſtem craſſam)* vendere & theriſtrum *(æſtiuam leuem)* emere ſuadet. *Rhodij initiò veris* ἐχελιδόνισαν. i. *hirundinem imitabant. Athenæus. Noſtris etiam hirundines apparentes veris nuntiæ & certiores apodes. Vſurpatur & hîc illud dictum.*

Dobra nowiná / bedźie láto / poßłá źimá.

Dobra powieść / gdy mowią: Jéść. *Simile eſt illud.* V. podźrobić. R. O nić mogeć chodźić. Podźże iéść. R. Toć muſße leść.

Eſurientium, paraſitorum & gulonum vox iſta eſt.

τὸ φαγεῖν ἀκοῦσαι ἡδύτατόν ἐστιν μέλος: *A.* Eſt grata cantilena quæ ſonat, Cœna. Amo cantilenam quæ mihi ſonat Cœnam. *Sæpè talia leges apud Plautum, Martial.* Bona cœna ſtrenaq; occeſſit mihi. *Plaut. Apud eundem Paraſitus dicenti ſibi* Coquitur. &c. Quando vis veni, parata res erit. *Reſpondet.* Ego verò te ſequar & ſeruabo, Neque hodie vt te perdam, meream deûm diuitias mihi. *Adde illud Philoxeni.* Suauiſſima aqua quæ manibus infunditur. V. Czudzy chleb. Vnum augurium optimum pugnare pro cœna. V. Dobry záwße czás.

Dobra wola ſtoi zá vczynék.

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas,
Hac ego contentos auguror eſſe deos. *Ouidi.*
Hæc facit vt veniat pauper quoque gratus ad aras,
Et placeat cæſo non minùs agna boue. *Idem.*
Sed qui quam potuit dat maxima, gratus abundè eſt,
Et finem pietas contigit illa ſuum. *Idem.*
At voluiſſe ſat eſt. animum non carmina iacto. *Idem.*
——— Et meritum velle iuuare voco. *Idem.*
Quod ſi deficiant vires, audacia certè
Laus erit. In magnis & voluiſſe ſat eſt. *Propert.*
ἀρκεῖ δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον. *Politian.*
Sufficit in magnis rebus vel ſola voluntas.

Parùm ſucceſſit quod ago, at facio ſedulò. *Seruus apud Terentium.*

Coronat

Coronat Deus voluntatem, vbi non inuenit facultatem. *S. Auguſtinus.*
Quod voluimus, pro facto reputatur, vbi factum excludit neceſſitas. *Bernardus.*
Mulus Athenis templum ædificante Pericle, ſtrenuè in ſaxis conuehendis laborabat, ſenio autem feſſus vacatione donatus eſt; ſed ille nihilominùs iuxta ſarraca aliorum mulorum onera vehentium currebat, quaſi eos adhortans & incitans. quare publicè ei alimenta perpetua decreta ſunt. Plutarchus.

Affine, Chćicy iák nalépiey. & Jáko możemy. Wola ſtoi zá vczynék.

Dobre nábycie ſpore/ trwáłe/ i w morzu nie vtonie.

Diutinè vti benè licèt partum benè. *Plautus.*

χρήματα δ' ἐκ ἁρπαχθὲντα θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω. *Heſiodus.*

Pecuniæ vel opes non rapto quæſitæ ſed à Deo datæ multò meliores.

Dobre obyczáie/ i łuckie rozumienie/ rychley námowi niż długie mowienie.

τρόπος ἐστ' ὁ πείθων τὸν λέγοντα, ὐ λόγοι. *Menander.*

Mores dicentis perſuadent, non oratio. *Vel.*

Probitas loquentis plùs valet quàm dictio.

Dobre przy lépſzem tamćie. Cudne przy cudnieyſzem gaśnie.

Quæ habēt admirationē, euaneſcunt atq; moriuntur cōparatione meliorū. *Quintil.*

Lana tincta fuco, citra purpuras placet; at ſi conferas etiam lacernæ, conſpectu melioris obruetur. *Idem.* Si iudicium acrius adhibeas, iam illud quod fefellerat, exuat mentitum colorem & quadam vix enarrabili fœditate palleſcat. *Idem.* Exigua quædam animalia igniculi videntur in tenebris, quæ in ſole euaneſcunt. *Idem.* Quæ mediocris eſt dictio, per ſe habet admirationem; ſed admotis ijs quæ ſunt eximia, deſinit eſſe admirationi. *Idem.* *Oratores qui Iſocratis orationes audierant vel legerant, ſuas de ijſdem materiis pudore aboleuerunt. Iſocrates ipſe teſtis oratione de Permutatione.*

Hiſtriones vel actores qui cum Roſcio contendebant, etiamſi antea recti aut venuſti aliquid habere viſi ſunt, id amittebant. *Cic.*

ἡ πορφύρα παρὰ πορφύραν διαγινώσκεται. *Phœbammon.*

Purpura iuxta purpuram dignoſcitur.

τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν θεωρῶμεν καὶ δοκιμάζομεν ἑτέρᾳ παραβαλλόντες. *Iſocrates.*

Purpuram & aurum ſpectamus & probamus alteri comparantes. *Palliolo purpureo laneſtri à Rege Perſarum Aureliano miſſo, collatæ omnes nobiles purpuræ, cineris ſpecie decoloratæ videbantur. Vopiſcus.* *Affine,* Rownánie rzéczy máte y wielkie czyni.

Dobre rzatko bez złego: Złe z dobrem zmieſzane teſt.

Między pſzenicą/ ábo na ſrzedniey ziemi pſzenicá i kąkol rośćie.

Terra ſalutiferas herbas eademque nocentes
Nutrit & vrticæ proxima ſæpe roſa eſt. *Ouid.*

Dic mihi an boni quid vſquam eſt, quod quiſquam vti poſſiet Sine malo omni? aut ne laborem capias, cùm illo vti voles? *Plaut.* Voluptati mœror comes. *Idem.*

mes. *Idem.* Magna præda, eſt cum magno malo. *Idem.* Roſa olet & pungit. Bonum malo circumſeptũ. *Pierius.* Roſam ſpina ſepſit. *Ambroſius.* Nihil quicquam tam proſperè hominibus datũ, quin admiſtum ſit aliquid difficultatis. *Apulei.*

οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκείαν ἄνδρὶ κακῶν. Non eſt domũ inuenire quæ careat malo.

δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν διὸς οὔδει
δώρων, οἷα δίδωσι, κακῶν, ἑτερὸν δ' ἐάων. *Homer.*

Duo namq; dolia iacent in Iouis limine Munerum, qualia dat (*hominibus*) malorum (*alterum*), alterum autem bonorum. *quæ ille miſcet & plerumq; plùs addit ex dolio malorum.* V. Wiecey zlego niż dobrego.

Dulcia mixta ſunt amaris. *Martial.*

Vbi vber, ibi tuber. *Apuleius.* i. (*vt idem explicat*) Nulla voluptas ſine miſeria.

τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἔλε φρένα — *Homer.* Lætitia huic mœrorq́ue ſimul præcordia cepit. ὁ νοῦν ἔχων ἐστὶ καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. *Xenophon.* Sapientis eſt & ex inimicis vtilitatẽ capere. Tanta felicitate nemo poteſt eſſe in magna familia, qui neminem neq; ſeruum neq; libertũ improbũ habeat. *Cic.*

εὑρὼν δ' ἂν ἀνθρώπων τὰ πάντων
ἀγαθὸν, ἐν ᾧ τὰ μὴ πρόσεστι καὶ κακόν. *Menander.*

Nullũ inuenire ex omnibus, &c. Bonum eſt, cui aliquid non adhæreat mali. —— Interq́; nitentia culta Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ. *Virgili.* Etiam in prato eſt aliquid ſpinoſum. *Iuſtinian. Pinguis & optimi ſoli indices ſunt herbæ inutiles ſponte vbertim excreſcentes. Plutarch.*

πικρῷ γλυκὺ μεμιγμένον. *Plato.* Amaro dulce miſtum vel amarum dulci.

ὃ γὰρ ἂν ἀνθρώποισι θεὸς τελέσσαν ἅπαντα,
ἀλλ' ἐσθλῷ κακὸν ἄγχι παρίστασθαι ἔκ τινος αἴσης. *Q. Calaber.* Non enim hominibus dij perfecta dant omnia, Sed bono malũ adiunctũ eſt quodã fato.

πολύποδος κεφαλή. *Plutarch.* Polypi caput. *de re iucunda cui aliqua moleſtia vel noxa adiuncta eſt. Nam Polypi caput palato gratiſſimum eſt, ſed ſomnia horrifica parit.*

πολύποδος κεφαλὴ ἔνι μὲν κακὸν, ἔνδε καὶ ἐσθλόν. *Plutarch.*

Sunt bona ſunt mala quæ Polypi in capite intus habentur.

Sic Martialis de ſuis carminibus ingenuè fatetur.

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala multa.

κόρινθος ὀρθοῦταί τε καὶ κολάπτεται. *Strabo.* .i. Corinthus & collibus ſurgit & vallibus deprimitur. .i. *Nulla felicitas eſt ſine aliquo incommodo. nam ciuitas hæc opulentiſſima fuit & claris viris artificibuſq; celeberrima, ſed agros inæquales nec ita fertiles habebat. Rhodigin. qui Superciliоſam Corinthum vocat.*

οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά, ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις. *Euripides.*

Seiuncta non ſunt à malis vſquam bona, Sed eſt aliqua commiſtio.

μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς. *Theognis.* Miſta bonis mala ſunt. (*Galli.* Nulla nux ſine putamine. Nulla roſa ſine ſpina. Nulla domus ſine ærumna. *Garner.* In ampliſſima quaque lætitia eſt coniugatio mellis & fellis. *Apuleius.*

Affine

Affine, Káżdy ma ſwoie wáde / ábo ſwego molá. Żadna rzecz ták zła nie ieſt. *&c.*

Dobre rzeczy mié trwaie.

Optima citiſſimè pereunt. *βέλτιστα πολλάκις ταχύτατα παρέρχεται. A.*
Res optimæ ſæpe pereunt citiſſimè.

Quicquid ad ſummum venit, ad exitum properat. Eripit ſe aufertq; ex oculis perfecta virtus; nec vltimum tempus exſpectant, quæ in primo maturuerunt. *Seneca. Sic Sapientiæ c. 4.* Conſummatus in breui, expleuit tempora multa. &c.

Affine, Przéd láty rozum nié trwáły.

Dobre śie nigdy nié ſprzykrzy. Dobre powtorzyć śie godzi.

δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν ἐστι τὰ καλὰ λέγειν καὶ διανοεῖσθαι. Plato. Bis & ter pulchrum eſt dicere & conſiderare quod pulchrum eſt.

δὶς δὲ τρὶς τὸ καλὸν ῥηθὲν οὐδὲν βλάπτει. Idem. Bis & ter, quod pulchrum eſt, dicere vel dictum, nihil nocet. *τὸ καλῶς ἔχον δὶς καὶ τρὶς ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖ. Idem.* Quod pulchrum eſt bis & ter repetere ſermone oportet. *κόρον οὐδεὶς τῶν καλῶν. Lucian.* Honeſta nullam ſatietatem afferunt. *Sic Horat. de pulchro pòëmate & pictura, quæ à longe ſtanti placet, vel prope.*

Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.

Hinc illud triuiale. Lectio lecta placet, decies repetita placebit. *Sic Demoſthenes Luciano teſte Thucydidis hiſtoriam octies deſcripſit vt ſic ſtylum eius imbiberet.*

Dobre śie ſámo dźiekuié.

Si quid bonis bene fit, eſſe idem & graue (.i. *ſolidum*) & gratum ſolet. *Plaut.* Quod bonis bene fit beneficiũ, gratia ea grauida (*grata*) eſt bonis (.i. *conferentibus*)

Ipſamet vt taceã pro me (al. *pro ſe*) benefacta loquuntur. [*Plaut. Lambin.*

εὐεργέτην χάρις αὐτὴ εὐχαριστεῖ. A. Bene facientem gratia ipſa prædicat.

Vicinum, Cżołem zá cżéść.

Dobre śie ſámo płáci.

——— *ἦ ῥὰ δικαίοις ἄνδρασιν εὐσεβίης ἐκ δοιάλωλε χάρις. Anthologi.*

Piſcator caluariam naufragi retiſ extractam pietate motus ſepelire aggreſſus eſt, & foueam fodiens theſaurum inuenit & dixit: Certè iuſtis viris pietatis gratia non perit.

Dobre ſtáre látá á naſſé lépſze. Stare latá chwalmy á ſwych záżywayamy.

Laudamus veteres ſed noſtris vtimur annis. *Ouidius.*

αἰνεῖ γέρων ἔτη παλαῖα, παρὸν ζῆν. A.

Dobre to ale owo lépſze.

ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς μεγάνορος ἐξοχα πλούτου. Pindarus.

Optima quidem aqua, ſed aurum ſupra ſuperbas diuitias eſt .ſ. *in æſtimatione hominum quia rarius, alioqui aqua magis neceſſaria eſt, & ideò etiam melior. Excutit hoc problema Plutarchus. Negat Henric. Stephani hoc inter adagia referendum. Esto; ſententia tamen eſt pulchra huic loco quadrans.*

ἄυλη κρείσσων, ἄυλη κυρία. *Plutarch. Apollodor.* Hæc melior, hæc potior. ſ. *ſententia.*

Dobre z dobrem / á zle ſámo.

Bonum bono contrarium non eſt, malum verò etiam ſibi.

πᾶν μὲν ἑτέρῳ ἀγαθῷ αἱρετώτερον ἢ μόνῳ μόνον. *Ariſtotel.*

Omne bonum expetibilius eſt cum altero bono quàm tantùm ſolum.

Theſeus domum ex Creta reuerſus, legumina varia vna ſimul olla cocta cum ſuis lætus comedit. Plutarch. *Hic locum habet* Olla putrida *vulgò dicta.* [*crobi.*

Ex Hymettio(*melle*) nouo & veteri Falerno(*vino*) mulsũ fit optimè temperatũ. *Ma-*

Dobre zé zlego czeſto bywa. Dobre zé zlego vczynić / wielka ſztuká. Zle ſpráwy rodzą dobre vſtáwy.

Bonæ leges ex malis moribus procreantur. *Macrobius.* Vſu probatum eſt, leges egregias, exempla honeſta apud bonos, ex delictis aliorum naſci. *Tacitus. quare apud Æginetas multabatur qui nouæ legis conſtituendæ occaſionem dediſſet. Ariſtotel.*

Sæpe malo ex principio magna familiaritas conflata eſt. *Terentius.*

Ex malis excerpendum ſi quid ineſt boni. *Cato.*

Quam acerbiſſima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. *Cato.*

νῦν εὖ πεπλόηκα, ὅτε ναυαγήκα. *Suidas de Zenone naufrago.*

Nunc bene nauigaui, poſtquam naufragium feci.

εὖ ἐποίησε τύχη προσελαύνουσα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ. *Idem.*

Bene fecit fortuna aduehens (*admouens*) me ad philoſophiam.

Ex neceſſitate facere virtutem ars magna. *Ex Gabria. ſub* Co muße.

Ἔ νῦν ἔχοντός ἐστι καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. *Xenophon.* Prudentis eſt etiam ex inimicis vtilitatem capere. *De hoc argumento libellum ſcripſit Plutarch.*

Melius eſſe iudicauit Deus de malis bene (vel bona) facere, quàm mala nulla eſſe permittere. *S. Auguſtin.* Omnis malus aut ideò viuit, vt corrigatur, aut ideò, vt per illum bonus exerceatur. *Idem.*

Aurum è ſtercore colligendum, *vt Gallus Æſopicus è Sterquilinio gemmam eruit.* & Virgilius è ſtercore Ennij aurum legit. *Sanga.*

καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν. *Suidas.* Faciunt & ſphaceli immunitatem. *Piſiſtratus Tyrannus ab Athenienſibus exigebat decimas eorum quæ in agris proueniunt. is aliquando obambulans vidit ſenem in petricoſo loco laborantem, & quæſijt, quos fructus inde colligeret. reſpondit ille*: Dolores ac ſphacelos atque horum decimas exigit Piſiſtratus. *quo audito Tyrannus decimas remiſit ciuitati. hinc ortum dictum.* Faciunt & ſphaceli. &c. *ſunt autem ſphaceli ſiderationes vel inflammatæ partis corporis duricies ex labore & laſſitudine.*

Nullum librum eſſe tam malum, quin parte aliqua prodeſſe queat, *dixit Plini.*

ἀὶ μέλισσαι τραχυτάτῳ καὶ ὀρυμιτάτῳ θυμῷ προσκάθηνται & λάβωσαί τι χρήσιμον ἀποπέτονται. *Plutarch. contractus.* Apes (*neglectis roſis violis &c.*) ad aſperrimas & amariſſimas herbas, qualis eſt thymus, aduolant, & decerptis quæ vtilia ſunt auolant. *Eadem ſimilitudine vtitur Iſocrates & S. Baſilius.*

Dauid

Dauid ex auro idoli Moloch coronam ſibi fecit. 2. Regum 12. Sic Amaſis rex Ægypti ex pelui aurea idolum adorandum à populo Herodot.

Ex tortis lignis rectus componitur ignis. *Garner.*

Fures ingreſſi hortum Iſaaci abbatis mutatis animis eum excoluerunt, & ab abbate humaniter accepti & admoniti ſunt. S. Gregor.

Dobré zlé vczynione/ nié iéſt dobre.

τὸ καλὸν ἐ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γένηται. *Nazianzen.*

Bonum non eſt bonum, quando non benè fit. *Lepidum eſt illud:* Deus non remuneratur Verba ſed Aduerbia. *Ioan. Gerſon.* i. *non factum eſſe vel feciſſe, ſed benè factum vel benè feciſſe: Et S. Gregorius dicit:* Deus non reſpicit quantum, ſed ex quanto. *Nam vt commune eſt Axioma S. Dionyſii Thomæ & Philoſophorũ:* Bonum ex integra cauſa & omnibus circũſtantijs requiſitis conflatur, ſi quid defuerit vel vitiũ modicũ acceſſerit, malũ opus erit. *Lucianus de hac re ſic ait:* ὁ γὰρ κἂν μικρὸν ἐνδεὴς, ἀτελὴς. κἂν πάντα πλείω ἔχῃ, ἐν ᾧ τοῦτο ἀκὶ, ἐνδεὴς εὐδαίμων. In quo vel minimum *(virtutis)* deſideratur, imperfectus eſt, licèt cæteris omnibus abundet, hoc verò non habeat, nullo modo beatus eſt.

Dobrego cnotá nié boiazń od zlégo hámnié.

μισῶσιν καλοὶ ἁμαρτεῖν δρετῆς ἐρῶντες. *A.*

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Tu nihil admittes in te formidine pœnæ. *Horatius.*

Virum ſapientem non peccaturum, dicebat Peregrinus philoſophus, etiamſi peccaſſe eum dij atque homines ignoraturi forent. *Gellius.*

Nobis perſuaſum eſſe debet; ſi deos hominesque celare poſſimus; nihil tamen auarè, nihil iniuſtè, nihil libidinosè, nihil incontinenter eſſe faciendum. *Cic.*

Honeſta bonis non occulta quæruntur. *Idem.*

Hoc diſtant Philoſophi à cæteris hominibus, quòd ipſi ſponte faciant ea, quæ cæteri metu legum inuitè. Xenocrates apud Plutarchum.

Dobrego/ cnotliwego bánkiet/ krotoſilá nié zepſuié.

Occaſiones hominẽ fragilem nõ faciunt, ſed qualis ſit oſtendunt *Thomas de Kempis.*

ἀκτὶς ἡλίου κἂν ὁμιλήσῃ βορβόρῳ, μένει καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος. *Syneſius.*

Radius ſolis licet contingat lutum, manet purus & impollutus.

καὶ γὰρ ἐν συμποσίοις ὁ νοῦς ὁ σώφρων ἐ διαφθαρήσεται. *Laërtius.*

In conuiuijs hilarioribus mens continens non corrumpetur. *Ariſtippi dictum.* V. Vſie wßyſtko ſie káżdemu zeydźie.

Athenienſis qui probus eſt, inſigniter eſt probus .ſ. *in corrupta licet ciuitate.*

V. Tákiem badź iákiem/ &c.

Pſylli (gens in Africa) ſerpentum, ſcorpionum, phalangiorum & aliorum venenatorum quæ ibi plurima ſunt, morſibus nihil læduntur. quin potiùs ſi venenata ad eos propè acceſſerint vel attigerint, debilitantur & torpeſcunt aliquandiu. Ælianus. Sic probi, &c.

Hæc licèt ita sint, præstat tamen vitare occasiones. V. Powodu do złégo.

Dobrego gniazdá/ wychowánia/ ćwiczenia człowiék/ piés/ &c.

Spartanus. *Nam Spartâ aliæ gentes & ciuitates, petebant nutrices & duces. Plutarch.* ὑπηρετῶν ἐκ Φρυγίας, δὲ ἀπὸ δ' ἀρκαδίας ὑπηρέτας. *Athenæus.*

Mancipia è Phrygia, sed ab Arcadia auxiliares .s. *Optimi.* (runt.

Ex Isocratis ludo, è quo, *vt ait Cic.* tanquã ex equo Troiano innumeri principes exie-

ἀγαθοὶ ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. *Plato.* Boni erant quia ex bonis nati.

εἰκὸς βελτίους εἶναι τοὺς ἐκ βελτίονων. εὐγένεια γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. *Aristotel.*

Consentaneum est meliores nasci è melioribus. Nobilitas enim est virtus generis.

Varro canes eligi iubet, qui sint boni seminij. Ludit in hac phrasi & Plaut. Milite.

Virgilius item Equos generosos admitti præcipit fœturæ causa. *Nam rectè Horatius.*

Fortes creantur fortibus & bonis. Est in iuuencis est in equis patrum

Virtus, nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam. *Nec contrà.*

Dobrego żołnierza/ sterniká/ &c. przygodá/ mébéspiéczeństwo pokażé. W trudnośći rozum poznáć.

Sed conuiuatoris vti Ducis ingeniũ, res Aduersæ nudare solent, celare secũdæ. *Hora.*

δείκνυσιν ἡ νὺξ τὸν κυβερνήτην σοφόν. *A.* In nocte noscitur gubernator probus.

ἐν γαλήνῃ δὲ μάθοις εἰ ἀγαθὸς κυβερνήτης ἐστὶ, χειμῶνος γὰρ δεήσει σοι πρὸς τὴν ἀναγνωσιν

Lucian. In tranquillo non disces si bonus est gubernator, tempestate enim opus tibi est ad cognoscendum.

ζάλη κυβερνήτην ἄριστον δείκνυει. *A.*

Vel ὕδωρ κυβερνᾶν δείκνυσι θέρμη κλύδων. *A.*

Monstrat gubernatorem tempestas bonum.

Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas. *Seneca.*

In tempestate ars naucleri apparet. *Garner.* ὁ κυβερνήτης εὐπλοεῖ καὶ σὺν τῇ τέχνῃ.

καὶ σὺν τοῖς ἐρίοις πνεύμασιν. *Euriphanius.*

Gubernator prosperè nauigat & arte & vento secundo.

Dobrego ludzié nayda/ ábo mézábacza: dobrzé wspomnáta.

Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet. *P. Syrus.*

Φήμη τὸν ἐσθλὸν καὶν μυχῷ δείκνυσι γῆς. *Euripides.*

Fama bonum & in terræ cauo ostendit virum.

Φήμη δ' ἥτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἣν λαὸς πολλοὶ

λαοὶ φημίζωσι, θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή. *Hesiodus.*

Fama nulla prorsus perit, quàm quidem multi populi diuulgant, siquidem & ipsa dea quædam est. Et memorem famam qui benè gessit habet. *Ouid.*

τὸ εὐεργετεῖσθαι ῥᾳδίη ἄγγελος. *Theognis.* Benefacti facilis nuntius.

Vel Facile sibi beneficentia præconem inuenit.

Phocion Atheniensis quadragies & quinquies Prætor creatus est non ambiens & absens à comitiis. Plutarch.

Vt Phry-

Vt Phrygius amauit Piëriam. *vel pleniùs.* Vtinam ſic amer à viro, vt à Phrygio Piëria. *qui eius amore fecit pacem inter ſuam & ipſius ciuitatem, diſcordes & inimicas ſibi ambas antea. Plutarch.*

ὡς Φρύγιος ἠρέσθη πιερίαν. *Hinc celebris eorum memoria & nomen manſit.*

Dobrego nie ſłowa żaden nie rzecze.

οὐκ ἐπαινετέος οὐδ' ἐν περιδείπνῳ. *Diogenian.* Non meretur laudari, ne in cœna quidem .ſ. *funebri, in qua tamen etiam non optimi vtcunque commendari ſolent.* *Nam* Liuor poſt fata quieſcit, *vt Ouid. ait. & præficæ conducebantur ad funera quorumuis. vnde Naeuius apud Feſtum ait:* Hæc quidem mehercle opinor præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat. *Sed hæc parergῶs. ad rem.*

ὁ κακίας νέφη ἑ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' ἑαυτὸν τὰς λοιδορίας ἕλκει. *Plutarch.*

Cæcias nubes & vita vitioſa opprobria ad ſe trahit.

Ciui immunifico, ſcis quid cantari ſolet?

Quod habes, ne habeas: & illud quod nunc non habes, habeas malum.

Quandoquidem nec tibi benè eſſe potes pati, nec alteri. *Plautus.*

Dædali exſecratio in omni ſermone. V. Złyczłowiek.

Dobrego ſzukaiąc, ledwie naydziéſz: złe ſie ſámo nawinie.

Vnum hoc ſcito, nimiò celeriùs venire quod moleſtum eſt, quam id quod cupidè petas. *Plaut.* διζημένοισι τἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι. *Democrit.* Quærentibus bona vix obtingunt, mala verò etiam non quærentibus.

Aruſpices, ſi quid boni promittunt pro ſpiſſo euenit:

Id quod mali promittunt præſentarium eſt. *Plaut.*

Nocere promptũ ſemper eſt, vt peſſimum; Prodeſſe porrò reconditũ, velut optimũ. χαλεπὰ τὰ καλὰ, τὰ δὲ κακὰ ῥᾴ χαλεπά. *Theocriſtus.*

Difficilia quæ pulchra, honeſta, bona; mala verò non difficilia.

Affine, Wiecey złego niż dobrego. Złe ſie rychley náwinie. Złego nie kupie.

Dobrem być, abo dobrze czynić, choć pozno, lepiey niż nigdy.

κρεῖττόν ἐστιν ἄρξασθαι ὀψὲ τὰ δέοντα πράττειν ἢ μηδέποτε. *Dionyſ. Halicarnaſſ.*

Præſtat ſerò quàm nunquam quod te decet aggredi.

Vulgare eſt illud. Præſtat aliquando quàm nunquam. *Garner.*

Vulpes Æſopi cuidã fluctus maris numeranti & obſuperuenientes aſſiduò erranti ac numerationem repetenti, ideoq; ſollicito, dixit: τί ἀνίᾳ τ' παρελθόντων ἕνεκα; δέον τὰ ἐντεῦθεν δεξάμενον ἀριθμεῖν ἀμελήσαντα ἐκείνων. *Lucian.*

Quid angeris ob vndas præter lapſas? hinc oportet numerare incipias, illis neglectis. *In eum qui aduertens ſe erraſſe vel damnũ paſſum, nil vult agere, cùm debeat id quod reſtat, quantumcumq; eſt, captare.* *Affine,* Vczyć ſie záwße nie ſromotá.

Dobrem ſie to zwać nie godzi; co im wiecße, wiecey ßkodzi.

Non eſt bonum, quod incremento fit malum. *Seneca.*

Illustrari hoc potest ex Aristotelis l.2. Rhetor. c.6. vbi de maioribus bonis & malis agens ait: αἱρετώτερα εἶναι, ὧν αἱ ὀρέξεις καὶ ὑπεροχαὶ βελτίους καὶ καλλίους &c. ὅσων δ' ἧττον, μείζω κακά. Magis eligenda esse, quorum appetitiones & exsuperantiæ meliores & honestiores, &c. quorum verò minimè, maiora mala.

Dobrem śie zstáć/ ábo trwáć/ być/ trudno.

Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. *Pittacus. Plutarc.* Difficilè est bonum esse.

ἄνδρ' ἀγαθὸν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπόν. *Simonides.*

Virum verè bonum fieri res difficilis.

Dobrem zá żywotá záyrzemy/ á zmárłe ſtawiemy.
Dobrem zá żywotá gárdźiémy/ po śmierći ié chwalemy.

Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus inuidi. *Horati.*

Vrit enim fulgore ſuo qui prægrauat artes (.i. *qui excellit.*)

Infra ſe poſitas, exſtinctus amabitur idem. *Idem Horati.*

Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas. *Propert.*

Maius ab exſequijs nomen in ora venit. *Idem.*

τοῖς ζῶσι πᾶσιν ὑπεστί πις ἢ πλείων ἢ ἐλάττων φθόνος, τοῦ τεθνεῶτος δὲ οὐδὲ τῶ ἐχθρῶν οὐδεὶς ἐπιμισεῖ. *Demoſthenes.* Viuentes omnes magis aut minus inuidiâ laborant; mortuòs verò ne inimicorum quidem quiſquam odio habet.

Minuunt præſentia famam. *Claudian.* *In mari Indico piſciculus eſt in fundo degens dum viuit, mortuus ſummis aquis innatat. de illo ſic Ælianus.* ζῇ ἀθέατον, νεκρὸν δὲ ἀναπλεῖ. Viuens non videtur, mortuus emergit & ſupernatat. *Sic* Probitas Latet in viuo, poſt mortem eluceſcit.

Affine, Vmárły od zazdroſći wolen. Zazdroſć żywe przéśláduié.

Dobrem złé/ złem dobrzé śie ná świećie powodzi.

Quin etiam infelix virtus, & noxia felix

Et malè conſultis pretium eſt, prudentia fallax. *Manilius.*

— ἀνέρι πολλάκις ἐσθλῷ ἀμφεχύθη μέγα πῆμα λυγρῷ δ' ὄπι κάπτεσεν ὄλβος. *Quint. Calaber.* Sæpe bonum virum Circundat magna penuria, improbo autem opes contingunt. χαιρόνων νίκαι. *Porphyrion.* Deteriorum eſt victoria.

ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. *Homer.* Siquidem ſuperant iam deteriora.

Similis ſententia ſæpe in diuinis libris habetur. vt Hieremiæ c.12. Habacuc. c.1. Pſal.72. &c.

Telamon item apud Cicer. putat deos negligere humana, ob eandem cauſam. Nam ſi curent *inquit* dij humana, bonis benè ſit, malis malè, quod nunc abeſt. *Sed hæc rectè fieri Chriſtiani ſciunt.* *Affine,* Czeſto ßkodá dobrego poryka. Dobroć mu ßkodźi.

Dobremu dobry/ złemu zły.

μαλθακὰ μὲν φρονέων ἐσθλοῖς, τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος. *Pindar.* Mollis erga bonos, aſper erga moleſtos inſidiator. .ſ. *ſum vel eſt.* φίλον ἔτι φιλεῖν, ποτὶ δ' ἐχθρὸν, ὅτε ἐχθρὸς ἐὼν λύσσιο δίκαν ἀσθέσσομαι. *Idem.* Amicum ego amem

amem, verùm contra inimicum, vt inimicus lupi inſtar incurram. *Ethnicorum hæc ſunt. Nobis præceptum eſt* Diligite inimicos veſtros &c. *nota ſunt. Neq; fauet huic dicto Dauidis illud Pſalmo 17.* Cum ſancto ſanctus eris, cum peruerſo peruerteris. &c. *Non enim ibi de homine ſed de Deo loquitur, qui talẽ ſe exhibet homini qualem erga ſe hominem videt, ſi innocentem, pium, miſericordem, ſincerum, aduertat; talem ſe illi exhibet: ſin ſecus, contrarium. vt poſt alios Bellarmin. hunc locum interpretatur. Quodſi Deus cui omnia in hominem licent, tantùm ſe demittit, vt cùm plùs exigere poſſet, tamen hac quadam æqualitate contentus ſit: audebit homo eodem pacto ſe cum ſibi pari gerere? & bonum hominem tantùm (idq; opinione tantùm non veritate) amare; malum verò (ſua opinione, Dei iudicio forte bonum & meliorem) odiſſe?*

Dobremu przy zlem śie doſtánié.

Sæpe Dieſpiter (*Iupiter*) Neglectus inceſto addidit integrum. *Horati.*

πολλάκι ζυνθνήσκουσι κακοῖς οἱ ζυμπαρεόντες. *Phocylides.*

Sæpe cum improbis moriuntur qui eis adſunt.

πολλάκι δὴ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαύρει,
ὅστις ἀλιτραίνῃ καὶ τάφθαλα μηχανάαται. *Heſiodus.*

Sæpe tota ciuitas mali viri (vnius) pœnas luit, qui peccat & iniqua machinatur.

κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς, τύχας ἡγούμενος,
τοῖς δ' νοσοῦντος πήμασιν ἀπώλεσεν.
τὸν δ' νοσοῦντα, κοὐδὲν ἠδικηκότα. *Euripides.*

Communes enim Deus fortunas exiſtimans, eius qui ægret (*malus eſt*) malis, (*pœnis*) perdidit Eum qui non ægrotat, & nil iniquè egit.

Nux apud Ouidium apta huic loco queritur.

Nam quod habent frutices aliquando proxima noſtris
Fragmina, quod læſo vimine multa iacent:
Non iſtis ſua facta nocent: vicinia (*mea*) damno eſt, (*illis*)
Excipiunt ictu ſaxa repulſa meo. &c.
Quæ longius abſunt. Natiuum retinent inuiolata decus. *Hæc illa.*

Dobremu rzemieślnikowi káżde nacżynie dobre.
Dobry rzemieślnik lédá nacżyniem dobrzé zrobí.

τεχνίτῃ καλῷ τ' ὄργανα πάντα καλά. Inſtrumenta bono cuncta bona artifici. A. *Affine illud Plauti.* Proba materies data eſt, ſi probum adhibeas fabrum.

Dobremu wßędy dobrzé. Wßyſtćk świát oyczyzná cnotliwego

Quocunq; loco natus eſſet, fortunã ſibi ipſe facturus videbatur. *Liui. de M. Portio Catone.* Virtute duce, comite fortuna. *Cic. .ſ. omnia obtinebis vel vbiq; proſperè ages.*

Sat habet fautorum ſemper qui rectè facit. *Plaut.*

Omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. *Idem.*

τοῖς γὰρ καλῶς πράσσουσι πᾶσα γῆ πατρίς.

Eſt patria, quæuis terra honeſta agentibus. *alij reddunt.* Proſperè agentes

(.i. *quibus prospera sunt omnia*) vbicunque degant, perinde ac patria contenti sunt. *Sic Socrates Atheniensis interrogatus, cuias esset?* κοσμικὸν .i. mundanum. *quasi totius mundi ciuem se esse respondit, non Atheniensem.*

Dobremu wßyſtko dobre ábo dobrzé.

Dobry wßyſtko w dobre obráca / zá dobre przyymuié.

Sui cuique mores fingunt fortunam. *Cornel. Nepos.*

ἀγαθὸς ἀνὴρ καὶ εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν δυνάμενος καλῶς φέρειν. *Archytas.* Bonus vir & felicitatem & infelicitatem rectè ferre potest.

Sapiens ipse fingit fortunam sibi. *Plaut.* Sua cuiq; prudentia deus. *Pacatus.*

Omnis fortuna in sensu sapientis habitat. *Fulgentius ex Carneade.*

ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. *Menander.* Mores hominis deus vel fortuna.

ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ τ' ἐσθλὰ καὶ διδοῖ θεός. Bono viro namq; bona largitur Deus.

τρὶς δ' ἀποµαξαµένοισι θεοὶ διδόασιν ἄµεινον. *Callimachus.*

Ter abstersis (.i. *benè expiatis, seu puris, probis*) dij dant meliora.

µηδ' ἄκανθα ἀµύξῃ σὸν ἀγαθὸς, µηδ' ἀσ πλαδίῃ. (.i. πελάζῃ. *Suidas.*

Ne spina quidem vulnerârit vel pupugerit bonos, ac ne propè accesserit.

——— τ' µὲ κακὸν κακὸν δ' πάσχειν, τ' ὃ χρηστὸν εὐτυχεῖν. *Euripides.*

Malum mali quid perpeti (*fas, par est*) bonum agere prosperè.

ἀγαθὸς ἀνὴρ λέγοιτ' ἂν ὁ φέρων τἀγαθὰ,
ἀγαθὸς ἂν εἴη, κἀὶ ὁ φέρων καλῶς κακά. *Athenæus.*

Quicunq; fert bona vir bonus vocabitur,
Bonus quoque ille, qui mala tulerit benè.
Miser dici bonus vir, esse non potest. *P. Syrus.*

Dobremu wßyſtko przyſtoi.

Φεὺ τοῖσι γεννάδασιν ὡς ἅπαν καλόν. *Euripides.* Prò quã generosos omnia decent.

ἅπαντα τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσιν πρέπει. *Diogenian.* Bonos viros omnia decent. vel gratiosos. *quorum omnia dicta & facta placent omnibus; quæ ab aliis profecta, offenderent.* *Vide* Przyſtoi mu wßyſtko.

Dobrey myśli nie pſuy. Przez ſraſunki kiedy trunki.

Pallentes procul hinc abite curæ. *Martialis Saturnalibus.*

εἰς ἔω τὰ σκιδαῖα. *Plutarch.* In crastinum seria .s. reijcito. *Archias Thebanorum dux literis inter cœnandum oblatis dicebat.*

µετὰ δεῖπνον σκιδαῖα. Post epulas seria. .s. *tractanda.*

Intempestiua ne turbes festa Minerua. *Ouid. i. hilaritatẽ serijs sermonibus aut subtilibus quales Philosophorũ.* Cur in theatrum Cato seuere venisti? *Martialis de ludis Floræ inhonestis, quorum petulantiam Cato sua seueritate & grauitate restinxit.*

εὐδίᾳ ἐπάγεις νέφος. *Plutarch.* Serenitati nubem inducis, vel ne inducas.

Et stellis nebulam spargere candidis. *Horat. de anu puellarum choro mista.*

Frigida

Frigida feruentẽ ollã aſpergis, *vel* ne aſpergas. *aliter apud Plautum hæc alij intelligunt.* E natali die mortualem facis, *vel* ne facias. *Plaut.*

τὸν αὐστηρὸν οἶνον οὐ πρὸς πότους, ἀλλὰ πρὸς φαρμακοποσίας χρῶνται, *Lærti.* Auſterum vinum non ad compotationes, ſed ad medicinas adhibetur. *Sic ſermones Philoſophorum præſertim Stoicorum ſeueri in conuiuiis locum non habent.*

ὁ φιλόσοφος ἐν συμποσίῳ τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον ὁ κύων ἐν βαλανείῳ. *Lucian.* Philoſophus (*è priſcis illis præſertim Stoicis & Cynicis*) in conuiuio tale quid eſt, qualis canis in balneo. .ſ. οὐκ ἄδων, οὐ σκώπτων, μὴ γελῶν, ἐν τριβωνίῳ κείμενος εἰς γῆν ὁρῶν, ὥσπερ ἐπὶ πένθος οὐχὶ συμπόσιον ἥκων. Non cantillans, non ludens dicterijs, non ridens, in trita lacerna accumbens, terram intuens, velut ad luctum non ad conuiuium vocatus veniſſet.

In conuiuio vini non arguas proximum, & non deſpicias illum in iucunditate ipſius, verba improperij non dicas illi. &c. *Eccleſiaſtic. 31. cap.*

O fortes &c. nunc vino pellite curas Cras ingens iterabimus æquor. *Horat.*

μαριανδυνὸς θρηνητὴς εἶ. *Euſtathi.* Mariandynus cantor lamentator es. *lugubre hi ſonabant, quare hilari conuiuio non adhibebantur.*

ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. *Zenodot. Suidas.* Abydena illatio, bellaria, acceſſio. *de ijs qui ſuo aduentu moleſtia nos afficiunt. hoſpes ingratus vel interrumpens colloquium aut conuiuium turbans. Nam Abydenis mos erat, vt in ſacra & in conuiuia à nutricibus inferrentur infantes conuiuis ſuauiandi, qui vagitu & clamore ſuo nutricumq; garritu conuiuium ingratum reddebant. Vt quadret dicto Polonico, dic.* Abydena bellaria ne inferas. *Vel.* Ne Abydenorum conuiuium nobis reddas.

διασκεδάτε τὸ νέφος ἐκ μετώπου. *Anaxandridis.* Diſcutite nubem fronte. *Sic Horat.* Deme ſupercilio nubem. Bądź dobrey myśli/ weſoł. Exporrige frontem. *Terent.* Sollicitam explica frontem. *Horat.* Porrectiore fronte mecum loquaris. *Plaut.* *Plutarch. Sympoſiaco 7. docet quæ acroamata conuiuio ſint adhibenda. vt Dialogi, Comœdiæ lenes & honeſtæ, cithara, cantus &c.*

μὴ κακύργει τὴν μουσικήν. Ne vities, corrumpas Muſicam. *Ex Plutarcho, apud quem aliter hoc dictum vſurpauit Ecprepes Ephorus, qui aduertens Phrynidã Muſicum ad ſeptem chordas, contra morem patriæ duas addidiſſe, ſcidit eas dicens. Ne vities Muſicã.* μὴ ἐμποδίσῃς μουσικά. *Eccleſiaſtic. 32. Ne impedias Muſicam.*

ἐπικόφθη ἡ μουσική. Interſecta eſt muſica (.i. *hilaritas interrupta*) cùm quis iucundum ſermonem aut colloquium interrumpebat.

ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας τὸ ὕδωρ. *Ariſtius. & Athenæus.* Bona perdidiſti vina miſcens his aquam. *quod ægrè fert Martial. l. 1. epigr. 19. ſed hîc allegoriam adhibe.* i. Triſti rumore aut facto hilaritatem diſcuſſiſti.

Affine, Vlá frąſunek dobry trunek. Dobra myśl lędá co zepſuie.

Dobro żadne temu nie ſmakuie/ co vczeſtnika iego nieczuie.
Nullius boni ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio. *Seneca.*

Vtuntur

Vtuntur hac vel ſimili ſententia Theologi agentes de Tribus perſonis in diuinis.

τὰ ἀκοινώνητα ἀγαθὰ ἀνδῶ. Bona quæ nõ cõmunicantur alteri iucunda nõ ſunt.

Dobroć mu ßkodzi. Nazbyt dobry. Przé dobroć ſwą/ nedzę cierpiß.

Iſto tu pauper es, cùm nimis ſanctè pius. *al.* quia nimis, &c.

Apud Plautum optimo viro Dæmoni, obijcit ſeruus piſcator, reddẽti amiſſa domino proprio.

Varo, reguſtatum digito terebrare ſalinum.

Contentus perages, ſi viuere cum Ioue tendis. *Perſius cuidam periurium & fraudem timenti ac dicenti*; Sed Iuppiter audiet. *ex more vulgi reſpondet: Eheu ſtulte ſi pietatem curabis tam pauper eris vt vix ſalem obſonii loco habere poſſis, quem prandens digito ſubinde attingas. Dictum ethnici impium vt & ſequens.*

Ego ſceleſtus nunc argentum promere poſſum domo;

Tu qui pius es, iſtoc genere natus, nummum non habes. *Apud Plautum Leno dicit honeſto adoleſcenti Calidoro ſed egenti pecunia.*

κεστρεὺς νηστεύει. Ceſtreus ieiunat. *de iu dicitur quibus iuſtitia & bonitas parùm aut nihil prodeſt. vt Ceſtreo piſci accidit, qui innocentiſſimus habetur quòd nullum piſcem immo nil viuens comedat, ideò verò ſemper ieiunus manet. Athenæus. Ariſtot.*

Arboris fæcundæ fructus ramos frangit. *Sic Ouidii Nux.*

Fructus obeſt, peperiſſe nocet, nocet eſſe feracem.

ἡ καρύα εὐκαρπεῦσα μᾶλλον πληγὰς ἕλκει. *A.*

Nux plena fructu verberatur acriùs. *Affine,* Drugiem dobry. Sobrem źlé.

Dobroć ábo cnotá zmyślona/ złość pokryta.

Iniuſtitiæ totius nulla capitalior, quàm eorum, qui tum cùm maximè fallunt id agunt, vt boni viri eſſe videantur. *Cicer.*

Malus bonum vbi ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. *P. Syrus.*

Bonitatis verba imitari, maior malitia eſt. *Idem.*

μισῶ τ' ἄνδρα τὸν διπλᾶν πεφυκότα,
ἥδιστον λόγοις, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις. *Anthologi.*

Odi virum duplicem. Dulcem verbis, aduerſarium moribus.

Simile, Złość ſkryta.

Dobrośćią złégo ábo głupiego nié vżyćß.

Draco marinus ſi dextra trahatur, reſiſtit: ſi ſiniſtra, cedit & capitur. *Ælian. Symbolum praui & pertinacis ingenij.*

Benefacere cani, ſerpenti, lupo, &c. V. Dobrodźiéyſtwo dobrodźiéiowi ßkodźiwe.

Dobrośćią złego pokonaß.

Bonitas pertinax vincit malos. *Seneca.* V. Chléb namocniey wiażé.

Dobroczynność Boſka rzécz. dobroczynny Bogá naśladuié.

ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. *Suidas.* Homo homini vel hominis Deus. *de ijs qui ex inſperato ab aliquo ſeruantur & per eum celebrantur.*

Nam,

Nam, *vt ait Cicer.* Dei proprium eſt ſeruare & benefacere; ideò qui in graui periculo ſuccurrit, vel magno aliquo beneficio alium afficit; Dei quaſi vice fungitur, & ei cui prodeſt, Deus eſſe dicitur.

Deus eſt mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. *Plini.*

Nam, *vt ait Heſiod.* θεοὶ δ' ὠτῆρες ἐάων. Dij largitores ſunt bonorum.

ἐυ γὰ εἴρηται καὶ τοῦτο, ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεὸς, ὅταν εὐεργετῶσιν. *Strabo.*

Rectè enim & hoc dictum eſt: Homines maximè imitari deos, cùm ſunt benefici.

Sic Theognis. τὸ εὐεργεσίης ἄδὲν ἀρειότερον. Beneficentia nil meliùs.

Conueniens homini eſt hominem ſeruare voluptas,
Et meliùs nulla quæritur artè fauor. *Ouidi.*

Dobroczynność lépſza niż dobra wola.

Nequam illud verbum eſt: Benè vult, niſi qui benè facit. *Plaut.*

Qui benè volunt, benefici fient. (.i. *ſint*) *Idem.*

Nil ait qui diffidentem verbis ſolatur ſuis;

Is eſt amicus qui in re dubia re iuuat, vbi re eſt opus. *Idem.*

Quid te igitur retulit Beneficum eſſe oratione, ſi ad rem auxiliũ emortuũ eſt? *Idẽ.*

ἀγαθοποιεῖν ἄμεινον ἔργῳ ἢ λόγῳ. *A.*

Re præſtat eſſe quàm loquela beneficum.

ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν ἔχοις καὶ δύναιτ' κάλλιστ' πόνων. *Sophocles.*

Homini prodeſſe vnde habeas & poſſis pulcherrimum opus.

Dobroczynność zła zmyślona. Nie ladá dobrodźieyſtwo!

εὔνους σφάκτης. *Zenodotus.* Beneuolus occiſor. *qualis fuit Oreſtes matricida, matri ſuæ à ſe occiſæ parentans. Talis & Ptolomæus Philopatoris qui matri Berenicæ cauſa mortis oblata, eandem honorificè ſepeliuit.*

τὸν κυκλώπειον ἐτίμας τιμήν. *Nazianzen.* Cyclopis (*me vel illum*) honore affeciſti. *qui Vlyſſi pro magno beneficio promiſit, ſe vltimò ipſum deuoraturum Homerus. l. 9. Odyſſ. Et Lucian.* κύκλωπ' δῶρεὰν *vocat* τὸ ὑπισχνεῖσθαι ὅτι πύματον ἐγὼ τὸν ἄλλον καταφάγομαι. Cyclopis donum. pollicentis vltimò ſe Vlyſſem deuoraturum. *Sic Cic. Antonio exprobranti quod ingratus in ſe eſſet, quem cùm poſſet non occiderit, reſpondet*: Sit beneficium, quandoquidem à latrone maius accipi nullum potuit.

Dorion claudus ſolea pedis claudi ablata, dicit: Non imprecabor furi quicquam niſi vt pedi ipſius quadret .i. vt ſit claudus. *Ariſtodemus.*

Adoleſcenti amanti argentum dare, eſt gladium dare quo ſe occidat. *Plautus.*

ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὄρεξε βρόχον. *Lucian.* Stipem mihi poſcenti porrexit funem.

Dobrodźieia ßánny.

Cerua ne rodas vitem. *Apud Æſopum Cerua venatores fugiens ſub vite latuit, & ſecuram ſe iam rata folia ambedit, ſicq; à venatoribus conſpecta confixa & capta eſt. Epimythion Planudis.* οἱ τοὺς εὐεργέτας ἀδικοῦντες ὑπὸ θεοῦ κολάζονται. Qui benè de ſe meritos iniuria afficiunt, à Deo puniuntur.

Similis apologus est Demosthenis de Ouibus, quæ Canes custodes suos lupis pacem illa conditione pollicentibus prodiderunt & ab eis laceratæ sunt.

Potest huc trahi præceptum Hesiodi, vetantis ὅπι πελαμῶν καὶ κρηνάων ἐρεῖν. Ne quisquam in flumina & frontes vrinam emittat. *ex quibus bibimus lauamur & tot alia commoda habemus.* *Simile est illud Pythagoræ.* Lapidem in fontem iacere scelus .i. *benè meritos ledere nefas. vel, publicæ vtilitati.* *Plutarch.*

Qui aquam hauris, puteum corona. *vt faciebant Romani Fontinalium festo. Varro.*

τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν. *Menander.*
Hoc ego Deum esse iudico, quod me nutrit.

ἄυλαυι καὶ γήρᾳ τετρυμένον ἐργατίην βοῦν
ἄλκων ὁ Φοινὶν ἤγαγε πρὸς κοπίδα,
αἰδεσθεὶς ἔργων. *Suidas ex Epigrammat.*
Sulco (.i. *labore*) & senectute confectum operarium bouem
Alcon (*agricola*) non duxit ad cruentam securim,
Verecundatus eius opera & labores.

Athenienses decreto sanxerant vt muli qui egregiè diu laborarunt, vinculis soluti liberè ad extremum vitæ pascerentur. *Apud Rhodiginum.*

Dobrodźiéyſtwo dáć cudniey / niż bráć.

τὸ πλουτίζειν δ' πλουτεῖν βασιλικώτερον εἶναι. *dixit Ptolomæus.*
Ditare quam diuitem esse magis est regium.

μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. *S. Paulus. Actor. 20.*
Beatius est magis dare quam accipere.

τὸ χαρᾶς ἐδὲν ἄτως γόνιμόν ἐστιν ὡς χάρις. *Epicurus.*
Gaudij nil æquè ferax ac gratia.

τὸ εὖ ποιεῖν δ' εὖ πάσχειν ἢ μόνον κάλλιον ἀλλὰ καὶ ἥδιον. *Idem.*
Beneficium dare non solùm pulchrius sed & iucundius quàm accipere. *Plutarc.*

Dobrodźiéyſtwo dawáy miłey / niż zdoby / niż chwał.

τὰ ὅπι τοῖς δώροις λεγόμενα, ὡς μετριώτατα καὶ ὀλίγιστα ἔστω. μηδὲ ἐπαινείτω τις τὰ πεμπόμενα. *Apud Lucianum lex in Saturnalibus.* De muneribus (cùm dantur aut mittuntur) quam modestissimè & paucissimis verba fiant. nec quis collaudet eā quæ mittit. *Apud Plutarchum Arcesilaus inuisens Apellem ægrotum pauperem, dicens malè iaces & puluinum eius emendans, 20 drachmas clam ei subiecit, quibus postea deprehensis Apelles dixit:* Arcesilai id furtum est.

Dobrodźiéyſtwo dáne wymawiáć / gorzey niż odmawiáć.

πᾶσα χάρις ὀνειδιζομένη ἐπαχθὴς, καὶ ἄχαρις, καὶ ἐκ ἀνεκτή. *Plutarch.*
Omne beneficium si exprobretur, molestum est & ingratum & intolerabile.

In Adria Terentij, Sosia libertus indignatur hero commemoranti, quòd ex seruo fecerit illum libertum, & ait: Habeo gratiam. Sed mihi hoc molestum est; nam istæc commemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficij.

Sic Marti-

Sic Martial. l. 5. ep. 54. Crede mihi quamuis ingentia Poſtume dones,
Auctoris pereunt garrulitate ſui. *Lege ſequentia.*

Dobrodźiéyſtwo dáne zépſowac.

ἀὶξ Σκυρία. *Zenodotus.* Capra Scyria. *Lacte optimo & copioſo celebris, ſed mulctrum quod impleuit lacte, euertens. aliter Athenæus refert.*

σύ τοι μ' ἔφυσας, σὺ με καταῖθειν μοι δοκεῖς. *Æſchylus.*

Tu me genuiſti, & tu me comburere videris. *Meleager vel Pentheus alloquitur matrem quæ illum cum ædibus combuſſit. Eundem Senarium vſurpauit Demetrius Poliorcetes alloquens fortunam, quæ illum olim extulerat, & poſt deprimebat.*

ἀπώλεσας τ' οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. *Athenæ.*

Perdidiſti vinum infuſa aqua. *In eum qui beneficium datum corrumpit. vel laudando illud nimis, vel gratitudinem aut vicem exigendo vel exprobrando, &c.*

Corrumpi beneficia Seneca docet tribus modis potiſſimùm. Iniuria, exprobratione, & prædicatione: *quæ poſteriora peiora & frequentiora ſunt, nec ita æſtimantur vt deberent. ſæpè id apud hunc leges, potiſſimum verò libro de beneficiis. 1 cap. 1. l. 2. c. 11. & 12. eleganter & fusè. itemq; l. 7. c. 22. 23. Vide Martialem proximè allatum & lib. 1. epigram. 19. ad Tuccam de vino corrupto.*

Dobrodźiéyſtwo dawßy nié żáłuy.

ἡ χάρις ἀμεταμέλητός ἐστι. *Theophraſt.* Gratia ſine pœnitentia eſt, vel eſſe debet.

Dobrodźiéyſtwo dobrodźiéiowi złodźiéyſtwe.

ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν. *Gabrias.* Colubrum in ſinu fouere, *dicitur is qui hominem ingratum inhumanum & per occaſionem nociturum demeretur.*

ὄφιν θαλπεις κἀ ὄφις σὲ ſ πλήξει. *Apollon. Tyanæ.* Serpentem foues & ille te, feriet. *Sic Clytemneſtra apud Æſchylum conqueritur de Oreſte filio necem ſibi machinante.*

ὀὶ ἐγὼ τεκοῦσα τὸν δ' ὄφιν ἐθρεψάμην.

Ah ego parens hunc enutrij anguem mihi!

Apud Æſopum, Gallina oua ſerpentis fouenti hirundo dixit: τί ταῦτα τρέφεις, ἄνερ ἀυξηθέντα ἀπὸ σοῦ πρώτης ὃ ἀδικεῖν ἄρξεται; Quid hæc foues, quæ cùm creuerint, à te prima iniuriam auſpicabuntur?

Similis apologus eſt cuiſpiam de eo, qui canem è puteo extrahens ab eo morſus eſt.

Item alter Apologus in Epigrammatis Græcis vbi Ouis lupum nutriens dicit:

τ' λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω, ἀκ ἐθέλουσα, &c.
ἀυξηθεὶς δ' ἐπ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ πάλι θηρίον ἔσται.

Lupum proprijs vberibus nutrio inuita, (*paſtor cogit &c.*) qui vbi à me nutritus creuerit, in me rurſum erit fera vel ferus.

Mus in pera; ſerpens in gremio; ignis in ſinu; malè rependunt gratiam hoſpitibus. *Innocent. Pontifex.* *Affine,* Dobyodźiéyſtwo źlé oddáne.

Dobrodźiéyſtwo iedno drugiem zdob, vmacniay.

Non eſt ſportula, quæ negotiatur. (.i. *non eſt munus amici, quo ille aliquid venatur*)
Poſcis munera ſextæ non amicos.
Gratia nulla datur, ſi munere munus ematur. *Anonym. rhythmic.*
Qui beneficium ſua cauſa dat, ſimilis eſt ei, qui pecora, captiuos, familiam ſuam diligenter curat & alit. *Seneca.* Multùm negotiatiò diſtat à beneficio. *Idem.*
Cleanthis dictum affert. Quod emi, non debeo. *Idem.*
Pudeat venale eſſe beneficium. *Idem.* αἱ χάριτες γυμναί. *Suidas.*
Gratiæ nudæ .i. δωρεὰν δεῖ χάριτας τίθεσθαι. *Idem.*
Gratis benefaciendum eſt, & candidè.

Dobrodźiéyſtwo niéwczéśne przykre.
Niéwczéśna vczynność / ſtoi zá vmyślną złość.

Intempeſtiua beneuolentia nihil à ſimultate differt. *Eraſm.*
ἄκαιρος εὔνοι᾽ ἀδὲν ἐχθρᾶς διαφέρει. *Suidas.* Eſt par odio importuna beneuolẽtia.
Frequentiſſimè euenit vt nihil interſit amicorum munera & hoſtium vota: itẽque inter odium & beneuolentiam. *Seneca.*
Momentis quædam grata & ingrata ſunt. *Idem.*
Benefacta malè collocata, malefacta arbitror. *Ennius apud Cicer.*
κακὸν τὸ καλὸν ἦν τι μὴ καιρῷ τύχῃ. Bonum malũ fit tempore haud ſuo accidens.
Φίλος μὲ βλάπτων, ἀδὲν ἐχθρᾶ διαφέρει. Nocẽs mi amicus, nihil ab hoſte diſcrepat.
Non moror officium quod me grauat, &c. *Horatius.*
Sedulitas autem ſtultè quem diligit, vrget. *Idem* .i. *moleſta eſt potiùs. Lambin.*
Nullum beneficium duco eſſe id, quod, cui facias, non placet. *Plaut.*
Benè cùm ſimulas facere mihi te, malè facis. *Idem.*
Antigonus rex Ariſtodemo nuntio victoriæ Demetrij filij ex Ptolomæo tardè & morosè eam aperienti, dixit: καὶ σὺ χαῖρε, ἕτως ὀκνηρὰς βασανίσας, δίκην ὑφέξεις. βραδίων δὲ ἀπολήψῃ τὸ εὐαγγέλιον. Et tu ſalue. quia verò ita nos torſiſti, pœnam lues, & tardiùs accipies præmium. *Plutarch.* *Affine,* Poniéwolne dobrodźiéyſtwo.

Dobrodźiéyſtwo ochotnié dáne / drogo bywa ſłácowáne.
Dwá kroć dáié / kto rychło; á trzy kroć / kto ochotnié dáié.
Daték ochotnié dány / przyiemnieyſzy niż nátrętny.

Illud beneficium iucundum victurumque in animo ſcias, quod obuiam venit. *Seneca.* Gratiſſima ſunt beneficia parata, facile occurrentia; vbi mora nulla fuit, niſi accipientis verecundia. *Idem.* Proprium eſt benefacientis libenter & citò facere. *Idem.* Bis eſt gratum, quod opus eſt, vltrò ſi offeras. *P. Syrus.*
Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter. *Idem.*
Bis dat qui citò dat. *Seneca.* Plus dat qui in tempore dat. *Iuſtinian.*
Bis dat facitúe, qui facit datúe hilariter. A.
ὠνεῖται χάριτες γλυκερώτεραι, ἢν δὲ βραδύνῃ,
πᾶσα χάρις κενὴ, μήδε λέγειτο χάρις. *Lucian.*

Dobrzé czynić poczawßy / nie przéſtáy.

Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant. *Plaut. Tralatum à tectis domorum.*

Beneficium ſæpè dare, docere eſt reddere. *P. Syrus.*

πυκνῶς χάριν διδὲς διδάσκει ἀναφέρειν. *A.*

Perdet agricola quod ſparſit, ſi labores ſuos deſtituet in ſemine. *Seneca.*

——— Nam ſtare aut creſcere debent Munera. *Martial. l. 8. epi. 71.*

Dobrodźiéyſtwo téſt / ßkodliwych rzéczy odmowić. Dobrodźiéyſtwo ßkodliwe / nié téſt dobrodźiéyſtwo.

Negare nocitura, beneficium eſt. *Seneca.*

Exorari in perniciem rogantium, ſæua eſt bonitas. *Idem.*

Sæpe nihil intereſt, inter amicorum munera & hoſtium vota. *Idem.*

Quid turpius, quàm, quod frequentiſſimè euenit, vt nihil interſit inter odium & beneficium? *Idem. dum ſcilicet noxia accipienti dantur.*

κακόν γε δῶρον ἴσον ἐστὶ ζημίᾳ. Æquale damno munus eſt malum graui.

Inſaniens, ſi gladium depoſitum repetat, reddere peccatum ſit, negare beneficium. *Cicer.* V. Mieczá nié day ßalonemu.

Dobrodźiéyſtwo niéochotné z przewłoką / z przymowką dáne / nieprzyiemne. Jeukier béz dobrey woli w piołun śie obroći. *Ruſſorum eſt.*

Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit, quod quis ægrè dimittere viſus eſt. *Seneca.* Proximus eſt neganti, qui dubitauit dare. *Idem.* Diu noluit, qui tardè fecit. *Idem.* Tardè velle, nolentis eſt. *Idem.* Ingentia beneficia tarditas corrupit, cùm promitterent vultu negantium. *Idem.* Beneficium aſperè datum, panis lapidoſus eſt. *Idem.* Non tulit gratis, qui cùm rogaſſet accepit. *Idem.* Nil æquè amarum quàmdiu pendere. *Idem.* Inde illæ voces quas ingenuus dolor exprimit: Fac ſi quid facis. Nihil eſt tanti. Malo iam neges. vbi in tædium inductus animus incipit odiſſe beneficium, dum exſpectat. *Idem.*

Non afficit me quicquid expreſſit rubor. *Ioſ. Scalig.*

μισῶ φίλοισιν ὕστερον ξυνδρομεῖν. *Euripides.*

Odi equidem amicis ſeriùs ſuccurrere. *Martial. l. 6. epigr. 30.*

Sex ſeſtertia ſi ſtatim dediſſes, &c. Deberem tibi Pæte pro ducentis.

At nunc cum dederis diu moratus, &c. Sex ſeſtertia Pæte perdidiſti.

Simile eſt Epigram. 42. l. 7. in Cinnam & Epigr. 20. l. 6. in Phœbum.

Huc ſpectat & Luciani epigramma, poſitum ſub Dobrodźieyſtwo ochornié dáne / &c.

ὠκεῖαι χάριτες, &c. ἡ χάρις ἀβραδύπους ἄχαρις ἐστὶ χάρις.

Vulgaris Pentameter. Gratia tarda, ingrata eſt gratia.

Gratiaque officio quod mora tardat abeſt. *Ouidius.*

Dobrodźiéyſtwo nié téſt / ktore potrzébuié nagrody.

Martialis in Sextum, qui cœnam natalitiam celebrans, Pòëtam non vocauit, eò quod nihil illi miſerit, dicit.

Non eſt

Gratia quæ properat pergrata eſt, gratia porrò
Quæ tardat, nomen gratiæ inane tenet.
ἡ χάρις ἡ βραδύπους ἄχαρις χάρις. *Auſonius è Græcis.*
Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia namque
Cùm fieri properat, gratia grata magis. *Idem.*
Si benè quid facias, facias citò: nam citò factum,
Gratum erit; ingratum gratia tarda facit. *Idem.*

Gratius multò eſt quod facili, quàm quod plena manu datur. *Seneca.*

In omni dato hilarem fac vultum tuum &c. *Eccleſiaſtic. 35.* In omni dato non des triſtitiam verbi mali. *Ibidem 18.* Verbum ſuper datum bonum. *Ibidem.* Sto wo dobre ſtoi zá datek.

Munus ornato verbis. *Terent.* οἱ ἐρῶντες ἂν τι ἐρωμένοις διδῶσι, καλὸν εἶναι καὶ κεκοσμημένον εὐπρεπῶς βούλονται καὶ πρεπόντως τὸ δῶρον. *Plutarch.* Amatores cùm quidpiam amaſio dãt, volunt vt elegans & decenter ac eximiè ornatum ſit donum. Benignitatem per ſe gratam, comitate adiuuabat. *Liuius.*

πλουτῶ δ' οὐδὲν δίδω, μή τ' ἄυριον ἔλθειν εἴπῃς. *Phocylides.*

Mendico ſtatim da, neq; cras venire iube. *Prorſus vt Salomon. c. 3.* Ne dicas amico tuo; Vade & reuertere. Cras dabo tibi; cùm ſtatim poſſis dare.

Qui dat libenter & ſtatim, bis obligat. *Ioſ. Scaliger.*

κέρδος δὲ φίλτατον ἑκόντος εἴ τις ἐκ δόμων φέρει. *Pindarus.* Lucrum gratiſſimum eſt ſi quis ex volentis ædibus ferat.

Æquiore animo quidam ferunt præcidi ſpem ſuam, quàm trahi. *Seneca.*

Bis non ſpondebis quod mox præſtare valebis. *Anonym. Rhythmic.*
Dat bene dat multùm, qui dat cum munere vultum. *Idem.*
Da facie læta, ſine lætitia faciej,
Quod dederis perdes, rem, meritumq; rei. *Idem.*
Si des plorando, perdis tua munera dando. *Idem.*

Melius eſt dicere: Vis tu? quam audire: Da mihi. *Garner.*

Pars beneficij eſt, ſi, quod peritur, citò vel bellè neges. *Idem.*

Confer. Dobrodźićyſtwo nićochotnié dáne.

Dobrodźieyſtwo ſpwicié oddaway.

χάριν λάβων εὔκαιρον ἐν καιρῷ δίδου. *Menander.*
Beneficium accipiens opportunum opportunè redde.
χάριν χαρίζου κατ' ὄσον ἰσχύεις ὁμως. *Idem.*
Beneficium repende prout potes viciſſim.
δεῖ σοὺς νεοσσοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.
Pullos viciſſim ſuum alere oportet patrem.
ἐὺ μὲ μετρεῖσθαι παρὰ χειρὸς, ἐὺ δ' ἀποδοῦναι,
αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι,
ὡς ἂν χρηίζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς. *Heſiodus.*

Rectè

Rectè menſum à vicino, rectè redde, Eadem menſura & ampliùs, ſi quidem poſſis. Vt mutuare volens poſtmodùm ſufficientem (*illum*) inuenias.

Idem præceptum eſt diuinum in libris ſacris. Idem Cic. aliquoties laudat vt in l. Offic. Ea quæ vtenda acceperis, maiore menſura, ſi modò poſſis, reddere iubet Heſiodus. *& ad Atticum &c.* Χάρις ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω. *Euripid.* Gratia pro gratia veniat .i. Beneficium beneficio rependatur.

ἡ χάρις χάριν φέρει. *Sophocles.* Gratia gratiam parit.

Τ ξύονλα ἀνιξύειν. *Diogenian.* Fricantem refrica.

ἀγαθοὶ μεγάλα ἀντὶ μικρῶν εὐεργεσίων ἐιώθασι. *Xenophon.*

Boni magna pro paruis beneficia rependere ſolent.

Huc facit Apologus Æſopi de Columba, quæ formicæ ab aqua abreptæ & periclitanti ramum ex arbore imminenti deiecit, quo arrepto illa euaſit; eadem verò aucupis columbæ inſidiantis pedem momordit, & eam à morte viciſſim liberauit. Epimythion Planudis eſt. δεῖ τοὺς εὐεργέτας χάριν ἀποδιδόναι. Oportet bene meritis gratiam rependere. *Sic aquila per meſſorem à ſerpente liberata, eundem à veneno ſeruauit, vaſe aquæ infectæ cuerſo. Ælian. Artoxerxi Perſarum regi tranſeunti cum varij varia pro more offerrent, ruſticulus inops carens omnibus ad flumen propinquum cucurrit & aquam cauis manibus hauſtam ei obtulit, cui rex voluntate eius delectatus phialam auream cum mille Daricis dari mox iuſſit. Apud Plutarch. Idem Rex alium qui vtriculum aquæ turbidæ regi ſitienti in prælio conceſſerat, ex obſcuro & inope celebrem & diuitem fecit. Ibidem.*

Dobrodźiéyſtwo trefunkiem dáne, podłe bywa ßácowáne.

Non eſt beneficium cui deeſt pars optima; Datum eſſe iudicio. *Seneca.* Neq; enim cordi eſſe cuiquam poſſunt eſſe ſorte & temerè data. *Idem.*

Forte data, haud danti, aſt fortunæ accepta feruntur.

ἀγαθὰ τυχηρὰ ποιεῖ χρεώστην ἐδέντα. *A.* Oblata ſorte nemini ſunt debita.

Dobrodźiéyſtwo wczáſne każde wiélkie.

Beneficium eſt, vnus in fame panis. *Seneca.* Tempore quædam magna fiunt, non ſumma. *Idem.* Beneficia opportunitate grata fiunt, quæ etiamſi natura pretioſa non ſunt, tempore & loco fiunt. Momentis quædam grata & ingrata ſunt. Acceptius eſt id quod quis non habet, quàm cuius copia abundat. *Idem.* ὡς μέγα τὸ μικρόν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν. Quam magna res eſt parua quoq; tempore data?

Vide Máła rzécz podáżás wiéle pomożé.

Dobrodźiéyſtwo wnét áż zápomni. Wdźięcznych mé wiele.

Ita ſunt iſti noſtri &c. Si quid benè facias, leuior plumâ eſt gratia. *Plaut.*

Ferè maxima pars morem hunc homines habent: quod ſibi volunt,
Dum id impetrant, boni ſunt: ſed vbi iam penes ſe habent,
Ex bonis peſſimi & fraudulentiſſimi fiunt. *Idem.*

μετὰ δῶρον τάχιστα γηράσκει χάρις. Poſt munera citò conſeneſcit gratia.

ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. Simul miſertum eſt, gratia interijt ſimul.

Liberta

Liberta ſalue, vapula Papyria. *Apud Feſtum Ancillæ verba ſunt quæ ab heræ Papyria libertate donata, beneficij mox oblita; ſe ipſam non heram ſalutauit, & gratulata ſibi eſt, heram contempſit.*

οὐδεὶς δεργέτῃ βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ Πυῤῥίας. *Plutarch.* Nemo benè merito bouem immolauit præter Pyrrhiam. *negotiator is fuit, qui ſeni, qui ei theſaurum indicauit bouem immolauit.* Hirundo ingrati ſymbolum, *quæ hominum tectis vtitur & hominem ipſum fugit nec manſueſcit. Plutarch. Plini.*

Dobrzdźićyſtwo w poſpolitośći dáne rzadki vznawa/ vważa.

Beneficium quod omnibus datur, nulli gratum eſt. nemo ſe ſtabularij, caponis hoſpitem (.i. *amicitia iunctum*) putat. *Seneca.*

ὀλίγην χάριν ἔχει τὸ πολλοῖσιν δοθέν. *A.*

Eſt pauca gratia muneri multis dato.

Sic aquam, aërem, ſolem & alia omnibus communia, multi non æſtimant & maius beneficium calceum, nummum, prandium, equum, canem quam iſta, reputant. Sic in Aſinaria Plauti. Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem, hæc argento non emo. Cætera quæq; volumus vti, Græca mercamur fide. .i. *præſenti pecunia,*

Dobrodźićyſtwo wźiąć ieſt wolność ſtráćić.

Beneficium accipere libertatem vendere eſt. *P. Syrus.*

χάριν λαβεῖν πεπραμένου ἐς' ἐξουσίαν. *A.*

Argentum accepi (*cum vxore diuite*) dote imperium (*in illam*) vendidi. *Plaut.* *Apud Horatium muſtela vulpi, ex frumenti camera, quam tenuis ieiuna intrauerat, ſaturæ exire fruſtra conanti, dixit:* Si vis effugere iſtinc,

Macra cauum repetas arctum quem macra ſubiſti.

Allegoria eſt de ijs qui aulam tenues ingreſſi, pòſt aucti opibus officiis, diſcedere non poſſunt cum libet, niſi omnibus relictis fugiant. id Horat. de ſe Mæcenati inſinuat. deſcribit id eleganter Cebes & Lucianus. Vide infrà Dworſki żywot.

Nemo cum ſarcinis enatat. *Seneca de eadem re.* .i. *nemo liber euadit ex aulis &c. viſi contempto auctoramento ſeruitutis.*

Simile eſt apud Lucianum. λέων χρύσῃ δεθεὶς, ἄνω & κάτω περισύρομαι. Leo filo ligatus, ſurſum deorſum circumagor. *de docto viro apud principem virum ob ſpem aliquam vel illius pompam hærente ſeruiliter.*

Dobrodźićyſtwo wźiawſzy pomni/ dawſzy zápomni.

Beneficij accepti meminiſſe oportet, dati obliuiſci. *Seneca.*

χάριν λαβὼν μέμνησο, δὲς δ' ἐπιλάθου.

Beneficium cùm accepiſti recordare, cùm dediſti obliuiſcere.

Beneficia plura accipit, qui ſcit reddere. *P. Syrus.*

Beneficium qui dediſſe ſe dicit, petit. *Idem.*

Officium alterius multis narrare memento.

Aſt alijs cùm tu benè feceris, ipſe ſileto. *Cato.*

ἀλλοτρίων εὐεργεσίην πολλοῖσι λάλησον,

ἐσ δὲ σὺ ἦν ἄλλως ποιήσῃς, φείδεο μύθων. *Mylius interpres.*

Quæ mihi præſtiteris memini, ſemperque tenebo,
Cur igitur taceo? Poſtume, tu loqueris.
Crede mihi quamuis ingentia Poſtume dones,
Auctoris pereunt garrulitate ſui. *Martial.*

ἀνήρατοι Χαρίτων κῆποι. *Ariſtides.* Immortales ſunt gratiarum horti. .i. *beneficij memoria ſemper virens & viua debet eſſe.*

Benignum & plenum ingenui pudoris eſt, fateri per quos profeceris. *Plinius.* Non facile dixerim, vtrum turpius ſit inficiari an repetere beneficium. *Seneca.*

Qui dedit beneficium, meminiſſe non debet, id eſt prædicare, iactare, grauis eſſe non debet. Illi obliuio imperata eſt, tibi *(qui accepiſti)* meminiſſe mandauimus. *Idem.* Qui dedit beneficium, taceat: narret, qui accepit. Qui admonet, repetit. *Idem l. 2. c. 11. de Beneficiis. & plura ibidem in eandem ſententiam.*

Recentiorum dictum eſt. Da cœcus, accipe videns. .ſ. *beneficium Vel*

Da cœcus, accipito beneficium videns.

τυφλὸς δίδωθι τὼ χάρω, βλέπων λαβέ *A.*

Dobrodźieyſtwo zlé oddáne. Dobre zlem oddawáć.

ἀπ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

Pro benefactis vinxerunt Agamemnona Graij. al. τῖσαν punierunt, malè tractarũt.

Zlé mu śie dobre nágrodźiło. Φώκη ἑστίη. *Zenodot.* Phoci conuiuium.

De eo dicitur qui malo ſuo hoſpites accipit vel alicui benè facit. Nam Phocus à procis ambientibus eius filiam trucidatus eſt, quia illos diu trahebat, illi verò ſymbolum pro conuiuio conferebant. Hedera arborem à qua ſuſtentatur necat. *Laberius.* τί κατάγαν ὑπὸ τ' αὐτῶν εὐχρηστάμενοι; *Themiſtocles dicebat Athenienſibus.* Quid vexatis eos à quibus beneficijs affecti eſtis? Cur Platanum vellitis quæ vos ab imbre tuetur? ἡ δὲ κριὸς διακονία. *Zenodot.* Arietis miniſterium, *qui paſcentem ſe cornibus petit.*

κριὸς τροφὰς ἀπέτισεν. *Menander.* Aries alituram rependit.

Callias Athenienſis indicem auri defoſſi occidit & auro potitus eſt. E Plutarcho.

ἐδίδαξα σε κυνηγεῖν, καὶ σὺ βυθίσαι με ζητεῖς!

Docui te vrinandi artem, & tu mergere me vis! *(quæris.)*

Gratia malè relata lupo ab aſino, *qui cùm ex pede aſini clauum extraxiſſet, mercedem poſcens, calce percuſſus eſt. Gabrias. Apud eundem ſub alia fabula epimythion eſt.*

κακοὶ κακῶς πείθουσι τοὺς εὐεργέτας. Malè benè meritos afficere ſolent mali.

Culex Virgilij. *obtritus à paſtore quem ipſe à ſerpentis ictu liberárat.*

Vide Dobrodźieyſtwo dobrodźićiówi ßkodliwe.

Dobry chleb gdy kolaczá niémaß.

ἂν μὴ παρῇ κρέα, τρηχέσιν τῷ ταρίχῳ. *Diogenian.*

Abſente carne, taricho contentus es.

Si non adfuerint carnes, contentus esto taricho .i. *vili pisce obuio vel salsamento piscis, vel iure ad intingendum panem.*

ἀγαθὴ γὰ μάζα μετ' ἄρτον. *Zenodot.* Bona & maza *(offa)* post panem .i. *viliora etiam locum habent cùm meliora desunt. Maza olim fuit vilis cibus, postmodum delicatus. V. in 1 Tomo.* Ciáſtá ſmážone. *in secunda editione.*

ὑπὸ τ σίτ ἀπορέντων οἱ ὄρδεοι απαδάζονται. *Philostrat.*

Frugibus carentes eruum magni æstimant.

Dobry cnota mélucka mowa śtś popiſuié/ ßzyći.
Dobry ſtoi ſwem ſumnieniem/ á mélucktem rozumieniem.

Compendiaria via ad gloriam perueniunt, qui id agunt, vt quales videri velint, tales etiam sint. *Socratis dictum apud Cicer. & Valer. Maxim.*

Præcipitis *(ô Epicurei)* vt nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. *Cicer.* Quotocunque eadem honestatis cura secretò, quæ palam! multi famam, conscientiam pauci verentur. *Plini. iuni.*

Tu rectè viuis, si curas esse quod audis. *Horat.*

ἐ γὰ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. *Æschyl.*

Nam non viderier optimus, sed esse vult.

Dobry dobremu ſprzyta.

ἀνὴρ ὁ χρηστὸς χρηστὸν ἐ μισεῖ ποτε.

Bonus vir haud vnquam bonum virum oderit.

Dobry dźionék/ dobre dwá.

Quem fors dierum cunque dabit, lucro Appone. *Horati.*

Θνητὸν ἐφιεμένῳ πᾶσα κέρδος ἡμέρα. *A.*

Mortem timenti quilibet dies lucro est.

μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον, ἡδὺ γὰ τὸ φῶς λεύσσειν. *Plutarch. è Tragico.*

Ne me immaturum interficias, dulce est enim lucem cernere.

Stratocles falsus nuntius triduo latos reddidit Spartanos apud Plutarchum.

Eleganter Cic. De lucro prope iam quadriennium viuimus. *(nam victo Pompeio mortem à Cæsarianis exspectabat)* scire quoque mihi videor quid futurum sit. fiet enim quodcunq; volent qui valebunt. Nobis satis esse debet quicquid conceditur.

In Plauti Mostellaria seruus probus minatur alteri seruo improbo furcam actutum vbi herus redierit; hic verò qui bona heri & filium luxu corrumpebat, respondet: Dum interea sic fit; istud actutum, sino. *Affine,* Żywot lucki krótki.

Dobry gdy śtś zépſuié/ bywa nagorßy.
Z nalépßego winá/ naoſtrzéyßy océt.

Ex optimo vino acre fit acetum. *Garner.*

φιάλη ὁ οἶνος δεμυστάλου ὀξὺς δοίη. *A.*

Solet esse acetum ex optimo vino acrius.

Quomodo difficilè expertus sum meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt: ita non

ita non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſterijs ceciderunt. al. defecerunt. *S. Auguſtin. In eandem Sententiam multa Ambroſ. Baſili. Ephrem. & alij SS. PP. Ratio eſt, quia à contrariò in contrariũ hic fit tranſitus, qui ideò notabilior eſt. Deinde quia tales ob ingratitudinẽ maiorẽ, magis à Deo deſerũtur & auxilijs gratiæ priuantur. Denique quia inſignia ingenia tàm in bono quàm in malo nõ ſeruant mediocritatẽ. Pererius in Geneſin.*

Dobry o kaſdem dobrzé rozumie.

Nieſchwalne gdy ſtyſzyſz ſprawy. Czyn o nich wykład/ dekret táſkawy.

Vt quisque eſt vir optimus, ita difficillimè eſſe alios improbos ſuſpicatur, *Cicer.*

ἀγαθὸς ἀνὴρ ἅπαντας ἂν' ἀγαθοὺς οἴ. *A.*

Bonus vir omnes eſſe iudicat bonos.

Quiſquis eſt qui calumnijs ſtatim fidem habet, moribus improbus eſt. *Cicer.*

Quicquid dubium eſt, humanitas inclinet in melius. *Seneca.* Reus paribus ſententijs abſoluitur. *Idem .i. iudices benigniorem ſententiam ſequuntur.*

Dobry połow miałem. *allegoricõs .i.* Poſzczęſcie mi śie.

Piſcatus meo quidem animo hic mihi hodie euenit bonus. *Plaut .i. amatorem opulentum nacta ſum. mulier loquitur.*

Apud eundem piſcator ſarcina diuite reti extracta, dicit:

Neptuno ago gratias, qui piſcatu nouo vberi me compotiuit,
Miroque modo atque incredibili hic piſcatus mihi lepidè euenit,
Neque piſcium vllam vnciam hodie pondo cepi, niſi hoc quod fero in rete.
Et piſcium trahens omne genus ex mari rete.

καὶ νεπόδων ἕλκυσαν ἅπαν γένος ἐξ ἁλὸς ἄρκυν. *Nazianzen.*

Et piſcium trahens omne genus ex mari rete.

Dobry rozgniewany ſroſzy. Cierpliwy poruſzony gniewliwſzy.

Grauiſſima eſt probi hominis iracundia. *P. Syrus.*

Mutat ſe bonitas irritata iniuria. *Idem.*

Bonus animus læſus grauius multò iraſcitur. *Idem. Elide S. in Bonus*

Furor fit læſa ſæpiùs patientia. *Idem.* Bono ſi quid malè facias, ætatem expetit .i. *durat. Plaut. Cauſa eſt horum, vel quia perturbatio præſertim iræ, magis apparet in homine alias ſemper placido & manſueto viſo vel habito; à quo tale quid non exſpectabatur: vel quia maiore impetu erumpit, id quod longo tempore collectum eſt, ve in aqua torrentis vel fluminis retenta apparet, quæ quo diutiùs colligebatur, cò vehementiùs erumpens aggeres etiam firmiſſimos perrumpit.*

Ὁ γραῦς ἐρεθισθέντος ὀξυτέρη χολή. *A.* *Potes huc accerſere illud Suidæ.*

γραῦς ἀνακροτήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει.

Anus plaudens vel ſaltans multum puluerem excitat.

Interpretatur ipſe de iis qui ob peritiam multa negotia mouent (aut turbas excitant.)

Elephas natura manſuetus cùm irritatur ferociſſimus eſt. *Pierius.*

Dobry rzemieślnik dobrego naczynia potrzebuie.

Vulgare dictum est. Bona instrumenta, bonum faciunt artificem.

καλὸς τεχνίτης καλὰ τ' ἐργάνεα φιλεῖ. *A.*

Amat bona instrumenta qui est bonus artifex.

Absque circino & regula nil scit mathematicus. *Ex Carolo Bouillo.*

Dobry rzemieśnik ledá z czégo/ vczyni co dobrego.

Probo artifici omnis materia proba est. *Plaut. dicit.*

Proba est materies si probum adhibeas fabrum.

πᾶν ἐσὶν ἀγαθὸν τέκτονι ἀγαθῷ ξύλον. *A.*

Dobry rzemieśnik málo vcinkow/ okrawkow czyni.

Bonus faber non multa resecat frustula. *Garner. ex Gallico. de Carpentario ipse loquitur. Nam peritus quisq; artifex antequam scindat, priùs ex arte accuratè dimetitur. quod in Sartoribus cùm primis laudatur.*

ἴδμων τεχνιτὴς ὀλίγα ποιεῖ ἀποκόμματα. *A.*

Dobry to co śie z tem sprzeciwia.

Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto. *Cic. ex 12. Tabul. Intercessorem hic accipe pro eo qui impedit.* καὶ ἐμποδίζων ἐσὶ σωτήριος ἀνήρ. *A.*

Dobry to groß/ co kopy strzéżé/ ábo dołoży.

καλὸν τ' ἀσσάριον χρυσοῦ πολλοῦ φυλάσσον. *A.*

Hic as laudatur, qui libram sæpe lucratur. *Anonym. Rhythmic.*

Bonus obolus est, qui denarium conseruat. *Gallorum Garner.*

Ius trium obolorum annuorum, magni æstimatur in iure, & *ICti censent illud nequaquam contemnendum vel deserendum, quia perpetuum cùm sit, cum tempore multùm efficit.*

Dobry zawsze czás dobrzé czynić/ oyczyzny bronić/ &c.

Optimis auspicijs ea geri, *dixit Q. Fab. Maxim.* quæ pro Reipub. salute fierent, quæ contra Rempub. ferrentur, contra auspicia ferri. *Cicer.*

εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης .i. Vnum augurium optimum tueri patriam. *Homer. Arist. Cic. Plin. Versiculum hunc detorsit quidam apud Athenæum ad parasitum dicentem:* εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου.

Vna auis optima pro cœna pugnare tuenda.

πᾶς πρέπει λέγειν τὰ δίκαια χρόνος. *Sophoeles.*

Ad iusta dicendum omne tempus commodum est.

Dobry zawsze dobry.

Homines frugi omnia rectè faciunt. *Cicer.*

γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

Bona esse facta mentis assollent bonæ.

ὁ δ' ἐσθλὸς ἀεὶ συμφορᾶς ὑπὸ

φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστός ἐσ' ἀεί. *Euripid.*

Probi

Probi viri ingenium calamitas non valet
Corrumpere vlla, ſemper aſt probus manet.

ὁ ἀγαθὸς ὅμοιος ἀεὶ, καὶ ὁ μεταβάλλων τὸ ἦθος. *Ariſtotel.*

Qui probus eſt, ſui ſemper ſimilis eſt, & non mutat mores.

τὸ ἀγαθὸν ἁπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολύμορφον. *Idem.*

Bonum eſt ſimplex, malum varium.

ἀρίστων ἀνδρῶν εἰκὸς ἄριστα βουλεύματα γίνεσθαι. *Herodotus.*

Optimorum virorum decet optima eſſe conſilia.

ἀνὴρ ἀγαθὸς πᾶσαν ἡμέραν ἑορτὴν ἡγεῖται. *Diogen. apud Plutarc.*

Vir bonus omnem diem feſtum eſſe putat.

Dobry znák. Dobra otuchá.

Ktoś mie dobrzé ábo zlé wſpomina. Swierzbi vcho oko/ &c. Zlewa mi ſie.

Tres ſpecies κληδονισμῆς i. *artis ominandi ex affectione membrorum, fuerunt apud veteres præcipuæ. 1. Sternutatio, ὁ πταρμὸς. 2. Palpitatio vel ſaltus oculi vel ſupercilij. ὁ παλμὸς. 3. Tinnitus vel ſibilus in auribus. ὁ συρίγμὸς τ ὤτων. Auſoni. Scalig. & infrà poſiti auctores. Addi poſſunt, pruritus dentium, ſcapularum &c. mali ominis, apud Plautum, pruriunt mihi ſcapulæ. vt Noſtri dicunt* **Swierzbi go grzbiét/ zeby/** &c. i. *ferientur tibi ſcapulæ, dentes, &c. Quæ omnia licèt falſa inania & ſuperſtitioſa Chriſtianis̄q; prohibita ſint, vt docet Iſidor. l 8. c. 9. Etymolog. hic tamẽ poſui, quòd & boni viri talia quandoq; per ioeũ et animi cauſa vſurpent, & ad antiquos ſcriptores intelligendos conferant.*

Garrula quid toties reſonas mihi noctibus Auris? (*Virgilij.*

Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei. &c. *ſunt plura diſticha in Catalectis*

Agnoui venit veræ mihi vocis imago,
Blandior arguta tinnit in aure ſonus. &c. *ibidem.*

Abſentes tinnitu aurium præſentire ſermones de ſe receptum eſt. *Plinius.*

ἀεί μοι λίνετ μὲ ἐν ὠσὶν ἦχος ἐρωτος. *Meleagri Epigram. in Antholog.*

Mi prorſum aſſiduò ſonus aures mulcet amoris.

Auris dextra mihi tinnijt. *Plini.* ἐβόμβη ἡμῖν τὰ ὦτα, *Lucian.* Sonuêre mihi aures. ὀφθαλμός μου ὁ δεξιος ἄλλεται. *Theocrit.* Oculus mihi dexter ſalit.

Saliſatores hos vocat Iſidor. qui dum illis membrum aliquod ſalit, inde ſibi proſperum aut triſte aliquid euenturum ominantur. Supercilium mihi ſalit. *de quo ſic Plaut.*

Spero alicunde me bonâ operâ aut hac mea
Tibi inuenturum eſſe auxilium argentarium.
Atque id futurum vnde vnde dicam, neſcio,
Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.

Sternutamenta *etiam obſeruaſſe veteres ſcribit Plini. & exemplo Tiberij approbat.* Sternutamenta augurij, habere ſpiritum *ait Ariſtot. ideoq; ſternutantes ſalutari ſolere.* Ζεῦ ζῆζον, ὅταν πταίρῃ τις λέγειν. Salua Iupiter, cùm quis ſternuit dicendum *In Epigrammat.* ἐρωτες ἀπέπταρον. *Theocrit.* Sternutauere amores.

Hoc vt dixit, Amor ſiniſtram vt antè Dextrā ſternuit approbationē. *Catullus.*
Candidus auguſtū ſternuit omen Amor. *Propert. vt legit Macrob. & Paſſeratius.*
Apud Homerum aliquoties hoc omen obſeruabis, vbi Euſtath. dextræ naris ſternutationem felicem fuiſſe ſcribit. Sed de his multa Tiraquell. ad Alexandri c. 26. libri 2. Vbi additur etiam Offenſio pedis inter mala omina. quod vt & ſternutamentum, inter ſuperſtitiones ponit Cic. Sed & mali ominis fuiſſe ſternutationem obſeruauit Rhodigin. l. 24. c. 27. ex Theocrito & aliis. His ſi lubet adijce alia extra hominem contingentia. vt
ὀξὶς ὄρνις ἐπέπλατ. *Homerus.* Dextra auis aduolauit.
ἡ γλαὺξ ἔπταλαι vel ἔπτατ. *Plutarch. Suid.* Noctua volat vel volauit. *Athenis id omen fauſtum erat.* Impetritum inauguratum eſt, quouis admittunt aues. *Plaut.* Occurſus muſtelæ *murem vorantis: bonum omen, licet poſtea euentus fefellerit apud Plautum.* Coruus à dextra crocitans *apud eundem, & apud Cic.*
Lupus conſpectus *apud Virg. infelix.* Serpens *apud Horat. ſimiliter &c. Et quilibet euentus fortuitus omen erat.* Omnia ſecunda, ſaltat ſenex. Saluares, ſaltat ſenex. *Feſtus Verrius, Serulus. ſed variant in origine dicti.* *Vide* Stárému plaſáć nić przyſtoi. *ibi id explico.* Non pluet poſtquam ſus agreſtis pepererit. *E Plutarcho.* V. Bedźie dobrzé gdy zle ominié. Penulam Tribunus amiſit. *Spartian. hoc Adriano accidiſſe ſcribit. quod erat omen Imperatoriæ dignitatis. quare Rhodigin. adagium hoc ait quadrare in eos qui ad maiores dignitates euehendi ſunt.*
μῦ vel μ ἔλαχον. M ſortitus ſum, Monarcha ergo fiam. *Dionyſius omen bonum captauit ex litera quam alter alio detorſerat.* V. Głupi.

Dobryć to kiedy lepſzego niemáſz.

δεχεσθεὶς μέσοισι γένυ, ὅταν ἄπτυον ἄρηται. *A.*
Contentus mediocribus eſto, cùm optima deſunt.
Non es crede mihi bonus. quid ergo? Vt verum loquar, optimus malorū. Da &c.
Piſones Senecaſq; Memmioſq; Fies protinus vltimus bonorum. *Martial. in quendam qui liberalis dici voluit, exiguis munuſculis Pòèta miſſis. l. 12. epigr. 36. Simile eſt eiuſdem l. 1. epig. 42. In Cæcilium.* Vtbanus tibi Cæcili videris,
Non es crede mihi. quid ergo? verna es. Hoc quod, quod &c. ſcrutarius. &c.
Electiſſima peſſimi Pòètæ Scripta. *Catull. Scalig.*
Lippo oculo ſimilis, *quo licet cum moleſtia neceſſitas vti cogit. ex Plauto.*
Pro optimo minimè malus *Seneca.* Nec enim bonitas eſt peſſimis eſſe meliorē. *Idē*
Proximū quod eſt bono, quod à malo longiſſimè id volo. *Plaut.* V. Że złéġ obierániac

Dobrych málo.

Et Decios non omne tulit, non omne Camillos Tempus. *Manilius.*
Rari quippe boni, numero vix ſunt totidem, quot
Thebarum portæ vel diuitis oſtia Nili (*quæ ſeptem erant*) *Iuuenal.*

Dobrych náśladuy.

ζήλου ἀγαθῶν ἑταίρους, φεύγε δὲ τοὺς κακούργους. *Phocylides.*

Æmulatio

Æmulatio bonorum bona, malorum mala.

καλὸν τὸ ζηλᾶσθαι ἐν καλῷ πάντα. *Galenus.*

Bonum eſt æmulari in bono ſemper.

ἀγαπητὲ, μὴ μιμοῦ τὸ κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν. *S. Ioan. epiſt. 3.*

Cariſſime ne imiteris malũ, ſed bonũ. *Et in Prouerb. SS aliquoties idem inculcatur.*

Rectè Epictetus Græcus: Cum aliquid tibi negotij futurum eſt cum proceribus, ipſe tibi proponito, quid in eo facturus fuiſſet Socrates aut Zeno. ſic rectè quæ inciderint conficies.

Dobry (*Ironicõs*) żyćia mu wżyſćy żywotá wiécznego.

Cuius mortem expetunt ciues, vitam oderunt. *P. Syrus.*

ὃ θάνατος δικαίου, βίου μισητὴ ζωή. *A.*

Nimio ædepol exſpectatior veniſſet, qui te nuntiaret mortuum. *Plaut. clarè idẽ dicit.*

Dobrzé co vmiéć. Náuká wżędy ma miéſce. Nié ſromotá co vmieć. Náuka śie wżędy pożywiś. Rzemieſło ſtoi zá folwárk.

Sua cuique ars pro viatico eſt. *Nicol. Perot.* Ars illi ſua cenſus erat. *Ouidi.*

Artem quæuis terra alit. *Suetonius ſcribit Neronem vſurpare ſolitum hunc ſenarium Græcum*: τὸ τεχνίον τε πᾶσα γαῖα ἐκτρέφει. *aliter alij eum efferunt.*

λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη. Ars portus infelicitatis hominibus.

βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου. Bacillus eſt vitæ proba inſtitutio.

κάλλιστόν ἐστι κτῆμα παιδεία βροτοῖς. Poſſeſſio optima hominis eruditio.

ἄριστόν ἐστι πάντ' ἐπίστασθαι καλά. Honeſta cuncta noſcere eſt longè optimũ.

τιμὴ τέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς. Cunctis honori literæ mortalibus.

ὁ γράμματ' εἰδὼς κἂν πρεπωδὲς νοῦν ἔχει. Excellit animo literas quiſquis tenet.

ὁ φιλόσοφος διμοιρίαν ἢ τριμοιρίαν φέρειν δίκαιος. *Lucian. in Timone.* Philoſophum duplam aut triplam portionem accipere æquum eſt.

τοῖς πεπαιδευμένοις διπλάσια πάντα πεμπέσθω. *Idem.* Eruditis duplicia omnia mittantur. *Lex in Saturnalibus.*

Si tibi ſint nati, nec opes; tunc artibus illos.
Inſtitue vt poſſint inopem defendere vitam. *Cato.*
Diſce aliquid, nam cùm ſubitò fortuna recedit,
Ars remanet vitamque hominis non deſerit vnquam. *Idem.*

τὴν τέχνην μάθε, ὅτι τύχης προκαλῶς ἀπιούσης
τέχνη μίμνει σ' μεμόρων βίον ἐκ ἀπολείπει, *Planudes interpres.*

Ζηνώνειόν ἐστι καὶ φακῆν ἑψεῖν. *Athena.* Zenonium eſt & lentem coquere.

Nero etiam artem canendi & citharã pulſandi iam Imperator didicit. *Suetoni.*

Athenienſes in Sicilia, à Syracuſanis cum duce ſuo Nicia profligati & diſſipati vel capti, qui carmina Euripidis Pòétæ memoria tenebant, ea concinentes vel recitantes per oppida, cibum & potum à Siculis obtinebant, multos etiam Siculos ea docebant & ob eam cauſam captiui manu mittebantur, Athenasq; reuerſi Euripidem honorifice ſalutabant & omnibus

quid eis

quid eis beneficio carminum eius accidisset prædicabant. E Plutarcho.

Scire aliquid laus est, pudor est nil discere velle (*nil velle doceri*) *Anonym. rhythm.*

Ars si portatur, minimè portans oneratur. *Idem.* Vlá náuke kobiatki nic trzebá.

Res valet, ars præstat. si res perit, ars mihi restat. *Idem.*

Omne artificium aureum habet fundum. *Garnerus è Gallico.*

Nulla ars tam vilis est, quæ suum possessorem non alat. *Idem.*

Nil dulcius quam scire prorsus omnia. *Vide* Vláuká wielka.

Dobrzé czyn á wiedz komu.

Ethnici & Politici non omnibus sine discrimine benefaciendum, sed delectum adhibendum censent. Sic Diogenian. μήποτε εὖ ποιεῖν γέροντας, μηδὲ γυναῖκα, μηδὲ παῖδας, μηδὲ κύνα τινὸς, μηδὲ λαλὸν κωπηλάτην .i. Nunquam benefaciendum senibus, neq; mulieri, neq; puero, neq; cani alieno, neq; garrulo remigi. *Idem asserit Aristoteles de senibus. Seneca de pueris. quod talia beneficia pereant. Sed Seneca oppositum sæpe docuit vt mox leges. Relinquamus ergo illis hoc dictũ & sequens melius amplectamur.*

Dobrzé czyn káżdemu i niewdzięcznemu.

Diuinum dictum est apud S. Lucam c. 6. παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου .i. Omni petenti à te tribue. Regiũ est cùm benefeceris, malè audire. *Alexander Magnus Pontan. Ethnicus Seneca multa in hanc sententiam habet in libris de Beneficiis variis in locis: & docet* Benefaciendum omnibus etiam ingratis. Non est, *inquit*, quod nos tardiores ad benefaciendum reddat turba ingratorum. Est tanti vt gratum inuenias, experiri & ingratos. Nam etiam post malam segetem serendum est. Dij quoq; ingratis multa tribuunt, sed illa bonis parauerant. contingunt autem etiam malis, quia separari non possunt, vt sol, aër, dies, ventus, imber &c.

Nos etiam sæpe damus beneficia aduenæ vel naufrago ignoto & mox abituro, *Idem* Tacitè danda censet beneficia. *Itemq;* danda & ignoranti ne erubescat.

Nam in beneficio conferendo vna spectanda est accipientis vtilitas, commodis nostris sepositis, alioqui nobis non illi damus. *Hæc & plura talia ille.* Iudicium tamen adhibendum esse censet, ne beneficium accipienti noceat, vel ne qui plùs eget prætereatur &c. πᾶσιν δέχεσθαι. *Periander.* Omnibus placeas. *Sic S. Paul. ad Rom. 15.* τὸ κακοεργίης ἐναργέστερον μέγ' ἀμείνων. *Homer.* Maleficentiæ beneficentia multùm præstat.

Dobrze czynić dobremu nie szkodá.

Bonis quod benè fit, non perit. *Plaut.* Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea, grauida est bonis. *Idem.* i. *referta rebus bonis,* (*sexto casu*) *Lambin. alii tertio casu accipiunt.* i. *solida est apud bonos.*

Οὐ ἀγαθοὺς ἀγαθοποιεῖν. *Planudes.* Bonis benè fac. *Cato.*

Nam rectè fecisse bonis in parte lucrorum est. *Cato Dionys.*

Cleomenes apud Plutarchum rogatus quod esset boni principis officium, respondit: Amicis benè facere, & inimicis malè. Immò verò ait Aristo satius est Amicis bene facere ex inimicis autem amicos reddere. Idem dictum Socrati tribuit Idem Plutar.

Dobrzé czynić złemu/ niewdzięcznemu/ szkodá/ ábo niépomożć.

Omnia quæ ingratæ perierunt credita menti. *Catulli.*

In pertusum dolium aqua frustra funditur. *Ex Plauto. Iuuenal. Tibull. Horat.* ἀκόνην σπίζῃς. *Suidas.* Cotem alis .i. *ingrato benefacis. Hermolaus.*

Malo benefacere tantundem est periculum, quantum bono male facere. *Plaut.*

Malo si quid benefacias, id beneficium interit,
Bono si quid male facias, ætatem expetit (.i. durat) *Idem.*

ἂν οἶνον αἰτῇ, κοτύλας αὐτῷ δίδε. *Phrynychus.*

Vbi vina poscet, tu colaphum ei impingito. *videtur Suidæ, id sumptum à Polyphemo, qui vinum petens ab Vlysse excæcatus est. Alij de ijs intelligunt qui petunt non petenda, & contraria optatis sortiuntur.*

στεῖρον ἀγρὸν μὴ αρᾶσθαι. *Plato.* Sterilem agrum vel fundum ne colas. *Vsurpauit hoc idem Plaut. similiter allegorico sensu, sed diuerso ab hoc.*

Canem extraneum vel alienum alere, inutile est. *è Græcis. Suidas sic habet:*

μήποτ' εὖ ἔρδειν γείτονος κύνα. Nunquam benefacias vicini tui cani.
ὃς κύνα τρέφει ξένον, τέτῳ μόνον λῶρος μένει.

Qui canem nutrit alienum, huic tantùm funiculus manet. s. *cane fugiente.*

κακὸς εὖ ποιῶν, τρέφει λύκους. *Socrates.* Malis benè faciens, nutrit lupos.

θρέψαι κὴ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὡς τὺ φάγοντες. *Theocrit.*

Ale lupi catulos, ale canes, vt te deuorent.

Vide Apologum de oue lupi catulum nutriente, sub Dobrodźiejstwo dobrodźiejowi złe. *cuius epimythium est hoc.*

ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν ἐ δύναται. Natura haud vllis vertitur officijs.
κυβερνήτην φίλυπνον μήποτ' εὖ ἔρδῃς. *Suid.* Gubernatori somnolento ne benefeceris. Malo vehi malè, alio gubernante, quàm tā ingratis vectoribus benè gubernare. *Cic.*
ὁμορῳφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. *Plutarc.* Hirundines sub eodem tecto, ne habeas. *quia cicurari non possunt, & cùm hominum beneficio vtantur hominem fugiunt.*
ἀλιθάρσευτος ἐστιν ἡ πονηρία, κἂν τὰ μέγιστα εὐεργετῆται. *Planudes.*

Nequit mansuescere placari malitia, quamuis maximis afficiatur beneficijs.

πρὸς ἐρρωγυῖαν ᾠδήν. *Suidas.* Ad fractam (*ad chordam ruptam*) canis. i. *officijs lacessis hominem non respondentem nec responsurum.* Beatus inuitus nemo. *ex Aristotele.* V. Kto chce w dot.

δειλὸς δ' εὐέρδειν μαλακιστάτη χάρις ἐστίν.
οὔτε κακὸς εὖ δρῶν ἐν πάλιν ἀντιλάβῃς. *Theognis.*

Malis benefacere vanissima gratia est, Nec enim malis bene faciens bona recipies.

Hæc omnia accipienda sunt in eo sensu qui declarat, quid vulgò fieri soleat, licèt non rectè, & humano ac potiùs ethnico more; non verò quid fieri debeat. Neque vllum argumentum auctores suprà positi pro suo dicto firmando habent, nisi quod sit inutile & damnosū ingratis benefacere. Sed esto pereant talia beneficia, tamen Christianus præceptum diuini-

tùs est etiam talibus, immò inimicis, damnosis, iniuriis facere benè & imitari Deum qui solem & pluuiam etiam talibus dat (quod etiam expendit Seneca suprà, sub Dobrzé czyń káżdemu *) Adde quòd Christianis etiam talia beneficia non pereant, sed multò maiorem laudem præmiumq; quam beneuolis collata, apud Deum concilient.*

Dobrzé drugiem roſkázuię / kto roſkazawßy przodkuię.

Roſkázuy a ſam vkázuy. Vſtáwo mocno ſtánowi / kto ią ná ſobié odnowi.

Primus iuſſa ſubi. *ex Claudiano, qui instituens Honorium principem inter alia egregia præcepta hoc ponit.* In commune iubes ſi quid cenſeſue tenendum.

Primus iuſſa ſibi. tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cùm viderit ipſum
Auctorem parere ſibi, &c. Patere legem quam ipſe tuliſti. *Paulus I. C.*

Φέρε νόμον ὃν αὐτὸς ἄλλοις ἐτέθηκας. *Planudes.*

Pareto legi quiſquis ipſam ſanxeris. *Auſonius ex Pittaco.*

Adde exemplum Zaleuci Locrenſium ducis, qui vt legem ſuam ſeruaret, oculum ſibi eruì fecit. Valer. Maxim. V. Przykład przétożonych.

Dobrzé drugiemu (ábo tobié) kozy páść / za piécem ſiédzieć / pierze drzeć / kadźiel przáść / &c. nié vczyć / nié rządźić.

Monitor capras age. *ex Ariſtide qui ait:* ἐμὲ νουθετῶν αὐτὸς αἰπόλει.

Qui me admones ipſe capras paſce. Monendus ne me moneat. *Plaut.*

πατὴρ ἀνεπιστήμων τὰ παιδία νουθετεῖ. *Clemens Alexandrin.*

Pater doceri neſcius natum inſtruit. μωροὶ πρὸς κόσκινον. *Galen.*

Stulti ad cribrum, *vt in eo diuinent, aut foramina numerent.*

ἐφ' ὕδωρ κακός. Ad aquam malus .i. *homo vilis & ad alia omnia inutilis, aquã litigantibus vel certantibus affundat, more antiquo Romano. quòd miniſterium erat viliſſimorum hominum & apud Athenienſes ignobilium tantùm.*

εἰς ἀγρὸν μάνης. *Heſychi.* In agrum ſeruus. *Nam Manes erat quidem gentile nomen, ſed vſu in ſeruile abiit. vt Geta, Syrus, Lydus.* *Affine,* Cudzé twoią to rzécz.

Dobrzé koſtká pádká.

τρὶς ἓξ ἔβαλον. *Suidas.* Ter ſex ieci. *quia ſenio in teſſeris feliciſſimus erat. vt idem Suidas dicit:* τρὶς ἓξ νικητήριος βόλος. Ter ſex iactus victorioſus.

μίδας ὁ ἐν κύβοισιν εὐβουλότατος. *Idem Suidas.*

Conſultor optimus Midas in teſſeris .i. *iactus proſperrimus.*

Iouis taxillos ieci vel iecit. *Ex Æſchylo.* V. Pánom ſie wßyſtko powodźi.

Dobrzé ſie to nagrodźiło. Dobra nagroda.

Pro vno duo ſunt mihi dati. *Terent.*

Χαλκέια χρυσέων. *ex Homero.* Ærea aureis .ſ. ἠμείβετο. *permutauit.*

ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες. *Suidas.* Pro bonis glomi .i. *officium cumulatè penſatum.*

ἡ Συλοσῶντος χλαμύς. *Diogenian.* Syloſontis chlamis. *Dederat is Dario etiã-*

tum pri-

cum priuato vltrò chlamydem, quàm ille ſibi multùm placere indicabat, pro qua illi poſtea Darius vrbẽ & totã Samiorũ inſulam donauit, veſtẽ regno opulento cõpẽſans. Valer. Max.

Dobrzéś ſobiè poradźił. Dobregoś śie domyślił. Vmknałeś śie.

Ad aram confugiſti. *Plaut. Cicer.* *Βωμὸν φεύξιμον ἔτυχες. ex Plutarcho.* *Ara perſugium erat ſeruorum & quorumuis reorũ, itemq; innocentium & iniuria oppreſſorũ.*

Vrbe fuit media nulli conceſſa potentum,
Ara deũm, mitis poſuit Clementia ſedem,
Et miſeri fecêre ſacram. *Statius.*

Nec tu aram tibi neque precatorem parâris. *Chremes Terentian. dicit ſeruo excusãti ſe.*

Vnica fortunis ara reperta meis. *Ouidi.*

Et Veneris ſanctæ confidam vinctus ad aram. *Tibull.*

Lepidè in Plauti Moſtellariæ actu 1. ſcæna 1. Tranio ſeruus nequam deluſo inſigniter hero, confugit ad aram, & ibi ſedens ludificatur eundem herum miris modis.

Ad aſylum confugiſti. *Cicer. Liui.* *ἄσυλον* *Aſylum locus erat è quo non licebat extrahere reos vel noxios.* *Hoc Cadmus Thebis inſtituit. Alexand. Neapolitan. Athenis Herculis nepotes. Seruius. Stati. Claudian. Romæ Romulus idem aperuit. Vir. Liu.*

Pauſanias aſylum appellat *ἔλεος βωμὸν* .i. Miſericordiæ aram. & *Statius elegan-ter deſcripſit* templum Miſericordiæ.

Confugiebant rei & ad ſtatuas Cæſarum ac principum virorum. ICti ex Codic. Et Suetonius idem habet de ſtatua Auguſti. Plinius Iunior de ſtatua Traiani, ſic ad eum ſcribens: Scripſit mihi miles quidam, Callidromum cùm à piſtoribus detineretur, ad tuam ſtatuam confugiſſe.

Apud Philoſtratum item, *ἄσυλον ἀνδριὰς ἄβεβλὲς.* i. Inuiolabilis ſtatua Tiberij. *ἄσυλον τόπον. 2. Machabæ. 4.* .i. Tutus refugij locus.

Et in libro Numerorum. Deus iubet aſſignari *πόλεις φυγαδευτηρίων, vel φυγαδευτήρια εἰς φυγὴν τῷ φονεύσαντι.* Ciuitates refugii; vel in refugium eorum qui cædem nolentes patraſſent.

Dochod mały/ rozchodu wielkiego nie ſtrzyma.

Non poteſt quæſtus conſiſtere, ſi eum ſumptus ſuperet. *Plaut.*

ὃ μικρὸν ἄφεν ἀναλώματα μεγάλῳ δρχεῖ. A. V. Obczaday.

Do czaſu dzbán wodę noſi/ áż śie vrwie.

Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando inuenit. *Seneca ex P. Syro.*

ὃν συχνὰ παραχρέχει ποτμος, εὑρήσει ἅπαξ. A.

Planus tandem verè crus fregit. *qui apud Horatium ſæpiùs per iocum mentiebatur crus ſibi eſſe fractum & ad clamorem eius homines auxiliaturos accurrentes deridebat, donec tandem verè fracto crure clamans nullum aduocare potuit.* *Similis* Glaucus vrinator, *ſæpe ludens homines, latens diu in aquis quaſi ſubmerſus, tandem merſus verè vel deuoratus à piſce eſt. Athenæus.*

Hauſtibus aſſiduis fictilis vrna perit. *Garner.*

Vſque in tempus ſuſtinebit patiens. *Eccleſiaſtici cap. 1.*

Sapiens tacebit vſque ad tempus. *Ibidem cap. 20.*

Lupi catulus *inter canes domeſticos relatus, eis atque etiam ouibus inſtar canis innoxiè familiaris fuit, tandē vbi creuit ouē laceranit & fugit. Hinc illud.* Vroſta wilczkowi zabki.

Do czégo kto ſkłonnoſć czuié, w to śie niéchay záprawuié.

Naturæ ſequitor ſemina quiſque ſuæ. *Propert. ſequitur habet.*

Naturam ducem ſequi, *iubet Cic.* Naturam (rectam) ducem ſi ſequamur nunquam aberrabimus. *Idem.* Ad quas res aptiſſimi erimus, in iis potiſſimùm elaborabimus. *Idem.* Quicquid homini naturaliter inſitum eſt, eo vti decet: & quicquid agat, agere pro viribus. *Idem.* Multi ſine vlla doctrina, naturam ipſam ſecuti, multa laudabilia fecerunt. *Idem.* Inſita ſunt nobis omnium artium ſemina, magiſterque ex occulto Deus producit ingenia. *Seneca.* Tenenda eſt via quam natura præſcripſit &c. illam ſequentibus omnia facilia & expedita ſunt. *Idē.*

Fluminis curſus non detorquendus. *I Vlpius.*

Lupus apud Gabriam, percuſſus calce ab aſino, cui clauum rogatus extrahere è pede aggrediebatur, accuſat ſeipſum quod medicus eſſe voluerit, cùm illum natura coquum (.i. voracem) feciſſet. Epimythion in eos qui propriam artem relinquunt & alienam aggrediūtur.

ὑφ' ἅρμασιν ἵππος, ἐν ἀρότρῳ βοῦς. *Pindar. apud Plutarch.*

In curru equus, in aratro bos .ſ. *valet.*

Do czego śie nié czuie, do ſerca nié przyymuie.

τὸ ψευδὲς ὄνειδος ἐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. *Æſchines.*

Falſum probrum non vltra aures penetrat.

χρηστὸς πονηροῖς ἐ τιτρώσκεται λόγοις.

Bonos malorum nil loquelæ vulnerant. V. Sumnienie dobre.

Do czégoć nic, day pokoy, nié pytay śie.

Nié gádz gdy cię nié vgara. Nié wtracay śie w rzéczy nié zlecone.

Tua quod nil refert, percontrari deſinas. *Terent.*

Tua quod nil refert, ne cures. *Plaut.*

ἃ μὴ προσήκει μήτ' ἄκουε μήθ' ὁρᾶ. *Menander.*

Quæ haud pertinent ad te nec audi nec vide.

Quid ad te pertinet Ole?

Ole quid ad te? *Martial. lib. 7. epigram. 9. comprimit curioſitatem Oli vel Olli repetens aliquoties,* Ole quid ad te? *Sic Chriſtus apud Ioannem Petro curioſè ſciſcitanti de Ioanne reſpondit.* τί πρὸς σε; Quid ad te?

Tantúmne eſt ab re tua otij tibi. Aliena vt cures & ea quæ nihil ad te attinent? *Terent.* De re quæ te non moleſtat ne certeris. *Eccleſiaſtic. 11.*

πολυπραγμονεῖν τ' ἀλλότρια μὴ βούλου κακά. *Menander.*

Curare multùm aliena ne velis mala.

Ad conſilium ne acceſſeris, antè quàm voceris. *Cato.*

μὴ προσέρ-

μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν κληθείης. *Planudes interpr.*
Συμβουλος ἐγένετο μὴ παρακεκλημένος. *Plutarch.*
Consultor factus est non accersitus. *Simile illud Cicer.* Legatus sine mandatis.
Item. Senator voluntarius lectus ipse à se.
ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα μὴ τίθεσο. *Plutarch.*
In alieno choro pes non ponendus .i. *non saltandum.*
Quod te non tangat, hoc te nullatenus angat. *Garner.*

Dogźćam tégo da-li Bóg / żéć tégo bedźié żal.

Achilleum votum concepi, nuncupaui, voueo. Achillei voti breui damnabor, compos ero. *Budæ.* *Votum Achillis apud Homerum tale fuit.*
ἡ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἔξεται υἷας Ἀχαιῶν. Dij Graios desiderio olim tangat Achillis.
Simile fuit votum apud Liuium & Plutarchum Furij Camilli, optantis à dijs vt si innocens esset in exilium ejectus, breui ciuitatem desiderium sui caperet, quod & accidit. Simile item Ciceronis, quod ipse in Oratione post reditum prima expressit.

Dogodźić ábo podobać śie wßyſtkiem trudno / niépodobno.

πᾶσιν δ' ἀρέσκειν χαλεπὸν ἢ μᾶλ' ἀδύνατον. *A.*
Placere difficile & impossibile omnibus.
πάσιν δυσχερέστατον τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν. *Demosthē.* Omniū difficillimū multis placere.
Ne Iupiter quidē omnibus placet. *Sic Theognis.* ἐστὶν δ' ὅπῳ πᾶσιν ἄδειν δυναμαι.
ἄδειν θαυμαστὸν, —— ἐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
ὕθ' ὑων πάντας ἀνδάνει, ὔ ἀνέχων.
Ciuibus nondum omnibus placere possum. Nil mirum. Neque enim Iupiter pluens omnibus placet, neque temperans à pluuia.
ὃ πρὸς παντὸς ἐστιν ἁρμόσαι καλῶς. *Cratin.* Non est omnium rectè condire.
ἔργμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἄδειν χαλεπόν. *Solon apud Plutarch.*
In magnis rebus (*administrandis*) omnibus placere difficile.
Tres mihi conuiuæ &c. *Vide* **Vńć ieden śie wßyſtkiem podoba.**
Adde apologum de Patre rusticano, qui vno equo cum filio ibat ad oppidum, & ad varias occurrentium voces sessionis modum mutabat, nunc ipse solus equo insidens, nunc filium solum imponens, nunc cum filio simul ei insidens, nunc pedes iuxta equum ipse cum filio gradiens, denique equum in pertica cum filio portans.

Dogodźiłés mu. Vńe mogł-éś mu lépiey vczynić. Tegoć on chćiał.

Agninis lactibus canem alligasti. *Plaut.* Impages foramen reperit. *Garner. Gallic.* γαλῆ τέαρ. *Diogenian.* Mustelæ seuum .s. *obiecisti.* τῇ βατράχῳ ὕδωρ .s. παρέσχηκες. *ex Theocrito.* Ranæ aquā præbuisti *qua illa delectatur. Sic* Scythæ equū. *Exodi 2. Filia Pharaonis Mosi infanti in aqua inuento nutricem matrem eius ignara mercede conduxit. Nil huic optatius.*

Doieżdżaiąc do brzégu / do domu / ſtrawę zbieráć / ßalenſtwo

Deficiente via viaticum quærere. *Seneca de Senum auaritia.*
Quò minùs viæ reſtat, eò plùs viatici quærere. *Cic. de eadem.*
τῷ πλησιάζοντι λιμὴν ἐφοδίων μέλει. *A.*
Curat propinquus portui viaticum. *Vide* Łákomy niénáſycony.

Dokazat. Wielkiey ſie rzeczy ważyć.

τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθεῖλε. *Zenodot.* Argiuum clypeum detraxit *vel* abſtulit, *qui firmiter clauis affixus erat.*

Dokázowáć nad vbogiem / chorem / vmárłem łácno / ábo / nié wielkie miéć.

Cum Protogene mortuo bellum gerere. *Rhodij Demetrium Poliorcetem volentem exurere ædes, in quibus imago nobilis à Protogene picta erat, his verbis deterruerunt:* Petimus conſideres, ne turpe tibi ſit, quòd non potueris Rhodios bello vincere, bellum cum Protogene mortuo geſſiſſe. *Gellius.* Cum mortuis non niſi laruas luctari ſolere, *dixit Plancus apud Plinium.* Cum laruis luctari. *Eraſm. eodē ſenſu.* τοῦ τεθνηκότας δοπαλίζειν. *Laërtius.* Iugulare mortuos .ſ. *crudele vel ridiculum, vt ſi quis librum ſententiam vel rem ab omnibus damnatam impugnet.*
νεκρὸν μαστίζεις. Mortuū flagellas. νεκρὸν λοιδορεῖν *Ariſtophan.* Mortuū conuiciari. τ ζῶντα τ τύραννον ὑπικόπτειν, ἀνδρός ἐστι. τὸ δ ἐπαμβαίνειν κειμένῳ παιδός. *Philoſtratus Æliano qui accuſationem tyranni mortui ſcripſerat, ſic dixit:* Viuentem tyrannum inceſſere viri eſt; mortuo verò inſultare cuiuſuis.

ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μὴδ' ὀλωλότα
κέντει. τίς ἀλκὴ τ θανόντ' ὑπικλαυεῖν; *Euripid.* Sed concede *(indulge, ignoſce,)* mortuo, ne exſtinctum Stimules, quæ fortitudo mortuum rurſus necare?

βάλλε νῦν μ πότμον ἐμὸν δέμας, ὅτι δ αὖτὶ
νεκρῷ σῶμα λεόντες ἐφυβρίζουσι λαγωοί. *Epigramm.*

Nunc poſt fata meū telis configite corpus. Audet & examimē lepus infeſtare leonē. Barbam vellere mortuo leoni. *Martialis dictum, hoc ſenſu vſurpant aliqui, licet diuerſo longè à Pòéta prolatū.* πρὸς ἀπόντας σκιαμαχεῖν. *Lucian.* Cū abſentibus pugnare.

Dokończyć cżego.

Ad vmbilicum adducere Carmen promiſſum. *Horatius.*
Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle. Iam peruenimus vſq; ad vmbilicos. *Martial.*
Explicitum nobis vſque ad ſua cornua librum.
Et quaſi perfectum Septiciane refers. *Idem.*

Vſque ad plaudite .ſ. *exſpectare, deuenire. Horat. ait.* Donec cantor, Vos plaudite, dicat. *Vſurpat id & Cic.* Vſque ad plaudite veniendum.
ἀπὸ τ ἀρχῆς μέχρι τ κορωνίδ περιγράφειν. *Plutarch.* Aб initio vſq; ad coronidem circumſcribere. Fabulam finire, *apud Perſium. & Horat. intelligit Rhodigin. finire vitam ſeu abire in locum communem. vt Plaut. ait .i. mori.*
Supremum vel extremum fabulæ actum addere. *Eraſm. ex Cicer.* Fabulam perage-

re, *Cic.*

re. *Cic.* Non ſolum vnum actũm ſed totam fabulam confeciſſem. *Idem.* Complere paginam. *Idem.* Summum faſtigium imponere. *Idem.* Ad calcem peruenire. *Idem.* Summum centonem ſuere. *Lucilli.* Summam manum imponere. *Seneca.* Penſum abſoluere. *Varro.* Penſum quod datum eſt confeci. *Plautus.* Penſum peragere. *Columel.* Extremam manum imponere. *Virg.*

τὸ κολεφῶνα ἐπιθεῖναι. *Plato.* Colophonem imponere. *Feſtus.*

τὴν κορωνίδα ἐπιτιθέναι. *Syneſius.* Coronidem imponere.

κεφάλαιον ἐπιθεῖναι. *Nazianzen.* Capitellum imponere.

τὸ κύκλον ἀποτελεῖν. Circulum abſoluere. Contingere portum. *Ouidi.*

γῆν ὁρῶ .i. Terram video, *dixit Diogenes cùm prolixum librum legens, ad finem veniret. tralatum à nauigantibus.*

Dolem lepiey. Niſkie rzécży béſpiécżniéyſże.

Rto ná równi padnié / mé bárzo poczmié / i wſtánie ſnádnié.

In planum deferre fortunam quemque ſuam, iubet *Seneca.* Superbiam rebus ſuperbis detrahe. *Idem.* Nunquam grauiter caditur plano.

Non capit vnquam magnos motus plebêia domus. *Seneca Pòéta.* Minùs in paruis fortuna furit. *Idem.* Modicis rebus longius æuum eſt. *Idem.*

Littus ama —— altum alij teneant. *Virgilius.*

Tuta mage eſt puppis modico quæ flumine fertur. *Cato.*

νηῦς τρέχει ἀσφαλέως σμικρῷ ἐνι νάματι & ὀλκῷ. *Mylius interpr.*

μὴ ἐπαρθῇς μεγα, ἵνα μὴ μεῖζον καθενεχθῇς. *Nazianzen.*

Ne efferaris valdè, ne magis deprimaris.

Oſtium ſuperliminari demiſſo ſubiturus, non nocet quantumcunque te demittas, ſi paululùm te erigas, impinges. *ex S. Bernardo.* V. Wyſokie rzéczy. Podleż.

Dolki pod kiem kopać.

ἀσυνόμοις πολεμίζειν. *Plutarchus.* Cuniculis bellare. *vel, vt Cicero loquitur,* Cuniculis occultè oppugnare. *Idem.* Cuniculos ad aliquem agere. Conto aut remulco nauigare. i. *tacitè alicui inſidiari vel oppugnare. Pierius ex Ammia. Vicinum.* Vießczery. Sztuka záchodze.

Domá tadá.

Succo ſuo viuit. *Plaut. ait:* Paraſiti quos nunquam quiſquam vocat neq; inuocat. Quaſi cum caletur cochleæ in occulto latent. ſuo ſibi ſucco viuunt. *Item.* Paraſiti rebus prolatis latent in occulto miſeri victitant ſucco ſuo. *Quod de cochleis hîc dixit Plaut. idem de vrſis polypis leges infrà ſub* Lápe liżáć. οἰκοσίτου qui domi paſcitur. *Vel, vt Martial.* qui domicœnio laborat.

Domá tákó chcéſz / v ludzi tak przyſtoi ſ. ſprawuy ſie.

οἶκοι τὰ μιλήσια, καὶ μὴ ἐν μέσῳ. *Zenodotus.* Domi Mileſia non in medio .i. *luxum, delicias, petulentiam priuatim ſi lubet non publicè exerce. Ortum dictum à Mileſiis mollicie deliciis & luxu omni infamibus, apud Suidam Lucian. Athenæum Apuleium*

Capitoli-

Capitolinum & alios plures. *Poteſt huc trahi illud Rhodigin.* Domi ludendum. *trahi inquam, nam ille altiori ſenſu vſurpauit de contemplatione ſapientiæ & veritatis. ex dicto Eccleſiaſtici c. 32.* *Dictum Polonicum intellige de adiaphoris; nam turpe & malum quoduis factum, etiam in occulto, Deum & teipſum reueritus, patrare caue.*

Doma leda co zie/ v ludźi przekwintuié.

Qui in ſua re eſſet egentiſſimus, erat, vt ſolet, inſolens in aliena. *Cicer.*

οἱ ἐν Φαυλόβιοι ξενιδίων ἀφροδίσιοι. *A.*

Apud Terentium Parmeno de mulieribus quæſtuariis ſic.

Quæ dum foris ſunt, nil videtur mundius,
Nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans.
Quæ, cum amatore ſuo cùm cœnant, liguriunt .i. *delicatè ſenſim edunt.*
Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quam inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atque auidæ cibi,
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent:
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis. *Nota documentum.*

Domać. Vżié bywaá między ludźmi. Doma ſiedźi táć kokoß ná táycách.

Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. *Plautus.*

Aglaus alter. *qui agelli ſui limites nunquam egreſſus eſt. Plini. Valer. Maxim.* *Similis apud Claudianum eſt.* Senex Veronenſis. *Item. Nonius apud Martial. l. 1. epig 87.* Vatia *item apud Senecam, vir quidam non contemnendus ſed priuato in otio ſibi viuens.* *Talis &* Mæcenas *apud Horatium & Suetonium.*

παρὰ μητρὶ μένει. *Pindar.* Apud matrem manet. *ſignum mollis & ignauæ educationis.* *Nam patruis olim dabantur educandi filij, qui ſeueriùs eos habebant, & à vitiis coercebant.* *vt Cic. aliquoties meminit. Et Horat.* Cochleis diffidentior. *ex Athenæo qui ait:*

ἀπιστότερος ἔτι χοχλιῶν πολλῷ πάνυ οἱ φέρουσ' ὑπ' ἀπιστίας τὰς οἰκίας.

Es cochleis multò magè diffidentior. Quæ ſecum vbiq; incredulæ domos ferunt. *Antiſthenes Athenienſibus gloriantibus quod ex ſolo natiuo non ſoleant exire, reſpondit: Commune hoc habetis cum cochleis & teſtudinibus. Laërtius.*

Latet vt marinæ Filium (*Achillem*) dicunt Thetidis ſub lacrymoſa Troiæ funera, (.ſ. *latuiſſe in Scyro à matre obſconditum*) *Horat. vt deſcribit Euſtathi.*

Teſtudo in domo ſua tuta. *Vide* Vżiéć béſpiéczno.

Purpura in fundo maris habitans, *typus hominis latentis. Pierius.*

Vt gallina ouis incubans. *ex Columel.* Folles aureos incubat. *Apule.*

Incubatorem Siculæ aulæ, Dionyſium tyrannum *vocat Macrobius.*

Draconem quoque theſauris incubare antiqui ſingebant. Feſtus Ouid. Et Cic. ait: Quaſi theſaurum complexus draco. *Et Virg.* Incubat auro defoſſo, &c.

ἀμελὴς γωνία. *Zenodot.* Angulus neglectus, *de homine latente deſidioſo.*

ἄρχοι φωλάδες. *Theocrit.* Vrſi latitantes. *apud Pierium de homine deliteſcente in bono vel malo otio.* *Apud Ægyptios talis hominis Symbolum* ὀνοκέφαλος .i. aſini caput. *Horus Apollo.* In animo vel in ore illi ſemper eſt. λάθε βιώσας. *ex Plutarch.*

Plutarc. Late dum viuis. *quod dictum idem Plutarc. reprehendit libello peculiari.*

Viam in forum ignorat. *Ficinus.* Nunquam fuit in ἄστυ *ex Terent.* V. Nieбiéglу.

οὐδὲ τὸ ἕτερον πόδα ἐκ κορίνθου πώποτε προβεβηκὼς, οὐδ' ἄχρι κεγχρεῶν ἀποδημήσας. *Lucian.* Ne alterum quidem pedem extra Corinthum vnquam protulit, nec vel ad Cenchreas vsque (*oppidum vicinum*) profectus peregrè est.

Domowa doległość bárźiey śie czuię.

πᾶν τὸ οἰκεῖον πιέζει. Nazianzen. *ex Pindaro.* Domesticum omne afficit. *vel sit Senarius.* μᾶλλον πιέζει πᾶν τοὐ οἰκεῖον κακόν. *A.*

Domesticum molestius quoduis malum. *Aliter.*

Malum interius, sentitur & premit acriùs. *Sic & Pindar.* V. Czudza ráná.

Domowe ſobáki dopiero śie kaſáły/ a zaraz śie liżą. *Ruſſorum dictū. Aliter.*

Domowe ſobáki choć śie kaſáią/ Wilká ábo cudzego pſá vyrzawßy/ nań śie rzucáią.

De iis dicitur, qui diſcordes videntur & mox minima occaſione conciliantur. Aptè hîc vſurpabis Syncretiſmum Græcarum ciuitatum, *quæ in otio bellis ſe inuicem infeſtabant, ingruente verò hoſte extraneo, mox concordes ei reſiſtebant. Plutarch.*

Συνάγει δὲ ἀνθρώπους κακά. *Ariſtotel.* Conciliant (*congregant*) homines mala. Canes pugnantes viſo lupo concordes in eũ ruunt. V. Przygody iędnáią nie zgody. *Affine,* Znáia śie oni. Przyiaćielſki gniew. Nie wtykay pálcá.

Domowemi poſpolićie gárdźiemy.

De perſonis & rebus intellige.

Minuunt præſentia famam. *Claudian.* Exoticæ merces vendibiliores, *Budæus.*

ἐρῶμεν ἀλλοτρίων παροῤῥῶμεν συγγενεῖς. *Alexis.*

Aliena amamus congenera contemnimus.

Sordebat ille ſuis, vt plerumque domeſtica. *Plini. de Protogene pictore nobiliſſimo.*

ἐν γὰ ἐφ' ὅτῳ ἐσθλόν τι δράσας, μάρτυρ' ἂν λάβοις πάτραν. *Euripid.*

Nam nunquam vbi quid geſſeris benè, teſtem habebis patriam.

Simile eſt illud apud Ioannem c. 4. Propheta in ſua patria honorem non habet. *Et apud Matth: 13.* Nō eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua & in domo ſua.

Hoc dictum ait Eraſmus Chriſtum expreſſiſſe ex Ennio & ad illud alluſiſſe. Stultè ne dicam impiè. id quod & de aliis ethnicorum ſententijs effutiuit, Deum nempè in ſuis oraculis edendis ad illas reſpexiſſe. Ennij dictum apud Cicer. tale eſt.

Multi ſuam rem benè geſsêre & publicam patriâ procul,
Multi domi qui ætatem agerent, propterea ſunt improbati.

Vicinum eſt illud Ariſtidis. τὸ οἰκεῖον θησαυρὸν διαβάλλειν. Domeſticum theſaurum calumniari. *Apud Lucianum, in menſa diuitis inciſor ante Philoſophum poſita fercula accipit dicens:* σὺ γὰ ἡμέτερος εἶ. Tu quidem noſter es. *Et ponit ante hoſpites.*

Affine, Cudze rzéczy lepßе.

Do oſtatniey nadźiéié/ rady/ pomocy śie vdać.

Ad aſylum confugere *Cic.* Ad aram confugere. *Idem.* *Athenis vrbe media fuit Ara Miſericordiæ, ad quam confugientes rei, ſceleratí, victi, exules, ſeruí, liberi, immunes erant. Lactant Rhodig.* Ad deũ (*tragicum in machina prolatũ*) cõfugere. *Idẽ. Cic.*

Ad ſtatuam (*Imperatoris, deorum*) confugere ſeruis licet. *Seneca.*

Vnica fortunis ara reperta meis. *Ouidius.*

Flectere ſi nequeo ſuperos, Acherontа mouebo. *Virgil.*

ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζῃν vel κατιέναι. *Lucian.* Sacrã anchorã laxare, demittere.

κινῶ τ' ἀφ' ἱερᾶς ſ. γραμμῆς, πεσσὸν vel λίθον. *Diogenian.*

Mouebo à ſacra (*linea calculum, teſſeram.*)

Σαλαμινία τριήρης, ἐπὶ τὰς μεγάλας χρείας. *Plutarch.*

Salaminia triremis, in magnis neceſſitatibus ſ. vſui eſt. *De rebus quæ non vulgares ſunt, nec ſemper expoſitæ, ſed difficillimis temporibus reſeruantur. q. d. vltimum refugium.*

Ad machinas confugere. *vt in theatris fit. ex Platone.*

πέμπε εἰς ἔσχατον τὴν ἐπιστήμην. Accerſe ad extremum ſcientiam. V. Dá oſtátnio.

Dopiero mu owſá/ kiedy chcé do pſá *Ruſſi autem dicunt.*

Dié wczás dáieß chleba huſto/ kiedy w gebié zebow puſto.

Dicto hoc ab equis tralato, perſtringuntur parci ſuorum curatores, qui vix in grauiſſimo vel ſupremo morbo, cùm iam nihil prodeſt, benignitatem eis exhibent.

τῷ θνησίμῳ τὸ φάρμακον διδόναι ἢ τροφήν. *A.*

Animam iam agenti pharmacũ aut eſcã dare. ſ. *ineptum, ſtultum eſt. Affine,* Dié wczás.

Dopierom śie obaczył/ abo rzécz zrozumiał.

Nunc pol ego demum in rectam redij ſemitam. *Plaut.*

Vah! tandem redij vix veram in viam. *Idem.*

Dopiero ochramamy/ gdy máto mamy.

Dié wczás oſiczadamy/ gdy dná dobieramy.

Sera in fundo parſimonia. *Seneca.*

Frugalior eſt in re perdita quàm in ſalua fuit. *Plaut.*

——— δειλὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φείδω. *Heſiod.* Miſera in fundo parſimonia. *Apud Plautum quidam amiſſis facultatibus dicit:* Adimit animam mihi ægritudo. tene me. *Reſpondet alter.* Viſné aquam? (*vt in deliquio facere ſolent*) *Ille autem rurſus,* Res (*inquit*) cùm animam agebat, tum offuſàm oportuit .i. *Cùm prodigè viuebam & opes diſſipabam, tum moderatio inculcanda erat, nunc ſerò id fit, cùm nihil reſtat.*

——— Donec deceptus & exſpes

Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo. *Perſi.*

Dopiero rzécz ſmák mieváia/ gdy iuż práwie vſtawáia.

Gratiſſima ſunt poma dum fugiunt. *Seneca.*

τὰ καλ' ἅπαντα τ' ἐκλιπόντα κάλλιω. *A.*

Sunt gratiora cuncta cùm fugiunt bona.

Dopiero

Dopiero śiodłá/ miéczá ſtukáć/ gdy śie iuż ſzás potykáć.

Miſerum eſt opus, demum fodere puteum, vbi ſitis fauces tenet. *Plaut.*

ὀψέποτ' εἰς τ' ἀγῶνα προελθὼν φάσγανα ζητεῖ. *A.*

In campum demum progreſſus quæritat enſem.

Dopieroś poczał/ a uż vſtaieſz.

De limine offendis. *Tertulliam.* In limine deficis. *Ex Virgil. qui ait:*

——Cur indecores in limine primo Deficimus? ἐν ἀθλῳ πίπτειν: ἐν τῇ ἀρχῇ ἐκλείπειν. Principio cliui noſter anhelet equus. *Oui. Cõfer.* Początek nießczęśliwy.

Dopiero znamy/ gdy vtracamy. Nie znamy/ co mamy/ aż poſtradamy.

Tum denique homines noſtra intelligimus bona,

Cùm quæ in poteſtate habuimus amiſimus. *Plaut.*

Virtutem incolumem odimus: Sublatam ex oculis quærimus inuidi. *Horati.*

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τὸ ἀγαθὸν χεροῖν

ἔχοντες, οὐκ ἴσασι πρὶν τύτ' ἐκβάλῃ. *Sophocles.*

Qui malo ſunt iudicio, bonum in manibus habentes, non norunt priùs quàm id excidat. Patria, &c. quid haberet voluptatis, carendo magis quàm fruendo intellexi. *Cic poſt reditum. vbi plura in hanc ſententiam pulchra affert.*

Aſinus non contentus domino olitore, venditus eſt figulo, ab hoc detruſus ad coriarium, videns quæ ibi fiebant, damnauit ſuã ſtultitiã & priorem ſortẽ optauit. Æſopus. Epimythiõ. τότε μάλιστα τοὺς πρόσθεν δεσπότας οἰκέται ποθοῦσιν, ὅταν τ' δευτέρων λαβῶσι πεῖραν Tunc maximè priores dominos à famulis erpeti, cùm de ſecundis fecerint periculum. Bonum amiſſum, bonum cognitum. *Garner. è Gallico.*

Vacca *(equus vulpes &c.)* neſcit quanti pretij ſit cauda, niſi cùm eam amittit. *Idem. Approbat id & vulpes Æſopi amiſſa in laqueo cauda.*

Do práwá wór pienędzy/ a dwa pilnośći.

Diligentia cùm in omnibus rebus, tum in cauſis defendendis plurimùm valet. *Cic. 2. de Oratore. vbi pluribus illam commendans,* Hæc, *inquit,* præcipuè colenda eſt nobis *(cauſidicis)* hæc ſemper adhibenda, hæc nihil eſt quod non aſſequatur, &c. Reliqua ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, aſſiduitate, labore. complectar vno verbo, quo ſæpè iam vſi ſumus, Diligentia. *Hæc Cicer.*

ὀλίγη δ' ἀνάπνευσις πολέμοιο *Homer.* Exigua eſt interſpiratio belli .i. *In negotio laborioſo & odioſo, qualis lis forenſis, non eſt dormitandum. Eraſmus.*

Do rzéczy przyſtępuy. Nie mow co do rzéczy ſłuży.

Odioſa eſt oratio, cùm rem agas, longinquùm loqui. *Plaut.*

Quicquid ſit, ad capita rerum perueni (.i. peruenito, accede.) *Idem.*

ἀλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα δέχαι. *Homer.*

Aſt age nunc ſcuticam depictaque corripe frena .i. *aggredere negotium.*

—— Et quod nunc inſtat agamus. *Virgilius.*

Sed hæc fuerit leuis armaturæ prima orationis excurſio, nunc cominus agamus

experiamurq; *Cic.* Vah! etiam proœmium mihi occeptat! *Terent.*

κέντει τ̃ ϖῶλον ϖρὸι τὰν νύσσαν. *Suidas.*

Stimula equum ad metam .i. *festina ad propositum. vt ipse explicat.*

Hoc agamus huc qua ventũ est gratia. *Plaut.* Iam dic Postume de tribus capellis.

Martialis in Causidicum extra chorum saltantem pulchrum Epigram. 19. l. 6. hoc habet.

Non de vi, neq; cæde, nec veneno, Sed lis est mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abesse furto. Hoc iudex sibi postulat probari.
Tu Cannas Mithridaticumq; bellum, &c. Et Syllas Marioſq; Mucioſque.
Magna voce sonas, manuque tota. Iam dic Postumè de tribus capellis.

Alia Menecles, alia porcellus loquitur.

Simile præcedenti est epigramma Græcum l. 2. Anthologiæ in similem Rhetorem.

Χοιρίδιον καὶ βῶν ἀπολώλεκα ϗ μίαν αἶγα,
ὧν χάριν εἰλήφας μισθάριον Μενεκλῆς.
ἤτε σέ μοι κωφὸν ἢ ϖρὸς Ὀθρυάδαν γεγένηται,
ἢτ' ἀπάγω κλέπτας τοὺς ἀπὸ Θερμοϖυλῶν.
ἀλλὰ ϖρὸς Εὐτυχίδην ἔχομεν κρίσιν, ὥστε τί ϖείσῃ
ἐνθάδε μοι Ξέρξης καὶ Λακεδαιμόνιοι;
ϖλὴν κἀμοῦ μνήσθητι νόμῳ χάριν, ἢ μέγα κράξω:
ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ Χοιρίδιον.

Succula bos & capra mihi periêre Menecles. Ac merces horũ nomine pensa tibi est. Nec mihi cũ Othryade quicquã estúe fuitúe negoti. Nec fures vllos huc cito Thermopylis. Sed contra Eutychidem nobis lis. prôinde quid hic mi Aut Xerxes facit, aut quid Lacedæmonij? Ob pactum & de me loquere, aut clamauero magnum: Multò aliud dicit sus, aliud Menecles.

Sic Persius Satyra 1. sub Pedij nomine carpit causidicos plùs verba quàm rem curantes.

Fur es, ait Pedio. Pedius quid? crimina rasis Librat in antithetis.

ἔπεχε νῦν τῷ σκοπῷ τόξον. *Pindar.* Dirige nunc ad scopum iaculum.

ἀκόντιζε δ' σκοπὸν ἄγχιϛα. *Idem.* Iaculare versus scopum proximè.

ὑπὲρ ὧ ἀγωνίζῃ ὑπὲρ τούτων ἀπολόγει. *Demosthenes.*

De quibus rebus controuersia est, ad eas respondeto.

ϖαῦσαι ῥεμβόμενον. *M. Antonin.* Desine vagari.

τοὺς λόγους μὴ λόγους εἶναι ἐᾷν, ἀλλὰ πράξεις ϖοιεῖν, καὶ τὰς κρίσεις ἀϖὸ τῶν ἔργων μετάγειν. *Plutarch.* Verba ne sinas verba esse, sed ex eis opera effice, & iudiciũ ad res transfer. Desinamus vulgari & peruagata declamatione cõtendere. *Cic.* sed pedem conferamus *(vt infrà idem addit vrgens Laterensem)* Nõ possum magis pedem conferre, *vt aiunt*, aut propiùs accedere. Ad pila venire. *Cic.* .i. *cominus accedere vel pugnare.* vel argumentum premere. *Idem Cic.* Collatis signis depugnare. *Plaut.* Versis gladiis depugnare. *Idem.* i. *non ludicris sed veris & infestis. Lipsius ex Tertullian.* Sensus verò *allegoriæ Plautinæ est, seriò agere.* Gradum conferre. *Erasmus.* *Affine,* Wrácam ſię do rzéczy. *Confer,* Vlię do rzéczy.

Dość

Dość ſáſu. Będźie to wczás. Przed námi to ießcze.
Nie vćiecze to. Dom (ábo wieś/ obiad/ &c.) nie zátac.

Cæſar apud Suetonium dixit. Venere en Martiæ Calendæ (*quas fatales mihi ominabamini*) *reſpondit Spurina* (*ex coniuratis vnus*) At nondum præteriere. (*nam eo die occiſus eſt.*) Non propero .ſ. *ad mortem. Martial.*

Quid vrges? vel quò feſtinas ire vel vnde, vide. *Ouid. in exilium egrediens.*

Adde dictum Anceo redditum irridenti prædictionem fatalem. V. Dáleko do tego.

Dość iuż maß. Dość iuż tego było.

Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atque bibiſti. Tempus abire tibi eſt. *Horat.*

Fortuna ſatis vſus abi ——— *Statius.*

Literas didiciſti: quando ſcis, ſine alios diſcere. *Plaut.* Vſtąp drugiemu.

ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγει τὴν φάρυγγα, τί δεῖ ἔτι πίνειν; *Ariſtotel.*

Cùm aqua fauces ſtrangulet, quid opus eſt ampliùs bibere?

θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' ἀνθεστήρια. *Apollodorus. Heſychius.*

Foras Cares, non amplius (*ſunt*) Antheſteria .i. *Floralia. Athenis agebantur feſta ſimilia Saturnalibus Romanorum, in quibus & ſeruis feriatis ab opere, accumbere licebat.* (Car *ſeruii nomen gentile vt Syrus Geta.*) *quibus ſimilis, dicebatur ſeruis.* Foras. &c. *Sic Seneca.* Non ſemper Saturnalia. *Hæc in eum aptè vſurpabis, qui permiſſum ſibi aliquid definito tempore, vult ampliùs prorogare.*

Suade ei vt iam ſatis lauerit. *Plaut. de muliere diu in balneo hærente.*

Dość iuż tego: co uńßego.

Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle. *Martial.* Bis eadē recenſere ridiculū. *Eraſm. ex Platone.*

ἄλις ἀφύης, παρεσπέταμαι γὰρ ἐφθίων. *Ariſtophan.* Satis aphyæ, diſtendor hanc namq; comedens. Claudite iam riuos pueri ſat prata biberunt. *Virgil.*

καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ πῃ πλάτωνι *Plutarch.* Et hæc hactenus vt ait Plato.

ἄλις δρυὸς. *Suidas.* Satis quercus vel glandis. *Dictum veterum, glandes panem inuento faſtidientium. Vſurpatur in vtramq; partem, cùm faſtidimus aliquid moleſtum vel etiam iucundum. vt Cicer. ad Atticum. vbi ſimili, eodem fere ſenſu, vtitur dicto:* ἄλις σπουδῆς. .i. *ſatis ſtudij, curæ, ſolicitudinis circa dignitatem tuendam exhauſi.* Poſt ludos ad ſeria. *Ex Platone.* Σπουδαία ταχέως ἁρπάσῃ μὴ τὰ παιδικά. *A.*

Poſt ludicras res arripe citò ſerias. *Affine,* Z inßey bácżki.

Dość/ mieć chlébá/ ile komu trzéba.

Menſura cenſus, neceſſitas. *de hac ſic Iuuenal.* Menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam:
In quantum ſitis atq; fames & frigora poſcunt.

Vide ethnicum loquentem, ac ſi legiſſet S. Pauli dictum 1. Timoth. 6.

ὃ πεινῶν, διψῶν, ῥιγῶν, ἄλις ὀλβίου ἐστί. *A.*

Qui ſatis habet, conſecutus eſt quod nunquam diuiti contingit. *Seneca.*

An parùm habet, qui non alget, non eſurit, non ſitit? plùs Iupiter non habet. *Idē.*

Affine, Przyrodzenie mátem śie. *&c.*

Dość rychło / ieśli dobrzę.

Sat citò, si sat benè. *Cato.* *Viator quidam fossam declinans à recto itinere, deflectit ad anfractus. dicens:* Sat citò, si sat benè. *Vide similia sub* Zte dáléko omiń.
Ζῶν τῦδε βεβαίως .i. Festina lentè. *Octauij Cæsaris dictum. Gelli. vsurparunt multi alij.*

Dość srogo.

Manliana imperia. *Liui. & Cic. Vsurpatur hoc dictum, cùm non secundum æquum & bonum sed summo iure agitur. Nam Manlius Cos. & Imperator seuerus, filium suum licet victoria insigni potitum, ad palum deligatum virgis cædi & securi percuti iussit, quòd extra ordinem iniussu ducis pugnasset.* Ἀπὸ Σκυθῶν λεγομένη ἀπόκρισις. *Ælianus.* ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις. *Lucian.* Scytharum oratio, responsum. *qui Dario κλαίειν* .i. plorare. responderunt. *Apud Iuuenalem heri seueri verba sunt:*

——— Nil fecerit esto *(seruus)* Hoc volo, sic iubeo *(vt cruci affigatur)* sit pro ratione voluntas. *Affine,* Bucżno każę. Vić ták hárdźić.

Dość też iuż. Czas przestać.

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt. *Virgil.*
Sed nos immensum spatijs confecimus æquor,
Et iam tempus equûm spumantia soluere colla. *Idem.*
Hoc opus exegi, fessæ date serta carinæ,
Contigimus portum quò mihi cursus erat. *Ouidi.*
Et mea iam longum meruit ratis æquore portum. *Stati.*
Sed iam tempus, iter longi cohibere libelli,
Ne tractum sine fine, ferat fastidia carmen. *Prudenti.*

Ohe iam satis est ohe libelle. Iam peruenimus vsque ad vmbilicos. *Martial.*
ἄλις σπουδῆς. *Cic.* Satis studij. Satis diu iam hoc saxum voluo. *Terent.*

——— Hic victor cestus artemque repono. *Entellus apud Virgil.*
ζῶντά μ' ἄφες. *Theocrit.* Viuum me dimitte. *dictum garrulo dicendum. Habet Plaut. Simile.* Sinite viua abeam si possum a vobis. V. Dość iuż maß.

Dostátek / Gyn státek: á nedostátek / niéstátek.

Vbi tuber, *(ex fimo, vel cultura accurata)* ibi vber. *(.i. segetis vbertas.) Apuleij est dictum aliter ab illo vsurpatum, sed & huic loco satis aptum, vt illud explicui.*

Εἰσὶ Μαικηνάται λώστω τοι Φλάκκε Μάρωνες. *A.*
Sint Mæcenates non deérunt Flacce Marones,
Virgiliumq; tibi vel tua rura dabunt. *Martial l. 8. ep. 56. vbi pluribus docet, ingenia bona quibus obstat res angusta domi, fouenda esse & excitanda liberalitate opulentiorum.* Ex vili vestis panno vix vno durat anno. *Garner. Gallic.*
Vbi plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. *Prouerb. SS. c. 14. Quadrabit melius si inuertas.* Vbi est fortitudo bouis, ibi plurimæ segetes.
διαλελυσπασμένη ἐνέπεσεν ἡ δύσκαξία. *A.* Vbi copia, illic ordine fluunt omnia.

Dostátek wßyſtkiego. Wßyſtko dobre.

ἐκκλεῖς

ἡρακλέους κέρας. *Dio Chryſoſtom.* Herculis cornu. Copiæ cornu, vel Cornucopiæ Cornu copiæ. *Gelli Plini. Idem eſt,* τὸ τῆς Ἀμαλθίας κέρας. *apud Lucianum.* Amaltheæ cornu, *apud Ouidium. de quo multa & varia Eraſm.*

Nutricis Iouis fertile cornu. *Ouid.* Beata pleno copia cornu. *Horatius.*

Dictum hoc Latinum & Græcum vſurpatur pro copia omnium bonorum. Tractum autem eſt è fabula de Capra nomine Amalthæa cuius lac Iupiter infans ſuxit in Creta, quam poſtea adultus in cælum tranſtulit, eius verò cornu alterum nutricibus ſuis in terra reliquit, promittens eis fore, vt quicquid optarent, ex hoc cornu pullularet, vt paſſim pictores illud depingunt. Habent hanc fabulam Diodor. Siculus. Strabo. Ouidi. Parmenius. Lactantius. ſed aliter atq; aliter narrant. Eadem dicitur αἴξ ἠερία. *apud Plutarch.* i. *Capra cæleſtis. Tranſtulerunt hoc dictum alij ſcriptores ad alia. Num Capram cæleſtem dictam fuiſſe vxorem Polyagri cuiuſdam, ex qua ille proſtituta ingentem quæſtum colligebat, ſcribit Plutarchus. Item apud Philoſtratum Dion Sophiſta omni genere virtutis & doctrinæ inſtructus Amalthæa cornu dictus eſt. quo etiam modo appellat per iocum Plutarch. Sapientem Stoicorum qualem & Seneca deſcribit. Eodem titulo ornarunt ſuos libros aliqui ſcriptores, ad eos commendandos teſte Plinio & Gellio.*

Apud Plautum Pſeudolus epiſtolam Militis interceptam à ſe gaudens ait: Quam hæc opportunè allata eſt mihi epiſtola! Nam hæc illud Cornucopiæ eſt, vbi ineſt, quicquid volo. Hic doli, hic fallaciæ omnes &c. Hic argentū eſt herili filio, &c.

Apud Athenæum menſa ſecunda variis cupidis inſtructa Cornu Amalthææ *vocatur. Denique Hercules donaſſe dicitur Aetolis* Copiæ cornu, *quòd cùm exercito flumine Acheloo agros eorum ex ſterilibus feraciſſimos reddiderit.*

τὰ τῆς γῆς ἀγαθά. *Menander.* Bona terræ. *Idem eſt in SS. libris.*

ὦν μοι πρῶτ κεφαλῆ τε πὰρ ποσὶ κῶεα κεῖται. *Theocrit.*

Ad caput atque pedes quarum me vellera cingunt .ſ. *ouium quibus abundabat.*

μυρμήκων πλοῦτος. *Theocrit.* Formicarum diuitiæ .ſ. *aurum: cuius magnam vim congerunt formicæ Indicæ teſte Plinio.* Solis menſa. *In Æthiopia pratum omnis generis animalium carnibus plenum omnibus expoſitum. Rhodigin.*

ἁλὶς τράπεζα. *Herodotus. Mela. Solinus.* ἅλασιν ὗε. *Suidas.* Sale pluit, *vt Hieron. Wolfius legit, & interpretatur dictum de magna felicitate. nam ſol condimentum omnium ciborum.* Extis *vel* Lucanicis pluit *interpretatur Eraſmus. & mihi id aptius videtur, ſed apud Suidam legendum eſſet,* ἁλάσιν ὗε. *vt cenſet Henric. Stephan.*

Mulctro bibere licet .ſ. *lac. Vide* Piiánicá.

Exilis domus eſt, vbi non & multa ſuperſunt,
Et dominum fallunt, & proſunt furibus &c. *Horati.* W doſtátniém domu kázdy ſie łacno pożywy. *Confer dictum.* Wiele dobrego/ *huic geminum. nam pleraq; iſtic poſita, huc loco conueniunt; & vicißim hic poſita, illi.*

Doswiadczenié głupich nauczyciel. Doświadczenie rozumu dodaie.

Experientia rerum magiſtra *Vulgare dictum, ex Lucretio ſumptum qui ait:*

Vſus & impigræ ſimul experientia mentis

Paulatim

Paulatim docuit pedetentim progredientis. *Alludit & Virgil.*

Vt varias vſus meditando extunderet artes. *(quas deinceps enumerat vſu & exercitatione ac experientia repertas.)*

Vſus artium magiſter. *Columel.* Vſus magiſter egregius. *Plini. iuni.*

ἐμπειρίαν .i. experientiam *primum omnium artium principiũ fuiſſe docet Ariſtotel.*

Quicquid poſterius ſucceſſor repperit vſus. *Prudenti.*

Obſeruatio diuturna notandis rebus fecit artem. *Cicer.*

πεῖρα μαθήτης δέχα. *Alcman.* Experientia doctrinæ magiſtra.

Quid quiſque poſſit niſi tentato neſcijt. *P. Syrus. Eraſmi Sixti.*

ἐμπειρία γὰρ τ' ἀπειρίας κρείσσων. Multùm imperitiam experientia anteit.

ἡ δ' μετάνοια γίγνετ' ἀνθρώποις κρίσις.

Fit pœnitentia iudicium mortalibus *vel* Tunc iudicamus benè vbi iã nos pœnitet.

ἀλλά σε διδάσκει δ' βίος τὰ πράγματα. Vitæ varia negotia, docent plurima.

κακῶν γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμάνθανεν. *Euripides de Pentheo.*

Malo propinquus factus eſt prudentior.

ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. *Homer.* Factum ſtultus agnoſcit. *Vulgare dictum ſimile.* Experientia ſtultorum magiſtra. Euentus ſtultorũ magiſter. *Liui.*

Miſera prudentia ex periculis facta. *Plini Iuni.*

ὄφρα λελαμπύγα τετύχηκας. *Plutarc.* Nondum in Melampygum incidiſti .ſ. *Herculem qui tuam audaciam vel petulantiam compeſceret.*

Do tego śie to zgodźi. Na to to vczymono.

βῶς ἐπὶ ζυγόν. *Zenodot.* Bos ad iugum .ſ. *aptus, natus.*

τῷ καινῷ πλεῖν. *Suidas.* Conto nauigandum eſt. *quia ad id factus eſt. Sed non tantùm Vide* Kiieſporo mu. ἐπ' ὕδωρ κακός. Ad aquam malus. *Et* In agrum ſeruus. V. *ſuprà* Dobrzé drugiemu kozy páść/ &c.

Dignum patella operculum. *S. Hieronym.*

ἡ τρύπη τῇ χύτρᾳ πρέπει. *Ex Platone.* Tudicula ollæ conuenit .ſ. *talis tali pulchra, pulchra,* &c. In matellam immeiendum. *Ex Luciano.* *Affine,* Takiemu takie.

Dotrzymam/ abo dotrzyma. Dochowa táiemnice/ ſłową.

Mihi crede in ſinu eſt, (.i. *reconditum, latens*) neque ego diſcingor. *Cic.*

Indictum puta. *Sic Terenti.* Quod dictũ, indictũ eſt .i. *pro nunquam dicto habendum.*

Factũ me eſſe puta Harpocrate, *ex Catullo. Deus is erat ſilẽtij præſes & ſilentiũ imperans.*

τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος. *Homer.* Huius autem ſermo carebat pennis.

Oleum in ore geſtat. *Alexand. Neapolit. cui loqui prohibitum eſt vel non licet.*

ἀλλ' ὁ ἥλιος ἴσθ' γνώσεται. *Heliodor.* Ne ſol quidem hoc ſciet.

γλῶσσα ἐν φυλακαῖς ἔστω. *Æſchyl.* Lingua in cuſtodia ſit.

πιστὸν ταμεῖον γλῶσσαν ἔχει. *Idem.* Fidam cellam linguam habet.

μᾶλλον τ' ἰχθύων ἀφωνότερος ἔσομαι. *Luciã.* Magis mutus ero quàm piſcis. Omnes muti priùs loquentur quàm ego hoc. *Plaut.*

Clauis

Clauis in lingua. *ex Æſchylo, qui ſic habet:*

ἀλλ' ἐσὶ κἀμοὶ κλὴις ὑπὸ γλώσσῃ φύλαξ.

Mihi quoque cuſtos linguæ ad inſtar clauis eſt.

χρύσεα κλὴις ὑπὸ γλώσσαν ἔβακεν. *Sophocles.*

Aurea clauis in linguam aſcendit .i. *linguam cõercet.*

ἀῤῥήτων ἐπέων σφρηγὶς γλώσσῃ ὑπικείσθω. *Lucian.*

Arcanum vt celet claudenda eſt lingua ſigillo.

ζωπηλότερος ἔσομαι τ Πυθαγόρα τελεσθέντων. *Suidas.*

Taciturnior ero Pythagoræ diſcipulis. *Affine,* Milczacy.

Dowcip dobry/ rzatko z pámięćia dobrą.

λίαν ταχεῖς καὶ λίαν βραδεῖς, ἀδέτεροι μνήμονες. *Ariſtotel.*

Nimis celeres & nimis tardi, neutri memoria valent.

ὡς ὑπὸ τὸ πολὺ μνημονικώτεροι μὲ οἱ βραδεῖς, ἀναμνησικώτεροι ὴ οἱ ταχεῖς καὶ εὐμαθεῖς. *Idem.* *Vt plurimùm tardi ingenio, memoria valent: celeres autem & dociles, reminiſcentia.*

οἱ εὐφυεῖς ἀναμνησικοὶ μᾶλλον εἰσί *Plutarch.* Ingenioſi reminiſcentia magis valent. *Seu vt vertit Xylander.* Sagaces memoria minùs valent.

Dowćipni poſpolićie nędzni/ leniwi.

σχῆμα καὶ τριώβολον. *Euſtath.* Figura & triobolus. *dictum in ingenioſos, ſed niſi inſtiteris vel præmio excitaris, remiſſos. Sic Pythagoras ingenioſo diſcipulo ſed ſegni pro qualibet figura mathematica percepta triobolum dedit. Et Phrynichus Tragicus nouum genus ſaltus excogitanti triobolum dabat.*

Ingenioſi negligentia torpentes in prauis actionibus remanent, & ſimplices ad obtinenda præmia virtus operationis leuat. *Gregorius.*

Dowćipny. Rozumu byſtrego.

Naris acutæ homo. *Horat.* & *noſtri dicunt.* Poczuić nos i pozna/ domyśli śie.

Nare ſagaci eſt. *vel vt Lucan.* Nare ſagaci ſentit. ἐνόσφρησ Θ *tralatè,* τὰ τ σφιγγὸς αἰνίγματα διαλύσῃ σοφός. Sphingis ænigmata ſoluere ſcit.

κρέσσονα μὲ ἀλικίας νόον φέρβεται γλῶσσάν τε. *Pindar.*

Præſtantiorem ætate mentem alit & linguam.

Delius natator *vel* vrinator, *vocatur, qui ſcriptores profundos & difficiles penetrat, & interpretatur obſcura. Nam olim laus ſumma erat ſcire literas & natare. Piërius ex Platone & Suetonio. In Delo erant gallinarij quæſtus gratia gallinas alentes, qui ouo conſpecto, mox cuius gallinæ partus eſſet indicabant. Rhodigin.*

Canis, ſagacis hominis eſt ſymbolum: affert exempla Piërius: Alluſit & Cic. Cybiratas canes venaticos omnia odorantes appellans. V. Głupi. & Przéd láty rozum.

Dowod mocny/ nięzbity.

Achileum argumentum. *Eraſm. ex Gellio .i. inſolubile. nam quicquid inuictum eſt*

Achilleum dicitur. Et Achilles *vulgò sic vsurpatur, vt cùm dicitur:* Hic est eius Achilles .i. *firmissimum argumentum.* ἀνάγκη γραμμική. Necessitas linealis & ἀπόδειξις γραμμική. *Quintil.* Demonstratio linealis. *quasi à Mathematicorum lineis sumpta quas illi certissimas vocant.* γεωμετρικὰς ἀνάγκας .i. Geometricas necessitates *vocat Priscian.* θεοδαμεῖς ἀνάγκας .i. *numen domantes necessitates, vim verborum in deos efficacem vocat Hecate apud Porphyrium.*

ἀκατάβλητος λόγος. *Suidas.* Ratio quæ conuelli nequit. Herculeus nodus. *Seneca.* ἱερὰ ἄγκυρα. *Lucian.* Sacra ancora. Hippocraticum vinculum, *S. Hieronym.* Hippocraticis vinculis alligare .i. *firmissimis argumentis.* Amentata hasta. *(quæ validiùs iacitur) ex Cic. pro eodem.* Amentata sententia. *S. Ambrosius.* δίλημμα. Dilemma *Seruio, est Argumentum ab vtraque parte concludens aduersarium.* Concessio *Ciceroni. in qua vtrum concesseris, reprehenditur.*

Cornutus syllogismus .i. *fortis, nam cornu robur significat. Piërius.*

Dowod ſłaby.

Plumbeus gladius. *Cic.* Plumbeo gladio iugulare .i. *leui & futili argumento conficere* Plumbeos pugiones iactare. *S. Augustin.* μάχαιρα ἥτις οὐ τέμνει. *Demosthen.* Gladius qui non secat. ζυλίνη μάχαιρα. *Hesychi.* Ficulnus ensis. κάρχαρόν τινα ἕλυτρας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτοῦ κύνα. *Lucian.* Robustum quendam in nos soluisti vel immisisti tuum canem. *Ironia est* .i. *futile argumentum. Vulgò dicitur.* Stramineum argumentum. Aries gossipio non ferro præfixus.

Dowyſtrzego to dobre/ albo zgodźi ſię. Dowiedli rzęczy ſłuſzy/ położęgno.

Gygis annulus. *Cic.* γύγου δακτύλιος. *Plato. Annulus erat magicus quem Gyges adeptus, ex pastore factus est rex, vt Plato describit. Lucianus ad plures miros effectus, similes annulos valere scribit, vt ad ditescendum, ad amorem hominum conciliandum, ad volandum, &c. Nugæ ethnicæ.* τὸ δελφικὸν ξίφος. *Euripid. Aristotel.* Delphicus gladius. *dicitur de re cuius multiplex est vsus, qualis est culter vel falx apud Columel. l. 4. cap. 25. & Dolon apud Virgil. Silium, Suetoni.* δόλων *Hesychio Plutarcho, est contus seu telum aut Scipio intus gladium ferreum habens. vel gladius in fuste latens vt Hesych. ait: alij vt Seruius, Alfenus, Vlpian. Gotfred. aiunt esse flagellum in cuius manubrio gladius est latens. Tale item* ὀβελισκολύχνιον. *Aristotel. Obeliscolychnium Quintil. Turnebo. veru & candelabrum, vel Scipio & lucerna, vel laterna simul. & talia multa* πολυμήχανα *&* πολύχρηστα *in varijs artibus inuenies.*

Potest vsurpari & de vestitu. vt illo apologo vulgari de paupere viro iacente in sacco, quem ille sibi & substraminis & puluini & opertorij vicem supplere dixit.

βάτη καὶ θέρει καὶ χειμῶνι ἀγαθόν. *Suidas.* Beta *(vestis pellicea talaris) & in æstate & hyeme bona.*

Transfer & ad alia vt ad eruditionem, virtutem &c. quæ Delphici gladii nomen merentur. Vide quæ in 1 Tomo dixi de Palma & ibidem de Segetibus.

ἀμφότερον. Vtrumque .i. *duplicis vsus. ex Callimacho cuius versus est:*

ἀμφότερον

ἀμφότερον, κέντρου τε βοῶν καὶ μέτρου ἀρούρης. *De baculo quodam.*
Vtrumque eſt ſtimulusque boum, menſuraque agrorum.

Do zimney go wody napedzil. Przypart go do ciaſney dżiury.

Redegit eum ad incitas, vel ad incitos, vel ad incita. *Tralatum à Grammeiſmo ſeu ludo 12 ſcriptorum, in quo calculi inciti ſunt, qui moueri à linea ſacra non poſſunt. Sic Plaut.*
Profecto ad incitas lenonem rediget. *Et Lucillius.*

Villicum Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum,
Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

In Gloſſario veteri eſt: Ad incitas. πρὸς ἐρεθισμὸν .i *ad irritationem, vel furorem, cùm quis conſtrictus malis, conſilii inops, furenti ſimilis quidnis tentat.*
Vocabantur etiam Incitæ in agris, fines ſeu termini, quos nefas erat moueri.
Quare cum dicitur Redigere ad incitas, intellige lineas (quæ ἱεραὶ, ſacræ dicebantur) ad incitos autem, intellige calculos vel terminos, denique ad incita .i. loca.
Συνεστενοχώρησεν αὐτόν. In anguſtum illum adduxit, concluſit. *Cicer.*
περιστιχίζω. *tr.* Indagine cingere. *tr. Budæus.* Indagine clauſus quaſi ābitu. *Plin iunt.*
Res in meo foro vertitur. *Plaut.* .i. *recuſare non poſſum iudicium mei fori. Nam Actor ſorum Rei ſequitur. ICti.* A fronte, à tergo, à lateribus tenetur. *Cic.*
Ciáſno mu. Duſno. Przyśiadł mu faldow.

Doznaß / gdy ſprobuiéß. Nie ſadź aż ſkoſtuiéß.

ἐκ γεύματος γινώσκειν. E guſtu cognoſcere vel iudicare. *Sic Cicer.*
Deguſtare conuiuam: guſtum veræ laudis non habere, *&c.*

Do żywego dotąc.

Ferire vitalia. *Quintilian.* Ad viuum radere, reſecare. *Plaut. Cicer.*
ἐν ζῷ ξυρεῖν. *Sophoc.* Cute tenus, *vel* Ad viuum radere, *vt crines, vngues, cum dolore.*
ζῷ κεκαρμένος. *Xenophon.* Ad cutem detonſus. ἐν κυτὶ κεκαρμένος. *Callim.*
Ad cutem raſus. *Vide.* Biy iedno. & Oſtrzkiem.

Drapieżnego wydzierać śie ſtrzeż. & Drapieżnik.

γαμψώνυχα μὴ τρέφειν. *Pythagoræ.* Quæ aduncis ſunt vnguibus ne nutrias .i. *rapacitatem & raptores fuge. vt Tryphon interpretatur.*
ἁρπακώτερος τῶν γαλῶν. *Lucian.* Fele rapacior.
ἃ χρὴ λεοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν. *Æſchyl.*
In vrbe catulum ne leonis nutrias. *Ariſtophani id adſcribit Valer. Maxim.*
τὰς βριάρεω χεῖρας ἐπιβαλλουσι τοῖς δημοσίοις. *Nazianz. de publicanis.*
Briarei manus manus inijciunt publicis pecunijs.

Drga mu pod kolany. *Vel* Żadr-ży komu pod kolany.

Animus in pedes decidit. *Ex Homero qui ait:*
ταρβησαν, πᾶσιν δ' παρὰ (*pro* παρὰ) ποσὶ κάπτεσε (*pro* κατέπεσε) θυμός.
i. Territi ſunt, omnibus autem animus in pedes decidit. πήσσ' ὡς τις ἀλεκτρυὼ. *Ariſtophan.*

Aristophan. Trepidat galli instar cuiuspiam. *Idem est,* Boi śie. V. Boiáźliwy.

Drgnąć nogą / *Idem est* Vmarł. *Vide in 1. Tomo* Vmieram.

Vbi plura dicteria leges v. g. Pożegnał śie. Rozstał śie z świátem, &c. *Latina etiam & Græca ad eandem formam Paræmiacam. his adde hæc.*

Martial. simile quid habet, ad sportulam seu cœnam dictum transferens.

Sed mea porrexit sportula Paule pedes .i. *mortua est, non vocor ad cœnam tuam, cùm tu ficto morbo laboras, vt nil des amicis & clientibus.*

Sensu proprio Persius. In portam rigidos calces extendit. &c. *de homine mortuo. Et Homer. de Patroclo occiso.* κεῖται ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος: Iacet versus vestibulum (*more prisco mortuorum*) *traiectus.*

Drobnego abo podrobionego bárzo co.

Bos Molottorum. *Vide* Sam nić swoy.

Drogę drugiem do czego vkázać / otworzyć.

Fenestram patefacere. *Sic Terent.* Hui Quantam fenestram ad nequitiã patefeceris! μεγάλας κλισιάδας ἅνι ἀνοιγειν. *Plutarch.* Magnas valuas alicui aperire. Ianuam famæ patefacere. *Suetoni.* Aperire viam alicui. *Liuius. Virgilius.* Aperire cursum reditum ad aliquid. *Cic.* Aperire ianuam famæ. *Plini. iuni.* Scindere glaciem *Erasm. tralatum ab iis qui equo, curru, vel naui fluuium congelatum transire debent. primus enim sequentibus aperit viam.*

Præferre facem adolescentulo ad libidinem. *Cicero.*

πυρσδειν ἅνι τὴν σωτηρίαν. *Suidas.* Face præire ad salutem alicui.

Drogo to sobie ßácuie.

Iliade non vendo. *ex Persio, qui de sua Satyra, qua ridebat Neronem & proceres ait:* Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo Iliade. &c. .i. *meam Satyram non vendam cuiquam pretio, quo æstimabatur Ilias Neronis & Labeonis. sic vetus interpres & Marcil. Vel, hanc meam Satyricam libertatem, non commutarim cum aliis pòétis vulgaribus, (qualis Labeo etiam erat) qui assentando verbis & scriptis Neroni, gratiam amicitiamq; eius captabant, & in pretio ac opibus erant. Sic Casaubon.*

τὴν ἐμὴν παῤῥησίαν καὶ ἐμπαιγμὸν πρὸς ὁδεμίαν σοι ἀλλαξαίμην Ἰλιάδα. *Idem Casaubon.* .i hanc libertatem & irrisionem meam cum nulla Iliade permutarem. *Alioqui etiam Homeri Ilias in magna fuit æstimatione & pretio semper apud antiquos. Collige id ex vno Alexandri Magni exemplo, qui Iliadem Homeri didicit & scrinio pretioso Darij inclusam circumtulit, noctu sub puluino cum pugione ponens. Plini. Gyrald.*

Drogo to sobie ludźie ßácuią / co wiec pokorna prozba kupuią.

ἀλλήλων ὠνητὰ τιμιώτατα. *A.* Nil carius est quàm quod precibus emitur. *Vulgare dictum. ex Seneca qui dicit:* Nulla res cariùs constat, quàm quæ precibus empta est. Non tulit gratis, qui cùm rogasset accepit. *Idem.* Nihil acerbius est, quàm vbi, cùm impetrasti, rogandum est. *Idem.* Neq; enim aut leui mercede emit,

de emit, qui precatur; aut paruum pretium accipit qui rogatur. *Apulei.*
Martialis preces æquat pretio dicens:

Ruſtica mercatus nummis ſum prædia multis,
Mutua des centum Cæciliane rogo.
Nil mihi reſpondes. tacitum te dicere credo:
Non reddes. ideò Cæciliane rogo. .i. *precibus id volo obtinere, quod non cogito reddere.* *Vide* Wole kupić.

Drogo to ſobie kupuiemy / czego trudno doſtáiemy.

Lætius eſt, quoties magno ſibi (*cuipiam*) conſtat honeſtum. *Lucan.*
Quod venit ex facili, faciles ſegneſque tenemus,
Quod ſpe quodque metu torſit, habere iuuat. *Ouid.*
Sic aurum Pindaro præſtantius. ὁ χρυσὸς μεγάνορ' ἔξοχα πλούτου. Aurum ſuperbificas excellit inter diuitias.

Drogość wielka. Jeonem zebem chleb trzéba iéść.

χρυσέᾳ ἄλάνᾳ ἄλάζειν. Argenteo vomere aratur. *Rhodigin. ex Oraculo veteri* Incendium eſt annonæ. *Quintili.*

Drogość rzéczy cukrué. Droſſe rzéczy / ſmácznéyſze.

Sententia vulgaris ex ſenſu ſtultorum prolata, ſed improbanda.
Magis illa iuuant quæ pluris emuntur. *Iuuenalis. ridens luxum Romanum.*
Sic Horat. l. 2. Satyra 2. caſtigat eum qui mauult edere pauonem quam gallinam.

Corruptus vanis rerum, quia veneat auro
Rara auis, & picta pandat ſpectacula cauda.
Tanquam ad rem attineat quicquam. num veſceris iſta
Quam laudas pluma, coctóue num adeſt honor idem? &c.

Per totum corpus, quæſita magis placent. Parum eſt, niſi qui veſcimur periculis nautarum, piſcatorum, venatorum, foſſorum, etiam veſtiamur. *Plini.*

In pretio pretium nunc eſt. *Ouid.*

Multi deterius vinum bibunt libentiùs, eò quòd carius ab œnopola æſtimetur. Scimus talia exempla, quia obuia ſunt. Simile eſt dictum Phrynes infrà poſitum, ſub Mniemánie wiéle możé. νυνὶ τὰ πολυδάπανώτερ' ἡδύτερ' εἶναι. *A.*
Nunc ſumptuoſiora ſuauiora ſunt. (*aut putantur.*)

Drogość z luckiego rozumienia ábo chciwości roſćić.

Modus in his rebus cupiditatis, idem eſt æſtimationis. *Cic. loquens de ſignis ſtatuis imaginibus artificio magno factis.* Difficile eſt finem facere pretio, niſi libidini feceris. *Idem.* ἥδιστα λιμώτερα πωλάλη ποιεῖ. *A.*
Luxus facit cariſſima ſuáuiſſima.

Drożey ceń / á w miárec záptáca. *V.* Chćiey iák nalépiey. Proś co nawiecey.

Drugi raz ná iednemże śie potknąć / nie rozum.

Bis ad eundem, culpa, vulgari prouerbiò reprehenſa. *Cic. è Græcis. ſed truncatum eſt dictum: integrum eſt apud Zenodotum tale.*

δὶς πρὸς τ̃ αὐτὸν αἰσχρὸν ἐσκρέειν λίθον.

Eſt turpe rurſum ad lapidem eundem offendere.

δὶς ἐξαμαρτεῖν ταυτὸν ἐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.

Sapientis haud eſt bis in eodem labier. *vel* fallier.

τὰς δύο ἁμαρτίας Φερεπόνους *dixit Pindarus.*

Duo peccata moleſta. *ſeu* idem repetitum.

At nunc tanta meo comes eſt inſania morbo,
Saxa memor refero rurſus ad icta pedem. *Ouid.*

Improbè Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit. *P. Syrus.*

Decipienti me ſemel, dij malè faxint: (*quia me incautum fraude aggreſſus eſt*) faxintq; benè, ſi bis idem deceperit. (*quia iam mea culpa & negligentia id accidit*) *Ioannes Campanus id tanquam vetus prouerbium affert.*

εἰ δὶς ἅπαξ γύμας πάλι δεύτερα λέκτρα δώκει,
ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἐργαλέον. *Epigram. Antholog.*

Qui ſemel vxore amiſſa vult nubere rurſus,
Naufragus eſt iterans ſponte pericla maris. *Intellige de infelici coniugio priori, nam talis maximè vereri debet, ne ſimilis vel deterior ſit altera vxor. Prudentiſſimus animalium homo, ſed ſibi ſtultiſſimus. nam cætera animantes, vbi ſemel offenderunt, cauent: non lupus ad laqueum, canis ad fuſtem temerè redit. Solus homo ab æuo in æuum peccat ferè in ijſdem incautum & obliuioſum animal. Polybius Græcus hiſtor.*

Affine, Raz dość.

Drugich opátrnieß, á ſam tégo bárzey potrzébnieß.

ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτὸν. *Lucas 4. c.* Medice cura teipſum. *Idem c. 6.* Eijce prius trabem ex oculo tuo &c. deinde feſtucam ex oculo fratris.

Neq; imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere ſe medicinæ ſcientiam, ipſi curare ſe non poſſunt. *Cic.* *Potiùs* Aſclepiadem (*imitare*) qui ſponſionem fecit cum Fortuna, vt ſi vnquam ægrotaret, medicus non haberetur, & ſanus vixit, vſque ad mortem, quam lapſus è ſcalis obijt. *Plinius.*

σὺν ἐπιλήπτοις φῆσιν ἰᾶσθαι, αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ. *Demoſthen.*

Epilepticos dicit ſe ſanaturum, ipſe correptus exiſtens omni malitia.

ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσιν ῥυείς. *Plutarch.* Alijs medetur ipſus hulceribus ſcatens.

φαρμακοπώλης ἀποκηρύττει βηχὸς φάρμακον, αὐτὸς ὑπὸ βηχὸς συσπώμενος. *Lucian.* Pharmacopola proclamat contra tuſſim pharmacũ, & ipſe tuſſi torquetur.

οὐδὲν αἴσχιον ἐλαττήμασι παλινδρομοῦσι οὐδὲ λυπηρότερον. *Plutarch.* Nil turpius & moleſtius probro vel conuicio recidente in auctorem.

νήπιος ὃς τ̃ ἐμὸν μὲ ἔχει νόον ἐν φυλακῇσι,
τ̃ δ' αὐτ̃ ἴδιον οὐδὲν ἀπισχέθει. *Theognis.*

Inſipiens eſt qui meam mentem obſeruat; ſuam verò propriam, nihil reſpectat.

Nonnũ

Nonne id flagitium eſt, te alijs conſilium dare?
Foris ſapere, tibi non poſſe te auxiliarier? *Terent.*
πολλοῖς συνδοκεῖ ὅτι τ σοφὸν αὑτῷ αὐτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι. *Plato.*
Multis ſimul videtur ſapientem ipſum ſibi maximè oportere ſapere.
—— Olle *vel* Ole quid ad te, Decute quid faciat ille vel ille ſua?
Illud diſſimulas ad te quod pertinet Ole,
Quodq; magis curæ conuenit eſſe tuæ. &c. &c. *Martial.*
Chreme, Tantúmne eſt ab re tua otij tibi,
Aliena vt cures, eaq; nihil quæ ad te attinent? *Terent.*
πόρρωθε λεύσσων, ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός. *Sophocles.*
Procul videns, at cominus videns nihil.
Aliena negotia curans Excuſſus proprijs. *Horat.*
Foris lynx vel Argus, intùs talpa, vel Lamia *quæ oculos exemptiles habens, domi manens eos eximebat, foras proditura imponebat. ex Plutarcho.*
Simile eſt dictum ſequens mox. Vide Pátrz ſam ś ébié. Cudze wády choć méte.

Drugich prowadziemy / á ſami bładziemy.
Drugiem mądry / ſobié głupi. Sam bładziſz / á drugich rządziſz.
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. *Ennius. Cic.*
Cæcus monſtrat iter. *Ex Horatio.* τυφλὸς ὁδηγεῖ. Cæcus ducem agit.
Sapientem ſibi ipſi maximè ſapere oportet. *Cic.* Nequicquam ſapit qui ſibi non ſapit. *ex Ennio qui ait.* Qui ſibi ipſe ſapiens prodeſſe nequit, nequicquam ſapit.
Diogenes Cynicus dicebat: Ridiculos eſſe Grammaticos, qui Vlyſſis errores & mala ſtudiosè inquirũt, ſua ignorantes. τυφλὴ παραγκάλισις. *Plato.* Cæci præſcriptio.
ἄλλοις μὲ προαγορεύειν τὸ μέλλον, ἑαυτοῖς δ' μὴ προορᾶν τὸ ἐπιόν. *Xenophon in diuinos.* Alijs prædicere futura, ſibi verò non præuidere inſtantia. *Sic apud Æſopum Vati in foro aliis varia prædicenti, cùm quidam nuntiaſſet, domum tpſius à furibus expilatam, alius quiſpiam ſubdidit:* ὦ ἑτᾶρε, ὁ τἀλλότρια πράγματα προειδέναι ἐπαγγελλόμενος, τὰ σαυτῷ ὐ προεμαντεύω. Heus tu, qui alienas res præſcire te profiteris, tuas ipſius vaticinari non potuiſti. *Epimythion huic dicto ſimile addidit Planudes.* Ipſe cautor captus eſt. *Plaut.*
μισῶ Σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. *Euripid.*
Sapientem ego odi qui ſibi ipſe non ſapit.
πατὴρ ἀνοήτου παῖδα νουθετεῖ. *Clemens Alexandrin.* Gnatum inſtruit mentis parùm compos pater. *Geminum huic eſt præcedens dictum. Affine,* Głupi mędrſzego.

Drugiego chcąc oſukać / ſiebie oſukał. Co drugiemu myśli / to ſámego potkało. Kto drugiemu dół kopié / ſam weń wpadnié.
ὃς γ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἧπαρ τεύχει. *Plutarch.*
Qui alteri malum machinatur, ſuo hepati illud machinatur.
Qui in altum mittit lapidem ſuper ipſum cadet. Et qui foueam fodit, incidet in eam. Et

eam. Et qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo. Et qui laqueum alij ponit, peribit in illo. *Eccleſiaſtici 27.* *Vide apologum Æſopi* de lupo à leone excoriato qui vulpem apud leonem accuſarat. *vbi Epimythion additur.* ὁ καθ' ἕτερον μηχανώμενος, καθ' ἑαυτὸν τὴν παγὴν περιτρέπει. Qui contra alium machinatur, contra ſeipſum laqueum vertit.

καὶ ἑάλωκα ὁ κακοδαίμων καὶ συνείλημαι τοῖς αὐτῆς. *Lucian.*

Et cepi miſer & captus ſum ab illa .ſ. *femina.*

ὁ ἁλισκόμενος συνείληφε. *Plato.* Captator vel captans captus eſt.

Græcia capta ferum victorem cepit. *Horat.* .i. *Populum Romanum frugalem & durum, otio & luxu ac deliciis emollijt, vt Capua Annibalem.*

Apud Lucianum duo diuites hæredipetæ ſibi inuicem inhiantes, alter alterum heredem teſtamento ſcripſit, diutius ſe victurum ſperans, interea nauigantes ambo ſubmerſi ſunt, & cognatus inſperatò hæres factus eſt. *Anceps apud Æſopum, turdo inſidians à vipera ictus moriens dixit:* δύσμοιρος ἐγὼ, ἕτερον γὰρ θηρεύσαι θέλομενος, αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου ἠγρεύθην εἰς θάνατον. Infelix ego, alium capere volens ab alio captus ſum ad mortem. *Ex Epidico Plauti affert Eraſmus. Ipſe captor captus eſt; ſed ibi recentiores iam legunt: Ipſe cautor captus eſt; ſenſu diuerſo.*

αἰρεῖσες ἡρήμεθα. Captantes capti ſumus. *E Sophocle.*

ὑπὸ δ' ἄγρας ἀπώλετο. *Lucian.* In venatu perijt. (ret. *Plaut.*

Dum prædā habere ſe cenſeret, interim Præda ipſus eſt. vt præda prædam duce- *Aquila Polypum in ſaxo conſpicata, demiſit ſe in ipſum, at ille cirris ſuis eam complexus in aquam traxit & ſuffocauit. Ælian. & in Anthologio.*

Τοῖς αὐτοῖς τεχνασιν ἁλώσεται, οἷσπερ ἔπραξεν. *Pauſanias.*

Ijſdem artibus capietur, quibus prior vſus eſt.

Elephas mortuus draconem occidit. *Nam draco auidiſſimus ſanguinis elephantini, ei affixus eum extrahit, qui debilitatus corruit & draconem opprimit. Plini.*

ὁ βαλὼν βέβληται: πλήξας καὶ πληγείς. *ex Philoſtrato.*

Iciens ictus eſt. Percuſſit & percuſſus eſt.

Γνῶθι δ' ὡς ἔχων ἔχῃ, ἓ σ' εἷλε θηρῶντ' ἡ τύχη. *Sophocles.*

Scito quod tenens teneris, teq; captantē cepit fortuna. *Affine eſt,* Sam ſie vlowił.

Drugiem dobry / ſobie zły. Drugiem dogodzić / ſobie zaſzkodzić.

Cudza pſience ogania / á iego wroblé puſa.

Alienos rigas hortos, tuis ſitientibus. *ICti ex Cod.*

Parcus ob hæredis curam, nimiumque ſeuerus. *Horat.*

Filius aut etiam libertus vt ebibat hæres Dijs inimice ſenex cuſtodis. *Idem.*

Abſumet hæres Cæcuba (*vina optima*) dignior Seruata centū clauibus &c. *Idē.*

Apud Plautū lena amatori dicit: Nō tu ſcis, quæ amāti parcet, eadē ſibi parcet parùm. *Adde Apologum Æſopi de Piſcatore, qui viatori conquerenti quòd aquam turbaret, reſpondit:* Niſi ego aquam turbauero, eſurire me oportebit. *Sic plerunque fit;*

Cùm alijs prodes, tibi obes. & cùm tibi prodes, alijs obes.

Quadrat

Quadrat & alter apologus eiuſdem de Vate, poſitus ſuprà ſub Drugich prowádźicmy.
Martial. l. 7. epig. 77. ridet Papilum, qui vilia ipſe cœnans, aliis lauta mittebat:

Sumen, agrum, leporem, boletos, oſtrea, mullos
Mittis (*aliis*) habes nec cor Papile nec geniũ .ſ. *quem fraudas bonis eſcis.*
Lucerna alijs lumen miniſtrans ſeiptam conſumit.

Qui ſeipſum non habet, Samum petit .i. *ipſe victus & ſeruus factus, alium vult eſſe liberum.* *Vide* Mnieyßey rzeczy mu odmowiono.

ἀρκάδας μιμούμενοι. *Suidas.* Arcades imitans. *qui bellicoſiſſimi cùm eſſent, nunquam ſibi ſed aliis vincebant, ſtipendio militantes.*

ποταμὸς τὰ πόρρω πολίζων, τὰ δ' ἔγγιον καταλείπων. *Diogenianus.*
Fluuius remota rigans, vicina verò derelinquens.

ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀρᾶν. *Theognis.* Alienum agrum arare. *Habet idem Plaut.* Fundum alienum arat ſuum incultum deſerit. *Sed adulterum intelligit.*

ὥσπερ ὄνος βαλανέως. *Plutarch.* Vt aſinus balneatoris. *aliis lauantibus aquam miniſtrans, nil ex balneo capit emolumenti.*

ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρποῦσθαι λύπας. *Hippocrat. Nazianzen.* Ex aliena miſeria proprium dolorem vel moleſtiam lucrari, *vt medici faciunt.*

νίκην προσήνεγκεν ἑτέροις, θάνατον δ' ἑαυτῷ. *A.*
Victoriam alijs attulit, mortem ſibi. *Philippides is erat, qui ex Marathone Athenas vno die decem miliaria percurrit victoriam nuntians, & irrumpens in Senatum vbi anxij de euentu Patres conſidebant, dixit:* Saluete. Vicimus, *& hoc dicto concidit mortuus. Lucian. exemplum inſigne amoris patriæ & boni publici etiam cum priuato malo.*

Χῖος οἶνον χρηστὸν ἑτέροις πεπράσκων, ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἄριστον ὀξίνην ζητεῖ. *Plutarch.*
Chius vino bono alijs diuendito, ſibi ad prandium acidum quærit.

τῇ ἑκάτῃ θύεις. *Plutarch.* Hecate ſacrificas. .i. *laboras & nullum fructum inde percipis. vt qui cœnam Hecate inſtruebant, nil ex ea guſtare poterant.*
Huc refert Eraſmus ἡρακλείους πόνους .i. Herculeos labores .ſ. *aliis vtiles, ipſi moleſtos.*

πλοῦτον μὲ πλουσίῳ δ' ἔχεις, ψυχὴν δὲ πένητι,
ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης. *Anthologi.*
Diuitias locupletis habes, animum ſed egeni,
O miſer hæredi diues, inopſque tibi. *Thomas morus.*

Caprificus nunquam matureſcit, ficus matureſcere citiùs facit, *culices producens qui ficus perfodiunt, & ad maturitatem perducunt. Theophraſt. Plutarch.*

Dumeta cædit ſua vt alius capiat aues. *Regis Anglorum dictum in prima perſona prolatum.*

δίκτυα μὲ εἰς ἐπακτρέων, λαβεῖν δὲ μή. *Democritus.*
Conferre venatoribus vel piſcatoribus (*retia texere*) nilq; capere.

Drugiem przygánia / á ſam nic nié czyni.

Cum tua non edas, carpis mea carmina Læli,

Carpere vel noli noſtra, vel ede tua. *Martial.*
Scribere me quereris Velox epigrammata longa.
Ipſe nihil ſcribis; tu breuiora facis. *Idem.*
αὐτὸς ἀεργὸς ἀεὶ πάντα ψέγει ἑτέρων. *A.* Omnia vituperat qui nihil ipſe facit.

Drugiem rozdaiac, na ſie pomni. Drugich dzielac ſiebie nie zápominay.
Et qui diſpenſat frangat ſibi. *Iuuenal.* *Notum eſt illud triuiale.*
Omnis diuiſor moneo hanc bene nouerit artem.
Maiorem ſibi præ reliquis ſecernere partem.
ἑτέροισι μὲν μερίζων σὺ δὲ πλήθεο. *A.*
Dum partiere quid alijs, memor es tui. *Affine,* Sobie pierwey.

Drugiemu dobrze winet poradziemy: a ſami ſobie nie vmiemy.
ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοὶ, αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν.
Omnes in admonendo ſapimus plurimùm: At verò cùm ipſi erramus haud agnoſcimus. Hic mihi nunc quantò plùs ſapit quàm egomet mihi! *Terent.*
Virgilius de Augure occiſo qui aliis fata ipſorum prædicebat, ait:
At non augurijs valuit depellere peſtem .i. *mortem. Ex Homero.*
ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.
At non augurijs fatum ſibi depulit atrum.
Quique alijs cauit, non cauet ipſe ſibi. *Ouid.*
Vide Vatem Æſopi & alia ſub Drugich prowádziemy.

Drwá do laſa nośić, woźić, głupſtwo.
In ſyluam ligna ferre, *Horat. ait.* In ſyluam non ligna feras inſaniùs .i. *magis videberis inſanus carmina Græca ſcribens: & Græcis, his abundantibus, tu Latinus aliquid addens; quàm qui in ſyluam ligna fert.*
Quid folia arboribus, pleno quid ſidera cælo,
In freta collectas alta quid addis aquas? *Ouidi.*
Poma dare Alcinoo. *Martial. cuius hortos celebrat Homerus & alij.* γλαῦκας εἰς Ἀθήνας .ſ. κομίζεις. *Lucianus. Ariſtophan.* Noctuas Athenas .i. *portas vel mittis. Nam in Attica regione erat maxima noctuarum copia; item auis hæc erat Athenis boni auſpicij & ominis: præterea Minervæ, in cuius tutela vrbs fuit, ſacra: denig; nummi aurei & argentei noctuæ effigie ſignabantur.*
χρόνους εἰς χιλιετίαν. *Suidas.* Crocum in Ciliciam ferre. *quæ illo abundat.*
Θαλάσσῃ ἐκ χαράδρας ὕδωρ .ſ. παρέχειν. *Suidas.*
Mari ex torrente (*ex cauerna in præruptu*) aquam .ſ. affundere.
βατράχῳ ὕδωρ .ſ. παρέχεις Ranæ aquam, præbes *ex Athenæo.*
Lege Martialis lepidum & huic loco aptum epigr. 47. l. 3. de Baſſo rus eunte & omnia, quæ rure alij petere ſolent, ſecum portante.
Vide item infra ſub Tákiemu takie *Dictum feſtiuum Leonis X.*
τὸ φῶς ἡλίῳ. *Plutarch.* Soli lumen .ſ. *infers.* *Simile eſt* Tiuſty potéć mázáć.

Drzewá

Drzéwá ſchna ná ſtéꝫ zkorzéczenie. Drzéwoby vſchło gdy poczniè przéklnáć.

Miſit Thyeſteas preces. *Horat.* .i. *imprecatus eſt horenda quæuis mala.*

Diris agam vos, dira deteſtatio Nulla expiatur victima. *Idem.*

Thyeſtea iſta exſecratio eſt, vulgi animos non ſapientum mouentis. *Cic. in Piſonem, quas ibidem ſubdit, ſed plures Tuſculana 1. ex Ennio.*

Χερσὶ τὰ ῥεῖθρα, τελμάσσοι ὄρη λίθους. *Piſides de Veneſica.*

Humum in fluenta, ſaxa vertit in lacus.

Plurima talia leges apud pleroſq; Pòëtas: apud Virg. in 4. & alibi. Horat. in Canidiam. apud Ouid. in Ibin, apud Valerium Flaccum. Senecam. &c. Sed huic loco aptiſſima ſunt illa in Diris Valerij Catonis, vulgò operibus Virgilij addi ſolitis;

Nec fecunda ſenis noſtri felicia rura,
Semina parturiant ſegetes, non paſcua colles,
Non arbuſta nouas fruges, non pampinus vuas,
Ipſæ non ſyluæ frondes, non flumina montes. &c. *Iterum.*
Effetas Cereris ſulci condatis auenas,
Pallida flaueſcant æſtu ſitientia prata,
Immatura cadant ramis pendentia mala, (*conſici poteſt.*
Deſint & ſyluis frõdes & fontibus humor. *Ex his differiũ huic loco aptũ tale*

Pòëticas diras & exſecrationes canit, imprecatur. Altera Canídia. *Horatij.* Deuotionis templum. *Vide* Złorzéczliwy.

Baſiliſcus ſibilo ſuo omnia animantia etiam ſerpentes fugat, cantus auium compeſcit, frutices & herbas olfactu arefacit. Pierius.

Paſtinaca piſcis aculeo venenato quẽ in cauda geſtat emiſſo arborẽ frondentẽ arefacit. Ælian.

Dwá kaci w iédnem miaſtéczku śie mé pożywia.

Dwá Miniſtrowié w iédnem zborzé śie mé zgodzą.

εἰς οἶκος ἃ δύναται τρέφειν δύω κύνας. *Ariſtophanis interpres.*

Vna domus haud poteſt alere duos canes.

ἃ γὰ πότε τρέφειν δύναιτ' ἂν μία λόχμη κλέπτας δύω. *Ariſtophan.*

Nec enim poteſt Vnquam alere ſaltus vnicus fures duos.

μία λόχμη ἃ τρέφει δυο ἐρυθάκας. *Zenodotus.* Vnus ſaltus non alit duos erithacos. *auicula eſt ſolitaria & plerumq; in vno ſaltu vna.*

Senſus horum omnium eſt. Vnum munus duos ambitioſos, vnum regnum duos tyrannos, &c. non fert. *Adde & illud Plauti alloquentis feminas duas:* Duæ vnum expetitis palumbem .i. *amatorem, à quo ditemini.*

Gallorum illud eſt. Canis rixoſus non fert ſocium in culina. *Garner. Item.* Duo canes in vna culina non conueniunt. *Idem.* V. Jédno ſtońcé. Vniézgodá.

Dwá kroć grzeßy/ kto śie grzechu nie wſtydzi.

ἁμαρτανόντως ἁλιτέων δὶς ἁλιτέει. *A.*

Geminat peccatum quem delicti non pudet. *P. Syrus.*

Duplex eſt ſenſus dicti, vt obſeruauit noſter Eraſmus Sixtus. vel, facile repetit idem

peccatum is, quem ſemel peccaſſe non pudet, vel, alterùm quaſi addit priori peccatum impudentiam, oppoſitam pœnitentiæ, quæ peccatum abolet, vel multùm extenuat & leuat. Illuſtrabis hæc ex infrà poſitis ſub Wſtyd dość raz vtráćić.

Dwá leda ſłácy / vyda za iednego dobrego.

Cæcus claudum portans, videt: claudus cæco inſidens rectè ambulat. *Item.* Duo mutili, vnum integrum æquant. *ex lib. 1. Anthologiæ, vbi in tales aliquot ſunt Epigrammata:* ἀνέρα λὶς λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυχὴς
ἦγε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος; *Plato.*

Virum quidam claudum in dorſo cæcus Portauit, pedes commodato dans, oculos accipiens. *Reddidit hoc Auſonius duobus diſtichis.*

ἄμφω μὲ πηροὶ καὶ ἀλήμονες, ἀλλ' ὁ μὲ ὄψεις
ὃς δὲ βαστᾷς. ἄλλος δ' ἄλλου ὑπηρετέει. *&c.*
ἡ μία δ' ἀμφοτέροις ἦρκει φύσις. ἐν γὰ ἑκάστῳ
τἀλιπὲς ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν. *Antiphilus.*

Ambo quidem mutili & mendici. ſed hic quidem oculis, Hic vero pedibus. alter verò alterius auxilium eſt. Vna vtriſque natura ſatis fuit: in vnoquoq; enim, Quod deerat illis, inuicem in totum communicauit. *Affine,* Dwá wiecey mogą.

Dwa trzey wiérni przyiaćiélé / iedną duſzą w rożnem ćiélé.

In amicitia vnus fit è pluribus. *Cic.* Firma eſt amicitia idem velle & nolle. *Saluſt. Cic.* Vetus illa lex eſt iuſtæ & veræ amicitiæ, vt idem amici ſemper velint. *Cic.* In quibus eſt morum ſimilitudo bonorum, eadem ſtudia, eædem voluntates; in his fit, vt æquè quiſque altero delectetur ac ſeipſo; & quod vltimum Pythagoras in amicitia ponebat, vt vnus æquè fiat ex pluribus. *Idem.*

ταὐτὸ φρονέειν θέλειν τε συνδεῖ τοὺς φίλους. *A.*
Idem ſapere idem velle amicos colligat *(vel efficit)*

In Sticho Plautina ſeruus conſeruo in computatione dicit: Ego, Tu ſum: Tu, es Ego, vni animi vel vnianimi ſumus. i. *vnius animi, vel vnanimes.*

ἡρακλειωτικῷ πλέγματι πεπλεγμένοι. Herculano nodo ligati. *quem deſcribit Oribaſius. & Pierius ſimilem anguibus in Caduceo Mercurij ſe bis ſecantibus, ait fuiſſe.*

Qui circa fabam & ſalem. *dicebantur amici vel familiares, qui ſetum de rebus arcanis conſultabant. ex Diogeniano. & Plutarch.*

Amicus alter ego. *ex Ariſtotele qui ait:* ἔστι γὰ, ὡς φαμεν, ὁ φίλος ἕτερος ἐγώ. .i. Eſt enim, vt dicere ſolemus, amicus alter ego.

ὅταν θέλωμεν ζωφερὰ φίλον εἰπεῖν, μία φαμὲν ψυχὴ ἡ ἐμὴ καὶ ἡ τούτου. *Idem Ariſtot.* .i. Quoties volumus vehementer amicũ dicere, vna inquimus anima mea & huius. τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχὴν, καὶ τὸν φίλον ἕτερον αὐτόν. *dixit Pythagoras.* .i. Amicitiam æqualitatem eſſe, & eandem animam, & amicum, alterum ipſum. *Quidam Epheſtionem Alexandri intimum ſalutauit loco Alexandri & cum is errorem ſuum aduertiſſet, dixit ei Rex:* Non erraſti. Nam & hic Alexander eſt, *Curtius.*

Sic

Sic Christus de S. Joanne dicit Matri suæ: Ecce filius tuus. *Vide* Jédnć to dußć.

Dwá wiecey mogą/ niż ieden. Dwiema lepiey z ſobą/ niż iednemu.

Meliùs eſt duos eſſe ſimul quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. &c. Væ ſoli &c.& ſi quiſpiã prævaluerit contra vnũ, duo reſiſtent ei. *Eccleſiaſtæ, c. 4.* ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρεὶη. *Plato.* Frater viro adſit. *de fido auxilio, quòd in periculo vix frater fratri deeſſe ſoleat.*

Ζὺν τε δυ' ἐρχομένω. *Cic. ex Homero.* Duobus ſimul euntibus .ſ. *plus ſolatij, conſilij, auxilij eſt. verſus Homeri elegantes appono.*

ἀλλ' εἴ τίς μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτ' ἠ ἄλλος,
μᾶλλον θαλπωρὴ Ϛ θαρσαλεώτερον ἔσται
Ζὺν τε δυ' ἐρχομένω, καὶ τε πρὸ ὁ Ϛ ἐνόησεν
ὅππως κέρδος ἔη, μᾶλλος δ' ἔμπης τε νοήσῃ
ἀλλὰ τε οἱ βεβάασιν ἐὲ νόος, λεπτὴ δέ τε μῆλις. .i.
Sed ſi aliquis vir alius ſimul me comitetur,
Plus ſolatij & confidentiæ erit
Duòbus ſimul euntibus, & priùs hic illo intelligit
Vbi vſus fuerit. vnus verò licet ſapiat,
Tamen ſegnior illi eſt mens, & renue conſilium.

Vſurpauit id & Ariſtotel. Ζὺν τε δυ' ἐρχομένω Ϛ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι. Duo pariter euntes & ſapere & agere poſſunt meliùs.

Affine, Wiele zlego. & Jéden nić wiele możć. Wiele ich wiecey przćmogą.

Dwá wiecey wyrzą niż ieden.

τὰ δὺ' ὄμματα πολὺ Ϛ ἑνὸς ὄπτεσθαι πλέω. *A.*
Oculi duo plus cernere vnico valent.

Gallorum idem dictum eſt apud Garner. Aſpiciunt oculi duo lumina clarius vno. εἷς ἀνὴρ ὐ πάνθ' ὁρᾷ. *Euripid.* Vnus vir non omnia videt. *Vide* Jéden nićwiele możć.

Dwić robocić rázem zrobić. Jednem pocíſkiem kilá wroblow zabić. Jednem machem dwu ściąć.

Vno ſaltu duos lepores capere. *Vulgò vſurpatur hoc ſenſu à recentioribus. Et quidem ex Plauto ſumptum cuipiam videatur. ſed is paulò aliter habet.*

Iam ego (*inquit*) vno in ſaltu lepidè apros capiam duos. *in ſaltu hic intellige, in fruticeto aut ſylua paſcua. Senſus tamen hic à noſtro non longè abit.*

Vno labore ærumnas abſoluere duas. *Plautus. loquitur autem de femina geminos vno partu edente.* Vna mercede duas res aſſequi velle mihi videris. *Cic. Triuiale illud eſt:* Vno ictu duos paſſeres occidere. *vt & illud Garneri.*

Vno lapide duos ictus dare. *Vide Iſmeniæ factum. ſub* Sztuká chytra.

τὰ δύο πονήματα τελέμεν ἑνὶ τῷ πόνῳ. *A.* Vno labore conficere duplex opus.

Dwić robocić rázem robić trudno/ niepodobno.

Duas res magnas præſertim, non modo, agere vno tempore, ſed ne cogitando quidem explicare quiſquam poteſt. *Cicer.*

Simul flare ſorbereque haud facilè eſt. *Plautus.*

Pectora noſtra duas non admittentia curas. *Iuuenal.*

Secta bipertitò, cùm mens diſcurrit vtroque,
Alterius vires ſubtrahit alter amor.

Grandia per multos tenuantur flumina riuos. *Ouid.*

Celebris eſt ille verſiculus. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. *Gerſon.*

δ δύναταί μοι χ̃ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι. *Phocion.*

Non potes me & amico & adulatore vti.

Neq; enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt; & quocunq; aliò reſpexerit, deſinit intueri quod propoſitum erat. *Quintilian.*

Aliud agendo malè interdum agitur. *Ioan. Bap. Egnati.*

δύω πῶκας διώκειν. Duos lepores inſequi.

Ne in multis ſint actus tui. *Eccleſiaſtici cap. 11.*

Non deſuêre tamen admirabiles in hoc genere viri, qui plura ſimul negotia magna optimè expedire ſoliti ſint, vt Iulius Cæſar apud Plutarchum & Plinium; ſimul legebat, ſcribebat, audiebat, dictabat epiſtolas quaternas, etiam ſeptenas ſimul diuerſi argumenti. Similis erat Hadrianus apud Spartianum. Et Origenes pluribus ſimul amanuenſibus diuerſas materias dictabat. Plura talia affert Iacobus Pontan. in Atticis bellarijs.

Affine, Kto dwu zaiacow goni. Jednego potrzyć! *& ſequens mox.*

Dwiema panom rázem ſłużyć trudno.

Simile eſt præcedenti. & ſatis declaratur diuino oraculo c. 6. apud Matthæum.

οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.

Vix placet ambobus qui vult ſeruire duobus. *Anonym. rhythm.*

Sic Horatius de duobus amicis. Hic ſponſum vocat, hic auditum ſcripta, relictis
Omnibus officijs. cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Auentino, viſendus vteque. *Sponſum, eſt Supinum à ſpondeo .i. ve ſpondea pro illo. Auditu ſcripta, Poëtæ vel Declamatoris, ob plauſum vel cenſura recitatis.*

δ δύναται θέσθαι τε καὶ γαλατείαν ἐρᾶν.

Non potes Thetidem ſimul & Galateam amare *Nymphæ ſunt marinæ. Erythræus. Syrus Terentianus ſeruus, ſingens ſe percuſſum ab hero minori, conqueritur fictè apud eius patrem dicens:* Non hercle hic quidem durare quisquam, ſi ſic fit, poteſt.
Scire equidem volo, quor mihi ſint domini? quæ hæc eſt miſeria!

Simile eſt præcedens. & Jeden mowi záwrzy.

Dwerne rzeczy niepotrzebne. Dwernośc niepotrzebna.

Plùs ſcire velle quam ſatis ſit, intemperantiæ genus eſt. *Seneca.*

Literaturæ intemperantia laboramus, nec vitæ ſed ſcholæ diſcimus. *Idem.*

πολυμαθησσύνης δ' ἀ κενεώτερον ἄλλο. *Athenæus.*

Nil aliud magè inane puta quàm plurima ſcire.

Vbi Atri-

Vbi Atridarũ ſcapha .ſ. *haeſerit, quærere. Cic. ait.* Nõ quærã πᾶ σκάφος τ̃ ἀτρειδῶν. Quæ ſupra nos, nihil ad nos. *Lactant.* τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Socrat.* τὰς ἐν ἅιδε τριακάδας διζήσεν. *Suidas.* Inferorum Triacadas ſeu terniones ſcrutari .i. *triceſimum quemq; menſis diem. hunc quis ſit apud inferos inquirere, ſtultum & inutile eſt. alij aliter nugantur circa nugas. Similes his ſunt.* Vlyſſis errores, *apud Senecam epiſtola 88. & aliæ quæſtiones ſimiles, vt de annis Patrocli & Achillis. Homerumne prior an Heſiodus? Hecuba iunior quàm Helena? Item, de patria Homeri. de Æneæ matre vera. an Sappho publica fuerit, & alia quæ dediſcenda erant, ſi ſcires. Hæc ibi. Tales item ſunt Allegoriæ Homeri: & Virgilij moralis interpretatio*
Item Platonici & Pythagorici numeri obſcuriſſimi & ſuperſtitioſiſſimi quos tamen aliqui Catholici ſcriptores plus diuinis oraculis mirantur ſcrutantur & venerabundi interpretantur. Talia denique Caballiſtarum in literis & apicibus Hebraicis, myſteria. Adde illud ex Suida.
τ̃ πρῶτον πλεῦσαι ἢ γραμψάμενον ἀναζήσεν διζήσιν.
Conari inuenire quis prius ſternuerit aut ſcrearit. *Curioſitas ineptiſſima.*
Baiulus portans quidpiam velo opertum ſciſcitanti cuidam quid geſtaret, reſpondit. Ideo opertum eſt ne ſcias. *Plutarchus.*

Dwornoſć ludźiom przykra. Dwornoſć wielka wáda/ przyſłáná.

Imperitiſſimus quiſq; in ſecreta irrumpere cupit *Seneca.* Si non vis eſſe iracundus, ne ſis curioſus. *Idem (nam multa occurrent quæ diſpliceant) Idem dicit Plutarc.*
Moleſtiſſimi ſunt venti qui pallia reuellunt. *Ariſton apud Plutarch.*
Curioſus nemo eſt quin ſit idem maleuolus. *Plaut.*
Percunctatorem fugito quia garrulus idem eſt. *Horati.*
Cùm in domum alienam veneris ſurdus & mutus eſto. *Vide* Dmyſł wſpánićky.
μηδὲν διαφέρῃ ἢ σοῦ πόδας ἢ σοῦ ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν βάλλειν. *Xenocrates apud Plutarchum.* Nil intereſt pedéſne an oculos in alienam domũ inferas.
πολυπραγμονεῖν τ' ἀλλότρια μὴ θέλε κακά Ne aliena diligenter inquiras mala.
ἀφεὶς τὰ φανερὰ μὴ δίωκε τ' ἀφανῆ.
Miſſis apertis ne requiras abdita. *Huc trahe illud Propertij:* Nec noua quærendo ſemper amicus eris. *licet diuerſo ſenſu ille protulerit.* (*Garner.*
Delatoria curioſitas odioſa. *Budæus ex ICis.* Qui nimis inquirit, tædia multa parit.
Antigonus Rex filio ſciſcitanti, quando conclamari vaſa iuberet, reſpondit: Veritus es, nè ſolus tubam canentem non audias? *Rhodigin. ex Plutarcho.*

Dworny. Wſzyſtkoby chciał wiedzieć. Nie przéd niem nic ſkryiéſz.

Canis venaticus omnia odorans *ex Cic.* Nouit quid toto fiat in orbe
Quid Seres quid Traces agant, ſecreta noueræ &c.
———Famam rumoreſq; recentes Excipit ad portas. &c. *Iuuenal.*
Simile eſt Martialis epigramma 36. libr. 9. in Philomuſum. cui poſt alia dicit:
Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula,

Rhena-

Rhenanam numeras Sarmaticamque manum, &c.
Scis quoties Phario madeat Ioue fuſca Syene,
Scis quota de Libyco littore puppis eat. &c.

Plautus de talibus ſic. Vrbani aſſidui ciues, quos ſcurras vocant,
Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt.
Quod quiſque in animo habet, aut habiturus eſt, ſciunt.
Idque quod in aurem rex reginæ dixerit.
Sciunt, quod Iuno fabulata eſt cum Ioue,
Quæ neque futura neque facta ſunt, tamen ij ſciunt.
Falſón' an verò laudent, culpent, quem velint,
Non floccifaciunt, dũ illud, quod lubeat, ſciant. Qui ſciunt quod neſciũt. *Hæc Plau.*

οἷς οὐδέν ἐστιν οἶκοι χρηστὸν, ἐν ἀγορᾷ διατρίβουσι. *Plutarch.*

Quibus nihil eſt domi iucundum vel commodum, in foro verſantur.

τὰς ἀκάνθας ἀναλέγει. *Athenæ.* Spinas colligit. *de importunè curioſo diſputatore.*

κωνωφθαλμιᾷν. *al.* κωλωφθαλμιᾷν. *Syneſi.* .i. Omnia velle inſpicere. ſeu expoſita ſint & omnibus perſpecta, *vt prior vox ſonat, ſeu abdita & quaſi in cauo ſita, vt poſterior.* Muſca curioſi ſymbolum, *apud Plautũ (importuni, apud Horũ, Pierĭũ)*

Muſca eſt meus pater, nil poteſt clam illum haberi,
Nec ſacrum nec tam profanum quicquam eſt, quin ibi illicò adſit.

Cucurbitulæ peſſimum ſanguinem extrahunt: ſic curioſus. ex Plutarcho.

Gallus Gallinaceus *Euclionis terram ſcalpuriens apud Plautũ, etiam pro curioſo. Auſonio.*

Corycæus. *Cicer.* Omnes κωφυκάϊοι videntur ſubauſcultare quæ loquor.

Feminis item curioſitas propria. *de ijs Theocrit. ſic:*

πάντα γυναῖκες ἴσασι· καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγετ' Ἥρην.

Omnia feminæ norunt & quomodo Iupiter duxerit Iunonem.

Apud Plautum etiam in Menæchmis maritus curioſæ vxori dicit:

Quoties ire aliquo volo, Rogitas; quò ego eam, quam rem agã, quid negotij gerã? Quid petam, quid ferã, quid foris egerim? Portitorem domũ duxi, ita omnẽ mihi Rem neceſſe loqui eſt, quicquid egi atque ago. *Obſerua nouam notam curioſi,* Portitorem. *Idem Aulularia.* Circumſpectatrix cum oculis emiſſitijs anus. *In Sticho item Plauti Gelaſimus paraſitus curioſos deſcribit dicens:*

Alienas res qui curant ſtudio maximo, Quibus ipſis nulla res eſt, quam procurent, ſua. Adeunt, perquirunt, quid fiet cauſæ? &c. Triacadas inferorum ſcrutatur. *habes ſuprà. ſub* Dworne rzeczy.

Dworſki żywot, świetna niewola albo nędzá. Żywot dworſki, ſłodkogorzki. *Vulgare dictum eſt.* Aulica vita, ſplendida miſeria.

χρυσαῖ πέδαι. Aureæ compedes. *Sic Diogenes Ariſtippum in Aula regia aureis compedibus dixit teneri, ne abſcedere poſſet.*

Stulti eſt, compedes ſuas quamuis aureas amare. *Seneca. quanquam is loquitur de muliere formoſa. vt & Horat.* Tenetque grata compede vinctum, *tamen hue vtrumq;*

trumq; accommodare licet. *Dic hos cum Amphi.* τὴν ἀναγκαίαν τύχην τερεῖν. Neceſſariam fortunam terere. ἀλαβάνδα καρῶν εὐτυχεστάτη. *Stephan.* Alabanda Carum fortunatiſſima. *Dicitur de eo vel in eius perſona, qui fortunam ſuam amplam vel voluptarium vitæ genus licet à literis & virtute alienum, optimum putat & amat. Nam Alabanda ciuitas Cariæ opulentiſſima & barbarico luxu perdita fuit. meminit Iuuenal. & alioqui Cares vilis gens habita eſt.* *Lucianus.* Aulicos ſimiles eſſe *ait* libris purpura tectis & vmbilicis aureis, cùm intùs ſit Thyeſtes aut Oedipus aut Tereus tragicis facinoribus noti. *Leges item aut potiùs ſpectabis pulcherrimā & veriſſimam, quin viuam Aulicæ vitæ picturā ſimilē Tabulæ Cebetis, apud eundē Lucianū quam ille hiſtorico more explanauit & exornauit libro de mercede conducto. vbi inter alia aulicus dicit.*

λέων κρόκῃ δεθεὶς ἄνω καὶ κάτω περιφέρομαι.

Leo filo aut funiculo vinctus ſurſum ac deorſum circumferor.

Rectè etiam Aulicos dices *cum Terentio* ſpem pretio emere. Dworſka ſtuż ſyć ieſt w prożna nádźićie nedzé vżyć. *Et verum eſt illud vulgare Polonicum.* Bogo temu przy dworzé/ komu domá pług orzé.

Nam plerunq; accidit, vt annis & facultatibus conſumptis, re deſperata, cum dedecore & probro ex aula eijciantur, vt Cebes depinxit.

Huc alluſit & Muſtella Horatij Vulpi paſtæ è camera exire non valenti dicens: Si vis effugere iſtinc, Macra cauum repetas arctum quem macra ſubiſti. Łácno wleść/ trudno wyleść. *Subdit huic Apologo Horat. dicens:* Hac ego (*vulpis*) ſi compellor imagine (*tibi Mæcenas ſemper adeſſe*) cuncta (*quæ à te accepi*) reſigno (*& malo eſſe nudus & liber*) Dworſka odpráwá z golemi rękomá do domu. Cum ſarcinis nemo enatat. V. Wolność rzécz nieoßácowána.

Labyrinthus ſine exitu, vita aulica vel aula. *Garner.* *Mus ingreſſus conchylium hians, dum rodit carnem, illud concluſum eſt, & ille ibidem mortuus.* *Antiphili Epigram. in Anthologio.* *Aſſine,* Stroyno é głodno.

Dzialem nie zuchwálem.

μερὶς ἁρπιξ. Partitio non præfocatio .ſ. *ſit. Vſurpatur id cùm fortiores eripiunt debilioribus, & monentur ab his vt ſine vi ex æquo fiat partitio. aliter apud Suidam & Plutarch. effertur .ſ.* μερὶς ἁ μὴ πνίγῃ, Partitio non ſtrangulat.

τὰ ἱερὰ ἄθυτα μὴ κατεσθίῃς. *ex Athenæo.* Sacra nondum immolata, ne deuores. *Simile quid faciebant filij Heli in lib. 1 Regum.*

πρὶν λαχεῖν τὰ κοινὰ κατεσθίῃς. *Ariſtophan.* Prius quàm ſortitio, (*vel partitio epularum in menſa*) fiat, communia deuoras. *vel* μὴ κατεσθίῃς. Ne deuores. πείσας λάβε μὴ βιασάμενος. *Bias.* Perſuaſione cape, nō vi. Namownie/ nie gwałtownie. ——— Diſtat, ſumáſne pudenter An rapias. *Horati.*

Κοινὸς Ἑρμῆς, εἰς μέσον καταθεὶς φέρων τ' ἄθλων. *Lucianus.*

Communis Mercurius, in medium depone afferens opes .ſ. *inuentas. quas plerunque ſi vnus ex comitibus inueniat, participes earum facere comites ſolet.*

In partem vocare .i. participē facere. *Cic. Virg. ICti. Vide in 1 Tomo,* Dzielmy ſie.

Dźiećie prawdę powie.

Ex quibus nonnunquam verum inuenitur ſunt, pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania. *Cic.* οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μὴ παίδων ἦν ἀληθής. *Plato.* Vinum & ſine pueritia & cum pueritia ſolet eſſe verum .i. *veritatem detegit.*

Dźiećinne obyczáie/ zábáwy. Wpiaſku gmerać. Na laſce ieździć/ &c.

Ædificare caſas. Ploſtello adiungere mures.

Ludere par, impar. Equitare in arundine longa.

Si quem delectet barbatum, amentia vexet. *Horat. quia id puerorum eſt. Ageſilaum regem Spartæ equitaſſe in arundine cum liberis ſuis ſcripſit Plutarc.*

Talos nucesque Ferre ſinu laxo donare & ludere — *Idem Horati.*

In puluere ludere trimum. *Idem.* Ludet & ex virgis conſtruet arte caſas. *Tibull.*

Nucibus ludere. Iam triſtis nucibus puer relictis
Clamoſo reuocatur à magiſtro. *Martial.*
Alea parua nuces, hæc non damnoſa videtur,
Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates. *Idem.*

Bulla digniſſimus. *ex Iuuenali.* Puerilis ſententia *apud Terentium eſt illa.*

Nolo, volo: volo, nolo: rurſum cedo, cape:
Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum eſt.

Conchas & vmbilicos legere, *apud Cicer. puerile negotium.*

Pomi cameramque recentis Semine percutere. *Horat. puerile eſſe ait. quanquam hoc & maturi in conuiuiis faciebant teſte Polluce.* Pęſtki dźieći nąſze ták wytryſkáia.

Adhuc non pueritia in nobis, ſed quod grauius eſt, puerilitas remanet. & hoc quidem peius eſt, quòd auctoritatem habemus ſenum, vitia puerorum; nec puerorum tantùm, ſed infantium. *Seneca epiſt. 4. quod ibidem oſtendit ex effectis.*

Pulchra apud pueros ſimia. *ex Galeno.* Dźiećiom lędá co śie podoba.

ἀθύρματα παιδίων. *Suidas.* Ludicra puerilia. *Sic Ioſephus.* ἐκ ἔστιν ἀνδρὸς ἀθύρμασιν ἐμφιλοχωρεῖν παιδίων. Nō eſt virorū ludicris puerilibus ſtudioſè vacare.

Amictum quem mater dedit ſeruare. V. Kozá zá kozámi.

Dźiedźic/ zwłaſzcza przywłaſzczony/ drugi Sęp ábo Kruk/ śmierći dobrodźićiá/ iák kruk ſęp ścierzwu częka.

Vultur eſt; cadauer exſpectat. *Seneca de hæredipeta, ægro diuiti aſſidēte hæreditatis cauſa. Et Martial.*

Amiſit pater vnicum Silanus,
Cuius vulturis hoc erit cadauer? .i. *hæreditas.*

Item Catull. Suſcitat ah cano vulturium capiti. *vt legit Scaliger.*

Cicero quoque Scauro hæredipetæ ait: Vide Scaure, mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor. *Lege Martial. epigr. 63. lib. 6.*

γυπὸς σκιά. *Diogenian.* Vulturis vmbra. *qui biduo & triduo præſagit cadauer. Plini.* Quaſi vulturij triduo prædiuinant quo die eſuri ſient. *Plautus loquitur de ſeniis amatorem locupletem exſpectantibus.*

Turpilucripupidum te vocant ciues tui, vulturium alij. *Idem Plaut. de auaro. Martial.*

Martial. libr. i. epigr. ii. Petit Gemellus nuptias Maronillæ,
Et cupit, & inſtat, & precatur, & donat,
Adeóne pulchra eſt? immo fædius nil eſt.

Quid ergo in illa petitur (*appetitur*) & placet? tuſſis. *al.* tuſſit. *id eſt, diues & aegra ac morti vicina eſt. De moribus & dolis hæredipetarum, ſenibus orbis inhiantium & ſpe fruſtratorum, leges lepidos quinque Dialogos Luciani Plutonis ac Mercurii, & quatuor hunc ſubſequentes inter Dialogos Mortuorum.*

Dźiedźicá lépiey mieć ſwego, niźli obmyśláć obcego.

Hæredem ferre (.i. *gignere*) vtilius eſt quàm quærere. *P. Syrus.*

κληρονόμ Θ πολλὸν τεχθεὶς ἢ χραπτὸς ἀμείνων. *A.*

Hæredem ſcire, legit Eraſm. apud Syrum ſed idem ſenſus eſt.

εἰδέναι ἄμεινον κληρονόμον ἢ ζητεῖν. *A.*

Magis hæres fidus naſcitur, quàm ſcribitur. *Idem P. Syrus.*

Quærens hæredem, meliorem Chriſto non inuenies, hunc verò facilè, mille pauperes obuij vbiq; hos ſcribe. Pauci, inquis, id faciunt! ſed nimis ſapiunt.

Dźiedźicowi płáczącemu śmierći dobrodźieia bogátego, nie wierź.

Hæredis fletus, ſub perſona riſus eſt. *P. Syrus.*

τὰ δάκρυα πλαστὰ κληρονόμυ ἐστὶν γέλως. *A.*

Talis eſt apud Martialem Gellia, de qua ille ſic:

Amiſſum non flet, cùm ſola eſt, Gellia patrem.
Si quis adeſt, iuſſæ proſiliunt lacrymæ.

Idem de hæredipeta & captatore Mariani eidem dicit:

Hiccine deflebit vero tua fata dolore!

Si cupis vt ploret (*verè*): des Mariane nihil .i. *nihil illi in teſtamento tuo aſſignes.*

Lepidus apologus eſt S. Hieronymi comment. 10. in Iſaiam. de Porcello, qui parentis mortem grunnitu magno deplorabat, ſed vbi inſpecto teſtamento, aliquot farinæ modios & glandis aceruos ſibi legatos cognouit, ceſſauit; & rogantibus reſpondit: Farina & glandes os mihi obſtruxerunt. *Alluſiſſe videtur ad Teſtamentum Grunnij Crocottæ Porcelli.*

Pleriq; lacrymas fundunt vt oſtendant, & toties ſiccos oculos habent, quoties ſpectator defuit; turpe iudicantes non flere, cùm omnes faciunt. *Senec.*

Plùs oſtentatio doloris exigit, quàm dolor, Quotus quisque ſibi triſtis eſt! Clariùs, cùm audiuntur, gemunt: & taciti quietiq; dum ſecretum eſt, cùm aliquos viderint in fletus nouos excitantur. Tum capiti ſuo manus ingerunt, quod poterant facere nullo prohibente liberiùs. tunc mortem ſibi cōprecantur, tunc lectulo deuoluuntur. *Idem.* V. Płácz iátowy.

Dźiękuięć vbogi z bédłek, ma domá dośc rydzow. Kazał ći podźiękowáć.

Oratio eſt renuentis vel reiicientis officium vel beneficium vile, ingratum, ſuperuacaneū, vel inutile. Gratia eſt. Gratiam facio de hoc. *Plaut.* Benignè. *Horat .i. liberalitate tua non vtor, ſed habeo gratiam.*

Js mihi theſaurus iugis in noſtra eſt domo .ſ. *plorare, gemere. Seruus Plautinus, Paraſitus Plauti dicenti*: Vocem te ad cœnam, ſi pauxilo potes
Contentus eſſe. Rt. Ne perpauxillum modò,
Nam iſtoc me aſſiduò victu delecto domi,
Deſine quæſo communibus locis, domi nobis iſta naſcuntur. *Cicero.* Sed quid ego hæc ad te, cui domi talia naſcuntur? *Idem.*

Cur non mitto meos tibi Pontiliane libellos?
Ne mihi tu mittas Pontiliane tuos. *Martial.*

Non donem tibi cur meos libellos Oranti toties & exigenti,
Miraris Theodore! magna cauſa eſt. Dones tu mihi ne tuos libellos. *Idem.*

Affine, Drwá do láſá. Mam tego domá doſć.

Dźiurá w mießku w maietnośći/ &c.

Lacuna in auro. *Cic.* Lacuna rei familiaris. *Idem.* Lacuna famæ. *Gellius.* *Recentiores lacunam in libro vocant vbi quid deeſt.* Lacunā explere. *Cic.* Dźiurę záłáć.

Dźuráwego ſtatku/ woru/ nie napełniß.

ὁ πίθος τετρημένος ὑδατα. Doliū pertuſum (*vel Danaidū*) nō impletur. εἰς κόφινον τετρυπημένον χέεις. *ex Luciano.* In cophinum perterebratum fundis. Fundo carens calix in menſis non ponendus. *vide hoc explicatū, ſub* Piy przędyméiąc. Priùs quàm vnum dederis, quæ poſcat parat. Semper eſt quod petat, quod tibi pereat. *Plaut. de moribus meretricum.* *Vide plura ſi lubet, ſub* Dármo robiß. Day temu. Niénáſycony. Łakomy. Utrátnik. Dármo robiß. Brzuch wór. Jak w piekło.

Dzwon do kośćiota ludźi zwoływa: á ſam w kośćiele nigdy nie bywa.

Simile quid Galli dicunt. Signum hoſpitij ſeu diuerſorij omnes ſub tectum vocat & ſuſcipit, ipſum ſub dio ſemper in pluuia manet. *Garner.*

In eos quadrat, qui aliis proſunt, ipſi verò eo beneficio non fruuntur.

Talis Aſinus balneatoris. *ſub* Drugiem dobry. *& alia ibidem vide.*

F

Fałß prawdy nie lubi.

Vulgare dictum eſt. Fictio odit veritatem.

μισεῖ πάντα πλασὰ τὴν ἀλήθειαν. *A.* Odioſa ſemper fictioni veritas.

Qui gallos malè pictos vendebat, veros procul à tabula abigebat. *Ex Plutarcho.* Veritas in omni re vincit imitationem. *Cic.*

Vide Prawdá kole w oczy.

Fige komu pokazać.

Σκιμαλίζειν Σκανδαλίζειν. & Σκανδαλίζειν, Σκινδαλίζειν. καταδακτυλίσαι. *Euſtachio Heſychio, idem quod*, Medium vnguem oſtendere. *Iuuenali.* Medium digitum porrigere. *Martial.* Impudicum digitum oſtendere. *Eidem.* *Simile eſt:* Mandare laqueum. *Iuuenal.* Minimo

Minimo (*digito erecto*) prouocare (*contemptim*) *Horat. ſ. ad certamen.* ὀμώζειν ἢ μακρὰ χαίρειν κελεύω. Plorare vel longum valere iubeo. *Ex Horatio. Virgil.* χρόμμυα ἐσθιεῖν ἐπὶ κελεύω. *Bias.* Cepas aliquem edere iubeo. Huius non facio. *Terent.* *Vide* Vſiedbam nic nań.

Folwárk bárziey włodárzowi (vrzędnikowi) pożytéczny/ niż pánowi. We wśi vrzędnik zażywa/ pan o niey tylko ſłychywa.

Χωρίον αὐλήτην ἢ κρέοντα μᾶλλον ὀφέλλει. *A.*

Eſt domini villa, aſt plùs villicus vtitur illa.

O vinitores, villiciq; felices! Dominis parantur iſta, ſeruiunt vobis, *Mart. l. 10. epig. 30. vbi enumerauit multa iucunda & vtilia in villa, clauſit his verſiculis duobus, ſed non omittam illum verſiculum paulò ante iſta ibidem poſitum.*

Frui ſed iſtis quando Roma permittis?

Sic Horat. Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum. *villicum ſuum alloquitur.*

Item. Me conſtare mihi ſcis & diſcedere triſtem
Quandocunque trahunt inuiſa negotia Romam.

Idem Rus *vocat* beatum 2. *Epodon. vbi laudes multas ruris recenſet.* *Et Martialis, cùm multis aliis locis villam ciuitati præfert, tum epig. 50. l. 1. vbi enumeratis multis villæ commodis & voluptatibus addit:*

Miſerere tu felicium .ſ. *vrbanorum.*

Veroque fruere non ſuperbus gaudio .ſ. *ruris.* *Ibidem epig. 56. ſimile.* *Adde Virgilium in Culice ab illo loco.* O pona paſtoris, ſi &c.

Itemq; in 2. Georgic. egregiè. O fortunatos nimium ſua ſi bona norint Agricola *Similia habet Iuuenal. Satyra 4.* Longè ab vrbe villicari, quo herus raretenter veniat, non villicari ſed dominari eſt. *Pomponius apud Nonium.*

Foră z dworá.

Collige ſarcinulas (*dicet libertus*) & exi. *Iuuenal.* *Seruit & illud* Foras Cares. *ſub* Dość iuż maß. *Vide ſi lubet in 1. Tomo.* Precz z tad. *& hic* Precz to.

G

Gadać z Papieżem z Królem &c. Láſke v Królá ma.

Tigranem ſalutauit. *Ex Cicer. qui perſtringit Clodium ex Patritio plebeium vltrò factum vt Tygranem ſalutaret, quaſi patritius manens non potuiſſet. De ijs vſurpare licet, qui quòd cum potentibus vel principibus viris familiariùs agant, magnos ſumunt ſpiritus.* *Sic Thraſo Terentian.* Vel rex ſemper maximas mihi agebat .ſ. *gratias.* *Gnatho addit:* Rex ergo te in oculis. *Thraſo.* Geſtare. (*vt Bembus legit.*) verum credere omnem exercitum, Conſilia, tum ſicubi eum ſatietas hominum aut negotij ſi quando odium ceperat. Requieſcere vbi volebat, quaſi, noſtin? *Gnatho.* Scio. Quaſi vbi illam exſpueret miſeriam ex animo. *Thraſo.* Tenes. Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi.

Contingunt talia extrà Comœdiam. Vilnæ me puero ſub Stephano Batorio vir quidam Nobilis occaſionem dedit dicto ſimili .ſ. Gadał z Kérenſem. *adeò ille altos ſumpſerat ſpiritus ex colloquio cum aulico apud regem gratioſo, vt ægrè ad illum aliquis accedere poſſet, famulis reſpondentibus:* Gadał dźiś Jego M. z Kérenſem. *Sic in libro Heſter C. 1. Aman dicit:* Regina quoque Heſter nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege, præter me. διοσκόρυθος: Iouis Corinthus, *dictus fuit Antipater Seuero Imper. ab epiſtolis potens & principi carus, ſed arrogans. Philoſtrat.* ὁ διὸς σανδάλιον. *Suidas.* Iouis ſandalium. *qui ob familiaritatem obſequia fauorem principis, magnum ſe facit vel fieri magni affectat. Numa teſte Plutarcho & Liuio auctoritatem & opinionem apud ſuos magnam inde collegerat, quòd ſæpe ſe cum Ægeria Nympha occultè conſultare diceret. Talibus in ore eſt illud Horatij.*

Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt. V. Poważny. Pyßny.

Gadu gadu / á pśi w krupy / á świnia ryć / á wilk w owcé.

ἡ τῶν λόγων ἀδολεσχία ἀφαιρεῖται τῶν μελλόντων πραχθέντων εὐκαιρίαν. *Suidas.* Loquacitas aufert eorũ quæ agenda ſunt occaſionẽ *Plura Vide infrà.* Swarzćić śie wy. ſſc.

Galant Gladyß. Stroi śie názbyt.

De capſula totus. *Seneca. vt legit Pincian. ex Cod. vet. .i. veſtitu recens de capſula ſeu ſcrinio deprompto ornatus. (alij legunt de capſula tortus, ſine vllo ſenſu: alij diſcapſulatus, vel decapſulatus. portenta verborum.)* Jak z płatká wywinął / wßytko v niego. Pompa, Species & Inceſſus Capua & Seplaſia dignus. *Cic. in Piſonem. Seplaſia autem fuit Capuæ platea vnguentariorum.* Seplaſia mehercle vt primùm te aſpexit, Conſulem ſuum repudiauit. *Idem in eundem .ſ. quod tu cultu ex ſententia vnguentariorum ornatus eſſes. Idem ibidem de Gabinio dicit poſt alia: Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ & fluentes ceruſſataq; buccæ, dignæ Capua.*

Vnguentatus. *Catullo.* Qui quotidie vnguentatus ad ſpeculum ornatur. *Gellius.* γεωμετρεῖ περὶ τὸ ὀπτικήνιον. *Pollux.* Geometriam in ſupercilijs exercet .ſ. *ſtibio pingendis. quod feminarum eſt, quas* πρόσωπεῖον καὶ πρόσωπον φέρειν *dixit Nazianzen. .i.* perſonam ſeu laruam non faciem ferre vel exhibere. *Feminarum item appellationem merentur, cultus corporis nimis ſtudioſi.*

Apud Perſium Romani ob luxum in veſtitu *vocantur* Troiades *feminino genere. Homerus Græcos vocat Græcas.* ἀχαιΐδες οὐκέτ' ἀχαιοί. Achææ non amplius Achæi. *Et apud Virgilium.* Troiani à Græcis vocantur Troianæ *lib. Æneid. 9.*

O veræ Phrygiæ, nec enim Phryges &c. *& addit ſigna*
Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

Ad elegantiam item & ſpeciem formæ multùm addit Coma longior & bene compoſita atque compta. *Teſtis eſt Plutarch. qui ait:* τοὺς μὲν καλοὺς ἡ κόμη εὐπρεπεστέρους ποιεῖ. .i. Pulchros coma pulchriores reddit. *Idem docet Turneb. ex Perſio Seneca Martiali. Hinc apud plerasq; gentes olim alebatur coma, Græcos Parthos Perſas Mauros Scythas Britannos Gallos Germanos. quin & ornabatur ſtudiosè ac componebatur variè, vnguentis perfundebatur, ramentis auri inſpergebatur, quod Commodum*

feciſſe

feciſſe ſcribit Lamprid. Lucium Verum Spartian. Gallienum Trebellius. idem ſcribit Ioſephus de equitibus Salomonis. Lycij verò tanti fecêre comam, vt maluerint mulctæ nomine tributum pendere Mauſolo regi Cariæ, quàm eam recidere, vt ſcribit Ariſtot. hinc prouerbium apud eundem. λυκία κόμη. Lycia coma. *de longa & compta.*

Apud Romanos tamen pulchrè comati, cirrati, cincinnati, tempore Cicer. malè audiebant. Vnde idem ait: Conſul calamiſtrata coma, vnguentis delibutus. *Id Pœtæ quoq; probroſum fuiſſe ſcribunt, & inprimis Seneca Philoſophus reprehendit acriter. Addo illud adagium vetus pro oraculo habitum, ex Syneſio de Coma:*

οὐδεὶς κομήτης ὅστις ὐ. — Nemo comatus, qui non — *Erubuit tantus vir reliquum ſenarij addere obſcœnum. quod tamen alio loco apponit .ſ.* ψαίειν *vel* ψηνίζειν. *.i. pathicus eſt. Significat hoc adagium, eos qui ſtudiosè comam ornant laſciuos, & molles facile credi poſſe. Rhodiginus Syneſium interpretatur.* Nullus comatus quin idem ſit cinædus, vel pathicus. *Apuleius in Apologia huiuſmodi capillos vocat delicatos & ad lenocinium decoris promiſſos. qui affectati etiam dicuntur, quòd affectatione quadam & cura ſtudiosè colantur ab his, qui (vt Seneca ait) ſollicitiores ſunt de capitis ſui decore, quàm de ſalute; qui inter ſpeculum pectinemq; occupati ſunt; qui contemniores eſſe malunt, quàm honeſtiores; qui rempublicã ſuam turbari minùs curarent, quàm comam.*

χοῖνον λατρώγει. Lentiſcum mandit, vel arrodit. *Ex lentiſco enim fiebat puluiſculus candidandis dentibus & cuſpides purgandis iiſdem. Martial. Dioſcorid. ſed ea cura dentium parùm honeſtorum erat, & probrum erat ac nota delicatorum, qui ideò* χοινατρώγες *.i. lentiſci arroſores dicebantur. Et Apuleio inter alia crimina obiectum eſt quod dentifricium paraſſet.* Ex Academia venit. V. Wczony cztowiek. τὴν ἀκαδημίαν ὁρᾶν δοκῶ. *Antiphanes de Philoſopho elegantiùs ornato:* Ipsã Academiã videre videor. ἐκ Μασσαλίας ἥκεις. *Suidas.* E Maſſilia venis vel veniſti, *in eos qui cultu viris parùm decoro vtuntur, idem dici ſolitum ait. Huc &* Maſſilienſes mores *aliqui trahunt. alij oppoſitum de Maſſilia ex Valer. Max. Liuio, Tacit. ſentiunt. Rhodiginus.* V. Delis. kat. Gładki. Vlić meſka rzecz ſtroić ſie.

Angelus anachoretæ comes viæ, obuio homine ſplendidè veſtito, os clauſit, & non clauſit cadauere obuio: rogatusq; cauſam reſpondit: quod ille intus fœtidiſſimus ſit libidine. Antoninus.

Gáni ten co kupuie/ chwali ten co handluie. Obádwa nieprawni.

Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor: cùm autem receſſerit, tunc gloriabitur. *Prouerb. SS. cap. 20.*

Laudat venales qui vult extrudere merces. *Horat. Et addit ex more vendentium:* Res vrget me nulla *(vt vendam)* meo ſũ pauper *(ſufficiens)* in ære. *(nil debeo cuiquã)* Nemo hoc mangonum faceret tibi, non temere à me Quiuis ferret idem, *&c.*

ἀγόρασμα πιπράσκων αἰνεῖ, πρίων ψέγει. *A.*

Mercem culpat emens ſed vendens laudat eandem. *Affine,* Każdy swoie chwali.

Gánie co. Káſnie. Odrzucam.

Cenſoria virgula noto. *Quintil.* Vitio nigrum præfigere Theta. *Perſi. Caſaubon.*

Tuumq;

Tuumque nomen Theta ſectilis (*litera*) ſecet. *Auſonius. damnationis nota fuit hæc litera. nam ab ea θάνατος .i. mors incipit.*

Verſibus incomptis allinere atrum Tranſuerſo calamo ſignum. *Horati.*

ὀβελίζω .i. *obelo aut obeliſco appoſito noto & damno.*

ἀθετήσεως σημεῖον προστίθημι. *Baſili.* Improbantem notam appono.

Fio Ariſtarchus. *Horat. Cic* .i. *caſtigo ſcripta alicuius vt Ariſtarchus Homeri.* Criticus, *eodem ſenſu. Cicer.* Ego tanquam Criticus antiquus iudicaturus ſum.

Cera miniata noto. *Cic.* Cerulas illas tuas miniatulas extimeſcebam .i. *ne ijs appoſitis more tuo aliqua in meis ſcriptis damnares. Attico ſcribit.* Vngue notare, *recentiorum eſt, ſed is mos improbatur vtpote libris noxius. Phraſis ipſa* Vngue notare, *eſt apud Ouid.* & Vngui ſecari *apud Horat. alio ſenſu.* Notare vngue. *Eraſm. hoc ſenſu.* Carbone aliquid notare. *Perſius ex Horatio.*

Conuertere pollicem. *pro, improbare. Plini. Iuuenal. Prudent. tralatum à ludis gladiatorum, in quibus populus, cui gladiatori fauebat vel miſſionem poſtulabat, premebat pollicem: cui non fauebat & occidi volebat, conuertebat ſeu erigebat pollicem, addens quandoq;, Recipe ferrum. Alludit aliquoties ad hunc morem Martial.*

Calculum atrum addere *vel* apponere. *ex Ouidio qui ſic habet.*

Mos erat antiquis niueis atriſque lapilis.
His damnare reos, illis abſoluere culpâ.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis, & omnis
Calculus immitem demittitur ater in vrnam.

ψήφῳ δακνεῖν. *Ariſtoph.* Calculo (i. *ſuffragio*) mordere (*nocere*) *Affine*, Przekrzśić co.

Gardzę kiem. *V.* Nie dbam nic nań/ *&c.* Sige pokazáć.

Garncá natłuczonego dłużey. Latáne zdrowie trwálſze.

κακὸν ἄγγος ὐ κλᾶται. Malum vas non frangitur. *quia vel parùm vtile eſt, & ſic neglectum iacet; vel vtile. & ſic rarò & cautè tractatur.*

Fiſſæ aut infractæ ollæ nil mali accidit. *Garner.* *Affine*, Złego nikt nie chcę.

Gaſká zwiérzyná. *Vulgaru rythmus notus.* Niemaß lépſzey zwiérzyny iáko náſza gaſká/ Dobre piérze/ dobry mech/ nie gan mi i miaſká.

Iecur anſeris apud Romanos fuit delicatus cibus. Plini. Horat. Iuuenal. Ouidi. ficubus & melle anſerum iecur exemptum imbutum, excreſcebat ad magnitudinem anſeris. quare Choenoboſcia multa erant priuata, præter illa publica religioſa, non ad menſas, ſed ob gratitudinem ſeruatæ Vrbis à Gallorum impetu per anſerum clamorem. Cic. Liui.

Gdy gomon mam w domu/ nie rad-em nikomu.
Gośćiá nie rad miewam/ kiedy śie rozgniewam. Nie rad gośćiá przyymuie/ kiedy śie záfráſuie.

Hoſpes in tempeſtate & hyeme ingratus.

ἄπαγε ξένον ἐν χειμῶνι. *Suidas.* Apage hoſpitem in tempeſtate.

τὸν ξένον

——τ' ξενον φυγῶ δικαίως ἐν κακοῖς ἀφιγμένον. *Euripides.*
Hoſpitem odi meritò, in malis aduentantem.
λυπουμένοις ὀχληρὸς ἡ μόλοι ξένος. *Idem.*
Moleſtus hoſpes triſtibus ſi aduenerit.
μή μοι ποτ' ἔλθῃς· εὖτ' ἂν ἐγὼ πράττω κακῶς. *Antiphanes.*
Ne tum mihi adſis quando res cedunt malè.

Affine, illud in Prouerb. SS. c. 27. licèt non de patre familias ſed de aduentore. Domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. *Si ponas ſuæ. quadrabit optimè.*

Gdy każdy przed ſwem domem vmiećie/ wßyſtko miaſto chedogie bedźie.

Si quiſque ante ſuam verrat domum, tota ciuitas munda erit. *Garner. ex Gallico. Rectè id dictum allegoricῶs etiam. Nam cum communitas ex ſingulis qui in illa ſunt conſtet & æſtimanda ſit: quales fuerint ſinguli talis erit communitas.*

ὁποῖοι ἕκαστοι, τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ πᾶν. *A.* Vt ſinguli ſunt, ſic erit cõmunitas.

Vtilitas tua, (*inquit Cic.*) communis vtilitas ſit, viciſſimque communis vtilitas tua ſit (*vel erit.*)

Gdy koná kuta/ i żaba nogę wznoſi.

Dictum hoc apologum ſonat, factum in eos, qui cùm viles & inepti ſint, tamen arrogantia vel inuidia impulſi, magnis ſe rebus dignos & præclaris viris poſſe eſſe pares arbitrantur & appetunt. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. *Horat.*

Teſtudo aquilæ more volare cupit. *apud Æſopum.* Cupimusq; negata. *Ouidi.*

Choſroës tonitrua audiens, cælum ædificat, imitariq; artifices iubet tonitrua. Cedren. Simile quid fecit Claudius Imper. vnde Claudiana tonitrua, apud Feſtum.

Torquato eſſe ſtudet par Otacilius. *Aptiſſimum huic loco epigramma 79. lib. 10. Martial. in quo ridet Pòëta Otacilium vici magiſtrum, qui voluit æquare Torquatum virum nobilem opulentum & Conſulem, vicinum ſuo agello. Adde apologum Æſopi quem idem ibidem addit. de rana magnitudinem bouis æmulante.*

τιμῆς ἀπάσης ἄξιον ἕθεν ἄνδρα οἴ. *A.* Quocunq; ſtultus honore ſe dignũ putat.

Vide Apologos ſub Dicto. Vſié wßyſtko śie każdemu zeydźie.

Gdy pieſka bią/ i lewek śie boi/ abo/ lewek śie miech boi.

κυνὸς μὲν οὖν δαρέντος φοβεῖται καὶ λέων. *A.* Cane vapulante pertimeſcit & leo. *Paulò aliter Galli dicunt:* Coram leone canis caſtigatur. *Garner.*

Percutitur fulmine mons qui non timet, vt mutetur homo (malus) qui timet. *S. Auguſtin.* Et tu cùm das diſciplinam, terram feris, vt infans expaueſcat. *Idem.* Cùm tonat, terram tange .i. *mortalem te terra ortum & in terram rediturum fulminiq; obnoxium agnoſce. Illuſtrare potes hoc dictum Virgilii verbis loquentis de fulmine quod cum tonitru ordinariè fit.* Quo, *inquit*, maxima motu

Terra tremit, fugêre feræ, & mortalia corda

Per gentes humilis ſtrauit pauor. &c. *Adde & Horatium, qui Oda 34. L. 1. metu Iouis fulminantis & tonantis dicit ſe diſceſſurum à ſecta Epicureorum ad ſanam philoſophiã.*

Contrà verò Cyclops apud Euripidem & Strepſiades apud Ariſtophanem ait ſe oppedere Ioui & tonitribus eius. athei ambo & barbari ac ſtulti.

Ficulneam ſterilem arefecit Chriſtus vt Phariſæi ſibi timerent. *Matthæ. cap. 21.*

λοιμῷ μαστιγούμενος, ἄφρων παιδαγώγου γίνεται. Peſtilente flagellato inſipiens (*paruulus*) aſtutior (*ſapientior*) erit. *Prouerbior. SS. cap. 19. Simile. cap. 21.*

Hæc cùm illi dico, tibi dico Mitia. *Terentii demea caſtigans diſſolutum filium in præſentia Mitiæ fratris ſui, qui Æſchinum filium Demeæ adoptárat. Et Plauti Philto in Trinummo caſtigans luxum filii vicini ſui præſente proprio filio ait:* Sed ego hoc verbum cùm illi cuidam dico, præmonſtro tibi. Vt &c.

ὥσπερ εἴ τις τῶν παρανομησάντων ἁλώη, σὺ τάδ' ἂν ἐγραψας: οὕτως ἂν σὺ νῦν δίκην δῶς, ἄλλος ὁ γράψει. *Demoſthen.* Sicut ſi quis ſimiliter delinquentium damnatus fuiſſet, tu nunc iſta non ſcripſiſſes: ſic ſi tu nunc pœnas dederis, alius non ſcribet. *Vide,* Jédnego ſkaránie. Bać śie trzebá trći nić. Cudzem śie przypádkiem kłáść.

Gdy piſąc wierſz woda piéſz/ z tákowego nié vtyćſz.
Rymopis co śie woda częſtuié/ tákowy wiec nié ſmáczno rymuié.

Nulla placere diu neque viuere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus, &c. *Horati.*

ὕδωρ ὃ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις. *Demetr. Halicarnaſſ.*

Aquam bibendo tu nihil parias boni.

οὐκ ἔστι διθύραμβον ἂν ὕδωρ πίνῃ.

Non dithyrambum ſcribet aquam vates bibens .i. *Carmen lætum Baccho.*

Aquæ potor moroſus eſt, & belluarum vitæ ſimilis. V. Wodká. *Affine ſequens.*

Gdy rymopis wiec ſobié pod-léié/ ná tén czás wierſzé nalepſze léié.
Gdy śie trunkiem zágrzéié głowá/ w ten czás nalepiey płyna ſłowá.

Hæc vt & præcedentia ethnicorum Pòëtarum ſunt, nec ex veritate ſed ex vitioſis moribus ſumpta, ad blandiendum bibacibus Pòëtis, quales non omnes fuerunt.

Fæcundi calices quem non fecêre diſertum? *Horat.*

Laudibus arguitur (.i. *comprobatur, agnoſcitur*) vini, vinoſus Homerus. (*fuiſſe*) *Idem.*

Ennius ipſe pater, nunquam niſi potus ad arma
Profiluit dicenda. *Idem* .i. *ad ſcribendos Annales.*
Nec non & carmina vino Ingenium faciente canunt. *Ouidi.*

Poſſum nil ego ſobrius, bibenti Succurrunt mihi quindecim Poëtæ. *Martial.*

Vinum equus Poëtæ. *eſt in hanc ſententiam verſus in Anthолog. & Athenæ.*

οἶνός τε καμόντα πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ.

Inſtar equi celeris lepido ſunt vina Pòëtæ.

οἶνος δίθυρον στόμα ποιεῖ. *Philo.* Vinum facundum (*bipatens*) os facit.

ὅταν πίνω τὸν οἶνον, εὖδοσιν αἱ μέριμναι. θέλω καλῶς ἀείδειν.

Anacreon. Cùm dulce poto vinũ Mihi cura dormit omnis Suauis placetq; cantus.

Etiam

Etiam Pſittacus loquacior fit, ſi vinum bibat, *teſte Ariſtotele.*
Lepidum eſt illud Anonymi Rhythmici.

Poſt ſumptum vinum loquitur mea lingua Latinum,
Cumque bibo bis ter, ſum in qualibet arte magiſter.

Itẽ. Qui bona vina bibunt, vates bona carmina ſcribunt. *Affine præcedẽs.* V. Rymopis.

Gdy śie co trafi watpliwego, zyń co ſtarſzego.

Vulgare dictum eſt. In dubijs tutior pars eligenda eſt.
Sic ICti aiunt. In dubijs interpretandis ad benigniorem partem eſt deflectendum.
Et Ariſtotel. de paribus iudicum ſuffragiis loquens, ait: ὅταν ἂς ἀμφιδοξῇ, τὰ ἐλάττω τ ἁμαρτημάτων αἱρετέον .i. Quando quis dubitat, minora peccata aut errata eligenda ſunt, ſeu ad illam partem inclinandum in qua minùs errabitur. & ſic cum pares ſunt calculi iudicum, reum abſoluendum cenſet.
Quod dubites æquum ſit an ſecus, ne feceris. *Cic.* τῷ ὅρῳ μὴ ἐφίστεσθαι. In limite non ſtandum i. *in re ambigua. ex Pythagoricis.*

Gdy śie dobry człek zeſpſuć, przedśie zgeſi być pokazuć.

Ab optimis in peſſima lapſus, neceſſe eſt etiam in malo veſtigia boni retineat. *Sene.* Nemo repẽte fuit turpiſſimus. *Iuuen. Vulgare illud eſt.* Ex aceto de vino iudicare licet. τ οἶνον δοκὶ & ὄξει τοπάζομεν. *A* Licet ex aceto iudicare de mero.

Gdy śie kto nazbyt oſiarnić, abo mś zdradzić, abo śie gotnić.

Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes. *Horati.*
—— Suratna nequicquam pelle decorus. *Perſius.* Et Frónte politus.
Aſtutam vapido ſeruat ſub pectore vulpem. *Idem.*

Non amo nimis officioſos. *Ex Cicer. apud quem Africanus Cenſor militi qui pugnam declinarat dicens, ſe cuſtodiæ cauſa in caſtris mañſiſſe, reſpondit:* Non amo nimiùm diligentes. *In Aululariæ Plauti Euclio vicino diuite ſuam liberalitatem & amicitiam ſibi offerente, tacitus loquitur.*

Nunc petit cùm pollicetur: inhiat aurum, vt deuoret.
Nemini credo qui largè blandus eſt diues pauperi,
Vbi manum iniicit benignè, ibi onerat aliquam zamiam (i. *damnum*)

Ferè enim fit, *inquit hic Lambinus,* vt blandi homines ſint pellaces & fallaces. *adde* & petaces. μέμνησ' ἀπιστεῖν ἀνδρὶ μάλα ἡδυπόλιχῳ. *A.*
Fidere cauebis nimio in officijs viro. *Adde illud Catonis.*
Fiſtula dulce canit. &c. *ſub* Słowká zbiérańc. *Affine,* Vliéßczery.

Gdy śie raz pierwſzy co nie powodzi; drugi raz śie zaś poprawić godzi.

Hâc non ſucceſſit, aliâ aggrediamur via. *Terent.*
αἱ δεύτεραί πως φρονίδες σοφώτεραι. *Euripides.*
Secunda cogitatio ſapientior.
δεύτερον πλεῖν ἔξεστι. *Naumachi.* Alteram nauigationem arripere licet.
τ δεύτερον πλοῦν ἀσπασώμεθα. *Chryſoſtom.* Secundum curſum amplectamur.

Nam prima nauigatio temeraria eſt, ſecunda cautior. alij primam nauigationem vocant, cùm ventus fauens nauem ſine labore remigum fert; ſecundam, cùm ceſſante vento, remis nauis impellitur, ſed hoc iam ad aliud adagium pertinet. V. infra Gdy wiátr nie ſłuży. δεύτερων ἀμεινόνων. *Heſychi.* Secundis melioribus .ſ. *auibus, auxilijs, conſilijs vti.* πάλιν ἂν οἷον οἱ παίζοντες, ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς δεύτερον ἐπαναπολήσωμεν. *Plato.* Rurſus igitur vt ludentes ſolent, ab initio melioribus ſecundis repetamus. Moniti meliora ſequamur *Anchiſes aduertens errorem in nauigando indice Apolline ait:*

Cedamus Phœbo & moniti meliora ſequamur.

Secunda victima, ſeu Succidanea hoſtia *dicebatur in ſacris, quæ immolabatur tunc cùm prior non litauit aut effugit aut ſuppoſita eſt. vt apud Virgil. in 5. taurum percutiens Entellus ait:* Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis (*beneficio Æneæ à morte erepti*) Perſoluo. *Idem in 12.*

Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis. *In talibus verò ſacris ſuccidaneis, ab omnibus acclamabatur omen.* δεύτερων ἀμεινόνων. Secundis melioribus felicioribuſque .ſ. *agas. vel felicior ſit altera immolatio.*

ἀλλ' ἐν δόμοις μὴ ἔνι τι μὴ καλῶς ἔχει, γνώμαισιν ὑστεραίοις ἐξορθώμεθα. *Euripid.*

In domibus vbi quid eſt minùs rectum, licet Corrigere poſterioribus ſententijs.

Affine, Vlić ſromotá odmienić. Po nießcześćiu.

Gdy śie weſzmie zwadá / ginie wſzélka rádá.

Μάχη δὲ πᾶσι διαιρεῖ. *Heſychi.* Pugna conſilia ſcindit.

Adde ex Virgil. 1. Æneid. Comparationem tempeſtatis cum ſeditione in populo orta. & alteram ex 1. Georg. in fine, de equis effrenibus quos auriga cohibere non poteſt.

ὁ πόλεμος δὲ ζητεῖ τεταγμένα. *Archidami dictum.* Bellum non quærit ordinata. *ſeu non requirit vt ordinatè fiant omnia. Sic Ariſtides.* ἐς γὰρ δὴ τὸν πόλεμον κομίσαντες ἐπὶ ταύτῃ τὰ πράγματα σήσομεν. Non enim trutina ſumpta ad bellum, res belli ea ponderabimus.

Affine, Gdźié głowy niemáß. *Vide & aliqua ſub* Vlić wczás *infrà.*

Gdy wiátr nie ſłuży / do wioſeł.

τῶν πνευμάτων ἀμαρτὼν ἐπὶ τὰς κώπας χώρει. *Hermolaus.*

Ventis deſtitutus ad remos accede.

ἂν ἐξ ἀρχῆς ἐκλείπωσιν, δεύτερῳ πλῷ πλεῖν vel χρᾶσθαι.

Deficiente curſu primo .i. *proſpero vento,* ſecundus (*remorum*) arripiendus.

ἂν ἀποψυχήσῃ τις ἀήμασι, κώπαισι πλεῖν. *Menander.*

Si flabra defecêre, remis nauiga. ῥωθίῳ κώπῃ. *Ariſtid.* Violento remigio.

Gdźié brody nawłaczáią. *ſubaudi.* poſłać cie tam / ábo tedy.

Imberbi per iocum ſolet dici. Sic apud Euſtathium. πλεύσειας Τροιζῆνα. .i. Nauiges Trœzenem. *de eo vſurpari dicitur, qui appoſititia barba uteretur. eò quod Trœzenis portus fuerit nomine* πώγων .i. *Barba. Sunt talia aliquot dicta, à locis more vel arte aliqua rara celebribus veris vel fictis, petita vt.* Gdźié noſy robią, Gdźié kozy kuią.

Simile

Simile eſt illud Senecæ. Vbi mures ferrum rodunt. de Gyaro inſula id aſſerit Plini. Plautus plura talia habet. vt. Barbaria vbi auro macerato pingues fiunt boues. Item. Fuſtitudinæ ferricrepinæ inſulæ, vbi viuos homines mortui incurſant boues. Item. Arabia vbi abſinthium naſcitur. &c. per iocum ficta & dicta.

Gdzie cie boli? Gdzie ty tkniesz.

Simulatoribus, ineptis & odioſis, operam, officium, conſilium offerentibus reſponderi ſolet, quod aſina ægrotans, Lupo medicũ ſingenti & locum doloris interroganti, reſpondit. πῦ σοι ἀλγεῖ; *dixit iſte.* Vbi tibi dolet? *Illa verò:* ὅπυπτε ἂν σὺ ἅψῃ. Vbicunq; tu tetigeris. *Simile eſt illud apud Cicer. de Natura deorum l. 1. vbi cùm Cotta multas de Deo interrogationes difficiles Epicuro ſoluendas congeſſiſſet, addit:* Quicquid horum attigerit, vlcus eſt .i. *ad quamcunq; interrogationem reſpondere voluerit, difficultatem ſentiet vel reſpondere penitùs non poterit.*

Gdzie cnotá t dobra ſprawá / Fortuna tam nie ma prawa.

In bonos mores fortuna ius non habet. *Seneca ex P. Syro. qui habet idem.*
Fortuna mores in hominis ius non habet.
Fortuna opes auferre non animum poteſt. *Seneca Medea.*
τ πλεῖστον ἐ ἡμῶν ἄφελεῖν δυνάσῃ τυχη *A.* *Affine,* Madrem gwiazdy nie rzadza.

Gdzieć rado / rzatko byway: gdzie nié rado / nigdy.

φέιτ' ὀ μενεῖς μανάκις κὰ ὔπο δ' υσμενεῖς. *A.*
Rarò beneuolos viſe, nunquam maleuolos.

Nam & beneuolis frequens hoſpes ingratus eris, & maleuolis nunquam gratus. Scipio Africanus licet populo carus vt ſui deſiderium in animo ciuium relinqueret, & inuidorum odia minueret, ruri ſæpe diu degebat. Auctor Plutarch.

Gdzie dobrzé / tám t oyczyzná. Tám dom / gdzie dobrzé.

Patria eſt vbicunque bene eſt. *Teucer apud Cicer.*
πατρὶς γὸ ἐϛι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ. *Ariſtophan.*
Eſt patria omnis regio vbi quis habet bene.
ὡς πανταχῆ γε πατρὶς ἡ δόσκουσα γῆ! *Euripides.*
Vt patria eſt vbique terra quæ nutrit!
Omne ſolum forti patria eſt vt piſcibus æquor,
Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet. *Ouidi.*
ἅπας μὲ ἀὴρ ἀετῷ πρόσιμος, ἅπασα ὴ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς. *Euripid.*
Omnis quidē eſt aër aquilæ penetrabilis. At patria terra quælibet forti viro.
Quoſdam exilia vno loco tenent, quoſdā ſacerdotia (*pinguia*) *Seneca.* Dobre opatrzenie / trzyma iák wieżienie. Komu dobrzē ná wygnaniu / nié myśli nic o wracaniu.

Gdzie dwiemá nágotuią / t trzécicmu śie doſtanie / t trzéci śie pozywi.

τοῖς σώφροσιν ἑστάτροι πᾶν ὅσον ἄλις κὰ ὑπερπλεονάζει.
Modeſtis conuiuis quidlibet ſatis eſt & ſupereſt.
Cùm duo tres inuitantur, vmbræ eorum non excluduntur,

Vmbræ vocabantur amici vel assecłæ inuitatorum, non inuitati à domino conuiuij, sed ab ipsis inuitatis, qui tamen in conuiuio locum habebant. Sic Horati. ad Torquatum, vbi cùm aliquot amicos cum eo inuitatos nominasset, addidit:

——— Locus est & pluribus vmbris. *Et alibi.* Quos Mæcenas adduxerat vmbras. *Hi dicebantur etiam Inuocati ἄκλητοι vel potiùs αὐτόκλητοι. quasi qui seipsos inuitabant, & non vocati sponte veniebant. Ex quorum numero inprimis fuêre parasiti. vnde apud Terent. parasitus dicit:* Postulo vt tua mihi domus te præsente absente pateat, inuocato vt sit locus semper. &c.

Et alter apud Plaut. Inuocatus soleo esse in conuiuio. *Item apud eundem.*

Nos parasiti quos nunquam quisquam neq; vocat neq; inuocat. *Item.*

Tantillum vbi catellus cubet, id mihi sat est loci s. *in triclinio.*

Hinc formare licet varia dicta. V. G. *Tribus conuiuis vocatis, totidem vmbris præpares, vel totidem vmbras exspectes. Apud nos famuli, & eorum item alij famuli vmbræ sunt. Item. Quantumuis frugale sit conuiuium, catellus & parasitus quod edant habebunt.*

Gdźié głowy niémáß / rzadu nié pytay.
Gdźié ogon rządźi / tám głowá bładźi.

ἐσθλὸν ὄφελος ποιμάτων ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ. Si pastor absit nullus est vsus ouium. Belua multorum es capitum. *Horati. de populo.* *Et Virgil.* Scinditur incertum studia in contraria vulgus. —Sæuitq; animis ignobile vulgus. ἀναρχία κακίστη. Status sine principe pessimus. μηδέποτε ἄναρχον μηδένα εἶναι. *Plato.* Nunquam sine rectore quenquam esse vult. εἴ τις ἡγέμονα ἀν ἀφέλοι τὸν, ὁ λοιπὸς χορὸς οἰχεται. *Demosthen.* Si quis ducem sustulerit, reliquus chorus perit. ἰσχυρὸν ὄχλος ἐστιν, ὃν ἔχει ὁ νοῦν. Robusta res est turba, mente sed caret. Multitudo inordinata, victima potiùs quàm pugna. *Vegeti.* Gdźié rządu niémáß/ tám pewna zgubá. *Affine,* Gdźié ich wiele/ *&c.*

Gdźié gromáda mniéyßa/ tám spráwa łacniéyßa.

πολὺ ῥᾷον ἐστι ποιμαίνειν σοῦ μείονας. *A.* Turbam minorem dirigere minor labor. Cura maior expeditiùs adhibetur paucioribus. *Columella de grege.* Grex particulatim faciliùs conualescit quàm vniuersus. *Idem.* Minor est halitus morbi in exiguo numero. *Idem.* *Potes id transferre ad mores & vitia hominum.*

Gdźie grzeßących wiele / trudno karáć śmiélé.

ἡ κοινωνία τῶν ἁμαρτημάτων φέρει παραμυθίαν.
Societas peccatorum affert consolationem, addit animos.
——— Quicquid multis peccatur, inultum est. *Lucanus.*
Consensere iura peccatis, & cœpit esse licitum, quod publicum est. *S. Cyprian.*
—Faciunt hi plura, sed illos Defêdit numerus iunctæq; vmbone phalanges. *Iuuenal.*
Consueta vitia ferimus non reprendimus. *P. Syrus.*

πολλὰς

πολλὰς ἁμαρτάνοντας ἔργον ποινᾶσαι. *A.* Eſt difficilè punîre crimina plurium.
Minus grauis nota eſt, quam turba damnatorum leuat. *Seneca.*
Maior numerus addit animos peccantibus. *Garner.*

Gdźié gwałt pánnié. rzad / ſłuß vſtępnié.
Prawo nié pomożé / gdy lewo przémożé.

Silent leges inter arma. *Cicer.* Tollitur è medio ſapientia, vi geritur res,
Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro Rem repetunt. *Ennius* .ſ. cùm (*vt ait Cic.*) aliquis nouus motus bellicum canere cœpit. *Pompeius Imperator in Siciliam miſſus, Mamertinis tribunal eius detrectantibus quòd olim à Romanis exempti eſſent. reſpondit:* ὦ πάντες ἡμῖν ὑπεζωσμένοις ξίφη νόμους ἀναγινώσκοντες; Non deſinetis nobis gladio accinctis leges citare? *Plutarch.*
Vulpes videns aſinum laceratum à leone ob æquam prædæ partitionem, eidem omnia concedit quæ diuidere bipartitò debuerat. Æſopi apologus.
ὑπερισχύσῃ τὴ βίας σιγᾷ θέμις vel νόμος λόγος *A.*
Vbi prævalet vis, fas ratio lex ius ſilet.

Gdźié ich wiéle / téden drugiemu zawadza.
πολλοὶ θεραπεύοντες ἐνίοτε χεῖρον ὑπηρέτουσι τῶν ὀλιγίστων. *Ariſtotel.*
Multi famuli interdum peiùs ſeruiunt quàm pauci.
Non bellè quædam faciunt duo. *Martial.* *Affine ſequens.*

Gdźié ich wiéle rządźi / tám śie zgeſło bładźi / ábo / tácno zbładźi.
Rządu nié wiéle / gdźié pánow wiéle. Wiélu rządu / niérząd.
ἐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. *Homer.*
Non bonum eſt multorum imperium, vnus dominus ſit, vnus rex.
ὅτι κάλλιστον ἡ μοναρχία. Optimam eſſe monarchiam, *Darius apud Herodotum dixit.*
πολλοὶ στρατηγοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀτυχοῦσι. *Iſocrates.*
Multi duces exercitus plerunque rem infeliciter gerunt.
πολλοὶ στρατηγοὶ Καίσαρα ἀπώλεσαν. Multi imperantes perdidere Cariam.
πολλοὶ δ' ἰατροὶ τὸν βασιλῆ ἀπώλεσαν. *Dion.*
Turba medicorum perdidere Cæſarem. *Adriani morientis dictum.*
πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν. *Menander.*
Me plurium medicorum ingreſſus perdidit.
ἡ πολυαρχία ἀναρχία. Multorum regimen, æquale Reipub. carentis rectore. Athenis regimen triginta Tyrannorum vocabatur Anarchia. *Rhodiginus.*
Affine, Gdźié głowy niémáß.

Gdźié iédzą / iedz: gdźié robią / niézawadzay.

Caſtigat hoc dictum hominem inertem, qui vt Plaut. ait Scit eſſe (*.i. edere*) & nil ſcit vel vult agere. Menſæ non operis ſocius. Edentes benè adiuuat, laborantibus potiùs obſtat. Fuco ſimilis. *Vide* Bíédy przyydźieß miedzy wrony, Vmieß iéść. Ábo ták / ábo ſák.

Gdźié

Gdźié kogo dolega / tám i reká śiega.

Co kogo boli / o tym mowić woli. Reká gdźié boli / oko gdźié gwoli.

Naturale eſt manum ſæpe referre ad id quod dolet. *Seneca.*

ὅπῃ τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τ' χεῖρ' ἔχει. *Plutarch.*

Vbi dolet alicui, illic & manum tenet.

ὅπῃ τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τ' νῶν ἔχει. *Stobæus.*

Vbi dolet alicui, illi & animus eius eſt. *Potes item dicere ex Plutar.*

ὅπῃ τις ἀλγεῖ, κεῖσε ἡ γλῶτταν τ' ἔχει.

Quod dolet alicui, lingua id eius mox ſonat.

ὁ πληγεὶς, ἀεὶ τ' πληγῆς ἔχεται. κἂν ἑτέρωσε παίσῃ τις, ἐκεῖσέν εἰσιν αἱ χεῖρες. *Demoſthenes.* Vulneratus ſemper plagam contrectat; quodſi alicubi quis percuſſus fuerit, illic ſunt & manus. *Alluſit ad id Cic. cùm Attico ſcribit:* Non faciam, ne aut animum tuum angam querelis, aut meis vulneribus ſæpiùs manus afferam. *Huc & illud Plautinum.* Quaſi lippo oculo me meus herus vtitur, manum abſtinere haud quit tamen.

Gdźié rozumu nie maß / tám i rządu.

λόγος ἀπουσία, μηδὲν εὔταξον ποτέ. *A.* Vbi nulla ratio, ibi ordinatū nil erit.

——— O here, quæ res Nec modum habet nec conſilium, ratione modoque
Tractari non vult. &c. niſi
Inſanire pares certa ratione modoque. *Horat ex Terentio. qui ait:*
Here, quæ res in ſe neque conſilium neque modum
Habet vllum, eam conſilio regere non potes &c. Incerta hæc tu ſi poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas
Quàm ſi des operam vt cum ratione inſanias:

κενοὶ κενὰ λογίζονται vel βουλεύονται. Inanium inania cogitationes conſilia.

Gdźié rozumu abo rady niedoſtaié / śiły dobyway.

ἂν ἡ ἀλωπεκῆ οὐκ ἐξίκηται, τ' λεοντὴν ποσταύσον .i. Vbi pellis vulpina non ſufficit, leoninam adhibe. *Inuerſum hoc dictum habet Zenodotus. alluſit & apud Plutarc. Carbo. ſed videndum an liceat.*

βουλῆς λιποῦσ' ἀνάγκη ὁρμᾷ πρὸς βίαν. *A.*

Conſili inopem neceſſitas ad vim rapit.

Sic Vulpes laqueo capta, caudam abrupit & fugit. *apud Æſopum.*

Alexander Magnus nodum Gordium quem diſplicare non potuit, gladio diſcidit & oraculum ſibi impleſſe viſus eſt. Curtius. *Seneca de catena negotiorum inquit:* Abrumpenda eſſe ſi nequeant explicari. *Affine,* Niéwola nárabi drew.

Gdźié rozumu wiscey / tám i złości. Wielkie rozumy / rzadko bez wady.

In aſtu, aliud ex alio venit malum. *Terent.* .i. in *vrbe* τὸ ἄστυ ἐστὶ *Vrbs.*

οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἀστικός. Nil quod ſit æquum cogitat vir vrbicus.

Cicer. pro Sexto Roſcio ait: In vrbe luxuriam, auaritiam, audaciam, & alia ſcelera creari,

ra creari, quibus caret vita ruſtica, parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra.

Idem contra Rullum ait: Carthaginenſes fraudulenti & mendaces, Campani ſuperbi: Ligures verò montani, duri & agreſtes, &c.

Nullum ingenium magnum ſine mixtura dementiæ fuit. *Seneca ex Ariſtotele. qui Problemate 1 Sectionis 30. aſſerit excellentes viros in Philoſophia, Poëſi, & alijs artibus ſubtilioribus, laborare melancholia & ſacro morbo, qualem etiam fuiſſe ait Herculem, Aiacem, Bellerophontem, Platonem, Socratem, Pòëtas multos, &c.*

Hinc adagium Herculeus morbus. V. Ηἰčuleczona chorobá.

A magnis ingenijs, vt magnæ virtutes, ita & vitia magna proficiſcuntur. *Plutarch. Docti etiam ob eandem cauſam aliquando non carent ſuis næuis. Sic Actorum 26. Feſtus Præſes, S. Paulo egregiè ſuam cauſam contra calumnias Iudæorum defendenti, dixit:* Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam conuertunt. *Ex eadem vulgari opinione ſed non ſemper vera. vt hoc loco. Affine his eſt illud S. Bernardi:* Curioſitas parit experientiam mali, vt facilè qui per multa vagatur, offendat, facilè inueniat, quod perniciosè delectet. *Merito proinde apud Catholicos, prohibentur præſertim adoleſcentibus, lubricis, & parùm doctis, libri multi præter apertè malos, vt ſunt hæretici & obſcæni, etiam alij ſuſpecti & periculoſi, ac etiam curioſi, quales in Actis Apoſtolorum tot ſunt combuſti vt quinquaginta millium denariorum æſtimationem æquarint.*

Vulgare dictum eſt. Maior ætate, maior improbitate.

Gdźié ſerce/ tám i ſzczęśćie. Mężnemu ſzczęśćie pomaga.

Fortes fortuna adiuuat. *Terent.* Audentes fortuna iuuat. *Virgil.*

Fors iuuat audentes, priſci ſententia vatis. *Claudian.*

Audentes Deus ipſe iuuat, *&c. Ouidi.*

——θαρσαλέῳ γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
ἔγροισιν τελέθει, ἢ καί ποθεν ἄλλοθεν ἔλθει. *Homer.*

Audens (*confidens*) vir in omnibus actionibus melior eſt, etiamſi aliunde venerit.

Gdźié śie zégo mé ſpodźieięß/ tám zeſto naydźieß.

τοῖσιν ἀνελπίστοις κύμασιν (*vel* ὕδασιν) ἰχθὺς ἔσει. *A.*

Quo minimè reris gurgite piſcis erit. *Ouidi.*

In ſtercore gemmam reperit gallus. *Corinna Pòëtria quinquies vicit Pindarum. Suid.*

Affine, Podczás w podley ſukmánię.

Gdźié tráfiß/ tám tedz. Co záſtániéß/ to tedz.

Verecundari apud menſam neminem decet. *Paraſitus Plauti.*

ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε. *Athenæ.* Tranſigito vitam rebus obuijs tuã.

Hoſpes ſume cibum & quorum data copia, lætum his Paſce animum. *Ex Homero. cuius verſum habes ſub* Co dom ma. *Vide &* Co Bóg da. *Idem eſt* Z kuchnią trzymay.

Gdźié waż głowę włoży/ tám wſzyſtek wlezie.

ὅπου κάρη ὄφις ἐπιβῇ, ὅλος εἰσδύῃ. *A.*

Serpens vbi caput ingerit, totus ſubit. *S. Hieronymi & Iſidori eſt ſententia.*

Caput ſerpentis conterendum *monet Procopius & Apollo Palladij de vitiorum initijs loquens.* Nam ſerpens ore tantùm nocet. *quare pro ſerpente Os Ægyptii pingebant. Horapello.* *Vide* Semiramidis dolum. *Sub* Aby ogonek położyć.

In Geometria, prima ſi dederis, danda ſunt omnia. *Cicer.*

Plura leges ſub Zábiegay w czás. *nam ſimile eſt.*

Gdzie wiele chléba/ hoynośći trzéba. Gdźié wielki dochod/ wielki rozchod.
Maß dochody niemale/ miey ſerce wſpániale.

ἀνάγκη τ̓ πολλὰ ἔχοντα, χ̓ πολλὰ δαπανᾶν. *Xenophon.*

Oportet multa habentem multa expendere.

Magnam fortunam magnus animus decet. *Seneca.*

Ædepol deûm virtute dicam pater & maiorum & tua,

Multa bona benè parta habemus. benè ſi amico feceris,

Ne pigeat feciſſe: at potiùs pudeat ſi non feceris. *&c.*

——Ciui immunifico ſcis quid cantari ſolet?

Quod habes, ne habeas: & illud quod nunc non habes, habeas malum. *Apud Plautũ in Trinummo filius patrem diuitẽ hortatur ad benefaciendũ ſodali ex diuite pauperi.*

Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. *Eccleſiaſtæ. 5.*

Vbi multa alimenta, ibi multi mures & feles. *Diogenes. apud Laërtium.*

Splendidum in panibus benedicent labia multorum. *Eccleſiaſtici 31.*

Illa laus eſt magno in genere & diuitijs maximis,

Liberos homines educare, generi monumentum & ſibi.

Huic homini dignum eſt diuitias eſſe & diu vitam dari, (gdźie nié żal.

Qui & rẽ ſeruat, & qui benè habet, ſuiſq; amicis vult benè. *Plaut.* Szczodremu bo/

ὧν σοι ἔδωκε Θεὸς, τέτων χρῆζοσι παρέχε. *Phocylides.*

Quæ tibi dona Deus tribuit, tu confer egenti.

Gdźié wiele wilkow (gdźié wielkie ſtado) pſow wiele trzéba.

Nihil mali eſt, canes ibi quam plurimos eſſe, vbi permulti obſeruandi, multaque ſeruanda ſunt. *Cic. de accuſatorũ multitudine habenda, contra improborum multitudinẽ.*

πολλοὶ κύνες ἔσωτε; ὅπε οἱ πολλοὶ λύκοι. *A.*

Gdźié wielka gromáda/ tam tacna zwáda.
Gdźie gośći gromáda/ nié ſmáczna bieśiadá.

τ̓ ἑπτὰ συμπόσιον ὁ δὲ τρυβᾷ ἐννέα. *A.*

Septem conuiuium, nouem conuicium. *Capitolinus in Vero. Conuicium hic pro clamore poſuit, quaſi conuocium.* Quinq; aduocaui ſex enim conuiuium

Cum rege (*domino conuiuij*) iuſtum: ſi ſuper, conuicium eſt. *Auſonius.*

Multos conuiuas eſſe non conuenit, quia Turba pleruṇq; turbulenta. Sed tres vt minimùm, pro numero Gratiarum, nouem vt ſummum pro numero Muſarum. *Varro apud Gellium.* *Horat. ob aliam cauſam plures conuiuas non vult Epiſt. 3. lib. 1. ad Torquatum, vbi cum tres vel quatuor amicos nominaſſet, addit:*

Locus

——Locus eſt & pluribus vmbris. Sed nimis arcta premunt olidæ cõuiuia capræ. *.i. cauendum eſt ne ex multitudine conuiuarum arctè ſedentium oriatur fœtor ſubalaris, quẽ capram hìc, alibi hircum vocat.* Ne grauis hirſutis cubet hircus in alis.

Caprum vocat Catullus in Rufum dicens poſt alia:

Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur Valle ſub alarũ trux habitare caper,
Hunc metuunt omnes, neque mirum. nam mala valde eſt Beſtia, *&c.*

Sed ad rem. apud eundem Horatium de pluribus conuiuis illud elegans eſt:

Tres mihi cõuiuæ propè diſſentire vidẽtur, Poſcentes vario multùm diuerſa palato,
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter, &c.

Plutarchus item ſ Symphoſiaco improbat multitudinem conuiuarum, quòd in ea non ſit commoditas colloquendi & compellandi ac noſcitandi alios qui remotiùs accumbunt, cùm cõciliatio beneuolentiæ & amicitiæ per colloquium maximus ſit fructus conuiuij. Deinde quòd multis inuitatis facilè accidit deeſſe locum alicui, vel certè ob anguſtiam loci conſtringi. Quare præſtat inquit paucos ſæpe vocare eoſq; ſelectos, prout tempus, vſus, negotia poſtulant, quàm ſimul qualeſcunque multos.

Gdzie wziąć tám wziąć/ byłé było/ ábo/ muśi przédśie być.

Auarorum & luxurioſorum dictum. Apud Iuuenal. qui dicit:

Vnde habeas nemo quærit, ſed oportet habere.

ὐδεὶς ζητεῖ ὁθεν χρὴς ἀλλ᾽ ἔχειν ἀνάγκη. *A.*

Non curo vnde habeam iuſtè, ſed oportet habere. *Iuuenalis dictum commutaui. Idem Iuuenal. de aſotis dicit, Illos* Perituram arceſſere ſummam.

Lancibus (*argenteis*) oppoſitis (*pignori*) vel matris imagine (*argentea*) fracta,
Et quadringentis nummis (*toto cenſu equeſtri*) condire guloſum
Fictile (*.i. parare cœnam ſplendidam in paupere domo quæ fictilibus vtitur*)
Aut terra aut mari alicunde hoc argentum euoluam tibi. *Plaut.*

Affine, Łákomy & Vtrátnik. & Zyſk zkadkolwiek.

Gdba dorzuci kázdemu/ .i. przymowi/ nálátć. Nie da pſá ni ná kiem.

ἐκ τ᾽ ἁμάξης λέγειν. *vel* ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖν. E plauſtro loqui.

Dictum hoc de iis vſurpatur qui liberè cum iis conuiciantur. Sumptum ex more priſco iuuenum qui peruneti facibus ora ne agnoſcerentur, ſedentes in plauſtris fabulas agebant Comicas, in eis liberè quos volebant perſtringentes & irridentes. Sic Ariſtophan.

ἄ μοι σκώλῃ δὲ ποιήτης ἄφρ᾽ οἱ τρυγοδαίμονες ἔτι.

Non me ludes neque mihi facies ea, quæ iſti fæcibus laruati Poëtæ .ſ. *faciunt. Poteſt etiam referri ad morem Poëtarum qui certo die feſto in plauſtris ſedentes, mutuò in ſe conuicia carminibus conſcripta ad riſum concitandum iaciebant.*

ὡς δαιμόνων δὲ ἐνὸς φείδεται, ἀλλ᾽ ἐξ ἁμάξης παῤῥησιάζεται, καὶ μάπτει ἑξείης, ὅς τ᾽ ἄλλος, ὅς τε καὶ αὐτός. *Lucianus.* Vt nulli deorum parcit, verùm è plauſtro liberè loquitur & Corripit inſontem pariter pariterque nocentem.

μαρπὴς *etiam Heſychio eſt* conuiciator.

ἐξ ἁμαξαγῶ λέγειν. *Ariſtophan. dixit.* A plauſtrario dicere, *pro è plauſtro.*

Βυζήνη παῤῥησία. *Stephan.* Byzeni in loquendo libertas, *qui hac maximè vtebatur.* Vt quisq; contemptiſſimus, & maximè ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ eſt. *Seneca. Quales ſunt ſcurræ, moriones & ſimilis fex. Affine dictū ſequēs. &* Złorzéczliwy.

Gebá niewypárzona/ przéſtworna. Gęby niewypárzoney człowiek.

Os canis· *Catullus quandam feminam facit*, Ridentem catuli ore Gallicani. *Item de eadem.* ei ruborem Ferreo canis exprimamus ore .ſ. *clamoribus, conuiciis.* Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus, Vt quæſtui habeant malè loqui melioribus. *Plaut.* Głupia to gebá bywá/ z ktorey wypada mowá obrázliwa.

ἀκόλαστον ἔχε γλῶσσαν αἰσχίστην νόσον. *Euripides.*

Jncontinentem habuit linguam turpiſſimum morbum.

Oſcum os & Opicum os. *ex Feſto & Ennio.* Diogenes Cynicus *pro conuiciatore impudenti. Vide ſub* Vliéwſtydliwy. Helena ob maledicentiā canis eſt appellata. *Plaut. Affine præcedens &* Vlá plwáć w kąśc komu.

Gebe mu zawárł/ .i. ſprawił że muśi mulczeć.

Occluſit ei linguam. *ſic Plaut.* Pauſa, viciſti caſtigatorem tuum.

Occlûſti linguam, nil eſt quî reſpondeam.

Reddidit (*illum*) Harpocratem. *Catull.* .i. *impoſuit illi ſilentium, vt cogatur tacere inſtar Harpocratis, qui erat Philoſophus Græcus ſilentij amans, eius ſimulacrum fingebatur digitum ori ſuperpoſitum tenens, tanquam ſilentium præcipiens.*

Obſtruere os alicui, *rectè dices cum Virgilio. & S. Paul. ad Romanos. cap. 3.* ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ. Vt omne os obſtruatur. *Idem eſt in Pſalmo 62 Vide ſequens.*

Gebe mu zátkał.

Dictum hoc ſimile eſt præcedenti & vſurpatur de munerum corruptela potiſſimùm. Vide infra Podárki wiele moga & Przédárowano go. *Ex eodem genere eſt illud.*

Gebe mu zálano *vel* zálał/ .i. czeſtowániem go ſobie wiał/że będzie mulczał.

E conuiuio illius mutus receſſit. In cœna eius velinguatus eſt. Linguam ſuam cum epulis deuorauit, tam ſuaues erant. Vinum, quod in rere, mutum illum reddidit. Alios vinum diſertos facit, hunc, res noua! mutum reddidit. Etiam Bachus, quis credat! tacere docet vel facit. Bos vel aper vel capo illi in lingua.

τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασιν τ' ῥητόρων. *Ariſtophan.*

Os Rhetorum obturans ſtipe & pecunia.

Et, ſi in re noua nouare aliquid licet, dices lepidè imitatione Græcorum, ἀνάγχην πάσχει. Oenanchem (*vinaceam anginam*) patitur .i. *guttur illi vinum arctauit.* Winogorz mu gárdło zásiadł. *vt ſupra.* Gárdło mu ſrebrogorz zásiadł. *Simile illud Plauti:* Obſecro te iube obijci ob os argentum huic impuræ beluæ .i. *lenoni. vt taceat.* Káż temu ſmrodowi ábo béſtyicy gebe pieniędzmi zátkáć. *Item.* Iube argento os verberarier. *& leno reſpondet.* Facile ictus perpetior argenteos. ἀργυραγχην πάσχει. Argenteam anginam patitur.

Gebo

Gebe ſobié poſnázat Láćina. Wloſzyzna. Lekárſka náuka &c. Trochu ſkoſztowat.

Vt canis è Nilo .ſ *guſtauit ex aliqua arte.* *Apud Macrobium, Antonius dicitur, vt canis in Ægypto bibere & fugere. Canes enim Ægypti timore crocodilorum fugientes vel currentes lambunt è Nilo, vt etiam dicit Solinus.*

ἄκρῳ ὄνυχι ἀπογεύεσθαι. *Lucian.* Summo vngue deguſtare.

ἄκρῳ δακτύλῳ γεύεσθαί τινος. *Procopius.* Summo digito deguſtare aliquid.

ἄκρῳ δακτύλῳ ἅψασθαί τινος, *vel, vt Baſilius,* ἀπολάυεσθαί τινος. Extremo digito attingere deguſtare aliquid. Extremis digitis attingere. *Cicer.*

ἀπ' ἄκρων χειλέων φιλοσοφεῖ. *Lucian.* Summis labris Philoſophum agit. Primis vel primoribus labijs deguſtauit. *Cic. Quintil.* Nie przébrał nauki. Zá ſkoſzła ſie vczył. A limine ſalutauit Muſas. V. Zá oknem ſie vczył.

Summo digito attigit lebetem. *Lucian.* εἰσὶν οἱ μόνον ψαύσαντες ἔκτοθεν τοῦ λέβητος ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ, ἢ ἐπιχειρήσαντες ἀπόλυσαι τὴν ἰκανὴν ὁπόσην καὶ ὅτι μεταλελαφέναι. .i. Sunt qui cùm ſolùm attigerint foris lebetem ſummo digito, ac fuliginis nonnihil ſibi illeuerint, abundè putent ſe tinctos eſſe.

Metaphora, vt patet, eſt à tinctoribus qua etiam vſus eſt Cic. dicens: Sit mihi tinctus literis .i. *leuiter imbutus, vt lana ſemel tincta. Contrà verò* ἀδιαποίητος βαφὴ *Plutarc. tinctura qua res imbuitur bene. & tr.* ἡ βεβαία ἐπιστήμη *firma & conſtans ſcientia. Sic & tacitus dixit:* Cum vix in cortina quiſquam aſſiſtat, qui elementis ſtudiorum etſi non inſtructus, at certè imbutus ſit. *Alia metaphora vſus eſt Cic. 3. de Oratore dicens:* Oratores ex iure ciuili furculum defringere .i. *aliquid ex illa diſciplina cognoſcere & decerpere.*

Gebe ſmutné.

Latini dicunt. Vultum ſibi fingit. *Cæſar.* Componit vultum. *Tibull.*
Capere vultum nouum, *dicit Plaut. Ter.* Os format ad gratiam ſpectantium.

Affine, Gálánt. Powáżny.

Gładki zátaćá tada. Zátaćá tada dla gładkoſći.

ἐν λαγῴοις, *vel* ἐν πᾶσι λαγῴοις .ſ. τεθραμμένος *vel* ζῇ. *Ariſtophan.* In leporinis vel inter meros lepores, nutritus aut viuit. *Leporis carnes & ſanguis in delicijs erant priſcis Galeno teſte, ſed medici poſteriores Dioſcorides Matthiolus Mercurialis, duræ concoctionis eas eſſe & ſanguinem atrum biliosum & craſſum gignere cenſent. Vulgaris item erat opinio teſte Plinio. l. 28. c. 19. eſu leporis gratiam corpori conciliari in ſeptem dies, friuolo quodam ioco, cui tamen aliqua inquit ſubeſſe debet cauſa, in tanta perſuaſione. vbi Dalecampius addit: leporis carnes in cibis ἐρωτικοῖς (amatorijs) habitas. Vide & Rhodigin. l. 26. c. 30.* *Sic Martial. in Gelliam. l. 5. ep. 30.*

Si quando leporem mittis mihi Gellia, dicis;
Septem formoſus Marce diebus eris. &c.

Hoc epigramma ponit Lampridius in Alexandro Seuero approbans vulgarem hanc opinionem de

nem de carnibus leporinis. ſed illud paululùm immutauit, ſic:

Cum leporem mittis, ſemper mihi Gellia mandas. &c.

& adiungit aliud in Alexandrum Imp. à quodam Pòéta ſcriptum, tale:

Pulchrum quod vides eſſe noſtrum regem &c.
Venatus facit & lepus comeſus
Ex quo continuum capit leporem. *Cui Imperator verſibus Græcis reſpondit, quos Lampridius Latinos fecit. ſed plures ſunt. quartus eſt.*
Tantùm tu comedas velim lepuſculos
Vt fias animi malis repulſis. Pulcher. &c. *Græcos etiam addidit ibidem Caſaubon. Videſi lubet.* τὰ λαγῶα τρώγων εὐχροὴς ἔσῃ τάχα. *A.*
Leporem eſitans formoſus exiſtes breui. V. Gálánt.

Glód do domu przypędźi.

Beſtiæ fame dominante pleruńq; ad eum locum vbi paſtæ ſunt reuertuntur. *Cicer.* Tormento non potuit retineri ferreo, Quin reciperet ſe huc eſum ad præſepim ſuam. *Plaut.* *Et Martialis de Dentone paraſito inuitato à ſe & recuſante, poſt alia dicit:*

Sic eſt, captus es vnctiore cœna, Et maior rapuit canem culina. Sed te &c.
Cùm faſtidierit popina diues, Antiquæ venies ad oſſa cœnæ.

Sic prodigus filius apud S. Lucam c. 15. cum cœpiſſet egere dixit. Surgam & ibo ad Patrem meum. πεινῶντα λιμὸς οἴκαδ' ἀπονοστεῖν ποιεῖ. *A.*
Redire dira cogit eſuries domum.

Glód dowćipny. Glód wßyſtkiego nauczy.

Magiſter artis ingeniq́; largitor. Venter negatas artifex ſequi voces. *Perſius.*

πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος: Rerū magiſter plurium optimus, fames.

λιμὸς νέας ἄναγε μελέτησαι τέχνας. *A.* Artes nouas reperire compulit fames.

Noua artificia fames docuit. *Seneca.* *Eraſiſtratus apud Gellium docuit famem leniri & diutiùs tolerari poſſe conſtricto ventre, vt Scythæ faciunt, ventrem faſciis ſtrictiſſimè circumligantes.* *Affine*, Vćiwola nárabi dréw. Vbogich nauká.

Glod tani/ ſytoſć droga. Glodu mé kupić/ ſytoſć wiéle koßtuié.

Paruo fames cōſtat, magno faſtidiū. *Senec.* ὁ λιμὸς εὐων & πολυτελὴς ἐδεσμάτων. *A.*

Glodnemu nabárziey śie mießka.

Omnis mora latrante ſtomacho bilem mouet. *Mirandula, Taubman.*
Fames & mora bilem in naſum conciunt. *Plaut.*

τῷ βρωσιμαίνοντι πᾶς χρόνος & χρονιώτατος. *A.* Tempus famenti quodlibet longiſſimū.

Χορεῖς τ' τραγῳδῶν ἄχθεται. *Suidas de famelico.* Choros Tragicos *ægrè fert. quia plerunq; longi ſunt atq; ita eſurientibus moleſti.*

εἶτα πεινῶν τοὺς χορεὺς τραγῳδῶν ἄχθοιτο. *Ariſtophanes.*
Deinde eſuriens choris tragicis angatur. V. Czekáć długo prágnacemu/ márkotno.

Glodnému záwße południe/ záwße śię chcé ieść.

Λιμαινόντι & τὸ πρωὶ μεσημβρία. *A.* Famelico vel mane iam meridies.

τῷ πει-

τῷ πεινέοντ' ὅλη ἡμέρα μεσημβρία. *A.* Tota die famelico eſt meridies.
Affine, Zegar nápewnicyßy / brzuch.

Glodny. Vkáſitby kamienia.

Dentes (*eius*) vel ſilicem comeſſe poſſent. *Catullus.*
Eſurigo findit coſtas. *Varro.* *Sic noſtri.* Kośći / ſtlepy śie w brzuchu łamią.
E flamma cibum peteret. *Teren.* *Sic Catull. de vxore Meneni vel Meni.*
Vxor Meneni, ſæpe quam in ſepulchretis Vidiſtis ipſo rapere de rogo cœnam,
Cùm deuolutũ ex igne proſequens panẽ Ab ſemiraſo tunderetur vſtore .ſ. *cadaue-*
Hic quidem ſummã in crucem cœna aut prandio perduci poteſt. *Plaut.* *rum.*
Apud eundem Paraſitus dicit: Poſtquam natus ſum nunquam ſatur fui. *Idem.*
Cibi vacuitate venio laxis lactibus. *Idem.* Eſurio ſum, non Saturio. *Idem.*
Ad infimum ventrem adhæſit fames mihi. *Idem.*
Famem in vtero geſto grauiſſimam. Ideo dolores cooriuntur mihi. *Idem.*
Per annonam caram dixit me natum pater. propterea credo eſurio acriùs. *Idem.*
Neque ieiunioſiorem neque magis effertum fame vidi. *Idem.*
Venter gutturq́; reſident (.i. agunt) eſuriales ferias. *Idem* .ſ. *inſtar lugentium funus.*
Inanitate inteſtina mihi murmurant. *Idem.*
Quaſi lupus eſuriens. *Idem.* *Vide* Ják wilká do obory puśćił.
Dentes dentiunt mihi. *Idem* .i. *ex appetentia cibi ſurſum tendant & increſcunt vt pueris Turneb. vel pruriunt vt aliqui explicant, vel crepant vt famelicis canibus.* μυλιᾶν *id Græci dicunt. vel denig, velut ex frigore crepant, vt Varro vſurpat* ῥιγεῖν *Græcis. Et Virg. in Catalectis*: Famemq́; genuini crepant. *Noſtri dicunt* Pißczą mi zeby ná co, *propriè & tralatè.* Fruſto panis conduci poteſt, vt (*quiduis faciat vel patiatur*) *Gelli.*
Græculus eſuriens in cælum (*dic in furcam*) iuſſeris, ibit. *Iuuenal.*
λιμὸς μήλιος ἢ μηλιάς. *Suidas.* Fames Meliæa .i. *extrema. qualem paſſa eſt Melus Theſſaliæ ciuitas obſeſſa à Nicia duce Athenienſi & fame capta. Similis eſt* Fames Saguntina. *apud Cicer. Liui.*
Συνεχὲς ἀποσκοπεῖ ὁπόσα πῶν τὸ σιχοῖον ἔιη. *Lucianus.* Aſſiduo aſpicit quot pedum ſit linea .ſ. *horaria.* Σοὶ δ' μέλῃ ὅταν ἢ δεκάπων τὸ σιχοῖον. *Ariſtophan.* Tibi autem curæ eſt quando fuerit decempes linea .ſ. *horologij.* λιμῶ πεδίον, Famis campus. *dicitur de incolis fame laborantibus. Famis campus apud Athenienſes erat locus, in quo illi ex oraculo famem placabant.*
ἔδω δ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. *Alcæus.* Meipſum comedo vt Polypus. *piſcis voracißimus qui eſuriens brachia ſua vorat.* κέσπεως βίον τρίβει. *Eubulus.* Mugilis vitam degit. *qui inter piſces maximè famelicus habetur, quòd nulla eſca animata veſcatur, vt Ariſtoteles tradit.* κέσπιὺς νηστύς. *Heſychi.* Ceſtreus ieiunat.
Μίδας δ' κέσπεύς ἐστι, νῆστις σφέπαλεῖ. *Euphron.* Ieiunus inſtar mugilis circat Midas.

Glodny gniewliwy. Glodnemu day pokoy. Glodnych i mucha zwádźi.
Fames & mora bilem in naſum conciunt. *al.* in nares concient. *Plaut.*
Fames & ſitis exaſperat animos. *Seneca.*

ὁ λιμὸς

ὁ λιμὸς ἄνδρα πρᾶον ὀξύχολον ποιεῖ. *A.* Mitem quoq; virum reddit iratum fames. In laſſitudine & ſiti proniores ſumus ad iracundiam. *Plini.*

Et Seneca de Ira. poſt illa verba: A laſſo rixam. *ſubdit:* Æquè autem & ab eſuriente & à ſitiente & ab omni homine quem aliqua res vrit .ſ. *rixa erumpit.*

Apud Theocritum etiam vxor de viro iracundo dicit: πεῖναν γε μηδέποτ' εἴθης. Eſurienti nequaquam obuies. Glodnemu ſie nie nádwiiay.

Non interpellandus famelicus. *Eraſm. Item Horatius ieiunum iracundũ facit, dicens.* Dic, Quæ prima iratum ventrem placauerit eſca .i. *ieiunum.*

Martiali item Matutina frons. *pro ſeuera, minùs hilari, qualis ieiunorum, vt contrà ſaturorum hilaris. Hinc apud S. Matthæum c. 6. Cum ieiunatis nolite fieri triſtes. Adde prouerbiũ Rhodigini & aliorum:* Iracundia ieiuna, *pro* magna. *Nam Ariſtotele teſte.* Ieiuni & ægroti iracundi ſunt. *his adde & ingenioſos. ex Cic. qui pro Roſcio Comœdo ait:* Quo quiſq; ingenioſior & ſolertior eſt, hoc docet iracũdiùs & laborioſiùs.

Glodny kuá śto mé boi.

ὄνῳ πεινῶν ῥοπάλῳ ἀμελεῖ. Aſinus eſuriens fuſtem nõ curat. *Ex Ariſtotele qui ait:* ὄνοι πεινῶντες τυπτόμενοι οὐκ ἀφίστανται τ̃ νομῆς, Aſini eſurientes licet verberentur, non abſtinent à pabulo. *Sumpſit ex Homero qui Iliados Λ eleganter ſed fuſiùs paulò id deſcribit.* *Affine,* Zły głód.

Glodny mé przebiera: przyſmákow nie ßuka. Wßyſtko mu ſmáczno. Gdy śie kto przépośći / niwczym niemaß kośći.

Ieiunus ſtomachus rarò vulgaria temnit. *Horati.*

—— Cum ſale panis. Latrantem ſtomachum benè leniet. &c. *Idem.*

——— Non in caro nidore voluptas

Summa, ſed in teipſo eſt: tu pulmentaria quære, Sudando &c. *Idem.*

Quicquid ex neceſſitate deſideratur, ſine faſtidio ſumitur. *Seneca.* Fames non eſt ambitioſa; contenta eſt deſinere. quo deſinat, non curat. *Idem.* Nihil contemnit eſuriens. *Idem.* *Famelicus apud Suidam dicit:* γαστέρι μὲν ἔχοιμι κακῆς ἀλεξήρια λιμοῦ .i. Sit modò mi quo à ventre famem depellere poſſim. Quoduis poculum ſitienti homini idoneum, humanitati (.i. *elegantiæ curioſitati voluptati)* niſi bellũ (.i. *pulchrum)* parum *Varro.* Eſuriens non faſtidit omnia præter pauonẽ *Horati.* λαγῷ πεινῶντι καὶ πλακοῦντες εἰς σῦκα. *Suidas.*

Lepori eſurienti etiam placentæ *(vulgares, ſimplices)* ſunt vel videntur ficus. *Suidas de ijs dici vult qui in neceſſitate rebus pretioſiſſimis non parcunt.*

πεινῶντι γὰρ ἀνδρὶ μάζα λιμενίτις χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος. *Athenæ.*

Viro eſurienti maza *(panis nauticus, hordeaceus, vilis)* carior auro & ebore.

ἅπαντ' ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὑτοῦ ποιεῖ. *Antiphanes.*

Dulcia fames præter ſeipſam omnia facit.

λιμὸς ὁ ἀτερπὴς πάντα τ' εὐτερπῆ ποιεῖ. *Ariſtophanis interpr.*

Ingrata ſola cuncta grata facit fames.

ἡδὴ

ἡδὺ μάζαν ϵ̓ κάρδαμον φαγεῖν πεινῶντι, ἡδὺ ὕδωρ ἀρυτάμενον ϵ̓κ ποταμοῦ διψῶντα πεῖν. *Xenophon.* Suaue eſt mazam (*panem vulgarem*) & naſturtium edere eſurienti: ſuaue aquam è flumine hauſtam ſitienti bibere. Acipenſerem mænæ (*vili piſciculo*) non anteponit, qui voluptatem contemnit (*qualis eſt eſuriens.*) *Cic.* τῇ ψυχῇ ἐνδεεῖ (*al.* πεινώσῃ) καὶ τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεται. *Prouerb. SS. c.* 27. Animæ indigenti (*al. eſurienti*) etiam amara dulcia videntur.

Affine, Przyſmák wyborny głód. Zły głód.

Głodny śmieſiny.

Ridiculus æquè nullus eſt, quàm dum eſurit. *Plaut.* .i. *ipſe dolens, riſum aliis volens mouet, vt ſæpe paraſiti apud eundem. Sed in Sticho alio ſenſu dicit Paraſitus:* Quando adbibero, tum ſum ridiculiſiſſimus .i. *rideo & iocor ſuauiter & alios oblecto. Ad priorem ſenſum Iuuenal.* —— Nam quæ Comœdia, Mimus Quis melior, plorante gula? πεινάλεῳ ἀδεὶς ἐστι γελασιμώτερος. *A.*

Głodny woli téść / niż muzyki ſłuchać; albo śpiewać.

Accipiter eſuriens luſciniam cantum ſuauem pollicentem lacerat & deuorat. *Epimythion.* ὁ λιμὸς ἀ παυϛὸ τὸ μέλος, ἀλλὰ τὸ ἔδαρ. *A.*

Sedare cantus non poteſt famem, at cibus. (śle śpiewáć.

ἀδὲν ὄρνεον ἀδϵῖ ὅταν πϵίνῃ. *Plato.* Nulla auis canit quando eſurit. Głodnemu nieśpiéwa.

Głodu ten znáć nie gáśi / co tego i owego tylko koſztuie.

Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. *Seneca.*

ὁ λιμὸς ἐστι πολλὰ γεύσαι πλὴν κόρου. *A.* Guſtare multa ſatietas eſt non fames.

Głośno to będzie. Dingo albo wſzędy o tym mowić będą.

—— Hoc te Fama fuiſſe loquax, chartaque dicet anus. *Martial.*

—— Te omnia ſecla Noſcent, & qui ſis, fama loquetur anus. *Catul.*

Apertis tibijs aliquem laudare (*vel laudari*) .i. *clarè, honoriſicè. Quintilian. vt tibicines ſolent cum magnum ſonum edere volunt.* φυσᾷ γὰρ ὁ μικρὸν αὐλίσκους ἔλα. *Cic. de Pompeio vſurpat veteris Poëtæ Senarium* .i. Nec enim minutis iam ille ſpirat tibijs .i. *magna quædam molitur & pollicetur.*

Głowa rządzi. Głowa człowiek i rząd ſtoi.

Caput imperat non pedes. *Spartianus & Vopiſcus.* Vnde Caligula ſimulacris deorum capita adimebat & ſuum imponebat *Suetonio teſte, ſe imperatorem ab omnibus agnoſci & adorari volens.* τὸ κάρηνον ἄρχειν χ̣ὁ πόδας πέπϵ. *A.*

Caput imperare non pedes ſemper decet.

Malè imperatur cùm regit vulgus duces. *Seneca Octauia.*

A capite bona valetudo. *Seneca Philoſophus. Caput membrum corporis diuiniſſimum, cui corpus ſubeſſe & parére debet, ad mundi ſimilitudinem rotundum formatũ Platonici. Caput non ſolùm principale eſſe in corpore, ſed totum: ipſius gratia omnia membra, ipſum ob contemplationem. Idem cum Platone.*

Lycurgus dicenti cuidam vt administrationem Reipubl. Populo traderet, respondit: Tu prior in domo tua imperium tuum domesticis trade. *E Plutarcho.*

Cauda draconis postulauit à capite vt obtineret ducatum, quo sibi concesso, stultè & vagè iter faciens, caput & omnia membra lacerauit. Apologus apud Plutarchum.

Głowká iáko makowká / á rozumu puſto. ábo iák náplwat. Vrody dośći rozumu ni kaſká.

ὦ οἵα κεφαλὴ καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει!

O quale caput eſt, & cerebrum non habet! *Vulpes Æſopi larua conſpecta dixit. Epimythion.* μεγαλοπρεπὴς τῷ σώματι, καὶ ὃ ψυχὴν ἀλόγιστος. In cum qui magnificus (*generoſus*) eſt corpore, animo verò rationis expers.

Tali homini Plautus dicit: Præter ſpeciem ſtultus es.

Linariæ caput. *Gallis, pro hebete, ſtulto, ſtupido. nam paruum caput quale hæc auis habet, vitioſum habetur, & eſt ſignum cerebri malè conformati, vt poſt Hippocratem docuit Galenus. Et S. Thomas homines paruo capite impetuoſos ac violentos ob prauam cerebri diſpoſitionem eſſe ait. Alij item tales leues inconſtantes & parui iudicij eſſe aſſerunt. Cõtrariũ docere Ariſtot. videtur, dicens.* μικροκέφαλοι τ μεγαλοκέφαλων φρονιμώτεροι. *Qui paruo ſunt capite prudentiores ijs qui magno ſunt. ſed intellige, ſi illi mediocriter paruo, hi nimis magno ſint.* ὡς ἡδὺ καλὸν ὅταν ἔχῃ νοῦν σώφρονα!

Quam grata res eſt, forma cum ſapientia!

Dictũ illud vulpis poteſt torqueri in Caligulã (vel in aliũ quemuis ei ſimilẽ) qui vt ſuprà dixi idolis deorũ religioſioribus & celebrioribus capita ãputari iuſſit, & ſua cũ riſu & odio omnium imponi. Sic ſæpe princeps ſtultus aut improbus bonis præeſt. Adde & illud Diogenis Cynici: In eburnea vagina gladius plũbeus. habes infrà ſub Mowá/nić iáko vrodá. V. Głupi.

Głuchemu dwa kroć mowić trzéba.

Nulli magis ſurdi quàm qui audire nolunt. *Garner. è Gallico.*

ἤκουσας ἢ οὐκ ἤκουσας, ἢ κωφῷ λέγω; *Æſchylus.*

Audiſtin' an non, num tibi ſurdo loquor?

Bis eadem recenſere, ridiculum. *Eraſm. ex Platone.* V. *Sequens &* Wrzkomo nieſłyßy.

Głuchy. Niedoſłuch.

κωφότερος χίχλης. *Zenodot.* Surdior turdo. Surdior freto. *Ouidi. Ex vſu & more loquendi noſtro diceres.* Surdior tetrace vel tetraone gallo ſyluestri. Surdior Fuſio. *de quo ſic Horat.* Non magis audierit, quàm Fuſius ebrius olim.

Tragicus hic actor erat, qui cùm in ſcena ſimulare ſomnum debuiſſet; vino obrutus ſeriò dormiuit, nec inclamantibus vt ex compoſito oportebat, reſpondit.

Ne ſtridorem quidem ferræ dum acuitur audiunt ſurdi. *Cicero.*

Ceruus demiſſis auribus, ſurdi ſymbolum. *Pierius ex Ariſtot. Plini.*

κωφότερος Τρωναίου λιμένος. Surdior Toronæo portu. *in Thracia.*

Głupi.

Niedo-

Nić dobrzé w głowić włożono. Nić wßyßcy domá. Czégoś nm w głowie niedoßtáić. Szydłem abo igłą w głowić wkładano. Puſto w głowić.

Rozumu puſto. (ſapientia.

Corpus ſine pectore. *Horat.* Homo ſine pectore. *Ouidi.* Nā in pectore cor ingeniū Nec cor nec caput habet. *Seneca.* Læua ſub parte mamillæ Nil ſalit Arcadico iuueni. *Iuuenal.* .i. *non habet cor, quod ſolet moueri.*

Ad agnatos & gentiles deducendus. *Varro. Columel. More enim Romano mente moti ex lege 12 Tabul. in tutela agnatorum eſſe debebant.*

Blitum. *Catul. tralatum ab herba inerti inſipida Plini. Feſtus.*

ἡ κεφαλὴ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. Caput ſine cerebro. *ex Æſopo.*

Abderitanæ pectora plebis habet *Martial.* ὁ ἀβδηρίτης. Abderitæ, vel Abderici aut Abderitani, *pro ſtupidis, apud Cic. Plini.* Abderologus. *Tatiano Aſſyrio.*

Tam fatuus vt regnare poſſit. *Seneca. Dictum hoc ortum eſt ex more antiquo regem creandi, non eum qui prudentia & virtute, ſed qui forma, viribus, audacia, opibus præſtaret cæteris. Vnde & illud alterum dictum Senecæ.* Aut regem aut fatuum naſci oportere. *Sic ſuprà* Bogatem ábo pánom rozumu nić trzébá.

ὁ μαργίτης. *Homeri. Luciani, Margites, homo quidam ſtupidiſſimus. de quo Ariſtot. ex Homero illa affert:* Τὸ δ' οὔτ' ἄρ' σκαπῆα θεοὶ βῆσαν οὐδ' ἀρόῆα, οὔτ' ἄλλως τι σοφόν. Hunc non foſſorem agricolamué dij voluerunt Eſſe, nec vlla in re ſapientem. *Suidas eum tam ſtupidum ait fuiſſe, vt neſcierit numerare vltra quinq; & plura alia addit.*

Frutex. *Plaut.* Nec veriſimile loquere nec verum, frutex.

Fungus Bardus &c. *Idē.* Quicunq; vbi vbi ſunt, qui fuêre quiq; futuri ſunt poſthac, Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni.

Solus ego omnes longè anteeo ſtultitia & moribus indoctis.

Stipes, caudex. *Terent. pro ſtolido.* Vacerra. *Feſto idem tr. à longurio ſtabuli.* Varro. *item pro ſtupido. Lucil. & Cicer. ſæpe. tralatum item, à pertica, longurio, ſtipite.*

Mulus. *Catul.* Mule nihil ſentis .i. *non aduertis te ludi.* Heu muli non videmus quid faciant. *Varro.* Stultior ſtultiſſimo: ſtultior Barbaro Potitio. *Plaut.*

λίθος μυλίας. *Plato.* Lapis molaris. *Sic Plautus.* Ego me credidi Homini docto rem mandare. Is lapidi mando maximo.

προβάτων ἦθος εὐηθες ἐ ἀνίητον. *Ariſtotel. de naturâ animalium.*

Ouium mores vel ingenium ſimplex & ſtultum. *& hoc omnium animalium inertiſſimum, ait. quod idem pluribus ibidem confirmat.* *Sic Plautus in Bacchidibus.*

Oues *vocat* ſenes albos canitie & ſtultos. *Ariſtophanes itē Athenienſes conſultantes ait:* ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα. Conciones agere oues ſedentes.

Hinc illud. Ouium nullus vſus abſente paſtore, *ſub* Gdźié głowy niémáß.

Aſinus, pro ſtupido. *Terent.* Plumbeus. *Terentius, Cicer.*

κέσκον οἰκεῖς. *Suidas.* Ceſcum habitas. *dictum in ſtupidum. à ciuitate Ceſco quam fluuius nomine ἄγαν .i. amens alluebat, & ciues ſtultitiæ infamia laborabant, iuxta alterum dictum.* πόλις κέσκος νῶν οὐκ ἔχουσα. Ciuitas Ceſcus mentē nō habens.

Συκίνη γνώμη. *Lucian.* Ficulna mens.

μηδεπώποτε μηδεὶς μεγαρέων γένοιτο σοφώτερος. *Diogenian.* Nunquam quiſquam Megarenſibus ſapientior fuerit. *Ironia eſt, & ſtupidis ſeruit.*

διὰ τοίχου λαλεῖν. Per parietem loqui. *ſtultorum eſt ait Suidas.*

ἠλιθιώτερος πραξίλλης ἀδωνιδος *Zenodot.* Stultior Praxillæ (*Pòëtriæ*) Adonide. *qui pulcherrima in mundo dixit, mala, cucumeres, & ſolem.*

ἀφωνότερος ἀνδριαντος. *Syneſius.* Magis mutus quam ſtatua ſculpta.

εἰκὼν γεγραμμένη. *Ariſtophan.* Simulacrum pictum. Βούβαλος. *Tzetzi.* Bubalus τοῖς ἱπποκράτους υἱέσιν ἔοικε. *Ariſtophan.* Hippocratis liberis cedit. *qui ſtultiſſimi fuiſſe ſcribuntur etiam à Galeno, quales ſapè doctorum virorum filij eſſe ſolent.*

ἓξ χόας χωρεῖται. ſ. ἐγκέφαλος αὐτοῦ. *Suid.* Sex congios capit (*vel implet*) (*caput vel caluaria, aut*) cerebrum eius. *nam nimis magno capite ſtupidi ſunt, dictum ſuprà.*

τὴν κεφαλὴν ἔχει ὅσην κολοκύνθη. *Hermippus.* Caput cucurbitæ inſtar habet. Apuleio verò cucurbitinum *caput pro vili, non multùm diuerſo ſenſu.*

λευκονόου· λευκὰς φρένας ἔχει. *Pindarus.* Albus mente. alba præcordia habet. (*Alluſit ad id Horat: in* Leuconoes *nomine*) *ab aqua non profunda quæ albeſcit. nos etiam dicimus* Mieſzki rozum: proſty człowiek.

ὠτος. *Euſtathi.* Otus. *Et noſtri dicunt,* Głupi ciętrzewiu. κέπφος. *Suidæ.* Cephus. *de ſtulto, quia hæc auis facilè decipitur.* ἕβδομος βοῦς. *Suidæ.* Septimus bos. *à more poſt ſextam lunam, bouem è farina in ſacrificium pinſendi, vel à more pauperum qui ſacrificium conſuetum, ex boue, oue, capra, ſue, gallina, anſere conſtans, offerre non valentes, bouis ſimulacrum è farina confectum offerebant, ſeptimum ideò dictum.* Theſſalo ſtupidior. *Simonides apud Plutarchum rogatus, cur ſolos Theſſalos non deciperet, reſpondit: Stupidiores ſunt quam vt à me decipi poſſint.*

οὐδὲν διαφέρεις ἐλέφαντος. *Diogenianus.* Nihil ab elephanto differs. *quanquam Plinius, Pierius, Rhodigin. & alij plurimi auctores quos hi afferunt, docent, elephantum omnium animalium maximè ingenio ac induſtria pollere, & ad intelligentiam humanam proximè accedere, diſciplinæ capaciſſimum eſſe, cantu mulceri, ſermonem humanum intelligere, literas & alias artes doceri, virtutes morales multas manſuetudinem, pietatem, temperantiam, puritatem pudicitiam amare & colere. denique Cic. ait: Elephanto beluarum nulla prudentior. quare adagium Græcum non reſpexit ingenium ſed molis magnitudinem & motus tarditatem quod in ſtupidis accidit.* Plautus item Militem ſtupidum elephanti nomine notans ſeruum de illo loquentem ſic facit:

Herus meus elephanti corio circunteƈtus eſt, non ſuo. Nec habet plùs ſapientiæ quam lapis. *Vbi, vt obſeruauit Rhodigin. cutis craſſitiem reſpexit, quæ ingenio officere vulgò putatur. Sic enim Ariſtotel.* οἱ σκληρόσαρκοι ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν, οἱ δὲ μαλακόσαρκοι εὐφυεῖς .i. Qui dura ſunt carne, inepti ſunt mente; molli autem, ingenioſi. *Plura de hac re ſi voles leges apud Rhodiginum l. 6. c. 1. vbi accuratè eam examinat. & apud Pierium l. 2. c. 15.* ἄνθρωπος θαλῆς. *Ariſtophan.* Homo Thales.

Thales. *Ironice dixit in ſtultum qui ſibi ſapiens videbatur. Sic Plaut. ſtultum caſtigans ait:* Salue Thales! *Nam Thales fuit ſapientiſſimus. Simile eſt illud Horatij:* Sapientum octauus. *Siquidem tantùm ſeptem olim erant.* Ζοφώτατον κράνιον. *Ironicῶς.* Sapientiſſimum caput. *pro ſtulto. Rhodigin.*

μίδας ὄνῳ ὦτα ἔχει. *Diogenian.* Auriculas aſini Midas habet. *Perſius, quas illi Phœbus affinxit ad indicium ſtultitiæ, quòd certanti ſibi cantu cum Pane, iudex ab vtroq; lectus, Panem Phœbo ſtultè prætuliſſet, & victorem pronuntiaſſet.*

νῶς ὐκ ἔνι κενταύροισιν. *Diogenianus.* Mens non ineſt Centauris. *Centauri erant barbari qui equis inſidentes primi pugnare cœperunt, & monſtra ex equo & homine conflata vulgò crediti ſunt.* τυφλὸς τάτ' ὦτα, τόδ' νῶν, τὰ δ' ὄμματ' εἶ. *Suidas.*

Tu ſimul & aure & mente & oculis cæcus es.

Cimmeriæ tenebræ. *Lactant.* O cœcum pectus! ô mentem Cimmerijs tenebris atriorem! *Meminit & Strabo Cic. Ouid. adde Homerum, qui ſic ait:* Κιμμέριοι νεφέλῃ κεκαλυμμένοι. &c. Cimmerij nube cooperti.

Rana gyrina. *de qua Plato ſic.* εἰς φρόνησιν ὐδὲν βελτίων ἐτύγχανεν βατράχου γυρίνου .i. Sapientiâ non melior euaſit quàm rana gyrina .i. *informi orbiculata minima, quæ retens à partu in orbem ſe celeriter mouet.*

Ne Mercurius quidem cum Muſis hunc ſanauerit. *Ex Galeno.*

τὸ Μ *vel* μῦ ἔλαχες. My ſortitus es. *dictum in ſtultum. nam* μ *nota ſtulti eſt vel ſtultitiæ vel ſtultiloqui, vt pote litera initialis* μωρᾶ, μωρίας, μωρολόγε. *Ortum dictum à tali euentu. Cum Dionyſio in calculo ſortium* μ *litera obtigiſſet, quidam per iocum dixit:* μωρολογεῖς Διόνυσε, μῦ ἔλαχες. *Stultus es vel ſtulta loqueris Dionyſi. my ſortitus non temerè es. ille verò, vt erat ſolers, inuertit & dixit:* μοναρχήσωμεν ὦν, *Monarcha igitur ero. quia etiam ea vox ab eadem litera incipit. quod & illi accidit. Plutarch. Sed & ſic in hunc locum dictum hoc ab illo inuerſum quadrat. conuenit q; cum illo ſuprà poſito, quod ſtultis regnum addicit.*

λίθος ἐπὶ λίθον κάθηται. Lapis ſupra lapidem ſedet. *Ariſtippus de homine indocto.*

Βεκκεσέληνος. *Ariſtophan. Plutarch.* Becceſelenus *pro ſtulto. Vox compoſita eſt ex duabus:* Beccus *apud Phryges priſcos Pan vocabatur.* σελήνη *autem Luna, quo nomine Arcades gloriabantur, dicentes ſe eſſe* προσελήνους .i. *antiquiores Luna. vtrunq; ergo ſonat priſcam ſtultitiam. Sic Plutarch. de Platonis quadam ſententia ait:* ὄζει λήρου βεκκεσελήνου κ τοῦ τ ἀρχαίας κωμῳδίας .i. Olet delirationem becceſelenam vt loquuntur veteris comœdiæ ſcriptores.

κόκκυξ ἠλίθιος. *Ariſtophan.* Cuculus ſtupidus. *Et Plaut.* Quid fles cucule? Dudku glupi. *noſtri dicunt.* Arcadicus iuuenis. *Iuuenal. pro ſtupido & aſino ſimili, quia Arcadia aſinis abundabat.*

Bacelus (*al.* Baceolus) *Suetoni. pro ſtulto.* Βάκηλος. *Athenæo. de Eunucho ſtulto.* ἠλιθιώτερος Κορώνης. *Euſtathi. Lucian.* Stultior Coroebo. *qui maris fluctus numerare cona-*

rare conabatur, cùm vltra quinque numerationem prosequi non posset. idem quibusdam est ille Virgilianus 2. Æneid. μωρότερος Μορύχου. *Zenobius. Zenodot.* Stultior Morycho. *à simulacro Bacchi ridiculo quod in vindemiis ponebatur apud Siculos.* μωρότερος μελιτίδου. *Zenodot. ex Homero Luciano.* Stultior Melitide. *qui supra quinque numerare nesciuit & alia quædam ridicula stultasq; designauit.* Σαννᾶς. *Cratino.* Sannas *qui be be more ouis sonans incedebat. Erat & gens Asiana eiusdem nominis, barbara stolida. vnde & in Comœdiis hoc nomine stultæ personæ insignuntur. Zenodot. Sunt similes istis apud Græcos plures alij: sed satis sit stultorum, præsertim obscurorum.* Vnam Acco *addo, quæ cum speculi sui imagine, tanquam cum altera femina colloquebatur, & clauos spongia intrudebat. Pulchra & illa periphrasis stulti.* Pepo illi pro corde. *vt supra cucurbitinum caput. Gallorum illud est,* Florent fabæ. *Vel.* In faba versatur. *nam earum ex floribus odor caput grauiter afficit & delirium accersit. Lemn. Lemnius. Affine,* Gruby. Szalony. Prostak.

Glupi/ á mądrem śie cżyni. Sam glupi/ á drugich chce vczyć.
Mądrzy ty co śie mądrem cżyni.

Sapientior sibi videtur stultus septē viris sententias loquentibus. *Prouerb. SS. c. 25.* Homo Thales & Sapientum octauus. *habes supra proximè. adde Ausonium.*

Sapiensque supra Græciæ septem viros Octauus ascendit Sophos.

Faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant. *Terent.*

τερεβίνθου ἀνοήτερος. Terebintho stultior. *In stultum sibi placentem, quia hæc arbor latè expandit ramos.* Οἰδίπους ὢν αἰνίγματ' οὐ νοεῖς. *Epicharm.* Oedipus cum sis, ænigmata non intelligis. ἐν τῷ μετώπῳ νῶν ἔχει. *Amphis.* In fronte mentem habet .i. *præsefert ostentat se sapere.* δοκησίσοφος. *Græcis vna voce, is qui sibi sapiens videtur.* ἴσα ἐρανῷ Φρονεῖ. *Sosiphanes.* Cælo paria sapit. τυφλῆ παραγκέλευσις. *Plato.* Cœci præscriptio. *& Horat.* Cœcus monstrat iter. *Lepidè Anonym. rhythm.* (putat.

Doctus ait. se scire nihil. sese omnia iactans. Scire indoctus ait: ille scit, iste Loquax talpa. *Ammian. de stulto loquaci.* Glupiemu nawiecey mowić.

Glupi biérzé/ á mądry daié. Mądry daié/ á glupi biérzé.

Dictum hoc, falsum immò oxymoron est, continetq; defensionem seu excusationem, qua vtitur is qui beneficium vel munus accipit immeritus à prodigo, ab ebrio, ab amente, à immoremi, vt vulgo vocant ICti &c. (non definio hic an rectè faciat & an talis donatio valida sit) insinuatq; : Prudentiam non requiri ad accipiendum beneficium, sed ad dandum: seu non pertinere ad accipientem nisi vt accipiat, à quocunq; qui dat, alioqui stultus esset: ad dantem verò pertinere, scire cui, quid, quando, quomodo, cur, det, ne bona sua pro stercore habeat, vt Plaut. ait: quod multis sæpe docet Seneca. cuius sunt illa: Nemo scit dare beneficium nisi sapiens. *Idem requirit iudicium in dando beneficio. Dionysius Tyrannus idolis deorum auferebat amicula pretiosa, barbas, pateras, coronas, victoriolas aureas, quas manibus protensis ferebant, dicens.* Se bonorum deorum bonitate vti, & ea acci-

ea accipere (à porrigentibus) non auferre, *addebatq;*, Stultitiam eſſe à quibus bona precaremur, ab ijs porrigentibus & dantibus nolle ſumere. *Ex Cicer. 3. de Natura deorum vbi prouerbium agnoſcit Paſſeratius.* *Lyſander cùm ei Dionyſius duas ſtolas filiæ donandas obtuliſſet, vt vtram mallet eligeret, vtraq; accepta abiit dicens: Ipſam filiam melius electurã. E Plutarcho.* *Adde illud Garneri ex Gallico dicto, ſed abſq; ironia ſeriò prolato.* Stultus adornat conuiuiũ, ſapiens verò inde paſcitur & lætatur.

ἔμφρων παρέχῃ δώματ', ἄφρων ὀ δεχεῖαι. *A.*

Dona ſapiens largitur, at ſtultus capit.

Φρονίμως πάρεχε δωρεὰν, μωρῶς δέχου. *A.*

Dato ſapienter munera, at ſtultè accipe.

δυῶν φίλων ἑι δωτέον, δοτέον, δωτέον δὴ πᾶ ληπτέον. *Plutarch.* Si de duobus amicis alter det, alter accipere debet.

Głupi ledá czemu wwierzy. Głupiego léda kto oſuka.

Hircus credidit vulpi pollicenti ſe illum è puteo extracturam, vbi ipſa prius illo conſcenſo exſiliſſet. Æſopus. *Coruus credidit agaſoni aſinum percutienti & ingeminanti Ibis ad coruos.* ἄδηλον. *Lupus anui credidit, puero flenti minitanti lupum, & diu fruſtra exſpectauit. Item. Æſopus.* ὁ πάντα πιστεύων καὶ οὐδὲν ἴσως ἄφρων. *A.*

Amentis æquè eſt cuncta credere & nihil.

Głupi mądrſzego vczy.

Sus Mineruam .ſ. *docet. Cic.* ὗς Ἀθηνᾶν .ſ. διδάσκει. *Demoſthen.* Bubo canit luſciniæ. *ex Theocrito qui ait:* κἠξ ὀρέων τὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

Et ex montibus bubones luſcinijs occinant.

πέπων ἐρινὲς ἀχρεῖος ὢν εἰς βρῶσιν ἄλλως ἐξιερεύζεις λόγῳ. *Sophocles.* Maturus groſſus eſui inutilis cùm ſis alios caprificaris verbo .i. *maturitatem qua cares aliis dare vis.* τὸ φῶς ἡλίῳ δανίζει. *Plutarch.* Soli lumen mutuatur.

ἡ πόρνη τὴν σώφρονα .ſ. ἐλέγχει. *Ariſtagoras.* Meretrix pudicam arguit.

Cœcus monſtrat iter. (*adde videntibus.*) *Horat.* V. Drugich prowadźiemy. & Lépiey ia to vmiem.

Głupi moźny (bogáty) / niéznośny.

ἦ βαρὺ φόρημ' ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων. Graue pōdus amens rebus vtens proſperis.

Głupi v proſtych ábo gdźié go nie znáią / vydźié zá madrego.

οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μυθικώτεροι λέγειν. *Euripides.*

Qui apud eruditos nil valent, Plebi videntur eleganter dicere.

ὁ ἐκ εἰδὼς ἢ εἰδότος, ἐν ἐκ εἰδόσιν πλεονεκτεῖ. *Plato.*

Ignaro plùs quàm ſcienti apud ignaros eſt fidei.

ἐν τοῖς τυφλοῖς λαμῶν βασιλεύει. Inter cœcos ſtrabus regnat.

τί δ' γενήσῃ ὢν ἀρβέλας; *Suidas.* Quid non fies profectus Arbelas? *Dicitur inepto*

inepio cuipiam, qui eò proficiſcitur, vbi ob ſtupiditatem incolarum (quales erant Arbelis Siculi) ſe in pretio ſperat futurum.

ἐν γὰρ ἀμούσοις καὶ κόρυδος καὶ κύκνος φθέγξατ' ἀοιδότερον. *Dioſcoridis in Antholog.* Apud indoctos etiam galerita cygno canit ſuauius.

ἐν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φάει δ' ἀνωφελής In nocte conſpicuus, inutilis in die. *Vt Chryſolampis gemma, noctu ignei coloris, die pallidi. Plini. Chryſopraſum vocat Iſidor. & Marbodaus.* ἐν παῖσι μὲν γέρων, ἐν τοῖς δὲ γέρουσι παῖς.

Pueris ſenex videtur, at ſenibus puer .i. *inter indoctos doctus, inter doctos indoctus.*

Quintilianus l. 2. c. 13. ponit hanc quæſtionem. Quare ineruditi ingenioſiores vulgò habeantur. & eleganter ac multis ad eam reſpondet. lege, opera non pigebit.

ὄνος παρὰ Κυμαίοις. *Lucian.* Aſinus apud Cumanos .ſ. *indutus pelle leonis pro leone ſe gerebat & timebatur antequam agnoſceretur, agnitus male multatus eſt.*

ὄνος τῇ λεοντῇ ἐσκυτοτομημένος ἔρρει. *Euſebi. Cæſarien.* Aſinus leonis pelle tectus. *Eadem fabula eſt & apud Gabriam.* *Simile illud alterum Luciani.*

ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα σιθήκην σκεπάλλει. .i. Pelle leonis ridiculã quandam ſimiam contegit. Quantumuis parua ſcintillã in tenebris micat. *Carol. Bouillus.*

Glupie ſtyßac pytame/ nie odpowiaday na nie.

Vulgaris Senarius eſt. Inepta quæſtio, ſoluitur ſilentio.

ἡ σιγὴ αὐτῷ πέφυκεν ἀπόκρισις. *A.*

Cum ſtulto ne multùm loquaris. Cum dormiente loquitur, qui enarrat ſtulto ſapientiam. *Eccleſiaſtic. 22. c.* *Vide* Glupiemu day pokoy.

Glupiego ſtacno poznác. ſam ſie wyda.

Stulto non opus eſt nola. *Gallicum dicterium apud Garner.* (tim.

ὁ ἄνους ἄνευ κώδωνος εὐθὺ γνώσκεται. *A.* Nolæ abſq; ſonitu noſcitur ſtultus ſta-

Glupiego oyca/ madry ſyn. Glupiego miſtrza/ madry vczen.

Ex aſinis equus. ἐκ βραδυπέλων ὄνων ἵππος ἄρτος.

E tardigradis aſinis equus prodiit. *Poſſunt hic vſurpari & illa* E ſquilla aliquando naſcitur roſa. &c. V. Vlié vrodźi. & Oyeá zlego dobry ſyn.

Glupiego prozno vczyć.

Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas, feriente deſuper pilo; non auferetur ab eo ſtultitia eius. *Prouerb. SS. c. 27.* Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ ſunt in corde eius. *Ibidem. c. 18.* Plùs proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultum. *Ibidem c. 17.*

καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις *Plutarch.* Cancrum rectà ingredi doces.

ὅπου ποτ' εἶπας τ' καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν. *Ariſtophan.*

Efficies nunquam vt rectè cancer gradiatur.

ὁ μωρὸς οὐδὲ τὴν φακὴν καλῶς ἕψει. *Plutarch.*

Stultus nec ipſam coquere lentem ſcit benè.

Potes huc accersere illud Pythagoræ Ne cibum in matellam. V. Ztemu nic nič pomoženi.

δεῖγμα λέσχη Φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεῦσαι. *Theognis.*

Dicere multa graue est sapientem apud insipientes.

ὡς ὄφελεν ἡ μάθησις, ἢν μὴ νοῦς παρῇ! *Pythagoras.*

Vt disciplina nil iuuat, vbi mens abest!

Vina vasi è taxo infusa mortifera sunt *teste Plinio.* sic scientia in improbo. *Anonymus.*

Affine, Stupiemu day pokoy.

Stupiem bỳć nalépiey.

ἐν τῷ Φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος. *Sophocles.*

In nil sapiendo vita iucundissima. Suauissima hæc est vita si sapias nihil.

τὸ μὴ Φρονεῖν γὰρ κάρτ', ἀνώδυνον κακόν. *Idem.*

Nam sapere nil, doloris expers est malum.

Talis erat Thrasilaus apud Athenæum, qui liberatus per medicum à blanda insania, dixit: Se nunquam suauiùs vixisse, quàm cùm errore mentis teneretur. Item Arginus quidam apud Horatium simili morbo liberatus, dicit:

——— Pol me occidistis amici Non seruastis (ait) cui sic extorta voluptas

Et dẽptus per vim menti gratissimus error. *Abydenum hunc fuisse scribit Aristoteles.*

Tàm longè ab omni molestia abesse quosdam, *ait Seneca*, quam a bona mente, & hilarem insaniam insanire, atq; per risum furere. Aut regem aut fatuum nasci expedit. *Idem Seneca. Nam stulti pares sibi videntur regibus, qui faciunt quicquid volunt, præsertim quales erant reges & Imperatores ethnicorum sceleratissimi plurimi.* ὁ βίος μετ' ἀγνοίας τ ἰκείων κακῶν ἀλυπότατος. *Apud Plutarchum Silenus Midæ regi respondit.* Vita ignorans sua mala, maximè vacat dolore, vel suauissima est.

Insipiens esto, cùm tempus postulat aut res,
Stultitiam simulare loco, non vltima laus est. *Cato.*

ἄφρων γίγνου, ὥστε τὸ πρᾶγμ' ἢ ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ,
ἀφροσύνην γὰρ πού τιθέναι, ἄκρη ἐστὶ φρόνησις. *Planudes.*

ὁ μηδὲν εἰδὼς, μηδὲν ἐξαμαρτάνει. *Menander.*

Nihil sciens, peccare quoque nihil potest.

ἧττον αἰσχρὸν εἰς εὐήθειαν ἢ πονηρίαν σκώπτεσθαι. *Vlpian Rhetor.* Minùs turpe est simplicitatem (*stultitiam*) quàm improbitatem irrideri (*exprobrari.*) *Cæterùm dictum Polonicum paradoxum vulgare quidem est, sed non verum, vt & reliqua illi Græcè & Latinè respondentia. Melius & ex veritate Cic.*

Stultitia, *inquit*, maius est malum quàm omnia mala & fortunæ & corporis. *Item.* Omnium malorum stultitia est mater. *Et* Omnes stulti insaniunt. *Idem.* Stultitia nihil abiectius & miserius. Sapientia nil melius, optabilius, præstantius. *Est nihilominus quædam Stultitia laudabilis Ethnicis ignota, Christianis verò (vtinam multis!) nota. quanquam falsò & ex opinione tantùm Sapientum huius mundi, Stultitia (adde, huius mundi) vocetur. cùm sit maxima Sapientia, aut si lubet* Sapientia sanctorum, *ab ipsa Diuina Sapientia verbo & exemplo demonstrata & commendata.*

mendata. Eandem inter alios mirificè toties extollit Paulus & suadet, vt qui velit esse verè sapiens, fiat iudicio humano stultus. qualem se etiam ipsemet fatebatur sæpiùs. qualis Simeon ille Salus *seu* Stultus *apud Metaphrastem. Et apud Palladium c. 40. Virgo quædam* Spongia monasterij *dicta, & plures alij. Et de hac* Stultitia *dictum Polonicum verissimum est. Accessit ad hanc veritatem, vt in multis similibus dogmatibus, Epictetus ethnicus Philosophus dicens:* εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπομενον ἕνεκα θεοῦ ἄνους δόξαι καὶ ἠλίθιος· μηδὲν βέλτιον δόκει εἶναι σεαυτοῦ. κἂν δόξῃς τισὶ εἶναί τις, ἀπόκτεινε σεαυτόν i. Si quid proficere vis (*in virtute*) sustine ob res externas fatuus & amens haberi. nec aliquid scire videri velis. quodsi quis aliquibus videaris esse, ne tibi ipsi credito. *Idem.* Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκεύαζε ἀϊδίως ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς κατμωκησομένων σε πολλῶν. Philosophari cupis? statim te para vt irrideare & subsanneris à multis,

---

Glupiem sie zoą, a on barzo maory.

Morio sapit, *apud Martialē l. 8. Emerat is à Gargiliano Morionem .i. mancipiū pro stulto habitum, animi & hilaritatis causa, vt magnates talibus oblectantur, aduertens autē eum sapere dicit:* Morio dictus erat. (*à te*) viginti (*illum*) millibus (*500 Philippæis*) emi,

Redde mihi nummos, (*& recipe illū*) Gargiliane (*quianō est stultus sed*) sapit.

Ἄμυρις μάνεται. Amyris *vel* Thamyris insanit. *ex Zenodoto & Eustathio, dictum de eo qui specie insaniæ suis rebus consulit, quod is fecit. sed longa est historia. breuiter: Sybarita is fuit, qui ex oraculo sentiens fortunā Sybaritarum euertendam, in Peloponesum omnibus eum ceu stultum ridentibus migrauit, euentus autem docuit eum prudenter fecisse. Similis fuit* Cassandra Homeri & Virgilij, *quæ vera prædicebat & insanire credebatur.* θάνατον παρδάλεως ὑποκρίνεται. *Apostolius.* Pardi mortem assimulat. *In eum vsurpes, qui fingit se aliquid stultè agere, vt quod optat assequatur. Nam pardus mortuum se fingens, simias accurrentes rapit & deuorat.*

Stultitiam simulare loco prudentia magna est. *Ex Catonis distichis.*

Mylius sic reddit Græcè κάλλιον ἀφροσύνης μεθέξειν φρονιμώτερόν ἐστι. *Sed sunt talia plura alibi.* V. Wilcza pokorá. Jaśi sie.

Cimon Atheniensis prædam ex Persis bello partam diuidere iussus, separatim captiuos nudos & separatim vestes eorum arma & res pretiosas posuit, iubens eligere socios, vtrum vellent. Et cùm illi elegissent res. Cimon ridiculus diuisor in præsenti habitus est, sed mox Persæ opulenti captiuorum amici aduenerunt, & suos quisq; magno pretio redemerunt, vnde Cimon classem aluit mensibus quatuor, & in ærarium non parùm intulit. E Plutarcho.

Glupiemu day pokoy. Nie przećiw sie. vstąp. Trudna z glupiem spráwá.

Aiunt sana sentientes: Contradicere rebus stultis, stultitiæ esse maioris. *Arnobius.* Vir sapiens si cum stulto contenderit; siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. *Prouerb. SS. c. 29.* Ne respondeas stulto secundum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. *Ibidem. c. 26.*

μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἧς δυνήσῃ φέρειν ἀπαιδευσίαν. *Pythagor.*

magnam

Magnā puta ſapientiā, ferre poſſe (*patienter*) aliorum ſtultitiā. *Nō malè tamē Eurip.* ἄγαν ὁ μωρὸς νουθετήματα. Fatuo nimis, adhibenda caſtigatio.

Affine, Głupiego proźno vczyć. Day ziemu pokoy.

Głupiemu nic śie cudzego nie podoba / á ſwoie wſzyſtko.

Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius,
Qui niſi quod ipſe fecit, nil rectum putat. *Terent.* Ipſis placet. *Idem.*

ὁ μωρὸς ὁτιπραχθεῖσα δοκιμάζει μόνον. *A.* Quæ fecit ipſe ſtultus, ea tantùm probat.

Gmatwac rzeczy / ſprawy. Sitá ná śie brać / á nie roſprawiać.

πρὸς τ' σωρὸν ἀμᾶν. *Suidas.* In aceruum metere .i. *negotia alia alijs addere nec expedire.* πάντ' ἐπὶ μίαν μύκωνον .i. ἐπὶ μίαν γεᾶφιν τὰ τῇ φυσῇ διῃρημένα ἄγειν. *Strabo.* Omnia ſub vnam Myconum .i. *Sub vnum titulum res natura diſiunctas trudere.* Groch z kápuſtą.

Gniew bez śiły / nie ieſt śiły. Sierdźit á nie duż.

Tritum illud eſt Vana eſt ſine viribus ira.

τ' ἰσχυρὸν ἄνευ, κενεά τ' ἡ ὀργὴ πέλει. *A.* Inanis eſt vbi caret ira viribus.

Ira ſenis. ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ νοῦς,
ἐν χειρὶ βήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται. *Euripid.*

Senilis ira mollis inſtar guttulæ, Prorumpit ocyus & hebeſcit ocyus.

Bonum apud virum citò moritur iracundia. *P. Syrus.*

ὥστε σίδηρος πυρὶ, χρόνῳ μαλάσσεται. *Nazianzenus.*

De Euſebio ſene olim feruentiore dixit: Molleſcit hic tempore velut ferrum ignibus,

——— In ſtipulis magnus ſine viribus ignis In caſſum furit. *Virgil.*

Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. *Pſalm. 117.* *Affine*, Sam śie z ſuię.

Gniew doda oręża.

Furor arma miniſtrat. *Virgil.* Rimāti telum ira facit quodcunq; repertum. *Idem.*

Pro telo geritur quicquid ſuggeſſerit ira. *Claudianus.*

πᾶν τὸ ἐμπίπτον ὕλης ἁξιομάχου ὁπλον ἐποιεῖτο. *Herodian. de populo in militem acceſſu:* Omne quod occurrit (*cuiq;*) ex materia pugnæ apta inſtrumentum, in arma vertit. Czego kto dopadł / tem bił.

ὅτι ἑκάστῳ παρέτυχεν ὅπλον. *Plato.* Quod cuiq; occurrit armorum.

Quamlibet infirmas adiuuat ira manus. *Ouidi.*

Quælibet iratis ipſe dat arma dolor. *Idem.* Dabit ira vires. *Seneca Troade.*

Gniew mię rychło śie vſtoi.

ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει. Ira vltimò ſeneſcit.

θυμῷ γὰρ ἀδὲν γῆρας ἔστιν ἄλλο πλὴν θανεῖν. *Sophocles.*

Iræ ſenectus non venit alia niſi mors.

Gniew rychło optomię / nienawiść áni vtomię.

ὀλίγοχρόνιος ὀργὴ, σύγε πολυχρόνιον. *A.*

Longo odia durant tempore, aſt iræ breui.

Ira furor breuis eſt. *Horat.* Iratum breuiter vites, inimicum diu. *P. Syrus.*

Adde apologũ Æſopi de duobus inimicis in eadẽ naui nauigantibus, quorũ alter qui in puppi erat mergendus & ipſe cũ naui, lætus moriebatur videns prius mergi inimicũ in prora ſtantẽ.

Gniew vśmierza odwłoká.

Magnum iræ remedium mora & dilatio. *Seneca.* Da ſpatium iræ. *Liui.*

Vt fragilis glacies interit ira mora. *Ouidi.*

ὡς πῦρ σίδηρον, μαλθακοῖ ὀργὴν χρόνος. *A. ex Nazianzeno ſuprà*

Molleſcit igne ferrum, at ira tempore.

Athenodorus Philoſophus Octauio Auguſto ſuaſit, vt ira commotus nihil antè inciperet, quàm 24 literas Græcas recitaret. Sextus Aurel. Victor & Plutarch.

Quis noſtrum ita ſæuus eſt, *ait Plutarch.* vt cruciet vel flagellet ſeruũ, quòd quinto aut decimo antè die aduſſit cibum vel tardiùs obtemperauit? atque ob talia dum recentia ſunt ſæui & implacabiles ſumus.

Gniew wynurzy / co śie wſercu burzy.

πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψεν. *Euenus.*

Quæ quis mente tegit, retegit mox ſæpiùs ira.

Gniew / żal zá ſoba prowádzi.

Qui non moderabitur iræ, Infectum vollet eſſe, dolor quod ſuaſerit, &c. *Horat.*

ἅπαυθ' ὅσ' ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ, ταῦθ' ὕστερον λάθοις ἂν ἡμαρτημένα. *Philemõ.*

Commotus ira quæ facit aliquis, omnia Erronea eſſe deprehendes poſtmodùm.

βλάπτει τ' ἄνδρα θυμὸς εἰς ὀργὴν πεσών. Animus in irã proruens homini nocet.

Gniew zaślepia.

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum. *Cato.*

ὁ νοῦν ὀργὴ ἐᾷ τὸ ἀληθινὸν ἔργον ἰδεσκεῖν. *Mylius interpr.*

Præ iracundia non ſum apud me. *Terent.*

Homo extra corpus eſt ſuum, cùm iraſcitur. *P. Syrus Mimus.*

Abſenti loquitur, qui cum irato litigat. *Idem vt legit Eraſm. al. qui cũ ebrio litigat.*

τὰ σώματα δι' ὀμίχλης ἢ δι' ὀργῆς τὰ πράγματα μείζονα φάνεται. *Plutarch.*

In nebula corpora, in ira res maiores videntur.

Reſpicere nil conſueuit iracundia. *P. Tyrus.*

Iratus, etiam facinus, conſilium putat. *Idem.*

τυφλὸν ποιήσει οὐ μὴ λάθοι. *A.* Excœcat ira vbi occupàrit quempiam.

ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος. *Euripides.*

Ira remota quilibet meliùs ſapit. *Affine,* Gniewáiąc śię

Gniewáć śię podzás mé wádzi / muśi / trzebá.

Mentem non habet qui non iraſcitur, *Lauin. Lemnius.* Omninò non iraſci, non ſo-

non ſolùm eſt grauitatis, ſed nonnunquam etiam lentitudinis. *Cicer.* Iracundiam Peripatetici fortitudinis cotem eſſe dicunt. *Idem.* Virum videri negant Peripatetici, qui iraſci neſciat. *Idem.* Scitote intemperiem iſtam quæ melancholia (παραφρονεῖν .i. *inſanire, id ſuprà appellauit*) dicitur, non paruis nec abiectis ingenijs accidere; ſed eſſe fermè affectionem heroicam, & veritates plerunque fortiter dicere, ſed reſpectū nō habere καιρὸν ἢ μέτρον .i. tēporis & modi. *Gellius.*

Gniewać śie na niérozumnego/ niérozum.

Iraſci his quæ anima carent, dementis eſt. item mutis animalibus, pueris, vel parùm à puerorum prudentia diſtantibus. *Seneca.*

ἀλόγιστόν ἐστι πρὸς ἄλογ' ὀργίλως ἔχειν. *A.* Ratione caſſo iraſcier, caſſa (*vel nulla*) ratio.

Gniewaiąc śie nié wiele ſprawiß. Gniew zły poradnik.

Conſilio meliùs vincas quàm iracundia. *P. Syrus.*

ἀβέλτερος μετ' ὀργῆς ἀβέλτερος εὖ (*vel* ἀσφαλῶς) βουλεύεται.

Feruente bile haud recta conſultatio eſt.

ὀργὴ γὰρ πολλὰ δρᾶν ἀναγκάζει κακά. Nos ira cogit multa cōmittere mala.

ἀνδράσι γὰρ πινυτοῖσι πέλει νόος ἤπιος αἰεί. *Q. Calaber.*

Perpetuò nā blanda viris prudentibus eſt mens.

Iratus de re incerta contendere noli. Impedit ira animū, ne poſſit cernere verum. (*Cato.*

Ira non perfectè rationem audit. *Ex Ariſtotel.*

Plato iratus ſeruo, dicebat amico: Tu hunc caſtiga, nam ego iratus ſum. *Seneca.*

Adde conſilium Athenodorio poſitum ſuprà ſub Gniew vśmierza odwtokā.

Gniew hamuy. Gniewu śie ſtrzéż.

ἄνθρωπος ὢν γίνωσκε τὴν ὀργὴν κρατεῖν. *Menander.*

Cum ſis homo, cohibere fac iram ſcias.

Ira furor breuis eſt. animum rege, qui niſi paret,

Imperat, hunc frenis, hunc tu compeſce catena. *Horat.*

θυμὸν κρατῆσαι κἀπιθυμίας καλόν. Iram tenere cupiditatemq; eſt bonum.

γίνε δ' ἐς ὀργὴν μὴ ταχὺς γ' ἀλλὰ βραδύς. Ne celer ad irā tardus aſt eſto potiùs.

ζήσεις βίον κράτιστον ἂν θυμὸν κρατῇς. Iram regendo vitam ages ſuauiſſimam.

ὀργιζόμενος δὲ μαινομένῳ χρόνῳ μόνον διαφέρει. *Cato.*

Iratus ab inſano tempore tantùm (*breuiori*) diſtat.

ὀξύδα ἀπὸ σεαυτοῦ ἀποστρέφε πᾶσαν. *E Pythagoræ Symbolis.*

Omne quod acutum eſt abs te amoueas .ſ. *occaſiones omnes iracundiæ.*

Iracundiam qui vincit hoſtem ſuperat maximum. *P. Syrus.*

βασιλεὺς κρείττων ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ ἦν ὀργὴν κρατῇ. *Philoſtrat.* Rex præſtantior eſt qui inferiori iratus irā continet. *vt fecit Adrianus à Phanorino Philoſopho offenſus. eodē auctore teſte.* Charilaus Lacedæmoniorū rex ſeruo iratus *dixit:* νὴ τὼ σιὼ κατέκτανέν τεὸ, εἰ μὴ ὀργίζωμαι. Per Geminos occiderem te niſi iraſcerer.

Et Socrates apud Senecam ſeruo ſimiliter. Cæderem te niſi iratus eſſem. *Plutarchus ita cohibet iratũ alterũ:* Si iſte hodie meruit pœnã, etiã cras & perẽdie erit in noxa.

Gniewliwego hámowáć nie pobudzáć trzébá.

Eripere telum non dare irato decet. *P. Syrus.*

Ψάλιον ἐμβάλλειν θυμωμένῳ. *Plutarch.* Frenum injicere irato.

Tigrides tympanorum ſtrepitu in rabiem aguntur & ſe inuicem lacerant. Idem.

νίκησον ὀργὴν τῷ λογίζεσθαι καλῶς. Ratione honeſta citiùs ira vincitur.

ὀργὴν ἑταίρου καὶ φίλου πειρῶ φέρειν. Sufferre conare iram amici atq; ſocij.

μέγιστόν ἐστιν ὀργῆς φάρμακον λόγος. Iræ remedium maximum eſt oratio. V. Uśié dopuſczay. *Vide exemplum Auguſti ſub* Powodu do złego.

Gniewliwy. Jak oſá iadowity. Rozgniewa śie by mu pálec zákrzywił: by mu ná nos muchá pádłá. Rozgniewał śie.

Iracundior Hadria. *Horat.* .i. *mari Hadriatico tempeſtatibus obnoxio.*

Homo ieiunâ iracundia. *Rhodigin.* ἀγρία μελίσσα. *Suidas.* Fera apis.

ἡρακλείειον ὀργὴν ἔχει. *Ariſtides.* Herculis iram habet.

Apri in venatione proſtrati dentes ita accenduntur, vt tacti adurant. Plerius.

Æacidinis minis expletus. *Plaut.* .i. *Achilleis. nam is iracundus Homero Horatio.*

τὸ νάπυ ἰσθμὸν ἔπνιγε. *Artemidor.* Sinapi *(in recto)* Iſthmum *(quarto caſu* .i. *interſeptum narium)* bibit (.i. *momordit)* .i. *Corrugat. criſpat nares præ ira.* *Sic Perſius.*

Diſce ſed ira cadat naſo rugoſáque ſanna. *Nam apud priſcos, ſedes iræ, nares. Caſaubon.* Bilis acerba illi ſedet in naribus *ex Platone.*

Fames & mora bilem in naſum conciunt. *Plaut.* In fermento iacet. *Idem. de offenſo, irato,* Gniewa śie. Calpurni ſæuam legem Piſoni reprendi.

Eduxiq; animam in primoribu' naribus — *Lucilius.*

Iracundi ſymbolum Cynocephalus, Vrſus, Pieri. & Cor in craticula ſuper prunas Cyrillus.

Mordax Memmius. *Tarracinæ is agens, rixa cum largo vinali orta brachium eius mordicus arripuit. Vnde ſcomma publicum parietibus vrbis inſcriptum erat in hominem furioſum, cuius meminit Cic. 2. de Orat.* L L L M M. .i. *vt Senarius explicat.* Lacerat lacertũ Largi mordax Memmius. γῆ θαλάσσῃ συναναμίγνυσι *Suidas.* Terrã mari miſcet.

Lucian. Iratum ſic depingit. Μελαινομένου τὸ πρόσωπον ἐρυθραίνεται, καὶ ὁ τράχηλος οἰδεῖ καὶ αἱ φλέβες ἐξανίστανται ὥσπερ τῶν αὐλητῶν ἐπόταν εἰς φυσῶν τὸν αὐλὸν ἐμπνέωσι βιάζωνται. Contendenti vultus rubet, collum intumeſcit, venæ inflantur, vt tibicinum cùm vehementer tibiam inflare coguntur.

τὰ χείλη ἐστὶ τοῦ ὀργῆς ἐνδίκα. *Ariſtophan.* Labra mordet præ iracundia.

— Calido ſub pectore bilis Intumuit *(alicui)* quã non exſtinxerit vrna cicutæ. *Perſius.* δεινὸν μὲν πυρὸς ἄσπετον. *Homer.* Vehementem vim ignis ſpirat.

ἄρεος νεοσσὸν. Martis pullus. *Ariſtophan. ſic vocat gallum, quòd omnium auium pugnatiſſimus ſit. transfer ad hominem.* Sierdźiſty. Kokorliwy.

ἦ τί γε πυρὸς Καὶ ὀλίγα ἀεὶ θρυμέα κολὰ πόλι ῥαὶ καθῆσαι. *Theocrit.*

Eſt ama-

Eſt amarulentus Et ei ſemper acerba bilis in naribus ſedet.
Etiam bruta naribus iram produnt, canes, equi, vrſi. &c. Martial. Perſius. Virg.
κἤφατ' ἔτ', ἐμμαρέως κεν ἀπ' αὐσης ϗ λύχνον ἄψαις. *Theocrit. de Lyciſca fœmina:* Et incenſa eſt inſuper(*ira*)vt facile ab ea lucernam accendere potuiſſes.
Ζῶνὸς ἀλεμύτερῳ. *Clemens Stromat.* Veſpâ acerbior. *quæ ter nouenis punctis hominem necat. Plini.* Sonat illi facile de nare, canina littera. *quam canes irritati exprimere velle videntur. Ex Perſio.* Irarumq; omnes effudit habenas. *Virgil.* Fel habet in aure. (*vt animal Alban dictum Alberto & Holcot*) *qui qualibet moleſtia audita offenditur.* *Diogenes de Gymnaſio Euclidis dixit:* ὐ ϗολὴ ἀλλὰ ϗολὴ .i. Non ſchola ſed bilis. *perſtringens iracundiam Mathematici inſignis. nam ingenioſi & ſolertes iracundiùs docent vt ſuprà ſub* Gtedny gniewliwy. *Cic. dixit. Plato etiam apud Rhodiginũ ait:* Difficile eſſe reperire hominẽ ingenioſum qui iracundus nõ ſit.

Gnoy niem tylko uſi woźić. Dognoiu śie tedno zgodźi.
Vide Stáre pomiérźáia. *vbi multa huic loco in proprio ſenſu accepta conueniunt, licet iſtic tralatitio vel allegorico aut paræmiaco accipienda ſint.*

Gnuśny. Założył ręce. W zanadra ręce włożył.
Manum ſub pallio habet. *Quintilian. de oratoribus languidis.*
τὴν χεῖρα ὑπὸ τριβωνίου ἔχει. *Ex Æſchine. qui de feruentibus oratoribus oppoſitũ dixit:* τὴν χεῖρα ἔξω ἔχων λέγει. Manum extra (*pallium*) *habens dicit.*
Lepores mœnibus eius indormiunt. *Dictum Lyſandri ducis Spartanorum Corinthum obſidentis, qui conſpecto lepore foſſam tranſiliente, ait ſuis:* Non erubeſcitis eos hoſtes formidare, ad quorum mœnia lepores otioſè dormiunt. *Rhodigin. ex Plutarcho.*

Godność cnocie nie wrodźie ma być dana.
Dignitatibus homines (*probos, dignos*) dandos, non hominibus (*qualibuscunq;*) dignitates, cenſuit *Æneas Syluius.*
ἀνὴρ δὲχὴ ἄνδρα κοσμεῖ, ἀτὰρ δὲχὴν ἀνήρ. *A.* Ornare debet vir locũ, haud locus virũ. *Sic Cic.* Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt.
Pauo non eſt electus rex ab auibus licet forma maximè conſpicuus, eò quòd contra aquilam, ſi vſus ferret, pugnare non poſſet. Apologus.

Godność niegodnemu dana. Godności niegodzien.
Struma dibapho tecta eſt. *Ex Cic.* *Vide* Wade pokryć.
βῶς ἐν πόλει. Bos in ciuitate. *Cum immeritus vel indignus ad honores euehitur. Lyſias. Athenis bouis imaginẽ æreã in arce fixit, hinc dictũ ortũ. na bonis locus in agris vel capis eſt.*
Vidi malum ſub ſole &c. poſitum ſtultum in dignitate ſublimi. *Eccleſiaſtic. 10.*
Loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas. *P. Syrus.*
Mulio Conſul. *Dictum de Ventidio Baſſo, qui ex mulione vectore Eques, Tribunus Plebis, Prætor, Pontifex, Conſul, triumpho etiam illuſtris factus, ſummam ſibi inuidiam & odium apud omnes conciliarat adeò, vt publicè in eum iactarentur hi verſus.*
Concurrite omnes augures, aruſpices,

Portentum

Portentum inusitatum conflatum est recens,
Nam mulos qui fricabat Consul factus est. *Similis est apud Claudianum Eutropius* Eunuchus Consul. *quod Poëta vehementer indignum esse ait. Adde ex Suida.* Sit Eunuchus modò, cætera vel canis. *sub* Vrzedy zcześćie rozdáié.
ἀνιῶσι τὸ φρόνημα ἐλευθέρων οἱ παρ' ἀξίαν εὐ πράττοντες. *Vlpian. Rhetor.* Contristant (*discruciant*) animos ingenuorum ij, quibus præter eorum dignitatem res prosperè cedunt. τραγικὸς πίθηκος. *Philostrat.* Tragica simia. *Hieronym.* ὄνος ἄγων μυστήρια. *Aristophan.* Asinus portans mysteria seu sacra, *vel res ad sacrificium necessarias. In eos qui rebus secundis vel honorificis vtuntur, quibus indigni sunt. Suidas.* A remo ad tribunal. V. Vroſt pretko.

Ornamentum in luto, dignitas indigno. *Saluianus.*
Apud Suetonium in Senatores ex peregrinis à Iulio factos scomma tale iactabatur. Gallos Cæsar in triumpho ducit; ijdem in Curia braccas (*vilem suum vestitum*) deposuerunt, latum-clauum (*veste purpuream senatoriã aureis clauis sparsam*) sumpserunt.
ἀξία ἡ κύων θρόνου. *Diogenian.* Digna catella solio .ſ. *iudicatur. Apud feminas delicatas Melitæa catellæ erant in pretio & deliciis, vt & nunc sunt.*
κυναρίῳ τελευτήσαντι μνημεῖον ποιῆσαι, καὶ ἐπιθεῖναι ἐπιγράψαι, κλαῦδ' μελιταῖε; *Theophrastus charactere 21.* Catello mortuo sepulchrum excitare & cippo inscribere: Catellus Melitensis.
γαλῆ κροκωτόν. *Suidas.* Feli crocotam .ſ. *das. vestem muliebrem splendidam crocei coloris.* Pulex in aurea catena. *quam περιεργίαν quidã aurifex excogitauit & fabre fecit Mephidi. Leonius de rebus Africis.*

Affine, Vić przyſtoi mu to. Szláchćic nowy/ wlaz.

Godność odmienia kaidego/ ale nie czyſto w lépſzego.

Vulgare dictũ est. Honores mutant mores sed rarò in meliores. *quod sic reddes si voles, Græcè* ——— παῦρος ἀνὴρ θεοῦ τρόπους ἀλλάττει ἀξίαι, μάναξις εἰς βελτίους. Homo priuatus nisi magna sapientia præditus, vix sese regionibus officij, magnis in fortunis & copiis continet. *Cic.* ὁ ἰδίᾳ πονηρός, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός. *Æschines.* Priuatim malus, nunquam publicè erit bonus.
πίθηκος ὁ πίθηκος, κἂν χρύσεα ἔλκῃ συμβολα. *Lucian.* Simia est simia, etiamsi aurea gestet insignia. *Simiæ saltare ex arte edoctæ & purpura indutæ saltare iussæ, exactè id agebant: sed nucibus in medium coniectis, omisso saltu ad eas prosilierunt, & circa eas pugnantes, purpuras lacerarunt. apud eundem Lucianum.* Hinc illud alterum dictum. πίθηκος ἐν πορφύρᾳ. Simia in purpura .ſ. *non amittit mores suos.* Insolentia dominatus effert animos & incredibili armat audacia. *Cicero.*

Godność przy vboſtwie/ nie ma poważenia.

Nić ſnádno być ná godności/ gdy kto nie wielkie ma włości.

οὐκ ἔστιν ἀξιωματικὸς ἄρχων πένης. *A.* Auctoritatem nullam habet princeps inops. Grauissimum est, cùm superior factus sis Ordine, inferiorem esse fortunâ. *Cicer.*

Ideò Ro-

Ideò Romæ Senator esse non potuit qui in censu non haberet 800000. nummùm, .i. viginti millia coronatorum, ante Augustum, qui eundem auxit ad duodecies sestertiùm, triplo maiore summa, vt docet Suetoni. & Iuuenal. Quare & Tiberius mouit Senatu quosdam, qui profusione & luxu censum diminuerant. Sub Claudio item aliqui tenuiores hoc honore & gradu sponte cesserunt Tacito teste. Equestris autem census erat quadringenta millia sestertiùm. Horat. Iuuenal. Martial. .i. decem millia coronatorum vel Philippæorum. Carthaginenses Aristotele teste, non optimos tantùm sed & ditissimos magistratibus admouebant, quòd putarent impossibile pauperem rectè & sincerè magistratum administrare posse.

Godność wynurzy / co śie w kiem burzy.

ἀρχὴ τ̃ ἄνδρα δείκνυσιν. *Bias. Pittacus.* Magistratus virum demonstrat.
ἐξουσία ἡ ἀρχὴ, πᾶν πάθος κινεῖ, κ̀ πᾶσαν ἀποκαλύπτει κακίαν. *Plutarch.* Potestas & magistratus, omnem affectum mouet, & omnem reuelat malitiam. *Epaminundas Thebanus vile munus publicitùs sibi assignatum, non aspernatus est dicens:* ἀ μόνον ἡ ἀρχὴ τ̃ ἄνδρα δείκνυσιν, (*vel aptiùs*, κοσμεῖ) ἀλλὰ κ̀ ἀρχὴν ἀνήρ. Non solum magistratus virum ostendit (*vel ornat*) sed & magistratum vir .s. *viliorem, commendat, dum in eo prudenter & diligenter se gerit.*
Insolentia dominatus effert animos & incredibili armat audacia. *Cicer.*

Godność (vrzad) zalecenie małe / á cnotá cáłe.

ἀξί' ἐλάχιστος αἶνος ἀρετὴ φέρεται. *A.* Honor est nimis laus parua, virtus maxima.
Honores cõdecorent probi mores. τὼ ἀξίαν καλοῖσι κόσμησον τρόποις. *A.* Ergo vt
Miremur te, non tua, primum aliquid da.
Quod possim titulis incidere præter honores. *Iuuenal.*

Godności cnotą nie faworami / dostawáć trzebá / ani ßtukámi.

Virtute ambire oportet non fautoribus. *Plautus.*
πρὸς ἀξίαν ἀρετὴ δόσοδοκὴ ἀξία. *A.* Virtus ad honores optima commendatio.

Godności zábiegánie / motylow łápánie.

Dignitatum captatio, papilionum venatio. *S. Anselmus, qui istam similitudinem fusiùs declarat. reddo id Senario Græco.* Ἀρχοδοκιδῶν θήρευσις ἡ Φιλοψυχία. *A.*

Godności z vrzędámi / idą zá fámiliámi / częśto nie zá perſonámi / nie zá dowćipámi.

Fato Metelli Romæ fiunt Consules, *Nævius hoc versu perstrinxit familiam Metellorum, ex qua plurimi Consules, licet minùs digni, tanquam à fortuna creabantur. Ausonius.*
πότμῳ Μετέλλοι Ῥώμη δοσοδέκνυσιν ὕπατους. *A.* *Sic Cic. carpit* Pisonem *dicens illum non ob suam virtutem sed ob maiorum merita factum Consulem.*

Golotá. Jáko go widźiß / ták go piß. Niema gdźié koniá rozśiodłáć. Niema gdźieby ſtopę położyć. Niema iédno duße.

Pedem vbi ponat in suo non habet. *Cic.* Ne tempestas quidem vlla nocere ei potest. *Idem iocatur.* Omnia tibi præter animam tradidit. *Idem.* Ne monu-

menti quidem cauſa quicquam ſibi reſeruauit. *Idem.*

Sic Æſchines de Timarchide. Ne gleba quidem agri ad ſepulturæ locum illi relicta. μηδὲ πάσσαλος αὐτῷ περιελείφθη. *Ex Luciano.* Ne paxillus quidem illi relictus eſt. *Simile quid eſt. 1. Eſdræ 9.* Vt daretur nobis paxillus in loco ſancto eius .i. *aliquis locus habitationis in terra ſancta & Hieruſalem. Captiui Iudæi orabant Deum.*

E patrimonio tanquam è naufragio nudus eiectus. *Cic.*

γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός. Nudus tanquam ex matre .ſ. *cùm natus erat.*

πατάλῳ γυμνότερος. Paxillo nudior.

ἀγρίππου ἀκαρπότερος. *Suidas.* Agrippo ſterilior .i. oleaſtro. *de valde inopibus.*

Cui homini hodie peculi nummus non eſt plumbeus. *Plaut.*

Nihil ei domi deliquum (.i. *reliquum*) eſt. *Idem.* Minus quàm nihil habet. *Idem.*

Quis credit ei qui non habet nidum? *Eccleſiaſtici c. 36.*

Cui neque iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes vllus.
Cum bulga cœnat, dormit, lauat. omnis in vna
Spes homini bulga, hac deuincta eſt cætera vita. *Lucil.*

Nec habet quem porrigat ore trientem. *Iuuenal* .i. *nec nummum Charonti pro traiectu naulum dandum habet. Danace is dicebatur.*

οὐδὲ γὰρ δύμαξα τῷ δειπότῃ ἧς τοι ἐνεῦδεν. *Theocrit.*

Nec pellis eſt hero cui indormiat. *more priſco.* δύμαξα eſt δέρμα, *pellis. Scholiaſtes ait; non verò nomen proprium viri, vt aliqui volunt.*

οὐχ ἅλις ὄξυς ἔχει. *Theocrit.* Ne aceti quidem ſatis habet.

ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφιάσθαι. *Suidas.* Omnem ſubſtantiam indutus eſt. Hoc quod induta ſum ſummæ opes. *Naufraga femina apud Plautum dicit.*

οὐδ' ἐν δέρματι. *Suidas.* Ne pellem quidem indutus eſt, vel habet.

Quo nudior. *ſeu* ὧν ἅπας γέγονεν. *Nicias.* Ouum totus factus eſt .i. *nudus.*

γυμνότερος *vel* κενώτερος τῆς λεκηθίδος. *Athenæ.* Nudior vel inanior lebride.

Ὑπέρα γυμνότερος. Piſtillo nudior. Iro & Codro pauperior. *ex Ouidio.*

πτωχότερος κίγκλου. *Menander.* Pauperior cinclo: *auis hæc in alieno nido oua ſua ponit.*

Ναυσικλείδου ἐρημία, μήτ' ἔαρ μήτε φίλους ἔχει. Nauſiclidis ſolitudo nec ver nec amicos habet. εἰς ἐνοίκους τελεῖ. Inter inquilinos cenſetur.

Zonam perdidit. *Horat. à militari more in zona ferendi pecuniam. Porphirion. ex Plauto. Lucillio Lampridi.* οὐδὲ ὀβολὸν ἔχει ὥστε πρίασθαι βρόχον. *Lucian.*

Ne obolum habet qui reſtim emat. Omni præſidio nudatus.

γύμνος ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ' ἔχεν ἔγχος. *Homer.*

Et clypeo ſimul & galea nudatus & haſta.

Goraco cis ťapano. Skoryś názbyt. Przed czáſem chcéß.

Vide ne nimiũ calidũ hoc ſit modò. *Terent. al.* callidũ. Subitũ eſt nimis. *Plaut.*

θερμὴν πρὸς ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. *Sophoc.* In frigidis calidũ cor habes .ſ. *negotiũ.*

θερμότερον ἅπτεσθαι διακονίας. *Plutarch.* Feruidiùs aggredi miniſterium.

οὐ γὰρ ἐπὶ πυρὸς βέβηκας. Non ingreſſus es in ignem. Non calcas ignem.
μὴ σπεῦδ' οὐ γάρ τι πυρὶ θάλπεαι. *Theocrit.* Ne propera nondũ ignem calcas, *vel ex Horatio*: Non incedis per ignem ſuppoſitum cineri doloſo.
ἄθυτα ἱερὰ κατεσθίειν θέλεις. *Athenæ.* Non ſacrificata deuorare vis.
ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα ἐσθίειν. *Theocrit.*
Ab ollis non ſacrificata rapientem vorare.
ἁρπάζειν ἀπὸ τῆς τηγάνου, *vel* ἀποτηγανίζειν. *Athenæ.* Rapere ex ſartagine.
ἁφαρπάζειν ἐβελίσκου. *Archeſtrat.* Rapere à veru. *Et apud Terentium* E flamma cibum petere. *vt faciebat Vitellius Imp. Suetonio teſte.*
Etiam Cicer. vituperat aſotos de patella rapientes. (corias.
πρὶν ἐσφάχθαι θύρεις. *ex Homero.* Prius quàm mactaris vel iugulatum ſit, exπρὶν ὀπῆσαι τὰ ἄλφιτα ſ. ἐμπάσσῃς. *Euſtathi.* Priuſquã aſſaueris farinã inſpergis.
ἐν τῷ θερμολέῳ λουτρῷ ἔλουσας. *Ex Ariſtop.* In Herculanis balneis lotus es. *nẽpè calidiſſimis.*
αἴξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώμασι πάιζει. *Zenodot.* (mis.
Capra nondum peperit, hædus autem in tectis ludit.

Gore mu wſyſtko w reku. i Rzemieſnik robotnik dobry, pilny.

Poteſt huc trahi illud ex Nazianzeno. ὥσπερ τὸ πῦρ ἐν ἀκάνθαις ἀναλίσκει ἅπαντα. Sicut ignis in ſpinis conſumit omnia. *Locutus eſt ille de diſputatore acerrimo Baſilio. quod facilè transferas ad artifices & operas ſtrenuè laborantes. Simile quid apud Plutarch.* ὥσπερ πῦρ ἐν ἀχύροις ἢ θερίοις λαγώοις.
Sicut ignis in paleas vel pilos leporis .ſ. *incidens, mox eos abſumit. Affine,* Prácowity.

Gorzey abo ciężey potym będzie.

ἐχῖνος τόκον ἀναβάλλει. *Suidas.* Echinus partum differt. *Et ſic ſibi cruciatum auget, aſperioribus & durioribus pilis in fœtu tempore factis.*
Verſuram facis. Verſurâ diſſoluis. *Cicer. Budæ.* Verſura ſolues. *Terent .i. pœnas debitas lues cum fœnore, inſtar eorum qui vt vnum debitum ſoluant, pecuniam mutuam apud alium creditorem maiori fœnore accipiunt. Budæus.*
Verſuram facere. *Feſto, eſt vertere creditorem.* Verſuram ſoluere & vſura vel vſuram ſoluere. *Idem ICtis.* οἱ δανιζόμενοι, ῥᾳδίως μὲν ὑπὸ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον δὲ τ τὰ δεκάτων ἀφίεντες. *Demoſthen.* Ære alieno preſſi, facilè magnis vſuris ad breue tempus diteſcunt, paulò pòſt etiam principali ſumma excidunt. *Plura in hanc ſententiã habes infrà ſub* Odwłoká częſto gkodliwa.

Gorzko ale zdrowo. Lekárſtwo gorzkie, zdrowe.

Amara hauſtu ad ſalutem valent. *Symmachus.*
Nulla remedia tam faciunt dolorem quàm quæ ſunt ſalutaria. *Cicer.*
πικρὰν χολὴν τὰ πικρὰ κλύζει φάρμακα, *Ex Sophocle.*
Purgant amaram amara bilem pharmaca.
Pecora Pontica abſinthij pabulo pulchriora & pinguiora redduntur. *Plin.*

Muſtela cum ſerpente pugnatura, rutam ſerpentibus noxiam vorat, & ſecura cum eo congreditur. Ælian. τραχεῖα ἀλλ' ἀγαθή. *Homer. de Ithaca.* Aſpera ſed ſalubris. *Mel alioquin vtile & dulce, exulcerata mordet & purgat; ſic admonitio amici. & Plutarc.*

Gość brzuchopás. Gość bez rozmowy (nierozmowny) zá bezkę ſtoi.
Gość z brzuchem tylko z zębámi/ godzien śiedzieć teſt z oſłami.

τῇ γαστρὶ σύνδειπνος ἀ τῇ ψυχῇ. *Plutarch.* Ventre conuiua non animo. *qui ad conuiuium venit, non ob amicitiam conciliandam, aut firmandam, nec ad colloquendum, docendum, diſcendum aliquid, ſed ad ventrem tantùm implendum.*

Tales conuiuas *Rhodigin. aptè literas Mutas inter Vocales appellat.*

τὰ ἄφωνα γράμματα ἐν μέσῳ φωνήεντων. *Plutarch. quæ per ſe ſonum aut ſyllabam non faciunt, cùm alijs tamen nempè cùm vocalibus coniuncta aliquid ſermoni addunt. Item* Ventri concœnes. & ἀγγεῖα *ex Plutarcho .i. vaſa qui ad conuiuia veniunt tantùm vt impleantur.* σιωπῶντας ἐμπίμπλασθαι μετ' ἀλλήλων χρεμιδῆ συῶδες ἐσι. *Idem.* Silentes repleri cum alijs ſuillum nimis eſt.

Tales item rectè vocabuntur, Conuiuæ non conuiuæ.

Item αὐτολεκύθους καὶ τραπέζιος, καὶ μὴ τοὺς κὴ χεῖρας ὕδωρ ἀνιεμένους. *hoſce vocare potes. ex Plutarcho .i.* Autolecythos & menſales & qui poſt aquam manibus datā audiuntur .ſ. aſſentantes. *Item quibus.* τὸν κὴ χεῖρας ὕδωρ ἡδιςον. *iuxta Philoxenum .i. ſuauiſſima aqua quæ manibus infunditur. V.* Rozmową vćiębna przy ſtole.

Gość ześty i długi/ rychło śie sprzykrzy.
Gość i rybá trzećiego dniá precz/ nic wart/ cuchnie.

Piſcis nequam niſi recens. *Plaut. de hoſpite amatore loquitur.*

Hoſpes nullus tam in amici hoſpitium diuorti poteſt.
Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odioſus fiet.
Verùm vbi dies decem continuos immorabitur;
Tametſi dominus non inuitus patitur, ſerui murmurant. *Idem Plaut.*

ἀναπεμπτὸς ἰχθύς. *Plutarch.* Repoſitus piſcis .ſ. *contemnitur.*

Quo peruenêre deliciæ! js pro putrido iam piſcis affertur, qui non hodie eductus, hodie occiſus eſt. *Seneca. Hinc illud vulgare Anonymi Rhythmici.*

Poſt tres ſæpè dies vileſcit piſcis & hoſpes,
Ni ſale conditus ſit vel ſpecialis amicus. *Simile illud alterum.*

Amice ſi venies bis aut ter, accipiā te libenter. Si verò quater, pudeat te bone frater *Vel verſu rhythmico.* Accipere libenter, vbi venies bis aút ter:
Quodſi verò quater, pudeat te oro bone frater. *(tur.*

Catonis iunioris filius apud regulū quendā diutiùs diuerſabatur, vnde in eū ſcomma iactabatur ἔφυγεν κάτων ἐαδίζων μὴ τετάρτην ἡμέραν. Cras Cato diſcedet poſt triginta dies. *Plut. quia ſemper cras diſceſſurum ſe aiebat, & tamen tam diu hærebat. Simile eſt illud Salomonis Prouerb. c. 25.* Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando ſatiatus, oderit te. *Vel vt* LXX. *rarò infer pedem. &c. ne quando ſatur tui, &c.*

Heſiodus

Hesiodus de mendicante exotio sic ait: ζητεῖς βίοτον κὴ γείτονας, οἱ δ' ἀμελῶσιν,
δὶς μὲν γὰρ τρὶς τάχα τεύξεαι, ἢν δ' ἔπι λύπης,
χρῆμα μὲν οὐ πρήξεις, &c. Quæres victum per vicinos, hi verò te negligent. Bis quidem & ter forte aliquid consequeris, si autem ampliùs molestus fueris, Rem non facies. *Gallorum dictum est illud apud Garnerum.*

Hospitis, mulieris, pluuiæ, post triduum satias est.

Gość ktory nic nié przyniésié; niech śie przéśpi w polu/ w leśié.

Ipse licet venias Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras. *Ouidius.*
Portitorum similimæ sunt ianuæ lenoniæ,
Si affers, tum patent: si non est, quod des, tum non patent. *Plautus.*
Triuialis rhythmus. Ferto aliquid tecum, si vis discumbere mecum.
Σὺν χενεοῖς ἐλθὼν χερσὶν χενεοῖς δ' ἀπέτω. *A.* Venisti vacuis manibus, vacuis quoque abito. *Affine,* **Gość nié z proźnemi rękomá.**

Gość na bankiet nieproßony/ nié bárzo bywa vczczony.

Non inuitatus, minimè est hospes mihi gratus. *Anonym. Rhythmic.*
εἰς ἄκλητος ξένος ἄκλητος εἰς δεῖπνον ἐπελθών. *A.*
ἄκλητος ἐπεισπάδιος εἰς τὰ συμπόσια Μυκωνίων δίκην. *Athenæus.*
Inuocatus irruens in conuiuia Myconiorum more, *qui hoc nomine malè audiebant, quòd ob tenuitatem alienas cœnas captarent. Nec apud nos huiusmodi desunt.*
ἄκλητοι δειλοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν
Non vocati mali bonorum conuiuia adeunt. *Vel.*
Viles se inuitant ipsi ad conuiuia honesta.
καλῶ ὁ Χαιρεφῶντα κἂν γὰρ μὴ καλῶ. *Athenæ.*
Voco Chærephontem (*i. vltrò ipse tanquam vocatus venit*) non vocauerim licet.
ἄκλητος μῦα δειπνεῖν φιλεῖ. *Athenæ.* Inuocata musca cœnare amat .*f. parasitus.*
Musca, Canis, Mimus, venit ad conuiuia primus,
Non inuitati, hi veniunt prandere parati. *Anonym. Rhythmic.*
Musca gloriabatur apud formicam se in templis & aulis regum versari & gustare omnia, &c. cui formica sic respondit: Est gloriosus sanè conuictus deûm
Sed illi qui inuitatur, non qui inuisus est. *Phædrus.*
Similis apologus est apud Nazianzenum de Hirundine, quæ ob conuictum humanum præferebat se Cygno solitario, cùm tamen ingrata sit hominibus ob strepitum ingratum, ob nidum sordidum, & feritatem, cùm non cicuretur, nec vllum commodum afferat hominibus.
μή μοι βαιὼν κακὸς ἰχθύς. *Athenæ.* Ne mihi bæon nequam piscis .*f.* obtingat. *In hospitem ingratum dici ait Erasmus.*

Gość nié z proźnemi rękomá/ naydzie v mnie wßystko doma.

ξένος ἔλθοι ὅστις ἀνήρ. *Zenodot.* Veniat hospes quicunque proderit.
δώτῃ μὲν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' ὅτις ἔδωκεν. *Hesiodus.*
Danti aliquis dedit, at non danti non dedit vllus. Cœnabi-

Cœnabis benè mi Fabulle apud me Si tecum attuleris bonam atque magnam Cœnam, *&c. Catullus.*

Gości zaprośiwſzy/ ſam śie częſtuię.

Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς ὀψανεῖ κρέας. *Plutarch.*

Delphis ſacrificans ipſe carnes deuorat.

Dictum in eos qui vocatis conuiuis ipſi quàm plurima vel optima abſumunt. Nam Delphis qui immolabat victimam, ipſemet ea veſcebatur. Item in eos qui beneficio quod aliis dediſſe ſe aiunt, ipſi fruuntur. Sic Eraſm. aliter hoc Iunius interpretatur .ſ. Omenta ponens ipſe carnes deuorat. *nam* δελφὸς *idem quod* δελφὺς *in ſuibus inquit, eſt vulua. Inteſtina etiam idem reddit. ſed idem eſt ſenſus.*

Vide Lepſze Goſpodarzowi/ & Bytoną co pátrzyć.

Gościá kiedy wiec maſz w domu: nię czyńć przy niem gomonu.

Hoſpite accepto domeſticas moleſtias diſſimula, nec turbas cie. *vt fecit Nœuia Martial. l. 3. epigr. 13. & Rufus ibidem ep. 94. Sed potiùs gere te, vt Periplectomenes amœniſſimo ingenio & lepidiſſimis moribus hoſpes in Milite Plauti, qui inter alia huic loco apta hæc de ſe dicit:* Vel cauillator facetus vel conuiua commodus
Item ero; neque ego oblocutor ſum alteri in conuiuio,
Incommoditate abſtinere me apud conuiuas commodè
Commemini, & meæ orationis iuſtam partem perſequi,
Et meam partem itidem tacere, cùm aliena oratio eſt. *&c.*
Neque ego ad menſam publicas res clamo, neque leges crepo.
Neque præripio pulpamentum, neque præuorto poculum,
Neque per vinum vnquam ex me oritur diſſidium conuiuio.
Si quis ibi odioſus eſt, abeo domum, ſermonem ſegrego, *&c.*

αἰδεῖο ξείνων κεχρημένον ἠδὲ δόμοιο. *Homerus.*

Reuerenter habe indigentem hoſpitali munere (*elèémoſyna*) & tecto.

Gościá lepiey nię przyymować / niż go tudzież wyſforować.

Turpiùs eijcitur quàm non admittitur hoſpes. *Ouidi.*

ἄιδιον ἐκβάλλειν φίλον (*vel* ξένον) ἢ μὴ ξενοδοκῆσαι. *A.*

αἰσχρὸν τὸν ξένον τῇ προθύρῳ λέγειν, καὶ ψευδοθύρῳ ἐκβάλλειν. *Ex Plutarchi dicto inuerſo.* Turpe eſt hoſpitem veſtibulo admittere & poſtico eijcere.

μηδένα τῶν δ' ἄεκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῖν,
μηδὲ θύραζε κέλευ' ἰὼν ἐθέλοντ' ἰέναι. *Theognis.*

Nullum inuitum (*conuitam*) manere cogas apud nos, Neq; foras iube nolentẽ ire.

Gościńca śie trzymay. Za przodkami idź. Poſpolitey drogi śie nię puſzczay.

ἐπὶς λεωφόρε μὴ βαδίζειν. *Pythagoras.* Extra publicam viam ne deflectas. *Nam vt ait Horat.* Interdum & vulgus rectum videt. eſt vbi peccet.

Nemo ire quenquam publica prohibet via. *Plaut.*

χρὴ τὴν ὁδὸν συνηθεστάτην θαρραλεωτάτην εἶναι. *Lucian.* Opus eſt viam vſitatiſſimam & tritiſſimam, tutiſſimam eſſe. *Apud eundem Philoſophus quidam eadem orbita trahebat & retrahebat currum, nihil deerrans & veſtigium vnum tantùm ſemper relinquens.* *Vide* Zgadzay ſię z ludźmi. & Mowá poſpolita.

Gościnny człowiek. Chlebodawcá wielki. Mieć zátuić nikomu chlebá. Rad gościowi. Gościnność wielkie zálecenie.

Homo eſt qui facilè ſcindat penulam .ſ. *hoſpitis, eum retinendo. vel* Multis ſcidit penulam .ſ. *domo ſua abire volentibus. ex Cicer.*

Domus eius cunctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit. *Cic.*

ἀεί τις ἐν Κύδωνος .ſ. οἴκῳ. *Suidas.* Semper aliquis eſt (*hoſpes*) in Cydonis domo. *Corinthius is erat ciuis hoſpitalitate celebris. Similis illi* Cimon Athenienſis. *qui domum ſuam voluit eſſe* πρυτανεῖον κοινόν. Prytaneum publicum *ſemper patens omnes aduenientes lautè excipiens. Plutarch.* ἀδέσποτ' ἴσχει ἡ θύρα. *Eupolis.* Nequaquā arcet oſtium .ſ. *quenquā, domum eius patentem, intrare volentē. Apud Ariſtophanē eſt idem Senario prolatum.*

οὐδ' ὃ ξενίζειν ἀδέσποτ' ἴσχ' ἡ θύρα.

Nullum hoſpitem ſecluſit iſta ianua.

Talis in Plauti Milite Periplectomenes qui ſic loquitur.

Deûm virtute vt tranſeuntem hoſpitio accipiam, eſt apud me comitas,
Es, bibe, animo obſequere mecum atque onera te hilaritudine;
Liberæ ſunt ædes, liber ſum, ego me vti volo liberè.

In bono hoſpite atq; amico quæſtus eſt quod ſumitur .i. *inſumitur. Ibidem de eodem dicit quidam.* Huic homini dignum eſt diuitias eſſe & diu vitam dari.

Qui & rem ſeruat, & qui bene habet, ſuiſq; amicis vult benè.

τὴν θύραν ἔχει τετριμμένην ὥσπερ αἱ τῶν ποιμνῶν. *Diogenianus.* Fores habet tritas ceu paſtorum ſunt caſæ, .ſ. *hoſpitum perpetuo aduentantium pedibus. & quanquam Diogenian. ironicῶς & oppoſito ſenſu, de quodam parco loquens, accepit; id tamen nil obeſt.* αἱ τῶν βασιλέων θύραι ἀνεῳγμέναι. *Dion de Veſpaſiano.* Ianuæ regum apertæ. *De eodem Philoſtratus:* ἀκλειστους θύρας πᾶσιν παρέχει. Patentes fores cunctis exhibet. *vel* Apertis ianuis uiuit. *Lucalli item domus Plutarchi auctore dicebatur* ἑστίαν ἐ πρυτανεῖον ἑλληνικὸν .i. conuiuium & prytaneum Græcorum. *nam praterquam quod conuiuia ſplendida exhibebat, bibliothecam eximiis libris inſtructam habuit omnibus legere volentibus patentem, adiunctis ambulacris & ſcholis, ſic vt* τῶν μουσῶν τι καταγώγιον .i. Muſarum hoſpitium quoddam *diceretur.*

ξένοις ἐπαρκῶν τῶν ἴσον τόδ' ἕξῃ πόλει. Hoſpitibus ſufficiens, ſuppeditans, paria ipſe conſequetur. *al.* Haud vnquam egebit qui peregrinos fouet.

ξένους ξένιζε καὶ σὺ γὰρ ξένος γ' ἔσῃ.

Foue hoſpites fors hoſpes ipſe futurus es.

αὐτὸς ἐμοὶ κὴ ξεῖνος ἀεὶ φίλος, ὃ γὰρ ἐρύκων.

τίς, πόθεν, ἢ τίνων; ἔστι φιλοξενίης. *Sophronius in Xenodochia.*

Ciuis

Ciuis & hoſpes mihi ſemper carus, non enim, interrogare
Quis, vnde, & quorum? eſt amatoris hoſpitum.
καλὸν ξενίζειν ταχέως λιπαροῖσι τραπέζαις. *Phocylid.*
Pulchrum eſt accipere ſtatim hoſpitem etiam tenui menſa.
Illic homo homines non alit, ſed educat recreatq;. *Plaut. de liberali hoſpite.*

Domui ſuæ inſcripſit: Porta patens eſto, nulli claudaris honeſto.
Verſiculum hunc explicui ſuprà ſub Dla máley rzéczy. *Sic apud Senecam, inſcribebatur ianuis hortulorum*: Hoſpes hic benè habebis.

Gośćiu zéſtuy śie: lécz chlebá/ omiiać też nié potrzéba/ *vel*, przy zwiérzynié kráiáć trzébá.

In hoſpites cuppes qui vulgaribus omiſſis ad lautiora & delicatiora manus mox porrigunt, quod inurbanum apud honeſtos conuiuas habetur.

Diues & ex omni poſita eſt inſtructa macello
Cœna tibi, ſed te mattya ſola iuuant. *Martial.*
ξεῖνε φάγων παλάλας, ἄρξις ἅμα μήτε παρέχειν. *A.*
Hoſpes edens ſuaues epulas adiungito (ne temnito) panem.

Sic apud Athenæum Socrates perſtringit quendam conuiuam, qui panem vt opſonium (*i. parcè*) opſonia vt panem (*i. affatim*) edebat. *Alludit item Martialis*

Non opus eſt nobis nimium lectore guloſo,
Hunc volo qui fiat non ſine pane ſatur.

Gośćiu oſtátni pocżynay iéść/ á pierwſzy záś przéſtaway.

Supra menſam magnam &c. ne extendas manum tuam prior &c. ceſſa prior diſciplinæ cauſa &c. Et ſi in medio multorum ſediſti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poſcas bibere. *Eccleſiaſtici 31.*

δυσκολον εἶναι ἀλλότρια δειπνοῦντα δεῖ.
Modeſtū (bene compoſitū) eſſe oportet eum qui alienā cœnā cœnat. *Vel.*
Aliena qui cœnat, modeſtus ſit opus eſt.

Gośćiu w gospodárſtie rzéczy nié wdáy śie/ ſwe mtey ná piéczy.

Peregrini & incolæ eſt officium, nihil præter ſuum negotium agere. *Cicer.*
ξεν' ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.
Sat ages bene hoſpes, non tuum ſi nil ages.
ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν. Vel maximè decet hoſpitem modeſtia.
ξένον δὲ σιγᾶν κρεῖσσον ἢ κεκραγέναι. Tacere quàm clamare præſtat hoſpitem.
Venti moleſti qui reuellunt pallia. *Ex Ariſtone.*
In aliena domo mutus & ſurdus eſto. *Capitolinus.* V. Dwornośćiudźiom przy(ſłu(ſznie.

Goſpodarz dobry wiéle przédáié/ máło kupuié.

Patremfamilias vendacem non emacem eſſe oportet. *Varro. Nam prædium benè curatum, multa vendenda ſuggerit; multa autem emens & prædium ipſum exhaurit.*

Rectè Martialis caſtigat Caſtorem emacem, dicens:

Omnia

Omnia Caſtor emit, ſic fiet vt omnia vendas.
πάμπολ' ἀγοράζων πάντα πιπράσκειν φιλεῖ. *A.*
Qui multa emit, pòſt omnia ſolet vendere.

Nequam agricola eſt, qui emit, quod præſtare ei fundus poſſet. *Ex oraculis priſcorum agricolarum apud Plinium.*

Goſpodarz każdy w ſwem domu pan.
Goſpodarzá w iégo domu / ſtuchać nié wádźi nikomu.

Domi ſuæ quilibet rex. *Ex Homero qui ait:*
αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄνακτ' ἔσομ' ἠμὲν ἔοιο. Ego vero rex ero in domo mea. *Eodem ſenſu dixit Cic. Craſſo.* Niſi in tuo regno eſſemus &c. .i. *niſi in tuo prædio Tuſculano eſſemus. Et Virg.* Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas .i. *poſt aliquot meſſes vel annos mirabor meam caſam & agellum. aliter alij id intelligunt.*
Cùm Cimon dux Athenienſium exercitum ſuum duceret per Corinthiorum fines, Lachartus Corinthius conqueſtus eſt de eo dicens: καὶ γὰ θύρας κόψαντες ἀλλοτρίας, οὐκ ἐπιτρέπει πρότερον ἢ τὸν κύριον κελεῦσαι. Siquidem ij qui fores pulſant alienas, non priùs ingrediuntur, quàm dominus iuſſerit. *Plutarch.*

Tu tibi liber homo & regis conuiua videris. *Iuuenal. Nam etiam is qui conuiuio præeſt, rex conuiuij à Tacito Sidonio Martiali &c. vocatur. Dictator & Strategus à Plauto. Cœnæ pater, Parochus. ab Horat. Peculiariter autem conuiuator diues qui ad conuiuium inuitat gratis tenuiores, rex dicitur apud Plaut. Terent. Mart. Rexq; paterq;. Horat. Senſus ergo Iuuenalis verſus eſt: Tu aſſecla menſarum te liberum eſſe putas, conuiuator verò ſeu rex, te agnoſcit ſeruum gulæ & attractum nidore ſuæ culinæ, eiq; aſſentari. Plutarch. 1 Symphoſiaco docet qualis eſſe debeat Modiperator conuiuij & quo modo conuiuas iucundè tractare debeat.*

Goſpodá/ goſpodarzá/ ochotá záwſżé/ á ogień zimié zdobi/ záleca.

Focus luculentus in ædibus, primum domus ornamentum. *Ex Homero qui ſic:*
ὡς νῦ μοι πρώτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω.
Inprimis iamiam mihi fiat in ædibus ignis.
αἰθομένῳ δὲ πυρὶ λιπαρώτερος οἶκος ἔοικε. *Idem Homer.*
Scilicet accenſo domus eſt ornatior igni.
τῶν ἡδυσμάτων ἄριστόν ἐστι τὸ πῦρ. *Prodicus.* Condimentum optimum eſt ignis.
Bellariorum eſt ignis omnium optimum. *Rhodigin. ex Eueno.*

Diſſolue frigus, ligna ſuper foco Largè reponens atque benignius
Deprome quadrimũ &c. merum dyota. *Horat.* Málewayże piwá/ winá/ á drew do dominá. Non domo dominus, ſed domino domus ornanda eſt. *Cic.*

Talis conuiuator eſt Periplectomenes Plauti, qui hoſpitibus ſuis hilarem ſe exhibens inter alia dicit: Vel hilariſſimum conuiuam expromam tibi vel primarium paraſitum atque obſonatorem optimum. Tum ad ſaltandum nemo magis aptus eſt quàm ego. Plus dabo quàm prædicabo ex me venuſtatis tibi. Vel cauillator facetus. *&c. ſuprà.* Gościnny.

Gotow ná co. Gotow ná wßyſtko.

Omnes res relictas habeo, præ quod tu velis. *Plaut.*
Neque iſtic neque alibi vſquam tibi erit in me mora. *Terent.*
δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον. *Ariſtophanes.*
Dextrum pedem in calceo, ſiniſtrum in pelui .i. *habet, ponit. Suidas de eo intelligit qui res vt decet adminiſtrat.*
ἐφ' ὑποληγῷ ἵστησι. ἀπὸ ὑποληγῷ ἕτοιμος ἐξόρμησεν. *Suidas & Ioſephus.*
In repagulis vel carceribus ſtat. (*vbi equus primò* ὑποληγί .i. *ſcutica percutitur.*)
A repagulis paratus erupit.
——— τὰ πέδιλ' ὑπὸ ποσὶν ἐδήσατο. *Homer.* Talaria induit. *Cicer.*
ποὸς χεῖρα ἢ εἰς πολλὰ χρήσιμος οἰκέτης. *Heſychius.* Ad manum & ad multa commodus famulus.
Quadrato agmine ducere exercitum .ſ. *parato ſemper ad conflictum. Seneca.*
M. *Brutus Ligarium agrotum inuiſens ait:* Quali tempore ægrotas Ligari! (.ſ. *cum de cæde Cæſaris tyranni agebatur*) *cui Ligarius:* ἀλλ' εἴ τι σεαυτῷ ἄξιον φρονεῖς ὑγιαίνω. At ego, ſi quid te dignum cogitas, valeo. *Plutarch.*

Gotowe zdrowie / kto chorobę powie. *Vide.* Grzéchu wyiáwienie / iego zgładzenię.

Grać komu ná gębię. Koły komu ná głowię ćioſać.

Inſultare omnium capitibus. *Seneca.* Vellunt tibi barbam Laſciui pueri. *Horat.* Stolidam præbet tibi vellere barbam. *Perſius.* τὸ πώγωνα τίλλειν.
ἐφέζειν εἰς τὰς ὑπὸ τῶν γενείων τρίχας. *Iulianus.* Inſultare pilis malarum.

Gránic nie przéchodź / nie ruſzay.

μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. *Prouerb. SS. c. 22.*
Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui.
Sic Horat. caſtigans auarum vicinum, ait. Quid quod vſque proximos
Reuellis agri terminos? & vltra Limites clientium Salis auarus? &c.
τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν. *Plato.* Non mouenda ne moueas. *de limitibus dixit.*
μὴ κινεῖν γραμμήν. *Pindari interpr.* Ne moueto lineam. *vel in carceribus à qua curſores emittebantur, vel in meta curriculi, vbi præmium proponebatur, vel in ludo ſcruporum, quæ erat incita & ſacra, vt ſuprà dixi ſub* Do zimney wody.
ἀφ' ἱερᾶς μὴ κινεῖν ψῆφον. *Ex Plutarch.* A ſacra linea ne moueto calculum. *Vicina ſunt illa Tertulliani.* Lineæ inſiſtere. Iiſdē lineis dimicare. Lineis claudere.

Gróbi nawiękßego zmiérzy / obeymię.
Truná káżdego nápéwnięyßa miárá.

——— Mors ſola fatetur Quantula ſint hominum corpuſcula &c. *Iuuenal.*
τὰ σώματ' ἡμῶν ὀλιγιστεῖ ἴσως σορός. *A. Vel*

μέτρον

μέτρον τ' ἀληθὲς παυσὸς ἐστιν ἡ σορός. *A.* Menſura vera loculus eſt noſtrũ omnium.

Gróbi pogrzeb niepotrzébne ſtáranie. Vmarły nic czuié gdzié ſię tákó lézy.

Nihil (*mea, tua, eius,*) intereſt humine an ſublime putreſcam. *Cicer.*

ἐδὲν νεκυσίων ἓ τάφε νεκρῷ μέλει. *A.* Non vlla functum cura tangit funeris.

Facilis iactura ſepulchri. *Virgil.* *Demonax Philoſophus apud Lucianum de ſepultura interrogatus reſpondit:* Fœtor me ſepeliet. Nec abſurdum eſt ſi aliquibus animalibus & auibus vtilis ero mortuus.

γύπες ἔμψυχοι τάφοι. *Gorgias Leontin.* Vultures viua ſepulchra Cœlo tegitur qui non habet vrnam. *Lucanus.*

παυσι βροτῷ θνήσκοντα πᾶσα γῆ τάφος·
πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς, γῆ τε κἀς γῆν πάλιν. *Nazianzen.*

Homini ſepulchrum eſt terra quæuis mortuo. Terra editus, terra ipſe, rurſum in terram abit. Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos. *Mœcenas apud Senecã.*

Anaxagoras moriturus rogatus velletné in patriam referri: Nil neceſſe eſt, *inquit,* vndiq; enim ad inferos tantundẽ viæ eſt. *apud Cicer.* *Chriſtianus dicat:* Vndiq; ad ſuperos tantundem eſt viæ. *Diogenes inhumatum ſe proijci iuſſit, & bacillum iuxtà ſe poni, quo vultures & feras abigeret. atqui non ſenties dicunt amici:* Quid igitur, *inquit,* ille, mihi oberit laniatus ferarum non ſentienti? *apud eundem Cicer.* *Martial. l. 4. epigr. 59. de Vipera electro incluſa ſic:* Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulchro, Vipera ſi tumulo nobiliore iacet. *Ep. 32. de Ape. & l. 5. ep. 15. de formica electro incluſa.* *Ægyptij tamen domos negligenter exſtruebant quas diuerſoria opinabantur, ſepulchra verò ſumptuosè & ſplendidè tanquam domos ſempiternas. Rhodiginus. Sic Pſalm. 48. de iis qui æternitatem nominis affectant in terris, dicitur. Et ſepulchra eorum domus eorum in æternum.*

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit, cur? Volito viuus per ora virûm. *Ennius de ſe apud Ciceronem.* Dobry vczony nié vmiera.

Grozby śie twey nié boię/ o táſkę nié ſtoié.

Amicum te mihi non expeto, inimicum non formido.

ἐ δειλιάζω σ' ἐχθρὸν, ἐχ ἱεμαι φίλον. *A.* Te nec inimicũ timeo, nec amicũ volo.

Ita quidam magnus vir politicus, quin atheus ante 40 annos mortuus, dicebat. Pieklá śie nié boię/ o niébo niéſtoie. *Sed experitur iam, quàm impiè & ſtultè dixerit.*

Gruby ględzieć. Grobiian. nieuk. niebywał między ludźmi. niewyczoſány.

Plenus ruris & inficetiarum. *Catul.* Inficeto inficetior rure. *Idem.* O ſeclũ inſipiens & inficetum. *Idem.* Nulla in tam magno corpore mica ſalis. *Idem.* Rus hoc quidem merum eſt. *Plaut.* An in aſtu venit? *Ter.* .i. *in ciuitatem rure.* Bœotus. *Sic Horat.* Bœotum in craſſo iurares àére natum.

Nam Cicerone teſte Attici ob cælum ſeu àérem tenuem, acuti habebantur. Thebani in Bœotia ob àérem craſſum pingues, ſtupidi, robuſti. Hinc illa:

ἡ βοιωτίας ὗς. *Pindar.* Bœotica ſus, *pro ſtupido.* Et ſus *ſimpliciter, Indocilitatis*

ſymbolum, apud Pierium. βοιωτικὸς νοῦς. *Plutarc.* Bœoticum ingeniũ, *ſimiliter.* βοιώτειον ὦς. *Diogenian.* Bœotia auris. βοιωτὸς. *quaſi* τὼ βοῶν ὦτα ἔχων. Bœotus, aures boum habens, *vt Anaxagoras illis obiecit.*

Aurem Batauam habet, *Martial.* .i. *agreſtem, qualem Batani* .i. *Hollandi illius tempore habebant. nam nunc Hollandi cultiſſimi & ingenioſiſſimi ſunt, ni hæreſis deformaret.* βοῦς ἰνάλιος. *Suida.* Bos marinus, *piſcis grandis, cibo inutilis. Phoca.*

Fenum illum eſſe (*ab edo*) oportet. *Cicer.*

βοῦς κύπριος. *Suida.* Bos Cyprius, *qui ſtercore humano paſcitur.*

Eruditum puluerem nunquam attigit. *Cic.* .i. *Geometriam non ſcit.* ἀγεωμέτρητος. *Nam Muſicam & Geometriam tanquam initia Philoſophiæ callere iuuenes ſtudioſi ſolebant: ſiquidem ſchola Platonis hanc habuit inſcriptionem:* ἀδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω .i. Nullus Geometriæ ignarus intret. *Eandem multùm coluit Pythagoras.*

Simile illud ex Platone. Ne numerare quidem ſcit. Ʒ trzech ſliczyć nie vmie.

ἀδὲ γράμματα ἀδὲ νεῖν ἐπίσω. *Ariſtides.* Neque literas neque natare nouit. *quæ duo pueri ingenui Romæ & Athenis optimè callebant.*

ἀδ' τὸν Αἴσωπον πεπάτηκας. *Ariſtophan.* Ne Æſopum quidem triuiſti.

ἀδ' κατ' ὄναρ τῶν τεχνῶν ἥπται μόνος. *Philo.* Ne in ſomnis quidem artes attigit.

ἄμυστος Alienus à Muſis. ἀπάλαιστος, ἀπάλαιστρος Non è paleſtra. *Simile eſt illud.* Oleum non vidit vnquam. *quod Vide ſub* Promot.

ἄδειν πρὸς μυρρίνην. Canere ad myrtum. *indocti & infacundi nota. Nam in conuiuiis priſcorum circumferebatur lyra vel cithara, quam qui imperitus canendi recuſaſſet, accepto ramo myrteo vel laureo per iocum canere aliquid cogebatur. Meminit Cic. & Quintil. ſed aliter Plutarch. Simile eſt hoc alterum:* Imperitus eſt lyræ vel recuſat accipere citharam (*vt Themiſtocles teſte Cic.*) *pro indocto & Muſices ignaro. cuius ſcientiæ laus magna & æſtimatio fuit, vt dixi. Vnde illud apud Ariſtophan.* κιθαρίζειν οὐκ ἐπίσταμαι. Cithara canere neſcit. Et. ἀδὲ μουσικὴν ἐπίσταται. Ne Muſicam quidem ſcit .ſ. *vulgò ingenuis notam.*

ἀμουσότερος λεσβαίων. Indoctior Lebethrijs. *qui Muſices Pòëtices & aliarum diſciplinarum liberalium expertes erant & Orpheum occiderunt. Zenodot.*

εἰς οὖν ἀλήμους ἐγγραπτέος. *Menander.* In Ialemos referendus. *qui ineptè ſe gerit, qualis erat Ialemus.* βάρβαρος ἐκ τριόδου. *Lucian.* Barbarus ex triuio. Cũ hoc homine aut cũ ſtipite Æthiope, ſi in foro conſtitiſſes; nihil crederes intereſſe. ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguem, tardum, &c. Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceres. *Cic.* Vtilis vngendis axibus eſſe poteſt. *Martial.*

Anima illi pro ſale data. *Rhodigin. ex Varrone de craſſo & ſtupido.*

ἄνθρωπος τὸν τρόπον σολοικότερος. *Xenophon.* Homo in moribus ſoloeciſmũ faciens. σολοικίαν ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδείκνυσθαι. *Lucian.* In ſaltatione ſoloeciſmum oſtendere, committere. *Sic* in geſtu & actione Soloeciſmum *ponit Quintilian. Et Theophraſtus Charactere Ruſticitatis ait:* ἄγροικον μείζω τοὺς ὑποδήματα φέρειν. Ruſticum hominem maiores pede calceos ferre. *Item.* ἀναβεβλημένον

ἄνω

ἄνω γόνατος καθιζάνειν. Supra genu reuoluta veſte ſedere. ἀλαβανδικὸν σύγγραμμα. *Stephan.* Alabandicum opus, ſcriptum .i. *rude, barbarum, ineptum.* A Muſis & Gratijs abeſt. *Quintilian.* Ab ipſa ſtiua homo. *Cicero Seruius.*

βλιτομάμμας. *Lucian.* Quaſi blito vili & inſipido olere nutritus.

ἀπήρατος. *Diogenes* .i. ſine pera. *nempe Philoſophica.*

ἀπαιδευτέρα Φιλωνίδα. *Ariſtopha.* Indoctior Philonide. *grandis & inſulſus is erat.*

βόρβορος ἐκ τριόδου. Cœnum ex triuio. *Plato.* βόρβορον βαρβαρικὸν *dixit.* i. Lutum barbaricum. πηλογόνος: Lutea progenies.

Ad clitellas natus. *Carol. Bouill.* ὑὸς τύπος: *Euſtathi.* Suis typus.

Veruecum in patria natus. *Iuuenal.* Veruecea ſtatua. *Plaut.*

ἐν νηυσὶν τεθραμμένος: *Plato.* In nauibus educatus.

Lutum ſanguine ſubactum, *vocabat Neronem magiſter eius apud Suidam.*

Ex hara productus. *Cic. Noſtri dicunt.* Między ćielęty śie wychował.

χαρικὴ μοῦσα *Athen.* Carica Muſa. *pro rudi, indocta, ingrata oratione cantilena &c.*

βύβαλος παχυδέρμος *Tzetzi.* Bubalus craſſo corio. *Sic apud Plautum.*

Elephanti corio circumtectus .i. *craſſus, ſtolidus.* Naris obeſæ. *Horat.*

μυξώσης μεστὸς τὴν ῥῖνα. *Lucianus.* Muccoſus. λέμφος: *Euſtathio mucculentus,*

Mucco plenas nares habens. *quod agreſtium eſt.*

Non ab Hymetto, ſed ab area Syra. *Cic. Philoſophiam ſuam vocat non ab Hymetto ſed ab area Syra .i. craſſam & vulgarem ac ruſticanæ ſimplicitatis, quales erant Syri barbari, non autem à Platone Zenone vel aliis Græcis præſertim Atticis. Nam in Attica eſt mons Hymettus celebris cuius mella optima & pretioſiſſima. Plin. Martial.*

βῶλος, ἄροτρον, γηγενὴς ἄνθρωπος: Gleba, ſtiua, terræ filius. Rożić mu pátrzy zoczu.

ἅλμη ἐκ ἔνεστιν αὐτῷ. *Diogenian.* Salſitudo (.i. *ſal, vrbanitas*) non ineſt illi.

οὐδὲ τῇ Χάριτιν, οὐδὲ τῇ μούσαις θύει. *Athen.* Nec Gratijs, nec Muſis ſacrificat. *Sic Plato perſtrinxit Xenocratem diſcipulum tetricum. & Plutarch. C. Marium.*

Cuculus ſi in ludum iret, poſſet iam fieri, vt literas ſciret. *Plaut.*

τὰς ἀνδραποδώδεις ἔτι τῆς ψυχῆς τρίχας ἔχει. *Plato.*

Seruiles in animo pilos habet. *Martial. l. 5. ep. 53. in Cauſidicum imurbanum.* Hic qui, *&c.* Exprimere (*ab illo*) fidiculæ licet cogant

Aue Latinum, χαῖρε non potes Græcum. Si fingere iſtud me putas, ſalutemus.

Neſcio, illi in ore ſemper eſt. *iuxta vulgare dictum:* Verbo Neſcio, ab indoctis ſoluitur omnis quæſtio. ἀγναμπτότατος βάτος ἄνθος: *Suidæ.* Impoliti ſimus (*fullonē nō expertus*) rubus vetus. *Aſſine,* Głupi/ Nie wart/ Olßowy/ Proſtak,

Grzech bárźiey trapi duſze / niż chorobá ćiáło.

Bolé duſzne wietße niż ćiéleſne.

πολὺ μεῖζόν ἐστι, τὸ κακῶς ἔχειν, κακόν. *Euripides.*

Peccaſſe maius, quàm valere malè, malum. *addit cauſam idem quia æger corpore omnibus ſe inſpicientibus dicit quid ſibi doleat, æger animo abſcondit morbum.*

Quo maior vis eſt animi quàm corporis, hoc ſunt grauiora ea, quæ concipiuntur animo quàm quæ corpore. *Cic.* Præter culpam ac peccatum, nihil accidere homini poteſt, quod ſit horribile aut pertimeſcendum. *Idem.* Nihil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus: eaq; cùm careamus, omnia humana pacatè & moderatè feramus. *Idem.* Maiores ſunt voluptates & dolores animi quàm corporis. *Idem.* *Affine*, Sumnienie zte.

Grzech ciemnośći abo ſkrytośći ſuka/ abo lubi.

Peccatum tenebrarum nomine inſignitur *in SS. libris ſæpiſſimè.*

Apud Ouid. 6. Faſtor. Carna *vel* Crane nympha *Phœbi ſoror caſtitatis amans, amatoribus reſpondebat.* Hæc loca lucis habent nimis, & cum luce pudoris.

Si ſecreta magis ducis in antra, ſequar.

Et ſic eludebat omnes. nam addit Pòèta.

Credulus anteijt, frutices hæc nacta reſiſtit,
Et latet & nullo eſt inuenienda loco.

Similiter eluſit quin ad ſanctam vitam induxit S. Ephrem meretricem, quæ cùm illum ad facinus Venereum inuitaret, ille reſpondit ſe aſſenſurum, ſi in medio ciuitatis id fieri illa vellet. pudorẽ humanũ illa mox obiecit, at ille diuinũ acrius inculcauit & eam in meliorem mutauit. Metaphraſt. Nocte latent fures. κλεπτῶν ἡ νύξ. *Euripid.* Furibus grata nox. *His affine eſt illud dictum.* Dulce pomum cuſtode abſente. *ex Plutarcho qui ſic habet:* γλυκεῖ' ὀπώρα Φύλακος ἐκλελοιπότος: Cuſtode poma deſtituta dulcia, *id eſt (vt Henric. Stephan. interpretatur)* Voluptas dulcis ſine arbitris, *alludendo ad morem Philoſophorum veterum, qui (vt eſt apud Lucianum) palam voluptatem damnabant, fictè vt vulpes vuas quas non potuit attingere, clam verò ijs inſanè ſeſe immergebant. Multis hæc ille amplificat. Sed & Eraſmi interpretatio quàm Henric. Steph. damnat, non abſurda eſt.* *Vide* Ziem położeniem dobry śie zépſuię.

Grzech dobrowolny/ karania godny.

τοῖς ἑκουσίοις πλημμελήμασιν ἀδίκαιον χρὴ συγγνώμην ἀπονέμειν. *Demoſthen.*

Voluntarijs peccatis nullam oportet veniam tribuere.

Planè ſic S. Paul. ad Hebræ. 10. Voluntariè peccantibus relinquitur terribilis exſpectatio iudicij & ignis æmulatio, *&c.* ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ & ἡμωρία καθ' αὑτοῦ ἐξημάρτηκέ τις ἄκων συγγνώμη ἀνδ. ὁ τιμωρίας τούτῳ. *Demoſthen.*

Iniuriam quis facit volens? ira & vltio ipſi (*debetur*) peccauit quis inuitus, imprudens? venia huic pœnæ.

Grzech nád wola/ ábo tréfunkowy/ odpuſczenia godny.

Inuoluntarium venia dignum. *ICti.* Συγγνωμόν ἐστι τὸ ἀκούσιον. *Thucydides.*

ἀκὼν ἁμαρτὼν ὅστις ἀνθρώπων κακός. *Sophocles.*

Nemo malus eſt quicunque peccat haud volens.

τὸ ἀκούσιον, παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις, συγγνώμης ἀξιοῦται. *Phalaris.*

Inuoluntarium, ſi humaniter expendatur, venia dignum eſt.

Nulla

Nulla eſt iniuria niſi à conſilio profecta. *Seneca.*

τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴ ἐστὶν οἱ βωμοί. *Thucydides.*

Inuoluntarijs delictis refugium ſunt aræ.

τοῖς ἄκουσιν ἁμαρτήσι μετέστι συγγνώμης, ἃ τοῖς ἐπιβουλεύσασι. *Demoſthen.*

Iis qui peccant inuiti, venia eſt, non qui de induſtria.

Faber ſupernè lapſus occidit hominem, accuſatus à cognatis occiſi damnatus eſt ſic vt aliquis ex cognatis ex alto in ipſum cadat, & viciſſim occidat, quòd erat accuſatum induſtriè abſoluere quia nolens fecit. Apologus.

Grzech nie znány, nie bywa karány.

ὁ μηδὲν εἰδὼς μηδὲν ἐξαμαρτάνει. Non peccat in re cuius eſt quis neſcius. *Niſi vitio & culpa ſua neſciat, quæ ignorantia affectata dicitur.*

Ignorans tacitus pecco ſciente minùs. *Anonym. Rhythm.*

Grzech zamyślány ſmakuie, á popełniony karuie.

Cùm ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia; quod fas
Atq; nefas, tandem incipiunt ſentire peractis Criminibus. *Iuuenal.*

Plura vide ſub C. Roſkoß bolu nádawia.

Grzechu poznanie, z niego powſtánie. Chorobá poznána, zleczyſta.

Initium ſalutis notitia peccati. *Seneca.*

σωτηρίας ἀρχὴ νόσον γνώσκειν. *A.*

γνωσθεῖσα πάντως ἔστιν ἰάσιμος νόσος. *A.*

Eſt morbus omnis cognitus ſanabilis. *Sic Plutarch. ſed Latinè loquens.*

Principiũ profligandi morbi, eſt ſenſus eius, qui eo affectum, ducit ad remediũ. quĩ verò ægrotare ſe non credens qua re indigeat neſcit, js remediũ etiãſi adſit reſpuit.

Grzechu wyznánie, ieſt zdrádzenie. Gotowe zdrowie kto chorobę powie.

Medicina fit erranti confeſſio. *Cicer.* Numen confeſſis aliquod patet. *Ouid.*

——— Æquum eſt Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus. *Horati.*

πολλάκις ἐξαγόρευσις ἁμαρτάδος ἀνδρὶ ἔσαωσε
μούνη, καὶ δακρύοισιν ἀπέκλυστε πήματα πικρῆς. *Nazianzen.*

Sæpe confeſſio peccati homini ſaluti fuit Sola, & lacrymis acerbis peccata abluit.
Magna eſt medicina, fateri Quod nocet abſcondi, quoniam ſua vulnera nutrit
Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti. *Sedulius.*

μόνη ἴασις ἁμαρτίας ὁμολογεῖν τε ἁμαρτάνοντα, & δῆλον εἶναι ἐν αὐτῷ μεταγιγνώσκοντα. *Arrianus Ethnicus* Vna medicina peccati, confiteri ſe peccaſſe, & præſeferre eiuſdem pœnitentiã. Vitia ſua confiteri ſanitatis indicium. *Seneca.*

Grzechy godzi śie ſtrofować, ále pérſonom folgować, abo ßanować.

Hunc ſeruare modum noſtri nouêre libelli,
Parcere perſonis, dicere de vitijs. *Martial.*

Idem ait: Suos libellos ſalua infimarum quoque perſonarum reuerentia ludere.

Idem.

Idem. Et queritur læſus carmine nemo meo. *Quare nomina quæ mordacibus & pudendis carminibus apud illum præfixa leguntur, ficta eſſe eruditi monent: quæ ad laudem pertinent, veris nominibus inſcripta. Cautum enim erat lege XII. Tabal. ne quis nominatim aliquem perſtringeret vt Cicero teſtatur.*

Sic & Horatius: —— Quin etiam lex
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam Deſcribi &c. *Hinc Ouidi. in amicum immemorem.* Nomine non vtar, ponam pro nomine crimen.

Apud Laconas qui peccantem non obiurgaret, eiuſdem culpæ reus erat. Plutarchus.

ἔστι πάντῃ κακίας, τῆς ἐνδιδόναι δὲ πονηρίας. *A.*
Parcere perſonis, ſcelera at mordere licebit.

Grzechy wielkie do wiérzenia trudne.

Semper negata eſt ſceleribus magnis fides. *P. Syrus.*

λύσεις τ' ἀεὶ ἔστιν ἀβέμιτα μιάσματα. *A.*

Solon interrogatus: Cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in parricidam, *reſpondit:* Se id neminem facturum putaſſe, *Cic.*

In parricidio, etiam cùm multæ cauſæ conueniſſe vnum in locum, atq; inter ſe congruere videntur; tamen non temerè res creditur; neq; leui coniectura res penditur; neq; teſtis incertus auditur; neq; accuſatoris ingenio res iudicatur. Cùm multa alia antea commiſſa maleficia, tum vita hominis perditiſſima, tum ſingularis audacia oſtendatur neceſſe eſt; neq; audacia ſolùm, ſed ſummus furor atq; amentia. Hæc cùm ſint omnia, tamen exſtent oportet expreſſa ſceleris veſtigia, vbi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium ſit admiſſum. quæ niſi multa & manifeſta ſint; profectò res tam ſceleſta, tam atrox, tam nefaria credi non poteſt. Cic. pro Sexto Roſcio, vbi id exemplis illuſtrat.

Grzyb / rydz / paníka potrawá.

μύκησι θεῶν βρῶμα. Fungi deorum cibus eſt. *Nero apud Dionem ſic iocatus eſt in Claudium Cæſarem qui eſu boleti, veneno, ipſo conſcio, infecti, ſuffocatus eſt, vt etiam Sueton. ſcribit. Mortui autem Cæſares in deos pro more referebantur. Et Martial. in Cæcilianum conuiuatorem boletos ſolum vorantem conuiuis indignantibus ait:*

Quid dignum tanto tibi ventre gulaque precabor? *Et reſpondet:*
Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Apud eundem ſæpe boleti laudantur tanquam delicatus cibus. vt l. 3. epigr. 60.

Cum vocor ad cœnam &c. Cur mihi non eadem quæ tibi cœna datur? &c.
Sunt tibi boleti; fungos ego ſumo ſuillos &c.

L. 12. c. 17. Cœna boletos, oſtrea, ſumen, aprum. *delicatos cibos.*
L. 13. c. 48. & *ibidem ep. 50. vbi ſecundam laudem* Tuberibus *dat. &c.*
Et Iuuenal. ſatyra 5. Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino, ſed qualem Claudius edit.

Idem ſat. 14. de filio delicatè enutrito loquens, nullam ſpem bonam eſſe de eo *ait,*
—— Qui redere tubera terræ Boletos condire & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone (*guloſo*) parente.

Multa

Multa Plinius l. 22. c. 23. de boletis. & c. 23. de fungis, ſed pauca ad eorum commendationem affert. nec mirum, cùm ex putredine naſcantur, & à Nicandro τ̃ γῆς ζυμώματα, i. fermenta terræ, ab alijs calli, bulcera terræ vocentur. Paulus Ægineta Boletos minimè omnium noxios eſſe ait, in toto fungorum genere.

H

Hetmánem woyſko ſtoi.

ἂν τ̃ ἡγεμόνα ἀφέλῃ τις, ἔικεσαι ὁ λοιπὸς χορὸς. *Demoſthen.*
Si quis ducem ſuſtulerit, perit reliquus chorus ſeu exercitus.
Sic Virgil. de apibus. Rege incolumi mens omnibus vna eſt, Amiſſo rupêre fidem, &c. *Et Ariſtoteles de eodem rege apum,* ἐαν ἀπόλλυται, ἀπόλλυται τὸ ἀφεσμόν.
Si is pereat, perite examen. Amiſſo dubiæ rege vagantur apes. *Ouidius.*
Idem habet Plini. Ælian. Seneca & alij apud Cerdã ad verſum Virgilij.
στρατηγῶν τὴν ἀπάντων ἔχῃ συλλαβὼν ἐν αὑτῷ δύναμιν, ὡς τε μὴ ἓν εἶναι, ᾧ τοσαῦτα συναπόλλυται. *Plutarch.* Dux vniuerſorum vim in ſe complexus eſt, vt iam vnus non ſit, cum quo tam multa ſimul pereant. *Antigonus rex dicenti plures eſſe hoſtes reſpondit:* Me verò quam multis oppones? *Idem. Plutarch.* V. Lépße woyſko ieleniow pod Iwem hetmánem / niż Iwow pod ieleniem.

I

J biedna muchá śie odeymuię/ vkáśi. Co żywo śie odeymuię. Gárdźić śie nikiem nię godźi; i napodléyßy záßkodźi.

Non ſolum taurus ferit vncis cornibus hoſtem
Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ouis. *Properti.*
ἔνεστι καὶ μύρμηκι, καὶ σέρφῳ χολή. *Suidas.*
Ineſt & formicæ & ſerpho (*minuto vermiculo vel culici*) ſua bilis.
Nulli non ſatis ad nocendum eſt virium. *Seneca.*
καὶ σκαρ ὁ ἀετὸν μάιεσαι *vel* μάνεσαι. Scarabæus aquilam quærit. *vel* aquilæ obſtetricatur. *Fabula eſt Æſopica quam tangit Lucian. & Ariſtophanes, de ſcarabæo oua aquilæ ex nido vndiq; etiam ex ſinu Iouis detrudente, docetq;:* Neminem etiam viliſſimum aduerſarium laceſſendum aut contemnendum.
ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα. Habet & muſca ſplenem. *Ita paræmiographi: ſed potiùs atram bilem intellige, cuius receptaculum ſplen. alioqui ſplen riſus ſedes vulgò habetur teſte Plinio. Sammonico. & Perſio Satyra 1.* Sed ſum petulanti ſplene cachinno. *vbi tamen indignationem Caſaubonus interpretatur.*
Braſidas à mure morſus dixit. ὡς οὐδὲν ἐστι μικρὸν οὐδ' ἀσθενὲς ὁ μὴ ζήσεται πολεμῶν ἀμύνασθαι

ἀμύναδϑ. *Plutarch.* Vt nil eſt ita paruum & infirmum quod vitam tueri nequeat ſi auſit ſe defendere!

I co było i co mé było / wßyſtko śie pozbyło.

Perdidi plùs quàm mihi fuit boni. *Plaut.*

Comedit (.i. *luxu abſumpſit*) quod fuit, quod non fuit. *Idem* .i. *omnia prorſus. exaggeratio eſt hyperbolica. Extendi latiùs hoc dictum poteſt.* v. g. Natrauit quæ fuerunt & quæ non fuerunt. *Simile quid Horat.* Dicenda tacenda locutus. *Item in Milite Plauti paraſitus aſſentando militi enumerat facinora eius bellica ficta & addit:* Nihil quidem hercle hoc Præut alia dicam quæ nunquam feceris. &c. *Miles.* Quid illud quod dico? *Paraſit.* Hem ſcio iam, quid vis dicere. Factum eſt hercle, memini fieri. *Mil.* Quid id eſt? *Paraſi.* Quicquid eſt.

Simile illud è Sophocle. Spes & quas habui & quas non habui perdidi. *Vide* Odwtoké częſto ßkodliwa.

I gwolt i boli

ὁ παῖς κρύσταλλον, *Ex Plutar. & Sophocle.* Puer glaciem .ſ. *arripiens, & oblectatur aſpectu & patitur à frigore, nec diu poteſt retinere vt maximè velit, nã & liqueſcit & lædit. Symbolum id eſt amoris inhoneſti. quo affectus Antipho Terentian. in Phormione dicit:* In eum infelix incidi locum, vt neque mihi eius (*amicæ*) ſit amittendi (*ob amorem*) nec retinendi (*metu patris ſeueri*) copia. *Plutarch. hoc ſymbolum curioſo & garrulo ſimul accommodat, qui audita retinere nequit.* *Affine,* Stodkiś iáko chrzan.

I tagoda by śie z mem rozdzielił. I taia bez niego mé z-ie.

Periphraſis eſt amantis ex effectu inuſitato inſigni conditionali.

Poteſt hic vſurpari illud Græcum. καὶ τὸ σῦκον ἂν μερίζοιεν. Et ficum diuideret .ſ. *cum amico. Vſurpauit id vicino ſenſu Martialis de vno cenſu quem duo fratres inter ſe diuidebant. Explico id ſub* Vſi mnié ni tobié. *Vbi item alterum ſimile dictum leges.* Cyminum diuidere. *Affine,* Przyiacielſkie rzéczy ſpolne.

I tam-ci taki. I ſobié-ć mowie. Też wads mam.

κἀγὼ τῷ αὐτῷ κεῖμαι ἐν νοσοκομείῳ. *A.*

In eodem valetudinario iaceo. *Seneca obijcienti ſibi quod ipſe monendus alios moneat, reſpondet:* In eodem valetudinario iaceo: de communi malo tecum colloquor: remedia communico. Clamo & ipſe mihi: Numera annos tuos. &c.

τὴν ἐμὴν καμνεις νόσον. *Euſtathi.* Meo laboras morbo.

ὁμὴν ἀνεδέγμεθ' ὀιζύν. *Homer.* Parem ſuſtinemus ærumam.

Sæpe accidit vt alios caſtigare debeamus dictis, ipſi vitio non carentes: id commodiſſimè faciemus, ſi quam obijcimus alteri culpam, in ea nos quoq; aliquo modo eſſe fateamur, vt Socrates faciebat. Ex Plutarcho.

Scimus, & hanc veniam petimuſq; damuſq; viciſſim. *Horat.* V. Odpuśćmy ſobié.

I ta mié chybie / mé zborgnie. I od mego-ć boli. Drownam-ci.

Et nos tela pater, ferrumque haud debile dextra.

Spargimus

Spargimus. Et noſtro ſequitur de vulnere ſanguis. *Turnus apud Virgil.*
Nec diuûm parcimus vlli. *Idem.*

——— ἐπειὴ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν. **Homer.**

Siquidem & meum telum acuta eſt cuſpide.
Et mihi ſunt vires & mea tela nocent. *Ouidi.*

Si me iratus tetigerit, iratus vapulabit. *Plaut.* Si tibi eſt machæra, & nobis veruina eſt domi. *Idem.* *Affine*, Rownisſmy ſobie.

J liczone wilk bierzé.

Non curat numerum lupus. *Ex Virgilio qui ait.*
Hîc tantum Boreæ curamus frigora, quantùm Aut numerum lupus aut. &c.
.i. *nihil curamus in fumario habitantes.* (lupus.
καὶ κεν τ' ἀριθμηθέντ' ἁρπάζει λύκος. *A.* Numerata quoq; nō parcit abripere

---

J mnie ludzie znáia. J ná mie król táſtaw.

Et me Phœbus amat. *Virg.* Amauit nos quoque Daphnis. *Idem.*
Et mihi ſeſe vltrò offert meus Amyntas. *Idem.*
Et amarunt me quoque nymphæ. *Ouidi.*

—— παρὰ γὰρ θεοὶ εἰσι καὶ ἡμῖν. *Homer.* Nam & nobis adſunt dij.

Et mihi Flora comas parienti gramine ſpargit.
Et mihi matura Pomona ſub arbore ludit. *Calpurnius.*

J me mogłoś być inázey?

Ergo erat in fatis Scythiam quoque viſere noſtris! *Ouidi.*

J olſtro ſpuści/ gdy Bóg przepuści. J w pogodę piorun wdárzy.

Fulmina de cœlo iaciuntur ſæpe ſereno.

ἔστιν ὅτ' ἐξ αἰθρης φλεγέθων ἐπέσηισε κεραυνός. *A.*

Negat id quidem Lucretius fieri poſſe, dicens: Nam cælo nulla ſereno
Nec leuiter denſis mittuntur nubibus vnquam. *Contrarium dicunt multi Homer. Liui. Saluſt. Cic. Virg. Horat. & alij. Rectè vtriq;; Lucretius de naturali fulmine verum dixit: cæteri etiam verum de prodigioſis & diuinis fulminibus, quæ plerumq; mali ominis & formidanda ac noxia habebantur. Sic Virg. 1. Georgic.* Non aliàs cœlo
ceciderunt plura ſereno Fulgura .ſ. *vt ante mortem Cæſaris.*
Et Lucan. Emicuit cælo tacitum ſine nubibus vllis Fulmen .ſ. *belli ciuilis prognoſticum.* *Horat. item.* Namq; Dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens
Plerunque per purum tonantes Egit equos, volucremque currum.
Cicer. Aut cùm terribili percuſſus fulmine ciuis
Luce ſerenanti vitai lumina liquit.
Adde illud Martialis. Nullo fata loco poſſis excludere. V. Smierć nieuchronna.

J o to śle gra mé rozeydzié.

Tria verba non commutabitis hodie inter vos. *Terent.* .i. *non litigabitis.*
Crede mihi, Nunquam hodie tecum commutaturum patrem Vnum eſſe verbum,

si dices &c. *Idem, i. non altercaturum, sed contentum futurum. Donat.*

Jſam Bóg mé bierzé gdźié niémáß V. Brac trudno gdźié niémáß.

Videtur quidem dictum hoc pugnare cum illo dicto parabolico apud S. Matthæum c. 25. vbi de domino seruus dicit: Metis vbi non seminasti. Sed more humano locutus est nam hoc facere solent domini (homines) duri auari & crudeles, exigentes aliquid etiam à pauperculis. neque approbat dominus allegoricus dictum illud serui, sed illo quali quali vtitur ad eum refutandum, ex ore ipsius eum iudicans.

Jſam ſtrażnik bywa w łykach.

Sæpe ipse cautor captus est. *Plaut.* πολλάκι φυλακὴρ αὐτὸς ἐς φυλακὴν ἔπε. *A.*

Jſłowik tylko po swiety Wit śpiewa.

Ad varia hoc dictum potest accommodari. Vt

1. Omnia tempus habent. *Vide.* — Czás do káżdey rzéczy.
2. Voluptatis modus esse debet. *V.* — Roſkoßy ſkromno záżyway.
3. Voluptas omnis breuis. *V.* — Roſkoß krotka rzécz.
4. Bruta norunt ſua tempora. *V.* — Káżda beſtyia zna ſwoy czás.
5. Meliora breuiùs durant. *V.* — Smiércé co lépßze bierzé.

Jſwoiem śie winém, ábo piwem ßynkarz, ábo kiekolwiek vpiié.

Nonnunquam proprio titubauit caupo Falerno. *Garnerus.*

ἐνῳ κάπηλος οἰκείῳ μεθύσκεται. *A.*

Extendere licet hoc dictum latiùs paræmiacòs ad alia; vt significet, non multùm esse quærendam occasionem peccandi, quæ cuiq; vbiuis etiam in rebus licitis se offert.

πάντες κακοεργεῖν καιρὸν εὑρίσκει κακός *A.* Occasionē vbiq; mali inuenit malus.

Simile est illud P. Syri. Adulter est vxoris amator acrior. *quod dictum S. Hieronym. Xysto Pythagorico tribuit.* Quia maritus, *inquit idem,* iudicio non affectu debet amare coniugem. Et nil fædius esse ait, quàm vxorem amare quasi adulteram, *f. amore nimio.* *Eadem est sententia S. Gregorij dicentis.* Sicut adulter est, qui in actu coniugali non prolem, sed voluptatem quærit: Sic qui Verbum Dei ob vanā gloriam prædicat, adulterare illud dicitur: quia non filios Deo gignere, sed scientiam suam ostentare desiderat. *Obserua quam consentaneam veræ religioni & Christianis doctoribus sententiam, recta ratiò suggessit huic Mimo Ethnico & atheo.*

Jtak mé nagorzey. Jto mé zlé.

ἔδοξ' οὕτω κακῶς. Ne sic quidem malè *f. ieci. vel succesſit. Dictum priuigni, qui apide canē ferire volens percussit nouercā, illudq; protulit. Thales apud Plutarchū hoc dixit.*

Jto towo tam naydźieß.

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,

Quæ legis &c. *Martialis de suis carminibus. Alluſit forte ad illud. Homeri.*

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δ' λυγρά .i. Pharmaca multa quidem ſalubria miſta multa pernicioſa. *De Ægypto dictum ait Plutarch.*

ἡ δ' πανὸς πήρα. *Suidas.* Mendici pera. *in quam omnia quæ dantur conijcit.* Satyra vel Satura; *congeries confusa rerum vt legum ciborum &c. Festus. Iustinian. ait.* Per Satyram collectum. ῥῶπος. *Ælio Dionysio est* λεπτῶν ἀτελῆς φόρτος: *exile vilium rerum onus.* Scruta Cento Farrago Cornucopiæ *& similia V. si lubet in i. Tomo sub* Mießániná. Rźiegi zbieráine.

I to trocha i toplochá.

Sensus est: Hoc quoque quod modicum restabat perijt. Post omnia perijt naulum. *ex Iuuenali.* *4 Regum 6* Quidam lapsa in flumen securi exclamat Elisæum alloquens. Heu heu Domine mi & ipsum mutuò acceperam.

ἀντὶ τυφλὸς ἐξωμματίδωσε. *Aristophan.* Pro cæco exoculatus est. *nam id grauius est. quanquam vox Græca sonat etiam illuminatus est, sed non hic.*

Sic aptè, quin aptiùs diceres. E luscо vel lippo cæcus factus est.

Potest huc trahi illud Gallorum. Post securim perditam etiam manubrium perijt.

V. Przyßędł nießtárćk/ wźiął oßtárćk. & Wićle ßtráćiwßy oßtátká nie zárzucay.

I to też żołnierz. I tyś też *vel* Jéßliś ty też żołnierz/ muzyk/ pißarz/ &c.

Ἐ κόρχορος ἐν λαχάνοις. *Theophrast.* Etiam corchorus inter olera! *f. reponendus est vel sese iactat. Sic Erasmus: aliter* V. Jędná to burßá. *Herba est vilis amaritudine infamis Theophrast. Plini. Piscem esse vilissimum ait Suidas & Hesychius. Simile est illud 1 Regum 19.* Num & Saul inter prophetas!

I w kápicy wełná. I kwáśne iábłko robak gryźć. I imbier robak toczy.

Dictum hoc vsurpatur de ijs, qui exteriùs vitam austeram & sanctam habitu ipso præseferunt: intus verò vulgo hominum similes, & voluptatum amatores sunt. quales erant Pharisæi Iudæorum religiosiores cæteris habiti, quos Christus toties hoc nomine reprehendit. tales & Philosophi ethnicorum, quos videt & vellicat Seneca sæpe, & ipsi se inuicem mordebant & sibi simulationem virtutis exprobrabant. vt Plato & Diogenes apud Laërtium. sed plurima talia habet Lucianus, cùm sæpè alias, tum in Nigrino. Vitarum auctione. Piscatore & in Dialogis mortuorum Diogene Charonte Menippo &c. Dicto Polonico quod opponam non habeo, nisi forte ex Luciani Hermotimo Stoicorum simulationem. Potes tamen vsurpare & Polonica Græcè & Latinè. V. G.

καὶ ζιγγίβερις καὶς πικρὰν ἐσθίουσι κίδας. *A.* Et zinziber amarũ licet vermes alit,

πολλάκις δὲ μηλ' ὀξώδη σκώληκες ἔδουσι. *A.*

Sæpè & acerba solent vermes corrodere poma.

Potest etiam huc detorqueri illud ex Cic. Sæpe sub sordido pallio latet ambitio. *Item:* Interdum sub aspera veste animus delicatus reperitur. *Affine,* Mäßkérá.

I w mérzadźić táki rząd być muśi. Rozboynicy mieſprawiedliwie wydźieráią/ á ſprawiedliwie ſie dźiéla.

Habent & scelera leges suas. *Seneca.* λέγεται δ' ἐ καὶ οἱ κακῶν ἄνομοι ἔχειν νόμους. *A.*

Quin etiam latronum leges esse dicuntur, quibus pareant. *Cicer.*

Serui Romæ iudicia ſua habebant, quæ inſtituebantur aliquo grauiùs peccante & capitalis fraudis conuictu damnabatur. Plutarch.

J w Rzymié świát/ abo ludźié.

Hoc dictum vſurpant, qui locum aliquem apud omnes celebrem commendare nolunt, ſed alijs quibuuis ſimilem aſſerunt.

Romæ quoque homines moriuntur. *Hormiſda Perſa apud Ammianum.*
Simile eſt illud apud SS. ſcriptores. Lucifer peccauit in cœlo, Adam in paradiſo, &c.

J ztotá śie vkruſzy.

Varius eſt huius dicti vſus, & intepretatio.

1. Modica damna vulgò parui æſtimantur. *Vide.* Máło iáko nic.
2. Exigua detrimenta euitare, admodum difficile eſt. *V.* Nié wielka ſzodá.
3. De damno parui momenti, ſolicitudo non ſuſcipienda. *V.* O fráſzke śie kłopotáć.

Ja o Páwle/ á on o Gáwle. Pomaga Bóg bráćie. R. Dopam gline Pánie. Nié tego ia chce. Nié o to pytam.

ἐγὼ Σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνεις.
Ego tibi de allijs loquor, tu de cepis reſpondes.

ἄμας ἀπήτην οἱδ' ἀπηνῆντ' Σκάφας. *Zenodot. Plutacrh.*
Falces petebã aſt hi ligones denegant. Manũ peteris & pedé porrigis. *S. Hieronym.* Χαίροις ὑψιπύλη. σοῦ ἐμὲς κορύμβους πλέκω.
ἄ σοι λέγω περὶ τούτου. ὁ ἐμὲς ἀνὴρ τις ἐνταῦθα; *Ex Comico aliquo veteri.*
A. Salue Hypſipyle. R. Meos corymbos necto. A. Non loquor tibi de hac re. Meus maritus eſt hic? οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα, οὐδὲ περὶ τούτων ἠρόμην.
Lucian. Nil iſta ad carmen, nec de his interrogabam.
Sic apud Terentium Phædria Demiphoni non reſpondet ad interrogationem.
Phæ. Mi patrue ſalue. *Dem.* Salue ſed vbi eſt Antipho? *Phæ.* Saluum aduenire.
Dem. Credo. hoc reſpõde mihi. *Phæ.* Valet, hic eſt. ſed, omniáne ex ſententia? &c.
Apud eundem Dauus interrogante ſe Simone ſimiliter tergiuerſatur.
Si. Quid iſtuc tibi negoti eſt? *Da.* Mihine? *Sim.* Ita. *Da.* Mihine? *Si.* Tibi ergo. *Da.* Modò introij. *Si.* Quaſi ego quam dudum? rogem. &c.
Et apud Plautum Mercatore dicit quidam. Video hominem Zacyntho. rogito ſi inaudierit (*de amica*) Hoſpes reſpondit: Zacintho ficos fieri non malas .i. *non reſpondit ad rem, ſed quærenti poma obtruſit pyra. ſic intelligit Taubman. Talibus dicendum illud.* νήπιος εἰς ὦ ξεῖνε, ἢ τηλόθεν εἰλήλουθες.
Stultus es hoſpes aut longinquis aduena ab oris.
Ego canto, tu ad aliam vocem ſaltas. *S. Auguſtin.*
Quadrat in hunc locum lepidum Surdorum iudicium in carmine Græco Nearchi, Antholog. l. 2. c. 29. V. Jáka ſpráwá. *Affine,* Nié do rzéczy.

Ja robie/ á drugi śie z tego ma dobrzé.

Jéden robi/ á drugi záżywa. Jam śiał/ á drugi żnié.

Ego ar-

Ego arborem conſeui, alius ex ea fructum legit. *ex Liuio.*

Non ſibi ſed domino venatur vertagus acer.

Illæſum leporem, quem tibi dente feret. *Martial.*

Ego ſemper apros occido, ſed alter ſemper vtitur pulpamento .i. *carnibus apri à me occiſi. Dictum Diocletiani allegoricum apud Flauium Vopiſcum qui miles adhuc cùm vaticinium habuiſſet ſe Imperatorem fore vbi aprum occidiſſet, ſtudiosè apros venabatur & occidebat, quos Imperatoribus Aureliano Probo Tacito Caro offerebat, tandemq; dixit: Ego ſemper apros occido &c. tandem verò Aprum Præfectum Prætorio occidit vt vaticinium impleret, & imperium ſibi firmaret.*

ἄλλοι κάμον (*pro* ἔκαμον) ἄλλοι ὤναντο. *Suidas.* Alij laborarunt, alij fructũ tulerũt. ἄλλοι μὲ σπείρουσιν, ἄλλοι ὃ ἀμήσονται. Alij ſeminant alij verò metent.

Hos ergo verſiculos feci, tulit alter honores.

Sic vos non vobis nidificatis aues. Sic vos apes, oues, boues, &c. *Virgil. in Catalectis vendicans ſibi illud epigramma.*

Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane.

Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet. *Ita Scaliger.*

Ocnus funem torquet, quem aſina deuorat. *Explico hoc ſub.* Ꝺoná ſtroyna.

Leo & vrſus dum circa prædam pugnant, vulpes eam feſſis rapit, qui videntes dixerunt: Nos miſeros! vulpi laborauimus. *Æſopus.*

Ἀρκάδας μιμούμενοι. *Zenodot.* Arcades imitans, *qui bellicoſiſſimi cùm eſſent nunquam tamen ſuis auſpitiis bellum geſſere, ſed aliis ſuppetias tulere feliciter. vnde illud aliud dictum:* Arcades alijs vincunt, non ſibi.

En queis conſeuimus agros! .ſ. *militibus. Paſtor Virgilij queritur.*

Affine, Człowiek ſie nie dla ſiebie rodźi. Drugiem dobry.

Jadłby kot ryby / ale mé chcé ogoná maczać.

Galli ſimiliter dicunt: Felis libenter piſcem vorat, quem piſcari renuit. *Garner. Et Anonym.* Felis edit piſcem ſed non vult tangere flumen, (*vel tingere caudam.*) Vis habere, vis potiri, vis quod illi des effici; Tuum eſſe in potiundo periculum non vis; haud ſtultè ſapis. *Terent.* Ζῆλα φιλ' ὀρνίθεσσι, φυσᾶσθαι δ' ὔκ ἐθέλουσιν. *Athæneus.* Gaudet auis ficu, ſed eam plantare recuſat.

Τὴν παραβόλων καὶ καλῶν ἔργων ἐφίεσθαι μὲν πολλοὶ, πλησιάζουσι δ' ὀλίγοι. *Polybius.* Audacia & præclara facta appetunt multi, aggrediuntur pauci.

Affine, Bez pracé / nié beda kołaczé.

Jak Bożego grobu / iák czego drogiego bronić ſtrzeżé.

Pro aris & focis pugnare. *Cic.* Eſt mihi cum aliquo certamen pro aris & focis, pro deorum templis & delubris. *Idem.* Tanquam Palladium .ſ. *aſſeruare. Idem. Palladium erat Troiæ ſignum Palladis ligneum, religiosè in occulto ſeruatum, tanquam certiſſima vrbis tutela quandiu in ea maneret. quæ ſuperſtitio poſtea Romæ ſeruata eſt.* ὡς τεμένων ἱερὰ διαληρεῖν. *Gellius.* Vt lucorum delubra obſeruare.

ἡ μὲν καλύπτει ὡς χαράδριον πέρνας. *Hipponax. Suidas.* Illumq; abſcondit ceu chara-

ceu charadrium vendens. *f. ictericò; ne is aſpectu auis ſanatus eam emere negligat. Dictum Polonicum ortum habet vel à militibus Pilati cuſtodientibus Sepulchrum Chriſti, vel ab Ordine Militum Sacri Sepulchri ſatis noto. Extant ritus initiandi Militem S. Sepulchri cum Proceſſione eiuſdem Sepulchri, cùm alibi tum cum Peregrinatione Radulfi Ducis.* *Simile*, Jáḱ oká w głowié.

Jaka miarka mierzyß / takać odmierza.

ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. *S. Matthæ. c. 7.* Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

αὐτῷ τῷ μέτρῳ. *Heſiod.* Eadem menſura. V. Co drugiem wyrządżił. &c.

Jaka płaca / taka praca. *Vide.*

Leniwo káżdy prácuié / gdy pożytku máło czuié.

Jaka praca / taka płaca. Jako robia / táko płáca.

Jákie przéwinienie / tákie doſć czynienie. Zła roboté / źlé śie płáći.

Vt quiſque eſt meritus præſens pretium pro factis ferat. *Naevius apud Nonium.* Vt ſementem feceris, ita metes. *Cic.* Fumi venditor fumo ſuffocatur. *Lampridi.*

——— Sua cuique exorſa laborem Fortunamq; ferent. Rex Iuppiter omnibus idem. *Virgil.* *Qui ciceris grana eminus proiecta acu excipiebat, modium ciceris ab Alexandro præmium accepit. Quintil. l. 2.*

Σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δ' ἐθέρισας. *Ariſtotel.* Tu quidem turpiter hæc ſeminaſti, miſerè verò meſſuiſti.

καρπὸν ὃν ἔσπειρε θερίζει. *Plato.* Sementem quam ſeminauit metet.

ἐμμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων
κακὰς ἀμοιβὰς εἶναι κέρδεσιν βροτοῖς.

Fatale eſt malorum conſiliorum Malas retributiones pro fructu eſſe hominibus,

τοῖς κακοῖς τρὶς κακά. *Athenæ.* Malis ter mala.

Tu me oblectaſti cantu, ego te ſpe præmij. *Dixit Dionyſius citharœdo præmium pactum exigenti pro cantu in conuiuio. Plutarch. ſed Ariſtotel. hoc iniquum dixit eſſe.*

πίνει δ' ὁμοίως τῆς πονηρίας κακοί. Mali malitiæ bibere ſuæ fæcem ſolent.

ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι κἀμὲ τὰ μὴ φίλα. *Euripid.*

Siquidē quæ non decent Patrare es auſus, ferto quæ minùs placent.

Læna femina, quæ conſcia cædis tyrannorum, tyrannicidas non prodidit, ſed tormentis vrgentibus linguam ſuam dentibus abſciſſam in os tyranni exſpuit, Athenienſes monimentum in arce, leænæ animalis ſtatuam æream ſine lingua, poſuerunt. E Plutarcho. Tertulliano. Artoxerxes militi qui tres hoſtes ſe obtruncaſſe falsò iactabat, linguam tribus acubus perforari iuſſit. Ex eodem. *Affine*, Tákiemu tákie.

Jaka ſpráwá / taka odprawá.

κωφοὶ οἱ διαδικαζόμενοι, κωφότερος δὲ ὁ κρίνων. Surdi litigatores, ſurdior iudex, qui abſurdè litigantes abſurdiùs abſoluit. *Actor petebat æs pro ædibus. Reus reſpondit: ego nocte molebam. Iudex autem, quid contenditis? mater eſt vobis, ambo eam habete. ex Anthologia. l. 2. epigr. Nicarchi.*

Jáḱ

Jáka táka pomoc. Lżey iść przy koniu.

Χράζουλα δὲ ἰὼς βεβαὼς μίγ' ἔρεισμα. *Nazianzen.*

Claudo (*vel vacillanti*) firmiter gradiens (*comes*) magnum fulcrum. *Gallorum est dictum:* Facilè incedit pedibus, qui equum freno ducit. *Audiui olim quendam vectorium famulum aliquot stadia dormitantem ire solitum, penes equum onerarium currum trahentem.*

Jákby co złego wyrzał *ſ.* przeląkł ſie / krzyknął / vćiekł.

Tanquam Gorgone visa. ὥσπερ τὴν Γοργῦς θεασαμένην κεφαλὴν, ἤ τι τῶν ἀτόπων ἰδέων ὀξύ τι καὶ μέγα ἀνέκραγεν. *Heliodor.* Tanquam Gorgonis capite conſpecto, aut alio quopiam monſtro acutè & validè exclamauit.

Auertam vultus tanquam mihi pocula Gorgon.
Porrigat, atque oculos oraque noſtra petat. *Martial.*

Jákby go nákoń Turécki wſadźił *ſ.* rad / wéſół.

Æquè eſt beatus ac pòéma qui ſcribit. *Ex Catullo, quē vide ſub* Sam śie ſobiē podoba. *Sed aptius ad Polonicum dictum, eſt illud Horatij:* Splendidius multò eſt, equus vt me portet, alat rex. *Sic reſpondit quidam Philippi Macedonis miles ſuadenti ſocio vt relinqueret regem.* ἵππος μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει. Equus me portat, rex me alit. *Optima conditio alienis pedibus ambulare & alieno ſumptu viuere.* μᾶλλον ἥδεται ἢ τὸ γῆρας ἐχῖδνα. *Ariſtophan.* Magis lætatur eo qui ſenectā exuit .i. *ſerpens.*

Jákby go opárzył / iákby go źimna woda oblał.

Palleat vt nudis preſſit qui calcibus anguem. *Iuuenal.*

Retroq; pedē cū voce repreſſit — Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguē
Preſſit humi nitens, trepidusque repente refugit — Attollentem iras. *Virgil.*

Ceu apes fumo ſuffitæ. *ex Pierio.* — Veluti ſi feruenti ollæ frigidam inſpergas. *ex Galeno, vſurpatur cùm in media hilaritate nuntius triſtis ſuperuenit.*

Ceu perfuſus aceto. *Horat. ait:* At Græcus poſtquam eſt Italo perfuſus aceto .i. *poſtquam eſt dictis aculeatis & mordacibus Latinorum perſtrictus. Lambin.*

Frigidam aquam ſuffundere. vel frigida aliquem aſpergere. *More balneatorum qui per iocum aliquos frigida aſpergunt. Ex Plaut. & alijs. Sic ferè Ariſtophanes.*

πλυνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσι.

Me ſparſit vnda (balneum fecit) tot viris præſentibus .ſ. *per contumeliam.*

Jákby mu o głowę / o niéwiem co ßło.

——Tanquam ſi famæ diſcrimen agatur — Aut animæ. *Iuuenalis loquens de feminis circa cultum corporis nimiùm ſolicitis.*

Pallet ceu Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram. *Idem Iuuenal. Lugduni Caligula inſtituerat ludos miſcellos, in quibus etiam facundiæ Latinæ & Græcæ certamen erat, victo pœna & ignominia propoſita. Sueton.* Tanquam ſi patria periclitaretur aut ſacra ac monumenta maiorum, *Lucian.* *Sub* Toć to ieſt.

Jákbymu o żéláznym wilku báiat. *Idem eſt* Niérozumnie. Niédbá.
Vide infrà Jak ná Niemiéckiem kazániu. Mow ty ścienié.

Jákby śie znowu národźił.

ἐκ λύκε στόμαΤος. ſ. ἐξαρπαθὲις. *Diogenian.* Ex ore lupi, ereptus. *Sic Horat.* Vel hædus ereptus lupo *Et Martial.* Agnus inhumani raptus ab ore lupi. *Grus apud Æſopū magni præmij & beneficij loco iubetur habere, quòd ex ore lupi caput ſaluū eduxerit.* Γλαῦκος πίνων μέλι ἀνέστη. Glauc' poto melle ſurrexit. *è morbo letali.* καὶ Φοίνικα ἀνεβίωσεν. *Ariſtid.* Phœnicis inſtar reuixit. *Affine,* Odmłodniał.

Jákby z Bogiem trzéćiego dniá gadał. *Idem in 1 Tomo* Boſkie śie.

Si vultum eius aſpicias Paulum raptum in tertium cœlum dicas. Vel Moſen è monte Sina deſcendentem. Numam ex antro Ægeriæ egreſſum credas. ex Liuio. Affine ſequens.

Jákby z nieba ſpadł. *Idem eſt in 1 Tomo* Poźądany. Nagły.

Velut è cælo lapſus, demiſſus *dicunt Latini, de viro virtute prudẽtia moribus præſtãtiſſimo Sic Cic. de Pompeio :* Pompeium omnes ſicut aliquem non ex hac vrbe ſed de cælo lapſum intuentur. *Idem.* Cælo diuinum hominem in prouinciam eſſe delapſum. *Idem.* Quaſi delapſa de cælo regula .i *Liber Epicuri.* διοπετὴς κανὼν. *Plutar. Idem.* διοθεν γεγονὼς. *Euripid.* Ex aëre, cælitùs lapſus.

De cælo item cecidiſſe dicuntur qui repente aduenium Minutio Tertullian. & Tibullus ait:

Tunc veniam ſubitò, nec quiſquam nuntiet antè,
Sed videar cælo miſſus adeſſe tibi.

Tanquam modò ex deorum concilio & ex Epicuri intermundijs deſcendiſſet. *Cic.*

θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανὴς. *Lucian.* Deus ex machina apparens. Deus ex improuiſo comparens. *More Tragœdorum ethnicorum, qui cùm humanis conſilijs negotium expedire non poterant, deum aliquem repente in machina ex alto demittebant, quò difficultatem expediebat. Sic Horat. Pòëtis præcipit:*

Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit.

Ják-ći wiérzą/ ták-ći namiérzą. Jleć wiérzą/ tyleć namiérzą.

Vt fama eſt homini, exinde ſolet pecuniam inuenire. *Plaut.*
Ego ſi bonam famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues. *Idem.*
Quantùm quisque ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantùm habet & fidei. *Iuuenal.*
Et cum fortuna ſtatque caditque fides. *Ouidi.*
Bona opinio homini tutior eſt pecuniâ. *P. Syrus.*
Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium. *Idem.*
τόσον ὄστις ἔχει πίστιΤος ὅσον χρημάτων. *A.*

Verſui Iuuenal. reſpondet. *Vicinum.* Jako ćie widzą.

Jak zézwołki ná lépié pobrał.

Hæsêre vt volucris viſco correpta ſequaci. *ex Valer. Argonaut.*

Vt volu-

Vt volucres virga ex viſcata colligit auceps .ſ. ſic capti ſunt. *ex Ouid.*

Miles in Pœnulo Plauti gloriatur ſe deieciſſe globis viſcatis fūdis impoſitis homines volaticos.

Vt delphinum vel alium quemuis piſcem in terra cepit. *ex Plutarcho, qui habet.*

δελφὶς ἐν χέρσῳ βία. Delphinis in terra vis .ſ. *nulla. facilè à quouis capitur.*

Jak deſcz pádali.

Tam crebri ad terram decidebant quam pira .ſ. *fundis deiecti ex àére. Plaut. de volaticis hominibus profligatis.*

χιὼν δίκην. Niuis inſtar. *Virgil.* Fundunt ſimul vndíque tela,
Crebra niuis ritu, telumque obtexitur vmbra.

νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαὶ. *Homer.* Fruſta niuis cadebant crebra.

Sagittis, plumbo, & ſaxis grandinat, niuit. *Pacuuius.*

Ritu grandinis vndíque volitantibus telis. *Ammian.*

νιφάδεσσι δ' ἐοικότα πίπτε βέλεμνα. *Q. Calaber.*

Niuibus ſimilia cadebant tela. Præcipitesq; cadunt: Non denſior àére grando,
Nec de concuſſa tantùm pluit ilice glandis. *Virgil.*

Quàm multa in ſyluis autumni tempore primo Lapſa cadunt folia. *Idem.*

Veluti cùm putria motis Poma cadunt ramis, agitataq; ilice glandes. *Ouid.*

Jak dobrzé tak dobrzé.

ἐγὼ μὲν ἐκ καλῆς εἰς καλὸν μετήνεγκα *Suidas.* Ego ex bono in bonū tranſmigraui.

ἑσθλὰ δ' ἐπ' ἑσθλοῖς ἔργα θέλοι δόμεν .ſ. ὁ Ζεύς. *Pindarus.*

Bona poſt bona, vel bona ſibi ſuccedentia velit dare .ſ. *Iupiter.*

αὐτομάτως ὁ Θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθά. *Stobæus.* Vltrò Deus offert bona,
Omnis habet ſua dona dies, nec linea diues
Ceſſat, & in populum multa rapina cadit. *Martial. de largitione miſſilium in ſpectaculis.* Linea diues, *Radero, eſt ſeries donorum. vt etiam Cic. interpretatur, aliter Lipſius & multi alij quos affert Rader. ad hoc Ep. 78. l. V. ſi placet.*

Affine, Wiele dobrego. Jedno Bogá.

Jak dudy ten zgiewiéż.

Duobus modis id vſurpatur. In vitio ſæpiùs. pro Imbecilli, languido, exoſſe. Aliquando in laude quoque. pro eo qui non eſt refractarius & cui facilè eſt quiduis perſuadere & in quancunque partem inflectere. *Lege ſequens dictum.*

Jak dudy nadmieſz, tak organy &c. naſtroiſz; tak grata.

Dictum hoc quadrat in eum, qui non ex proprio ingenio & iudicio ac ſcientia loquitur, ſed vt ſufflatus & inſtructus eſt ab alio. Tales autem ſunt.

1. Pueri in ſcholis aliena memoriter pronuntiantes vel declamantes.

Item Comica quauis perſona in ſcena agens. κωμικὸν πρόσωπον.

Præterea Vates Præco Legatus & nuntius mandata aliena ad aliquem perferens.

Inſuper Iudex ſecundùm allegata & probata (vt ICti loquuntur) quidpiam decernens.

Denique Princeps ſæpe oculis & auribus alienis percepta, ore ſuo promunt.

De his ita dicere possis. Audita loquitur. Iussa renuntiat. Vt instructus est agit, dicit. Lingua sua, mente aliena vtitur. Qualis cognitio vel probatio causæ, tale decretū.
Item allegoricῶς. Tibia vt inflatur sonat.
ὡς αὐτὴν ἐμφυσοῦς, τὴν ἠχὼσι δόναικες. *A.* Inflas vt vtrem sic sonabunt fistulæ.
Item. Vtriculares tibiæ, ascaulæ obediunt. Vasis instar audita loquitur.
V. Kozá zá kozámi. *Affine,* Z biator biato.

Jak koſtká pádnie.

ὥσπερ οἱ κύβοι πεσόντες. Vt tesseræ cadent. *Ex Plutarch.*
—— Quamcunque viam dederit fortuna. *Virgil.*
Sors cernat. *Liui.* Quod sors offeret, arripiendum. *Cic.*
Sortes mittā, si illud quod volumus, eueniet; gaudebimus: sin secùs, patiemur animis æquis. *Plaut.* Quod fors feret feramus æquo animo. *Senec. Affine,* Jáko śie vdá,

Jak koza do rzéźnika idźie .i. nieochotnie.

Festinat tanquam si exulatum eat. *Sic Ouid. 1 Trist. eleg. 3. dum iret exulatum de se scripsit.* Ter limen tetigi, ter sum reuocatus, & ipse
Indulgens animo pes mihi tardus erat. *Et plura ibidem in eundem sensum. Potest hic vsurpari Ironicῶς.* σπεύδει βραδέως. Festinat lentè.
Item. Alienis graditur pedibus. *vt illud: Alienis malu videt.*
Huc faciunt illa quæ in Plauti Pœnulo Agoraſtocles dicit aduocatis tardè euntibus, vocans eos ſpiſſigradiſſimos, loripedes, podagroſos. &c. longior est scena. V. Leniwy & Bézochoty.

Jak na inſzy świat przyſzédł.

Hoc dicto commendatur aut vituperatur regio ad quam quis è longinquo venit.
Item tangitur eodem alicuius ſtupiditas & ignorantia ac diuerſitas morum.
ὡς ἐν ἄλλῳ κόσμῳ γεγονώς. *Plutarch.* Tanquā in alio mundo natus sit .ſ. ita se gerit.
Sub alio cœlo ortus. *Macrobi.* Terras alio calentes Sole mutauit. *ex Horatio.*
Et penitùs toto diuiſos orbe Britannos .ſ. adibimus. *Virgil.*
Stultus es aut hoſpes. *ex Homero.* V. Vlić bieglý.

Ják na Niemieckiem kazániu tám býlem / śiedźiałem.

Vlić powiem nikomu co mowił .i. Vlić rozumiałem nic.
Euandri matrem loquentem audire mihi videbar. *Ex Gellio qui ait:* Tu perinde quasi cum Euandri matre (*Carmenta*) nunc loquare, sermone multis abhinc annis iam desito vteris. *Idem.* Ego hoc interpretarer, si ius Faunorum & Aboriginum didicissem. *quod obsoletis verbis compositum fuit.*
Hoc sensu Barbarus vsurpatur: Barbarus hîc ego sum quia non intelligor vlli. *Ouid.*
Et βάρβαρος *apud S. Paulum ad Corinth. 1. c. 14.* Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus: & qui loquitur mihi, barbarus.
In linguis quas non intelligimus, surdi profectò sumus. *Garner. è Gallico.*

Jak ná oſtá nań .ſ. ná Bogá / ná Jádámá / ná czártá / ná ſpezéście &c. ludźié przypadki rozmáite poſpolićie ſkłádáią.

Fato vel

Fato vel fatis omnia imputant. *More Ethnicorum. Et apud Homerum.*

ἔ τι μοὶ αἴσιμ ἐστὶ, θεοί νυ μοὶ αἴτιοί εἰσιν. *Priamus Helenæ loquitur.*

Non tu mihi cauſa es (*malorum*) dijs (*non tibi*) imputo.

Nil facimus niſi ſponte Dei. *Lucan.* *Plinius de Fortuna*: Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola vtramque paginam facit. (*quaſi accepti & expenſi vt in rationibus*) .i. *quicquid boni vel mali acciderit ei imputatur.* ἄτε μὲ δαίμων & αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατος εἶν. *Apud Homerum. Elpenoris lapſu ex alto mortui vmbra loquitur.*

Læſit me dæmonis fatum malum & immodicum vinum.

Apud Plautum etiam in Aululari peccatum ſuum excuſans ait: Vini atq; amoris vitio feci. *& alter in Truculento.* Obſecro Mihi ignoſcas quod animi impos vini vitio fecerim. *Celebre item illud apud Ethnicos eſt*: Suus cuiq; animus, mens, cupido eſt deus, genius. ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ θεός. *Menander.*

Animus ſuus noſtrum vnicuiq; fit deus.

Sibi quiſque profectò eſt deus. *Ouidius.*

θεὸς δέ σοι τὸ βούλημα ὅπου καὶ θέλει φερόμενον. *Simocatt.* Deus tuus eſt cupido agens te quò lubet. Mens quoque numen habet. *Ouid.*

Apud Virgilium ſub diſtinctione Niſus ita loquitur:

——— Dijn' hunc ardorem mentibus addunt

Euryale, an ſua cuiq; deus fit dira cupido. *Et Homer.* (*omitto verſus Græcos*) Aut aliquis illi vates dixit, aut ipſorum animus impulit.

Vulgus noſtrum in Cacodæmonem multa reijcit: vt notum eſt. Firmo id apologo Polonico, de anu, quæ ex arbore lapſa & contuſa, lamentabatur dicens: Cacodæmon me hanc aſcendere iuſſit. *Ille verò ſtatim*: Mentiris, *inquit*, tua curioſitas te induxit.

Simplici item & proprio ſenſu dictum Polonicum vſurpatur de homine forti laborioſo patiente. Vt Terent. de ſeruo bono. Quiduis oneris impone, impera. *Et Plaut.* Muliones, mulos clitellarios habent; ego homines habeo clitellarios. Magni ſunt oneris, quicquid imponas vehunt. ἡμίονοι μαχλοί. *Plutarch.* Muli Mariani. *Frontin. Milites Marij fortes qui omnia neceſſaria in furcis geſtabant.*

De hoc genere hominum illud quoq; vulgò rectè vſurpatur. Dorſum aſini habet.

Quadrat & illud Suidæ: ἀνά σοι τὰ λεπάργε. Super te hæc omnia Leparge. *Bouem robuſtiorē alloquitur agricola, inſtrumēta arationi neceſſaria ei imponēs.*

Jáť ná pévna.

Cum ſacco adire aliquem. *Paulus IC. In eos qui veniunt tanquam certò acceptur quod volunt. Tralatum eſt à mendicis qui cum ſacco ſemper eunt.*

Mitto Apologum lepidum Polonicum.

Jáť na pśié ráz. Nié dba. Kamień bieſſ.

Lapidem verberas. *Plaut.* Occalluerunt plagis latera. *Idem.*

Affine eſt illud Galeni. τὰ ὦτα κάλεωγέε. Auribus fractis .ſ. *plagis. vt athletis accidebat. Noſtri dicunt.* Oſlékłány, Okrzoſány.

Longa patientia animus occalluit. *Plin. iun.* Conſuetudo diuturna callum obduxit. *Cic.* Labor callum obducit dolori. *Idem.*

ὄνος ὑέλαι. *Suidas.* Aſinus compluitur .ſ. *qui nil curat pluuiam.*

Jak na vojnie. &c.

ἄρεως πεδίον. *Suidas.* Martis campus; *vbi omnia temerè vi armis geruntur.*

κυρνία γῆ. *Stephan.* Cyrnia terra. κυρνία ἄτη. *Item.* Cyrnia noxa, vel malum. *inſula erat prædonibus feris infeſta, eadem Corſica Straboni.*

Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus. *Ouidius.*

οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ,
οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται. &c. *Heſiodus.*

Neque hoſpes hoſpiti, neque ſodalis ſodali, nec frater (*fratri*) carus (*fidus*) erit, *Affine*, Vto mocnieyßy ten lepßy.

Jak oká vo głowie ſtrzeże / bront / ſamie.

Sic quoq; Latini & Græci loquuntur, res caras oculis conferentes aut præferentes. Nam, oculus non emitur, *ait Martialis.*

Quem plùs illa oculis ſuis amabat .ſ. *paſſerem. Catullus.*

Ni te plùs oculis meis amarem. *Idem.* Ambobus mihi quæ carior eſt oculis. *Idē.* Oculos Italiæ *Cicero* appellat villulas ſuas. *Idem.* Corinthū totius Græciæ lumen. Damaſcum *Iulianus* ἅπασης ὀφθαλμὸν. Totius Orientis oculum *vocat.*

ὄμνυσι δ' αἰχμὴν ἣν ἔχει μᾶλλον θεὸν
ζέβειν πεποιθὼς, ὀμμάτων θ' ὑπέρτερον. *Æſchylus.*

Adiurat haſtam, quam Deo reuerentiùs Colere sùèuit, luminibus & plùs ſuis. *Idem.* Oreſtem familiæ oculum conſeruandum ait: *Hinc* oculiſſimus homo oſtium, *Plaut. pro caro.* Et oculitùs amare. *Idem. pro valdè.* Pupilla eodem ſenſu. κόρη ὀφθαλμοῦ ὀφθαλμὸς. *Philo.* Pupilla oculus oculi. *Hinc* Cuſtodire vt pupillam oculi. *Pſalmo 16. & Deuteron. 32. & alias ſæpe.* *Item.* Oculos ſuos velle alicui dare. *ſignum magni amoris. Sic S. Paul. ad Galat. 4.* Oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi.

Alia item forma idem vſurpatur. In oculis ferre aliquem. *Cic.* Rex ergo te in oculis. *Terent. .ſ. ſuis ferebat. Budæus.* Geſtare .i. *geſtabat, legit Muretus.*

Caput *item pro re cara præcipua apud Latinos ſæpe vſurpatur.* vt Caput petere. Quod caput eſt. *Cicer.* Dulce caput. Carum caput *Virg. &c. Sic ſerpens cùm petitur caput ſpiris inuoluit, reliquum corpus ictui exponens. Epiphanius. Simile* Jak Bożeg grobu.

Jak piate koło.

Quarta perſona in Comœdijs, *quæ aliis tribus loquentibus plerumq; tacet.*

Horatius. —— Nec quarta loqui perſona laboret.

Idem apud Martialem eſt κωφὸν πρόσωπον. .i. muta perſona, *nempè quarta in Comœdijs, quæ nihil ferè agit. Diomedes. & Cornel. Vitellius.*

ἔξω τῆς ὁδοῦ τρέχει. Extra viam currit.

ἐκτὸς

ἐκτὸς χορῶν ὀρχεῖσθαι. Extra chorum ſaltare.

ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεσθαι. *Ariſtophan.* Extra oleas fertur: *quibus ſtadium vtring; ſepiebatur, nec licebat egredi.*

Jak pod ſznur.

Non ſecus ac ſi oculo rubricâ dirigat vno .ſ. *ſcit formare verſu.* *Perſius de bono Poeta.* τέκτονες θάτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἄμεινον πρὸς τοῦτ κανόνας τὰ ξύλα ἁρμόζουσι. *Ariſtotel.* Fabri altero oculo meliùs ad amuſſim ligna dirigunt.

Ad lineam certam dirigere. *Apulei.* Ad regulam & libellam exigere. *Plini.* Ad regulam reſpondet. *Vitruui.*

Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus, æquis
Partibus vt cõeant, ne quid deliret amuſſis. *Virgil. in Catalectis.*

Jak przymuſnat.

Conuenit vt calceus pedi, vel vt manubrium ſecuri. *Garner. Prius dictum eſt ex Horatio ſumptum.* πρὸς πόδα. Iuxta pedem. *Suidas, ex Platonis ſenario.*

ὡς ἐστί μοι τὸ χρῆμα τοῦτο πρὸς πόδα!

Vt hoc meo negotium quadrat pedj! Ad amuſſim quadrat vel factũ eſt. *Gelli. &c.*

Jak pſã z łancucha ſpuśćił.

Vſurpatur de iis, qui parentum, magiſtrorum vel tutorum regimine & cuſtodia in libertatem elapſi, diſſolutè & inſolenter ſe gerunt.

Talis in Trinummo Plauti Charinus qui Pædagogo ſuo dicit.

Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo. *& plura ibidem.*

Similis alter apud Martialem l. 11. epigram. 40. *Et Horati. de talibus:*

Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto Gaudet equis canibuſque, &c.

Ζειρᾶς λελυμένος παντάχοσε τρέχει κύων. *A.*

Latè vagatur vinculis liber canis.

Jak ryba bez wody ſ. ia bez mego, bez ciebie.

ἰχθὺς ἄνευ ὕδατος μὴ ζῇ, κἀγὼ σοῦ ἄτερ σοῦ. *A.*

Te ſine non viuo veluti ſine flumine piſcis. V. Rybá bez wody.

Jako śledzia rozedrzeć.

ὥσπερ κογχύλιον διελεῖν. *Suidas.* Tanquam conchylium diſcerpere, diſrumpere.

Dictum hoc vſurpatur de homine viribus imbecilliore, qui facilè à fortiori laedi poteſt, vt conchylium facilè à quouis diſcerpitur.

Jak ſobie pościeleſz, tak śie wyſpiſz. Jak zaśćieleſz, tak będzieſz ſpał.

Vt quisq; rem accurat ſuam, ſic ei procedunt poſtprincipia denique. *Plaut. al. lectio.* Vt quisque rem accurat ſuam principio, ſic ei pòſt procedit.

Sicut fortis equus, ſpatio qui forte ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit. *Ennius apud Cicer.*

μὴ θέλοντες ἐν νάπῃ κοπῆναι, ἐν τῷ γήρᾳ πωλεύονται. *Gabrias ad fabulam*

bulam de Formica & Cicàda. Qui nolunt in iuuentute laborare, in ſenectute mendicant.

Vt ſementem feceris, ita metes. *Cicer.*

Poteſt dictum Polonicum intelligi etiam de futura vita & explicari illo dicto S. Pauli ad Galat. c. 6. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. *In eundem ſenſum lepidus Rhythmus Anonymi eſt.*

Quid ſibi quiſque ſerit præſentis tempore vitæ,
Hoc ſibi meſſis erit, quando audiet ITE, VENITE.

Jáť ty mnié/ táť ia tobié.

ὅπου σὺ Καῖος, ἐγὼ Κάϊα. *Plutarch.* Vbi tu Caius, ego Caia.

Sponſa dicebat ſponſo, omnia cum eo ſibi communia futura inſinuans, & par pari in amore, re familiari ſe relaturam pollicens. talemq; fore qualis fuit Caia ſeu Tanaquil forma, moribus, & virtutibus ornatiſſima & laudatiſſima. *Affine,* Wét zá wét.

Jáť w błoto wrzućił pieniądzé/ ťoſt.

Oleum & opera perijt. *Vide hoc & alia ſub* Dármo robiß. & Szkodá tu tego.

Jáť w ćzebe dał/ mnié abo temu. Zawſtydził ſię.

Poteſt huc trahi ex Plaut. Obtuſo ore progredi, vel abire. *tralato ſenſu, ille proprio poſuit.*

Jáť wilká do obory wpuśćił.

Plautus de paraſito famelico in cellam penuariam ingreſſo:

Clades, calamitas, intemperies modò in noſtram aduenit domum,
Quaſi lupus eſuriens. metui ne in me quoque faceret impetum, *&c.*
— Ita frendebat dentibus. Aduenies deturbauit totum cum carne carnarium,
Arripuit gladium, prætruncat tribus tergoribus glandia.
Aulas caliceſque omnes confregit, niſi quæ modiales erant, *&c.*

Cellas refregit omnes intus, reclufitq; armariũ, *&c.* Aut iã nihil eſt aut iã nihil erit.

Similis locus apud Virg. de Niſo Rutulos dormientes mactante.

Impaſtus ceu plena leo per ouilia turbans,
Suadet enim veſana fames, manditque trahitque.

Molle pecus, mutũq; metu, fremit ore cruento. *Ex Homero ſumpſit. Cuius & illud eſt.*

ὡς ὅ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέδραμον ἢ ἐρίφοισι ζωλαι .i. Veluti lupi in oues irruunt aut hædos noxij. *Eandem ſimilitudinem habet Silius.*

μηλοφόνοι λύκοι. *Oppian.* Oues mactantes lupi. V. Pównemuś zlećił.

Jáť w kiéracić/ wé młynié/ w karczmié trzaſk/ grzmot/ *&c.*

ὑπὲρ ἢ αἰγύπτιοι καταῤῥάκται .ſ. δέουσι vel δοῦπει. *Ariſtides.*

Præ cataractis Ægypti ſtrepitu, vel ſtrepit.

Inſtar Cataractarum Nili. *de quibus Plinius ait:* Nouiſſimo cataracte ad locũ qui Catadupi vocantur inter occurſantes ſcopulos Nilus non fluere ſed immenſo fragore ruere dicitur. Velut ad Catadupa. *Cic. ait.* Nilus ad catadupá ex altiſſimis montibus præcipitat. *Potes hic vſurpare.* Molas, Piſtrina, Fodinas metallicas, Latomias, Ergaſtula, Cauponas, Fora, *&c.*

In Captiuis Plauti Tyndarus Lapicidinas Acheronti comparat, & noſtri dicunt. Jáť w

pićkle

piéklé trzaſk/ wrzaſk. V. Piekło rám. Σαρπηδονία ἀκτή. *Suidas.*
Sarpedonium littus. Thraciæ, *aſſiduò fluctibus percutientibus ſtrepens.*
Septem conuiuium nouem conuicium. *Capitolin.*

Jak w kół. *V.* Ogadléś. *& in* 1 *Tomo.* Rachunki dobre.

Ják w komorzé ſádłá/ w niem cnoty/ wiáry/ náuki/ *&c.* i málo ábo nic.
ὀπόσην ἔλαφοι χολὴν ἔχουσι. *Lucianus.*
Quantùm cerui bilis habent. *nam nullam eos habere ſcribit etiam Plinius.*
Pumex non æquè eſt aridus atque hic eſt ſenex. *Plaut. de parco.*
Non eſt in eo mica virtutis fidei, &c. *imitatione Catulli.*
Neque gutta conſilij, neque adeò argenti .ſ. *eſt illi vel mihi. Plaut.*
ὅσον κίσηρις ὕδατος ἐντὸς ὑγρᾶ ἔχει. *A.*
Quantùm humidæ intus continet pumex aquæ.

Ják wrył ſtoi.
Ceu pelagi rupes. *Virgil.* Non magis mouetur quàm dura ſilex aut Marpeſia cautes. *Idem.* Ceu Capitoli immobile ſaxum. *Idem.*
Defixa obtutu tenet ora ſoloque immobilis hæret. *Idem.*

Ják zaiac bebna .ſ. rad tego ſłucha.
Latini ſimile quid de Tigride vſurpant. Tigris enim adeò horret tympani ſtrepitum, vt eo audito in furorem & rabiem vertatur, ac ſeipſam miſerabiliter dentibus & vnguibus impetat & fœdè dilaceret. Pierius.

Ják z kączki woda .ſ. opadnie/ ábo opádło to z mego.
Fortunâ anatinâ eſt. *Apud Plautum naufragus emerſus è mari dicit:* Vtinam fortunâ nunc anatinâ vterer. Vti cùm exiuiſſem ex aqua, arerem tamen.
ἡ τῶ νήττης φύσις. *Anatis natura.*
νῆττ' ὕδατος ἀναδύσ' ὀλβίως ξηραίνεται. *A.*
O ſcirpe, ſcirpe! laudo fortunas tuas, Qui ſemper ſeruas gloriâ aritudinis. *Idē Plaut. Dictum Polonicum de eo vſurpatur qui admonitionem caſtigationem aut pœnam non ſentit, vel crimē obiectū eludit aut negligit. Aſſine,* Vlié pomożé krukowi mydło. Ják ná pśié raz.

Ják złé/ ták złé.
Aliud ex alio malum. *Terent.* Catenati labores. *Auſonius.*
Alia ex alijs cura fatigat Vexatq; animos noua tempeſtas. *Seneca Agamemnon.*
Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel. *P. Syrus.*
τὸ μὲ μ' ἔλιπε κῦμα τόδε ἐγκαταλαβεν. *ex Ariſtide.*
Hic me reliquit fluctus, ille corripit. Velut vnda impellitur vndâ. *Ouid.*
——— ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακῦ αἰεί. *Homer.*
Vt nobis mala poſt mala perpetuò obijciuntur!
——— πάντη δ' κακῷ κακὸν ἐστήρικται. *Idem.*
Vndiq; iuncta malis mala firmiter hærent.

ἀεὶ Ἰλίῳ κακά. *Euſtathi.* Sẽper Ilio mala. τ̃ κακῶν πανήγυρις. Malorũ panegyris.

Nocuit & nocebit. *Ex Homero qui ait:*

τύνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν ἑκηβόλ@ ἤδ' ἔτι δώσ@.

Phœbus ob id mala multa dedit, quin inſuper addet.

τ̃ κακῶν τεκμήρια. *Æſchyl.* Decumani malorum fluctus.

Affine, Co dáley to gorzey. Nieſzcześliwy. Jédná nedzá/ Wiéle zlego.

Jak żył/ tak ſkończył.

ὁῖα τ' ἀνὴρ ἔρξῃ, τοῖον τέλ@ αἶσαν ἱκάν@. *Oraculum Delphicum.*

Qualia quis fecit, talis mors accidit illi.

Quis benè viuentem, malè conſpexit morientem?

Vix malè viuentem, benè conſpicies morientem. *Anonym. rhythmic.*

Non poteſt malè mori, qui benè vixit: nec benè mori, qui malè vixit. *S. Auguſt.*

τὸν ἀληθινὸν κρίσιν, ὃ ποθ' ἕνα καιρὸν, ἀλλ' ὅλ@

πάντα τ' βίον ἀποβλέπουτας δεῖ ποιεῖν *Archytas.*

Verum iudicium (*de homine*) non ex vno tempore, ſed ex tota vita inſpecta faciendum eſt. *Aurifabro moribundo oblata eſt oſculanda effigies argentea Chriſti è cruce pendẽtis, ille verò protinus interrogauit, quot põdo argenti haberet. Thomas. Morus.*

Qualis fuit vita, talitèr eſt finita. *ex Garner.*

Fruſtra & ſtultè quidam, in vita Crœſus, in morte Socrates eſſe voluit.

Tale eſt illud noſtratium. Swiátá żáżyć/ potem w niébie być.

Vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. *Cic.*

Vide Epigramma in Anacreontem. ſub Nielog trudno odmienić.

Jáki kray/ táki obyczay.

Mores hominum regioni reſpondent. *Ex Plutarcho qui ait:* καὶ τ̃ φυτῶν τὰ σπέρματα & τ̃ ἀνθρώπων οἱ βίοι τ̃ χώραις ζυνεξομοιοῦνται .i. Et plantarum ſemina & hominum mores regionibus aſſimilantur.

ἐκ τ̃ μαλακῶν χωρῶν μαλακὸς ἀνθρώπους γίνεσθ@ φιλέει. *Herodotus.* Ex mollibus regionibus molles homines naſci ſolent.

Non ingenerantur hominibus mores, tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm ex ijs rebus quæ ab ipſa natura loci & à vitæ conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & viuimus. Carthaginenſes fraudulenti & mendaces, non genere, ſed natura loci, propter portus &c. Ligures montani duri atq; agreſtes: docuit ager ipſe. Campani ſemper ſuperbi, bonitate agrorum & fructuum magnitudine, vrbis ſalubritate. &c. *Cicero.* *Affine,* Káżdy kray ma ſwoy obyczay.

Jáki kto iéſt/ to w iégo mocy: ták o niem rozumiéią i mowią/ w cudzey.

Quid dicant in me homines, in manu mihi non eſt: meritò vt non dicant, id eſt. *Plaut.* Quis ſim, in me ſitum eſt: qualis audiam, in vano vulgo. *Idem.*

τίς ὢν, πάρεστί μοι, πεῖσ@ ἀκούω, λεῶ. *A.*

Innocentiam præſtare poſſum: quid de me homines loquantur, non poſſum. *Idem.*

Idem. Plaut. Ne admittam culpam, ego ſum promus meo pectori: ſuſpicio eſt in alieno pectore ſita. *Idem.*

Jáki (M. ábo piés) do kośćioká / táki z kośćioká.

Non omnes ſancti qui calcant limina templi. *Rhythmus vulgaris.*

Affine, Vlić pomóżé krukowi.

Jáki kto ſám iéſt / ták o drugich rozumie.

Inſanus omnes furere credit cæteros. *P. Syrus.*

μαίνεσθ' ἅπαντας οἴει ὁ Φρενοβλαβής. *A.*

Tuo ex ingenio mores alienos probas. *Plaut.* ποῖός τίς ἐστιν, ἑτέρους τοιούτους οἴει. *A. Cimmerij, non ſolùm ipſi tenebris oppleti ſunt, ſed & ſolem in mundo eſſe & aliis lucere negant. Ex Plutarcho.* Hoc habet omnis affectus, vt in quod ipſe inſanit, in idem putet cæteros inſanire. *Seneca.* ἡ πόρνη τὴν σώφρονα ſ. ὁμοίαν κρίνει. *Ariſtagoras.* Meretrix pudicam ſimilem ſibi eſſe iudicat.

Jáki kto z młodu / táki ná ſtárość.

Prouerbium eſt: Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea. *Prouerb. SS. 22.* *Qualis ſtirps tener, talis arbor craſſa; ſi rectus, recta; ſi curuus, curua.* Qui non aſſueſcit virtuti dum iuueneſcit,

A vitijs neſcit deſiſtere quando ſeneſcit. *Anonym. Rhythmicus.*

Vide Stárego odmienić trudno. Czégo śię nowa ſkorupká. Stárość obraz młodości.

Jáki pan / táki kram. Poddány idźié zá pány.

Regis ad exemplum totus componitur orbis. *Ex Claudiano.*

Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus. *Idem Claudian.*

οἷοιοί περ ἂν οἱ ἡγεμόνες ὦσι, τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῦ ὄντες τὸ πολὺ γίγνονται. *Xenophon.* Quales principes fuerint, tales plerumque & eis ſubditi:

οἵα ἡ δέσποινα, τοῖαι δὲ θεραπαινίδες. Qualis hera, tales pediſequæ.

οἵα δέσποινα, τοῖα ἦν καὶ ἡ κύων. *Clemens Alexand.* Qualis hera, talis & canis.

αἱ κύνες οἵαι περ αἱ δέσποιναι γίνονται. *Plato.* Catellæ ſolèt eſſe tales quales dominæ.

Dignus domino ſeruus. *Plaut.*

Qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerunt, talem ciuitatem fuiſſe. *Cicer.*

Nobilium vita victuque mutato, mores mutari ciuitatum puto. *Idem.*

γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται. Mulier imperator (.i. *effeminatus.*) & miles ſimiliter mulier (.i. *effeminato duci ſimilis*) *Contrà verò*

ὁ καλὸς ἄρχων, ἐμποιεῖ τὸ καλὸς ἕπεσθαι. Bonus dux, bonum reddit comitem.

Qualis hoſpes, tale hoſpitium. Qualis auis, talis nidus. *Garner. Gallic.*

Aliquando inuerſo modo fit, vt princeps populum ſequatur. Sic Oſea c. 4.

ἔσται καθὼς ὁ λαὸς, οὕτως καὶ ὁ ἱερεύς. Et erit vt populus ſic & ſacerdos. *Talibus conuenit illud Hieronymi eodem ſenſu ab eo dictum. Dignum patella operculum.* Princeps vel antiſtes malis populi moribus ſe accommodans.

Sic in Alexandrum Ægæum Neronis magiſtrum, quidam apud Rhodiginum luſit dicens: κακῶν μαθητῶν κακίονες οἱ διδάσκαλοι. Malorum diſcipulorum peiores magiſtri. *Vel* Malis diſcipulis peiores magiſtri. O domus antiqua quam diſpari domino dominaris. *Vide hoc ſub dicto.* Nié tu tegᷤ mieſce. *Affine eſt,* Przyktad przćłożonych.

Jaki ſam ieſt / takie drugie chcé mieć.

Vulpes amiſſa cauda, alijs vulpibus ſuadet vt caudas ſuas abſcindant. *Æſopus.* μοιχὸς εἰς μοιχὸν ἕλκει. *Suidas.* Adulter ad adulterum trahit.

Jaki taki vrzad / lepſzy niż proſta ſłużbá.

Co vrzad / to obrywká. Dobrzé mieć wiele vrzedow / tytułow / przézwiſk. Expedit habere plura cognomina. *Ex Ariſtophane qui ait:*

ὡς ἀγαθόν ἐσ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν!

O quam bonum eſt habere plura agnomina!

Talis fuit apud Ethnicos Mercurius deorum miniſter, legatus, præco, Præſes mercatorum, lucrorum, fraudum, viarum, artium, eloquentiæ. &c. Sed & alijs diis ſuis varia imponebant nomina. vt Soli Phœbus, Apollo, Hercules, Æſculapius, Adonis, Oſiris, Pan, Iupiter &c. Sic Lunæ Baccho Plutoni Dianæ Minervæ &c. obuia ſunt hæc apud Pòëtas. ſed & vide Macrob. Saturnal. 1. & Natalem Comitem. Talis item apud Martialem Hernes lib. 5. epigr. 25.

Et in aulis principum miniſtri qui plura habent officia magis honorantur & lucrantur. Gloriatur apud Virgilium Iuno quod & ſoror & coniux ſit Iouis.

Quidam apud Plutarchum τὸ βῆμα *tribunal (iudicium) vocant* χρυσᾶν θέρος, auream meſſem. *ob munera & lucra inde prouenientia.*

Apud Æſopum. ἡ νυκτερὶς ἀλλαξαμένη ὄνομα σωτηρίας ἔτυχεν. Veſpertilio mutans nomen ſaluus euaſit, ſemel captus auem ſe vocans, ſecundò murem.

Jakie częſtowánie / takie dźiękowánie.

Jákie raczenie / tákie płácenie. Dźwięk zá węch.

Diogeni Cynico conuiuium quoddam ingreſſo, conuiuæ oſſa ceu cani proijciebant; ille verò eadem more canis permingebat. Laërtius. Vtrumᵭ, ineptum & homine ingenuo & honeſto indignum. Honeſtior & lepidior eſt apologus Germanicus apud Iacobum Pontanum, de hoſpite peregrino, qui odore vel nidore à caupone tractatus, eidem ſonitu pecuniæ ſoluit & abijt. Alter apud eundem de hoſpite item, qui tenuiter tractatus à caupone, ſoluturus medicum vocari iuſſit, quòd ægroti inſtar acceptus eſſet tenuiter.

ὁποῖα ἡ εὐωλία, τοῖον λάχνον. *A.* Qualis epulatio, talis & ſolutio.

Affine, Wét zá wét. Jáko gałá. Jáko grátia.

Jakie odźienie / takie raczenie.

Liśić / pomkni śie: kuno / przed ſtoł: ſobolu / zéſtoł: báránić / zá pięć.

ἔσθησις ἀνδρός. Veſtis vir. *Vel* Veſtis virum facit.

Quintilian. l. 11. Cultus Oratoris, *inquit*, vt in omnibus honeſtis, debet eſſe ſplendidus & virilis. nam nimia cura & diligentia reprehendenda. *Idem libro 8.*

Cultus

Cultus cõceſſus atq; magnificus addit hominibus, vt Græco verſu teſtatũ eſt, auctoritatẽ. *Nempe illo Homeri.* ἐκ γὰρ τῶν τούτων φάτις ἀνθρώπους ἀναξαίνει ἐσθλή.

Ex his namq; hominum cuiuis bona fama paratur.

Vnio feminæ lictor. *Plini. .i. feminis vniones gerentibus omnes via cedebant, non ſecùs atq; ſi lictor ſubmouens obuios, eas præcederet.*

Huc poteſt trahi illud Platonis & Luciani. ὄνος τῇ τοῦ λέοντος δορᾷ περιβαλόμενος ἥρει, ὁ λέων ἐνομίζετο. Aſinus pelle leonis indutus, leo exiſtimatus eſt.

Addo apologum noſtratem (an verò hiſtoria eſt?) de illo, qui veſte vulgari ſuo ſtatui apta tectus, prohibitus eſt aditu cuiuſpiam magnatis: nactus autem ille cultiorem & in ea admiſſus, veſti illi honorem & reuerentiam exhibebat, mores hominum ineptos perſtringens. Londini id verè factum legi poſtmodum apud Drexellium.

Alius contrà, veſtem cultiorem quam indutus honorabatur, domum reuerſus pedibus calcabat, quòd illa honorata fuiſſet, non verò ipſe viliori veſte tectus. Herman. Puſchius. Similiter Lacon apud Plutarchum, exceptus ſplendido ſtrato ab hoſpite qui ipſum pridie (imparatus) declinauerat, ſtragula illa calcauit pedibus dicens, Propter iſta heri ne in ſtorea quidem dormire mihi licuit. Philopœmenes Prætor Achæorum imitatus à Megarenſi ciue ad prandium, venit eius domum ipſo abſente, vxor verò ipſius viſo hoſpite ignoto vili veſte tecto, ex miniſtris & antecurſoribus aliquẽ rata, iuſſit eum ligna ſcindere, qui mox abiecta chlamyde cœpit ligna findere & ciuẽ illũ reuerſũ obſtupefecit. E Plutarch. Improbat eundem morem S. Iacobus epiſt. 2. & perſonarum acceptionem appellat: cùm quis hoſpitis veſtem reſpicit & ob veſtem ſplendidam eum etiamſi improbus ſit, honorat; aut ob vilem licet probus ſit, deſpicit. Talia ſunt illa:

Plebs bene veſtitum, ſtultum (.i. *licet ſtultus ſit*) putat eſſe peritum. *Garner.*

In vili veſte haud quiſquam tractatur honeſtè. *Anonym. rhythm.*

Addo triuiale illud. In quali te cerno panno, in tali te loco ſcamno. *Vel ſit verſiculus.*

In quali es panno, in tali te colloco ſcamno. *Vide* Menecratis exemplum *ſub* Tákiemu tákie. *Affine,* Jáko cie widzą. & Szátá dodáié.

Jáko cię mogę/ téśli mię śtá tédy przéż nogę.

——— Dolus an virtus, quis in hoſte requirat? *Virgil.*

κλέπτης ἢ δόλῳ ἢ ἄμφαδον ὀξεῖ χαλκῷ. *Homerus.*

Interficias aut dolo aut palam acuto ferro.

χρὴ δ' ὅπως ἔρδοντ' ἀμαυρῶται τὸ ἐχθρόν. *Pindar.*

Oportet autem quidlibet faciendo retundere aduerſarium.

ἐγγύθεν κὴ πόρρωθεν. Cominus atque eminus.

δικαίως κὴ ἀδίκως. Quo iure quáue iniuria. *Terent.*

Badź práwem/ badź lewem. Per fas & nefas.

Ζυγάδην κὴ διὰ δοράτων μάχεσθαι. Cominus & haſtis pugnare.

——— Vt facias rem Si poſſis rectè; ſi non, quocunq; modo rem. *Horati.*

ἂν ἡ λεοντὴ μὴ ἐξίκηται, τὴν ἀλωπεκὴν πρόσαψον. *Zenodotus.*

Si leonina pellis non ſufficit, vulpinam adhibe .i. *ſi vi non potes, fraude vtere.*

Apud eundem Carbo de Sylla loquitur: Bellum gerens cum leone & vulpe (*quorum vtrumq; in animo Syllæ inhabitat*) magis à vulpe angor.

Thucydides (omitto Græca verba) ait: Furta hæc belli honestissimam habent gloriã, vbi quis decepto præcipuè hoste, amicis maximè prosit. *Item.* Omnia licere bello, & aduersitate aliqua circumuentis veniam esse quandam etiam apud Deum.

Hinc stratagematum in bello vsus celeberrimus apud historicos sacros & profanos, adi si lubet Frontinum, qui 4 libros stratagematum exemplis Græcorum & Latinorum impleuit, præceptis insuper varijs passim sparsis. Peculiare illud est apud Suidam.

Χοῖρον ἐπὶ δ πύργυ ἐπικρεμάσαντες τ κίνδυνον τ ἐπὶ δ ἐλέφαντ@ διέφυγεν.

Porco è turri suspenso, periculum ab elephanto imminens effugerunt.

Qui manu attingere non potest, lapide tangit vel deijcit. *Garner. Gallic.*

Dum modò doleat aliquid, doleat quod lubet. *Cic.* Byle złość wyrządzić.

Hæc omnia quæ præmissa sunt improbant aliqui scriptores.

Euripides. ἐδεὶς ἀνὴρ εὐψυχ@ ἀξιῖ λάθρᾳ
κτεῖναι τ ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὼν χ' τόμᾳ.

Nemo generosus vir dignatur clanculùm Occidere hostẽ, vultu at aduerso irruens.

Cicero item dolum improbat & fidem etiam hosti seruandam censet sæpe.

Sed rectè vtriq; sentiunt, vt Spondanus obseruauit. priores dolum probantes in publico prælio, posteriores in priuatis contentionibus & pugnis singularibus rectè eundem improbantes. Confer. Każdá ná nieprzyiaćiélá ma być ſkryta.

Jáko cię widzą/ ták cię piſzą.

Tanti es, quantùm habes. *Horat.* Tanti reuera estis, quantùm habetis. *Apulei.*

Vbiq; tanti quisq; quantùm habuit fuit. *Seneca.*

Tantùm habeas, tanti ipse ſies, tantiq; habearis. *Lucil.*

Et genus & virtus, nisi cum re, vilior algâ est. *Horat.*

Si quid habes, viges; si nihil, iaces. *Recentiorum dictum.*

In pretio pretium nunc est, dat census honores
Census amicitias. pauper vbiq; iacet. *Ouidi.*

πᾶς ἰς πλέσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει ὸ πενιχρόν. *Theognis.*

Quilibet virum diuitem colit, despicit verò pauperem.

κέρδαινε κ φείδ, κ τοσῦτ νόμιζε σαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς. *Plutarch.*

Lucrare & parcito, & tanto te dignum putato, quantùm habueris.

Ex cortice vulgus iudicat de nucleo. *Aloysius Luisin.*

Quæ contumelia est audire quod apparet? *Seneca de eo qui cùm claudicet, ægrè audit, claudum se vocari.* *Affine,* Jákie odźienie. Ták wiérzą.

Jáko gádą/ ták biią.

Per iocum dixisti, per iocum responsum habeto. *Plaut.*

Nimis iracundi estis, equidem hæc vobis dixi per iocum. *Pr.*

Per iocum item dictum habeto, quæ nos tibi respondimus. *Idem.*

Malè dicis maiori. *Pr.* Prior promeritus, perpetiare. *Idem.*

Si benè

Si benè dicetis, veſtra vos ripa ſequar: ſi malè dicetis, veſtro gradiar limite. *Idem.*
Me meo ludo lamberas. *Idem .i. perſtringis, laceras Feſtus.*
Me meo ludo laceſſis. *Idem. vel dic.* Tuo te ludo laceſſo, *&c.*
Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementiùs Exiſtimat eſſe, ſic exiſtimet: ſciat.
Reſponſum, non dictum *(non dicterium laceſſens)* eſſe, quia læſit priùs. *Terent.*
Hic reſpondere voluit, non laceſſere. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet benè.
Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id relatum putet. *Idem.*
ζωφρων καθ' ἡμας, σώφρον' ἀνηλήψεται,
θυμωμενῳ δ' ὁ τοξεται θυμωμένων. *Euripides.*
Modeſtus in nos, nos modeſtos ſentiet, Commotus in nos, nos reperiet concitos.
— ἐγὼ γὰρ ἀνδρὶ συγγνώμην ἔχω κλύοντι φλαῦρα, συμβαλεῖν ἐσῃ κακά. *Sophoc.*
Ego namque viro illi ignoſco, qui audiens mala, mala regerit.
Affine eſt, Kto mi mowi co chcé. Wet zá wćt. Vlić nágábne. *& ſequens mox.*

Jáko gráta ábo zágráia, ták ſkakáć. Po cudzey woli żyć, ſkakáć.
Vt homines ſunt, ita morem geras. *Plaut.* Vt voles me eſſe, ita ero. *Idem.*
Vtcunq; res ſit, ita animum habeat .ſ. *fortunæ conuenientem. Idem de ſeruo induſtrio.*
Obſecundato in loco; quod imperabit, facito. *Terent.* Profecto hoc ſic eſt vt puto:
Omnibus nobis vt res dant ſeſe, ira magni atq; humiles ſumus. *Idem.*
τῇ ἀγορᾷ χρῆσθαι. Vtendum foro. *quod etiam habet Terent.* vel ſcias vti foro .i. *occaſione, fortunâ oblatâ.*
πρὸς τὰς τυχὰς γὰρ τὰς φρένας κεκλήμεθα.
Fortunam ad omnem noſtra mens accõmoda eſt.
τοῖς πράγμασιν γὰρ ἀεὶ θυμοῦσθαι χρεών,
μέλει γὰρ αὐτοῖς ἁδὲν, ἀλλ' ὁ τυγχάνων
τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἂν πίθῃ, πράξει καλῶς.
Nil rebus ipſis quempiam iratei iuuat, Hoc namq; curæ nil eis eſt, benè at agis
Qui rebus obtingentibus rectè vtitur. *Apud Plutarchum.*
πρὸς ἄλλου ζῆν. *Ariſtotel.* Alieno nutu arbitrio more viuere. *Sic & Terent.*
Vtcunq; in alto *(in mari)* eſt ventus, exin *(ita)* velum vertitur. *Plaut.*
Vtcunque eſt ventus exin velum vertitur. *Item.*
καιρῷ λατρευὲ μήτ' ἀνθιστεῖν ἀνέμοισι. *Phocylides.*
Temporibus ſerui, nec ventis flando reſiſte.
εὖ πρὸς κιθάραν ὁ πὰς. *Lucian.* Probè ad citharam pes .ſ. *ſaltet, reſpondeat.*
Ad numeros citharæ quemuis ſaltare decorum eſt.
Tu pulſas citharam, ad modulos ego ſalto ſonantes.
Affine, Jako śie vda. Obojetny 1. *& præcedens.*

Jáko kogo zſtaić. Jáko kto przemożć.
Nos pro opibus efficimus noſtra mœnia. *Plaut.* Suum quemq; decet. *Idem.*
Quibus diuitiæ ſunt, cantharis, batiolis bibunt.
Nos noſtro Samiolo poterio tamen viuimus. *Idem.*
Sumite materiam veſtris qui ſcribitis, æquam

Viribus

Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent. Quid valeant humeri. *Horati.*
Aulœdus ſit, qui citharœdus eſſe non poteſt. *Cic.* Quod potes id tenta. *Cato.*
Λοκρικὸς βοῦς. Locrenſis bos. *ex lignis in ſacrificiũ conſtructus cùm viuus haberi nõ poſſet.*
Συμφέρεσε πτερὰ οἰωνοῖ, κηρόν τε μέλισσαι. *Plutarch.*
Gens auium pennas, apium gens congere flores. *Taubman.*
In trulliſſationibus arenato ſibi nimis placent, qui ex inopia ad gypſatum vel marmoratum aſpirare nequeunt. Rhodigin.
Dijs lacte & mola ſalſa litant, qui thura non habent. *Plini.* *Affine,* Według ſtáwu grobla. Kiedy tego niemożemy &c. Zgadzay ſie gebo & Jáko możemy.

Jako kto może broni ſie.

Vt quo quiſque valet ſuſpectos terreat, vtq; Imperet hoc natura, &c.
Dente lupus, cornu taurus petit, &c. *Horat.* Genus acre leonum.
Tutata eſt virtus, vulpes dolus, & fuga ceruos. *Lucretius.*
Cernimus vt cõtra metũ & vim ſuis ſe armis quæq; defendant. Cornibus tauri, apri dẽtibus, morſu leones; aliæ occultatione ſe tutãtur: atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines; multæ etiam infectantes odoris intolerabili fœditate repellũt. *Cic.*
ὄνυχες γ' ὁπλαὶ γ' Κηλαὶ γ' κέρατα γ' ῥύγχη τ' ὀρνίθων, πάντα ταῦτα βοηθείας χάριν ἔχουσι τὰ ζῶα. *Ariſtot.* Vngues, vngulæ ſolidæ, vngulæ biſulcæ, cornua, roſtra auiũ: õnia hæc præſidij gratia habẽt animãtes. V. Każda rzecz ma ſwoie obrone.

Jako kto zgrzeßył / tak go karzą.

Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. *Sapientiæ cap. 11.*
Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente, manũ pro manu, pedẽ pro pede exiges. *Deuter. 19.*
Pro menſura delicti erit & plagarum modus. *Ibidem cap. 25.*
Voces tonſoris Dionyſij tyranni per iugulum redîêre in auctorem. *Plinius. Dixerat is conquerentibus de Dionyſij crudelitate, ſe in eius iugulo ſæpe tenere nouaculam: quo dicto accepto Dionyſius ſtatim eum occidi iuſſit.*
Fumo necatur fumi venditor, *apud Lampridium.* V. Co drugiem wyrządzał.

Jáko możemy / nie iáko chcemy.

ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.
Viuimus non vt volumus, ſed vt poſſumus. Non viuimus cêu lubet, ſed cêu licet.
Pedetentim eat qui currere non poteſt. *Garner. Gallic.* (poſſumus.
πάντες καλῶς ζῆν θέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα. Benè viuere omnes volumus, an non
Affine, Kiedy tego nemożemy / &c. Jáko kogo.

Jákom kupił / tak przedáię.

Tralatum à mercibus ad ſermonem vel rumorem Qua fide accepi, eadem refero.
Audita ex fide narro. *Simili tralatione vſus eſt Cicero ſic Attico ſcribens:*
Ligarianam præclarè vendidiſti, i. *cõmendaſti hominibus, vt ipſemet Cic. explicat ſcribens eidem:* Ligarianam præclarè auctoritas tua commendauit: Dobrzéś vs dał / zálecił / przedał. *Quo exemplo dicere licebit.* Vt emi, ita vendo.

Vt ipſe

Vt ipſe ſcibo, te faciam vt ſcias: ſi quid neſcibo, id neſcium tradam tibi. *Plaut.*
Fides ſit penes auctorem. *Saluſt.* V. Wierzyć możé kto chcé. Com ſłyßał/ to powiádam.
Iiſdē numeris ijſdemq; rationibus, quæ in præſtantiſſimis viris excogitata & dicta accepi, perſequor. *Tacit.* πόσε ἐπριάμην, τοσέδε πάλιν. *A.*
Quanti hæc mihi empta, tanti ea indico tibi.
Quæ vidi ſcribo & trado, ſed quæ audiui vt audita narro. *Dion Niceus Latinè loquēs.*

Jáko pytáia/ ták odpowádáia.

Nec malè reſpondit, malè enim prior ille rogârat. *Quintilian.*
Triuiale dictum eſt: Qualis interrogatio, talis reſponſio. *Approbant illud Grammatici qui interrogationem & reſponſionem Caſu conſentire præcipiunt.*
ὁποῖαι ἐρώτησις, τοῖα καὶ ἀπόκρισις. *A.*
Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. *Prouer. SS. c. 26.*

Jáko ſie vda. Czaſowi ſłużyć.

In re præſenti, ex copia piſcaria, cōſulere quid emam æquū eſt. *Plaut.* ἐκ τῶν παρόντων. *Suidas.* E re nata; ex re; ex reipublicæ tempeſtate conſulem conſtituere. *Cicer.*
Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes. *Horat.*
ἐκ τοῦ καιροῦ ποιεῖσθαι τὴν βουλείαν. *Suid.* Ex occaſione capere conſilium.
ὅπῃ ἂν λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον. *Plato.*
Quocunque ratio ceu ventus tulerit, hâc eundem eſt.
Ire quocunque per vndas Notus vocabit aut proteruus Africus. *Horati.*
τῇ ἀγορᾷ χρῆσθαι Vti foro. *Terent. tralatum à mercatoribus qui non priùs vendunt ſuas merces, quàm pretium commune in foro intelligant.* *Sic Seneca.*
Vtamur foro, & quod fors feret, feramus æquo animo.
Temporibus aſſentiendum. *Cic.* Ad tēpus conſilium capere. *Idē.* Tēpori obedire. *Idē.*
Tempori cedere, id eſt neceſſitati parere, ſapientis ſemper eſt habitum. *Idem.*
Aliud Problema. *Cic.* Dies deceſſionis cùm aduenerit ἄλλο πρόβλημα quem præficiam. i. *è re nata & occaſione conſilium capiam vel ſententiā mutabo pro temporis ratione.*
Sed ſi quis (quæ multa vides diſcrimine tali)
Si quis in aduersū rapiat caſūsue deūsue — Si qua id fortuna vetabit. *Virg.*
Jéśli iáko. *Affine,* Jak koſtká pádnié. Rady doda potrzébá.

Jáſna rzécz. J ślépy by vyrzał/ rozſadźił.

Id quidem etiam cœco apparet. *Liui.* Luce clarius eſt. *Cicer.*
Cæcis hoc, vt aiunt, ſatis eſt perſpicuum. *Quintilian.*
Quamuis non dicas ex cute apparet. *Vulpes crocodilo dixit.* V. Láte ná tobié znéć.
ὅτι καὶ τυφλῷ δῆλον, φαίνεται. *Plato.* Hoc vel cæco manifeſtum eſt, apparet.
καί κ' ἀλαός τι ξείνε μαχεῖνεις τὸ σῆμα. *Homer.*
Hanc etiam cæcus metam diſcerneret hoſpes.
χείρεσιν ἀμφαφόωντ' ἠδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶντ'. *Idem.*
Tangebant manibus (proprijs) oculiſque videbant.
Ante oculos interq; manus ſunt omnia veſtras. *Virgil.* *Qui hoc ignorat, ignorat*

ignorat quòd Athenæ ſint in Attica, Corinthus in Iſthmo, Sparta in Peloponeſo. Ex Luciano.
καὶ παιδὶ δῆλον ἢ γνώριμον. *Plato. Philoſtrat.* Et puero manifeſtum notum eſt.
ἠλέκτρου ἢ ὑέλου διαφανέστερον. *Lucian.* Electro aut vitro pellucidius.
ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ. *Plato.* Tanquam in ſpeculo. *Et Terent.* Inſpicere tanquam in ſpeculum iubeo. Sole clarius eſt. *Sic Cicer.* De quo Panætio non liquet, reliquis ſolis luce clarius eſſe videtur. (tat. V. Wiem to.
τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν, αὐτὸ γὰρ βοᾷ. *Ariſtophan.* Manifeſta res eſt, ipſa per ſe clami-

Jaſney rzeczy dowodzić.

Soli lumen inferre. *Quintilian.* Medio die lucernam præferre. *Seneca.*
τὸ φῶς ἡλίῳ διανίζειν *Plutarch.* Soli lumen inferre. Solem facibus adiuuare.
λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις. *Ex Diogenis facto apud Laërtium.* Lucernam in meridie accendis. *quod ille faciebat.*

Jaſney rzeczy przeć / przeczyć / nie wierzyć / nie rozumieć.

Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri *Horat. Sermo eſt manifeſta negantis.*
Caligare in ſole. *Quintili.* Meridie non liquere ait. *Ex Cic. ſed varia eſt huius loci lectio & interpretatio. ad Attic. l. 1. ep. 1. non lucere, aliqui legunt.*
πρὸς τὸν ἥλιον λαλεῖν. Aduerſus ſolem loqui.
τὸν Δία νομίζειν εἶναι ἐστὶ μωρία. *Ex Ariſtoph.* Iouē eſſe credere eſt amentia maxima.
ἀπεφήνατο τὸν χιόνα οὐκ εἶναι λευκήν. *Galen.* Niuem non eſſe albam aſſerit.
ψελλὴ ἑαυτὴν πιστεύει. *Suidas.* Balba non credit .ſ. *ſe balbam eſſe, quod dicens & negans prodit ſe ipſa, dicens pro* πιστεύει, πίστευει. *V. infrà.* Nie ſeplumieć. *Vicin.* Záprzeć ſie.

Jáwna to rzecz. Wiedzą to i baby ná trećié / ábo w ſpitalu.

Opinor (*id*) Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe. *Horat.*
——— Hoc Ianus ſummus ab imo (*i. totum forum Romanum circa Ianum in quo fuerunt trapezitæ, mercatores*) Perdocet hæc recinunt iuuenes dictata ſeneſq;. *Idem.*
Hoc monſtrant vetulæ pueris poſcentibus aſſem.
Hoc diſcunt omnes, ante alpha & beta puellæ. *Iuuenal.*
Notior Nulla eſt Ionijs fabula nauibus. *Seneca Thyeſte.* Oculis ac manibus res tenetur. Manifeſtò tenetur. Teſtibus argumentis tenetur. *Cic.*
τὸ πρᾶγμα λέγει. *Lucian.* Res ipſa loquitur. Quid opus nota noſcere? *Plaut.*
ἔστι δὴ πιστὸν ἤδη ἐκ μάντεως. *Epimenid.* Hoc iam & vatibus notum.
Præſens hic quidem apologus eſt. *Plaut.* Sciunt hoc coqui. *ex Platone.*
καὶ λίθοι βοήσουσιν. *Tzetzes.* Et ſaxa clamabunt.
Indice non opus eſt noſtris nec vindice libris, Stat contrà dicitque tibi tua pagina fures. *Martial. de compilatore ſuorum carminum.*
Decantatæ in omnibus ſcholis fabulæ iſtæ ſunt. *Seneca.* V. Wiem to.

Jawnie odmowiwſzy / w oſobności pozwolić / dać. Przy drugich obráźiwſzy / záwſtydźiwſzy / cicho przeiednáć.

τῇ αὐλείῳ ἀποκλείσῃ, τῇ δὲ παραθύρῳ εἰσάγειν. *Ex Plutarcho.*
Antica excluſum, poſtica (*porta, vel parte domus*) recipere.

Jdac do woyta / oba ete boyta.

Neſcis tu quam meticuloſa res ſit ire ad iudicem. *Plaut.*
Pallet Ceu Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram. *Iuuenal. explicatum hoc eſt ſuprà* V. Zák by mu o glowe ßło. Rhadamanteum iudicium pertimeſcendum. *Ex Platone Virgilio.* Tenedia ſecuris formidabilis. *Ex Plutarcho.* V. Srogí.

Legem nocens veretur, fortunam innocens. *P. Syrus.*
νόμον τρέμει ἀναίτιος, ἀναίτιος τύχην. *A.*

Jdź gdźieś ále obiécał. Jakoś przyßędł / tak idź.

κέλευθον ἣν περᾷς ἦλθες ἐγκόνει πάλιν. *Æſchylus.* Qua veneras prius, abeas rurſus via.

Jeden ale dobry. Jeden dobry ſtoi za wielu złych.
Jeden mądry ſtoi zá dźieśieć głupich.

Vnum parit leæna, ſed leonem, vulpes multas, ſed vulpes. *Ex apologo, de vulpe quæ apud leænam facunditatem ſuam iactabat, à qua dictum illud audijt. Opinionem de vno fœtu leænæ refutat Rhodigin. l. 29. c. 9. Ex Ariſtotele & Plinio.*
εἷς ἐμοὶ μύριοι. Vnus mihi multi. *Sic Cic.* Vnus Cato mihi pro centum millibus.
ἐν δ' δίκαις εἷς ἀξιόχρεως πολλῶν μαρτύρων ἄρχει· *Pollux.* In iudicijs vnus fide dignus, pro multis teſtibus ſufficit.
Vnus mihi pro populo eſt & populus pro vno. *Democriti dictum apud Senecam. Simile eſt Heraclidi dictum apud Suidam ex Epigrammat.*

εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος τρισμύριοι, οἱ δ' ἀναρίθμοι
οὐδείς, ταῦτ' ἀύδω, κἀν πεδίῳ λειμωνίῳ.

Vnus homo tricies mihi mille, ſed innumeri ſunt
Nullus, & in campo ſic loquor Elyſio.

Hæc ego non multis ſed tibi; ſatis enim magnum alter alteri theatrum ſumus. *Epicurus apud eundem Senecam.*
Sic Antimachus Pòèta, cùm legens pòèma ab auditoribus eſſet deſtitutus, ſolo Platone manente dixit: Legam nihilominus. Plato vnus mihi eſt inſtar omnium. *Cic.*
εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος ἀντὶ πολλῶν ἢ πάντων. Vnus pro multis vel omnibus.
ἓν μέγα. *Plato.* Vnũ, magnum. πολλῶν βραχιόνων ἀντάξιος. *Philoſtrat. de Palamede.* Multis brachijs æqualis. *de homine qui ingenij ſolertia plùs poteſt præſtare, quàm plures ſimul indefeſſa opera. Talis etiam fuit Archimedes* ἑκατόγχειρος .i. Centimanus *ideò dictus teſte Plutarcho.* πολλῶν οἰκετῶν ἐμοὶ ἀντάξιον εἶναι. *Xenophon.* Plurium ſeruorum vice illum habeo vel arbitror.

Me raris iuuat auribus placere. *Martialis.*
Vis commendari, ſine me curſurus in vrbem
Parue liber. multis? an ſatis vnus erit? *Idem.*

——— πολλῶν ἢ πάντων ἀντάξιος ἄλλων. *Homer.* Multis vel omnibus æquandus.

Malo vnius agilem atque induſtriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam. *Columel.* (*hibens. Solin. Iſidor.*

Hexecontalithos, pro cunctis ſufficit vnus. *Lapis eſt 60. gemmarum colores ex-*

Natura hîc poſuit quicquid vbique fuit. *Rutilius.*

—— Quæ ſparguntur in omnes In te miſta fluunt, & quæ diuiſa beatos Efficiunt collecta tenes. *Claudian. de Stilicone.*

μία ψυχὴ τ̃ ἀπάσης πολυχειρίας ἐν ἐνίοις καιροῖς ἀνυτικωτέρα. *Polybius.*

Vna anima vel ingenium quibuſdam temporibus efficacior eſt quàm vniuerſa multitudo. *Vt Archimedes vnus multis Romanis Syracuſas oppugnantibus reſtitit.* Jeden pozczás ſtoi zá wiélu. ábo wiecey możé niż wiéle inych.

Affine, Jédno álé dobre. Vlié iák wiéle. Stoi iéden zá trzéch.

Jéden drugiego broni / wymawia. Pomagaia ſobié. Vlié wyda iéden drugiego.

Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt,
Cùm ille abeſt, hic præſto eſt. Tradunt operas mutuas. *Terent. alij ita legunt.*
Cùm ille eſt (ſ. *in noxa*) hic præſto eſt (ſ. *ad defendendum illum*)
Similis eſt apologus de duobus furibus aſtutis, quorum alter qui abſtulit & ſocio tradidit, negabat ſe habere; alter qui habebat, negabat ſe accepiſſe.

δανίζεσιν ἑαυτοῖς μαρτυρίαν. Dant ſibi mutuum teſtimonium. *Ex Cicerone.*

φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ,
ἀσπίδ' ἄρ' ἀσπὶς ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. *Homer.*

Denſantes haſtas haſtis, ſcuta ſcutis frequentibus
Clypeus clypeo hærebat, galea galeæ, viro vir.
Vlmus amat vitem, vitis non deſerit vlmum. *Ouid.* *Affine*, Wzaiem śie.

Jéden drugiego gorßy.

Σαρδιανοὶ ὦνιοι. *Plutarch.* Sardi venales. *Cic. ait.* Habes Sardos venales, alterum altero nequiorem.

Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ' αἰγύπτιοι, τέλος ὧν πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι. *Diogenian.* Lydi improbi: poſt hos ſecundi Ægyptij, Tertijque Cares perditiſſimi omnium. *Affine*, Vliémaß w czym przébierać. Wßyſtko łotrowié.

Jéden dzień / wiele odmieni. Jédna godzina / śtá ſprawi.

μία ῥοπὴ καιρὸς πολλὰς πραγμάτων, μεταβολὰς φέρει. *Nazianzen.*

Vnicum momentum temporis, multas rerum mutationes affert.

ἡδ' ἡμέρα τὰς μεταβολὰς πολλὰς ἔχει. *Euripid.*

Mutationes plurimas habet dies.

τ̃ πάντα δ' ὅλβον ἦμαρ ἓν μ' ἀφείλετο. *Idem.*

Felicitatē omnē mihi vna tulit dies. — Multa dies in bello conficit vnus. *Ennius.*

πολέμου μεταστρόφου ἄυρα. *Ariſtophan.* Belli verſatilis aura.

Tu quo-

Tu quoque fac timeas & quæ tibi læta videntur.
Dum loqueris fieri triſtia poſſe puta. *Ouidius.*

Affine, Odmian pẽino ná świécie. & Szcześćie odmienne.

Jéden iako drugi. Ná iédno kopyto wßyſcy. Jédney kuźney. Wßyſtkich obyczáié / iéden wydáié.

ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὅσα. *Suidas.* Ex vno diſce omnia. *Et Virg.* Ab vno diſce omnes .i. *Græcos fallaces.* Ex eadem officina. *Cic.* Ad vnum exemplar omnes. *Idem.* Vno ordine omnes habe. *Virgil.*

οἵα δ' ἑκάστου οἶκος τοιη δὴ καὶ ξυνάπασα πόλις. *Athæneus.* Qualis cuiuſq; domus, talis tota ciuitas. Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit .ſ. *Comœdias, Terent.* ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου. *Plato.* Ex eodem ludo.

Ambo animis ambo inſignes præſtantibus armis. *Virg. de Hectore & Æhea.*

Plaut. de trapezitis, leonibus eos comparans ait: Eodem hercle vos pono atque paro, pariſſimi eſtis hibus .i. *his, leonibus.*

Eſernius cum Pacidiano. *Lucil. gladiatores celebres per omnia ſibi pares.*

Ijdem Actij & Titij. *Varro. Gellius, & ICti pro duabus quibuſuis perſonis vſurpant.*

Simile, Niemáß w czym przébráć. Jédná to burſá. Jédney kuźni. Wßyſtko iotrowié.

Jéden kot ſtrádá myßy śie nie boi.

Lanio vel vnus non timet multas oues. *Alexandri dictum Gotfred. affert.*

ὁ μὴ φοβεῖται εἷς λύκος πολλὰς ὄις. *A.* Non metuit vnus plurimas oues lupus.

Jéden tácno śie pożywi.

τ' μόνον ὄνησι καὶ κακὴ τύχη τρέφει. *Philemon.* Fortuna vel maligna ſatis alit vnicum.

Jeden mowi / zámkni; drugi / otworz. Nie wiedźiéć kogo ſłuchác.

Ouidius de ventis contrariis turbantibus mare, dicit:

Neſcit cui domino pareat vnda maris. &c.
Rector in incerto eſt, nec quid fugiatúe petatúe
Inuenit: ambiguis ars ſtupet ipſa malis.

Et Horatius de conuiuis diuerſa ſingulis poſcentibus ait:

Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod petit alter. *Contrà verò*
Quod petis, id ſanè eſt inuiſum acidumque duobus.

Vnus ædificans, alter deſtruens. *Eccleſiaſtici 34.* Vnus orans & vnus maledicens. *Ibidem 46.* εἷς θύραιζον κλεῖσ' εἰσελθεῖ, εἷς ἔμπαλιν δ' εἶξαι. *A.*

Claudere me portam iubet hic, aperire ſed alter.

Affine, Dwiemá pánom ſłużyć. Nie iédno śie wßytkiem podoba.

Jéden ná drugiego pátrzy / á żaden nic mé czyni.

Nie bedźie nic z rego / gdy iéden pátrzy ná drugiego.

εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντες, πολλῶν καταμελοῦσιν. *Iſocrates de Democraticis.*

Alter alterum aſpicientes, multa negligunt.

Res abit in nihilum, quoties hic aſpicit illum. *Garnerus.*
Sæpe fit à nullo quod pluribus eſt faciendum. *Idem.* V. Niech też drugi.

Jeden napomknął, wynalazł, począł: drugi porwał, zrobił.

ὁ μὲ ἐξύφαινε θ' ἱστὸν, ὁ δ' διέζετο. *E Pollvce. Suida. al.* διάζετο. *Stamini addit.*
Telam orſus vnus eſt, alter hanc pertexuit. *Vide infrà* Jeden zgię.
Alluſit Cicero. Pertexe modo quod exorſus es. *Et Plautus.*
Neq; exordiri vnde occipias habes, neq; ad detexendam telam certos terminos.
ἔστ' ὑπόδημα ἔρραψε μὲ Ἱστιαῖος, ὑπεδύσατο δὲ Ἀρισταγόρας. Hoc calceamentum Hiſtiæus quidem conſuit, Ariſtagoras autem induit. *Darij dictum apud Diogenianum de defectione Samiorum ab Hiſtiæo excitata, & ab Ariſtagora nepote eiuſdem perfecta.*

πρηξιδίκη μὲ ἔρεξεν, ἐδίδαξεν δὲ Δύσηρις.
ἔμμα τό δε, ξυνὴ δ' ἀμφοτέρησι σοφίη. *Suidas.*
Praxidice fecit, docuit verò hanece Dyſeris.
Hanc veſtem, ambarum par ſapit ingenium.

Jeden nie wiele może: nie wszystkiego bacży. Jeden iáko nic.

εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ. *Zenodotus.* Vnus vir, nullus vir.
εἷς ἀνὴρ, ὃς πάντ' ἔρρᾳ. *Euripides.* Vnus vir non omnia videt.
εἷς ἕκαστος ἄνθρωπος αὐτὸς καθ' αὑτὸν οὐδείς. *Euryphanus.* Vnuſquiſque homo ipſe per ſe nullus.

μιᾶς γὰ χειρὸς ἀσθενὴς ἔστιν μάχη. *Euripides.*
Inualida pugna eſt quæ fit vnica manu.
πόλις γὰρ οὐκ ἔστ' ἥτις ἀνδρὸς ἐστ' ἑνός. *Sophocles.*

Ciuitas non eſt quæ vnius viri eſt. *Vel* Vir ciuitatem non faciet vnquam vnicus. *Vel* Ciuitas non ciuitas. *Monarchiã quidem Pòèta hoc dicto perſtringit, ſed huc trahi poteſt.*
Vni teſti ne Catoni quidem credendum eſſe, *dixit quidam apud Eraſmum.*
Væ ſoli quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. *Eccleſiaſtes c. 4.*
Vnus non facit choream. *Anonymus.* Vna hirundo. *infrà.*

Jeden oyciec dziesięć synow wychowa / á dziesięć synow iednego oyca żywić nie moga.

Σπανία τ' ὑῶν ἀνταπελαργία. Rara filiorum antipelargia .i. *beneficiorum à parentibus acceptorum gratitudo & remuneratio.*

Jeden stáry wół / wiecey zdoła / niż dziesięć młodych kozłów.

ἡ κάμηλος καὶ ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀναλίσκει φορτία. *Syneſius.*
Camelus etiam ſcabioſus plurium aſinorum geſtat onera.

Jeden zgię / drugi porzę. Jeden budnie / drugi pſuie.
Jeden ták / drugi owák. Jeden robi / drugi trawi.

Ocnus funem torquet, & aſina tortum deuorat. *ex Pauſania Vide* Zonę ſtroynąć
ὁ δ' ἐξύφαινε θ' ἱστὸν, ὁ δ' διέζετο. *Pollux.* Hic telam texuit, hic verò diduxit vel retexuit. nam διέζετο *Heſych. exponit* διεχίζετο, .i, diſcidit.

Vnus ædi-

Vnus ædificans & vnus deſtruens. *Eccleſiaſtici 34.*

Apud Æſopum, ἅπερ γναφεὺς λευκαίνει, ταῦτα ἀνθρακεὺς ἀσβόλης πληροῖ.
Quæ fullo dealbat, hæc carbonarius fuligine opplet. *ideò hunc ille recipere noluit.*

Quod fiſtula congregat, tympanum diſſipat. *Garner. Gallic.*

Martial. in Cerdonem ludos ſuo ſumptu & quæſtu exhibentem.

Das gladiatores ſutorum regule cerdo, Quodq; tibi tribuit ſubula, ſica rapit.

Co ſpołem zárobiſz/ to ſpermierzom wydáieſz.

Jéden wielom/ abo wſzyſtkim częſto záſzkodzi.

Przy iédnem złem/ i dobrem śie wielom doſtánie.

πολλάκι γὴ ξύμπασα πόλις κακῶ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. *Heſiod.*
Sæpè mali malefacta viri populus luit omnis.
Vnius ob noxam Aiacis, Pallas claſſem Argiuorum exuſſit, deſiecit, demerſit. Virgil.
Tria millia militum fugata ob vnum Achan improbum. Ioſue. cap. 7.
Ingratus vnus omnibus miſeris nocet. *P. Syrus.*
Vno Tribuno plebis diſſentiente reliquorum vota & ſuffragia nil valent. Polybi. Plutar.
ἑνὸς πονηρία πολλοὺς ἀφῃρέθη συμφορᾶς. *Libanius.*
Vnius malitia communitati calamitates accerſit.
Eryngium herbam ſi vna capra in os ſumat, & ipſa & totus grex ſubſiſtit, donec paſtor eam illi eximat. Plutarch. aliquoties habet.

Jéden za dwu ſtoi/ drugi ánі za pół iédnego.

ὁ μὲν ἑκάτερος, ἀμφότερος, ὁ δὲ ἀμφότερος οὐδέτερος. *Apud Plutar. Philippus Rex.*
Vterque, eſt ambo; ambo autem, eſt neuter. *Iocus eſt in duos fratres, quorum alter, qui erat frugi, dictus erat ἑκάτερος; alter qui nihili erat, ἀμφότερος quaſi per ludibrium dicebatur.* *Eſt de his Epigramma Græcum in Anthologio.*

Jéden zły wielu dobrych zépſuie. Jedna owcá párſywa/ wſzyſtko ſtádo záráźi.

——Grex totus in agris. Vnius ſcabie cadit & porrigine porci. *Iuuenal.*
Separate iumentum mundum ab immundo. *Leuitici cap. 20.*
Plato etiam paſtorem iubet διαλέγειν τὰ τε ὑγιῆ καὶ τὰ μή. Separare ſana pecora ab ægris. *Nam* contagium à vicino pecore, facile dimanat. *Sic Columel.*
Cùm alia pecora tum præcipuè oues contagione vexantur. *Et Virgil.*
Ne mala vicini pecoris contagia lædant .ſ. *fatas.*
Vnica praua pecus inficit omne pecus. *Anonym. Rhythmic.*
τὸ γὰρ ἑτέρου κακὸν εὖ πως ὁ πλησίον ἁπτεσθαι φιλεῖ. *Philo.*
Alterius malum facilè quodam modo vicinum afficere ſolet.

Affine, Towárzyſtwo zé złemi. & Obcowánie.

Jedna táſkolka nié czyni lata; nié czyni miaſtá iédna chatá.

μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποεῖ οὐδὲ μία ἡμέρα. *Ariſtotel.*
Vna hirundo non facit ver, nec vna dies.

Sic nec

Sic nec vna actio virtutis probum; nec vna coniectura certitudinem; nec vna domus ciuitatem; Nec vnus dies doctum efficiet.

πόλις γὰρ ἐκ ἔστ' ἢ τις ἀνδρὸς ἔστ' ἐνός. *Aristophan.*

Non est vocanda ciuitas domus vnica, vel vir vnicus.

ἀνοήτου ἐστὶ τοῖς ὑφ' ἑνὸς μόνον εἰρημένοις ἐμμένειν. *Isocrates.*

Stultum est vnius duntaxat verbis inhærere, niti.

Jedna mała wada/ piękna rzecz abo ſprawę oſpeci/ obrzdzi.

Quicquid est in quo offenditur, id etiam illa quæ laudanda sunt obruit. *Cic.*

Omne bonum quod habes, contaminat vnica labes. *Anonym. Rhythmic.*

Tritum in ſcholis dictum, S. Thomæ & aliorum: Bonum ex integra causa; malum ex quocunque defectu. *Hinc Ouid.* Nullus in egregio corpore nævus erit.

Jedna nedzá mé dekuczy: abo/ mé dość na ztowicka.

Vulgare dictum est. Calamitas nulla sola.

ὥς μοι δ' ἕλεσσι κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί *Homer.* Vt me excipit malum ex malo semper.

εἰδὴ ὁμῶς πτολεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς. *Idem.*

Posteaquam simul bellum subijt & fames Achiuos.

ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται. *Euripid.* Doloribus dolores incumbunt.

Dolor dolorē trudit & metus metū. *Seneca* Famem pestilentiā secuta est. *Curtius.*

Sic Fluctus fluctum excipit. *Vide* Ják zlé / ták zlé.

Jedna nega w grobié. *Vide.* Stáry bárzo. *Nonnunquam eadem periphraſi vtimur etiam de periculosè ægrotante & depoſito.*

Jedna ręka głaſzcze druga polczkuie/ abo bie.

τῇ μὲν τὴν χειρῶν καταψήχει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τῇ δὲ παίει τὴν παρειάν. *Nazianz.*

Altera manu demulcet caput eius, altera verò ferit malam.

τῇ μὲν ἕλκειν, τῇ δ' ἀπωθεῖσθαι χερσίν. *Idem.* Alterâ manu trahere, alterâ repellere.

τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ πῦρ. *Plutarch.*

Alterâ manu fert aquam, alterâ ignem. *Plura vide ſub* Nießezery & Oboietny.

Jedna to burſá. Trzoſ to abo iednegoż to pletu kół.

De grege illo est. *Terent.* Ex hoc numero est. *Cic.* In hoc albo est. *Plini.*

Eiusdem farinæ est. *Ex Perſio qui ait:* Fueras noſtræ paulò antè farinæ.

Eodem igne & aquâ vtuntur. *Budæ.*

ἓν κηρίον. *Suidas.* Vnum idemq; alueare. Eadem cera, idem fauus. *Euſtathio.*

ἐκ μιᾶς ἑστίας. *Syneſ.* Ex eodem lare. τῶυτὸν ἕλκουσι ζυγόν. Idē iugū trahunt.

ὁμότεχνος. Eiusdem Musæ æmulus. *Gellius.* ταυτὸν θύμον φαγόντες *Ariſtoph.* Eundem thymū, *vel* porrum edētes. *Agreſtem herbam pauperum Suidas interpretatur.*

καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις. *Theophraſtus.* Etiam corchorus inter olera *ſ. numeratur. In bonam partem interpretatur Henric. Stephan. de eo qui in aliquo numero poſteriori eſt, ex eo tamen eſt. Vt,* Etiam Chærilus inter Pòétas.

ἐκ τῆς

ἐκ τῆς αὐτῆς βιονῆ φάτνης ἐδηδοκότες. *Suidas.* Ex eodem *vel* in eodē præſepi paſti.
ἐμπρόσθιοι. *Ariſtophan.* Pariter remum ducunt.
μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει *Suidas.* Vna ſcutica omnes impellit .i. *eadem cupiditas vel neceſſitas omnes vrget. Tralatum à iumentis aut ſeruis, vt inſinuat Plutarch.*
Ο iedno wßyſtkim idźie. Ná iedno wßyſcy czuwáia *Eandem ſponſam omnes ambiunt. Proci Penelopes.* *Affine,* Jéden iáko drugi. Jédney kuźnicy.

Jedná to dußá. Jednem duchem tchna. Jego duchem tchnié. Wiérny przyiaćiel.

ἡ μία ψυχὴ. *Pythagoras de amicis.* Vna anima.
μία ψυχὴ ἡ ἐμὴ καὶ ἡ τέτε. *Ariſtoteles.* Vna anima mea & huius.
Τὸ φίλον ἕτερον αὐτὸν, *vocat Pythagoras.* Amicum alterum ipſum.
Et Cic. Amicus alter ego. ἡρακλείῳ ἄμματι δεδεμένοι. Herculeo nodo vincti.
——— Vnum & commune periclum Vna ſalus ambobus erit. *Virgilius.*
Similia dicit Ouidio eunti in exilium vxor: Non potes auelli ſimul ibimus &c.
Sic Horat. Dimidium animæ ſuæ vocat Virgilium. *Huc paria amicorum apud ſcriptores varios celebria veniant.* Niſus & Eurialus *Virgil.* Æneas & Achates *Idē.* Theſeus & Pyrithous. *Itemq;* Pylades & Oreſtes. *Martial.* Damon & Bythias. *Cic,* Hercules & Theſeus. *Plutarch.* &c. *Sed inſignia ſunt quinque paria Græcorum & totidem Scytharum amicorum apud Lucianum in Toxari.* V. Dwá trzéy wiérni.

Jednako. Wßyſtko zá iedno.

Thebis Athenas & Athenis Thebas .ſ. *tantundem via.*
ἐκ τῶν αὐτῶν γραμμάτων τραγῳδία γίνεται καὶ κωμῳδία.
Ex ijſdem literis conſtat Tragœdia & Comœdia.
φαυλός σε δαίμων καὶ φαύλη τύχη λάβοι. *Athenæ.*
Lens te deus corripiat & fortuna lens. *Cùm eadem aliter iterum dicuntur.*
Nam φαύλος eſt lens cruda, φαύλη lens cocta: δαίμων fortuna mas ſeu deus, τύχη fortuna femina, ſeu dea. Viginti minis vel quater quinis. *Plaut.*
Reges philoſophantes & philoſophi regnantes. V. Krowniſmy ſobié.

Jednáko to obiemá ábo wßyſtkim dokucza wßyſtkich boli.
Tak to mnié / iáko i ciébie boli. Tak to on czuié / iáko i ty.

Non minùs moleſtum eſt comatis quam caluis pilos velli. *Seneca.*
Minus putas tuum naufragiū? *Idem. Naufragiū enim æquale eſt eiuſdē nauis vectoribus.*
In eadem naui es, vel ſum. *Cic.* Eodem iugo premeris. *Tertullian.*
ἐγώ τε καὶ σὺ ταυτὸν ἕλκομεν ζυγόν. Ego & tu idem trahimus iugum.
τὴν ἐμὴν κάμνεις νόσον. *Euſtathius.* Meo laboras morbo.
ὁμὴν δ' ἀνδάγμεθ' ὀιζύν. *Homer.* Simili conflictamur ærumna.
Vna ſcutica omnes impellit, *ſub* Jedná to burſá.

Jednáko wßyſtkich leczyć. Jédna récéptá/ plaſtr/ ná wßyſtkie choroby. Jédno kopyto ná káżda noge. Jednáko ſie z káżdem obchodźić .ſ. nie rozum/nie grzéczy.

Vno collyrio omnium oculos curare. *S. Hieronym.*

ἑνὶ καλόποδι πάντας ὑποδεῖν. *Galenus.* Eodem calceamento omnes calceare. *loquitur verò de medicis, vt & Hieronym.*

Jednego błędu vchodząc głupi/ trafia w drugi.

Alterum vitium cuitans, incidit in alterum. *Seneca.*

ἐν τ' ἐγκλῆμ' ἄφρων φεύξας ἐκπίπτει εἰς ἄλλο. *A.*

Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt. *Horati.*

In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte. *Idem.*

— Dum vitat humum, nubes & inania captat. *Idem.*

— Nam fruſtra vitium tentaueris illud, Si tè aliò prauum detorſeris. *Idem.*

πᾶσαν κακίαν δι' ἀρετῆς, οὐχι διὰ τῆς ἐναντίας κακίας φεύγειν. *Plutarch.* Omne vitium virtute non vitio corrigendum vel effugiendum.

Præter caſam fugere. *Ex Terent. qui ait:* Ita fugias, ne præter caſam; ne .ſ. *prætereas caſam impetu, in qua tutior eſſe quàm fugiens potes. Donatus. Alij aliter explicant.*

Præter ianuam incitatur. *Ex Luciano, qui ait:*

μὴ παρὰ θύραν βιάζεσθαι. Ne præter ianuam inciteris. *Affine,* Popráwił ſie.

Jednego pátrzyć trzébá. Jednego ſie trzymay. Ná iédnem przeſtań.

Qui quò deſtinauit peruenire vult, vnă ſequatur viă, nō per multas vagetur. *Seneca.*

εἷς ἕκαστος ἓν μὲν ἂν ἐπιτήδευμα καλῶς ἐπιτηδεύοι. πολλὰ δ' οὐ. *Plato.* Vnusquiſque vnum ſtudium rectè exerceat, plura verò nequaquam.

οὐκ ἔστιν ἀμφότερα ἐξενέγκασθαι. *Demoſthen.* Non licet vtrumque conſequi.

Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt. *Teren.*

ἀδύνατον πολλὰ τεχνώμενον πάντα καλῶς ποιεῖν. *Xenophon.* Impoſſibile eſt multa exercentem omnia præclarè facere.

τὰ πολλὰ πράττειν πολλὰς ὀδύνας ἔχει. Multas negotia multa habent moleſtias.

Ijſdem ſemper incumbendo, experientia excellere facit. *Iſocrates.* V. Cwiczenie.

δύο ἐπιτηδεύματα ἢ δύο τέχνας ἀκριβῶς διαπονεῖσθαι, σχεδὸν οὐδεμία φύσις τῶν ἀνθρώπων ἱκανή. *Nazianzen.* Duplex ſtudium aut duas artes, accuratè tractare, pænè nulla natura humana ſufficit.

μίαν ἕκαστος τέχνην κεκτημένος, ἀπὸ ταύτης ἅμα καὶ τὸ ζῆν κτάσθω. *Idem Nazianzen.* Vnam quilibet artem nactus, ea victum quærat.

ἓν ὑφ' ἑνὸς ἔργον ἄριστ' ἀποτελεῖται. *Ariſtotel.* Vnum opus ab vno optimè perficitur.

οἱ δύο τέχνας μετιόντες, μηδετέραν καλοῦσι, τῷ τὴν γνώμην μεμίζεσθαι. *Vlpianus Rhetor.* Qui duas artes perſequuntur, in neutra cũ laude verſantur, eò quòd animus ipſorum diuiſus ſit. Conatus diuiſus inutilis eſt. *Garner.* Pluribus intentus, &c.

ἀδύνατον ἕνα πολλὰς καλῶς ἐργάζεσθαι τέχνας. *Plato.*

Impoſſi-

Impoſſibile eſt vnum plures artes bene exercere. *Nam vt ait Galenus.* ἀνάγκη καταφρονῆσαι θατέρου, ὃ δὴ θάτερον ὁρμήσαντα σφοδρότερον. Neceſſe eſt vt negligat alterum, qui in alterum vehementiùs incumbit. *Rectè monet Sapiens Eccleſiaſtici cap. 11.* Ne in multis ſint actus tui.

Affine, Dwié robočié rázem robić.

Jédnego ſkaranie/ wiélu poſtrach. Karanie tédnego/ vſtromi dźieſiątego. Jédnego przygodá/ wiélu przéſtrogá.

ἑνὸς δαρέντος ἐμπίπτει πολλοῖς φόβος. *A.* Multi timere ſolent vbi vnus vapulat. Fulmina paucorum periculo cadunt, multorum metu. *Seneca.*

Cum Mileſiæ mulieres inſania quadam correptæ paſſim ſe ſuſpenderent, decretum eſt vt omnes ſic mortuæ nudæ per forum deferrentur, & ſic inſania repreſſa. Plutarch.

Leones vaſtantes Africanas vrbes, aliquot ex ijs cruci affixis ante portas, cæteros compeſcuerunt. *Plini.* κολοιὸς ἀποβάλλοις ἐὰν ἑνὰ θηρεύσας κρεμάσῃς. *In Geoponicis.* Graculos repelles, ſi vnum ex his captum ſuſpendas.

Jédnego zlego pozbędźieß/ á dźieśiecioro (drugie wierßę) tudźieß náſtapi.

ὕδραν τέμνεις. *Plato.* Hydram ſecas. *cuius capita abſciſſa maiore numero repullulabant.* ὕδραν τέμνει ἀεὶ ἀναβλαστάνταν. Hydram ſecat ſemper repullulantem. *Plutarch. de Alexandri fortuna.* πόνος πόνῳ πόνον φέρει *Sophocles.* Labor labore laborē fert.

εἰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθεν. *Plato.* In ſimiles anſas incidit.

τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγὼν τῇ Σκύλλῃ ἐνέπεσον.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi. Vſuram ſoluere. *Cic. Seneca.*

ἀπορρεῖ τὸ ἐξαντλούμενον. *Lucian.* Influit quod exhauritur.

Quantùm exhauſtum eſt, ſubnaſcitur. *Seneca.*

ἄλλην μὲν ἐξηντλήμεν, ἡ δ' ἐπεισρεῖ. *Zenodot.* Exhauſimus quidem illam, at influit altera. Vno fluctu recedente alter ſuperuenit. V. Ják źlé/ ták źlé. *& plura ibidē. Monedula è cauea elapſa cum filo, in nido implicata fame mortua eſt. Æſopus. In eos qui à mediocribus periculis ſe liberare volentes, in maiora incidunt.* *Affine,* Tráfił zé dźdźu.

Jédnem dobrodźieyſtwem podárkiem dwu ſobié zniewolić/ dwu przyiaćiot nábyć. Jédnem bánkietem dwoie wéſele odpráwić.

Vnica filia geminos generos parare. *Eraſm. è Gallico dicto.* δύο τείχους ἅμα ἐξ ἑνὸς ἀγγείου ἀλείφειν. *Suid.* Duos parietes de eadem fidelia dealbare. *Cic. idem vſurpauit.*

Jédnem nié wiéle przybędźié/ ábo vbędźié.

εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ. *Zenodot.* Vnus vir, nullus vir.

Jédnem rázem/ guzem/ kłopotem/ dwu ábo wiélu odbyć. ſ. dobrzé téſt.

Vna plaga abſoluere. ſ. *præſtat. ex Plauto.* Vna decima pro tribus defungi. *ex Cic. qui habet.* tribus decimis pro vna defungi. *loquens de ſumma auaritia Verris.*

κέραυνος καὶ θάνατος ταχὺς ἀπάγει μιᾷ πληγῇ. *Lucianus.*

Fulmen & mors citò vna abſoluit plaga.

Jédnemu gody / drugiemu głody.

Alij ebrij ſunt, alij poſcam potitant. *Plaut. Lipſius. Taubman.*

Superi incœnati & inferi cœnati. *Apud Plautum quidam de coquis malis & rapacibus loquens cogitat vt in puteo cœnam coquant & nil in domo furentur. rurſus mutat conſilium dicens:* Si autem deorſum comedent quod coxerint; ſuperi (*conuiua extra puteum ſiti*) incœnati erunt, & cœnati inferi (*coqui.*)

S. Paulus ad Corinthios epiſt. 1. ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. *Quadrant in hunc locum non pauca poſita ſub dicto.* Lépße go ſpodarzowi. & Gośći zaprośiwßy. *Affine etiam,* Vſie rowno śie dźiećiemy.

Jednemu śie zmiélé / drugiemu śie ſkrupi.

Vſa wilká okrzyk / á wronę świnie bęſpięcznię ſkubię.

——— Multi Committunt eadem diuerſo crimina fato,

Jlle crucem pretium ſceleris tulit, hic diadema. *Iuuenal.*

Jiſdem de cauſis alios plectere, alios ne appellare quidem. *Cic. .ſ. mos eſt.*

Non idem lupo quod coruo licet. *Ex apologo Æſopi de Lupo qui videns paſtorem arridentem coruo ſcalpenti hulcus in dorſo aſini, ait:* Nos miſeros iſti, vbi viderint perſequuntur, huic verò etiam arridet.

Similis apologus eſt apud Plutarchū, de paſtoribus ouem comedentibus & lupo eis inuidente.

Tibi (*pro peccato*) parata erunt verba, mihi verbera. *Apud Terent. dicit ſeruus heriti filio.* Tu lites audies, ego plectar pendens. *Idem.*

ζυγγώμη ἄλλοις ὄφλεαί, σοι δὲ κόλασις. *A.*

Debetur alijs venia, pœna ſed tibi. Komuśći śie zmiélé / roblé śie ſkrupi.

Jédnemu ſydłá gola / drugiemu i brzytwy nié chcą.

Vulgare noſtras dictum eſt. Alijs ſubulæ radunt, alijs nec nouaculæ.

τῷ ξυρεῖ ἡ σμίλιον, τῷ δ' οὐδ' ξυρεά γ' ἐδέη. *A.*

Subula huic radit, negat aſt illi ipſa nouacla.

πολλοί τοι χρῶνται δειλαίης φρενὶ, δαίμονι δ' ἐσθλῷ,

οἷς τὸ κακὸν δοκέον γίγνεται εἰς ἀγαθόν.

εἰσὶν δ' οἱ βουλῇ τ' ἀγαθῇ καὶ δαίμονι φαύλῳ

μοχθίζουσι, τέλος δ' ἔργμασιν οὐκ ἔπεται. *Theognis.*

Multi vtuntur ſtulta mente, numine verò propitio. Quibus quod malum videtur, efficitur bonum. Sunt verò alij conſilio recto, & fato maligno. Laborant, finem verò laboris non aſſequuntur.

Pullo Mæuius (*Pœéta & vir bonus*) alget in cucullo,

Cocco mulio fulget Incitatus. *Martialis.*

Vni laqueus obtulit aurum, alteri aurum laqueum. *Apologus eſt de malo ab vno euitato & alteri obiecto. Quidam ſuſpendere ſe volens reperit theſaurum, & eo accepto, in eius loco poſuit laqueum: ſuperueniens verò is qui defoderat theſaurum, eo non inuento, aptauit collo laqueum quem reperit. Epigramma in Antholog. quod Latinum fecit Auſonius. Archelaus Pœétæ malo petenti 10 talenta negauit ſed ea Euripidi dedit dicens.*

σὺ μὲ

σὺ μὲν γὰρ αἰτεῖν, ὅτος δὲ λαμβάνειν ἄξιος ἐστι & μὴ αἰτῶν. Tu quidem petere dignus es, ille accipere etiam non petens. *Plutarch.* *Affine*, Vtié iédnáko Bóg dáié.

Jédney kuźni miiicé.

αὐτὴ κάμινος αὐτὸς ἔπλυνεν τροχός. *Heſychi.*

Idem caminus edidit & idem trochus. Eodem luto factus. *Buda. ex Iunenali.*

Ex eadem figlina. ἀδελφὰ & ὁμόζωμα καὶ τὰ αὐτῆς παραμέσια. *Gregor. Palama.*

Germana & concoloria & eiuſdem figlinæ.

Eiuſdem notæ. *Seneca.* Reſpondent ſibi & vna forma percuſſa ſint .ſ. *dicta ſapientis. Idem. tralatum à nummis.*

Eodem in ludo docti omnes. *Terent.* Ad vnum exemplar omnes. *Cic.*

ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος. *Plutarch.* Ab vno diagrammate .i. *formula. ſeu ſimilia ſemper, nempe blanda loquitur adulator.* *Affine*, Jéden iáko drugi. Podobni.

Jédno alé dobre. Jédno ſtoi zá wiele.

Multa nouit vulpes, at echinus vnum magnum. *E Græco carmine de Erinaceo.*

πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.
ὃς εἶδ' ἂν ἄλλων θηρίων ὀσμὴν μάθῃ.
τροχγύλος ἀμφ' ἀκάνθας εἰλίξας ὅλους
κεῖται δακεῖν τε & θίγειν ἀμήχανος. *Zenodot. Plutarch.*

Ars varia vulpi, aſt vna echino maxima. Qui ſimul odorē belluarū ſenſerit,
Se contrahens ſpinis operto corpore Tangiq; morderiq; neſcius iacet.

In tertio verſu Eraſmus legit τρόφυλος & τρόφιλος. *Manutius verò* τρόβυλος, *nulla quod ſciam analogia & origine conformi. ego* τροχγύλος *poſui, apto, vt puto, ſenſu .i. conuolutus in ſphærā. nec obſtat υ huius vocis breue, nā facile à liquida ſequenti adiuuatur vt longum ſit, more Pòétis Græcis vſitatiſſimo. adde quod eadē difficultas ſit in lectionibus aliis.*

Vnum pro cunctis fama loquatur opus. *Martial. de amphitheatro Iulij Cæſaris.*

Affine, Jéden dlé dobry.

Jédno Bogá. *adde aliquid.* żyto, żniwo *&c.* tédno Bogá.

Agricolarum vt plurimùm eſt dictum. Senſus eius eſt. Deus conſeruet nobis nata. Faueat modò Deus, meſſis erit vberrima. &c.

Simile dictum ruſticorum ethnicorum de vberi prouenta mellis apud Galenum:

ὦ Ζεὺς βρέχε μέλι. Iupiter plue mel. *Votum eſt fauſta precantium.*

Sic & noſtrates cùm pluuia diutiùs exſpectata & frugibus opportuna cadit, dicunt: Złoto páda. *Huc trahas licet illud Virg. de aureo ſeculo.*

——— Omnis feret omnia tellus. Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Idem habet Tibull. & alij. Vſurpes hîc etiam illud: Aurea nunc verè ſunt ſecula.

Jédno ku drugiemu. Jédno drugiemu pomaga.

Et quæ non proſunt ſingula, multa (*vel, iuncta*) iuuant. *Ouidi.*

Lorica & gladius firmum munimentum. *Tacitus.*

Multa licia tenuia iuncta, funem nauticum firmum faciunt. *Ex S. Augustino.*

νήματα λεπτὰ πολλ' ἐξιτῶσιν πεῖσμα πάχιστον. *A.* Bulbus nil profuerit.

Athenæus habet hunc senarium ἀδὲν σ' ὀνήσει βολβὸς ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς.

Neruis carentem iuuerit bulbus nihil. *quẽ Erasmus ad honestum sensum paræmiacum trahit dicens.* Studium sine ingenio nihil prodesse. *Proprium sensum hîc non curo. habet hunc Pierius l. 58. c. 40. ex Varrone Martiali.* Virtus vnita fortior. *& similia plura leges sub Titulo* Spolnić lżey.

Jédno lépiey ábo lżey ćierpiéć.

ἐνὶ γὰρ συνέχθαι κρεῖττον ἢ δυοῖν κακοῖν. *Aristophan.*

Malo premi vno leuius est quam duplici.

Jédno rozmáićić vdáć możé.

Antipodas quidam in aquis ostendit. *Lucianus.*

Equus Pausonis. I. & currit & volutatur. Quidam Pausonem pictorem iusserat pingere equum volutantem se in puluere, pinxit ille stantem, & ei qui pingi iusserat indignanti quòd non stantem pingi iussisset, respondit, verte tabulam & habebis quod volebas. Ælianus. Quid comedisti hodie, heri? &c. Olera & pisa: Pisa & olera. &c. V. Potraw rozmáitość. *Affine,* Żniczégo co vczynić.

Jédno stońce dość ná niébié. Pánowánie towárzyßá nié lubi/ nié ćierpi.

Mundus non capit duos soles. *Alexandri Magni dictum.*

Nulla fides regni socijs, omnisque potestas.

Impatiens consortis erit. &c. *Lucanus.* Non capit regnũ duos. *Seneca Thyeste.*

Nulla sancta societas & fides regni est. *Cic. ex Ennio.*

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. *Homerus.*

Multos imperitare malum est, rex vnicus esto.

εὐδαίμων πολίχνιον ἐνὸς κήρυκος ἄκουον. Oraculum Soloni datum, *apud Plutarch.* Felix oppidulum quod præconem audiet vnum.

Par malum, πολυαρχία (*multorum imperium*) & ἀναρχία (*multitudo sine capite.*) *Eraſm.* *Simile,* Dwá ták.

Jédnoś vpuśćił / vtrácił; drugiegoś nié doſtał.

ἄλλο μὲν ἀπέβαλες, ἄλλο πάλιν δὲ συνέλαβες. *A.* Vno relicto nullus alterum obtines. *Vel.* Et habita perdis, & cupita haud obtines. Et Senatorem perdidisti & Monachum (te) non feciſti. *S. Basilius dixit cuidam qui ex Senatore monachum induerat. & ex opibus suis antiquis aliquid sibi reseruárat.* Et ſus & nuptiæ periêre. *ſub* Omylitá nadźićiá. *Vide Apologum de Cane ſub* Bto dwu zźiacow goni.

Jédno też to vmieß.

Scis simulare cupressum. *Horat. Vide plura in hanc sententiam sub Titulo* Tem-ći wßyſtko zátkáć. & Záwße iędno.

Jédno

Jédno wſchodźi / drugie zchodźi.

Jédno zchodźi / drugie wſchodźi / ábo śie rodźi.

Vnius ortus, alterius interitus & viciſſim vnius interitus alterius ortus. *Nemeſian.* *Et Ariſtotel. ait.* ἡ δδε φθορὰ ἄλλε γένεσις, καὶ ἡ δδε γένεσις ἄλλε φθορά.

Sic aliud de alio nunquam deſiſtit oriri. *Lucreti.*
Augeſcunt aliæ gentes, aliæ minuuntur. *Idem.*
Quando alid (.i. *aliud.*) ex alio reficit natura, nec vllam
Rem gigni patitur, niſi morte adiutam aliena. *Idem.*

κύκλ☞ τὰ ἀνθρώπινα. *Pindarus.* Circulus res mortalium.
Generatio præterit & generatio aduenit. *Eccleſiaſtes c. 1.*
Orta occidunt. Co śie rodźi / to i ſchodźi. Ætas ætati ſuccedit. *Cic.*
Lex vniuerſa eſt quæ iubet naſci & mori. *P. Syrus.*
Cedit enim à rerum nouitate extruſa vetuſtas
Semper, & ex alijs aliud reparare neceſſe eſt. *Lucret.*
οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν. *Homer.*
Qualis foliorum generatio talis & hominum.

——— ἄλλα μὲ (φύλλα) ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ θάλλει. *Muſæus.*
Alia quidem folia pereunt, alia verò virent.

Symbolum huius rei ſit Lepus ſuperfetans, *qui vt ſcribit Plini. aliud in vtero piloſum, aliud impluue, aliud inchoatum gerit, aliud párit, aliud educat.*

Jedwabne ſłowka. Słowá przyiemna / wſpaniała.

Corinthia verba. *Quintilian.* *Sicut & vaſa Corinthia pretioſa apud Cicer. Plini.*
Ἰωνικὴ ῥῆσις. *Æſchyl.* Ionica verba .i. τρυφερὰ *Heſychio. delicata.*
βύσσινα ῥήματα. *Plutarch.* Byſſina verba. *ſplendida & magnifica interpretatur Rhodigin.* Phalerata verba. *Terenti.*
ὑπάρυφον διήγημα. *Plutarch.* Prætextata narratio .i. *ſplendida vel turgida.*
Oratio vinula (*al vinnula*) venuſtula. *Plaut.* V. Słowá czcze.

Jédz chleb / mé ſpluſkaß śie.

Ζωφροσύνη καθαρὴ, ἁγνὴ. *Epigram.* Frugalitas pura, munda.
Vita frugalis elegans. Incommodi nil affert parſimonia.
ἄρτον φάγοντες ἀποµαγδαλίας ἐ δεῖ. *A.*
Qui pane veſcuntur apomagdalia haud egent .ſ. *ad tergendum pingue.*
Pane ego, iam mellitis potiore placentis. *Horati.* *Aſſine,* ☞Krotnie żyćie.

Jéść á pić.

Χαραδρέϊε βίο☞. *Plato.* Charadrij vita. *Auis eſt quæ deuorata mox egerit, & mox iterũ vorat. Intelligi hoc poſſe Plato ait & de torrentibus rupium qui collecti mox defluunt.* μεσηγυδοχέα vocat *Hipponax eum qui ventrem implet & egerit.*
Talem Seneca ait: Cibos & potiones percolare. Ede bibe. Sardanapali vox. V. Żáżyway, Anima ſui pro ſale data. *Varro. Cic. Plini.* ἀνθ' ἁλῶν ἵνας ἔχειν τὴν ψυχήν.

ψυχὴν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα. *Cleanthes.* Pro ſale ſues habere animam, ne caro putreſcat. atque ideò tantùm edere vt viuant. tales ſunt quorum ſummum bonum eſt in corpore. *vt ait Cic.* *Affine*, Obżérty.

Jéśli śie ták nié powiedźié / wiec owák. Jéśli nié tedy / tédy owedy.

Hâc non ſucceſſit, alia aggrediamur via. *Terent.*
Vbi hunc ſaltum obſeptum video, ad alterum. *Plaut. ſed hanc allegoriam aliò vertit.*
Deficiente vento remis vtendum. *Ex Menandro qui ait.*
ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστὶ λέγεται λεγόμενος, ἂν ἀποτύχῃς οὐρίου πρὸς κώπαισι πλεῖν.
Curſus ſecundus dicitur prouerbio, Si deſtitutus aura remis nauiget.

Jéśli pan śiaday na kobiércu.

Suum quemque decet. *Cic.* τὸ ἴδιον ἑκάστῳ πρέπει.
Gubernator in puppi ſedeat. *Cic. Ouid. qui locus in naui dignissimus.*
Indignè tulit Populus Rom. quòd cùm Q. Maximus Africani patrui ſui nomine populo R. epulum daret, Q. Tubero Africani ſororis filius Stoicus, triclinia ſeu lectulos Punicanos (*ligneos*) pelliculis hædinis ſtrauerit, & vaſa Samia (*teſtacea*) expoſuerit, quaſi Diogeni Cynico parentaret. quare ideo Prætura deiectus eſt. *Cic. pro Murena.* Si Prætor es vbi lictores & faſces? *Ex Plauti Epidico, vbi ſeruus alter alteri magnificè ſe Prætoris inſtar iactanti ait:* Atenim à Prætura tua abſunt duo lictores & duo faſces. *quanquam iocatur & alludit ad ſupplicium ſeruorum inſinuans illum eo dignum.* *Ex eodem genere eſt illud, quod 1. Regum 21. tanquam indecorum Dauidi incomitato adſe venienti, obiecit Achimelech.* Quare tu ſolus & nullus tecum? *Apud Plutarchum Calliſthenes Philoſophus Anaxarcho Philoſopho apud Alexandrum M. gratioſo exprobrat, quòd olim vna veſte vti ſolitus apud Alexandrum tribus tapetibus ſtratis recumbat.*
Baſiliſcus (*quod ſonat ſerpentum regulum*) *non ſerpit per terram ſed rectus incedit & tumorem quendam in capite coronæ regiæ ſimilem habet. Pierius è Nicandro & Plinio.*

Jéśli świec patrz ſwego kopyta. Czégo śie kto wzył / to rob.

Ne ſutor vltra crepidam. *ſapere veluti dicare velit. Apellis pictoris dictum. Plini.*
Paſtorem paſcere oportet oues. *Virg.* Quam quiſque nouit artem in hac ſe exerceat. *Cic, è Græco verſu.* ἕρδοι ἃς ἦν ἑκαστος εἰδείη τέχνην. *Ariſtophan.*
Quam ſcit vterq; libens cenſebo exerceat artē *Horat.*
Tractent fabrilia fabri. *Ex Horat.* τέκτων ὤν, πρᾶττε ξυλουργικά. *Ex Euripide.* .i. Faber cùm ſis, tracta fabrilia.
δεῖ κώπην ἐλαύνειν μαθόντα. *Plutarch.* Remum ducat qui didicit.
τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν ἡδίστην ἐν τῷ βίῳ. *Plato.* Sua agere dulciſſimum in vita.
Confer. Czégo śie kto nié wczył.

Jeſt nad cie / abo náden. Nié ſam ábo nié ieden táki ieſt.

Dobry to ále śie naydźié taki drugi ábo lépszy. Szeroki świét.
ἔστι πύλος πρὸς πύλιον, πύλος γε μὲν ἔστι δ' ἄλλος. *Ariſtophan. Plutarch.* Eſt
Pylus

Pylus ante Pylum, ſiquidem Pylus altera ſanè eſt. *Contra eum dictum eſt, qui iactabat Pylum ciuitatem vnam, cùm fuerint tres hoc nomine celebres. Strabo. Euſtathi.*
Βρασίδας μὲν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἀ δὲ Λακεδαίμων πολλὸς ἔχει κάρρονας. *Plutarch.*
Braſidas quidem vir bonus, ſed Lacedæmon habet multos præſtantiores.
Multi Mannij Ariciæ. *Feſtus de claris viris eiuſdem nominis: Aſinius Capito interpretatur hoc de deformibus, qui inſtar Maniarum ſunt.*
Beta es Pòétarum, Muſicorũ, Pictorum &c. .ſ non Alpha. *Ex Strabone & Martiali.*
δοῦλος τοῦ δούλου, δεσπότης τοῦ δεσπότου. *Ariſtotel.*
Seruus alio eſt præſtantior ſeruo, herus hero.
ὑψηλὸς ἐπάνω ὑψηλοῦ. *Eccleſiaſtes c. 5.* Excelſo excelſior eſt.
Eſt cibus cibo melior. Et eſt filia melior filia. *Ibidem c. 36.* Regum timendorum in proprios greges Reges in ipſos imperium eſt Iouis. *Horati. Vide ſequens.*

Jeſt rozum nád rozum.

τέχνα τέχνας ἑτέρας πρόσχει. *Suidas.* Ars artem alteram ſuperat.
πολλάκις ἡρμόσας λοκρίσαν ἄφωνα λύρην, ἕτερος μουσικὸς ἀκριβῶς ἐφηρμόσατο. *Galen.* Sæpe lyram quæ conſona videbatur, alter muſicus accuratiùs intendit.
Nemo omnia poteſt ſcire. *Varro.* Vir viro præſtat. *vulgare dictum. Sic Terent.* Dij immortales! Homo homini quid præſtat! Stulto intelligens quid intereſt! .i. *quantùm.* καὶ πυρὸς ἕτερα θερμότερα. *Ariſtophan.* Et igne aliud aliquid eſt feruentius .i. *aſtuto alius aſtutior inuenitur. vel audaci alius audacior. Plutar.*
Inuenta inuentis non obſtant, & optima vltimi conditio. *Seneca.*
Artificium omne, recipit incrementũ. *Celſus, Martianus. ICti. Simile eſt præcedens.*

Jeßcze nié począł.

ἀλλ' οὐ σελίνοις ἐσμέν. *Ariſtophan.* Ne inter apia quidem ſunt .i. nondum ingreſſi ſunt. *Tralatum ab hortis, quorum ingreſſus apia cingebant.*
ἔτι περὶ τοὺς ποδὰς ἐσμὲν ὄρους στρεφόμενοι, τὰς ἄκρας ἀπολειπόμενοι. *Nazianzen.*
Adhuc circa radices montis verſamur, à cacumine diſtantes.

Jeßcze śie nié vrodźiło / á iuż śie ochrzćiło.

αἶξ ὅπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἤδη δώμασι παίζει. *Zenodotus.*
Capra haud dum peperit cùm in tectis ſaltitat hædus.
Sic apud Plautum Rudente, Grypus piſcator auro reperto ex ſeruitute ad libertatem, hinc ad ciuitatem, poſt ad mercaturam, denique ad nobilitatem & regnum aſpirat.

Jeßcze bodá nié vroſłá. Nié wylatay ießcze ſkrzydła nié vroſły. Rániey było śie vrodźić ábo wſtáć.

Ante pilos prudentia .ſ. *tua eſt. Perſius. In iuuenes qui ſibi prudentes videntur.*
πρὸ τῆς γενειάδος τοὺς γέροντας διδάσκεις. Ante barbam doces ſenes.
Simile illud Phariſæorum caco nato dictum. Et tu doces nos! *apud Ioan. c. 9. Adde illud Baldad Suitæ Iob. c. 8.* Heſterni quippe ſumus. *cum ironia prolatum.*
ἀγένειον ἔτι ὄντα, ἐπὶ παιδαγωγῷ ὄντα δεόμενον. *Lucian.* Sine pilis hoc dixi-

sti (.i. *non sapit tuum dictum pilos seu etatem maturam*) & adhuc pædagogo egent.

μὴ πρίν σε πτέρυγας φῦναι ἰπταλέας ὀρέξῃ. *A.*

Ne temerè volitare velis implumibus alis.

Boues cornua gerunt, vituli cornicula. *Garner. Gallic.* V. Przed láty rozum, & vlić wyiężdżay.

Jeßzéć to nic. Dopieroć to początki. Będźieć tego wiecey.

Jeßczè nié do krwié.

Post folia cadunt, arbores. *Ex Plauto qui sic habet:*

Folia nunc cadunt, Præ vt si triduum hoc hîc erimus, tunc arbores in te cadent.

Parùm etiam præ vt futurum est prædicas. *Idem Plaut.*

μήπω τὸ πῦρ πατεῖς. Nondum ignem calcas. *Theocrit. aliter vsus est.*

Fumus est non flamma. Fumo autē. *Plaut. ait*, comburi nil potest, flammâ potest.

ὔπω μέχρις αἵματος ἀντικαθέστηκε ἀνταγωνιζόμενοι. *S. Paulus ad Hebr. 12.* Nondum vsque ad sanguinem restitistis certantes.

ἔτι πορθμὸν διαπερῶμεν, ἀφέντες τὸ μέγα & βαθὺ πέλαγος. *Nazianzen.*

Adhuc fretum tranamus abstinentes ingenti & profundo mari.

Jezá po drożdżé /. posłáć / posłi. Po śmiérć po posłáć.

Pulmo citiùs venisset. *Plaut. vt legit Gruter. ex Vet. Cod. Alij verò legunt.* Pedibus pulmoneis qui perhibetur, prius venisset, quàm tu aduenisti mihi. *Pedes pulmoneos, quidam volunt esse molles instar pulmonis marini, aut pulmonis animalium, as proinde tardos: alij tumidos vlceroſos fœdos instar pulmonis motui ineptos.*

Callipides. *Cic.* Biennium prætetijt, cùm ille καλλιπίδης assiduo cursu cubitum nullum procederet. ἀισχρὸν τριετηρὸν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι. *Homer.*

Turpe nimis mansisse diu vacuumque reuerti.

κόραξ ὑδρεύεται. Coruus aquat. *Apud Plinium coruus sitiens in vas profundum lapillos inijciebat, donec aqua ascenderet sursum. quod longæ moræ debuit esse. Item aliter.* κόραξ ὑδρεύειν ἐστάλθη. Coruus aquatum missus est. *Sumptum ex apologo de Coruo ab Apolline aquatum misso, qui cùm in ficus immaturas incidisset, hæsit tandiu donec matureſcerent, & sic demum cum aqua rediit. vt narrat Ouid. 2. Fastorum. Non absimile est Genes. c. 8. de Coruo, qui exploratur à Noë ex arca emissus non amplius rediit.*

ἐπὶ τὰ ἐς ἀπατούρια ἐπανῆκε εἰς Θεργηλιῶνα. *Suidas.* Profectus ad Apaturia, redijt in Maio. *Apaturia festum erat publicum Athenis in Iulio vel Octobri triduò celebrari solitum. quare nimis tardè redibat qui Maio demum mense redibat.*

Dictum Polonicum prius, de Erinaceo vsurpatur, forte quòd is tardus est in motu & quod sola poma in spinis portare potest, liquidum nihil. Posterius dictum non inuenustum, lubet aliis linguis commune facere. θάνατον καλίζειν ἔτι οὐκ ἄξιον. *A.*

Morti aduocandæ hunc censeas aptissimū. *Item.* θάνατον κέλευε τὸν καλεῖν, ζήτω μακρόν. *A.* Mortē hunc vocatū mittito, & viues diu. Quasi in suam possessionem venerit. *Cicer. de eo qui diutiùs alicubi immoratur. Erasm.*

Affine, Leniwy. Jezycznego

Jezyczńego śie ſtrzeż.

Hirundines ſub eodem tecto ne habeas. *Hieronym. Cyrillus. ex Ariſtotele qui de garrulis dixit:* ὁμοροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν.

Heſiodus item ait: χελιδὼν κωτίλει. .i. Hirundo garrit.

ἀπυθμάκωτος ὁ τετρυζῶται κύλιξ. *Euſtathius & Phalereus, qui interpretatur* ἀπυθμένος κύλιξ ἤτοι τετρυζης ὁ τίθεται. Fundo carens calix menſis non imponitur. *Fundum autem intellige vel imam partem calicis ſeu pedem quo nititur ſtans & ſine quo euertitur: vel imam partem calicis liquorem infuſum attingentem, ſine quo pertuſus eſſet calix, & ſtans quoque, liquorem emitteret. Vtroq; ſenſu dictum Græcum accipi poteſt, ſed melius poſteriori.* V. Swiegotliwy.

Jezyczńego ſłowo: Nie powiáday nikomu, żadnemu; á ſam powiáda kázdemu. Jezyczny nie zátrzyma ſłowá/ táiemnicę.

Incontinentis linguæ verbum eſt: Nemini dixeris. *Iacobus Pontan. qui affert exemplum lepidum ex Plutarcho de vxore Senatoris Romani, ſecretum ſibi à marito creditum, mox per totam vrbem ſpargente, hoc dicto ſemper addito:* Nemini dixeris.

Sic apud Theophraſtum charactere ὃ λογοποιὸς .i. *narrationum fictor dicit:* δεῖ ἢ αὐτό σε μόνον εἰδέναι, πᾶσι ἢ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδραμηκε λέγων. .i. Tibi id ſoli dictum puta, *vel* Te ſolum id ſcire oportet, *cùm tamen hoc ipſum omnibus in ciuitate ad vnumquemq; accurrens dixerit. Alius item apud Lucianum:*

οὐκ οἴει με πᾶσι ταῦτα εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ἢ σοὶ μόνον σὲ ὂν ἐχεμυθεῖν ἠπιστάμην.

Non putes me omnibus hæc dicere non verò ſolū tibi quē cōtinentis linguæ ſciebā.

Vel Cereris ſacra vulgârit. *ex Cicer. Horat. quod Demonacti Philoſopho tribuit Lucianus, dicens illum nolle initiari ſacris Cereris, quia illa non poſſet non vulgare.*

Affine, Co chcęß mieć táiemnego. Nić oſtoi śie.

Jézyk bron niepośledńia. Jezyk iáka táka obroná. Jezykiem śie wyśiec. Od czego iezyk.

Leno in Perſa Plauti dicit: Referendæ ego habeo linguam natā gratiæ, (*bonæ vel malæ*)
Niſi hæc me defendet, nunquam delinget ſalem.

Similiter in Curculione eiusdem, Miles dicit lenoni. Promiſiſti. Leno ῥ. Quî promiſi? *Mi.* Lingua. *Le.* Eadem nunc nego. *& addit.*

Dicendi non rem perdendi gratia hæc nata eſt mihi.

Ibidem quidam de lenonibus dicit: Quibus ſui nihil eſt niſi vna lingua,
Quî abiurant ſi quid creditum eſt. *In Aſinaria item ſeruus ſerui linguam vocat* Patronam. Nam ſi quid ſceleſtè facit, (*inquit*) lingua pro illo peierat.

Menander ſeruos γλωσσαπίδας .i. lingua pro ſcuto vtentes, *appellat:*

Plaut. item. Quid ſtulta ploras? tibi quidem ædopol copia eſt.
Dum lingua viuet, quî rem ſoluas omnibus.

Tutius eſt —fictis contendere verbis, Quam pugnare manu. *Ouidi.*

Preces vltimum refugium, extrema defenſio. λίται (*preces*) *apud Homerum claudæ, rugoſæ, ſtrabæ, tardè ſequuntur* ἄτην .i. *noxam calamitatem.*

Infinita ſunt exempla apud Pòëtas & hiſtoricos Æthnicos & Chriſtianos eorum, qui victi aut in calamitate poſiti ad preces confugiebant. vt rectè hìc poſſis vſurpare pro illo dicto. (Væ victis,) Preces victis. *& pro illo.* (Victis dolor.) Victis preces.

τοῖς νενικημένοις εὐχαὶ. *Vide verſus Phocylidis ſub* Káżda rzécz/ ma ſwoie obrone.

Jezyk nagorßy i nalepßy. Słowem obrázíß/ ſłowem zleczyß.

θάνατος ἐν ζωὴ ἐν χειρὶ γλώσσης. *Prouerb: SS. 18.* Mors & vita in manu linguæ.

ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν.

Eſt lingua hominibus cauſa cuiuſuis mali

ὡς οὐδὲν γλώσσης ὀλοώτερόν ἐστι βροτοῖσι,

ἵππου θ' ὰϵὶ προθέων, ὄπλον ἑτοιμότατον.

Nazianzen. Vt nil perniciosius eſt hominibus lingua!

Equus eſt ſemper præcurrens (*mentem*) telum paratiſſimum.

χαλίνωσον τὸ σ' γλώσσης ταχὺ, τὸ μεῖζον γὰ ἁπάντων τ' γηΐνων μελῶν ἡ γλῶσσα, ὡς δυσκάθεκτός ἐστι! *Iſidorus Peluſiota.* Frenato linguæ celeritatem, maximum enim omnium terrenorum membrorum lingua, quàm ægrè continetur!

ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥιφθὲν (ῥηθὲν) ἀνατρέπει βίον. *Menander.*

Verbum importunè dictum ſubuertit vitam .i. *coniunctionem humanam.*

ἐν τοῖς ὠσὶν ἀνθρώπων οἰκέῃ ὁ θυμὸς, ὃς χρηστὰ μὲ ἀκούσας, τέρψεως ἐμπιπλέει τὸ σῶμα, ὑπερηδίης δὲ τοῦτοισιν ἀνοιδέει. *Herodot.*

In auribus hominum habitat animus, qui bona audiens, voluptate implet corpus; his contraria audiens, moleſtia afficitur. Lingua mali pars peſſima ſerui. *Iuuenal.*

Habet ſuum venenum blanda oratio. *P. Syrus.*

γλῶττα τύχη γλῶττα δαίμων. *In ſacris Harpocratis ſolennia verba hæc erant.* Lingua fortuna, lingua infortunium.

γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν ὀρθώσουσα & πάλιν ἀνατρέψουσα. *Suid. Diogenian.* Lingua quo vadis? Ciuitatem erectura & rurſum eandem ſubuerſura.

Æſopus iuſſus à Xantho optimum parare prandium, ex linguis aliter & aliter coctis & conditis apparauit: ſequenti die vulgare quid parare iuſſus eaſdem parauit: & cauſam rogatus reſpondit: eas & optimas & peſſimas eſſe.

Similiter Bias Amaſidi Ægyptiorum tyranno petenti optimum & peſſimum ſibi quidpiam ex victima mitti, linguam miſit. *Plutarch.* *Pittacum hoc feciſſe ſcribit Rhodigin. Anacharſis item linguam in homine peſſimam & optimam dixit. Làërtius.*

ἡ γλῶσσα χωρὶς τέμνεται. *Ariſtophan.* Lingua ſeorſim præciditur .i. *in ſacrificio, tanquam profanum membrum & dabatur præconi.*

ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν. Quam plurimos in exitium lingua impulit.

Jezyk nieoſtrożny prawdę ſkryta wyiáwi.

Jezyk bez pámięći táiemnicę nie ſtrzyma.

Lingua errans verum dicit. ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τὰ ἀληθῆ λέγει.

Dum forſan errat lingua verum enuntiat. Error vocis omen,

Ouidius. Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Oreſtis
Exit, & errorem vocis vt omen amo.

In Caſina Plauti Staleno amore veſano correptus, ſui & præſentium oblitus, ſæpe Mihi pro Huic vſurpat, & corrigit ſe dicens. Non id volui dicere. perperam fabulor, peccaui, &c.
Ex quibus verum nonnunquam inuenitur ſunt, pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, miſeria. *Cic.*

Jezyk ſumnienia nie oczyści. Jezykiem ludzi odbedźieß, lecz ſumnienia nie pozbedźieß.

ἡ μὲ γλῶσσα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δ' φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος. *Plato.*

Lingua quidem nobis erit irredarguta, mens autem non erit irredarguta .i. *Verbis quidem non conuincemur, at conſcientia nos damnabit.*

Refellunt omnes probi, etiam Ethnici illum verſiculum Euripidis dicto Platonis oppoſitum.

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκ', ἡ δ' φρὴν ἀνώμοτος. *Quem Cic. ſic reddit:*
Iuraui lingua, mentem iniuratam gero. *Similis eſt alter Ariſtophanis.*

γλῶτταν δ' ἀπορρήσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενός. Linguam autem iuratam ſeorſum ab animo .ſ. *qui peierare noluit, illa prierante, ſed vana eſt iſta ſubtilitas.*

Jezykiem ścięte. Nie léda żołnierz.

τῇ γλώττῃ πολεμίζει. *Ariſtophan.* Lingua bellatur.

ἐν τ γλώτταις ἔχειν ὅπλα. *Heraclitus.* In linguis habere arma.

Ventoſa in lingua pedibusq; fugacibus illi eſt Mauors. *ex Virgilio.*

Verbigerari, *Apuleius tales dixit* .i. verbis digladiari.

τ ἀπειλαις ἀποκλείσῃ. *Cratin.* Minis occidit. *Et Plaut.* Spiritu difflauit legiones.

πεζῶν, βελῶν, κ τῇ γλώττῃ πολεμίζων. *Ariſtophan.*

Tractans, conſultans, & lingua prælia miſcens.

Non placent, quorum lingua gladiorum aciem præſtringit domi. *Plaut.*

In caſtris feroces, in acie pauidi. *Liui.*

Plùs audire quàm loqui militem decet, actibus coalitum glorioſis. *Ammian.*

Affine, Kto wiele mowi. Smiały bez przeciwnika.

Jgłe byś iuż nálazł .ſ. tak długo ßukáiąc.

Si acum credo quæreres, acum inueniſſes, ſi appareret, tamdiu. *Plaut.*

Item aliter. Roświéciło śie ták, żeby igłe nálazł.

Similiter dices. Tanta lux repente oborta eſt vel effulſit vt acum inuenire poſſis.

Jle kroć śie náświát vkaże: tyle kroć śie w czym nákáże.

Nunquam mores quos extuli, refero .ſ. *domum.* *Seneca.*

Quoties inter homines fui, minor (.i. *deterior*) homo redij. *Thomas à Kempis.*

Posset etiam Minor *explicari in bonam partem* .i. *(vt SS. scriptores loquuntur)* humilior, & minus alta sapiens. *Nam boni viri omnia vertunt in bonum & profectum in virtute. Sed hic sensus Polonico titulo oppositus esset.*

Jm bárzicy kto ſkłá ſtanuié: tym ie wiec rychley zépſuié.
Boiáźliwe ochraniánié / ſtoi zá zte ſtáno wanié.

Frangere dum metuis frangis crystallina: Peccant
Securæ nimium solicitæque manus. *Martial. Nam grauissimè puniebantur serui crystallina vasa frangentes, vt etiam scripsit Seneca, & nihilominus ipsa solicitudine & metu attoniti facilius ea frangebant.* Nam Nimia solicitudo sui obliuiscitur.
ὁ πολυμέριμνος ἐς ἑω τ' ἀπιλήθεια. *A.* Sollicitus anxiè & sui obliuiscitur.

Jm dáley w lás/ tym wiecey dréw.

In Labyrintho properantes, ipsa velocitas implicat. *Seneca.*
Adolescens apud Plutarchum in caupona à Diogene deprehensus intrò fugiebat, cui ille; Quantò magis intrò fugies. tantò magis in caupona eris.
Negotium ex negotio serere. *Idem.* Paruus error initio, magnus in fine est.
ὁ τ' πλάνης κλιμακτήρ. *Porphyrio.* Erroris scala.
ἔριν δ' ἔριν ἀνάφυτεύε. *Phocylides.* Lis litem serit.
δίκη δίκην ἔλκει καὶ βλάβη βλάβην. *Suidas.* Lis ipsa litem noxa noxāq; peperit.
Flumina plùs stagnant quò propiora mari. *Affine,* Co dáley to gorzey.

Jm kot ſtárßy/ tym ogon twárdßy. Gałąź roſta/ nie da ſie naginać.

Frangas potiùs quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt. *Quintilian.*
Φυτὸν δένδρεμενον ἄκαμπτον γίνεται. *A.* Planta arboreſcens amplius flecti negat.
Apud Plautum in Bacchidibus adolescens corruptus padagogo suo se corripienti dicit: Omitte, ac caue malo. Iam excessit mihi ætas ex magisterio tuo.
Sic & Martial. alius similis. Iam mihi nigrescunt tonsâ sudaria barba, *&c.*
Sed tibi non creui. *&c.* Nil mihi vis & vis cuncta licere tibi.
Corripis, obseruas, quereris, suspiria ducis. *&c.* Exclamas, *&c.*
Desine; non possum libertum ferre Catonem, Esse virum iam me *(noueris)* &c.
Item Horat. Imberbis iuuenis tandem custode remoto. *&c.* monitoribus asper.
V. Młodego łácniey nákłániesz. Młodość buyna. Stárego trudno odmienić.

Jm kotá barzicy głaßczéß/ tym barzicy ogon wznoſi.

Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sumas. *Terenti.*
Laudatas ostendit auis Iunonia pennas
Si tacitus spectes illa recondit opes. *Ouidi.* *Idem de Pauone scribit Philostrat. dicens:* ὁ ταὼς ἀναπτερῶν αὐχεῖ ἑαυτόν. Pauo surrigit pennas laudatus.
Stat corde inflato pauper honore dato. *Anonym. rhythm.*
Affine, Kurowi dano grzebe.

Jm kto głupßy/ tym śmielßy. á im mędrßy/ tym boiáźliwßy.

Fortiùs dicunt qui minùs habent artis. *Quintilian.* *Sit versiculus.*

Fortiùs

Fortiùs ij dicunt qui minùs artis habent.

Recta ingenia debilitat verecundia, peruersa confirmat audacia. *Plin. iunio.*

Sic Crassus apud Cic. 1. de Oratore. Equidem in vobis animaduertere soleo, & in meipso sæpissimè experior, vt exalbescam in principio dicendi, & tota mente, atq; omnibus artubus contremiscam.

Quem verò non pudet, hunc ego non reprehensione solùm, sed etiam pœna dignum puto. *Plura in eundem sensum ibidem, & alibi Cic. de seipso.*

Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat. *S. Hieronym.*

ἀμαθία θρᾴττ, λογισμὸς ὄκνον φέρει. *Tucydides.*

Inscitia confidentiam, intellectus cunctationem affert.

ἀκ ἐς᾽ ἀσοίας ἄδεν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ θλμήτερον. *Menander.*

Nil mihi videtur stultitia esse audacius.

Vt quisquis contemptissimus & maximè ludibrio est: ita solutissimæ linguæ est. *Seneca. quales sunt scurræ, parasiti, &c.*

Jnáczey ludźié o nas rozumieią/ niż my o sobié.

Mercurius volens cognoscere quanti apud homines esset, statuarij officinam ingressus pretia variarum statuarum scisciatatus, tandem de sua quæsiit & à sculptore audiyt:

Si alias emeris, hanc pro additamento accipies. *Æsopus.*

ἐπιμύθιον. ὁ μῦθ᾽ πρὸς ἄνδρα κενόδοξον, ἀδημίαν παρὰ ἄλλοις οὖσαν τιμῆ.

Fabula in virum glorioſum, qui nullius apud alios est pretij.

Cicero ex Sicilia vbi se præclarè in Quæstura gessit Romam redieus quendam ex primoribus Campaniæ obuium interrogauit qui sermo de eo Romæ esset. cui ille. Tu verò inquit, Vbi interim fuisti? *quo audito homo gloriæ cupidus alas dẽmisit. Plutarch.*

Jnáczey mowi/ ináczey czyni. Jnáczey vczy/ ináczey żyie.
Dobrzy náuke náuczyćielé/ zle spráwy niszczą.

Dictis facta discrepant. *Accius apud Nonium sic:*

Multi composita dicta ex pectore euoluunt suo
Quæ cùm componas dicta factis discrepant.

Tiberius Imperator, nihil eorum præferebat, quæ appetebat; & eorum quæ dicebat, nihil facere volebat; sed contraria voluntati loquens, quicquid appetebat, retusabat; & quicquid odisse videbatur, amplectebatur. Suidas.

ἔφη ὅτι ἄνανδρός ἐστιν ἡ δεξιὰ δυνάμει, αὐτὸς δὲ μὴ ἔχων ἄνανδρος. *Æschines de Demosthē.*

Dixit venalem esse virturem sanguine, ipse carens sanguine .i. *Timidus.*

Nulli peius merentur de mortalibus, quàm qui aliter viuunt, quàm viuendum esse præcipiunt. *Seneca.* Turpe est aliud loqui aliud sentire. *Idem.*

Non ad exemplar orationis suæ viuit. *Idem. Sic de Phariseis apud S. Matthæum 23.*

Dicunt enim & non faciunt. *& plura ibidem, sed satis nota.*

βελεύεται πόλις ἢ νόμων μηδὲν μέλῃ. *Alexandridas.*

Consuleat vrbs leges suas quæ negligit.

Athenienses quæ recta sunt sciunt, sed facere nolunt. *Cicer.*

Odio

Odi homines ignaua opera & philoſopha ſententia. *Pacuuius apud Gellium. quem verſum Philippus Macedo ibidem, dixit: pro foribus omnium templorum ſcribi debere.*

Qui Curios ſimulant & bacchanalia viuunt. *Iuuenal.*

Qui ad voluptatem omnia referens viuit vt Gallonius, loquitur vt Frugi Piſo, non audio. *Cic.* *Cuidam diuiti nepoti in Senatu Romano orationem de frugaliate & temperantia longam recitanti, dixit Senator quidam:* ὦ πάυσῃ σὺ, πλουτῶν μὲ ὡς κεράσ; ζῶν δ' ὡς λάκκλ; λέγων δ' ὡς κάτων. Quin taces tu, qui dives es vt Craſſus, viuis (al. οἰκοδομεῖς ædificas) vt Lucullus, loqueris vt Cato. *Plutar. Apud Æſopum in Apologo de Lupo à vetula decepto Epimythion eſt.*

πρὸς τοὺς οἵ τινες τὰ ἔργα τοῖς λόγοις οὐκ ἔχουσιν ὅμοια .i. In eos qui facta verbis non habent conformia. *Ibidem lupus deluſus dicit:*

ἐν ταύτῃ ἐπαύλει ἄλλα μὲ λέγουσιν, ἄλλα δ' πράτ̃τουσιν .i. In hac caſa alia dicunt, alia faciunt. *Similem apologum de Agaſone & Corno vide ſub* Rozgniewány.

ἄχορδον γ' ἄλυρον μέλος: *Ariſtotel.* Diſſona nec fidibus reſpondens cantio.

ἕτερα γὰρ ὄργε πὰς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. *Lucian.*

Aliud enim pes (ſaltantis) & aliud rhythmus ſonat.

οὐδὲν πρὸς ἔπος: Nihil ad verſum.

οὐδὲν πρὸς τ̃ χορδήν, *Idem.* Nihil ad chordam ſeu ad fides.

ἀκρότητον. *diſſona numeris vel ſonis ſaltatio.*

ἐπαινεῖ μὲ τὸ ἴσον, κελεύει δ' τὸ πλέον ἔχειν. *ex Theodoro.*

Laudat quidem quod æquum eſt, nihilominùs iubet plùs æquo habere.

δίκαι' ἐπάινει, κ̃ δ' κερδάνειν ἔχε. *Sophocles.*

Laudato iuſta, cæterùm lucrum tene.

Latenter viuere alios docet, ipſe verò non latet. *Vide* Prozna chwalá.

τοὺς τῷ βίῳ ψευδομένους μᾶλλον ἀποδοκιμάζομεν, ἢ τοὺς τῷ λόγῳ μόνον. *Iſocrat.* Magis improbamus eos, quorum vita mentitur, quàm quorum oratio tantùm.

δίκαια λέγοντες πολλοὶ, ἄδικα ποιοῦσι. *Xenophon.*

Multi iuſta dicunt, iniuſta faciunt. *Vide* ἑτεροφωνίαν & ἀμελείαν *ſub* Vlič dorzéczy.

Affine, Vlièßczery. Máßkárá. Co inßego czyni.

Jnáczey téraz gobe noſi / ſtapa / żyć. Jnßy iuż téraz. Drogo pßenco przedał. Jnßa bárwá; inßa ſtráwá / ábo potráwá. Vlič zna śie iuż do kárázyey. Kápuſty. Cum pulchris tunicis ſumpſit noua conſilia & ſpes. *Horat.* Sūpſit cornua. *Ouidi.* Quia paululùm acceſſit pecuniæ, ſublati ſunt animi. *Terent.* Antehac eſt habitus parcus atq; cõtinens: Is nunc in aliã partẽ palmã poſſidet. *Plaut.* Galli braccas depoſuerunt, latũ clauũ sūpſerunt. *Sueton. vide* Godność niegodnému.

ἄλλος βίος; ἄλλη δίαιτα *Suidas.* Alia vita, alia victus ratio.

ἔπειτα πλουτῶν, οὐκ ἔτ' ἥδεται φακῇ,
πρὸ δ' ὑπὸ τ̃ πενίας ἅπαντα καθήδιεν. *Ariſtophan.*

Poſtquam diues eſt, non ampliùs illi placet lens, Antea verò ob inopiam omnia deuorabat.

ὦλις

ἄλις δρυὸς .i. ſatis glandis, (*iam in ore habet*) Vlyſſes pannos exuit. *ex Home.* *qui ait:* αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς.

Sed nudatus eſt vilibus pannis prudens Vlyſſes. Zrzućił łáchmány.

Mutauit calceos. V. Oztáchčić nowy wlaz.

Jnáczey to bedźié. Nié ták to ma być. Pomieſam ia to. Wywroce ná nicé. Co on zbył/ to ia roſpore.

Quod alius condiuit coquus, ego alio pacto condiam:

Quicquid paratum eſt, vt paratum ne ſiet:

Sietq; paratum quod paratum non erat. *Plaut.* .i. *conſilia omnia perturbabo, euertam.* ἰσὸν ὃν αὐτὸς ἐξυφαίνετο ἐγὼ διαστήσομαι.

Telam quam ipſe texuit ego retexam, diducam. Nam διαστήσειν. *Heſychius interpretatur* διαχίσειν. *ſcindere, diſrumpere. alij* διάζειν *interpretantur* προφορεῖν .i. texere. *alio ſenſu .ſ. Telam quam ipſe orſus eſt, ego continuabo.*

Jnſtygator.

λύκος δεκάς. *Zenodot. Suidas. Lupi decas. Athenis genius quidam lupi ſpecie ſculptus & Lycus dictus ſtabat, circa quem Sycophantæ ſtabant numero 10, Athenis qui ciues in jus vocabant, vt ex damnatis aliquam multæ partem (.i. triobolum) caperent. Viles ij & odioſi. Similes Romæ Quadruplatores ſeu Sectores. Simile quid eſt in iudiciis noſtratiũ.*

Jnſza téraz ſpiewa.

Aliam cantilenam nunc canit. (*ex Terent. qui Eandem habet.*) ἄλλο ἄσμα ᾄδει. παλινῳδεῖν. *Steſichor. Plato.* Palinodiam cauere .i. *diuerſa, ſeu contraria prius dictis dicere.* Recantare opprobria. *Horat.*

Alius nunc eſt vel factus eſt. *ex Plauto qui ſic habet.*

Paucis verbis alium me feciſti, alius ad te veneram. *Idem.*

Aliam nunc mihi orationem deſpoliato prædicas,

Aliam atque olim cùm illiciebas me ad te blandè ac benedicè *&c.*

Nunc neque quid velim neque quid nolim facis magni. *&c.*

ἐπὶ ἕτερον προοίμιον μέτεστι. *Ariſtid.* Ad aliud procœmium tranſit.

Haud talia dudum Dicta dabas. *Virgil.*

νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον. *Suidas.* Nunc diſcus mihi crepundia .i. *ſic delector diſco vt olim puer crepundijs delectabar.* *Affine,* Odmienić zdánie.

Jnſza vmieć/ inſza czynić.

Sciebam vt eſſe me deceret, facere non quibam miſer. *Plaut.*

——— Video meliora probóque, Deteriora ſequor. *Ouidi.*

δίκαιός ἐστι δίκαια πράττων ἐκ ἴσας. *A.*

Non iuſta qui ſcit iuſtus eſt, ſed qui facit.

ἡ πόλις ἐβούλευσ', ἧ νόμων οὐδὲν μέλει. *Ariſtotel.*

Vrbs conſulit, quam cura legum nulla habet.

Conſultat vrbs, conſulta facere negligit, *quo nomine infames erant Athenienſes.*

Jnſze teraz látá (moie/ iego)

Quæris Mecænas iterum antiquo me includere ludo. Non eadem eſt ætas, non mens. *Horat.* Dum tempus ad eam rem tulit, fiui &c. Nunc hæc dies aliā vitam adfert, alios mores poſtulat. *Terent.*

ἄλλοι ἐνιαυτ' ἄλλας ἀπαιτεῖ τρόπους. *A.* Aliam ætatem alia decent. *Eraſm.*

ἄλλην ἡλικίαν ἀναδάσμαλα τ' ἄλλα πρέπει. *A.*

Jnſzy téraz. Poprawił śie.

ὁ Χῖος, ἀλλὰ κῶος: *Didymus ex Ariſtophane.* Non Chius ſed Cous. *Nam Chij, ob mores effeminatos malè audiebant; Cij nec tibicines nec meretrices in ciuitatem recipiebant teſte Athenæo. Dictum quadrat in eum qui ex nugatore factus eſt ſerius & grauis.*

Jnſzy téraz świat.

ἑτερῶν τά γ' ἔτη, ἑτερῶν δ' ἤθη ἀμῶν. *A.*

Alij nunc ſunt mores. *Plaut.* Ætas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitioſiorem. *Horati.*

Terra malos homines nunc educat atq; puſillos. *Iuuenal. Idem ſenſit Homerus Plinius & alij. Vide ſi lubet in 1. Tomo noſtro.* Obrzym.

Olim ſacerdotes aurei, ligneis calicibus vtebantur: nunc lignei ſacerdotes aureis vtuntur. *Bonifacius Epiſcopus & Martyr. Iacob. Pontan.*

Simile eſt illud S. Bonauenturæ. Olim tribus vel quinq; millibus monachorum regendis, vnus abbas abundè ſufficiebat; hodie vel denos, vnus continere in officio vix poteſt, ac ne poteſt quidem. *Affine eſt huic loco & illud S. Bernardi de Epiſcopis ſui temporis & regionis.*

Dicite Pontifices in ſreno quid facit aurum?

Jmitatus eſt Perſium qui ſimiliter carpebat ſuos dicens:

Dicite Pontifices in ſacro quid facit aurum? *nam priſci Ethnici fictilibus ſacrificabant. Perſij hunc verſum ſæpe vſurpabat Alexander Lampridio teſte, parcus in templa & ſacra. Item Nicephorus Jmper. vituperabat eos qui vaſa aurea & argentea templis conſecraſſent. Cedren. Addit Dio. Chryſoſtomus:* Templa quædam fuiſſe in quæ aurum inferri nefas erat, itaque ingreſſuri aurum foris relinquebant. *Sed nos miſſis Ethnicis imitemur Salomonem & ſimiles templa auro ornantes.* V. Żołnierz zbroyny.

Już-ci świat opak poydźié.

In caput alta ſuum labentur ab æquore retrò
Flumina, conuerſis ſolque recurret equis.
Terra feret ſtellas, cælum ſcindetur aratro,
Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas.
Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt,
Parſque ſuum mundi nulla tenebit iter. *Ouid.*

Quid

Quid fieri non poſſe putas, ſi iungitur vlla Vrſidio? *infami mœcho. Iuuenal.*
Iungentur iam gryphes equis &c. Mopſo *(deformi, abiecto)* Niſa *(elegans puella)* datur *(vxor.)* &c. *Virgili.*
Nunc & oues vltrò fugiat lupus, aurea duræ
Mala ferant quercus. *&c.* ſit Tityrus Orpheus,
Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion. *Idem.* .i. *Tityrus ſit etiam Arion.*
Plurima talia adynata ſunt apud hos & alios Pòëtas Theocritum Propert. Senecam &c. Vide Pòëtices Fabricij Caput Nunquam.
Εἰ γὰρ ἐφ ἄνω ὁ ποταμὸς χωρεῖν ἐ ἀναστρέφειν πάντα. Lucian. Hoc enim eſſet, ſurſum verſus flumina ire & inuerti omnia. *Confer.* Niepodobieńſtwo. Nigdy.

Już czas. Czás vchodźi.

Sol admonet. *Cic ait.* His de rebus ſol me ille admonuit vt breuior eſſem.
Abit dies. *Catul. ſic:* Sed moraris, abit dies. Sed abit dies, prodeas.
Sol abit. *Plaut.* It dies, ite intrò accubitum. *Item.* It dies, ego mihi ceſſo. *Idem.*
Diei tempus non vides? *Idem.* Maximum tempus eſt. *Idem.*
Ἤδη ἐκκεχύσθω τὸ ὕδωρ. Lucian. Iam aqua effuſa vel infuſa eſt .ſ. *in clepſydras ad perorandum more priſco.*

Już koniec.

Plaudite. Plauſum date.. *Horat. Plaut.* Cataſtrophe, exitus vel finis fabulæ aut negotij. *Αὕτη δ' ἀλέξανδρου ἡ καταστροφή. Lucianus de Alexandri morte loquens ait:* Hic fuit exitus tragœdiæ & fabulæ eius.
τὴν γῆν βλέπω. Diogenes cum librum prolixiorem legens ad finem veniſſet, dixit: Bono animo eſtote viri, terram aſpicio. *Làërtius.*
Terram ex longa iactatione video. *Cicer.*

Już to zlé, kiedy wilk wilka zrzé.

Ὅταν λύκον λύκος ἔδῃ λιμὸς ἔχ' ἅπασαν ὕλην. A.
Quando lupum lupus alter edit, ſylua eſurit omnis. *Anonym. rhythmic.*
Male agitur cum familia vel Republica, quando ſui in ſuos ſæuiunt. A.

Jutro mé pewne.

Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ. Tempora dij ſuperi? *Horati.*
Nemo tam diuos habuit fauentes. Craſtinū vt poſſet ſibi polliceri. *Senec. Thyeſte.*
Ne glorieris in craſtinū, ignorans quid ſuperuentura pariat dies. *Prouerb. SS. c. 27.*
Dicitis, craſtino ibimus, mercabimur, faciemus, &c. qui ignoratis quid erit in craſtino. *S. Iacob. c. 4.* Et præſens certam vix habet hora fidem. *Ouidi.*
——— Quid craſtina volueret ætas Scire nefas homini. *Statius.*
Perdis hodiernum, & quod in manu fortunæ eſt, diſponis; quod in tua, amittis. *Seneca.* *Ἐκ ἔστιν ἀνθρώπων (θνητῶν) ὅστις ἐξεπίσταται τὴν ἄυριον μέλλουσαν ἢ βιώσεται. Euripides.*
Mortaliū non aliquis eſt qui nouerit. Victurus an ſit luce certò craſtina.

ὁ γὰρ οὐδαμεν τί τέξεται ἡ θπῦσα. *Chryſoſt.* Neſcimus quid ſequens pariet dies.

τὸ σήμερον μέλει μοι τὸ δ' ἄυριον τίς οἶδε; *Anacreon.*

Hodierna curo tantùm Quis cras futura nouit? (wne.

Melius eſt vnũ hodie, quàm duo cras. *Garner Gallic. Simile,* Przyßłerzęczy nić pe-

J z pulpitem

Eſt dictum, Concedentis facile vel cum faſtidio alteri ſuam conditionem aut rem quampiam. Latini ſimpliciter dicunt: Habeas. Valeas. tibi habe. ſibi habeat. *Sic Cic.* Clamare cœperunt ſibi vt haberet hæreditatem. *Item.* Habeatis ſane vobiſcũ iſtum. *Item.* Suas illam res habere iuſſit. *Item.* Sibi habeant nomen ſapientiæ. *Et Plaut.* Tuas res tibi habe. *Item.* Sibi habeant. *Item.* Patiar, tibi habe, aufer, vtere. V. Wßyſtko pobrał.

K

Káletá mu moiá wádźi ábo winná.

Żaławia / ſkárży ná mie / że czuie v mnie.

Interdum fortuna (*proſpera, opulenta*) pro culpa fuit. *Seneca.*

θηρὶν ἀδικεῖσθ' ἀφορμὴ εὐτυχία πέλει. *A.*

Non ob damnum ſed ob pulpamentũ canes leporem inſequuntur. V. Nić o ßkodę.

Sic reus ille ferè eſt, de quo victoria lucro.

Eſſe poteſt: inopis vindice facta carent. *Ouidi.*

Nux item Ouidiana queritur ſe ob fertilitatem ſaxis ab omnibus peti.

Certe ego ſi nunquam peperiſſem, tutior eſſem.

Hoc illud eſt: Agne turbas mihi aquam. *Lupus dixit agno bibenti aquam inferiùs in fluuio currente. Apologus notus Phædri.*

Sæpe egentes inuidi auari bene habentibus litem mouent ſui commodi vel quæſtus cauſa. Similis ille Apologus de diuite perduellionis infimulato, qui rem odoratus, faſſus eſt ſe regis hoſtes domi fouere, & prolatis nummis ait: Hi ſunt etiam mei hoſtes, perde illos, nam me pænè perdiderunt.

Sylla debacchante in ciues Romanos, & cædibus ac proſcriptionibus quos illi libuit exterminante. Q. Aurelius ciuis quietus prodijt in forum & lecto ſuo nomine inter proſcriptos ait: Væ miſero mihi, fundus Albanus (*quem poſſidebat*) me perſequitur & perdit.

E Plutarcho qui ait: ὄιμοι τάλας τὸ ἐν ἀλεανῷ χωρίον με διώκει.

Affine, Zazdrość z cudzego dobrá.

Kámień by był co by go nić miłował.

Vide Plauti dictum ſimillimum, ſub Titulo: Ciągnić do ſiebie.

Kámień czeſto porußány / mchem nie obroſćie.

λίθος κυλινδόμενος τὸ φῦκος ὐ ποιεῖ. Muſco lapis volutus haud obducitur.

Vſurpatur id duobus modis. 1. Mercator mutans merces, famulus dominos, non diteſcet. Item diſcipulus varia legens & mutans magiſtros non multùm proficiet. V. Czeſte mieſcá odmieniá

odmieniánie. 2. *Qui corpus exercet & desidiam vitat, morbos euitat. Sic Vomer qui in opere semper est, non contrahit rubiginem.*

Rankuta złoty zámyka.

Æstate pueri, si valent, satis discunt. *Martialis. Præmisit hos versus Caniculam,* πειρεάζοντες. Albæ leone flammeo calent luces,
Totamque feruens Iulius coquit messem, *&c.*
—— Scutica Ferulæque tristes sceptra pædagogorum
Cessent, & Idus dormiant in Octobris.

Raptur komuś żyta. Knuta coś.

Tragulam in te inijcere adornat, nescio quam fabricam facit. *Plautus.* Fallaciam faciunt. *Idem Plaut. ait:* Nec fallaciam astutiorem fecit vllus Pòéta atq; vt hæc est fabrefacta à nobis. *Idem.* Frustrationem maximam inijciam in illum. *Et Terent.* Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam. κακά τινι ῥάπτειν. *Homer.* Mala alicui suere. *Sic & Terent.* Metuo lenonem ne quid suo (*Phædriæ*) suat capiti .i. *ne dolum ei noxium struat. Verbum Vendendi etiam hîc habet locum. Sic Plaut.* Venalem eum habeo. *Item.* O stulte, nescis nunc venire te &c. *Sic & Nostri.* Przedáią tárguią go. *Item reddi potest dictum Polonicum. ex Terentio.* Deridendum aliquem omnibus propinare apparant. *Hoc modo in Casina Plauti Stalenonem maritum ludificatur vxor cum familia, & tandem priuatum optatis, incœnem extrudit foras, in actu 4. vbi ancilla dicit:* Nusquã ego ludos tam festiuos fieri credo, quàm hic intùs ludi fiunt ludificabiles seni nostro, &c. *sed nimis lepidè dissimulant quod futurũ est. Affine,* Sztuka dyrta.

Karanie czesne, niepożytczne; srogie, zwierzchność hidzi.

Medico turpia sunt multa funera & principi pœnæ. *Seneca.*
ἀισχρὸν ποιῶ δοκοῦσι πυνθάνεσθαι τὰ κήδε' ἀκεστῆ. *A.*
Periculosum est ostendere ciuitati quantò plures mali sint. *Idem Seneca.*
ἡ συχνὴ κόλασις πολλοὺς δείκνυσι κακίστους. *A.*
Pœnæ frequentes plurimos monstrant malos.
Seueritas maximum remedium, auctoritatem assiduitate amittit. *Idem Seneca.*
Videbis ea sæpiùs committi, quæ sæpiùs vindicantur. *Idem.*
Impunitatis genus est, iam non habere pœnæ locum. *Idem.*
Nemo dignitati perditæ (*per pœnam grauem vel infamem*) parcit. *Idem.*
Contrà verò. Diligentiùs viuit, cui aliquid integri supersit. *Idem.* (*eos cõercet.*
Frequens vindicta paucorum odium reprimit. *P. Syrus .i. paucis odium mali ingerit &*

Karanie iest pożyteczne. Karność potrzebna.

Phryx plagis emendatur. *ex Cic. qui sic habet:* Vestrum est hoc prouerbium: Phrygem plagis solere fieri meliorem. *Græcos alloquitur.*
Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος. *Suidas.*
Phryx verberatus melior & obsequens erit magis.
Bono Iustitiæ proxima est seueritas. *P. Syrus.*

Amicum castigare ob meritam noxiam, Immune (.i. *ingratum molestum ei qui castigatur*) est facinus: verùm in ætate (.i. *in vita*) vtile & conducibile. *Plaut.*

Tam crudelitas est omnibus ignoscere quàm nulli. *Seneca.*

Karánie ma być pomiérne/ taſkawe/ rzatkie.

Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum. *Seneca.*

In qua ciuitate homines ratò punniuntur, in ea consensus fit innocentiæ. *Idem.*

Prope est vt iniquè puniat qui nimis punit. *Idem.*

Ideò Deuteronomij c. 25. in puniendis reis quadragenarium numerum plagarum prohibuit Deus excedere Iudæos: ipsi verò vnam præterea lenitatis causa remittebant vt 2. ad Corinth. legimus. κρεῖττον κολάζῃν μανάκις ἢ πολὺ συχνάκις. *A.*

Punire præstat rariùs quàm crebriùs.

τὸν θεῶν τὸν βασιλέα μειλίχιον καλοῦσι, τὸ δὲ κολαστικὸν ἐρινυώδες καὶ δαιμονικὸν οὐ θεῖον. *ex Plutarcho concisè.* Regem deorum placidum vocant. pœnas verò infligere furiosum & dæmonicum non diuinum esse.

Karánie nié ma być pomſtą/ alé złośći hamulcém.

Nemo prudens punit quia peccatum est, sed ne peccetur. *Plato apud Senecam.*

Ne homini quidem nocebimus, quia peccauit, sed ne (*iterum*) peccet. *Seneca.*

Nec vnquam ad præteritum, sed ad futurum pœna referatur. *Idem.* Nempe *vt idem addit*) vt vel is qui punitur emendetur, aut pœna eius cæteros reddat meliores, vel malis sublatis securiores. Sapiens lædentes aliquando tanquam pueros pœna afficit, non quia accepit iniuriam, sed quia fecerunt & vt desinant facere. Sic enim & pecora verbere domantur, nec iratscimur illis; compescimus, vt dolor contumaciam vincat. *Hæc idem Stoicus Stoicè.*

ποινὴ ἁμαρτήματος ἔστω καταλύσις, οὐκ ἐκδίκησις. *A.*

Sit pœna culpæ prohibitio, non vltio.

Kárzmarz musi gośćią odrzeć.

Caupo nisi spoliet, præuaricatur. *Erasmus dictum Plinii de aratore variis hominum officiis accommodat. Sed memento, hoc dicto non probari morem improbum sed narrari tantùm. Perstringuntur etiam Caupones Ecclesiastici 26. Vide* Przekupień.

Similis opinio Gallorum est de molitore qui dicunt: Non esset bonus molitor, quia fidelis est. *Garner. Tales enim, si, vt plerunq; fit, censu proprio careant, fraude ex alieno se sustẽtant.*

Kasatbym go zebomá.

Phrasis est hominis iracundia vehementer commoti. Variè hanc efferunt Latini.

Ad inimicitias res venisset &c. auriculam fortasse mordicus abstulisset. *Cic.*

Qui nunc si detur mihi, vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico! *Terẽ.*

Me miserum! vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.
Nihil est quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam,
Veiram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. *&c.*
Seni animam primùm exstinguerem ipsi, qui illud produxit scelus.
Tum autem Syrum impulsorem, vah! quibus illum lacerarem modis!

Sublimem

Sublimem medium arriperem & capite primùm in terra ſtatuerem Vt cerebro diſpergat viam. Adoleſcenti ipſi eriperem oculos, poſthac præcipitem darem.

Cæteros tuerem, agerem, raperem, tunderem & proſternerem. *Idem Terent. Polonico dicto ſimile, ſed tetrum eſt, illud apud Statium l. 8. Tydeos à Menalippo letaliter vulnerati dictum & factum, qui moriens poſtulauit ſibi aſſerri caput Menalippi & illud allatum cum rabie arripuit ac dentibus fœdè lacerauit.*

Kaßlé/ nié darmo to. czegoś chcé.

Tuſſis dulcia poſtulat. Non tuſſis hæc eſt, ſed gula. *Sic Martial. l. 11. epigr. 87.*

Leniat vt fauces medicus, quas aſpera vexat
Aſſiduò tuſſis Parthenopæ tibi,
Mella dari, nucleoſque iubet, dulceſque placentas,
Et quicquid pueros non ſinit eſſe truces.
At tu non ceſſas totis tuſſire diebus,
Non eſt hæc tuſſis Parthenopæ, gula eſt.
Βῆκα φικεῖ πλάσσειν ἔννοθ' ἕτα φάρυγξ. *A.*
Tuſſim fingere amat ingenioſa gula.

Kaßlé. zmyſlit. Kaßlem zátrzeć.

Ἀπορία ψάλτου, Βῆξ. *Suidas.* Hæſitatio (*vel* σφάλμα, *error*) cantoris, tuſſis. *Solent enim cantores cùm aptè ad modulos præſcriptos accommodare vocem non poſſunt, vel neſciunt, aut errant, tuſſim fingere, ne ignorantia ſed neceſſitate concentui defuiſſe videantur. Sic apud Platonem Ariſtophanes in conuiuio ſingultum finxit, ne diceret quod nolebat. Affine & illud eſt:* Βῆξ ἀντὶ πορδῆς. Tuſſis pro crepitu. *cùm quis crepitum ventris tuſſi ſimulata obruere & obtundere vult. Et tralatè ſeu parœmiacῶς cùm rē pudēdam ficto prætextu honeſto, velat. Simile eſt illud.* Drapiè śie choć go nié świerzbi. V. Żáćiera.

Katy kiem poćieráć. i niéßánowáć/ do podłych poſług obráćáć.

Eleganter hoc dictum Φερέζῃ *apud Terentium in Adelphis Demea, minitando amaſiæ filii ſui, ſic:* Iſtam pſaltriam vnà mecum (*rus*) abſtraham. *&c.*

Atque ibi fauillæ plena fumi ac pollinis, Coquendo ſit faxo & molendo. prætet hæc: Meridie ipſo faciam vt ſtipulam colligat. Tam excoctam reddam atq; atram quàm carbo eſt. *Simile illud noſtratium.* Ták go bede czeſtował/ że go bedźié w káżdym kaćié doſyć. *In Plauti Caſina ſimiliter minatur Olympio villicus Chalino ſeruo heri ſui.*

Sine modò rus veniat, ego remittam ad te virum
Cum furca in vrbem tanquam carbonarium.

Kazał pan/ muśiał ſam.

Sermo eſt hominis, iuſſa ſua ab illo cui data erant neglecta, exſequi neceſſitate aggredientis. ἄλλῳ ἐνετειλ', αὐτὸς δὲ μέλλω ἀπιέναι. Mandata data alij, ipſe cogor exſequi. *Sæpe enim accidit, vt qui iuſſus eſt aliquid, non poſſit, vel nolit iuſſa exſequi, & ipſe qui iuſſit ἀδιάλυτος eſſe & balneum ſibi parare debeat. Quo tempore tenendum eſt Epicteti Græci conſilium, dicentis:* Cùm puerum vocas, fieri poſſe cogita vt præſtò

non

non ſit; & vt ſit; nihil agat ex animi tui ſententia. Neque verò ei tam benè ſemper eſt, vt tuarum perturbationum habeat poteſtatem. *Sic Iob 19.* Seruum meum vocaui & non reſpondit. *Et Cic.* Philotimus non modò nullus venit, ſed ne per literas quidem aut per nuntium certiorem me fecit quid egerit. *Et Plautus Aſinaria.* Libanum in tonſtrinam vt iuſſeram venire, is nullus venit. *Herus fictus rediens domum queritur de ſeruo ficto immorigero, vbi multis cum illo expoſtulat, quòd iuſſa ſua exſecutus non ſit. Affine,* Dewnemuś zlećił. Rozwnyś pan/ poſtuż &c.

Każda beſtyia zna ſwoy czas.

Pleraq; omnia animantia natura duce ſentiunt & præſentiunt ſibi conuenientia & moleſta atq; hominibus horum ignaris denuntiant multa quæ & qualia ſunt poſtmodùm futura. Sic apud Hieremiam. c. 8. Miluus in cælo cognouit tempus ſuum. Turtur & hirundo, & Ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui.

Anni partes quatuor præſentiunt & annuntiant aues. Ver, hirundo, miluius, cuculus, luſcinia, grus adueniens. Æſtatem cicada Aŭtumnalem vindemiam epops Hyemem grus abiens & halcyone. *ex Pierio & Ariſtophanis interprete. ſed plura leges apud Plinium ſparſim, & apud Virg. lib. 1. Geogric.*

Noſtri etiam agricolæ non pauca habent prognoſtica ex aëre animalibus auibus &c. Illuſtrat hæc omnia Plutarchus libro de ratione in brutis. Cynocephalus in æquinoctio duodecies, ſingulis nempè horis vlulat & mingit. Cic. Pierius.

Każda chorobá nedzá/ ma ſwoie lekárſtwo. Yá zle ieſt dobre.

πάσῃ νόσῳ ἴδιόν ἐστιν εὑρεῖν φάρμακον *A.* Morbo cuiuis inuenire eſt pharmacũ. *vel*
Suum cuique remedium malo obuium eſt.
Nullum venenum eſt remedio carens ſuo. *Garner.*

Contra malum bonum eſt. Duo & duo. & vnum contra vnum. *Eccleſiaſtici. 33.* Tambalia contra Camandagiã. *Explico id ſub* Pánowié z poddánych śie dobrzè máią.

Każda nedzá naydzié pocieche.

μέγα τ' ἐλαφεῖσι τοῖς λαγοῖς παραμύθιον. *A.*
Magnum timeri leporibus ſolatium. *Apud Æſopum.*

Lepores communi conſenſu mergere ſe decreuerant, ſed videntes ranas ob ſuum ad paludem aduentũ fugientes, cõfirmarunt animos, timidiora animantia cõſpicati. Epimythion ibidẽ eſt.

οἱ δυσχεραίνοντες ἐξ ἑτέρων χείρων πασχόντων παραμυθοῦνται. Infelices aliorum grauiora tolerantium calamitate ſe ſolantur. *Affine,* Lżey nedznemu.

Każda reká piękna/ ktora co dáć.

Pulcherrima manus quæ mihi aliquid porrigit. *Ex Ariſtophane qui ait:*

καὶ τάς γε χεῖρας παγκάλας ἔχειν μ' ἔφη
ὁπόταν προτείνοιέν γε δραχμὰς εἴκοσι.

Et manus pulcherrimas me habere dixit: Cùm porrigerent drachmas viginti.

Każda rzecz ma ſwoie obrone/ lekárſtwo/ dowćip.

ἐν κορυδῷ κοίτῃ ζωλὴ κέκρυπται ἄγρωστις.

In corydi nido tortuoſum latet gramen. *quo tanquam amuleto nidum ſuum tuetur, vt aquila callitricho, cornix verbenaca ſupina, turdus myrto, lauro palumbes, accipiter ſylueſtri lactuca, harpa hedera, hirundines apio, &c. Plurima talia recenſet auctor Geoponicorum, Plutarchus, & Plinius ſæpe. Vide Pierij lib. 8. c. 11.*

ὅπλον ἑκάστῳ νέμε θεὸς, φύσιν περόφοιτον
ὄρνισι μὲν, πώλοις ταχύτητ', ἀλκὴν δὲ λέουσι,
ταύροις δ' αὐτόχυτον κέρας ἐστὶν, κέντρα μελίσσαις
ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε, λόγον δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι. *Phocylides.*

Arma cuiq; Deus tribuit, naturam aëriam Auibus, equis celeritatem, robur leoni, Tauris ſponte enatum cornu eſt, aculeos apibus Innatum tutamen dedit, ſermo propugnaculum hominibus. V. Żáko kto może broni śie.

Káżda rzecz ma ſwoie przyrodzenie/ obyczay.

Alba liguſtra, cadunt; vaccinia nigra, leguntur. *Virgil.*

Mel quod recentiſſimum, vinum quod vetuſtiſſimum, optimum. *Macrobi.*

Potes etiam hoc poſterius reddere. Roſkoß ná początku ſmákuie/ cnotá ná końcu.

Káżdego boli.

Non minùs moleſtum eſt comatis quam caluis pilos vellere *(aut velli) Seneca.*

Maximis minimisq; corporibus par eſt dolor vulneris. *Idē.* V. Człowiek nic kámień.

Káżdemu koniec Bóg náznáczył.

ὁ γὰρ ὑπὲρ κῆρας οὐκ ἄρειἀ δάμναται ἀνήρ. *Q. Calaber.*

Non ante tempus in acie quiſquam occidit.

Káżdemu śie co zgodzi. Wielom co ſłużyć może.

ἐρχιλόχου μέλος *Pindar.* Archilochi carmen. *quod ad citharam canebatur Epinicion victoribus, nomine victoris ſubinde repetito; erat verò ita compoſitum vt nomine propriè mutato cuiuis aptari poſſet. Vt nunc ſunt Eccleſiaſtici Hymni, Orationes, Lectiones, Miſſa de Communi dicta, Sacerdotibus ſatis nota.*

Menander itē Pōēta tales Comœdias ſcripſit, quæ omni ætati ſexui ſtatui cōueniant. Plutarc. Tales ſunt Declamationes apud Quintilianum & Senecam. Item exercitationes præpilata & loci communes Quintiliani. Præterea Chria, Sententia, & alia Progymnaſmata Rhetorica, ab Aphthonio & Theone collecta, & à recentioribus aucta. Adde formulas quas recentiores collegerunt ex antiquis Exordiorum, Amplificationum, Affectuum, Concluſionum, &c. item formulas Salutandi Gratulandi Expoſtulandi &c. Simile quid habet Cic. Oratione in Verrem prima quæ Diuinatio inſcribitur, Vbi Cæcilium Oratorem trivialem & ex ſchola exagitans ait, cum prolaturum aliquid ex veteri aliqua oratione alicuius hæc vel ſimilia verba: Iouem ego Optimum Maximum. Aut. Vellem ſi fieri potuiſſet iudices &c. *Sed talium plena ſunt omnia, templa, fora, ſchola, cathedræ. Huc aliqui trahunt pictorem ineptum Horatij qui omnibus rogantibus certam effigiem vt pingeret, pingebat omnibus cupreſſum.*

Adde illud Cicer. Cantilena è ſcholis. *Et illud.* Ijdem verſus aliàs in aliam rem accommodari poſſunt. *Affine eſt.* Vlaćiogniéß. & Oboietny.

Káżdemu ſwoiá choroba naćieżßa.

ἡ νόσος ἑκάστῳ ἀνιαρώτατος ἰδία. *A.* Morbus ſuus cuiq; difficillimus. *Plinius.* ἄπιστά ἰς ἀλγεῖ, ταῦτ' οἴεται χαλεπώτατα. *A.* Quod quiſq; patitur id grauiſſimũ putat.

Káżdemu w ſwem rzemieśle/ náucé/ wierzyć trzéba.

Vulgare dictum. Vnicuiq; in ſua arte credendũ eſt. ἕκαστός ἐστι πιστὸς ἐν τῇ ἑ τέχνῃ. *A.* Rex quoq; magiſtro (vel citharœdo credat. *Alexander Magnus cùm adoleſcens citharam pulſare diſceret & à citharœdo moneretur ne quandam chordam tangeret, reſpondit: quid intereſt ſi hanc tetigero? Cui Magiſter.* Si vt rex mox futurus id dicis, nihil ſanè; at ſi artifex, ſanè multùm. *Rhodigin. Affine,* Káżdy w ſwem rzemieśle biegły.

Káżdemu śie ſwoie podoba. Káżdemu ſwoie napiekniéyße/ namilße. Káżda lißká ſwoy ogon chwali.

Suum cuiq́ue pulchrum. *Cic.* Suo quiſq́ue ſtudio maximè ducitur. *Idem.* Meum mihi placebat, illi ſuum. *Idem.* Te tua, me delectant mea. *Idem.* Scripſit, ſibi illud quod mihi placeret, non probari. *Idem.* Nemo vnquam Pòéta neque Orator fuit, qui quenquam meliorem ſe arbitraretur. *Idem.* Adhuc neminem cognoui Pòétam, qui non ſibi optimus videretur. *Idem.* Suam cuiq́ue ſponſam, mihi meam. Suum cuiq́ue amorem, mihi meum. *Idem ex V. Pòét.* Naturâ nos noſter delectat error. *Idem.* Suffenus ſibi quiſq́ue. *Ex Catullo.*

Mihi non fit veriſimile, atqui ipſis commentum placet. *Terent.*

ὅτῳ δὲ μὴ τάδ' ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα, κἀκεῖνος τ' ἐκεῖνα ἐργέτω, κἀγὼ τάδε. *Euripides.* Cuius animo hæc non ſunt grata, Is alia amet, & ego hæc.

ὅστις ἂν τούτοισι γελάει τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω. *Ariſtophan.* Cui hæc arrident, is meis non gaudeat. Suus rex reginæ placet: ſua cuiq́ue ſponſa ſponſo. *Plautus.* Meus mihi, ſuus cuiq́ue carus eſt. *ſubaudi,* filius. *Idem.*

Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſq́ue ſuorum. *Ouidi.*

Peſſima ſit quãuis, nulli non ſua forma placet. *Idem.* Cur ego non votis blandior ipſe meis? *Idem.*

Prætulerim ſcriptor delirus inerſq́ue videri,
Dum mala delectent mea me, vel deniq́ue fallant. *Horat.*

ἐπεὶ φίλαυτοι πάντες, καὶ τὰ αὐτῶν ἡδέα εἶναι πᾶσιν ἀνάγκη, οἷον ἔργα, λόγους. *Ariſtoteles.* Quoniam ſui amantes ſunt omnes, etiã ſua cuiq́; iucunda eſſe neceſſe eſt, vt facta, dicta. θαυμαστὸν δὲν αὐτοῦ αὐτοῖς ἀνδάνειν &c. Ἐγὼ ἡ κύων κυνὶ κάλλιστον ἔμοιγε φαίνεται, καὶ βοῦς σοί,
οὕτω τ' ὄνῳ κάλλιστον, οὕς δὲ τῷ σιῷ *Alcimus contractus.*

Res mira non eſt, ſi placemus inuicem. &c. ſiquidem & canis cani, Pulcherrimus videtur eſſe, & bos boui; Aſinus aſello pulcher eſt, & ſus ſui.

εὐδαίμων γε Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης. *Strabo.*

Felix Corinthus, at ego ſim Teneates. *Corinthus vrbs celeberrima, opulenta;*

Tenea

Tenea vicus vicinus ignobilis, ſed amœnus. q. d. Me mea viliora licet, plùs delectant. Sic *Martial.* Hæc tam ruſtica malo quàm Britannos.

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' εἶναι, ἐμοὶ δὲ τάδε. *Euenus.*

Tibi quidem hæc videntur, hæc verò mihi.

Trahit ſua quemque voluptas. *Virgil.* Sua cuique voluptas. *Statius.*

ὃ μοῦνοι ἀτρεΐδαι ἀλόχους φιλέουσι. *Homer.* Non ſoli Atridæ amant vxores.

Χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δὲ ἐκείνοις. *Archeſtratus.* Alius quidem hiſce gaudet, illis at alius. Rapiens ſua quemque libido. *Prudentius.*

τὰ οἰκεῖα ἑκάστοις φαίνεσθαι πολλοῦ ἄξια. *Ariſtoteles.* Sua vel domeſtica cuiq; videntur eſſe magni pretij. Suus cuiq; crepitus (ventris) bene olet. *è Græcis qui dicunt.*

ἕκαστος αὐτοῦ τὸ βδέμα μήλου γλυκίον ἡγεῖται. Quiſq; ſuum crepitum malo ſuauiorem exiſtimat. λιβανωτὸν βδέειν ſ. ἑαυτὸν οἴεται. *Ariſtophan.* Thus pedere ſe putat. *cui ſua omnia licet inepta placent. Vel Thus pedere alterum putat, qui omnia in eo etiam vitioſa probat.* πίθων καλὸς. *Ex Pindaro.* Simia vel ſimiolus pulcher. *Simia adeò diligit fœtum ſuũ licet deformem, vt ſæpiùs eundem amplectendo ſuffocet.*

πίθηκοι ἐπειδὰν τέκωσιν, ὥσπερ ἀγάλμασιν ἀτενίζουσι τοῖς βρέφεσιν, ἀγάμενοι δ' κάλλος. *Syneſius.* Simiæ vbi pepererint, tanquam in ſtatuas defigunt oculos in fœtum, pulchritudinem eius cum oblectatione admirantes.

Affine, Kto kogo mituić. Sam ſie ſobié podoba. Káżdy ſwoie chwali.

Káżdemu ſwoie przyſłoi. Káżdemu w ſwey ſukni cudniey / niż w pożyczáney.

Suum quemque decet. *Plaut.* τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ πρέπει.

Id quemq; decet maximè, quod ſuũ eſt cuiq; maximè. *Cicer.* Expendere oportet quid quiſq; habeat ſui, eaq; moderari; nec velle experiri, quã ſe aliena deceant. *Idẽ.*

τὰ Σικυώνια. *Stephan.* Calcei Sicyonij. *non omnes decent.*

Sic Socrates (vir grauis) orationem comptam Lyſiæ (qua ſe defenderet) æquè vt Sicyonios calceos (elegantes ſed non viriles) reſpuit. apud Ciceronem.

Cothurnos Herculis aptare infanti .ſ. *eſt abſurdum. Quintilian.*

Dauid indutus veſtibus & armis Saul dixit: Non poſſum ſic incedere, quia non habeo vſum, & depoſuit ea. *1. Regum 17.*

Qualem mater amictum dedit, cuſtodiendum ſolicitè monuit *Quintili. qui ad ſcholaſticam inſtitutionem tranſtulit. Simile eſt & illud Plutarchi.*

Φυλάττοντα τὴν περιβολὴν ἣν ἡ πάτρις αὐτῷ συνήθεια καθάπερ τίτθη περιέθηκε. Cuſtodientem amictum quem illi patria conſuetudo ceu nutrix circundedit.

νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις καλόν. Leges ſequi cuique regionis optimum.

Ornatum capiam qui me potiùs deceat. *Plaut.*

Infirmitas puerorum eſt, ferocitas iuuenum, grauitas conſtantis ætatis, ſenectutis maturitas. *Cic.* Lætitia iuuenẽ, frons decet triſtis ſenem. *Seneca Hyppolyto.*

Cornicula regnum affectans, alienis plumis veſtita irriſa eſt à cœtu auium, vbi furtiuis plumis ſpoliata, in natiuis remanſit. *Horati. Gabrias.*

Káżdy chcé co vrwáć / ábo obérwáć.

Eleganter in hanc ſententiam Iuuenalis ſatyra 7. dicit:

Quantùm Grammaticus meruit labor? (*i. exiguum. nam Seſtertia vt multùm duo Quintiliano idem dicit*) & tamen ex hoc
Quodcunque eſt (minùs eſt autem quam Rhetoris æra)
Diſcipuli cuſtos præmordet Acœnonòetus,
Et qui diſpenſat frangit ſibi (*dicens*) Cede Palæmon (*i. magiſter Grãmatice.*
Et patere inde aliquid decreſcere.
Sine corollario nemo vult diſcedere. *Polydor. Virgil.* (*Cic. de Verre.*
Ne ſine corollario de conuiuio decederet, emblemmata auellenda curauit.

Káżdy grzech ma ſwoie obrone. Káżdy blad ma ſwoie wymowke.

Nullum ſine aucteramento eſt magnum malum. *P. Syrus.*
Nullum vitium aut crimen eſt ſine patrono vel patrocinio. *Seneca.*
Nulli vitio aduocatus deeſt. *Idem.* Nullum nefas ſine exemplo. *Idem.*
Nullum tam impudens eſt mendacium quod teſte careat. *Plini.*
Sceleri nunquam defuit ratio. *Quintilia.* Proſperum ac felix ſcelus Virtus vocatur. *Seneca Here. Furent.* πᾶσιν ἀδικοῦσιν φαίνεται τὸ δίκαιον. *A.*
Omnes iniqui ſe æqua agere præſeferunt.
πᾶν ἄλογον ἔργον εὔλογον ἔχειν θέλῃ. *A.* Ratione ſe tuentur improba omnia.
Nulla iniuria ratione caret. *Aſſine*, Wymowke ſácno náleść.

Káżdy kray / ma ſwoy obyczay. Co kray / to obyczay.

De moribus hominum hoc dictum nunc accipio. de quibus multa Rhodigin. l. 18. c. 18. & l. 16. c. 3. Suus cuique mos, ſuus cuique ritus eſt. *Symmach.*
ἄλλα δ' ἀλλαχῇ καλά. *Suidas.* Alia alibi pulchra.
Suus eſt mos cuique genti. *Prudentius.* χώρα τρόπος. Regio mos.
νόμος καὶ χώρα. *Suidas.* Mos (*aut lex*) & regio .i. *quæuis regio habet ſuos mores & leges peculiares ab aliis diuerſas.* Europæi Cacodæmonem nigrum pingunt: Æthiopes album. *Bonauentura. Idem ſcribunt multi hiſtorici recentiores de moribus Æthiopum & Indorum aliorumq; nigrorum populorum agentes.*

Káżdy kray ma ſwoy obyczay. Nie wſzędy śie wſzyſtko iednako rodzi.

De cœli & aëris temperie ac fertilitate terræ animalium plantarum hic ſermo eſt.

Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt,
Fluminibus ſalices, craſſique paludibus vlmi
Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni &c. *Virg.*
Diuiſæ arboribus patriæ. ſola India nigrum
Fert hebenum. ſolis eſt thurea virga Sabæis. *Idem.*
Hic ſegetes illic veniunt feliciùs vuæ, Arborei fœtus alibi. *Idem.*
Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa,
Conuenit, hæc oleis, hic bona farra virent. *Ouidi.*

Non

Non omnia eadem in eodem agro naſci & ſeri poſſunt. *Varro.* Neque in pinguî terra rectè omnia ſeruntur, neque in macra nihil. *Idem.*

Διαφέρει πρὸς τὴν τελείωσιν χώρα τε χώρων καὶ ἀὴρ ἀέρος. *Theophraſt.* Differt ad prouentum regio à regione & aër ab aëre .i. *aliquid momenti habet ſoli ingenium vnum præ altero. Henric. Stephan,* μέγα δι χώραι διαφέρουσιν. *Idem.* Multùm differunt regiones ſeu terræ. *Ideoq; monens agricolam Virgil. dicit:* In primis

Ventos & varium cæli prædiſcere morem
Cura ſit, ac patrios cultus habituſque locorum,
Et quid quæque ferat regio, quid quæque recuſet.

Plurimùm refert ſoli cuiuſque ratio. *Plini. Idem ſcripſit Cato. Varro. Columel. Adde his Theophraſtum qui ait:* μέγιστον δέ, τὸ τὴ πρόσφορον ἑκάστῳ χώρᾳ ἀποδιδόναι. Maximum verò eſt, conueniens vnicuique ſolum attribuere.

οὐδὲ γῆς ποιότητες αἱ αὐταί. *Nazianzen.* Nec terræ qualitates eædem ſunt. Creta feris caret. Non timetur fulmen in Æthiopia, terræ motus in Gallia. *Plutarc.* Lupi nulli in Anglia. Lepores in Ithaca. Aſinos Pontus non fert. *Plura talia congeſſit Rauiſius ad finem Cornucopiæ ſuæ.* *Affine,* Vlić wßytkiego wßędy naydźieß.

Káżdy kupuiacy przédáiacego á przédáiacy kupuiacego chcé oßukáć.
Malum eſt, malum eſt dicit omnis emptor; & cùm receſſerit, tunc gloriabitur. *Prouerb. SS. c. 20.* ——— Emptori verba dediſſe iuuat. *Ouid.*

Confer. Przékupień.

Káżdy ma ſwego molá co go gryżié. Káżdy ma zá ſwe.
Żaden nié iéſt béz iákiego vtrapienia. Jédnego to / drugiego owo gryżié.

Quiſque ſuos patimur manes ——— *Virg. Manes hîc in proprio ſenſu intelligit Ælius Stilo, deos inferos, tortores, furias. Plutarch. vocat* τὸ κολαστικὸν, ἐρυννώδες, δαιμονιακὸν. *punitionem furiarum & dæmonum.* *Sic & Auſonius.*

— Patiturq; ſuos mens conſcia manes .i. *tormenta, furias* *Sed Virgilij dictũ hoc loco accipe tralato ſenſu vt recentiores vſurpant, pro quauis moleſtia huius vitæ, nam ipſe de Orco locutus eſt.* οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. *Euripides.*

Haud viuit vllus omnibus felix modis.

μόχθος χειροτέροις μόχθος δειλοτέροις. *Nazianzen.* Labor malis labor bonis.
ἄλλος δ' ἀλλοίοις πήμασι συμφέρεται. *Idem.* Alius alijs malis conflictatur.
Mortaliuni nemo eſt felix. *Plini.* Nihil eſt ab omni Parte beatum. *Horati.*
ἄνθρωπος ἔστιν οὐδείς, οὐδ' ἔσται, ᾧ τὸ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίχθη. *Herodot.* Homo nullus eſt, nec erit, cui ab initio nato mali quid non ſit admiſtum.

οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον οὐδενί. *Menander.*

Vitam inuenire non licet vacuam malis.
Nulla tam bona eſt fortuna de qua non poſſis queri. *P. Syrus.*
πόνων δ' ὅστις ἀπόκληρός ἐστιν οὐτ' ἔσται. *Pindar.* Moleſtiarũ exſors nullus eſt nec erit.

ἄλλ' ἄλλῳ κακόν ἐστι. τὸ δ' ἀτρεκὲς, ὄλβιος οὐδεὶς
ἀνθρώπων, ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ. *Theognis & Solon.*

Aliud alij malum eſt. verè autem, beatus nullus hominum eſt, quotquot ſol aſpicit.

καὶ πάντες ὥσπερ ἐν κακῶν πανηγύρει,
ἄλλος κατ' ἄλλην συμφορὰν ἐδυσύχει. *Piſides apud Suidam.*

Omneſq; ceu malorum in conuentu omnium. Alius alio vrgebatur infortunio.

Omne granum, omne pomum habet ſuum vermem. *S. Auguſtin.*

Verum verbum eſt profectò quod aiunt: Nihil quicquam homini tam proſperum diuinitùs datum, quin ei aliquid difficultatis admiſtum ſit; vt etiam in ampliſſima quaque lætitia ſubſit quæpiam vel parua querimonia, coniugatione quadam mellis & fellis. Vbi vber, ibi tuber. *Apuleius.* Alijs quia deſit quod ament, ægrè eſt; tibi quia ſupereſt, dolet. *Terent.* *Affine,* Każdy ma ſwoie wądr.

Każdy ma ſwoie obyczáie. Nie iedna nas matka porodziła.

Suus cuique mos eſt. *Terent.* Suis quiſque fingitur moribus. *Cic.*

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. *Perſius.*

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ. *Properti.*

Mihi ſic vſus eſt, tibi vt opus eſt facto, face. *Terent. Cic.*

Non eadem miramur, eoque diſconuenit inter Meque & te. *Horat.*

Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum. *Idem.*

μανίαι γ' οὐ πᾶσιν ὁμοίαι. Inſania non omnibus eadem vel ſimilis.

Declarat hoc Horat. 2. Satyra 3. vbi ait: Deſipiunt omnes &c. Vnus vtriſque Error, ſed varijs illudit partibus. *&c.*

ἀλέκτωρ πίνει ἃ οὐκ ἐρεῖ, μύξος δ' ὃ πίνει οὐκ ἐρεῖ. *Varinus.* .i. Gallus bibit, neq; meit, Myxus non bibit & meit. *Myxus quibuſdam eſt piſcis. Suida eſt lepus ſenex, itemq; aſini dyſuria, & ſacerdos Dianæ aſtutus ac faſtuoſus, qui forte fingebat ſe abſtemium & penitùs apoton. Rectè tamen dictū hoc ſpectata comparatione cum gallo huic loco aptari poteſt.* Cuique ſui mores ceu ingenium, facies, vox. *Garner.*

Affine, Co głowá. Nie iedno śie wßyſtkiem podoba.

Każdy ma ſwoie wady / przywary / przygany.

Każdy dudek ma ſwoy czubek. Żaden nie ieſt bez iákiego błędu.

Nam vitijs nemo ſine naſcitur, optimus ille. Qui minimis vrgetur. *Horati.*

Vnicuique dedit vitium natura creato. *Propert.*

Nimirum idem omnes fallimur, nec eſt quiſquam
Quem non in aliqua re videre Suffenum *(Poëta erat ſibi nimis placens)* poſſis. *Catull.*

——— Suus cuique attributus eſt error. *Idem.*

Si volumus æqui omnium rerum iudices eſſe, hoc primò nobis ſuadeamus: Neminem noſtrum eſſe ſine culpa. *Seneca.*

πάμπαν δ' ἄμωμος ὅστις ἐστὶν ἀνήρ. *Simonides.*

Eſt nemo penitùs abſque culpa & noxia.

Nullus eſt in quo Momus aliquid quod carpat inuenire nō poſſit. *Ex Platone Luciano.*

Non

Non facile eſt opus aliquod reperire, quod non culpare quis poſſit. Difficile eſt ita aliquid agere, vt nihil erres. Quodſi etiam ſine errore quis aliquid peragat; difficile eſt in iniquum iudicem non incidere. *Ex Xenophonte cuius Græca verba pluſcula omiſi.*

οὐδένα παμπήδην ἀγαθὸν καὶ μέτριον ἄνδρα,
τῶν νῦν ἀνθρώπων ἠέλιος καθορᾷ. *Theognis.*

Nullum omninò bonum & moderatum virum Eorum qui nunc ſunt hominum, ſol aſpicit. Omnibus malis punicis ineſt aliquod granum putre. *Eraſm. ex Laërtio.*

πᾶσι κορυδαλοῖς χρὴ λόφον ἐγγίνεσθαι, καὶ πάσῃ δημοκρατίᾳ συκοφάντην. *Simonides.*

Omnibus galeritis oportet ineſſe criſtam & omni democratiæ ſycophantam.

οὐδὲ κορυδαλὶς ἄνευ λόφου, οὐδὲ Ὀρειβάσιος ἄνευ φθόνου. Neque alauda ſine criſta, neque Oribaſius ſine inuidia. *Sardian. de Oribaſio medico excellentiſſimo.*

Si vitam inſpicias hominum ſi denique mores,
Cùm culpent alios, nemo ſine crimine viuit. *Cato.*

ἦν μεροπῶν ὀπίδῃς βίον ἠδὲ καὶ ἤθεα τοῖσδε,
οὐδὲν ἀναίτιον εὕρῃ, κἂν μεμφοιτό τις ἄλλος. *Planudes. interpres.*

ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν ἰχθὺν ἄκανθαν μὴ ἔχοντα. *Ælian. ex Archyta.* Difficile eſt inuenire piſcem ſpinis carentem.

ἀνθρώπων δ' ἄψεκτος ὀπὶ χθονὶ γίνεται οὐδείς. *Theognis.*

In terris nemo eſt quem non reprehendere fas ſit.

Nec contemnendum puto trivialem illum lepidum & acutum rhythmum.

Pauci ſunt viſi, qui caruêre Niſi. *dictum ex vſu laudantium aliquem cum exceptione.* V. G. Eſt vir humaniſſimus niſi eſſet vinolentus.

Sic Horat. de Sapiente. — Sapiens vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.
Præcipuè ſanus. Niſi cùm pituita moleſta eſt.

Et Plaut. Acceptæ ſumus ſuauibus modis. Nec niſi diſciplina apud te fuit quicquam quin mihi placeret: raro nimiùm dabat quod biberem.

Huc facit & illud vulgare dictum: Rara vel nulla lex & regula ſine exceptione.

Sic 3. Regum 3. Laudatur Salomon excepto quòd in excelſis immolaret.

Et 4. Regum 14. Amaſias excepto hoc tantùm quòd excelſa non abſtulit.

Ibidem. c. 15. de Ioatham: Verumtamen excelſa non abſtulit.

Item Cic. ad Q. Fratrem. Omnes in tuis laudibus vnam excipiunt iracundiam.

Jednoć wadzi; iedne maß przygáne; To zła do ciebie żeś gniewliwy.

Contrà. Vir omni exceptione maior, qui ſine vlla exceptione laudatur. *Budæus.*

Sic Cic Fratri. Non patiar te cum exceptione laudari.

Addo de Niſi aliũ verſiculum. Si Niſi nõ eſſet, perfectus quilibet eſſet. *Anonym. rhythm.*

ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἐγένετο ἔργον ἀνοήτοις. *Athenæus.* Inculpatum nil apud homines. *Vel* Nil eſt quod Momus carpere non poſſit.

Nil prodeſt quod nõ lædere poſſit idẽ. *Ouidi.* Roſa ſuaue olet & pungit. *Pierii.*

Nemo eſt qui non in aliqua re vel aliqua parte vitæ deſipiat. *Eraſm. ex Plinio.*

Nullum

Nullum ſine cortice lignum. *Garnier.* Nullus equus ſine aliquo vitio. *Idē è Gallico.*
Affine eſt, By nié élé &c. V. Dobre rzatko béz zlego.

Káżdy ná śie táſkáwy ſedżia.

Nemo non benignus eſt ſui iudex: contra omnes ſibi fauet. *Seneca.*
Apud Horatium quidam improbus alios carpens dicit: Egomet mi ignoſco. *quem Pòèta caſtigat addens:* Stultus & improbus eſt amor hic, dignuſque notari.
ἕκαστος αὑτὸς αὑτῷ δοκεῖ ὀλιγωρεῖν. *Ariſtotel.* Nemo ſeipſum contemnit.

Káżdy ná ſwoych śmiećiách śmiełży. *Vel.* Káżdy pięś *Item.* Káżdy

kur ná ſwoych śmiećiách śmiełży / niż ná cudzych wrotách. Káżdy w ſwem domu pan. Gallus in ſuo ſterquilinio plurimùm poteſt. *Seneca.*
Galli imperitant ſuo generi & regnum in quacunque domo exercent. *Idem.*
Canis in ſuo ſterquilinio vel in ædium veſtibulo ferocior eſt. *Rhenanus è Gallico.*
In ſuo quiſque regno animoſior & ferocior eſt. *Eraſm. ex Cicerone qui ait:* Niſi hîc in tuo regno eſſemus (.i. *in tua villa, prædio*) non tuliſſemus.
Et apud Terent. adoleſcenti petulanti & feroci dicit leno: Quid hoc rei eſt? regnúmne Æſchine hic tu poſſides? *Paſtor Virgilianus Pauper* tugurium congeſto cęſpite *vocat* ſua regna. *Sic & Quintiliani Pauper contra Diuitem.*
Vulgare & illud eſt. Domi ſuæ quiſque rex. *ad imitationem Homeri qui ait:*
αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἠμετέροιο Ædibus in noſtris ego ſanè geſſero regem.
Namq; ego eram domi imperator ſummus in patria mea. *Cacula Plautini Militis.*
Et illud vulgò rectè vſurpatur. Quilibet in arte ſua rex. *Illuſtratur hoc duobus exemplis pictoris & citharœdi, qui regibus reſiſtere, de arte ſua agentes, auſi ſunt.* V. Czégo śie kto nié vczył. In mea arena dicit, *Plin. iun. ſimili ſenſu .i. in iudiciis & cauſis ſibi notis & vſitatis. vel in mea profeſſione.* Quantùm *inquit* plurimùm potuero, præſtabo præſertim in hac arena mea.
Illud quoq; Plauti: In meo foro res vertitur. *Eodem ſenſu aceipit Eraſm. alij aliter.*
Coquus item Plautinus militi atrociter minitanti reſpondet;

Tu in legione bellator es: ego in culina Ares *ſeu* ἄρης .i. *Mars.*
οἴκοι λέοντες, ἐν προάστιοις δ' ἀλώπεκες. *Plutarch.* Domi leones, foris vulpes.
Affine, Śmiáły zá płotem.

Káżdy o ſobié wiecey rozumie niż ieſt / ábo niż trzébá.

Saperdæ videmur cùm ſimus σάπεροι. *Ex Varrone qui ſic habet:* Omnes videmur nobis eſſe belluli & feſtiui ſaperdæ, cùm ſimus σάπεροι. *Saperda hîc non ſignificat piſcem peſſimum & putidum, vt apud Feſtum, ſed hominem ſapientem & elegantem, vt Nonius interpretatur.* Σάπερος autem eſt putens, rancidus.
κόμπος Μάξιμος. *Diogenian.* Faſtuoſus Maximus: *qui ſibi ſapientiam maximam arrogabat.* *Similis* Suffenus Catulli. *ex quo Pòèta inepto & arroganie ille tale documentū ſumpſit:* Neq; eſt quiſquá Quē non in aliqua re videre Suffenū Poſſis—

Káżdy

Káżdy ptak wędług noſá ſwego śpiewa.

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ. *Properti.*

Alia voce Pſittacus alia Coturnix canit. *ex Martiali, qui refellens Pœtam clancularium ſua ſcripta nomine Martialis ornantem, dixit:* Credis hoc Priſce Voce vt loquatur pſittacus coturnicis? .i. *tam inepta eſſe mea carmina?*

ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο κορώνη φθέγξεται. *Suidas.* Aliter noctua, aliter cornix canit, ſonat. *Vide.* Poznáć wnét z mowy.

Káżdy ſobié ſwego ſzcześcia i nieſzczęścia przyczyna.

Jáko śie kto ſprównié / tákie ſzczeście vczuié.

Sui cuiq; mores fortunã fingunt. *Cornel. Nepos.* Quiſq; ſuæ fortunæ faber. *Saluſti.*

μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ δεσπόται, αὐτοὶ δ' αὐτοῦ ἡ πέφυκε τὴν φύσιν. *Philemõ.*

Grauiora quàm ſuapte natura forent O here, ſibimet plurimi reddunt mala.

θεὸς μέν ζοι πῆμ' ὀδὲν ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ. *Plutarch.* Nõ tibi Deus nocet ſed ipſe tu tibi.

Omnis fortuna in ſenſu ſapientis habitat. *Fulgentius.*

ὁ τρόπος ἀνθρώποις δαίμων ἀγαθὸς ἢ κακός. *Epicharmus.*

Ingenium, affectus, voluntas, hominibus eſt bonus vel malus genius.

ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. *Plutarch.* Mores hominis dæmon .i. *fortuna bona vel mala.*

Nemo læditur niſi à ſeipſo. *Sententia celebris apud ſcriptores Græcos & Latinos, Ethnicos & Chriſtianos. In hanc S. Chryſoſtomus libellum peculiarem conſcripſit. Similis eſt liber Senecæ.* Quod in ſapientem non cadat iniuria. *Et Plutarchi L. de tranquillitate animi. Et Epictetus ait:* Ζεὺς γὰρ ἄλλος σὲ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. Te non quiſquam alius lædet, niſi tu ipſe volueris.

Sua cuiq́ue exorſa laborem fortunamq́ue ferunt. *Virg.*

Sua cuique nocet ſtultitia. *ex Demoſthene qui dicit:* πολλῶν κακῶν ἡ ἄνοια πολλοῖς αἰτία γίγνεται. Multarum calamitatum multis cauſa eſt ſtultitia.

νοῦς ἀνθρώπου, ἐὰν ἀγαθὸς, θεός. *Plato.* Animus hominis, ſi bonus eſt, deus eſt.

βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, ὅπου δ' εὑρήσεις πότον. Cœno aquam puram turbans, nunquam inuenies potum.

Káżdy ſobié wolí abo gorſzy. Káżdy na ſwe koło wodę ciągnié.

Omnes ſibi meliùs eſſe malunt quàm alteri. *ex Terentio qui ait:*

Verũ illud verbũ eſt, vulgò quod dici ſolet: Omnes ſibi eſſe meliùs malle quàm alteri.

Seſe omnes amant. *Plaut.* Crede huic tute, ſuam iam meliùs rem geſſerit. *Idem. carpens fidem vicini. Ironia eſt.*

Ad ſuum quemq́ue æquum eſt quæſtum eſſe callidum. *Idem.*

μάλιστα ἕκαστος αὑτὸς αὑτῷ φίλος. *Ariſtotel.* Maximè ipſe quiſque ſibi amicus.

πᾶς ἄνθρωπος φύσει φίλος αὑτῷ ἐστί. *Plato.* Omnis homo naturâ ſibi amicus eſt.

Aſpice felicem ſibi non tibi Romule Syllam. *Scomma in Syllam Felicem dictum. Suetoni.* *Maxima is inuidia flagrauit ob crudelitatẽ & potentiam. Ex Ciceronc Saluſtio Plutarcho.* ὡς πᾶς τις αὐτὸν μᾶλλον φιλεῖ! *Euripides.*

Vt quiſque ſemet plus amico diligit! Per ſe ſibi quiſque carus eſt. *Cic.*

Φιλεῖ δ' ἑαυτὸν πλεῖον ἄδεις ἄδενα. Nemo ſeipſo diligit quenquam magis.
ἐκ ἔστιν ἄδεις ὅστις ἐχ αὑτὸν φιλεῖ. Nemo inuenitur qui ſeipſum non amet.

τὰς πόλεις παίζομεν. *Zenodot.* Ciuitates ludimus. i. *quiſq; ſuũ commodũ ſectatur æmulo ſtruens inſidias, vt in ludo latrunculorum fit quem Pollux ciuitatem vocat & calculos canes.*

Eſto, vt nunc multi, diues tibi, pauper amicis. *Iuuenal. Ironia eſt.*

Piſcator, viatori puram aquam bibere volenti, & monenti ſe ne eam turbaret, reſpondit: Atqui niſi ego aquam turbem, mihi fame moriendum eſt. *Æſopus.*

Dum canis os rodit, ſocium quem (*aliàs*) diligit, odit. *Garner. è Gallicis.* Kośći pſu nię wydźieray. *Aliter.* Dum canis os rodit, cum quo modò luſerat odit.

καὶ τ θηρίων πόλεμός ἐστι περὶ ἀλλήλα τὶς διὰ τ αὐτὰ τρεφομένοις. *Plutarch.* Etiam feræ inter ſe pugnant, dum ex iiſdem rebus alimentum captant.

Affine, Bliżźa koßulá. Sobié pierwey.

Káżdy ſwoię chwali. Káżda liſtká ſwoy ogon chwali.

Scruta laudat ſcrutarius .ſ. *dum ea vendit. Ex Lucillio qui ait:*

Quidni? ſcruta quidem vt vendat ſcrutarius laudat. ὁ ῥωποπώλης ἀνεῖ ῥώπας.

—— Plenius æquo Laudat venales qui vult extrudere merces. *Horati.*

Auctor opus laudat. Sic forſitan Accius olim
Terſiten facie dixerit eſſe bona. *Ouidi.*

Auctor & eſt rerum cunctis tutela ſuarum. *Valer. Argonaut.*

Lege Martialis lib. 8. epigr. 6. In Euclum conuiuatorem faſtidioſum, qui omnia quæ in menſa erant, longo ſermone cum tædio conuiuarum laudabat.

Adde Ciceronem qui lib. 5. Epiſt. 12. Lucceio hiſtorico ſcribens, vt ſua geſta conſcribat, ait: Itaque te planè etiam atque etiam rogo, vt & ornes ea vehementiùs etiam, quam fortaſſe ſentis, & in eo leges hiſtoriæ negligas, gratiamque illam &c. ne aſpernere: amorique noſtro pluſculùm etiam, quam concedit veritas, largiare.

Affine, Káżdemu ſie ſwoie podoba. Sam ſie chwali.

Káżdy w ſwą. Jeden tám / drugi ſám. Káżdy ſwe porzé.

Zgadzáią ſie iák ßydłá w worzé.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. *Virgil.*

Eremit populus per ſtudia diuiſus. *Sidonius Apollinaris.*

Velle ſuum cuique eſt nec voto viuitur vno. *Perſius.*

ἐν κεῷ τὶς ἡμέρα. *Heſychius.* In Ceo (*inſula*) quis dies .ſ. *feſtus ſit, incertum. Nam ſibi quiſq; pro arbitrio ferias & calendas indicebat.*

Συρβηνὴς χορός. *Heſychi.* Συρβηναίων χορός. *Athenæus.* Syrbenæ *vel* Syrbenæorum chorus *dicitur; cùm quiſq; quod ſibi videtur cantat & omnia diſſonant. Tralatum à porcorum diſſono grunnitu. Nam σύρβη vox eſt, qua ſubulci porcos conuocant.*

ὗεις ἁρμονία. *Ariſtides.* Suilla harmonia, *de incondito cantu clamore diſputatione.*

Affine, Kiéżgodá. Co głowá to rozum. Jéden mowi otworzo.

Káżdy

Káżdy w ſwoim rzemieśle w náuce biégły.

ὁ ἄλλος ἕκαστος, ὅτῳ καὶ σοφός ἐστι. *Xenophon.* Quod quiſq; ſcit, in eo ſapiens eſt.
τὰς τέχνας ἐμότεχνος εὑρίσκει. *Phocylides.* Artes artifex diiudicat.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator. *Propertius.*

ἕκαστος ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ σοφίζεται. *Eccleſiaſtici 38.* Vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt. *loquitur autem de artificibus quibus ſtat ciuitas.*

Kaznodzieia prawdę mowiacy nie ma przygany / nie ma być winowány.

πρέσβυς δὲ τύπτεται οὐδὲ ὑβρίζεται. *Scholiaſtes Homeri.* Legatus non cæditur neque violatur. *dicto factо, ſeu non habetur ludibrio. Sic apud Romanos Feciales & Patres-patrati ſacroſancti erant. Dictum hoc aptaui ſacris oratoribus, ex mente S. Pauli, qui legatione ſe fungi dixit pro Chriſto & pro Euangelio.*

Kiedy kiełbáſy po świécie latały. *vel* Gdźież śis one záſy podźiáły kiedy / &c.

Plebeium dictum optans vel referens rem quæ nunquam fuit.
Simile eſt illud Græcorum. ἀλλᾶσιν ὗς. Extis *vel* potiùs Lucanicis pluit. *iocus de prodigioſa rerum copia. De terra volante.* V. Kiépodobne rzéczy.

Kiedy nalépiey / napilney; odſzédł / przeſtał / vmárł.

ἀπὸ τοῦ θερισμοῦ ἀπῆλθεν. Ab ipſa meſſe diſceſſit. *Seneca* i. *Poſt ſuſceptos labores circa rem aliquam fructum nullum percepit, vel exſpectare noluit.* Gotowe rzéczy opuścił. *Annibali, cùm caſo Romano exercitu ſuis hortantibus Romam ire capturus nollet, quidam dixit:* σὺ νικᾶν οἶδας, νίκη δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας. Vincere tu ſcis, victoria vti neſcis. *Plutarch.* Malas cauſas ſemper obtinuit, in optima cecidit. *Cicer.*

Homo fatuus, Poſtquam rem habere cœpit, mortuus eſt. *Cic. ex Pœta.*

τίτλον ἐπιτάφιον ἐπιφανῆ λαχὼν θάνε. *A.*

Titulum ſepulchri nactus illuſtrem occidit. *Ex Iuuenali & Procopio .i. moriturus ornatus eſt dignitate aliqua, qua viuens non eſt perfruitus, ſed ſepulchro inſcribi iuſſit. Exempla ne exſpectes vt enumerem quam plurima ſunt.*

Cenſus vt obuenit, diues opimus abijt *Garnerus.* *Conſer* Wigilia.

Kiedy przyydźieſz miedzy wrony / muśiſz (ábo pomni) krakáć iako ony.

μὴ μαινομένων φασὶ χρὴ μαίνεσθαι πάντας. *Callias.*

Cũ inſanientibus aiunt oportere omnes inſanire. Pudor inquit te malus vrget, Inſanos qui inter vereare inſanus haberi *Horati.*

ἐν τοῖς μαινομένοις μάλα μαίνομαι, ἐν δὲ δικαίοις
πάντων ἀνθρώπων εἰμὶ δικαιότατος. *Theognis.*

Inter inſanientes valde inſanio, inter iuſtos autem Omniũ hominũ ſum iuſtiſſimus.
ὁ μαινομένοις δὲ συμμαινόμενος, ὅτι μαίνεται. *Suidas.* Qui cum inſanis non inſanit, is inſanit. μὴ νοσοῦντων μαίνεσθαι καλόν. *Idem.* Cum ægrotis deſipere (.i. *moribus eorum ſe accommodare*) pulchrum eſt.

πολύποδος νόον ἔχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλήσῃ, τοῖον ἰδεῖν ἐφάνη. *Theognis.*

Mentem habeas vafri Polypi, qui protinus illa
Se quibus admôrit laxa colore refert.

ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον τελεθεῖν, καὶ χώρας ἔπεσθαι. *Plutarch.*

Aliàs alium fieri (*licet, neceſſe eſt*) & regionis mores ſequi.

δωρίσδειν δ' ἔξεστι δοκῶ τοῖς δωριάσιν. *Theocritus.*

Doriſſare equidem tas Doribus arbitror eſſe.

ἐν Λακεδαίμονι γέγονας, ἑκείνων τῶν νόμων μεθεκτέον ἐστίν. *Athenæ.*

Lacedæmone natus es vel agis, illorum legibus viuendum eſt.

πρὸς κρῆτα κρητίζειν. *Plutarch.* Cretiza cum Cretenſi .i *cum mendace mẽdaciis vtere.*

πρὸς Κάρα καρίζειν. *Diogenian.* Cum Care cariſſa .i *cum ruſticano ruſticè age.*

Tale eſt illud recentiorum. Vlula cum lupis, ſi viuere cupis. *Et aliud.*

Cum fueris Romæ Romano viuito more.
Cum fueris alibi viuito ſicut ibi (*vel, viuito mos vt ibi.*) *Garner. Anonym.*

γενηθὲς γεγενῶς τῇ τάξιν. Contribulis factus, ſerua ordinem.

Vulpes à canibus cincta, latratum eorum imitatur vt euadat. *Olaus Magnus.*

Dictum hoc Polonicum cum reliquis ad illud interpretandum allatis, ſi vniuerſim & ſimpliciter accipias improbum eſt & reſpuendum, vt ſatis cuiuis clarum eſt: vel certè oſtendit tantùm, quod paſſim more vitioſo fit, non quod fieri rectè deberet. Sed & rectum erit ſi ita intelligatur, vt præcipiat hoſpiti & peregrino, ne apud extraneos ſit moroſus, & ſuæ regionis moribus velit viuere, ſi quidem & eorum mores honeſti ſint, licet nouo hoſpiti non ita grati nec vſitati. V. Gościu w gospodarſtie rzęczy.

Item vſurpari id poteſt, cùm monentur probi & ſapientes viri, ne cùm malos adeunt illos meliores reddituri, initio ſtatim oſtendant, ſe moribus eorum contrarios. Doctrina hæc Senecæ eſt epiſtola 5. vbi ait (ſed contraxi) Deuita aſperum cultum, intonſum caput, negligentiorem barbam, cubile humi poſitum &c. frons noſtra populo conueniat. alioqui quos emendare volumus, à nobis auertimus & fugamus, dum nihil noſtri imitari volunt, timentes ne imitanda ſint omnia.

Affine, Oboietny. Obyczaié poſpolite. Zgadzay śie z ludźmi.

Kiédy tego nié możemy co chcemy/ chcieymy co możemy.
Kiédy nie możé być co iáko chcemy; iáko być możé/ chćieymy.

Quoniam id fieri quod vis non poteſt, velis id quod poſſit. *Terenti.*

Non poſſis oculos quantùm contendere Lynceus,
Non tamen iccircò contemnas lippus inungi. *Horati.*

ὃ δυνάμενος ὃ θέλεις, θέλησον ὃ δύνασαι.

Vbi non valebis quod velis, quod pote velis.

Viuas vt poſſis quando non quis vt velis. *Cæcilius apud Donatum.*

τοιαῦτα τὰ ἡμέτερα ἐστίν, οὐχ οἷα βούλεταί τις, ἀλλ' οἷα δύνανται. *Plato.*

Eiuſmodi ſunt noſtræ res, non quales quis vult, ſed quales eſſe poſſunt.

ἐπειδὴ μὴ γίνεται πράγματα ὡς βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι ὡς γίνεται. *Ariſtotel.*
Siquidem non fiunt res vt vellemus, velimus vt fiunt.

ἂν μὴ παρῇ κρέα, στρεπτέον τῷ ταρίχῳ. *Diogenian.*
Si deeſt caro, contentus eſto taricho .i. *ſalſamento, iuſculo, piſce ſalito.*

εἰ μὴ δύναιο ἔχειν, ἔλαυνε ὄνον. *Suidas.* Si nequeas bouem, agas aſinum.

ἂν ἀποτύχῃ τις ἀνέμοιο, κώπαισι πλεῖν. *Menander.*
Quem fortè ventus deficit, remis agat. *Vide Horatij verſus ſub* Kwáśnéć też były.
Affine, Chćićy iák nalépicy. & Jáko możemy.

Kuem w nogi. Leniwemu mowią.

Similis phraſis apud Plautum. Talos alicui defringere, ſuffringere, elidere.

Kłamcá wielki. Na iédney nodze ſtoiąc/ dźieśięć rázy ſkłama.

ἀλλ' ἂν ἄκων ἀληθὲς οὐδὲν εἴποι. *Æſchines.* Ne inuitus quidem vel inſciens verùm quidpiam dixerit. *quod multis accidit, vt pueris ebriis obliuioſis perculſis, &c.*
Sæpia *typus mendacis. Pierio.*
Iſte *(vel Ille)* ducenta dabit mendacia ſtans pede in vno. *Ex Horatio.*
λακωνίζει. Laconiſſat, mentitur. *De Laconibus Euripides.*

ψεύδων ἄνακτες, μηχανορράφοι κακῶν.
Mendaciorum principes machinatores malorum. V. Łáćno v niego.

Kłamcy dobrey pámięći/ i dowcipu prętkiego potrzéba.

Mendacem memorem eſſe oportet. *Quintilian. Apulei.*

χρὴ μνήμον' εἶναι τὸν λέγοντα ψεύδεα. *A.*
Calidum hercle audini eſſe optimum mendacium. *Plaut. .i. extempore commentũ.*

Kłamcy/ i prawdę mowiącemu/ nié wiérzą.

Kto śie raz trzy przeniéwiérzy/ żaden mu potem nié wiérzy.

Vbi quis ſemel peierarit, ei credi poſtea etiãſi per plures deos iuret, nõ cõuenit. *Cic.*
Quæ pœna à dijs immortalibus periuro, hæc mendaci conſtituta eſt. *Idem.*
Mendaci homini ne verum quidem dicenti credere ſolemus. *Idem Cicer.*

ψεύδη ἀπιστεῖν κἂν ἀληθῆ λέξειεν. *A.*
Vt vera dicat, non habet mendax fidem.

Paſtor ouium per iocum lupum inclamans, & accurrentes ſæpiùs irridens, tandem lupo verè gregem inuadente, clamans ab omnibus neglectus eſt & damnum accepit. Apologus.
Sic apud Horatium Planus quidam verè crus fregit & clamanti nullus credit. quia antea toties fingens fractum, accurrentes auxilio ferendo, irridebat. Sic nempe.
Falſum ſæpe loquens, tandem hoc lucratur, vt eius
Nulla fides damnis verisq; doloribus adſit. *vt idem Horat. inquit Idẽ dicit Ariſtote.*
Amyclienſes hoſtium aduentu ſæpiùs falſo nuntiato, fruſtra perterriti, legem promulgarunt cauentes, ne quis deinceps de hoſtium aduentu nuntiaret. quanquam & ſic perierunt. Sernius. V. Wiárá iák dußá.

Klamſtwá śie ſtrzéż. Klamſtwo vczćiwemu nié przyſtoi.

μὴ γεύεσθαι τ̃ μελανύρων. *Pythagoras apud Plutarch.* Ne guſtes quibus nigra cauda. *Explicat id Tryphon Grammaticus ſic:* ψεῦδη λόγον μὴ προίεσθαι· τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι μελαίνεσθαι καὶ ἀμαυροῦται. .i. Mendacium ne proferas. *Nam mẽdaciũ in extremis partibus nigreſcit & obſcuratur. Inſtar melanuri aut ſepiæ, qui atramẽto ex cauda effuſo, in aquã ſe occulit & euadit.* **Klamſtwo ná końcu/ ábo poźnéne śmierdźi.** ὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι. *Sophocles.* Non proferunt fructum verba mendacia. ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γενναῖον. *Apolloni.*

Mentiri illiberale, veritas ingenuum quid.

In virum bonum non cadit mentiri emolumenti ſui cauſa. *Cicero.*

Improbi hominis eſt mendacio fallere. *Idem.*

ψεύδεσθαι δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος. *Cleobulus. Menander.*

Sapiens vir & frugi oſus eſt mendacium.

Τ ἱππολύτου καὶ βελλεροφόντου μὴ ῥαδίως καταψεύδεσθαι. *Ariſtides.*

De Hippolyto & Bellerophonte ne temerè mentiaris .i. de integris & innoxiis.

Klamſtwo iák bydło w worzé/ nié długo śie zátái.

ψεύδομενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον. *Menander.*

Latere mendax non poteſt nimis diu.

Quod falſum eſt, effluet. *Apud Terent.* Proin tu taceri ſi vis, vera dicito. *&c.*

Vtrumque hoc falſum eſt, effluet .i. *non tacebitur.* **Nié oſtoi śie fałß.**

Klámáć śie mégodnemu/ ćießko vczćiwemu/ ábo godnéyßemu.

Durum illud ingenuis animis verbum, Rogo. *Seneca.*

δεινὸν τὸ ῥῆμ' ἐς', αἰτέω, τοῖς γενναίοις. *A.*

Ingenuitatem lædis cùm indignum rogas. *P. Syrus.*

Cicero id ſæpe indignatur, ſe & ſuos & alios viros honeſtos ad pedes inimicorum & indignorum ac vilium hominum iacuiſſe proſtratos.

Klin klinem wybić.

Clauum clauo eijciendum. *Cic.* Malo nodo malus cuneus quærendus. *S. Hieronymus.*

ἦλον τῷ ἥλῳ ἐκκρούειν, τῷ μείζονι σμικρότερον. *Lucianus.*

Clauum clauo extundere (*oportet*) maiore minorem.

πάσσαλοι πασσάλους ἐκκρούονται. *Syneſius* Paxilli paxillos excutiunt.

ἥλῳ τὸν ἦλον, πασσάλῳ δὲ πάσσαλον. *Pollux.*

Clauum clauo, paxillum autem paxillo .ſ. *excutio.*

δαίμονας ἀπελαύνῃ ἄλλον ἄλλῳ δαίμονι. *Euſebius.*

Dæmones abigit, alium alio dæmone .i. *moleſtiam, moleſtia.*

— Magnis telis magna portenta feriuntur. *Seneca.* *Simile.* **Ziem zlego zbyć.**

Klin mi/ ábo mu w głowę wbił.

Iniecit

Iniecit mihi ſcrupulum, qui me dies noctesque ſtimulat ac pungit. *Cicero.* Relinquere aculeos in animis audientium. *Idē.* Infixus animo hæret dolor. *Idem.* Dimiſſo aculeo mortuus eſt. *Idem.* Infixo aculeo abijt. *Idem.*

βαλὼν τὸ βέλος ἀπῆλθεν *Plutarch.*

ἐγκαταλιπὲ τι κέντρον τοῖς ἀκροωμένοις. *Lucian* Reliquit aculeum in auditoribus.

Confer. Żábił mi ze żywe.

Kocha śie w niem/ ábo wtem/ iák vbogi w prośiecin. Kochánie to iego. Hunc vel hoc ille velut ſimia fœtum ſuum miratur & amplectitur. *Ex Syneſio, Plinio, Solino.* Χοιρίσκος ἀγαπάνεος *Lucian.* Porculus Agarnanius, *de eo qui amabilis eſt & in delicijs habetur.*

μελιταῖον κυνίδιον. *Suidas.* Melitæa catella *vel* catellus *qui deliciarum cauſa alitur. Ex Melita inſula. Plini.* Tanquam filiam ſuam oſculatur. *Iurisprudentiam Sulpitius apud Cicer.* μόνον δὲ ὅτι τὰς κεφαλὰς περιφέρουσι αὐτὸν οἱ ἑταῖροι. *Plato de Philoſophis.* Tantùm non in capite circumferunt eos amici.

ἐκ κόλπων αὐτός ἐστιν. *Plutarch.* E ſinu eius eſt. *Cic.* De complexu eius eſt. *Idem.* In oculis illum geſtat. *Terent.* Oculus eius eſt, ocellus. *Plaut.*

ἅπτου αὐτός τε καὶ παιδία σου. *Plato.* Tuipſe & liberi tui .ſ. *ãplectere.* Kochay śie w tem. In cotylla ſeu cauis manibus fertur .i. *indulgenter habetur. Eraſm. ex Polluce.* V. Sam nić ſwoy. In ſinu illum fert. *Ouid.* Vita eius eſt. Żywot to ieg. ἅπασιν ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. Mortalibus ſunt vita cunctis liberi. *Euripid.* κληρονόμος ὀφθαλμοὶ καὶ ψυχὴ πᾶσα. *Philoſtrat.* Hæres oculi & vita tota. Cedo magiſtrum. *Cyprian. libros Tertulliani poſcens dicebat.*

Rempublicam ſuam mallet turbari quam comam. *Seneca.*

Abſens abſentem auditque videtque. *Virgilius.*

Muſcas ab illo abigit. *Sic apud Homerum Pallas curans vulnus Menelai.*

ὡς ὅτε μήτηρ παιδὸς ἐρύκει μυῖαν ὀδὲ ἡδέ λέξεται ὕπνῳ Velut cùm mater à puero arcet muſcam, cùm ſuaui cubat in ſomno. *Noſtri dicunt:* Kiedy radby áby go zły wiátr owionął.

τηλύγετος. *Homero.* Minimus filius in ſenectute vltimus natus, *quia tales maximè amantur. exempla etiam in diuinis libris habentur.*

Sed & πρωτότοκος Primogenitus *ſimiliter vſurpatur in iisdem libris.*

Lucian. item habet: Φασὶ δὲ καὶ τὰς μητέρας μᾶλλον τὰ πρῶτα τῶν τέκνων φιλεῖν. Dicuntur autem & matres primam prolem magis amare. Pauperi vitulus caſtrum. *Dictum recentiorum, ſed nunc vtilitatem non ſollicitudinem reſpice.* In annulo ferre alicuius imaginem. Sigaum amoris. V. Pamietem to dobrzé. Nomen cari in pariete vel arbore inſcribere. V. Pámiątke wiecznа zoſtáwić. Plus oculis ſuis illum amat. *Catull.* Aut ſi quid carius eſt oculis. *Idem.* Ocelle mi & oculus aureus. *Plaut.* μικρὸς ἀεὶ ὁ σὸς πῶλος *Suidas.* Paruus ſemper tuus pullus, *dictum blandientis eſt. qualia ſunt diminutiua vt apud Ariſtophan. quidam*

dam blandienti populo vocauit illum δημίδιον .i. popellum, qui audiit: ὡς ἀπὸ μικρῶν ἔυνος αὐτῷ ἐγένησαι; Vt è pusillis blandiciolis beneuolus illi factus es! Porrò quæ cui valdè cara & amabilia sunt, ea pulli nomine vocantur. Interpre. Aristophanis. In larario habere .i. valde venerari & colere. Ex Lampridio.

Kocić garcowi przygáma/ á obá sinola.
Sam w pięcu lega/ á drugiego ozogiem siega.

Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum. *Iuuenal.*
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? *Idem.*
Non te soles respicere cùm alijs dicas malè. *Plaut.* Sam-ćś táki.
ἑ χωλὸς ἀδίκως καλγελᾷς, δίσχωλος ὤν. *A.*
Claudum ipse claudus ludis, ast iniuriâ.
Qui me deridet caudam (*ipse*) trahit *Horat. à pueris per ludibrium assutam.*
O maior (*magis insane*) tandem parcas insane minori (*minùs insano*) *Horat.*
Sannio cùm alios soluto risu & contortis totius corporis partibus ridet, moresque aliorum inepto gestu exprimit; ipse omnibus fit ridiculus. *Cic.*
κυνὶς βορᾶν στέφει μάχει σὺ κυνοκεφάλῳ. *Aristophanes.*
Canis esca (*ipse*) victitans, canicipitem oppugnas.
Quid tu, nullane habes vitia? Immo alia. *Horat* In eodē valetudinario iaces. *Seneca.*
Martialis carpenti sua carmina: Hæc mala sunt, sed tu non meliora facis.
Luico poscit dicere luscus. *Persi.* .i. *Luscus in luscum vult dicere, Casaubon.*
Leo Bizantinus gibboso cuidam oculorum eius imbecillitatem carpenti dixit: ἀνθρώπινον πάθος ὀνειδίζεις, τὴν νέμεσιν δὲ νώτῳ φέρων. Humanam affectionem mihi exprobras, ipse Nemesin in dorso gestans .i. *gibbum.*
Quæ in nos illosq;, ea omnia tibi (*in te*) dicis Dinarche. Et nostram & illorū vicē.
Quia qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet. *Plaut.*
Quod mihi prædicas vitium, id tibi est. *Idem Plautus.*
Affine, Cudze wády. Kto drugiego chce strofowáć.

Kogo Bóg chce skaráć/ pierwey mu rozum odeymie.

Cautè hoc dictum vsurpandum, & eo ferè sensu, quo in libris diuinis dicitur Deus excæcasse cor populi, induraſſe cor Pharaonis &c. cùm nempe ob mala merita hominis negat eidē gratiam efficacem, & differt pœnam, atq; occasiones peccandi illi non subtrahit: vnde ille euadit deterior. Sed & munera dicuntur excæcare oculos etiam sapientum. Deuteron. 16. Ecclesiastici. 20. Dicto Polonico illustrando aptissimum est *exemplum 2 Regum 17. vbi*, Domini nutu dissipatum est consilium Achitopel vtile, vt induceret Dominus super Absolon malum. *Sic & Ethnici sensēre & locuti sunt.* Plerumq; qui fortunam mutaturus est Deus, consilia corrumpit. *Patercul.*
Fatorum vis cuius fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. *Idem.*
Scelera non habent consilium. *Quintilian.*
ἐλέθρου ὁδὸς λόγος. *Plutarch.* Exitij nulla ratio .s. *reddi potest. Dictum Eumenis*

qui

qui habens æmulos imperij, consulere sibi volens discessit in Phrygiam, sed ibi in eos inscius incidit. Iocularium in malum pœne insciens incidi. *Terent.*

Solet manum iniectantibus fatis hebetari ac obtundi sensus hominum. *Ammian.*

ἄνοια πᾶσιν ἐγγίγνεται τ κακῶν πλησιαζόντων. Appianus.

Amentia omnes inuadit malis appropinquantibus.

Fatis rempublicam vrgentibus omnia salutaria monita spernuntur.

Iratus ad pœnam Deus si quos trahit,
Auferre mentem talibus primùm solet. *Ἄδηλον.*
Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumq; fugit. *Ouid. Eodem spectat & illud Virgilij.*

Et si fata deûm, si mens non læua fuisset Impulerat &c .i. *Nisi dij mentem siniſtram seu stultam Troianis obiecissent, poterat Laocoon equo ligneo hasta percusso detegere Græcorum intùs latentium insidias.* *Adde illud eiusdem*

Hîc mihi nescio quod trepido malè Numen amicum Confusam eripuit mentem.

Hinc illa stultorum vox: ἐκ ἂν ᾠόμην. Polybi. Non putâram. *Et Cic.* Ignoscite lapsus est errauit, non putauit. V. Niéspodźiewałem śie.

Rogo Bóg ma w ſiwey obronié/ ten w złey nawiét nié vronié.

Komu Bóg ießczé nié obiécat śmierći/ ten i z grobu śie ſnádniuchno wywierći.

Potens es ex omnibus saluare, etiamsi sine rate aliquis adeat mare. *Sapientiæ 14.*

Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam. *Ionæ 2.*

Θεῷ θέλοντι κἂν διὰ ῥιπὸς πλέοις. Aristophanis Interpr. & Plutarchi.

Deo fauente nauiges vel vimine. *Idem aliter.*

Ζὺν τῷ Θεῷ πλῶν, κἂν διὰ ῥιπὸς πλέοι. Suidas.

Quisquis fauente nauigabit Numine, Is vel soluto nauigabit vimine.

θαυμαστοῖα ἰὸς ἐστὶ δαίμονος, εἰς τὰ ἔσχατα μὴ βαλλοντες, καὶ ἐκ τ ἀπόρων διατώζοντος. Heliodorus Ethnicus historicus. Miraculum Dei est, in extrema pericula deijcere, & ex rebus exitu carentibus eripere.

Si Deus adfuerit, fiet vel aranea murus; Sin Deus abfuerit, vel murus aranea fiet. *Ex S. Paulino cuius versus isti sunt.* Sic vbi Christus adest nobis & aranea murus;
Aſt vbi Christus abest & murus aranea fiet.

De S. Felice loquitur quem latebrã ingressum aranea reti obiecto ab insequentibus liberauit.

Et cùm fata volunt bina venena iuuant. *Ausonius.* *B. Albinus Monachus stans sub tecto in tanta pluuia ex qua casæ natabant siccus ne gutta quidem madefactus fuit. S. Antonius scribit.* *S. Medardus in vehementi pluuia aquilæ alis expansis tectus siccus permansit. Surius.* *Puer mari obrutus ad sepulchrum S. Clementis post annum sanus repertus est. S. Ephrem. Marty.*

ὁ γὰρ πρὸ καιροῦ τις ὑπ' ἄρει δάμναται ἀνήρ. Q. Calaber.

Ante diem fati in bello nemo occidit vnquam.

V. Bogu nic trudnego. Kómu Bóg pomaga.

Rogo rodźicy rozgą nie karzą/ tego kat miéczem/ abo powrozem karzé.

Parentum in filios malos indulgentiam carnifex punit.

ὅντινα οἱ γονεῖς τῇ ῥάβδῳ ἐ κολάζουσι, ὅτην ὁ δήμιος ξίφῳ ἢ βρόχῳ κολάζει. *A.*

Quem parentes virga non caſtigant, hunc carnifex funè vel gladio caſtigat.

Æſopi apologus eſt de puero, qui ob parua furta non caſtigatus à matre, ob magna tandem à carnifice raptatus ad furcam, matri auriculam, per ſimulationem oſculi ſupremi, dentibus abſcidit dicens: αὐτή μέ τ' ἀπολείας αἰτία. Hæc meæ perditionis cauſa eſt. *Similem hiſtoriam refert Boëtius, de filio, qui patri naſum morſu abſcidit, mala ſua inſtitutione, & mortis ignominioſæ auctori. Rectè & Anonym. Rhythm.*

Audit carnificem ſpernens audire parentem.

ἐκ ἀκέων γονέων ἰδίων ἀνδρὸς ἀκουσε. *A.*

Nam ſæpe ſua non parentum culpa, immo parentibus reclamantibus & obſiſtentibus in ſcelera ruunt filij. V. Vliekárność.

Kogo śie raz nießcześćie imié/ nié łácno mu śie wywinié.

Kogo śie niéßcześćie imié/ ten i nos vćieráiac pálec wywinie.

ὃν ἡ τύχη μέλαινα γεγράφοι, ὅτην ὁ πᾶς χρόνος λευκάναι. *Apoſtolius.*

Quem fortuna nigrum pinxerit, hunc non vniuerſum ævum candidum reddere poterit. *Notum eſt apud ſcriptores albo colore felicitatem, nigro infortunium notari. Affine eſt illud Luciani de Paupertate.*

πενία ἰξώδης καὶ ἑυλαβὴς, καὶ μυρία τὰ ἄγκιστρα ἐμπεφυκότα ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος ἔχουσα, ὡς πλησιάσαντας εὐθὺς ἔχεσθαι, καὶ μὴ ἔχειν ῥᾳδίως ἀπολυθῆναι.

Paupertas viſcoſa eſt prẽſu facilis, & mille hamos vncos è toto corpore enatos habet, vt accedẽtes prope mox hæreãt, & nõ facilè queant auelli. V. Komu śie nogá powinie.

Kokoß zbożé rozgrzeba/ á w śmiécíach ziarna ßukа.

εὐπορία ἀνδρὶ, ἀπορία εὐκτὰ καλὰ ποιεῖ. *A.*

Ingrata bona copia facit, grata inopia.

Copia faſtidium creat, inopia appetentiam excitat. *Aliter.* Egeſtatis comes frugalitas, opulentiæ luxus. *Aliter.*

Bona cùm adſunt faſtidimus, cum abſunt deſideramus.

ἀγαθὰ παρόντα βδελύσσομεθ', ἀπόντ' ἐρῶμεν. *A.*

Kokoßa woyná.

Bellum gallinaceum. *Dictum hoc vſurpatur de expeditione militari irrita, in qua nil ampliùs cædis fit, quam qòd gallinæ (adde boues ſues oues &c.) ruſticanis licentia militari mactentur. Tractum ab euentu quodam quem lege in Hiſtoria Polonica.*

Sed in proprio ſenſu hoc dictum illuſtro ex Plinio qui l. 10. c. 21. ſcribit: Pergami ſingulis annis ſpectaculum gallorum (*ceu gladiatorum*) publicè edi ſolitum.

Athenis idẽ factitatũ ſcribit Ælianus. De coturnicũ pugna teſtatur Lucian. V. Vliédo krwić.

Kokoßy śie z tego ták méwiem z cżégo/ abo. á memaß z cżégo.

Palmarium hoc ſibi putat. *Terent.* .i. *facinus triumpho dignum. Alludit Cic. & Plaut.* Tanquam ſi Palladium abſtulerit .ſ. *gloriatur, Cic. Vide* Z nk Bożégo grobu.

ὡς τὴν

ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελὼν σεμνύεται. *Zenodotus.*
Tanquam ſi Argiuum clypeum abſtulerit gloriatur.
ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος πᾶσι ταύτην ἐνδείκνυει. *Apoſtolius.*
Imperitus anaxyride, (*ſubligaculis, ſeminalibus*) indutus, omnibus eam oſtentat.
μεγαφρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ. *Zenodot.*
Magis ſibi placet quàm Peleus in machæra .ſ. *à Vulcano fabrefacta, qua vtens ille, multa præclarè & feliciter geſſit.*
Φιλίππου ἀλεκτρύων. *Zenodot.* Philippi Gallus. *Chares dux Athenienſis vicerat Alectryonem ducem Philippi regis, & hoc tanquam inſigne facinus, apud ſuos crebrò iactans, occaſionem dicto dedit, quo glorioſi iactatores perſtringuntur.*
ἢ συλοσῶντος χλαμύς. *Suidas.* Syloſontis chlamys. *In eos dictum, qui veſtitu & cultu ſplendido ſe iactant & oſtentant vt Syloſontes faciebat in veſte ſumptuoſa, quam demum Dario adhuc priuato, cui ea placuerat, donauit magno fenore.*
τήλεφος ἐκ πηλίδος. *Ariſtophan.* Telephus ex perula. *dicebatur de eo qui ob nomen aliquod præclarum gloriatur, (V.g. Telephi regis Myſorum) cùm tenui ſit fortuna & mendicus ex perula viuens.* Surgunt illi criſtæ *Iuuen. .i. tollit criſtas, ſumit animos.*
ἄρης τὰ αὑτοῦ σκῦλα μὴ σαλεύῃ. Mars ſua arma non quaſſat. *Dictum in eos ait Henrinc. Stephan. qui armati euntes arma ſua quaſſant ad oſtentationem. quaſi in hoc virtus bellica conſiſtat.*
κινάδιζε ἐπαίρεσθαι καθάπερ ὁ ταὼς πρὸς αὐθρῶν ἐπὶ σὸν γαυνύμενος ἐπὶ τῇ ἀγλαΐᾳ τοῦ λόγου. *Syneſius de Dione Pruſieo.* Supinat ceruicem gloriabundus & decorem oſtentat, ſicut pauo circumſpectans ſemet & quodammodo exultans ob ſplendorem orationis ſuæ. Scit ſimulare cupreſſum. *Horat.*
Laureolam in muſtaceo quærit. *Cic. ex re friuola vt eſt muſtaceum gloriolam ceu laureolam quærit nam muſtaceum vel optimè pinſens nullam laudem meretur.*
Dicto Polonico maximè reſpondet vox Græca πτερυγίζει *quæ propriè dicitur de pullis auiũ adhuc implumibus alas motitantibus Lucian. Ariſtophan. Diphilus tranſtulerunt ad glorioſè geſticulantem. Adde Apologum de illo qui gloriabatur ſe ſcire canere organo pneumatico, quòd folles eius tantùm inflare noſſet, modo adſit, dicebat, aliquis qui manibus ex aduerſo agitandis nugetur.* Affine, Chełpliwy. Sam ſie ſobie podoba.

Koláná go bola. *Vſurpamus loco* Pyßny. Niénabożny.

ἐλεφαντόπους. *Vel.* ἐλέφαντος πόδας ἔχει. Elephantinis eſt pedibus. *Carol. Bouill de eo qui genua flectere non vult. Nam Elephas vulgò dicitur genua non curuare, quòd in illis compages non habeat. Sic Strabo Ambroſ. Epiphani. Vincentius & alij. quanquam alij aſſerunt eum iuxta talos flexus habere, ſic Rhodigin. Gellius. Poſteriores poplites homini inſtar eum flectere ait Ariſtotel. & Plini. alij aliter apud Geſnerum.*

Koło płotow chodzi. Nie wyraźnie mowi.

Perplexè, perplexim, & perplexabiliter loqui, *dicunt Latini.*
Pergin' ſceleſta mecum perplexè loqui? *Terent.* πλέκειν λόγους. *Euripides.*

Perplexim laceſſam oratione. *Plaut.* Neq; vllum verbum faciat perplexabile. *Idem.* Perplexabiliter. *Idem* .i. *cùm aliud auditur, aliud ſentitur. Nonius.*

ὁ πεπλεγμένος λογος. Perplexa oratio.

τῷ ἀορίστῳ ἐργασάμενος τὴν κακουργίαν ἔλαθε. *Vlpianus Rhetor.* Indefinitè loquendo maleficium ſubdolum occultauit.

περὶ δὲ ὄρους πεποδας ἐρεφεσς τ ἄκρας ἀπολείπεσς. *Nazianzen.* Circa radices montis verſari cacumine abſtinere.

ἔτι πορθμὸν διαπερῶμεν ἀφέντες τὸ μέγα καὶ βαθὺ πέλαγος. *Idem.* Adhuc fretum traijcimus abſtinentes magno & profundo pelago. Puśćiwſzy głab / po mieli śie woźiemy. *Vide* Do rzéczy przyſtepuy. & Nie do rzéczy.

Komu Bóg co obiécał/ nigdy go nie chybi.

τ δὲ ἀδοκήτων πόρον εὗρεν ὁ Θεός. *Euripides.*

Res ad inopinas inuenit viam Deus. Fata viam inuenient. *Virgilius.*

ἀλλ' ἔκ ἐσ' ὑπαλύξαι, ἃ δὴ πεπρωμένα κῆται. *Orpheus.*

Decreta fatis effugere nulli licet.

ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς. *Pſalmo 64.* Semel locutus eſt Deus .i. *omnino fiet. Suidas.*

ἃ γὰρ τ' ἀῖψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων. *Homer.*

Mens æternorum diuúm non vertitur vnquam.

τὸ πέρας ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ πάντων γίνεται. *Demoſthen.* Finis omnium talis eſt qualem Deus voluerit.

ὀλέθρου ἀδὲις λόγος. *Plutarch* Exitij nulla ratio eſt. *ſed cui fatale eſt, ipſe in illud incurret.* Nihil aliud opus eſſe, quàm indici oſtendiq́ue bellum, cætera ſua ſponte, fata & deos geſteros. *Liui.* ὅπως ἐσὶ θεὸς νόον

ὅτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν ἀδ' ἀλιῶσαι. *Homerus.*

Nequaquam poteſt mentem Iouis alius deus aut effugere aut irritam reddere.

ἃ γὰ θέμις οὕτω μεταγραφῆναι. *Ariſtides de Ioue.* Nec enim fas ipſi mutare ſentẽtiã.

Satin' ſi cui homini dei (.i. *dij*) eſſe benè factum volunt

Aliquo pacto illud obtigit optatum pũs. *Plaut.*

Cui homini dei ſunt propitij, lucrum ei profectò obijciunt. *apud eundem lenonis auari ſordidi dictum. Potes illud reddere.* Kto Bogu ſłużу/ temu ſcześćie płużу. *ſed falſum eſt vtrumq́;. Apud Vopiſcum equum nobiliſſimum Probo Cæſari ſors quater militibus approbantibus adiudicauit. Oppoſitum apud Virgil.* Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. Komu czego Bóg nie obiécał/ prożno śie kuśi.

Et Homer. ἀέκητι θεῶν. dijs inuitis. *Affine,* Kto ma vmrzeć.

Komu Bóg czego nie dał/ prozno to ſobie przypiſuie.

Komu Bóg rozumu nie dał/ kowal mu go nie vkuie.

Tu nihil inuita dices faciesque Minerua. *ex Horatio. recentiores vſurpant eo ſenſu quẽ habet Cic. de Offic. dicens.* Nihil decet inuita Minerua .i. *aduerſante & repugnante natura.*

natura. Horatij verò verborum ſenſus proprius eſt quem aperit Lambinus. Tu omnia docte ſapienter & decenter ages .ſ. *fauente & iuuante Minerua.*

Malè reſpondent coacta ingenia. *Seneca.* *De talibus pulchrè Lycophron.*

τοί γὰρ ψαλάξεις εἰς κενὸν νδυρὰς κτύπων.
ἄσιτα κἀδώρητα φορμίζων μέλη.

Itaq; ciebis irritos fidium ſonos Ieiuna & indonata pſallens carmina.

εἰς κενὸν κρούεις τὰς χορδάς. Fruſtra pulſas chordas.

Caluo turpius eſt nihil comato. *Martial.* Bona mens non emitur. *Seneca.*

Aſinus Pariſijs non fiet equus. *Garner.*

Komu Bóg pomaga/ ten wßyſtko przemaga.

Θεῷ παρόντι ἅπαν ἄπορον πόριμον. *Suidas.*

Præſente Numine inuium omne eſt peruium.

ἀνήνυτα παρέχειν (ὁ Θεὸς) εἴωθε πορεύσιμα. *Ariſtides.*

Imperuia Deus reddere ſolet peruia.

Θεῶ δείξαντι ἀρχὴν, οὐδὲν δὴ τὸ κωλύον. *Pindar.*

Monſtrante principium Deo, nihil impedit.

ὠκεῖα δ' ἐπειγομένων ἤδη θεῶν πρᾶξις, ὁδοί τε βραχεῖαι. *Idem.*

Velox accelerantibus diis actio, breueſque viæ.

Θεῶ θέλοντι, οὐδὲν ἰσχὺς φθάνει,
καὶ μὴ θέλοντι, οὐδὲν ἰσχύει πόνος. *Nazianzen.*

Deo fauente, nocere nil ſuor poteſt, Et non fauente, nil iuuare labor poteſt.

Komu ciaſno/ ábo krzywda/ vſtąp.

ἐχῖνος εἰς φωλεὸν ὄφεως εἰσῆλθεν. Echinus in cauum anguis ingreſſus.

ἐναντί' εἴκει ἐναντίοις δυνατωτέροις. *A.* Contraria cedunt contrarijs fortioribus.

Contrariorum fortius vincit aliud.

Komu czego trzebá/ drogo to ßácuié Potrzéba rzeczy droßy.

ἀνδρὶ πεινῶντι μᾶζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος. *Athenæus.*

Eſurienti homini maza ſeu offa carior auro & ebore. V głodnego nadroßby chleb.

Simile eſt dictum de acu ſartoris.

Komu czégo trzéba ßanuié/ opatruié.

οἱ δ' λύχνῳ χρείαν ἔχοντες ἔλαιον ἐπιχέουσιν. *Plutarch.*

Quibus lucerna opus eſt oleum (ei) affundunt.

Sic Anaxagoras, qui fame mori deſtinarat, reſpondit Pericli, ſe ab inſtituto reuocare conanti. q. d. Quibus opus eſt vita, alimentum ſumant. ego non ampliùs vita egeo.

Aquam hauriens puteum corona. *Varro.* *Vt faciebant Romani Fontinalium feſto die.*

De fluminibus non ſpurcandis Heſiodi præceptum. Vide ſub Dobrodźiéią ßanuy.

Komu mila ſwa choroba/ temu nie wolay Doktora.

Qui ſuo malo delectatur, medicina opus non habet. *Garner. Gallic.*

Vel ſic. Cui ſuus morbus placet, hunc nullus medicus ſanabit.

ὃν τ' ἰδία νόσος τέρπει μηδεὶς θεραπεύσῃ. *A.*

Quem ſuus oblectat morbus quis huic medeatur?

Komu modlitwá mé ſmakuié / ten niech po morzu żegluie.

Vniebéſpieczeńſtwá / náucza nabożeńſtwá.

Vulgare dictum eſt. Qui neſcit orare, aſcendat mare.

πλεῖν τὸν θαλάσσαν χρὴ τ' εὐχεσθαι ἀμαθῆ. *A.*

Deum precari neſcius mare nauiget. *Nam*

ὃ μὴ πεπλευκὼς, οὐδὲν ἐώρακεν κακόν. *ait Poſidippus.* Qui nauigauit nunquam, is ignarus mali eſt. *Et Terent.* O fortunate, neſcis quid mali Præterieris qui nunquā es ingreſſus mare. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius. *Eccleſiaſtic. 43.* ἄμαχον κῦμα θαλάσσης. *Æſchylus.* Fluctus maris res inuicta, *ſeu* cum qua pugnare non eſt.

Komu rzéczy niéſtáié / ſłowy dokłáda.

Rzécz podta ſłow wſpániáłych potrzébuie.

Muneribus & verbis. *Ex Homero qui ait:*

δώρεσιν τ' ἀγανοῖσι, ἔπεσί τε μειλιχίοισι.

Donis magnificis pariter placidaque loquela.

Cauſæ quæ rationibus carent, verbis ſeſquipedalibus indigent. *Garner.*

Sic apud Terentium Phædria mittens munera cuidam dicit ſeruo: Munus noſtrum ornato verbis. *veritus nempe ne non ſatis ipſa ex ſe placerent.*

τὴν ἀποδοχὴν τὰ φαῦλα δῶρα πεποιεῖ. *A.*

Abiecta commendare opus munuſcula eſt.

Komu ſie vmrzeć nié chcé / żadna mu ſie śmierć nié ſpodoba.

Æſopo ſuſpendendo nulla arbor placuit. *Hoſius. alij id de Marculfo vſurpant. Paræmia ſignificato latiori indicat.* Eum qui aliquem finem vel opus refugit, etiam media & adiumenta declinare.

Komu ſie noga powinié / leda kto ſie go nabié.

δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. *Theocriti Scholiaſtes.*

Ruente quercu ligna quiuis colligit. *Galli paulò aliter.*

Lapſam arborem omnes impetunt ſecuribus. *Garner.*

Cum cœpit quaſſata domus ſubſidere, partes

In proclinatas omne recumbit onus.

Cunctaque fortuna rimam facientē dehiſcunt. *Ouidi.*

In vitia miſeri *(dicere)* nulla contumelia eſt. *P. Syrus. Nulla eſt i. nulla vulgò putatur, quia in miſeros impune quiduis fit & dicitur. Aliter.* V. Vtrapionemu.

Mortuo leoni & lepores inſultant. *Ex Epigrammate Græco, quod ſic habet:*

βάλλετε νῦν μὴ πότμον ἐμὸν φλεμαῖς, ὅτι κ' αὐτοὶ

νεκρῷ σώματα λεπτῷ ἐφυβρίζουσι λαγωοί.

Nunc telis petitote meum poſt fata cadauer,

Audet

Audet vel lepus exanimi insultare leoni.

Affine, Vlá pochyłe drzéwo. Łéeno bić tego co śie powáli.

Kon młody w pieniądzé idźie: ſtáry z pieniędzy wychodźi.

ἡ πρώτη ἡλικία ἔυελπις, ἡ δὲ ἐχάτη ἄτελπις. *A.*

Prima ætas bonæ ſpei eſt, poſtrema nullius ſpei.

Eadem mente dixit apud Plutarchum Pompeius: Plures adorant ſolem orientem quàm occidentem. *Explico id infrà.* V. Przyiaćiélé zá ßcześćiem idą.

In τριχορίᾳ Lacedæmoniorum (*cuius auctor Tyrtæus*) *Senes dicebant.*

ἄμμες πότ' ἦμεν ἄλκιμοι νεηνίαι.

Nos fuimus olim ſtrenui iuuenculi. *Iuuenes verò.*

ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες.

Non verò vobis plurimùm præſtabimus. *Viri deniq;*

ἄμμες δέ γ' ἐμεν, αἰ δὲ λῆς ἀνγάσδεο.

Nos deniq; ſumus, experire ſi lubet. V. Stáre pomiáćáią.

Koniá dużßego cześćiey záćináią.

Equus qui meliùs trahit ſæpiùs percutitur (*quàm alter debilior*) *Garner.*

Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas; viſcera autem impiorum crudelia. *Prouerb. SS. c. 12.*

Konia cudzego chluſtać nie trzeba.

Nobilis equus vmbra quoque virgæ regitur. *Curtius.*

Currentem incitare, *pro ſuperuacaneo labore vel cura, vſurpat Cicero.* Quod me hortaris vt. &c. currentem tu quidem. *Item.* Facis fraternè quod me hortaris, ſed mehercule currentem nunc quidem.

Et Lucian. ex Homero. Ἑκόντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖς. Sponte properantem hortaris. Ἑκόντα δ' αὐτὸν ὀτρύνεις. *Idem Homer.* Sponte currentẽ excitas. Sponte currenti calcar addis. *Plini. iuni. Sic & Ouidi.*

Non opus admiſſo ſubdere calcar equo.

Illa Terentij Conceſſio. Age ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. *Sacraſmon & indignationem habet. Senſu inuerſo ſic accipe.* Non inſtiges eum qui ſponte ſua ſatis inſanit. V. Koniowi byſtremu.

Koné go ziadły.

Γλαῦκος ἄλλος ἱπποβρώς. Glaucus alter ab equis deuoratus.

Sumptum dictum è fabula, qualis eſt de Actæone à canibus deuorato.

In hominem qui alendis equis (vel canibus) facultates ſuas abſumpſit.

ἱπποτροφία οὐ ληκύθῳ ὀπαδεῖ, ἀλλ' ἀρεταῖσι πυροφόροις. *Simonides.* Equos alendi ſtudium non lecythum (.i. *pauperem è lecytho viuentem*) comitatur, ſed agros frugiferos. *Plutarch. adulatoribus id accommodat.* *Confer.* Pśi go zicdli.

Koné rządźiemy wodzami: ludźié mądremi mowami.

λώγοις

λόγῳ διοικεῖται βροτῶν βίος μόνῳ. *Menander.*
Sermo in hominum vita gubernat omnia.
ἵππος ἰθύνει χαλινὸς, ἄνθρωπος λόγος. *A.*
Sermone dirigitur homo, vt frenis equus.

Koniéc dobry léda iaka ſprawe zaleca.

Finis coronat opus .i. *commendat & inſtar coronæ ornat. Garner.*
Exitus acta probat. *Ouidius eodem ſenſu.*
Sapientia in exitu canitur. *Saluian.* *Vulgaris verſiculus eſt.*
Si finis bonus eſt, fuerit laudabile totum.
Alius de alio iudicat dies, ſupremus de omnibus. *Plinius.*
Mors honeſta ſæpe vitam quoque turpem exornat. *Cicer.*
κοσμεῖ βίον κἂν αἰσχρὸν ἔνδοξος μόρος. *A.* *V. Lépſzy koniéc. & ſequens.*

Koniéc ma być nalépſzy. Co lépſze ná koniéc chować.

Boni Pòëtæ & actores in extremo actu diligentiſſimi. *Cicer.*
Apud S. Ioannem c. 2. Cæleſtis conuiuator vinum bonum in fine conuiuij præbuit.
Extremum in conuiuio locum placenta apud antiquos (*vt & apud nos fit*) obtinebat.
Vide Zoſtaw co. χρυσῆν ἐπιθεῖναι κορώνην. Auream imponere coronidem. *Euſtathi. dici ait de laudato fine.* *In India piſces* χρυσᾶ τὰ ἐρασῖα. *Philoſtrat.* auratâ caudâ. Bonus finis aurea cauda. *Symbolum.*

Koniéc to pokaże.

ἡ κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ. Cauda de vulpe teſtatur. .i. *exitus de negotio vel homine indicium facit, vt vulpem à cane cauda diſcernit. Quadrant & illa.* Exitus acta probat. &c.

Koniéc zły ſproſny / dobre piękne rzéczy pſuié / ſpéci.

ἔνδοξα πράγματ' αἰσχρὸν αἰσχρὸν τέλος. *A.* Principia turpis pulchra fœdat exitus.
Finis turpis laudem egregiam maculat. *Tacitus. Vulgò dicitur.* Cuius finis malus ipſum malum. ὧ τὸ πέρας ἐστὶ κακὸν, καὶ αὐτ' ἐστὶν κακόν. *A.*
Cuius malus erit finis, ipſum quoque malum.

Koniowi byſtremu monſtrum nie oſtrog trzéba.

Parce puer ſtimulis & fortiùs vtere loris. *Ouidi.*
Theopompus Iſocratis diſcipulus frenis egebat, non calcaribus vt Ephorus. *Cicer.*
ἵππῳ ὕβριν χαλινῷ μᾶλλον ἢ μάστιγι καταῤῥύνειν. *Philoſtratus.* Equi ferociam habenis magis quàm ſcutica moderari. V. Koniá raczego.

Kość rzucić miedzy drugich.

τὸ μῆλον ἔριδος ἐς μέσον βάλλειν. *Nicephorus Calliſtus.* Diſſidij pomum in medium proijcere. *quale Eris dea in conuiuio dearum proiecit, cui inſcriptum erat:* καλλίονι δι δότω .i. *Pulchriori detur. quare certamine inter Mineruam Iunonem & Venerem de pulchritudine orto, Iupiter eas ad Paridem remiſit, qui Veneri pomum adiudicauit quod*

tangit

tangit Virgil. Macrobi. Tzetzes : alij longe aliter id narrant. Vide Rhodigin. l. 19. c. 19. Tzetzes de eadem re sic habet. εἰς μῆλον γράψασα χρυσῆν : λάβε καλὴ τὸ μῆλον. .i. In pomo scripsit (Eris) aureo : Accipe pulchra pomum. *Lucian. sic :* μῆλον χρυσῆν ὅλον, ἐπεγέγραπτο δὲ, ἡ καλὴ λαβέτω. Pomum aureum totum, inscriptum verò fuit, Pulchra accipiat.

Kościelny zbior niéspory / z świécką ſię nié zgodzi.

Aurum Toloſſanum .ſ. *perniciosum raptoribus. Tolossam, in qua aurum sacrum Delphici Apollinis, mirum in modum ab incolis auctum seruabatur, ceperat Q. Cepio Cos. & aurum abstulit : ob quod & ipse & quicunq; illud aurum attigerunt, miserabilem exitum habuerunt. Strabo. Gellius.* Nullius in bonis eſt, quod eſt diuini iuris. *ICti.* τὰ τῶν ἄλλων ὀρνέων πτερὰ τοῖς ἀεὶ συνιθέντα διόλλυται. *Plutarch. Ælian.* Aliarum auium pennæ, pennis aquilæ appoſitæ, abſumuntur.

Sic & lupinæ pelles iunctæ ouinis, has primùm abſumunt, deinde ipſæ pereunt. *Ex Oppiano. vt & illud. de Tympano pelle lupina tecto ; quod sonans, aliud tympanum agnina pelle tectum disrumpit.* Pauca male parta, multa bene comparata perdunt. *Ioa. Vlpius è Chryſoſtomo. Potest huc trahi & ille senarius.*

ἀλῶν δὲ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν, ἔνθ' ἔβη.

Salis onus vnde venerat, rurſus abijt .ſ. *in aquam. ex Apologo de Negotiatore qui naui salem vehens, aquâ per rimas illapsâ salem & nauem amisit. Epimythion* de male partis vel ſeruatis opibus. *Sic applicare potes ad præsens dictum.* Kto śie z kośćiołá zbogáći / wnét to iáſ ſol w wodźié ſtráći.

Kośćiol odźieraß / á káplice ábo dzwonnice pobiiaß.

In eos qui digniori nocent, vt viliori consulant.

Horreum ſpolias quò ſtabulum tegas. Caput nudas vt pedes tegas.

Eſurientibus domeſticis extraneos paſcis. *Sic apud S. Matthæum c. 15. Non bonum esse ait Christus panem filiis auferre & canibus dare.*

Kośćiol pobiiaß á dzwonice ábo káplice odźieraß.

Similis error tangitur eorum qui excellentioribus quidem & magis indigentibus consulunt cum damno tamen vel iniuria inferiorum vel viliorum. Sic enim damnorum tantùm versuram faciunt, & maius minori pensant. nec penitùs tollunt damna vel debita, sed solùm mutant. Tales & illi qui egentioribus auferunt quod dent ditioribus. Id quod conqueritur Dauus in Phormione Terent. V. Tłuſty położć mázáć.

Vltra omnes crudelitates eſt, velle fieri diuitem de exiguitate mendici. *Cassiodor.*

Roſterſtwo ßkodliwe.

Ludens taxillis, benè reſpice quid ſit in illis
Res tua, ſpes tua, ſors tua, mors tua pendet ab illis, *Anonym. rhythm.*
Alea Vina Venus tribus his ſum factus egenus. *Idem.*

Kot iéßcé ná ogniſku.

Alget adhuc nudo clauſa culina foco.

Et tu (*praeſſit*) Iam conuiua mihi Cæciliane venis. *Martial. in hoſpitẽ citò venientem & addit*: Mane veni potiùs &c. aut cur non ſerò Cæciliane venis? .i. *pridie*.

Kot mié towny / chłop (ábo żak) nie mowny / gęſto głodny.

Verecundia inutilis viro egenti. *Ex Homero qui ait*:

αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ φῆτ' ἔμμεναι ἀνδρὶ πτωχῷ. Pudorem verò non eſſe bonum ait viro mendico. *Et Noſtri.* Wſtydz ſię kráść / á nie żebráć / ábo ieść.

Verecundari apud menſam neminem decet. *Plaut. Dictum Staſimi Paraſiti aptum perſonæ tali. alioqui autem apud honeſtos modeſtia & verecundia in menſa commendatur etiam in SS. libris. Eccleſiaſt. 31. aliquoties. Prouerb. 23. &c. Vicinũ* Vſtotu wſtyd.

Kowal na to ma kleßęzé / áby go nié vgarało.

Dictum hoc vſurpare ſolent qui ad moleſta vel vilia peragenda famulos adhibent. Placet illud aliis linguis communicare vel ornare.

ὁ σιδηρουργὸς οὐ τῇ χειρὶ ἀλλὰ τῇ πυράγρᾳ τὸ σιδηρὸν πυρωθὲν κρατεῖ. Faber non manu ſed forcipe ignitum ferrum tenet, tractat.

Quadrat in hunc locum Simiæ induſtria, *ſub* Cudza ráná nié boli / *poſita.*

Sicut manus in digitos diuiſa, corpus reddit artificioſum & inſtrumentis aptum: ſic princeps varia munera variis committens & plura faciliùs efficit & minùs habet ob potentiam in multos diſtributam inuidiæ. Plutarch. Addit aliam ſimilitudinem de Nauarcho.

Koza za kozámi .ſ. idźié Dá drugiemi idźié. Mowi co i drudzy.

Dobrzeß mnié być iáko moy oyćiéc. Jáko moi przodkowié.

Pecudes diſpulſæ ſui generis greges ſequuntur. *Cicer.* Magis ex alieno iecore ſapiunt quàm ex ſuo. *Idem ex Pacuuio.* Vt bos armenta, ſic ego bonos viros, aut eos quicunque dicentur boni, ſequar, etiamſi ruant. *Idem* Vtor ætatis vitio .ſ. imitando alios. *Idem.* Pedarius Senator erat, qui ipſe nil dicebat, ſed pedibus in aliorum ſententiam ibat. *Cicer.* Pedaria ſententia. *Gellio idem.*

Caput ſine lingua pedaria eſt ſententia. *P. Syrus Mimus.*

Tortũ funem ſequi. *Horat. ſumptum à ludo quodã in quo funem tenentes multi ſaltabant.* ἀκολουθεῖ τοῖς δοῦσιν ἴχνεσι καθάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν αὐτῶν ἡγούμενον. *Lucian.* Sequitur præeuntium veſtigia vt oues præcedentem ducem .ſ. *arietem vel paſtorem.*

λέμβος. Lembus *vel* ſcapha *Iunio pro pedario ſenatore, qui vt ſcapha onerariam, aliorum ſententiam ſequitur.* Non ad rationem ſed ad ſimilitudinem viuimus pergentes, non quâ eundum eſt, ſed quâ itur. *Seneca.* Viuimus ad exempla. *Idem.* Ad plurium exempla componimur, nec quid oporteat, ſed quid ſoleat fieri, aſpicimus. *Idem.* Quiſque ſequitur priores, etiam malè iter ingreſſos. *Idem.* Alter alteri vitiorum exempla ſumus. *Idem.*

Quem mater amictum illi dedit obſeruat. *De eo dicitur, qui ex alieno præſcripto puerliter viuit. Ex Quintiliano, qui ſic habet*: Quid illa miſerius lege, veluti præformatas infantibus literas proſequentium. & vt Græci dicere ſolent, quem mater amictum dedit ſolicitè cuſtodientium. εἶχεν νηπίου παιδὸς φιλάθλου τὴν ἀκολουθίαν, ἣν ἡ πάτρις αὐτῷ συνήθειαν, καθάπερ τροφὴν ἐπέθηκε. *Plutarch.* Inſtar infantis

ſantis cuſtodientem amictũ, quem illi patriæ conſuetudo, ceu nutrix circumdedit.

Vaſis inſtar. ἀγγεῖος δίκην ἐξ ἀλλοτρίων ναμάτων δι' ἀτὸ ἀκοῆς πεπλήρωται. *Plato.* Vaſis inſtar ex alienis fluentis per aures repletus eſt .i. *non ipſe excogitauit, ſed quod ab aliis audiuit, loquitur.* Fracta glacie à primo, cæteri ſecuri ſequuntur.

ἀκ οἶδεν ἄλλο λέγειν πλὴν Ἔ, αὐτὸς ἔφα. Non nouit aliud dicere, niſi, Ipſe dixit. Neque verò probare ſoleo id quod de Pythagoricis accepimus, quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cùm ex his quæreretur quare ita eſſet? reſpondere ſolitos, Ipſe (*Pythagoras*) dixit. *Cic. Improbat hoc & Quintilian.*

ἕπεσθε μητρὶ χοίροι. *Ariſtophã* Sequimini matrẽ porci .i. *magiſtrũ ſtultum diſcipuli.*

κυλίεται ὁ πίθος. Voluitur dolium. *cùm quis alieno exemplo vel impulſu ſtultè agit. nam ſapiens tetragono ſimilis eſt. Forte tractum à Diogenis facto, qui in publico ciuitatis tumultu voluebat dolium vt Lucian. ſcribit. perſtringens eos qui alios ſcribentes volunt quidlibet ſcribendo æmulari.*

ἕπεται πέρκη μελανούρῳ. *Athenæus.* Sequitur perca ſepiam.

πέρκαι μελάνουρος καθηγητής. *Numenius.* Percis melanurus dux.

Laconum more. *Nam Lacones vt & Ægyptij naſcuntur non fiunt artifices, ſed patris artem filius exercere debet, etiamſi ad aliam ſit aptior. ex Herodoto.* λακωνίζειν. Laconiſſare. Ex alieno ore ſapere. *Lucreti. Adde & illud triuiale.* Vlulare cum lupis. ὑπὸ ῥινὸς ἕλκεται. *Lucian.* Nare trahitur.

Confer. Vlič iák wiéle. Poſpolſtwá rozſadék. Mow luckich.

Rozłá doić prozno.

Vario ſenſu vſurpatur. 1. Bráć tám gdźić niemáß / trudno.
2. V ſkąpego nic nić vprośiß / nić otrzymaß. Skąpy / łákomy nic nić da.
3. Dármo co robić. *Vide hæc.*

Krádnić ná zdźech / ſtucznić. W żywe oczy vkradnić.

Bierzé gdźić nić położyt. Przylnić mu wnęt cokolwiek do rąk. Rzući śie nań co. Sługa reke ma. Trzébá zá niem wyyrzeć. Złodźiey wierutny. Cygan ſczery.

Fur graphicus eſt. *Plaut.* Harpagat, furibus furatur (*ipſis*) quod queat. *Idem.* Curſori currenti ſurripuit ſolum .i. *ſoleam calcei. vel tropicẽs*, .i. *calceum. Idem de ſeruo furaci hyperbolicẽs.* De ſuo veſpere viuit. *Idem.* .i. *ex furtis nocturnis.* Quem ſi Argus ſeruet (.i. *obſeruet ne quid furetur*) nunquam ſatis ſeruet. *Idem de ſoque.* Miluinis vel aquilinis eſt vnguibus. *Idem Plaut. de Coquis ait:*

An inuenire poſtulas quenquam coquum
Niſi miluinis aut aquilinis vngulis .i. *vnguibus?* .ſ. *ad furandum ſit inſtructus.*

Solus eſt cui domi nihil ſit nec obſignatum nec occultum. *Cic. de furaci ſeruo. Iocus eſt ex ambiguo, nam idem dictum etiam fideli ſeruo immò magis communi ſenſu quadrat.*

Omnia viſcatis manibus legit. *Lucillius.*

Multæ noctuæ ſub tegulis latent .i. *multam pecuniam Reipublicæ interuertit & ſub tegulis tecti abſcondit. Lyſander dux Laconum, multa dona & pecuniam à Siculis acceptam miſerat Reipub. per Gylippum ducem, qui ſaeculis diſſutis bonam partem ex ſingulis accepit, &*

pit, & iterum consuit, & tradidit Ephoris obsignatos, qui chartis numerum continentibus intus clausis inspectis, agnouerunt fraudem, de auctore ambigebant, sed seruus Gylippi conscius, rem prodidit obscurè, sibi cauens & dicens; πολλὰς γλαῦκας ὑπὸ τῷ κεραμικῷ κοιλάζεσθ. Multas noctuas (.i. pecuniam noctua signatam) sub tegulis vel sub Ceramico (ambigua vox) cubare seu latitare. *Hæc ex Plutarcho. Posset hoc dictum referri ad alia Polonica.* v. g. Bogáty. Zle nábyćie nieśpore. Zdrayćá. Wyiáwi śie to. Manu siniſtra vtitur. *Catull.* Manu siniſtra Non belle vteris in ioco atq; vino Tollis lintea negligentiorum. &c. *Siniſtra verò manus vtpote otiosa aptior furtis.* Ita natus, ita educatus, ita factus & animo & corpore, vt multò sit appositior ad auferenda quàm adferenda. *Cic.* Lydus est, *pro furaci. Nam Lydus non discedit nisi quid auferat. Erasm. ex Hesych.*

Asseruate ædes, Ne quis aduentor grauior abeat quàm aduenerat. Neu qui manus attulerit steriles ad nos, grauidas foras exportet. *Plaut.*

ὑδραργύρου κλεπτότερος. *Tzetzes.* Hydrargyro furacior. *quòd id omnia fusilia & maximè aurum attrahat.*

Σιμῶνος ἁρπακτικώτερος. *Suidas.* Simone rapacior. *Fuerat hic Sophista rapax & ærarij publici depeculator. de quo sic Aristophanes.*

ὅταν ἴδωσι Σιμῶνα, (ἄνθρωποι) λύκοι ἐξαίφνης ἐγένοντ.

Vbi Simonem viderint homines, lupi statim euadunt .i. *rapaces vt ille.*

Νεοκλίδου κλεπτίστερος. *ex Aristophane.* Neoclide furacior. *Rhetor is erat cœcus, sed in furando superabat videntes, vt ait Aristophanes.*

κλέπτων σὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν.

Sisyphus item fur celeberrimus. *Sophoclis interpr. Impostorem vafrum fuisse ait Synesius Polyænus & alij. Sed Xenophon & Eustathi. sapientem & mirè industrium fuisse Corinthi regem aiunt.* Ἀργεῖοι φῶρες. *Suidas.* Argiui fures. *quia gens illa hac infamia laborabat.* Fur balnearius. *Catul.* O furum optimè balneariorum. *Nam furta in balneis crebra facilè & molesta accidunt, quare pœna duplionis Romæ his statuta, mors Athenis.* Summanum dicas, ita summanare nouit probè. *ex Plaut.* ἑορτὴν ἀγουσίν. *Suidas.* Festum agunt fures. Krádna tu ſrodzé. *Lepidum est epigramma 59. lib. 8. Martial. in Luscum furem.* — Nihil est furacius illo.

Non fuit Autolyci tam piceata manus, *&c. &c.*

Si nihil inuasit, puerum (*suum famulum*) tunc arte dolosa

Circuit, & soleas surripit ipse suas. *Sed lege totum epigramma.*

Simile est eiusdem 29. l. 12. in Hermogenem furem mapparum & linteorum.

Apud Herodotum in Euterpe admiranda industria & audacia describitur furis in ærarium Rhampsiniti regis munitissimum sæpe impunè ingredientis & furantis, euentu tandem felicissimo ob industriam. Simile quid habet Pausanias in Bœoticis.

Lauerna. Lauernio. Harpax. Dormitator. *& plura talia posui in 1. Tomo.*

Vulgare illud est. Mutuũ sumpsit. *vel* Mutuũ sumpsit quod nunquã reddet. *ex Sueton.*

Krádzione nieśpore/ nié ſzcześi śie.

Apes fur-

Apes furtiuæ peſſimè proueniunt. *Cælius Calcagnin. in defenſione τῶν contra ζιγμα apud Lucianum.* *Contrarium ſed falsò ſensêre Ethnici ſuperſtitioſi Plini. & Palladius qui ſcripsêre:* Rutam furtiuam optimè prouenire, *&c.*

Kradzione rzeczy ſmacznieyſze.

Dictum hoc, eſt furum & improborum quorumuis. Tales in Prouerb. SS. cap. 9. dicunt: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt & panis abſconditus ſuauior. *ſed ibidem ſtatim ijdem refelluntur.* *Fur apud Martialem l. 8. ep. 59. adeò furtis delectabatur vt ſi cui nil furari poſſet, ipſe ſuas crepidas apud puerum ſuum furaretur. vt ſuprà habes.*
Simile eſt. Bárzicy te rzeczy ſmakuia.

Kraſny. Jakby go wymalował. Vrodziwy. Wſpaniały.

Nireus alter. Pulchra forma conſpiciendus Nireus. *Ouid.*
Vincat Nirea formâ. *Horati.* Laudaret faciem liuor quoque. *Ouidi.*
ἐξ ὡῦ ἐξῆλθεν. Ex ouo prodijt. *velut Caſtor Pollux & Helena.*
ἐν θύρᾳ καλός. *Ariſtophan.* Formoſus in oſtio Λ. *ſcribendus. Nam olim formoſorum nomina inſcribebantur ianuis parietibus arboribus, &c.*
—Quæ cùm pulcherrima tota eſt, Tum omnibus vna ōnes ſurripuit Veneres. *Catull.*
O Apella ô Zeuxis cur numerò (*citò*) mortui eſtis, hinc exemplum vt pingeretis! *Plaut. nam tam pulchram formam ab optimis pictoribus exprimi oportebat vt Alexander ſtatuerat de ſua teſte Cicerone.* *Scribit Rhodigin. lib. 14. cap. 15. Phrynes meretricis tantam formæ fuiſſe venuſtatem, vt Apelles pictor & Praxiteles ſculptor celeberrimus, Veneris effigiem ex ea expreſſerit.* *Hinc tale dictum ad periphraſin pulchri trahas.*
Vel Venerem hinc pingere quis poſſet, vt fecit Apelles Phrynes formam intuens.
Item. Vel Apelles exprimere cuperet, aut vix poſſet, &c.
Eutelides apud Plutarchum forma ſua pulcherrima conſpecta ſeipſum faſcinauit.
Hinc dicterium formes. Tam pulcher eſt vt ſeipſum faſcinare queat.
Luculenta atq; feſtiua femina. Pithecium hæc eſt præ illa atq; ſpinturniciū. *Plaut.*
Soli ipſi quærendas ſi dares, non poſſet reperire lepidiores. *Idem.*
Vereor ne magis ſim pulcher quàm ſum, ita me mea forma ſolicitum habet. *Miles Plauti.* O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres,
Tædet harum quotidianarum formarum. *Terenti.* Leporem edit. *Martial.* v Gładki.

Krawca za kowała obiéśić. Niewinnego ſkarać, winnego puścić.

Apologus eſt de cuiuſdam oppidi iudicibus, qui, cùm peccaſſet faber ferri in eo loco vnicus, ſartorem alterum (nam duo erant) pro peccato fabri morte mulctarunt.
ὅτι ἂν τύχῃ μάγειρος ἀδικήσας, τὴ ἀνληπλω λαβεῖν πληγάς. *Athenæus.*
Quicquid deliquiſſe cocum contigerit, tibicen accipit plagas. *Vtpote qui minùs neceſſarius & vtilis ſit, nec ita facilè ſe vlciſci vt cocus queat.*
τὸ κυνὸς κακὸν, ὗς ἀπέπεσεν. Canis peccatum ſus dependit. *Forte canis cibum deuorarat, qui quoniam eſui inutilis eſt, ſus mactari debuit vt domeſtici reficerentur.*
Apud Æſopum, fur apibus abſentibus mel abſtulit & ſaluus abijt: apiarius verò ſuperueniens & damnum dolens ab apibus reuerſis confixus aculeis eſt, ratus ipſum abſtuliſſe.

Vapulet vocator. *Martial. l. 7. epigr. 85. Expostulans cum Sexto quòd ad epulas natalitias se veterem amicum non inuitarit; fingit illum indignantem exclamare illa verba:* Vapulet Vocator .ſ. *qui Martialem inuitare omiſerit: cùm tamen domini culpa fuerit, qui id Vocatori non præceperat. Frequens hæc fictio eſt præſertim in aulis, vt domini, ſi quid ab ipſis peccatum eſt, in famulos reijciant.*

V. Tenći winien. & Sprawá iák w Oſiećku.

Kreći śie iák piſkorz.

Quærit Mæandros, diuerticula, flexiones. *Cic. Sic Prudenti. de Cacodæmone.*

O tortuoſe ſerpens — Qui mille per Mæandros.
Fraudesque flexueſas — Agitas quieta corda. *Mæander fluuius eſt Lydiæ tam crebris flexibus ſinuoſus vt ſæpe reuerti putes. Plini.*

Labyrinthus. σοφοῖς ϗ ποικίλοις λαβυρίνθοις μάλιϛα πλέκεϑαι. *Nazianzen. de quodam verſuto:* Callidis & varijs Labyrinthis maximè implicatur.

Formas ſe vertit in omnes .ſ. *Proteus apud Virgil.*

ἀλλάϛεϑαι εἰς πολλὰς μορφάς. *Plato.* In multas formas mutatur.
φανταζεϑαι ἄλλο τε ἐν ἄλλοις ἰδέαις. *Idem.* Alias in alia forma conſpicitur.
ϛροφὰς ϛρέφεϑαι. *Idem.* Strophas agit. Verſuris ludificatur.

Anguilla etiam hoc ſenſu vſurpatur à Græcis & Latinis. V. Wyśliznał śie.

Krew nie woda.

Ἓ ὕδατος τὸ αἷμα πολλῷ διαφέρει. *A.*

Sanguinis & vndæ maxima eſt diſtantia.

Duplex eſt huius dicti vſus .1. Cùm magni æſtimatur & exaggeratur cognatio, & ponitur pro grauiſſima cauſa iuuandi cognatum, præſertim in periculo graui vel benè merendi de eo etiam extra periculum. Sic Geneſis 37. de Ioſepho Iudas ait: Frater & caro noſtra eſt. Et apud Virgilium Anchiſes Iulio Cæſari dicit:

Proijce tela manu ſanguis meus.

2. Cùm magni æſtimamus vulnus, cædem, vel periculum cædis noſtræ, vel alienæ, ad defenſionis vel vltionis æquitatem adſtruendam. Sic in SS. libris ſanguis Abelis, Prophetarum, Martyrum, Chriſti. iniquè & impiè effuſus, vehementer exaggeratur & vindictam à Deo expoſcere quin clamare dicitur. Quin & animantium eſui mactatorum ſanguis prohibitus olim fuit in cibis Geneſis c. 9. ſed ad Deum placandum effundi iuſſus eſt in ſacrificijs. Leuitici 17. Deuteron. 12. vel ad profitendum Deum vitæ auctorem, ſi quidem vita in ſanguine eſt (Vitam cum ſanguine fudit, Virgil) vel ad homicidij deteſtationem, vel quia ſanguinem brutorum ſumere horridum eſt & inſalubre. Plures cauſas affert Pererius ad illum locum Geneſeos. Hinc & Dauid 1. Paralipomen. 11. Aquam cum periculo mortis trium lectiſſimorum militum acquiſitam noluit bibere, ſanguinem eam vocans. Contrà Accipiter non bibit aquam, ſed ſanguinis ſuctu ex præda auium ſitim ſedat. Pierius. Horapollo. quod etiam huic loco poteſt aptari.

Krótko á węzłowáto.

Non potuit planè plura paucis proloqui. *Plaut.* *Apud Terent. Simo herus Dauo*

tus Dauo ſeruo dicit. Quid? hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? *Dauus.* Immo callidè: Ita apertè rem ipſam locutus, nihil circuitione vſus es.

λόγυ δεινότης πολλὰ σημαίνῃ ἀπ' ὀλίγων. *Plutarch.*

Orationis vis & virtus eſt, multa paucis ſignificare.

χιλώνειος τρόπος. *Suidas.* Chilonius modus. *Pro Laconiſmo qui paucis verbis multa complectitur vt Chilo faciebat.*

μὴ ἐν πολλοῖς ὀλίγα λέγε, ἀλλ' ἐν ὀλίγοις πολλά. *Pythagoras.*

Ne multis verbis pauca dicas. ſed paucis multa.

χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ. Gratia breuitatem comitatur. *ſeu* Breuitas grata.

Orationis operam compendio face. *Plaut.* Compendi verba multa iam faciam tibi. *Idem.*

Quicquid præcipies, eſto breuis: vt cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles. *Horati.*

ὀπιροχάδην ἀγόρευε, παυρὰ μὲ ἀλλὰ μάλα λιγέως. *Homer.*

Paucis quidem dicito, ſed acutè vel dulciter.

Vno faſce multa complecti. *Plini.* Loquere paucis non longos logos. *Plautus.* Verba in pauca confer. *Idem.* Verba confer maximè ad compendium. *Idem.*

Si Laconum. *Vide* Dáleko do tego. *Phocione ad dicendum ſurgente Demoſthenes dicebat:* ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς ἀνίσταται, Meorum dictorum ſecuris ſurgit. *ob breuitatem & efficaciam orationis ſecurim illum vocauit.*

Krotkomowność/ trudnomowność.

Breuis eſſe laboro; Obſcurus fio. *Horati.* ἡ βραχυλογία σκοτεινὸς. Hoc video dum breuiter volo dicere, dictum eſſe à me paulò obſcuriùs. *Cicero.* Cauenda quæ nimium omnia corripientes ſequitur obſcuritas: ſatiusque eſt aliquid narrationi ſupereſſe, quàm deeſſe. Nam ſuperuacua cum tædio dicuntur; neceſſaria cum periculo ſubtrahuntur. *Quintilian.* Breuitatem in hoc ponimus, non vt minùs ſed ne plùs dicatur quàm oportet. Media via dicendi tenenda, quantùm opus eſt, quantùm ſat eſt. *Idem.*

Krótko ten mowi/ ktory co potrzéba mowi.

Breuitas eſt, cùm verbum nullum redundat; ſed tantùm verborum eſt, quantùm neceſſe eſt. *Cicero.* Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere poſſis. *Martial.*

τὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδέν ἐν,
μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ' εἴπῃ συλλαβάς.
τὸν δ' εὖ λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν,
μήδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ κ̓ πολὺν χρόνον.
τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὁμήρου λάβε. *Philemon.*

Qui nil eorum dixerit, quæ decuerat; Longum putato, vt ſyllabas dicat duas. Qui verò rectè dicit, hûc longũ haud voces. Vtcunq; multo multa dicat tempore. Huiuſce Homerũ ſumito indicium rei. ſ. *qui cũ tã multa ſcripſerit à nullo logus dictus eſt.* *Confer.* Kſięgą wielka rzatko bez wądy.

Krotofilny / żártowny / przyiemny / vćießny człowiék.
Vlié zépſuié dobrey myśli.

Feſtiuum acroama; *Cic. Prudentius, pro perſona loquente iucunda præſertim in conuiuio vel cœna.* ἀκρόαμα *etiam Athenæo Plutarch. pro eo qui* ὕδατα ἀκροάματα *vel* ἀκούσματα *.i. iucundas narrationes vel alia quæuis auditu grata affert.*

πάσης σοφίας ἀφροδίτην καὶ λύραν. Omnis ſapientiæ Venerem & lyram, *vocat Plutarchum Eunapius Sardian.* Fluit facetijs. *Plaut.* Cui facetiarum cor corpuſque plenum. *Idem.* Vrbanus ſcurra. *Idem.*

Alter Canius. *Pòéta fuit feſtiuiſſimus. de quo Martialis ſic:*

Sirenas hilarem nauigantium pœnam *&c.* Fallax Vlyſſes dicitur reliquiſſe.
Non miror. illud Caſſiane mirarer, Si fabulantem Canium reliquiſſet. *Item.*
Dic Muſa quid agat Canius meus. *&c.* An otioſus in ſchola Pòétarum
Lepore tinctos Attico ſales narrat? *&c.* Vis ſcire quid agat Canius tuus? ridet.

Apud eundem Latinus Mimus honeſtus de ſe ſic loquitur.

Dulce decus ſcenæ, ludorum fama, Latinus
Ille ego ſum plauſus deliciæque tuæ.
Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonem,
Soluere qui Curios Fabriciosq; graues, &c. *pergit vitam ſuam tueri.*

Ἢ μέσαις τὰς χάριτας συγκαταμιγνὺς ἡδίστην συζυγίαν. *Euripides.*

Gratias Muſis commiſcet ſuauiſſimo conſortio .i. *eruditioni vel ingenio ſuauitatem morum & facundiæ ac leporum adiungit.* εἴρων inſignis eſt .i. *diſſimulator. qualem fuiſſe Africanum Æmilianum Fannius ſcribit: & Cic. Socratem,* quem *ait* in εἰρωνίᾳ diſſimulantiaque longè lepore & humanitate omnibus præſtitiſſe.

Paraſiti præſertim eſurientes ridiculi apud Plautum ſæpe producuntur. Vt Gelaſimus in Sticho ridiculiſſimus, id quod etiam nomen illius ſonat ridiculum: idem iocos ſuos ridiculos venditat cœna prandio &c. Saturio in Perſa negat ſe eſſe Saturionem ſed Eſurionem. Ergaſilus in Captiuis lamentatur negligi iam iocos ab omnibus. Item Peniculus Menæchmis. Artotrogus Milite. Curculio Curculione. Sed hi plebeij unt ioculatores. V. Głodny śmießny. Ruglarz.

Krucza ſtráwá / ábo krucza ſtráwo.

Improbi hominis eſt appellatio vel compellatio vel imprecatio prædictióue malorum præſertim poſt mortem ſequuturorum. Exemplum eius eſt in Prouerb. SS. c. 30.

Oculum qui ſubſannat patrem & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus & comedant eum filij aquilæ. *Talia habent & Ethnici.*

Sic Catullus. — Primùm inimica bonorū Lingua exſecta, auido ſit data vulturio.
Effoſſos oculos voret atro gutture coruus,
Inteſtina canes, cætera membra lupi.

Et Horat. Pòſt inſepulta membra differant lupi Et Eſquilinæ alites. *Eſquilia mons erat Romæ incumbens, circa quem locus ſupplicij erat. Tacit. vel vilium hominum ſepulchretum Horat. vel ſceleratorum ambuſta corpora recipiens. Porphyrion.*

κρεάκων

κοράκων δεῖπνον. *Nazianzen.* Coruorum cæna, epulæ.
Plurima talia leges si voles apud Ouidium in Ibin. v. g.

Vnguibus & roſtro tardus trahet ilia vultur,
Et ſcindent auidi perfida corda canes.
Deque tuo fiet. &c. Inſatiabilibus corpore rixa lupis, &c.

Inſpice ſi lubet Diras in Fabricij Poëtica ex variis Poëtis collectas.

Hercle ego te corripiam & obijciã magnis auibus (*aquilis, vulturibus*) pabulũ. *Plaut.*
Auguſtus apud Suetonium cuidam reſpondit: Sepulturam eius in volucrũ poteſtate fore.

Kruk krukowi oká nié wykluié.

Coruus coruo oculum nõ effodit. *Garner. ex Gallicis. Gotfredus ex Antonio Monacho.*

οὐκ ἀκολάπτει κόραξ τ' ὀμμάτιον κόρακι. *A.*

Non coruus oculum exſculpit alter alteri.

ὄρνιθι ὄρνις πῶς ἂν ἀγνὸς εἴη φάγων; *Æſchylus.*

Quinam expiari queat auis comedens auem?

Parcit cognatis maculis ſimilis fera——— *Iuuenal.*

Canis caninam non eſt. *Varro* .i. *canis non vorat caninam pellem. Scalig. alij carnem.*
Aſinus aſinum non prehendit. *Accurſius. Affine,* Zwáia śie oni. Swoiem folgowáć.

Kryié śie on z tem / iák niéwiem z czem. *Et,* Kryié śie. *ſimpliciter.*

Occultè aliquid molitur. *Cic.* In angulis diſſerit. *Idem.*
Domi defoſſum habet tanquam Euclio Plautinus theſaurum.

ἀνθρώπων εἰδέναι τ' θησαυρὸν τ' ἐμὸν, πλὴν εἴ τις ἂν ὄρνις. *Ariſtophanes.* Nemo vidit theſaurum meum, niſi ſi qua auis.

ὑπὸ κόλπῳ ὑπὸ μάλης ἔχει. *Lucian.* Sub ſinu, ſub ala habet.

ὡς Ἀττικοὶ ἐλευσίνια ſ. κρύπτει. *Zenodot.* Velut Attici Eleuſinia ſ. *celat.*

Remotis arbitris agere tractare: eiectis arbitris. *Plaut. Cic. Liui.*
Secede huc nunc iã ſi videtur procul. Ne arbitri dicta noſtra arbitari queant. *Plaut.*
In latebras aſcondas pectore penitiſſimo tuam ſtultitiam. ſola facito vt ſcias ſine arbitris. *Idem.* Secretum petit. *Plini. iuni. Sueton.* Sub tunica & ſinu habet. *Tertullian.* ὁμοῦ ἀνοίξας & κλείσας τὸ θέατρον. *Heliodor.* Simul aperiens & claudens theatrum. εἰς τὸ οὖς λέγειν. In aurem dicere. *Horatius.*
Plutonis galea ſe occultat. *Ex Homero. qui de Pallade ait:*

δῦνε δ' ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὀβριμοπάτρης Ἄρης.

Induit Plutonis galeam, ne ipſam videret minax Mars.

εἰσδύνειν ἀϊδος κυνέην. *Scholiaſt. Homeri.* Induere Orci galeam .i. *latitare & moliri dolos.* *Et interpres Origenis.* Plutonis caſſide tectum aliquem fallere ſeu effugere. *Paulò aliter Rhodigin. de re intellectu difficili ait:* Tanquam Plutonis galea opertum, id ab impolitioribus minùs percipi valet.
Occultat & celat hæc ille velut Cereris ſacra. *quæ religioſiſſime in abdito loco à ſolis feminis peragebantur, & vulgare illa nefas capitale putabatur. De his apud varios ſcri-*

ptores plurima paſſim obuia. Adi vel ſolum Tiraquellum ad Alexandri l. 6. c. 19.

ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψυθυρίζει. Plato. In angulo cū tribus aut quatuor ſuſurrat,

ἀλλ' ἐν γωνίαις σφόδρα ἀιοδ ἀνοῦσαι. Idem. Ne vicini quidē magnopere ſentiant. Idem.

κατὰ γωνίας συστρεφόμενος. Lucian. Ad angulos conuerſus.

ἀγχίχαλον κεφαλὴν ἵνα μὴ πολυϊδρίαδ' ἑτάροι. Plutarch. ex Homero.

Admoto capite ne audiant alij.

Τοῖχον περιτρέχοντων. Plutarch. Parietibus aut muris cingentibus ſ. aliquid agere.

Χαραδριὸν μιμούμενος. Charadrium imitans. *Vide hoc ſub* Liſe w worzé przedáwáć.

Vrſus latitans. *apud Pierium.* ἄρκτον φωλάδα *vocat Theocrit.* Vrſum in ſpeleo.

Pauo amiſſa cauda latet. *Plinius.*

Kryć śie przed niem / iák ptés przed muchámi.

Pauo femina parturiens fugit marem & in latebras ſe abdit. *Plini. Vide præcedentia.*

Krzywdá / cieſżka rzécz.

ἀδικούμενοι εἰς ὀργὰς χρεῖττον ἐκπίπτουσιν. Procopius. Iniuriā paſſos furer ſæpe occupat.

Minimè miror qui furere incipiunt ex iniuria. *Terent.*

Krzywda od dobrodźieiá nie cieſżka.

εὐεργέτημα τὴν κάκωσιν κεφάλαιον. *A.* Benefacta quamuis molliunt iniuriam. *Ex Seneca qui ait:* Iniuria etiam præponderans beneficijs donetur. Plus nocuit, ſed prius profuit. Iniuriæ obliuiſci decet, beneficij meminiſſe.

Sic Neſtor Aiaci conuicianti ſe apud Sophoclem ait:

ἐκ μέμφομαί σε, δρῶν γὰρ εὖ, κακῶς λέγεις. Non culpo te, bene meritus dicis malè. *Hinc facit dictum S. Iob.* Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala cur non ſuſtineamus? *Canis Æſopi verberatus & expulſus ab hero reuocatus redit & cauda ei blanditur.* Corinthijs non indignatur Ilium. *eodem ſenſu. Vide ſub* Vtieńſkodźiły.

Affine, Vtiech táié / kiedy dáié. Od táſkáwey ręki nie boli.

Krzywde cynić gorſza rzécz niż ią cierpieć.

κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι. *Socrates & Protagoras.*

Peius eſſe iniuria alium afficere quàm iniuriam ab alio pati.

Si merito mihi iſta accidunt, non eſt contumelia, iudicium eſt: ſi immerito, illius qui iniuſta facit, erubeſcendum eſt. *Seneca.*

Krzywdy nie ma / kto cierpi co záſłużył.

Krzywdyć nie vczyniono / gdyć twoie złość oddano.

Non eſt iniuria pati quod ipſe feceris. *Seneca.*

Non omnia quæ dolemus, iure poſſumus queri. *Cicero.*

ἔοικε πάσχοι τἀ κ' ἔρξῃς, δίκη ἰθεῖα γένοιτ'. *Rhadamanthus.*

Qui patitur quæ fecit, ei hæc iuſtiſſima pœna eſt.

Quod meritò pateris patienter ferre memento,

Cumque

Cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna. *Cato.*
ἄξιος ἀνοσιαθεῖν πολυλλήμονι τέτλαθι θυμῷ,
ζοί τε ἐὼν ἔνοχος, σαυτῷ καλαγνώθι δικαστής. *Mylius interpr.*
& γίγνεσθαι ὀργὴν πρὸς τὸ δίκαιον. *Aristot.* Non est irasci contra iustitiam.

Krzywdzący tédnego / wielom grozi.

Multis minatur qui facit vni iniuriam. *P. Mimus.*
πολλοῖς ἀπειλεῖ ὅστις ἀδικεῖ κἀν ἕνα. *A.*
πάνθ' ὅσα τις βιαζόμενος πράττῃ, κοινὰ ἀδικήματα. *Demosthenes.*
Omnia quæ quis vi agit, communes sunt iniuriæ.
Rectè proinde Solon Athenienſibus legem tulit, quæ concedebat, iniuriam cuiuslibet perſequi cuiuis qui vellet & poſſet. Et rogatus quæ ciuitas eſſet optimè conſtituta reſpondit: In qua illeſi perinde ac laſi maleficia inſectantur ac vindicant. Plutarch.

Krzywe krzywego nié náproſtuié. Zły złego nié náprawi.

Niſi ad regulam, praua non corriges. *Seneca.*
τὸ σκολιὸν διόρθωσις τὸ σκολιὸν οὐκ οἶδεν. *A.*
Curuum, alterum dirigere curuum, non poteſt.

Kśiąſżká podła zła. Piſmo niégodne czytania. W piéc. Ná piéprz.

βιβλίον φαρμακοπωλείου ἢ μαγειρείου ἄξιον. Liber pharmacopolio aut culina dignus. *Sic Martialis metuens ſuo libro, ait.*

Feſtina tibi vindicem parare — Ne nigram citò raptus in culinam
Cordyllas madida tegas papyro — Vel thuris piperiſque ſis cucullus.

Et Horat. Non opto vt Deferar in vicum vendentem thus & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. *Item.*
Scombris tunicas dant libri inepti. *apud Catul. Martial.*
Huc accerſe Epigramma Palladæ in pictorem ineptum (quod facile accommodare eſt Poëtæ vel Poëmati inepto) γράψας Δευκαλίωνα μενέστρατε καὶ Φαέθοντα
ζητεῖς τίς τούτων ἄξιός ἐστι τίνος.
τοῖς ἰδίοις αὐτοὺς μετρήσομεν. ἄξιος ὄντως
ἐστὶ πυρὸς Φαέθων, Δευκαλίων δ' ὕδατος.
Picto (*vel ſcripto*) Deucalione Meneſtrate & Phaëthonte Quæris quo horum vterque ſit dignus. E proprijs illos æſtimabimus. Dignus eſt Phaëthon igne, Deucalion aqua .ſ. *vterq; inepte pictus aut ſcriptus.* *Horatius librum ſuum alloquens dicit.* Tineas paſces taciturnus inertes .i. *abijcieris in angulum contemptus.*

Kśiegá wielka rzadko béz wady. W długiey mowie / léda co śie powie.
Łácna tám bywa omyłká; Gdźié śie mowi piſżé / ſiłká.

Magnus liber, magnum malum. *ex Athenæo qui ait:* Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς, τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. Callimachus Grammaticus magnum librum æqualem eſſe dixit magno malo. *Dictum hoc non ſemper*

verum eſt. nam non omnes libri magni ſunt mali, cùm Cicero ſcribat: Demoſthenis orationem optimam eſſe quæ ſit longiſſima. *Item.* Archilochi verſus longiſſimi, *Ariſtophani eodem Cicerone teſte viſi ſunt gratiſſimi & dulciſſimi.* Ciceronis item ipſius orationem optimam eſſe quæ maxima eſt, *cenſuit Plini. iunior. idemq; de Periclis orationibus ſenſit. Id quod etiam Cicero ipſe de ſuis affirmat:* Mihi, *inquit,* epiſtola longiſſima quæq; optima videtur. *Idem ad Q. Fratrem:* Tua quæq; epiſtola longiſſima delector & ipſe in ſcribendo ſæpe ſum longior. *quod celeberrima ad Lentulum ſcripta epiſtola teſtatur. De malis ergo libris accipiendum dictum Callimachi, non verò de bonis, de his enim Plini. iuni. ait:* Hercule vt aliæ bonæ res, ita bonus liber, melior eſt quiſque, quò maior. quin etiam voluminibus ipſis auctoritatem quandam & pulchritudinem adijcit magnitudo. *Neque verò exiſtimes, me omnia magna probare, inſtar illius Senecionis, qui, vt ſcribit Seneca omnia grandia habere curabat, vaſa, ficus, calceos, ſeruos, orationem, verba &c. ob quam cauſam etiam Grandio per ludibrium appellatus eſt; ſed ea ſola quæ modum habent. quo pacto liber, qui tantùm continet, quantùm opus eſt, magnus non eſt, etiamſi plurimis chartis conſtet: è contra verò, qui plùs quàm oporteat & ſatis ſit continet, magnus eſt etiamſi paucis chartis conſtet. vt ſupra Quintil. dixit ſub* Βροτοῦ μοῦνος *& Philemon ac Martialis ſub* Βροτὸς ten mewi. *inſpice, aptiſſima ſunt huic loco. Illud nihilominùs etiam hîc fateri oportet cum Horatio. Opere in magno facilè obrepere ſomnum & in multiloquio non deeſſe peccatum cum Salomone Pronerbi. SS. cap. 10.*

Sic Martialis de libro ſuo epigrammatum ſatis ſpiſſo ingenuè.

Sunt bona ſunt quædā mediocria ſunt mala plura. i *vilia, nō ingenioſa, ridicula, obſcæna.*

πολλὰ μὲ ἐφλόφι, πολλα μεσιγμένα, πλεῖτε δὲ λυγρά. *A.*

Item Cui legiſſe ſatis non eſt epigrammata centum,
Nil illi ſatis eſt Cæciliane mali.

Item Triginta toto mala ſunt epigrammata libro,
Si totidem bona ſunt, Lauſe liber bonus eſt.

Talia nempe ſunt omnia humana opera, imperfecta & erroribus ac vitiis obnoxia, quòd ſapientes artifices aduertentes ſuis operibus apponere ſolebant. Talis faciebat, pingebat, ſcribebat, &c. quaſi locum emendationi & perfectioni relictum à ſe inſinuantes. Sed quid agas? ceſſes potiùs & nihil agas, ne in aliquo erres? Tetigit & hoc Martial. dicens. l. 14. Sunt apinæ tricæq; & ſi quid vilius iſtis .ſ. *in meo libro.*

Quis neſcit? &c. Sed quid agam potiùs? &c. ludam nucibus? &c. *Iterum autem:* Nullus liber tam malus eſt quin aliquid habeat boni. *ait Plini. Iuni.*

Kto Bogu wiáry nié dochowa/ ten áni ludziom.

τῷ Θεῷ ἄπιστος, πιστὸς ἐκ ἔσται βροτοῖς. *A.*

Deo infidelis, fidus homini non erit. *Theodoricus rex Arrianus Diaconum orthodoxum carum & familiarem habuit, qui gratificari regi volens Arianam perfidiam eſt amplexus; Rex hoc cognito, capite eum multari iuſſit dicens:*

εἰ τῷ Θεῷ πίστιν ἐκ ἐφύλαξας, πῶς ἀνθρώπῳ συνειδὸς ὑγιαίνουσαν φυλάξεις;

Si Deo

Si Deo fidem non ſeruaſti, quomodo erga hominem rectam conſcientiam ſeruabis? *Suidas. qui τὸ δέρμινον vocat.* *Huic dicto non multùm abſimile eſt Philippi Macedonis qui cùm amicum quendam Antipatri, quem Iudicum numero adſcripſerat, capillum fucare cognouiſſet, deiecit gradu dicens:* Qui in capillis ſincerus non eſſet, eum non videri dignum cui in rebus gerendis fides habeatur. *Alexan. Neapolit.*

Kto bywa ná koniu/ ná woźie/ bywa pod koniem/ pod wozem.

Kto teraz ná wierzchu/ może być podſpod/ á kto teraz podſpod/ ná wierzchu.

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus, Victoreſq; cadunt. *Virgil.* Æquabat mutua Mauors Funera; cædebant pariter, pariterq; ruebant Victores victique. *Idem.* Victorem à victo ſuperari ſæpe videmus. *Cato.*

πολλάκι γὰρ κρείσσων πέλει χέρηος ἧσσαν ὑπέρσας. *Planudes.* νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας. *Homerus.* Commutat victoria partes, ſeu viros partium. Oſculana pugna. *Feſto. in qua Sulpitius à Pyrrho victus, eundem rurſus vicit ad Aſculum, in ea pugna, inquit Titinnius:* qui fugêre impulſi, ſpolia colligunt.

Plura Vide ſub Szczęście odmienne.

Kto chce drugich mieć powoli/ ma tem też ſam czynić g-woli.

Qui optat fieri ab alijs quod vult, ipſe quoque faciat quod alij volunt. *Ens refert dictum regis Cocinenſis. Sed longè clarior eſt huius dicti auctor apud S. Matthæum cap 7. Rex mundi totius, vbi dicit.* Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis .ſ. eadem.

ἐρᾷς ἵνα σοὶ θέλητ' ἄλλους ποιεῖν,
αὐτὸς τὸ πρὶν θέλητὰ τοῖς ἄλλοις ποίει. *A.*

Kto chce vpornie w dół/ tego popchni.

Sententia hæc cenſet eos, qui rectè monentibus obtemperare nolunt, etiam impellendos: vt ſuo malo diſcant ſapere. & ſic videtur factum filio Prodigo apud S. Lucam. c. 15. μακάριος δὲ ἄκων. *Ariſtoteles.* Beatus eſt nemo inuitus.

Qui ſuo malo delectatur, medicina opus non habet. *Garner. Gallic.*

— Vt ille Qui malè parentem in rupes protruſit aſellum. *Horat.*

Et meritò. Quis enim inuitum ſeruare laboret? *Idem.*

Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti. i. *idem quod occidens eundem. Idē. In Truculento Plauti. Geta ſeruus heri in meretrices profuſi ait:* Quandoquidem ipſus perditum ſe it: Secretò hercle equidem illum adiutabo. (*ſubtraham ex iis quæ prodigit in meretrices*) Neque mea quidem ille opera hilo minùs quàm poteſt properè peribit.

Eiuſdem item Plauti eſt illud.

Piaculum eſt miſereri nos hominum ſuæ rei male gerentum.

ἄσσον ἴθ', ὡς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείρατ' ἵκηαι.

Aſſon eas, vt citius ad interitus terminos peruenias. *Vel*

Aſſon eas, lethi vt citius confinia tangas. *Hoc verſu Nicoſtratus aut Stratonicus citharœdus inſultauit cuidam adoleſcenti eunti Aſſum oppidum inacceſſum in-*

aſpero & præcipiti ſaxo ſitum velut accerſendæ morti aptum. Strabo. Stephan. Poteſt iacè in eum qui ſe familiaribus malis adiungit vel ad occaſiones mali pergit.

Lepidus eſt apologus, an hiſtoria? de Iudæo Salomone ſabbato in foricam lapſo, quem cùm Chriſtiani mox extrahere vellent, reſpondit ille more ſuo ſuperſtitioſo dicens.

Sabbata ſancta colo, de ſtercore ſurgere nolo.

Sequenti autem die qui nobis Dominicus eſt, clamabat vt extraheretur, cui Chriſtianus quiſpiam aptè reſpondit: Sabbata noſtra quidem Salomon celebrabis ibidem.

Intellige tamen, ſi id fieri poſſit abſq; peccato tuo & ſine periculo vitæ vel animæ non obtemperantis. Nam hoc lex diuina vetat & charitas Chriſtiana abhorret.

Quin Ethnici quoq; prudentiores & humaniores prædictam ſententiam damnarunt.

Cicero laudat Verrem improbiſſimum hominem, quòd quendam mori volentem prohibuerit, *quanquam iocatur. Idem pro Rabirio Poſtumo.* Satis eſt homines imprudentia lapſos non erigere: vrgere verò iacentes, aut præcipitantes ſe impellere, certè eſt inhumanum. *Et apud Terent. Pamphil.*

Quæ ſeſe in ignem voluit inijcere, prohibui, ſeruaui, honeſta oratio eſt.
Nam ſi illum obiurges vitæ qui auxilium tulit,
Quid facies illi, qui dederit damnum aut malum?

In Triummo item Plauti Megaronides reprehendens Callicles, qui adoleſcenti luxurioſo argentum in manus dederat ait: Dediſtine hoc pacto ei gladium quî ſe occideret?

Bonus animus nunquam erranti obſequium accommodat. *P. Syrus. S. vult elidi ſenarius, ex Bonus.* μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παρέστω, μήτε συνηγόρει, ὁμοίους γὰρ ἂν αὐτὸς τοῦτα πράττειν, οἷάπερ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς. *Iſocrat.* Nulli malo negotio vel adſis vel patrocineris. videberis enim & ipſe talia agere, qualia alijs agentibus adiutor fueris.

Kto chce wygráć kaczora / trzebá ważyć gąśiorá. *Vel*

Kto chcè wygráć gąśiorá / trzèbá ważyć kaczorá.

Ne dubites cùm parua petas impendere magna. *Cato.*

τοῖς μεγάλοις ἐπέχων ἀναλίσκε τὸ μικρὸν ἀσκῶν. *Mylius interpr.*

Omnes omnia experiri par eſt, qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. *Cicer.* νῆ' ὀλίγην ἀνέῃ, μεγάλη δ' ἐνὶ φορτία θεῖσθαι, μείζων γὰρ φόρτος, μείζον τ' ἐπὶ κέρδεϊ κέρδος ἔσεσθαι. *Heſiod.*

Nauem paruam lauda, magnæ autem onera impone,
Maius ſiquidem onus, maius lucrum ad lucrum erit.

εἰ δ' λύχνε χρείαν ἔχοιεν, ἔλαιον ἐπιχέωσι. *Anaxagoras apud Plutarchum.*

Qui lucerna indigent, oleum affundunt. *quod lucernâ pretioſius plerumq; eſt.*

Sic ſæpe ob lucrum incertum, certus ſumptus faciendus eſt.

Qui lucrum appetit, ſumptui parcere non debet, etiam quàm ſit lucrum maiori.

Debet parua dare, is qui vult maiora rogare. *Garner.* (dźié.

Oportet dare ouem vt acquiras bouem. *Idem.* *Affine,* Béz dołu grobla nié bęs

---

Kto chleba mé chcé / kuá godźien. mié godźien kołaczá.

ὁ τὸν ἄρτον

ὅλος ἄρτον τυχὸν καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῷ. *Eustathius.*
Da panem vt accidet, & pugnum obsonium ad illum.
Interpretatur Eustathi. pugnos deberi ei qui mediocribus nolit esse contentus.
Affine, Mátem gárdzacy wiekßę tráći.

Kto chodźi po nocy / ßuka kłowey niemocy.

Egregiè hanc sententiam expressit Sosia Plautinus in Amphitruone dicens.
Qui me alter est audacior homo? aut qui me confidentior?
Iuuentutis mores qui sciam, qui hoc noctis solus ambulem?
Quid faciam nunc si tres viri me in carcerem compegerint?
Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum? &c. Ita
Quasi incudem me miserum homines octo validi cædant? ita
Peregrè adueniens hospitio publicitùs accipiar? &c. *Idem Plaut. Sticho*
sic: Non tu scis, quam efflictentur homines noctu hìc in via?
Heronem ita noctu per vrbem mutato habitu petulanter grassantem, ab obuiis, Cæsarem esse ignorantibus, aliquoties malè acceptum & periculum vitæ adijsse scribit Suetoni.
νυκτιπόρον ἀνέρ' ὅστις ἂν βλαψ ἄτες. *A.* Nocte gradientem quilibet lædere potest.

Kto co chwali á ſám nie czyni / gáni.

Quæ quis (laudat &) fugit, damnat. *ex Seneca.*
ὅστις τἃ δ' αἰνεῖ καὶ μὴ ἐπιχειρεῖ, ψέγει. *A.*
Qui laudat aliquid, & ipse fugit idem, improbat.

Kto co czyni przez drugiego / tak to waży iak przez niego / abo ſámego.

Gallorum dictum est apud Garnerum. Ille ad pistrinum satis it, qui mittit asellum.
Sic apud ICtos Facere per se dicitur qui per alium facit vt qui iubet vel mandat.
ποιεῖν δ' ἄλλον, λέγεσθαι αὐτόματος ποιεῖν. *A.*
Per se agere dicitur, per alium qui facit.
Phidola Corinthij equa domino mox à carceribus delapso, curriculum ritè obiuit, ad metam percurrit, ad tubam se conuertit, & ante victoriæ præfectos reuersa stetit, quare Elei Phidolam victorem pronuntiarunt. & equæ simulacrum decreuerunt. Causinus.
Simile exemplum habet Plini. l. 8. c. 42. de equis albis Claudij Cæsaris, qui auriga eorum excusso curriculum probè percurrerunt & redierunt ac palmam primariam obtinuerunt.

Kto co miłuie / to y wé ſnie (abo ſpiac) czuie. Co wé-dnie kto w-głowie wárzy / o tem mu śie w nocy márzy. Czego bárzo prágniemy / o tem y ſpiac myślemy.
Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt? *Virgil.*
Somniat ea quæ vigilans voluit. *Terent.* ἑαυτῷ ὀνειροπολεῖ. .i. Sibi ipse somniat. Amans, quod suspicatur vigilans, somniat. *P. Syrus.*
ὁ νοῦς πέτασθαι νυκτὸς περὶ τὴν κλεψύδραν. *Aristophan. de litem habente.* Animus mihi volat nocte circa clepsydram. .ſ. *litigantium.*
ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικήν. *Aristophanes.*
Et dormiens equestre studium somniat. *Henr. Steph.* censet interpretandum
In animo versat dormiens. Φροντίζει *vertit Scholiastes.* πάσσα

πάντα κύων ἄρτους μανθάνει, ἰχθύα κήγών. *Theocrit.*

Somnia cuncta canum panes, ego ſomnio piſces.

Quæ in vita vſurpant homines, cogitant, curant, vident: Quæq; agunt vigilantes agitantque; ea ſi cui in ſomnis accidunt, minùs mirum eſt. *Ennius.*

Xerxes aut filius eius, cùm ad eum Themiſtocles dux Athenienſis exul à ſuis eiectus confugiſſet, præ gaudio noctu in ſomnis ter exclamauit. ἔχω Θεμιστοκλέα τ Αθηναίων. Themiſtoclem habeo Athenienſem. *(hoſtes autem erant Athenienſes Perſarum, & Xerxem Themiſtocle duce profligârant.) eiq; ducenta talenta mane dedit. Plutarch.*

κύων ἄγραν ὀνειρώτων, *vel* μανθάνων. *Theocrit.* Canis prædam ſomnians.

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies. *Claudian.*
Quippe videbis equos fortes cùm membra iacebunt,
In ſomnis ſudare tamen, ſpirareque ſæpe,
Et quaſi de palma ſummas contendere vires. *Lucret. qui de canibus idē dicit.*
Et cui quiſque ferè ſtudio deuinctus adhæret,
Aut in qua ratione magis contenta fuit mens,
In ſomnis eadē pleruną; videmur obire. Cauſidici cauſas &c. *Idem Lucret.*

Qui impensè aliquid cupiunt, ſuis votis vndecunque blandiuntur, & quiduis in omen optati euentus trahunt. Spes & metus diuinationem & auguria repererunt. *Ex Luciano.* *Micyllus apud eundem Lucianum lepidè diuitem ſe ſomniat.* *Piſcator item Theocriti aureum piſcem, paſtor multas oues & capellas in ſomnis videt.* Aurigæ ſomnia currus. *Claudian.* ὀνείρατα ἀπηλήματα μεθημερινῶν Φροντίδων, *vocat S. Baſilius 1.* Somnia extremos ſonos (*echus*) diurnarum curarum.

Kto co możé zárwáć. Komu śie co doſtánié/ bierz.

τίνι ἡ τύχη δίδωσι λαβέτω. *Athenæus. Antiochus Illuſtris populo ſpargens pecuniam dicebat:* Cui fortuna dederit capiat.

Τ κιννάρε ἁρπαγή Cinnari facultatum direptio. *Leno is ditiſſimus pecuniam populo diripiendam moriens expoſuit.* V. Wolno káżdemu.

Kto cudze łyżko ſtráći/ rzemykiem ſwem przypłáći.

In SS. libris vt Exodi 22. & alibi, habetur. Qui alienum quidpiam amiſerit, deſtruxerit, abſtulerit, compenſare iuberur in duplum vel quadruplum.

Et apud S. Lucam 19. Zacheus dicit: Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

ἀλλότρια φθείρων, ἀντιπηλάτω ἰδίοις. *A.* Aliena qui perdit, rependat proprijs.

Kto cudzego prágnié/ i ſwoie tráći. Kto prágnié cudzeg̃/ poſtrada i ſwego.

Lignator auream ſecurim appetens, & ſuam ferream fraude ſponte demerſam non recepit. *Æſopus.* ἀλλότρι' ὀρεγόμενος & ἰδίων στερίσκεται. *A.* Aliena qui nimis appetit perdit ſua.

Kto ſżégo malo ma/ ſżanuié/ oſżgada.

Pauperis

Pauperis eſt numerare pecus. *Camerari. Muret.*

πλωχὸς ἀγέλην ἀριθμεῖ ὄρθρου χ' ἑσπέρας. *A.*

Mane atque veſpere numerat pauper gregem.

Seruatur longo tempore rara (*pauca*) ſeges. *Garner.*

Vnis veſtimentis diu lautus. *Cicero pro Flacco Decianum quendam municipem Romanum purpuram Tyriam induentem quoties Romam ex Aſia veniret hoc modo perſtrinxit:* Inuideo tibi quod vnis veſtimentis tamdiu lautus es. *nam triginta annis iſtic negotiabatur.* λεπτὰ ξαίνεις vel ξέεις. *Suidas.* Tenuiter diducis, aut nes. *Notatur pauperum etiam in minutis rebus parſimonia & diligentia.*

Sic Apud Plautum ſeruus herum ſuum Menæchmum monebat, parceret ſumptui & domum peregrè redire feſtinaret. quia inquit: Cùm inſpicio marſupium Viaticati hercle admodùm æſtiuè ſumus. Næ tu — vbi nihil habebis — gemes. Æſtiuè .i. *parcè, modicè. Tralatum à veſtitu æſtiuo tenui, leui.*

Parciùs accipitur, prope fundum quando venitur. *A.*

Nam Parſimonia licèt ſerò, tamen ad fundum ſemper adeſt.

Kto czégo mocnego ſkoſztuié / w czym inſzem ſmáku máló czuié.

οἱ ἄλλε χυμῦ σφοδροτέρου πεγευσάμενοι, ἐκέπ τ δευτέρων ἀιωθάνονται. *Suidas.* Qui aliquem ſaporem vehementiorem guſtarunt, poſteriores non ſentiunt. *Sic Affectus vni rei vehementer applicatus, alia faſtidit.*

Kto czégo nié pragnié / rownié iák by miał.

Quod vult habet, qui cupere quod ſat eſt poteſt. *P. Syrus Mimus.*

Nihil intereſt vtrum habeas an non deſideres. *Summa in vtroq; eadem eſt. Seneca.* .i. *perinde eſt non deſiderare aliquid atq; illud habere.*

τ' ἀκ ἐπιθυμεῖν π, κ τ' ἔχειν, ἐ διαφέρει. *A.*

Non cupere aliquid, & habere, differunt nihil.

Kto czégo przed tem nié ſprobuié / barzíey poczuié.

Magis vrgent ſæua inexpertos. *Seneca.* Graue eſt teneræ ceruici iugum. *Idem.*

ἀπείρατοι πόνοι πολ' ἐπιτείνονται. *A.* Grauant labores quemq; inexperti magis.

Kto czégo ſam nié doznał / drugiemu nié zrozumie.

Qui ipſe haud amauit ægrè amantis ingenium inſpicit. *Plaut. Sententia vera, ſed in alia potiùs materia vſurpanda.* v. g. *in morbo, in mœrore ob mortem cari, Vel in amore honeſto. Sic apud Terent.* Pater eſſe diſce ab alijs qui verè ſciunt. *q.d. tu adoptaſti Æſchinum ego genui, ideò magis ſentio dum video illum corrumpi.*

Adde & illud eiusdem de morbo. Tu ſi hic ſis, aliter ſentias.

τ ὑπὸ τ ἐχίδνης δηχθέντα αἰτιᾶν, αὐτὸς μηδέποτε δηχθείς. *Ariſtides.*

A vipera ſaucium culpas, ipſe nunquam ab ea ictus.

Kto czégo nié widał / dźiwuié śie / chwali.

Simia apud pueros pulcherrima, *ait Galen, cùm tamen apud adultos turpiſſima ſit beſtia.*

vt ait Ennius. ἀθέατα πάντα θεαῖς ὁσιῶν φιλεῖ. *A.*
Spectare quiuis visa nunquam sibi cupit.

Kto zégo wiele ma / nié oßzada / nié ßánuié.
Kto pieprzu wiele ma / i w iárzyny sypié.

ὧν εὐπορῶμεν ταχέ χυδὴν ἀναλίσκομεν. *A.*
Facile quibus abundamus hæc profundimus. Profusionem magna copia procreat.
ὁ πολὺ ἔχων πέπερι, τίθησι καὶ λαχάνοις.
Qui multùm habet piperis etiam oleribus admiscet. *Hermolaus Barb. è Græcis.*
Prodiga fertilitas paucis consumitur annis. *Garner.*
In Bacchidibus Plauti. Interrogat quidam. Diuesne est Theotimus. R. alter. Etiam rogas? qui soccis habeat auro subpactum solum (*i. soleam calcei*) tantas diuitias habet. Nescit quid faciat auro. *Similes sunt qui de dolio pleno hauriunt.*
ἐκ πίθου ἀντλεῖν. *Theocrit.* E dolio haurire. *Et Plaut.* Vbi de pleno promitur, neque ille scit quid det neque quid damni faciat. *&c.*

Kto zéladź wielką chowa / i budnié: Ten / by nawiecey miał / wnétrwy / ßáfuié. ábo: Droge do vbostwá sobié gotnié.

ζώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀναγείρειν,
ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμότατος. *Anthologi.*
Ædificare domos & pascere corpora multa,
Ad certam prona est semita pauperiem.
τὸ οἰκοδομεῖν καὶ ἵππους τρέφειν δαπανηρὰ ἔοικε δοκεῖν. *Suidas.*
Ædificare & equos alere sumptuosa res esse videtur. *Adde canes. Inter exsecrationes Lacedæmoniorum erant, ædificans, terram in aggeres eruens, equos alens & vxorem adulteram habens. Suidas.* τοὺς φιλοικοδόμους αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν χωρὶς ἀνταγωνιστῶν καταλύειν ἔλεγε κρίσος. *Plutarch.* Cupidos ædificandi à semetipsis sine aduersario euerti seu destrui dixit Crassus.
V. Studzy go zicdli: Kto przébiera przemiera.

Kto czesto bánkiétuié / nié wiélé ksiąg zwartuié.

Triginta prope iam diebus, vna est Nobis pagina vix peracta.
Sic est cùm cœnare domi non vult Poëta. *Martial. de se.*
πολλ' ἑστιώμενος ἀναγινώσκῃ ὀλίγα. *A.*
Conuiua quisquis est frequens, rarò legit. *Affine,* Brzuch tłusty.

Kto czesto mierzy / wzdy kiedy vderzy.
Czesto ábo długo ciskáiąc / strzeláiąc / kiedy tedy tráfi.

Quis est qui totum diem iaculans non aliquando collimet? *Cicero.*
ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον βαλεῖς. *Aristotel.*
Si sæpe iacias, aliud aliàs ieceris (*aut tetigeris.*)
Si sæpe iacies Venerē aliquando ieceris. *Hermola. ex Themistio felix is iactus est.*

Non po-

Non poteſt fieri vt non aliquando ſuccedat multa tentanti. *Seneca.*

Affine, Poniéßcześćiu/ poráwić śie. Nié wádźi pokuśić śie.

Kto dał zeby/ da i chleb. Pożywi P. Bog.

Dentibus eſſe tuis qui contulit, is dabit eſſe. *A.*

ὅτινεν ὀδόντας ἔδωκε, καὶ τιμὴν σοι δώσει ἐδωδήν. *A.*

Qui tribuit dentes, tribuet quod eis quoque ientes. *A.*

Certa mihi ſpes eſt, quòd vitam qui dedit, idem
Et velit & poſſit ſuppeditare cibum. *A.*

Fiduciã in Deum hoc dicti commendat, de qua Chriſtus apud Matthæum c. 6. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum. Nonné anima plus eſt quàm eſca. q. d. *qui dedit animam, dabit eſcam. Et Salomon. c. 10. Non affliget Dominus fame animam iuſti.*

Kto czym co chce/ vcierpi czego nie chce.

—ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ προέκρηξ ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

Euripides. Siquidem quæ non decet Facere auſus es, tolerato quæ tibi nõ lubet.

Affine, Kto mi mowi co chce.

Kto dobrze chodzi/ koſzt nogami nagrodzi.

Pedibus compenſatur pecunia. *Cic. ex Catone .i. ſi agrum remotum, qui minùs vtilis eſſe ſolet quàm vicinus, ſæpe inuiſas; ſarcies impendia & damnia occurres.*

ἰσάζει ἡ ἀκριβεία τοῖσι χρήμασι. *A.* Æquat pecuniam vna diligentia
Graſſetur obſequio carens peculio.

Kto dobrze vymie/ lekko nieśie. Kto dobrze vymie i vlega/ tego ciężar mniey dolega.

——— Leue fit quod benè fertur onus. *Ouidi. Patet id in pertica longâ, quæ in medio arrepta, facile eleuatur, ſecus ſi in alterutro extremorum capiatur. Idem norunt baiuli melius, dum ingentia pondera bene accepta & librata leuius ferunt. Et Seneca ait:* Grauia ſcitè ferentes minùs premunt.

Quælibet res, *inquit Epictetus*, duas habet anſas, vnam tolerabilem, alteram intolerabilem, tu priorem apprende.

ὅτις καλῶς τι λαμβάνει ἀβαρὲς φέρει. *A.*

Sed hæc tralato ad mores ſenſu potiùs accipe. & affinia erunt illi dicto. Przykrości folgá cierpliwość.

Kto drugiego chce ſtrofować/ Nie ma śie ſam w tem náydować.

Kto ſam kiedy nie ſwánkował/ ſłußna by drugich ſtrofował.

Qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet. *Plaut.*

Non ſoles reſpicere te, cùm dicas iniuſtè alteri? *Idem.*

Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum eſſe probiorem, quàm ipſus fuerit poſtulet. Nam quod tu damni & quod feciſti flagitij. Populo viritim potuit diſpertirier. *Idem.* Stultitia eſt me illi vitio vertere, Egomet quod factitaui in adoleſcentia Cùm militabam, pugnis memorandis meis, Eradicabam hominum aures

num aures quando occœperam. *Idem.* Feci ego iſtæc itidem in adoleſcentia. *Apud eundem Plautum pater audiens filium ſuum licentiùs viuere dixit: ſed improbè malo ſuo exemplo defendit & fouet diſſolutionem filij.*

Carere omni vitio debet, qui in alterum paratus eſt dicere. *Cicero.*

Legem ſibi ipſi dicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ repoſcunt. *Idem.*

Vnde tibi frontem libertatemque parentis Cum facias peiora ſenex? *Iuuenal.*

Apud Terent. vxor marito nequam dicit. Filius adoleſcens habet amicam, &c. quo ore illum obiurgabis, reſponde mihi!

Si quis Opprobrijs dignum lacerauit integer ipſe, &c. Ius eſt. *Horat.*

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. *Iuuenal.*

Ten drugiego niech ſtrofuie/ co ſie ſam ni wczem nie czuie.

Diogenes ingreſſus triclinium Platonis pro hoſpitibus decenter & eleganter ſtratum, pedibus canoſis calcabat lectulos dicens: Calco faſtum Platonis. *cui Plato:* Calcas ſed alio faſtu maiore. *Nam Diogenes ex inopi & ſordida vita ac victu, eam apud homines opinionem venabatur, qua cæteros Philoſophos antecellere videretur.*

γελοῖον ἂν τις ὢν φαλακρὸς ἢ κυρτὸς ἑτέρους εἰς ταῦτα λοιδορῇ καὶ σκώπτῃ. *Plutarc.* Ridicula res eſt cùm quis caluus & gibboſus ipſe, aliis talia vitia exprobrat & eos irridet. *Lycurgus Simonidi Pœtæ dixit. Vrbem pulcherrimam Corinthiorum conuicijs laceras & fœdas; ipſe cùm fœda ſis facie, imagines tuas ponis & exornas. Apud Plutarch. Sic ægrotus malo medico rectè dixerit.* Curet me Aſclepiades .ſ. *medicus qui ipſemet nunquam ægrotauit teſte Plinio.*

Quod vitio vertas aliis, ne feceris ipſe.
Quæ culpare ſoles ea ne tu feceris ipſe.
Turpe eſt doctori cùm culpa redarguit ipſum. *Cato.*
μειρᾰκίου ὅ σοι δοκεῖ, τό κεν αὐτὸς μήποτε ῥέξῃς
ἐ καλὸν ὅπε διδάσκαλον ἔνδεχ ἐλεγχῇ ἁμαρτάς. *Mylius.*
Dogma tuum ſordet, cùm te tua culpa remordet. *Anonym. Rhythm.*
Qui cupit ex oculis aliorum abſtergere labem,
Hic prius è propriis eruat ipſe trabem. *Garner.*
Tunc alios culpa, cùm tu fueris ſine culpa. *Idem.*

Kto dworny/ ten i wielomowny.

Percunctatorem fugito quia garrulus idem eſt. *Horati.*

Curioſus idem garrulus. τῇ πολυπραγμοσύνῃ συνόμιλος ἡ ἀδολεσχία.
Curioſitatis comes garrulitas. *Vtroq; vitio laborant lippi & tonſores. Vide* Kto nogámi máto chodźi. *Aliter Plautus de Curioſis:* Curioſus, *inquit,* nemo eſt quin ſit maleuolus. V. Wielomowny záwße dworny.

Kto dwu záiacow goni/ żadnego nie vchwyci.

Ptak ná dwu drzewách chcac ſiedź/ ná ziemie vpada.

ὃς δύο πῶκας διώκων, ἑτέρου κατάλαμβάνει. Duos lepores inſequens, neutrū capiet. δυοῖν

δυοῖν ἐπιθυμήσας ἑκατέρου ἔτυχες. Duo appetens, neutrum aſſecutus es. *Poteſt huc trahi illud Macrobij*: Duabus ſellis ſedere ſ. *incommodum & difficile eſt ſi ſimul ſiat. quanquam ille alio ſenſu protulit.* V. Oboietny 2.

Canis fruſtum carnis ferens, imaginem eius in aqua cernens, vtrumq; habere voluit & vtrumque amiſit. *Ex apologis Gabriæ.* Monedula dealbata *Æſopi* δυοῖν ἐπιθυμήσασα ἑκατέρου ἔτυχεν. Duorum appetens neutrum conſecuta. *nam & à columbis ob vocem & à monedulis ob colorem reiecta eſt.* *Vide* Lákomy chcąc wiecey mieć. Dwie robocie rázem. Kto wiele obeymuie.

Kto groch ie / nie wiśi.

Jocus plebeius ex Apologo tali. Seruus cuiuſdam heri à piſorum eſu abhorrens, furto facto ab hero profugerat. miſſi qui perfugam retraherent, inuenerunt eum in quodam hoſpitio piſa auidè edentem, ideoq; non auſi manus ei injicere abierunt. Sic ille euaſit & dicto huic occaſionem dedit. Aliqui hoc dictum ioco eludunt, ob duplicem ſenſum. alter eſt communis .ſ. qui piſa edere ſolet, non ſuſpenditur. vt in apologo. alter ſubtilior .ſ. qui piſa nunc edit, nunc non pendet, ſed ſuſpendi poteſt poſtea. Tales apud Dialecticos ſunt captiones æquiuocationis & amphiboliæ. Ideò aliqui apologi dictum ita accuratiùs exprimunt. Kto groch iada/ nie wiśi. *Simile eſt illud Gallicum apud Garnerum.*

Scitur ad extremum quis ſueuit (*vel poſſit*) mandere lardum.

Kto kogo miłuie / wad iego nie czuie.

Kto śie czégo zámiłuie / choć podle/ drogo ſzacuie.

——— Amatorem — amicæ Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipſa hæc
Delectãt veluti Balbinũ polypus Agnæ (*meretricis morbus fatens naeuũ*) *Horat.*
———Strabonem Appellat pætũ pater, & pullũ, malè paruus. Si cui filius eſt. *Idẽ.*

Næuus in articulo pueri delectat Alcæum, at eſt corporis macula næuus, illi tamen hoc lumen videbatur. *Cic.* Q. *Catulus Roſcium peruerſiſſimis oculis adeò dilexit, vt illos verſus effuderit:*

Conſtiteram exorientem auroram forte ſalutans,
Cùm ſubitò à læua Roſcius exoritur.
Pace mihi liceat cæleſtes dicere veſtra,
Mortalis viſus pulchrior eſſe deo. *apud Ciceronem.*

οἱ ἐρῶντες καὶ τραυλότητας & ὠχρότητας τ' ἐν ὥρᾳ ἀποδέχονται. *Plutarch.* Amatores & balbutiem & pallorem formoſorum diligunt.

Multimodis igitur prauas turpeſque videmus (*feminas*)
Eſſe in delicijs, ſummoque in honore vigere.
Nigra, μελίχρους eſt: immunda & fætida, ἄοσμος:
Paruula, pumilio: χαρίεσσα, tota merum ſal. *&c.*
Balba, loqui non quit, τραυλίζει: muta, pudens eſt. *&c. &c.*

Lucretius oſtendit quomodo amatores vitia feminarum excuſent & ad laudem trahant.

Plato similiter de masculorum vitiis sic: σὺ μὲ σιμὸς, ὦ τρυχάρεις: μέλανας, ἀνδρικὰς: λύκιος θεῶν παῖδας εἶναι φάσκε. Simos, venustos: nigros, viriles: albos, deorum filios esse dicitis.

——ἦ γὰρ ἔρωτα
πολλάκις, ὦ πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφαται. *Theocrit.*

Etenim amori Sæpe, ô Polypheme, quæ pulchra non sunt, pulchra visa sunt.

Sic uxor Hieronis graueolentiam mariti oris non sensit vel ob amorem non fastidiuit.

Quin amanti is qui amatur dicitur vel videtur, ὀδὲν λιβανωτὸν .i. pedere thus, *vt est apud Aristophan.* *Verum est & illud vulgare apud Anonymum rhythm.*

Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam,
Quisquis amat ceruam, ceruam putat esse Mineruam.

Affine huic est. Káżdemu swoie śie podoba.

Kto lenivo ie/ leniwo robi.

ὁ βραδὺς φάγων (*vel* φάγειν) βραδύτερον ἔσεσθαι πονῶν (*vel* πονεῖν.) *A.*

Tardus ad edendum, erit ad laborem tardior. Tardus in edendo, erit in labore tardior.

ἀσυμβόλῳ γὰρ οἱ λείπνα ὅστις ὑστερεῖ,
ἔτην ταχέως νόμιζε καὶ τάξιν λιπεῖν. *Archilochus.*

Ad cœnã immunẽ quisquis tardè venerit, Hunc crede & in acie relicturũ locũ.

Kto lécie proznié/ zimié poczuie. Kto lécie nie zbiera zimie przémiera.

ὁ τέττιξ θέρος ὥραις σχολάζων, χειμῶνος ὥρᾳ ἰὼν ἐπὶ μύρμηκος τροφὴν αἰτῶν καταγελᾶται. *Apud Æsopum.* Cicada æstate otiosa, hyeme à formica cibum petens irridetur. Propter frigus arare piger noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. *Prouerb. SS. c. 20. apud LXX. Symmachus legit:* αἰτήσει ἐν ἀμήτῳ. Mendicabit in messe. *sed idem sensus est.*

ἥμαλα χειμερίῳ ὅτ' ἀνόστεος οὐν πόδα τένδει. *Hesiodus.* Tempore brumali polypus suum pedem rodit. *de homine ignauo aliqui vsurpant.*

Kto ma ciaża/ tego nie wiaża.

ὅστις ἐνέχυρ' ἔχει, ἐλεύθερος ἄδεσμος ζάει. *A.*

Cui pignora adsunt, salua libertas manet.

Honesti ciues pignoribus ablatis cõércentur. *vt Philippus Crasso fecit apud Cic. 3. de Oratore. Meminit Salomon 27. cap. Prouerb. pignoris auferendi.*

Qui bonam copiam iurare potest, non fit nexus. *Ex Varrone.* .i. *qui iurare potest, habere se vnde soluat creditori, non fit ei nexu obligatus. Nexus autem (per Secundã) dicebatur liber homo, qui pro pecunia, cui soluendæ non erat, operas suas instar serui creditori præstare cogebatur. Nexus item dicebatur hæc obligatio (per Quartam.) Lepidè Martial.*

Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo inquis.
Idem, si pro me spondet agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri Thelesine sodali
Credis colliculis arboribusque meis! *&c.*

Kto maryby/ ma chyby .i. Rybny dochod omylny/ czesto chybia.

ἡ ἁλιεύ-

ἡ ἁλιευτικὴ τυχή. Piſcatio eſt fortuita, *à fortuna pendet præſertim in mari vel lacubus & ſtagnis vaſtis. Hinc illud apud S. Lucam c. 5.* Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. *Et apud Græcos.* Iactum emere à piſcatoribus *vel* Fortunam iactus emere (βόλον emere *ait Suetoni.*) *pro periculoſo contractu.*

Apud Plautum in Rudente Gripus piſcator dicit: Neque piſcium vllam vnciam hodie pondo cepi. *Idem.* Turbida tempeſtas heri fuit. Nil habeo adoleſcens piſcium, ne tu mihi eſſe poſtules. Non vides me referre vuidũ rete ſine ſquamoſo pecu? *Ibidem quidam piſcatores ſic ſalutat.* Saluete fures maritimi &c.

Famelica hominum natio. quid agitis? vt peritis? ℟.
Vt piſcatorem æquũ eſt fame, ſiti, ſpeq; i *perimus. Ijdem apud eundẽ ibidem.*
Cibum captamus è mari, ſin euentus non venit.
Neque quicquam captum eſt piſcium; ſalſi lautiq́ purè
Domum redimus clanculùm, dormimus incœnati.
Atq́ vt nunc validè fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt.

Alibi apud eundem: Piſcatus meo quidem animo hic tibi euenit bonus.

Kto ma vmrzeć/ i w cébrzé wody vtonié.

Komu Bóg śmierć náznáczył/ béz woyny/ moru/ vmrzé.

ὁ Θεὸς ὥρισεν οὗτ', ἀκ ἔστιν φυγεῖν. *A.*

Non eſt fugere, quod cuiq́ conſtituit Deus.

Fixus eſt cuiq́ terminus, manebit ſemper vbi poſitus eſt. *Seneca.*
Stat nobis terminus, vbi illum inexorabilis fatorum neceſſitas fixit. *Idem.*

Nullo fata loco poſſis excludere cùm mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt. (*licet Tibur ſalubre ſit, Sardinia verò peſtilens.*) *Martial. Idem de puero ſtillicidio iugulato.*

Quid non ſæua ſibi voluit fortuna licere?
Aut vbi mors non eſt, ſi iugulatis aquæ? *Idem. Nam ſtiria glaciei in caput pueri delapſa, in vulnere liqueſacta eſt.*

Simile epigramma eſt C. Cæſaris Germanici de Thrace puero, cui caput glacies in flumine fluitanti abſcidit. Et Græcum in Anthologio ſimile.

Idem mortis genus ſortita eſt diuino nutu Saltatrix Herodias, cuius etiam caput à corpore cruſtis glaciei abſciſſum, per glaciem ſaltauit, pœnam ſceleri aptam teſtificans. Nicephorus. Adde Æſchylum Pœtam Tragicum, quem aquila teſtudinem ferens, capite caluo conſpicata & lapidem eſſe rata, teſtudinem ei illiſit & occidit. Sub dio u plerunq; morabatur, quòd accepiſſet oraculum, ictu ſupernè veniente ſe moriturum, nec ſic tamen mortem euaſit. ex Valerio Maxi. & aliis.

Stat ſua cuiq; dies. ſ. *mortis Virg. Affine,* Komu Bóg co obiécał. Smierć niéuchronna.

Kto ma żytko/ ma wßytko.

Commendatur hoc dicto agricultura & prouentus ex agris certior quàm ex aquis.

ἀγρὸν γὰρ τὸ λεγόμενον ἀμαλθείης κέρας εἶναι. *Phocylid.*

Agrum enim dicunt Amalthææ cornu eſſe. *Vel*

Inſtar

Inſtar Amalthæ nam cornu ager omnis habetur. Fundum *dictum eſſe ait Varro, quòd ſit fundamentum pecuniæ, & quòd multa vbertim fundat ex ſe.* Et Cic. agros fertiles plùs multò referre, *ait*, quàm acceperunt.

—— τῖσι φέρει μὲ γαῖα πολὺν βίον. *Heſiodus.*

His (*agricolis*) terra fert multum victum.

τὸ γὰρ τρέφον με ὅτ' ἐγὼ κρίνω θεόν. *Menander Ethnicus de agro ſuo.*

Id quod nutrit me, id ego iudico deum.

O fortunatos nimium ſua ſi bona norint Agricolæ &c. *Virgil.*

At ſecuta quies & fallere neſcia vita Diues opum variarum. *Idem.*

Siciliam Cicero laudat eo nomine, quòd fruges in ea primùm repertæ ferrentur. Eandem *Cato ille ſapiens* Cellam penariam Populi Romani nominauit, *apud eundē. Idem dicit:* Neminem præterit omnem vtilitatem opportunitatemq; Populi Rom. conſiſtere in re frumentaria maximè: in cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia (*Sicilia*) hac verò alimur & ſuſtinemur.

In SS. libris frequens eſt mentio & commendatio frumenti & frugum, ceu maximi beneficij quod priſco illi populo Deus promittebat, conferebat, ſubtrahebat.

Initium vitæ hominis panis & aqua. *Eccleſiaſtici 29.*

Deniq; Muſonius apud Stobæum dicit: multò virilius liberaliusq; honeſtius eſſe ab ipſa terra opes percipere, & eas aliis præbere, quod faciunt agricolæ; quàm ab eis accipere, quod faciunt vrbani ignaui & otioſi, item mercatores, artifices, domini &c. Plutarchus quoq; ait: Honeſtius eſſe capere ceruum leporem capream. quàm opſonari; ſed thynnum amiam carabum honeſtius opſonari quàm capere.

Rto mi mowi co chcé / vſłyſzy cżégo nié chcé / ábo / cżégoby nié rad.

Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ non vult audiet. *Terent.*

Deſinant maledicere, malefacta ne noſcant ſua. *Idem.*

Cùm dixeris quæ vis, quæ non vis audies. *S. Hieronymus.*

Ea in alterum ne dicas, quæ, cùm tibi etiam falsò reſponſa ſint, erubeſcas. *Cic.*

Viam qui neſcit qua deueniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem ſibi.
Ego malè loquendi vobis neſciui viam,
Nunc vos mihi amnes eſtis, vos certum eſt ſequi.
Si benedicetis, veſtra ripa vos ſequar,
Si maledicetis, veſtro gradiar limite. *Plaut.* Contumeliā ſi dices, audies. *Idem.*

οἱ λέγοντες ἃ θέλουσιν, ἀκούσωσιν ἃ μὴ θέλουσι. *Plutarch.* Qui quæ volunt dicunt, quæ nollent audiunt. *Ptolomæus apud Plutarchum Grammatico obſcuritatem generis ſibi exprobranti, leniter reſpondit:* ἐμὴ τὸ φέρειν σκωπτόμενον, μηδὲ τὸ σκώπτειν βασιλικόν ἐστι. Si non eſt regium dictoria audire neque iacere eſt regium. *Nam ipſe prior Grammatici inſcitiam perſtrinxerat.*

Dixerit inſanum quis me, totidem audiet —— *Horat.*

ὁππόσιον δ' ἔπος ἔπτο τῶν δ' ἐπακούσαις. *Homer.*

Quale

Quále dixeris verbum, tale audies.
Audibis malè, ſi malè dicis mihi. *Cæcilius apud Gellium.*
ἐι δὲ κακόν τ' εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις. *Heſiod.*
Si verò malum quid dixeris, mox ipſe maius audies.
Maledicis maiori! Ex. Prior promeritus perpetiare. *Plautus.*
Μὴ κακηγορεῖν τοὺς πλησίον, εἰδὲ μὴ, ἀκούσεσθαι ἐφ' οἷς λυπήσεσθαι. *Chilo.*
Non eſſe maledicendum vicinis, alioqui audienda erunt quæ dolorem afferunt.
φιλεῖ δὲ πολλὴν γλῶσσαν εἰκῆ μάτην,
ἀκὼν ἀκοῦσαι, ὃς ἐκὼν ἔπη λόγους. *Sophocles.*
Solet etenim qui multa temerè effuderit,
Audire nolens, quæ volens dixit malè.
ἐι δ' ἡμᾶς κακῶς ἐρεῖς, ἀκούσῃ πολλὰ κἀξ ἴσου κακά. *Euripid.*
Si dixeris nobis malè, mala inuicem permulta nec falſa audies.
ὄρσεις με τ' ἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι. *Sophocles.*
Me non mouenda pectore adiges promere.
ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνης τὸ τέλος δυσχλία. *Euripid.*
Infrenis oris & iniquæ vecordiæ vectigal (*aut finis*) eſt infelicitas, calamitas.

Affine, Jáko galo. Wét zá wét.

Kto mia miłuie/ i pieſká/ ábo ſłużki mego ßánuie.

Vulgare eſt illud. Qui me amat, amat & canem meum. *Vſurpat S. Bernard.*
ὁ ἐμὲ φιλῶν καὶ τ' κύνα τ' ἐμὸν φιλεῖ. *Fuſius Plaut. ſic.*
Amator recens, vult placere ſeſe amicæ, vult mihi (*lana loquitur*)
Vult pediſequæ, vult famulis, vult etiam ancillis. & catulo quoq; meo
Subblanditur nouus amator, ſe vt cùm videat, gaudeat.

Kto nießet ſtráci/ niech ſkóra ptáci.

Qui non habet in ære, luat corpore. *ICti ex D.*
Qui bonam copiam iurare (*vel eiurare*) nolit, nexus eſto. *ex Varrone & Cicerone explicui id ſub,* Kto ma ćiężą/ &c. λειτουργία πένητος ἡ διὰ τοῦ σώματος εἰσφορά. *Vlpianus Rhetor.* Pauperis penſio vel munus in publicum conferendum, eſt tributum quod corpore pendi ſolet. *Rectè etiam hîc vſurpabis illud Cicer.* Pedibus compenſatur pecunia.

Kto mocnićyßy/ ten lépßy. Wiélkie ryby/ máłe żra.

Plùs poteſt, qui plùs valet. *Plaut.* Pro iure vires. *Seneca.* Lewo zá práwo.
ὁ πλεῖον δυνάμενος τ' ἀσθενέστερον καταχύει. *Diodorus.*
Qui plùs poteſt debiliorem opprimit.
ἡ ἰσχὺς νόμος δικαιοσύνης. *Sapientiæ c. 2.* Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ.
τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθέμενοι. *Lucian.* Ius in manu ponentes.
Hecates cœna dicitur, *vbi quid per tumultum diripitur. ex Ariſtophane qui ait:*

τοὺς πλουτοῦντας δεῖπνον (τῇ ἑκάτῃ) καὶ μῆνα παρασάσθαι, τοὺς δὲ πένητας τ' ἀνθρώπων δειπάζειν πρὶν καταβεῖναι. *i.* Diuites cœnam Hecate quot menſibus apponere, pauperes verò homines eam diripere priùs quàm appoſita ſit. Piſcium vita. *vel* Piſces magni paruos deuorant. *Celebre dictum apud Latinos & Græcos.* Qui pote, plùs vrget. Piſces vt ſæpe minutos

Magnu' comeſt, vt aues deuorat accipiter. *Varro. Nonius.*

ἰχθύων βίος ἐν οἷς φασιν, ὁμοφύλοις ὄσι τοῖς δ' μέσοις ἀπώλεσαν, τῷ μείζονι τροφὴν γένεσις καὶ βίον. *Polybius.* Piſcium vita. de quibus ferunt, quòd licet eiuſdem ſint generis, tamen minorum perditio, ſit maiorum eſca & vita.

Eleganter de iiſdem Oppianus.

ἰχθύσι δ' οὐδὲ δίκη μεταρυθμιος οὐδὲ τις αἰδὼς,
οὐ φιλότης. πάντες γὰρ ἀναρσιοι ἀλλήλοισιν,
δυσμενέες πλώουσι, ὁ δὲ κρατερώτερος αἰεὶ
δαίνυτ' ἀμαυροτέρους, ἄλλῳ δ' ἐπενήχεται ἄλλος
πότμον ἄγων, ἕτερος δ' ἑτέρῳ πόρσυνεν ὀδωδήν.

At piſcibus nec æquitas eſt nec pudor,
Nec amicitia, cuncti ſed inimici inuicem,
Hoſtesque fluitant, ſemper autem fortior
Infirmiores vorat, alius alii adnatat,
Mortem ferens, & alter alteri eſt cibus.

ἄρεως πεδίον. *Suidas.* Martis campus. *vbi manu & vi militari more res geritur.*

ὡς ἂν ὑμῶν τὸν μάχαιραν ὀξυτέραν ἔχῃ. *Pyrrhus apud Plutarchum interrogatus. quis eo mortuo regnare deberet, reſpondit:* Qui veſtrum acutiorem habuerit gladium .ſ. *ille regnet. Dictum barbarum.* Ferro res agitur. *Ennius.*

οἱ κρατοῦντες ὁρμῇ τ' δικαίων τῆς ἥττοσι γίνονται. *Demoſthenes.*

Qui rerum potiuntur ius imbecillioribus definiunt. V. Wilczem práwem.

Kto mówi ten ſie domówi.

Duplex eſt huius dicti ſenſus. Alter eſt ingratus & odioſus. Cùm quis incautè vel importunè loquendo malum ſibi acerſit. vt apud Plautum Bacchidibus. Pi Duc te ab ædibus. Pa. Nimis iracundè. Pi. At ſcin' quam iracundus ſiem?

Ne tibi hercle haud longè eſt os ab infortunio,

Ita dentifrangibula hæc meis manibus geſtiunt. *Vide* Kto mi mowi co chce. *Alter ſenſus eſt vtilis, in quem ſunt illa Senecæ.*

Qui inſtat, etiam ex duro pectore gratiam extundit. *Et Suetoni.* Ea demum extudit, magis conuicio quàm precibus.

Sic apud S. Lucam c. 11. Amicus ob importunitatem amici nocte intempeſta lecto conſurgit & ei dat quæ petebat. Et c. 18. Iudex impius dicit: Etſi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam.

Kto murnić budnić: kto z drzewa kleći ogień nieći.

οἰκημα λίθινον, πυραμὶς, ξύλινον, πυρά. A.
Structura ſaxea, pyramis; lignea, pyra. A.
Si ſtruis ex lignis, facilè hic bacchabitur ignis, A.
Si ſtruis è ſaxis, incendia, ne time, abaxis. (.i. *abegeris, abiges, priſcè*) A.
Aqua & ignis nocet lignis, neutrum ſaxis. *Ideò Geneſis 11. ſtructores turris Babel lateribus (nam ſaxa deerant) ædificabant turrim ſemper duraturam. quanquam alias etiam cauſas huius ædificij erigendi afferunt interpretes. vide ſi lubet Pererium ad hunc locum. Mitto quæ de duabus turribus altera ſaxea contra ignem, altera lateritia contra aquam firma alij referunt.*

Kto ná málé nié przéſtaié/ temu záwße niedoſtáié.

Cui ſua bona non videntur amplißima, licet totius mundi ſit dominus, tamen miſer eſt. *Seneca ex Epicuro.* ὁ Ἐπίκουρος κέκραγε λέγων: ᾧ τὸ ὀλίγον οὐκ ἱκανὸν, τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. *Laërtius.*
Epicurus clamabat dicens: Cui parum non ſufficit, huic nihil ſufficit.
ὃν οὐ θρέψει Κῶς, ἐκθρέψει οὐδὲ Αἴγυπτος. *Euſtathius.*
Quem non nutrit Cos (*inſula ſatis ferax*) hunc nec Ægytus (*feraciſſima nutriet*)
In eos qui fortunam commodam & plùs quàm mediocrem faſtidium.
Confer. Przéſtań ná málé.

Kto ná málé/ ábo ná ſwem przéſtaie/ niczégo mu niédoſtaié.

Kto żadze ſwe hámuié/ niczégo nié potrzébuié. Kto dość ma/ wiecey nié żąda.

Pol ſi animus æquus eſt tibi, ſatis habes quî vitam colas. *Plaut.*
Tenui vectigali, detractis ſumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. *Cicero.*
Panem & aquam natura deſiderat. nemo ad hæc pauper eſt. intra quæ quiſquis deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Ioue de felicitate contendat. *Seneca. Ex Epicuro qui ait:* ἔχων μάζαν καὶ ὕδωρ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας ἀγωνιζόμεθα. *Stobæus.*
Habeamus polentam & aquam, ipſi Ioui de felicitate controuerſiã faciemus. *Seneca.*
Non puto pauperem, cui quantulumcunque ſupereſt, ſat eſt, *Idem.*
Deſinit in aduerſa niti, qui peruenit in ſummum. *Quintilian.*
Non qui parum habet, ſed qui plùs cupit, pauper eſt. *Seneca.*
Benè eſt (*illi*) cui Deus obtulit Parca quod ſatis eſt manu. *Horati.*
Eget minùs mortalis quò minùs cupit. *P. Syrus Mimus.*
Pulchrè Martialis. Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta,
Lautorum cœnis ſæpe negare potes. Lépßy groch domá/ niż w gośćinie żwierzyné.
Affine, Przéſtań ná ſwem. Przéſtań ná málé. Skromne życie. Bogátego nié vczyni.

Kto nazbyt łácny ku dobremu/ ten łácny bodźié i ku złemu.

Facilitas animi ad partem ſtultitiæ rapit. *P. Syrus Mimus.*
Exemplum huius rei inſigne eſt in Adelphis Terentij Mitio homo facili & leni admodùm ingenio in filium adoptatum, cùm ſæpe cum Demea fratre ſuo ſeueriorum morum homine contendiſſet licentiorem vitam adoptati excuſans & defendens; tandem ipſemet ſexagenario maior & hactenus cælebs, perſuaderi ſibi paſſus eſt, vt vxorem duceret, & Syrum ſeruum

neqnam cum eius vxore libertate donaret, à Demea extremò irrisus. *Sic* Simplicitas seu felicitas morum facilè declinat ad stultitiam. *quod Græci optimè expresserunt, qui eadem voce* εὐήθης *& simplicem seu bonis ac facilibus moribus, & stultum appellant.*

Kto ni nacz nié zmiérza/ w nic nié vdérza.

Kto nié postánowi zywotá/ zá wßę chodźi koło ptotá.

Ignoranti quem portum petat, nullus portus suus est. *Seneca.* Scire debet ille qui sagittam vult emittere, quid petat, & tunc dirigere & moderari manu telum. *Idem.* Aliud agendo viuere .s. *stultum. Idem.* Vita sine proposito vaga est. *Idem.* Quamdiu passim vagamur, non ducem secuti, sed fremitum dissonum in diuersa vocantium; conteritur vita inter errores. *Idem.* Passim sectari profutura. *Idem.* Zyć ná pámieć. Vlić iáć śie ni czégo. *Apud eundem vituperantur ij, qui sine proposito vagantur, quærentes negotia, qui quæ non destinauerunt agunt.* τὰ συμβαίνοντα διώκειν. *Demosthenes.* Fortuita sectari. αὐτοσχεδιάζειν τ βίον. Ex tempore viuere. *Sic & Persius.*

Est aliquid quò tendis & in quod dirigis arcum?
An passim sequeris coruos testaque lutoque?
Securus quò pes ferat, atque ex tempore viuis?

Ad morem discincti viuere naccæ. al. *nattæ. Persi.* .i. *dissolutè,* ἀνειλάτως, *inhonestè.* ἄσκοπα τρέχειν. *Lucian.* Nullo scopo iaculari. *quod perinde est atq; aberrare seu peccare.* Nam πρὸς τὸ ἀποτύχειν σκοπὸς ὐ τίθεται, ὅτως οὐδὲ κακῆ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται, *ait Epictetus .i.* Aberrandi causa meta non ponitur. sic nec mali natura aliquid in mundo est. .i. *Peccatum nil est.*

πρὸς τ βίον ἡ γνῶσις τ τέλους μεγάλην ἔχει ῥοπὴν, καὶ καθάπερ τοξόται σκόπον ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τ δέοντος. *Aristotel.*

Ad vitam cognitio finis magnum habet momentum, & sicut sagittarii scopum habentes, facilius assequemur quod expedit. *Neque solum ad totam vitam sed etiam ad singulas actiones rectè peragendas, finis seu intentio bona necessaria est. qua de re lege Drexelij libellum Amussim inscriptum.*

Kto nié był przy dziale/ ábo przy rozdawániu/ nié wezmié nic.

ὁ ἀπὼν οὐ κληρονομεῖ. *Xenophon.* Absens hæreditatem non capit. *Vulgare dictum est.* Absentes careant. *Et habetur in Iure Canonico, de distributionibus quotidianis, circa non residentes.*

Kto nié doyie nié dopié/ ten mádrzé i długo żyié.

ἔνδεια τ ὑγείας μήτηρ. *Chrysostom.* Indigentia mater sanitatis.

ψυχὴ ξηρὴ σοφωτάτη. *Synesius. Heraclit.* Anima sicca sapientissima.

αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη. *Clemens. Alexandr.* Iubar sicca anima sapientissimũ.

Paruis victibus expedita corda Infusum melius Deum receptant. *Prudentius.*

Demosthenes rogatus quomodo tantam eloquentiam sibi comparasset, respondit: Plùs olei (*lucubrando*) quàm vini (*cœnando, compotando*) consumpsi.

Præstat

Præſtat eſſe Oſiridem quàm Typhonem. *apud Syneſium duo fratres ſunt: Oſiris adoleſcens ſobrius, modeſtus, agilis. Typhon obeſus, ſegnis, ſtupidus.*

Vbi multa alimenta in domo, ibi multi mures & feles: & in corpore, multi morbi. *Diogenes apud Stobæum.* *Confer.* Sytość. & Długo żyć.

Kto mé doyte, mé dopuć: ten mé rad żartuć, táncuć, &c.

δεῖπνον γὰρ εὐελὲς ὰ ποιεῖ παραινίων. *Athenæus.*

Vbi cœna frugi eſt, nulla debacchatio eſt.

Accipe nunc victus tenuis quæ quantaque ſecum
Adferat, inprimis valeas bene, &c. *Horati.*

ὅπου δὲ μὴ παρόντος ἔστιν οὐκ ἔστιν Κύπρις. *Euripides.*

Abſente vino nulla prorſus adeſt Venus.

ἐν τῇ κενῇ δὲ γαστρὶ τ' καλῶν ἔρως οὐκ ἔστι, πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά. *Athenæ.*

In ventre inani nullus eſt formarum (*pulchrarum*) amor. Amara Venus his quos dira premit fames. Nec enim cantare ſub antro Pierio, thyrſumué poteſt contingere ſana Paupertas atque æris inops. &c. *Iuuenal.*

Sine Cerere & Baccho friget Venus. *Terentius.*

ἔρωτα παύει λιμὸς *Anthолog.* Sedat fames amorem.

ἐν πλησμονῇνδὲ Κύπρις, ἐν πτωχῇνδὲ ὀ. *Athenæ.* In ſaturo Venus, in famelico non.

νεκρὸν Ἀφροδίτη διχὰ τοῦ Διονύσου δίχα καὶ Δήμητρος. Mortua res eſt Venus ſine Baccho & Cerere. *Apud Plautum in Caſina dicit quidam.*

Ego amo. R. *alter.* At ego hercle nihil facio tibi amor pericli, mihi inanitate iam dudum inteſtina murmurant.

Nemo ferè ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit. Intempeſtiui conuiuii, immoderati ioci, multarum deliciarum comes eſt ſaltatio. *Cicer.*

τοιοῦτον ἄριστον ὰ χωρεῖ παράδοσιν. *Epaminundas de tenui ſua menſa.*

Tale prandium (*frugale*) non eſt capax proditionis.

Cum te (*corripiet*) detineat Veneris damnoſa voluptas
Indulgere gulæ noli quæ ventris amica eſt. *Cato.*

ἢν ἀκόλαστος ὄρεξις ἐνοχλῇ σε Κυθείρης,
μὴ θέλε χρηστεύεσθ λαιμῷ γαστρὸς ἑταίρῳ. *Planudes. interpres.*

Subtrahe ligna foco, ſi vis exſtinguere flammam.

Ieiuni hominis ſaliua ſerpens necatur. *Plini. Galenus. Alexand. Aphrodiſeus.* inediâ verò, cupiditas, libido. *Cyprian.* Nec ſoli ſerpenti ſed & aliis venenatis letalis eſt hæc ſaliua, ſi os vel vulnus eorum attingat.

Kto mé teſt hardy, mé gsmé wzgardy.

οὐδὲν πέπονθας δεινόν, ἂν μὴ προσποιῇ. *Diogenianus.*

Nil paſſus es mali, ſi diſſimulaueris. *Sic Diogenes dicenti: Ecce iſti te deridenti, reſpondit:* At ego non derideor .i. *non ſentio, contemno.*

Kto niema krzeſła, niech ſtoi.

Si non vbi ſedeas locus eſt, eſt vbi ambules. *Apud Plautum hiſtrio ſpectatoribus Comœdiæ dicit. Muta paululum, vt dicto Polonico conueniat.*

Si non habes vbi ſedeas, vbi ſtes habes. ἐὰ μὴ πῦ ἵζοις ἐςίν, ἔςι πῦ ςαίης. *A.*

Kto niema zbroié / miiay boié.

ἐν παγύρῳ σοφία. *Epicharmus.* In paguro ſapientia. *Cancer quidam eſt qui verno tempore ſpoliatum ſe teſta & aculeis ſentiens, latet in cauernis donec teſta tenera dureſcat. In Rudente Plauti Leno audiens ſeruos cum clauis contra ſe vocari ait:*

Eheu ſceleſtus galeam in naui perdidi!

Nunc mihi opportuna hîc eſſet, ſalua ſi foret. *Et in Truculento Geta rixans cum milite, videns ſe imparem antequam ad manus veniatur ait:* Ibo domum. *Vide hoc & aliquot ſimilia apta huic loco ſub.* Kiié rownia mnié z toba.

Kto nie może być zlotnikiem / wiec kowalem / &c.

Aulœdus ſit qui citharœdus eſſe non poteſt. *Cic.* Agas aſellum. *Idem & Martialis. In eum qui in honeſtiore vitæ genere conſiſtere non valens ad infimum ſe demittit. Henr. Steph.* Adiuris ſtudium deueniunt, qui oratores eſſe non potuerunt. *Cicer.*

ἐὰ δὲ ἰὰς ἐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτ' ἀκέλλῃ. *Phocylid.*

Artem qui nullam didicit, fodito ille ligone.

Proci Penelopes *Ariſtotelis dictum apud Rhodiginum, de vilium artium ſectatoribus Philoſophiam negligentibus. nam Proci a Penelope reiecti, pediſequas eius procarunt. Bioni hoc tribuit Plutarch.* μνηςῆρες τ' πηνελόπης. τὰ μὲ τι δεύτερεῖα, καὶ ταῦτα μεγάλα. *Philo.* Secundas partes vel ſecunda præmia obtinere & hoc magnum.

Affine, Chćiey iáż nalépiey. Kiédy tego nie możemy.

Kto nié oſiędza ſwego / mniey iéſiędzé będźié cudzego.

——— ὃς ἔςι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα,

τῖς ἰδίοις, εἶναι πιςὸν ἐν ἀλλοτρίοις. *Lucian. Antholog.*

Non poteſt homo malè vtens proprijs, fidelis eſſe in alienis.

Vide Cudzego nié żal. *& mox ſequens.*

Kto nié oſiędza ſwego / rzuci śie do cudzego.

Qui nimis (*proprium*) expendit, alienum poſtea prendit. *Anonym. rhythm.*

ὁ τ' ἰδία καλεδῶν, τ' ἀλλότρι' ὀρέξετ' ἐφεξῆς. *A.*

Qui ſua diſpergit, mendicus ad oſtia pergit. *Idem. Anonym.*

Kto nieośiędnié vſtáwnié biérzé; by miał nawiecey wkrotcé wybiérzé.

ἄντλημα συνεχὲς κἂν μέγας' ἐξαντλέει. *A.*

Exhauriuntur maxima hauſtu perpeti. Vel maxima abſumes, ſumendo iugiter. *In Sticho Plauti ſeruus in conuiuio ſodalium ſuorum hortatur eos vt moderatè nec plenis poculis bibant vt diutiùs compotatio protrahi poſſit, dicens:* Nolo ego nos pro ſummo bibere. (*i. plenis poculis*) nulli relerimus poſtea (*i. non erit, quod iterum relinendo dolium proma-*

nm promamur.) Namque ædepol quamuis de ſubito vel cadus verti poteſt (*.i. affatim promendo mox euacuatur.*

Kto nié robi / niéch nié ije / pościć muśi.

Quem laborare piget vel pudet, edere quoque pariter pigeat, vel pudeat. *Garner.*

ὁ πονεῖν ὀκνεῶν, ὀκνεέτω ἐμᾶς καὶ φάγειν. *A.*

Apud Plautum Hiſtrio præconi dicit: Exerce vocem per quam viuis & colis (*.i. victum & cultum habes.*) Nam niſi clamabis, tacitum te obrepet fames.

Sed notior & gratior eſt S. Pauli ſententia: 2 Theſſalon. 3. εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. Si quis non vult operari, nec manducet.

Φεύγων πόνον φεύγει ἐ τἀγαθα. *Philo.* Fugiens laborē fugit bona. V. Leniwy woli.

Kto mé rychło chodźi / ten ſobié ßkodźi.

Multa amittuntur tarditate & ſocordia. *Accius. Noni.*

Pinarij cùm nouiſſimi comeſſo prandio veniſſent & prædones manus iam lauarent; ab Hercule conuiuio priuati ſunt. Macrob. ex Veratio. & Feſtus.

Ad poſſeſſa venis præreptaque gaudia ſerus.

Spes tua lenta fuit, quod petis alter habet. *Ouid.*

Sed damnoſa mora eſt. *Idem.* Mora ſemper obfuit, diligentia profuit. *Plaut.*

Ciconiæ dum congregantur abituræ hyematum in alias terras, eam quæ vltima ad illum cœtum venit diſcerpunt & abeunt. Plini l. 10. c. 23.

ὅτις ὀψὲ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται, ἢ χωλός ἐστιν ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς. *Theocriti Scholiaſtes.* Quiſquis vocatus tardus ad cœnam venit

Aut claudus eſt, aut non dat ille ſymbolam.

Qui tardus fuerit dum fercula ſumere quærit,

Vel malè prandebit, vel ſedis honore carebit. *Anonym. rhythmi.*

Apud S. Matthæum c. 25. Virgines fatuæ tardè venientes non admittuntur.

Affine, Odwłoká ßkodliwa Po obiédźiè tyßká. Bedźieß iadł z ſtéra pánia.

Kto mé ſkoſtował złego / mié godzien dobrego.

ὁ γεύσας τὸ πικρὸν γλυκεροῦ ἀνάξιός ἐστι. *A.*

Dulcia non meruit qui non guſtauit amara. *Garner.*

Puncta feras apium, ſi mel habere cupis. *Turneb.*

Kto nié zna ſwey ſadney wady: niech pyta miedzy ſąſiądy. ábo. niéch śie powádźi z ſąſiądy.

Qui ſe non noſcat, vicini iurgia poſcat. *Anonym. rhythm.*

ὅστις ἄγνωστος ἑαυτῷ εἶης, τῷ γείτονι ἔρχε. *A. Vel*

ὅστις ἄγνωστος ἑαυτῷ ᾖς, τὸν γείτονα ἐρώτα. *A.*

Si qui ſis neſcis, rogita, vicinia dicet.

Kto nié zna złego / nié zna dobrego.

Cui malus eſt nemo, quis bonus eſſe poteſt? *Martial.*

Iudicij nullius indicium eſt, vel bonos omnes eſſe putare, vt hic Calliſtratus Martialis ſenſit, l. 12.

ſit, l. 12. ep. 82. vel malos omnes vt Mamercus l. 5. epi. 29. qui de nullo bene ſentiebat nec loquebatur. de quo idem Poëta ſic:

Hominem malignum forſan eſſe tu credis!
Ego eſſe miſerum credo cui placet nemo. *Cùm tamen nec omnes boni eſſe poſſint, nec omnes mali. atq; ita horum duorum; hic, omnes odit & fugit, etiam bonos; ille, omnes amat, etiam malos. perinde atq; ſi quis omnia alba, vel omnia nigra diceret.*

πάντας νομίζων ἄνδρας ἔμμεναι κακούς,
ἀγαθούς τε πάντας, ἴσον ἑκάτερός ἐς' ἄνυς. *A.*
Omnes bonos malóſue credens, æquè amens. *vel* amen' ſt.)

O fortunate! neſcis quid mali Præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare. *Terent.*
Kto czego nie doznał nie rozumie.

Kto nigdy nie był poddánem / rzadko bywa dobrem pánem.

Kto chce drugiem roſkázować / ma wprzod ná ſobie ſprobować.

οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξειν μὴ δεχθέντα. *Ariſtotel.* Fieri non poteſt vt bene gerat imperium qui prius non paruit imperio. ἄρχειν μηδενὶ πρέπει, ὃς δὲ κρείττων ἐστὶ τῶν δεχομένων. *Cyrus apud Plutar.* Imperare nulli conuenit eum qui non ſit melior ſubditis. τὸν μέλλοντα ἄρχειν καλῶς, πρῶτον δεῖν ἀρχθῆναι. *Idem.* Is qui benè ſit adminiſtraturus Imperium, priùs ferat oportet imperium.
ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτ' ἄξιος ἐπαίνου. *Plato.* Qui non ſeruierit, is nec dominus laude dignus fuerit. οὐκ ἔστιν ἄρχειν ὃς μὴ δεχόμενος, *Plutarch.* Non eſt eius imperare, qui imperio non paruit.
ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. *Solon. Laërt.* Impera vbi priùs imperiũ ferre didiceris.
ὁ δεχόμενος, καλῶς ἄρχει. *Plutarch.* Qui fuit ſub imperio, bene imperat.
μὴ ἄρχε, πρὶν ἄρχεσθαι μάθῃς. *Pittacus.* Ne imperes priùs quàm parére diſcas.

Parére ſcire, par imperio eſt gloria. *P. Syrus.*
Stultum, imperare reliquis qui neſcit ſibi. *Idem.*

Nemo poteſt regere niſi qui & regi. *Seneca.* *Agis interrogatus*, Quæ diſciplina Spartæ maximè exerceretur. Rſp. ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι. .i. Imperandi & parendi, *Plutarch.* V. Kto śie ſam mocno hamuie.

Kto nigdźie nie bywał / ſwoie chałupke napiekniéyſza być rozumie.

Vrbem quam dicunt Romam Melibœe putaui
Stultus ego huic noſtræ ſimilem. &c. *Virgil.*

Similie eſt Senex Veronenſis Claudiani. V. Domak.

Kto nogami mało chodźi / tezykiem ábo vſtymá ſobie nágrodźi.

Pedum officium ſupplet lingua. Podagricos, in lingua pedes habere, *& ideò loquaces eſſe dixit Alphonſus rex apud Panormitanum. Idem iudicium eſto de claudis, cæcis, lippis, mendicis, tonſoribus, balneatoribus, mulieribus & ſimilibus ſedentariis, qui cùm in vno loco hæreant, omnes omnia interrogant & audiunt libenter quæ videre ipſi non potuêre. innuit id Horat. Plaut.* Vide Swiégotliwy. Dworny.

Aptè

Aptè Aſſydamas. γλώσσης περίπατός ἐστιν ἡ ἀδολεσχία.
Linguæ deambulatio eſt loquacitas.

Kto obcych kiádow co zwiedzi / domakt w rozumvprzedzi.

τυφλοὶ πρὸς ὀξυδερκοῦς, ἀναπεδήμηκε πρὸς τοὺς ἐκδεδημηκότας. Quod ſunt cœci reſpectu videntiũ, hoc nunquã peregrinati, reſpectu eorũ, qui peregrinati ſunt.

Kto od Bogá (ábo z Bogiem) poczyna / wſzyſtkiego dokonywa.

Θεῷ παρόντι ἅπαν ἄπορόν ἐστι πόριμον. *Suidas. i.* εὐπόριστον.
Præſente Numine inuium fit peruium.

Θεῷ δείξαντι ἀρχὴν ὁδὸν ἐστι κωλύειν. *Pindarus.*
Deo viam monſtrante nullum obſtaculum eſt.

Θεὸς ἡγείσθω πάσης ἔργου καὶ λόγου. *Syneſius.*
Sit omnis operis atque verbi auſpex Deus.

Kto pić przymuſza niechcącego; á kto morzy prágnącego.
Ktory (ábo / ieden) gorſzy nád drugiego?

τὸ πρὸς βίαν πίνειν, ἴσον κακὸν φέρουσι τῇ διψᾶν βίᾳ. *Sophocles.*
Cogi ad bibendum, non minùs graue eſt malum,
Quàm ſi quis acrem perpeti cogat ſitim.

Kto piécznia piécze / ſtuſzna áby iey ſkoſztował.

Bos triturans frumentum, eodem paſcitur. *vt S. Paulus ſcripſit Corinthijs.*
ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι. *Caliſtrat.* Lingua præconi. ſ. *in ſacrificiis excidi & abijci ſolita præconi dabatur, qui in ſacris clamabat:* Fauete linguis.
Sic læta nuntiantibus dantur Euangelia: & munerum latori aliquod munuſculum.
Etiam opilio qui paſcit alienas oues,
Aliquam habet peculiarem quî ſpem ſoletur ſuam. *Plaut.*

Kto ſtádo czudze pásiè / ſwoie w niem owieczke miewa.

Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? *S. Paulus ad Corinth. 1.*
Sed dictum Polonicum dignum eſt quod propriè reddatur aliis etiam linguis vſurpandum.
ὀπτᾶντα τὸ κρέας τοῦτο γεύεσθαι δεῖ. *A.*
Guſtare carnem quisquis hanc aſſat, decet, (*vel ſolet.*)

Kto pierwſzy / ten lépſzy.

Kto pierwey / ábo pierwſzy do mlyná; pierwey miele / ábo zmiele.

ὁ πρῶτος εἰς μυλῶνα, πρῶτος ἀλήσει. *A.*
Qui primus venerit, primus molat. *ICti.* Qui prior tempore, potior eſt iure. *ICti.* Locum in balneis primum primus occupare ſolet. *Ex Tertuliano qui ait:* Sed quia prior eis venit, & virtutum documenta prior ſignauit; idcirco quaſi locum in balneis, ita fidem occupauit, poſteris quibuſque præripuit.
ὁ τὸ ἄλφα λαχὼν πρῶτος ἐδίκαζε. *Ariſtophan.* (*E decem iudicibus decem literis alphabeti ſorte lectis*) Alpha ſortitus, primus erat & primus ſententiam ferebat.

Primus frangens glaciem laudem habet. Derelicta fiunt primò occupantis. *Budæus ICti.* Occupantis melior conditio. *Vlpian. ICti.* *Simile quid in Hecates cœna.* V. Kto mocnieyßy ten lepßy.

Kto powiedźiał/ ten powiedźiał/ kiedy dobrze powiedźiał.

Quid refert, quis dixerit? omnibus dixit. *Seneca.* Quicquid dictum ab vllo benè est, meum est. Quod verum est, meum est. Quæ optima sunt cõmunia sunt. *Idẽ.*

καλὲν ἔπος ὃ κακίζει ἀνδέντης κακός. *A.*

Dicto bono nocere malus auctor nequit. *Siquidem serui, fœminæ, olitores indocti viles & mali homines sæpe bona dicunt. vt Pharisæi apud Matthæum c. 23. & Caiphas apud Ioannem 11.* *Vide* Podczás w podley sukmánie. Słuchác nigdy nie wádźi.

Kto przébiera/ ten przemiera.

——— Festo die si quid prodegeris Profesto egere liceat, nisi peperceris. *Plaut.*

Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinũ & pinguia, nõ ditabitur. *Salõ. 21. c.*

Qui seriùs honores adamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec satis commendãti multitudini esse possunt. *Cic.* Anie chciałeś! nie bedźieß miał.

Prodigus in adolescentia, in senecta ætate mendicat. *Ex Plauto.*

Post lauta bacchanalia esuries. *Garner.* Sumptus nimios sequitur egestas. *Idem.*

ὁ πολυτελὴς, τάχα γὰρ ἔντελὴς. *A.* Vir sumptuosus inopiosus mox erit.

Affine, Kto czeladź wielka chowa. Raz gody/ drugi raz głody.

Kto przéwinił/ mech płaci.

Noxa caput sequitur. *Gordian. Imper.* ἡ βλαβὴ τῇ κεφαλῇ ἕπεται.

Nequiter factum reum comitatur. *Cato.*

ἀκέρδεια λέλογχε θεμιτὰ κακαγόρως. *Pindar.* Noxa sortitur crebrò maledicos, ἡ ποινὴ ἁμαρτήματός ἐστιν ἐπιθήκη. Pœna est peccati vltio. *Henric. Steph.*

——— ἁμαρτεῖν γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἔπεται. *Theognis. apud Sebardium.*

Peccata homines insequuntur. *quare & pœnæ. Sed alio sensu protulit Theognis, nempe, humanũ est peccare, ac proinde ignoscendũ amico peccanti. Cõfer.* Nie płáci bogáty.

Kto praká chowa z piśku/ będźie miał ono w zyśku.

Δυσοσμίαν ἀντὶ ψιθύρου ὄρνις λιτεῖ. *A.*

Fœtore cantum pensat auicula oscinis.

Qui volucrem nutrit, pro munere stercus habebit. *Anonym. rhythmic.*

Kto co chwali/ a sam nie wżywa/ abo nie czyni/ gani.

ὅστις τι δ' αἰνεῖ Ϲ μὴ ἅπτεσθαι θέλει, ψέγει. *A.*

Qui laudat aliquid, & ipse fugit idem, improbat. *Ex Seneca.* V. Znáczey mowi.

Kto co czyni przéz drugiego/ tak waży tak przéz sámego.

Gallorum dictum *apud Garnerum.* Ille ad pistrinum satis it, qui mittit asellum. *Huc faciunt illa ex vtroq; iure.* Iussio, consilium mandatum, &c.

Kto rad przéd sprawą probuie/ rzadko ná płacu śpiánie.

Quem

Quem in ipſa re trepidare noluēris, ante rem exerce. *Seneca.*
Exerceamur ad palum, (.i. *ludicro & imaginario certamine*) ne imparatos nos fortuna deprehendat. *Idem. Sumptum è militari diſciplina.*
In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparet. Miles in media pace, ſine vllo hoſte decurrit, & ſuperuacuo labore laſſatur, vt ſufficere neceſſario poſſit. *Idem. Sic Diogenes in Ceramico ſtatuas obibat ſtipem ab eis petens & mirantibus reſpondit.*
Se meditari repulſas, vel exercere ſe in fruſtrationibus. *Plutarch.*
ὁ πειρήσας τ' ἀ σφάλλετ' ἐν τῷ πράγματι. *A.*
Non errat in re quam quis explorat priùs.
Sic Phormio Terentij dicente Geta: Vereor ne iſtæc fortitudo in neruum erumpat. *R.*
Ah non ita eſt, factum eſt periclum, iam pedum viſa eſt via.

Kto rad wiele pielgrzymuie/ nie wiele śie náprawuie.
Stoká záwżdy pſtra zoſtáie/ w ktorekolwiek léći kráie.
Qui peregrinantur perrarò ſanctificantur. *Ex Thoma de Kempis.*
πολλ' ἀποδημοῦντες δ' ἅγιοι γίνονται δεήσιος. *A.*
Non Ieroſolymis fuiſſe, ſed ibi benè vixiſſe laudabile eſt. *S. Hieronym.*
πλαγκτοσύνης ἔπι ἐστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσι. *Homerus.*
Nil miſerabilius quàm incerta ſede vagari.
Rarò quis ex morbo aut peregrinatione melior euadit. *Garner.*
Vide plura ſub **Odmiáná dálékich kráiow. Czeſte mieſcá odmieniánié.**

Kto rano wſtáié/ temu Bóg dáié.
ἁρμαιότατος καιρὸς ὁ πρωϊαῖος. *Suidas.*
Aptiſſimum rebus gerendis tempus matutinum.
Matutini & veſpertini maximè cura habenda. *Pythagor.*
πολλ' ὀρθρίσαντι πολλὰ χρηστὰ δόσι θεός. *A.*
Manè vigilanti multa dat Deus bona. *Plura vide ſub* **Niedoſpáć trzebá.**

Kto śie rano śmiéié/ wiécżor płácże.
πρωὶ γελάσαντα συνέβη ἑσπέρας κλαίειν. *A.*
Qui mane riſit ſæpe fleuit veſperi. *Affine,* **Wéſéle w płácz.**

Kto raz záſkodźi/ dźieśieć kroć śie przygodźi.
Kto záſkodźi/ ten nágrodźi.
ὁ βλάψας πρῶτ' ὠφελήσει πάλιν οἱ ἔστεται. *A.*
Lædere qui potuit prodeſſe aliquando valebit. *Dictum vetus. Ex Thucydide qui ait:* εἰ πολέμιός γε ὢν σφόδρα ἔβλαπτον, ἢν φίλος ὢν ἱκανῶς ὠφελοίμην.
Si cùm hoſtis eſſem vehementer nocui, etiam cùm fuero amicus multùm profuero, ὁ τρώσας ἰᾶται. Qui vulnerauit, idem ſanabit. *Claudij dictum apud Suetonium.* τὸ τελέφου τραῦμα σιδήροις λόγχης θέλγεται. *Plutarchus.* Telephi vulnus haſtæ (*Achillis qua inflictum eſt*) ſerratis ramentis lenitur vel ſanatur. *De hoc Ouidi.*

Vulnus Achillæo quæ quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Sic à scorpio icti, ab eodem habent remedium statim obtrito in vulnere, vel in oleum iniecto, vt notum est in Italia. Garner. Viperæ morsum cinis eiusdem sanat. Pierius.

Kto raz z placu vstąpi / wroćić śie záś może: á kto ná niem poleżé / wstáć dáley nie może. Boiáźliwy pierzchnąwßy / żyw przédśie zostáie: á śmiáły záś zábity raz / dáley nie wstáie.

ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. *Demosthen.*

Vir fugiens iterum pugnabit. Fugitans vir aciem rursus in aciem redit.
Quem terga vertere hostibus fecit timor, Hũc rursum in aciem sæpe cõpulit pudor.

Kto rzeczy / tego kłopot mieczy. Sieroć zawodzi / kto drugiego swobodzi.

ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτη. *Plato.* Spõde, sed noxa præsto est. *Simile est illud Homeri.*

δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.

Miseræ sunt etiam sponsiones miserorum ad spondendum.
Stultissimum sacramentum in capitis periculum iusiurandum dare. *Turneb.*
Capitis cautio stultorum est. *E Gallicis dictis.*

Kto robi głodem nie vmrze. Godzien robotnik zapłáty / strawy.

ἀξία ἡ κύων ἔ βράματος. *Suidas.* Digna canis pabulo.
Non alligabis os boui trituranti. *1 Corinth. 9.*

οὐδέποτε λιμῷ κάτθανεν πονῶν ἀνήρ. *A.* Nunquam fame laborioſus vir obiit.

μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ ἐρημένος ἄρκιος ἔστω. *Plutarch.*

Merces viro amico condicta sufficiens sit.
Vel. Sufficiens condicta viro merces sit amico.

Protagoras Rhetor cum nullo discipulo paciscebatur, sed vbi didicit iussit eum æstimare, & quod dabat ille, accipiebat. Aristotel.
Notum est illud S. Pauli. Dignus est operarius mercede sua.

φιλόπονος ἴσθι καὶ βίον κτήσῃ καλόν. Viues honestè si laboris amans eris.

ἀνδράσιν ἐκ καμάτοιο πέλει θαλίη τε καὶ ὄλβος. *Q. Calaber.*

Hominibus labore paratur hilaritas & opulentia.

Kto rostropnie co sprawuie / nie ma przygany choć fałuie.

τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢ τις, πράσσοι καλῶς. *Euripides.*

Negotia qui rectè instituit, is rectè agit .s. *quomodocunq; eueniant.*

Improbat Cicero morem hominum qui non ex voluntate sed ex euentu consilia probare solent. Et Ouid. Careat successibus opto. Quisquis ab euentu facta notanda putat .i. *iudicanda, probanda. Siquidem facta non ex euentu sed ex prudentia & consilio æstimanda sunt. Nam euentus non est in nostra potestate, consilium est.*

ἡ σύνεσις ἔργα συνάγει, οὐκ ἔκβασις. *A.* Quoduis negotium.

Commendat haud euentus at prudentia.

Rectè Seneca, Sequimur quò ratio, non quo veritas trahit .i, *etiamsi nesciamus an*

vera &

vera & certa ſit ad proſperum euentum via, tamen eam ingredimur cùm eam recta ratio monſtrat. Simile eſt illud. Dum clauum rectum teneam nauimque gubernem. *ex Ennio. Sic Quintilian.* Gubernator vult ſalua naui in portum peruenire: ſi tamen tempeſtate fuerit abreptus, non ideo minùs erit gubernator, dicetque tritum illud: Dum clauum rectum teneam, *&c.*

Kto rządźić domu nie vmie ſwoiego, nie podeymuy śie poſpolitego.

Qui celocem regere non poteſt, onerariam ne petat. *Ex Apuleio.*

ὁ ἰδίᾳ πονηρὸς, οὐκ ἂν ποτε γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός. *Æſchines.*

Qui priuatim malus eſt, nunquam publicè bonus erit.

Vide Mniey nie zdatam. Cżá málé probowáć. Wiele to ná cie.

Kto ſam kiedy doznał złego, vżali śie wnet nedznego.

Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. *Virgil.*

ὁ κακοπαθὼν τοὺς κακοπαθοῦντας εὐποιεῖ. *A.* Mala paſſus ipſe benè facit preſſis malo.

ἔστιν ἐλεήμων αὐτὸς ἔμπειρος κακῶν. *A.* Eſt miſericors expertus ipſe miſeriam.

Kto śie cnotliwie ſpráwnie, drzwi zamkow nie potrzębuie.

Atria nobilium valuis celebrantur apertis. *Ouidi.*

ζῶν χῇ τὴν ἀρετὴν θυρέτρῳ βιοτεύει ἀνοίκτῳ. *A.*

Cui virtus colitur porta vir viuit aperta.

Vix quenquam inuenias qui aperto oſtio velit viuere. Ianitores conſcientia noſtra non ſuperbia oppoſuit. Bona conſcientia turbam aduocat; mala etiam in ſolitudine anxia & ſolicita eſt. Si honeſta ſunt quæ facis, omnes ſciant. ſi turpia, quid refert neminem ſcire cùm tu ſcias? *Seneca.*

Iulus Druſus apud Plutarchum fabro quinq; talentis domum ſuam reparare volenti, dixit: Decem dabo, modò tam claram reddas, vt omnes vicini perſpiciant quomodo viuam. & feneſtras claudere eundem prohibuit, dicens ſe nihil eruheſcere in ſua vita.

Sic S. Ioan. cap. 3. Omnis qui malè agit, odit lucem, *&c.* qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, *&c.*

Kto śie zégo choć pilno ſtrzéże, przédśie nie záwże śie vſtrzéże.

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet cùm etiam cauet,

Etiam cùm cauiſſe ratus, ſæpe is cautor captus eſt. *Plautus.*

An verò non iuſta cauſa eſt, vt vos ſeruem ſedulò

Quos tam grandi ſim mercatus præſenti pecunia? *Idem Captiuis dicit.*

Rectè Dauid 1 Regum 27. ſecum ratiocinatur dicens. Ali quando incidam vna die in manus Saul. nonné melius eſt vt fugiam? &c.

φεύγων γὰρ περισσῶς, οὐκ ἀεί τ' ἐφεύξατο. *A.*

Qui diligenter quid fugit, vix effugit.

Kto śie grzechu ſwego kaié, zá karánie mu to śie ſtaié.

Kto grzechu ſwego żáłuie, káżdy śie nád niem zlituie.

Grauis animi pœna eſt, quem facti pœnitet. *P. Syrũ.*

Ignoſcere hominum eſt, vbi pudet cui ignoſcitur. *Idem.*

ἁμαρτίας μεταμέλεια μεγίστη τίσις. *A.* Sat magna facti pœna pœnitentia eſt.

τ' μεταμέλεια πάσης ἀνδ' ἐλεύομεν. *A.* Quẽ pœnitet peccaſſe, veniã huic mox damus.

Ignoſcere pulchrum Iam miſero, pœnæque genus, vidiſſe precantem. *Claudian.*

Kto śie mśći / dwa razy bit bywa.

πληγὴν ἀμυνόμενος μίαν, δύο λαμβάνει. *A.*

Plagas duas fert, quiſquis vnam vlciſcitur.

Bacchæ bacchanti (*& obuios thyrſo pro more ferienti*) ſi velis aduerſarier:

Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpiùs,

Sin obſequare, (*cedendo, patiendo*) vna reſoluas (*ſatisfacias*) plaga. *Plaut.*

Vrſus ab vna ape punctus aluearium inuadit, & ab omnibus apibus compungitur.

Rectè Seneca. Potentiorum *inquit* iniuriæ hilari vultu, non patienter tantùm ferendæ ſunt. facient iterum, ſi ſe feciſſe crediderint. *Seneca.* Sæpe ſatius fuit diſſimulare quàm vlciſci. *Idem.* *Quidam qui in aula regia conſenuerat, interrogatus quomodo id conſecutus eſſet, reſpondit:* Iniurias accipiendo & gratias agendo. *Idem.* Sæpe adeò vindicare iniuriam non expedit, vt ne fateri quidem expediat. *Idem.* Percuſſit te! recede. referiendo enim & occaſionem ſæpiùs feriendi (*illi*) dabis & excuſationem. *Idem. vt ſuprà Plaut.*

Kto śie nã co vſadzi / dokaże.

Quodcunq; imperauit ſibi animus, obtinuit. *Seneca.* Nihil eſt difficile, cuius ipſa ſibi mens patientiã indixit. *Idẽ.* Pertinacia impedimentũ omne tranſcendit. *Idẽ.*

Animus hominis quicquid ſibi imperat obtinet. *P. Syrus.*

τ' ἐπιμελείας πάντα δῆλα γίγνεται. *Antiphanes.*

Cuncta ſibi ſedula diligentia ſubijcit.

τί δῆτα χεὶρ οὐκ ἂν ἐργαζοίατ'; *Interpres Ariſtophanis.*

Quid deniq́ue eſt quod efficere nequeat manus?

Nil tam difficile quin quærendo inueſtigari poſſiet. *Terent.*

τὸ ζητέμενον ἁλωτόν, ἐκφεύγει δέ τ' ἀμελέμενον. *Sophocles.*

Quod quæritur, comprehendi poteſt: effugit autem quod negligitur.

Nihil eſt tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio. *Seneca.*

ἡ μελέτη πάντα δύναται. *Periander.* Meditatio, cura, exercitatio poteſt omnia.

Vbi intenderis ingenium, valet. *Saluſt.* Labor omnia vincit Improbus. *Virgil.*

Kto śie nã gorącem ſpárzy / y nã zimne dmucha.

Qui ſemel eſt captus fallaci piſcis ab hamo,

Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat. *Ouid.*

Terretur minimo pennæ ſtridore columba,

Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis. *Idem.*

Tranquillas etiam naufragus horret aquas. *Idem.*

πείρη

πείρη δ' ἐμαθὼν δοκοπάυεται ὁρμῆς. *Oppian.* Experientia doctus quieſcit ab impetu. Qui implanatus eſt, abundabit nequitia .i. *calliditate. Eccleſiaſtici 34. apud LXX. ſic.* ἀνὴρ πεπλανημένος ἔγνω πολλά. Vir deceptus multa nouit. *Item ibidem.* ὁ πεπλανημένος πληθυνεῖ πανουργίαν. Deceptus multiplicabit aſtutiã, nequitiam. μὺς πίσσης γεύεται. *Diogenian.* Mus picem guſtauit. *Et Theocrit.*

νῦν δέ ποθ' ὡς μὺς φαντὶ Θεώνυχος γευόμεθα πίσσης.

Nunc tandem ceu mus, vt dicitur, Theonyche guſtauimus picem.

Nam mus guſtans picem vel inhæret vel ægrè eluctatur, & poſtmodum memor periculi cauet. Aliter Vide Tréſi śie i ślépey kokoßy źiérno. Canis calida perfuſus & frigidam horret. *Garner. è Gallico. A cane morſus, ſuggerente quodam vt cani ſaniem purgandam offerat, pollicens ſanitatem, non vult, timens ne iterum mordeatur. Apologus.*

Vide plura in his. Co záßkodźiło. Po ßkodźié. Przéßłe przypadki. Nie nápedźiß.

Kto śie názbyt ſpiéßy / poźniey doydźié.

Qui nimiùm properat, ſeriùs abſoluit. *Eraſmus ex Platone qui ait:* Σπεύδων ταχὺ πάντα διελθεῖν, μᾶλλον βραδύνω. .i. Properans citò omnia percurrere, magis tardo, vel moror.

Σπεύδοντες χολαίτερον παύσει. *Thucydides.* Feſtinantes tardiùs finiunt.

ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει. *Ariſtoteles.* Canis feſtinans cœcos parit catulos. *Dictum in hominem qui ob feſtinationem immaturum & imperfectum opus edit.*

Affine, Pomálu. Skwápliwość ßkodliwa.

Kto śie nié dłuży / żywot ſwoy przedłuży.

εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων. Felix qui nil debet. *Sic Automedontis Epigram.*

εὐδαίμων πρῶτον μὲ ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων,
ἔπειτα δ' ὁ μὴ γήμας, τὸ τρίτον ὅστις ἄπαις.

Qui nulli debet fortunatiſſimus ille eſt. Proximus huic cælebs, tertius orbus erit. *Apud Perſas duo peccata erant inſigniora coniuncta ſibi,* Debere & Mentiri. *Plutarch. qui habet pulchrum libellum de vitando ære alieno.* *Confer.* Kto ſpáć nie może. &c.

Kto śie nié porußa ſłowy / tégo porußy dobowy (kiy go porußy dobowy.)

Vulgare dictum eſt. Qui non curat verba, curabit verbera.

ὦ μὴ μέλει ῥήματα, μελήσῃ τύμματα. *A.*

Quem verba non mouent, mouebunt verbera.

Simile illud. Eſt vis in ſaxis quam in verbis maior & herbis.

μείζονα πὶν δύναμιν λίθοι ἢ δὲ τὰ ῥήματ' ἔχουσι. *A.*

Ex Apologo de anicula quæ puerum fructus carpentem ex arbore verbis duris & herbis coniectis deuotare non potuit; vbi verò ſaxa iacere cœpit, depulit.

Vide ſimilia ſub. Dobowa wié. Złáiáć dobowemi ſłowy.

Kto śie nié rad fraſzié / piekłié i długo żyié.

τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρὸς ἐστιν εὐτυχοῦς. *Menander.* Felicis eſt carere triſtitia viri.

Solicitudo

Solicitudo aufert ſomnum. *Eccleſiaſtici 42.* *Plura Eccleſiaſtes habet c. 2. vbi damnat varias curas ſolicitudines q; vanas hominum.* *Ibidem. c. 5.* Multas curas ſequuntur ſomnia: *ſimiliter ſolicita & moleſta.* *Et c. 8.* Laudaui igitur lætitiam. *Item Prouerb. Salomon. 28.* Vita dulcis longior erit. V. Vlič frášuy śie 1.

Kto śie poſpolſtwu podoba / ten śie mądrem nie podoba.

τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἐστὶν ἀπαρέσκειν. *Plutarch.* Vulgo placere, eſt diſplicere ſapientibus. οἱ ἐν τοῖς σοφοῖς φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μυσικώτεροι λέγουσιν. *Idem.* Apud peritos contempti, apud vulgus eloquentiſſimi vel gratiſſimi.

Vide Poſpolſtwá rozſądek. & Mow luckich. Glupi v proſtych.

Kto śie rad vczy / ćiałá ábo brzuchá nie tuczy.

Pigrum & negligentem corporis facit amor literarum. *Seneca.*

ἀνὴρ φιλομαθὴς μηδαμῶς φιλοσωμάτει. *A.* *Vel*

ἀδέποτε γαστρίμαργος ἐστ' ὁ φιλομαθής. *A.*

Poſtrema vētris cura ſtudioſo eſt viro. *Confer.* Brzuch tluſty. Kto nie doyie.

Kto śie rychło ſtárzćié / długo ſtárem będzie.

Maturè fias ſenex, ſi diu velis eſſe ſenex. *Cic.* *Intellige id non de canicie, aut laborum intermiſſione & inerti otio amplectendo, ſed de vitiis iuuentutis, luxu, crapula, laſciuia & ſimilibus tempeſtiuè relinquendis, quod qui non facit, aut non perueniet ad ſenectam aut eam breuem & moleſtam habebit.* *Nam vt idem Cic. dicit:* Intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti.

γήρασκε καιρίως ἵ' ἔσῃ μακρὰν γέρων. *A.* Seneſce maturè & diu ſenex eris.

Kto śie rychło złé zbogáći / wſzyſtko rychło złé vtráći.

Qui feſtinat ditari &c. egeſtas ſuperueniet ei. *Prouerb. SS. c. 28.* Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit. *Ibidem c. 20.*

μὴ σπεῦδε πλεῖν μὴ πένης γένῃ ταχύ.

Ne diues eſſe citò velis, ne ſis egens. V. Zte nábyćie.

Kto śie ſam chwali / tego nikt nie pochwali.

Similis eſt verſiculus rhythmicus Anonymi.

Qui ſeîpſum laudat, laudis ſe nomine (*munere*) fraudat.

ὅστις ἑαυτὸν ἐπαίνει, ἀδέης αὐτὸν ἐπαίνει. *A.* Ipſe ſui præco præconia nulla meretur.

Ζωοδότει αἰεὶν δοξοκηπίᾳ ὁ φθόνος. *A.* Inuidia ſemper eſt comes iactantiæ.

Nactus ſuperbum ingenium immodicamque linguam, quam irritando agitandoque in eas impelleret voces, quæ inuidiæ non ipſi tantùm, ſed cauſæ atque vniuerſo ordini eſſent. *Liuius.*

Kto śie ſam czégo dobrzé náuczył / ſłuſźna áby drugich vczył.

Doceat qui didicit. *ex Pindaro qui ait:* τὸ διδάξασθαι ἢ πᾶσ' εἰδότι ῥᾴτερον. Docere verò

verò facilius eſt ei qui didicit. *Simile illud.* Diſce ſed à doctis. *Et Terent.*
Pater eſſe diſce ab alijs qui verè ſciunt.

Kto śie ſam mocno hámuié / drugiem łácno roſkázuié.

ἑαυτὸν κρατῶν ἄρχε. Teipſum continens impera.
ἄρχων ἑαυτοῦ, θέμις ἑτέρων ἄρχειν. *A.* Sibi imperans vir cæteris iure imperet.
Quam minimi eſt negotij continere eos quibus præſis, ſi te ipſe contineas. *Cic.*
Nulla re faciliùs conciliare poſſunt beneuolentiam multitudinis qui præſunt, quàm abſtinentia & continentia. *Idem.*
Domini niſi cupiditatibus imperent, ne ſeruis quidem ſuis imperare poſſunt. *Idem.*
Egregiè Dauus Horatij l. 2. Satyra 7. arguens herum ſuum conceſſu eiuſdem, multa huic loco apta profert. vt illa:

Tu cùm ſis quod ego, & fortaſſis nequior, vltrò
Inſectere (*me*) velut melior, quid ſi me ſtultior ipſe? &c. *Item.*
Túne mihi dominus, rerum imperiis hominumque
Tot tantisq; minor? &c. *i. qui multarum rerũ & hominum ſeruus es, vt ſubdit.*
Tu mihi qui imperitas, alijs ſeruis miſer, atque
Duceris vt neruis alienis mobile lignum. (*iáko łatká*) &c.
Quiſnam igitur liber? ſapiens ſibi qui imperioſus &c.
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in ſeipſo totus teres atque rotundus. &c.

Multos reges ſi ratio te rexerit. *Seneca.*

Kto śie ſam zgúnać nápiera / prozno ſtroż przéd niem záwiera.

Non ego poſſum quæ ſe ipſa venditat tutarier. *Plaut.*
Nam nihil inuitis triſtis cuſtodia prodeſt,
Quam peccare pudet Cynthia, tuta ſat eſt. *Properti. Cynthiam pro quauis femina poſuit. alioquì fuit amica huius Pòétæ.*
Nec cuſtodiri ni velit vlla poteſt. *Idem.*
Nec mille excubiæ, nec te ſignata iuuabunt
Limina. Perſuaſæ fallere, rima ſat eſt. *Idem Propert.*
Dure vir, impoſito teneræ cuſtode puellæ
Nil agis, ingenio quæque tuenda ſuo eſt. *Ouidi.*

Argus ſi ſeruet qui fuit oculeus totus, Is nunquam ſeruet. *Plaut. de furibus.*
ἀφύλακτός ἐστιν, ὅστις ὄλλυσαι φιλεῖ. *A.*
Perire qui vult fruſtra eum cuſtodias. V. Strzéżonego Bóg ſtrzéże.

Kto śie ſam z ſoba nié zgodźi / ten nikomu nié dogodźi.
ábo temu żaden nié dogodźi.

Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe.
Conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe. *Cato.*
Μάνιμάχε σαυτῷ μὴ σαυτῷ ξυναίτιος ἔσῃς,
αὐτὸς δύσφωνος, σύμφωνος μηδενὶ ἔσεῖναι. *Planudes interpres.*

Kto śię śmierći boi / płacu nię doſtoi / o ſławę nię ſtoi.

Qui mortem timet, nihil vnquam pro viuo faciet. *Seneca.*

θάνατον φοβέμενος ὅστις ἐστὶ φιλόκαλος. *A.*

Amans honeſti eſt nemo, qui mortem timet.

Kto śię śmierći nię boi / ten káżdemu doſtoi.

Kto ſobię śmierć odważy / ten śię wſzyſtkiego waży. (ten ſobię nic nię waży.)

Qui mortem non timet, magnum is ſibi præſidium ad vitā beatam cōparauit. *Cic.*

πλημμελὲς ἐς πάντ' ὤιανι δεδοικέναι θανεῖν. *A.*

Qui deſtinauit iam mori, audet omnia.

πάντα καταφρονεῖ, ὅστις ἅπαξ ἔθανεν. *A.*

Contemnit omnia, cui ſemel ſedit mori.

O quam timendus qui mori tutum putat? *P. Syrus.*

Aduerſus omnia tela, aduerſus omne hoſtium genus bene facit, mortem contemnere. *Seneca.* Totius vitæ remedium eſt, contemnere mortem. *Idem.* Contemne mortem, & omnia quæ ad mortem ducunt contempta ſunt; bella, naufragia, morſus ferarum, ruinæ &c. animus ex ipſa deſperatione ſumatur. *Idem.*

τίς ἐστι δοῦλος ὃς θανεῖν ἄφροντις ὤν; *Cic. ex Euripide.* .i. Quis ſeruus eſt? &c. *Vel.* Haud ſeruus eſt quicunque mortem negligit. *Affine,* Deſperácya.

Kto śię ſobię barzo podoba / drugiem obrzydnię.

Suffenus Odioſus omnibus, ipſe ſibi multùm placet. *ex Catullo.*

πολλοί σε τῶν μισοῦσιν ἀν σαυτὸν φιλεῖς. *Suidas.*

Eris odioſus plurimis tũte ipſe amans.

λίαν φιλῶν ἑαυτὸν, οὐκ ἔχει φίλον.

Tibi vni amicus, amicum habebis neminem.

Temet amans, ſine riuali te ſolus amabis. *ex Cicer. & Horatio.*

Kto śię waży cźégo cźynić / ten i mowić.

ὁ μὴ τὸ ἔργον αἰσχυνὼν, οὐδὲ τὸν λόγον. *Suidas.*

Qui non veretur facere, neque loqui.

ᾧ μὴ ἐστι τάρβος ὀρᾶν τι, οὗτον οὐδ' ἔπος φοβεῖ. *Idem.*

Qui non reformidat factum, hic nec verbum timebit.

Nam multò leuius dicere quam facere eſt. *ait Ouid.*

Kto śię z drugiemi rad niezgadza / oſobno ſobię niech dogadza.

Scabioſa pecus ſtabulum habeat ſeparatum. *Garnerus è Gallico.*

ὅστις ἰδιότροπός ἐστιν, ἴδιος ἰδιότροφος. *A.* Viuat ſeorſum moribus viuens ſuis.

Kto ſobię cudze ſpráwy cukruię / ten ſwoie barzo gorzkie vczuię.

Cui placet alterius ſua nimirum eſt odio ſors. *Horat. al.* odio res.

ἀλλότρια ὧν τις ἀρέσκεται, ἀπαρέσκεται ἴδια. *A.* Aliena cui nimis placent, ſua diſplicẽt.

Nulli ad aliena reſpicienti ſua placent. *Seneca.*

Kto

Kto ſobié długo żyć obiécuié; rzatko śie iáko trzéba ſprawuie.

Male viuunt qui ſe ſemper victuros putant. *P. Syrus.*

Quam pœnitenda incurrunt viuendo diu! *Idem.*

Male viuit quiſquis neſciet benè mori. *Idem* .i. *qui non cogitat vt benè moriatur.*

οἱ πολυχρόνιοι δ' πάντες εἰσὶ καλόβιοι. *A.*

Diuturna vita haud omnibus agitur proba.

οἱ μακρόβιοι ἐοῦ' ὅτε κ' εἰσὶν κακόβιοι. *A.* Diuturna vita ſubinde vita fit mala.

Kto ſobié przyczyna złego, prożno ſkłádá na drugiego.

Immeritò (*naufragus*) mare accuſat, qui illud ingredi veritus non eſt. *Garner.*

Adde apologum de vetula ex arbore lapſa & Cacodæmonem auctorem aſcenſus & lapſus ſui accuſante: ſed ab eodem refutata.

ἀὐτὸς ἑαυτῷ κακοῖο, μηδένα μεμφέτω. *A.* Sui mali auctor, neminem culpet aliũ.

Kto ſobié woli, tego głowá nié boli.

ἔστω μὲ πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ. *Heſiodus.*

Iſte eſt optimus qui ſibi ipſi per omnia ſapit.

εὔχου τὸ πλησίον ἔχειν, ὅτι πλέον ἢ τῇ χύτρᾳ. Opta vt proximus habeat, magis autem vt olla .ſ, *tua. Vide* Káżdy ſobié woli. Bliżźa koßulá.

Kto ſobié zły, nikomu nié będźié dobry.

ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ, τίνι ἀγαθός ἔσται; *Eccleſiaſtici cap. 14.*

Qui ſibi nequam, cui bonus erit?

ὁ φαύλως διανοηθεὶς ὅτι τ ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βεβουλεῦσθαι περὶ τ ἀλλοτρίων. *Suidas.* Qui malè conſulit rebus ſuis, nunquam bene conſulet alienis.

ὡς αὐτὸς αὐτὸν οὐ φιλεῖ, πῶς ἄλλον φιλεῖ; *Dion Sophiſta.*

Qui ſeipſe non amat, quomodo alium amabit?

Kto ſnać w nocy ſpáć nie może, kup ſobie dłużnika tożé.

Dictum hoc perſtringit debitores. vt & illud Caroli Bouilli.

Eme lectum viri obærati .ſ. *ſi inſomnia laboras. quod ſumptum eſt ex iocis Auguſti Cæſaris poſitis apud Macrob. l. 2. Saturnal. c. 4. (non apud Gellium vt ait Bouillus) Is enim Imperator in auctione ſupellectilis Equitis Ro. obærati, culcitram eius ſibi emi iuſſit: & mirantibus id reſpondit:* Aliquam vim ſoporiferam illi culcitræ ineſſe debere, in qua ille ducenties HS .i. *500000 Philippæorum,* debens ſomnum capere potuit, ſibi verò ob curas Reipub. male & parùm dormienti eam culcitam vtilem fore. *Ex Macrobio ſic formandum eſt dictum.* Eme culcitram Equitis obærati.

ὅστις δύσυπνός ἐστι καὶ ἀγρυπνέων, χρεώστ ἐοῖ ἀγοράζέτω πρόσκεφάλαιον. *A.*

Quiſquis laborat nocte vigil inſomnia, Mercetur ille debitoris culcitram.

Kto ſpada z wyſokà, nátraca bóká.

Cieżßa nedzá po dobrem mieniu.

Excelſis multò faciliùs caſus nocet. *P. Syrus Mimus.*

ὑψηλὰ μᾶλλον ἀισθάνονται πτωμάτων. *A.* Excelsa casum sentiunt multò magis.
οἰκία δὲ μεγάλα πτῶμα μέγα γίνεται. *Apollodor.*
Magnâ ruinâ magna corruit domus.
Paucis deponere fælicitatē molliter licuit. ipsa nos degrauant, quæ extulerūt. *Seneca.*
Quid me potens fortuna fallaci mihi
Blandita vultu, sorte contentum mea
Altè extulisti, grauiùs vt ruerem? &c. *Seneca Octauia.*
Caditur nunquam leniter alto.
Cum gradus est altus, grauior fiet tibi saltus. *Anonym. rhythmic.*
Qui filo Parcarum rupto ex alto decidit, magnum excitat strepitum: qui parùm eleuatus decidit, vix à vicino sentitur. *Lucianus Græcus.*

Kto swoiem nie sprzyia/ nikomu nie sprzyia.

Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. *Cicer.*
Simile est S. Pauli sententia 1 Timoth. 5. Qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit & est infideli deterior.
μισεῖ ἅπαντας ὁ ἀμελῶν τῶν οἰκείων. *A.* Odio habet ōnes, neglígens domesticos.
Longè fugit, qui suos fugit. *Varro. Affine illud. Terent.* Ita fugias ne præter casam.

Ktoś mie dobrzé abo zlé wspomina. *v.* Dobry znák.

Kto w dalekie wyiezdża kraie/ przynosi insze obyczaie.

οἱ ξενιτεύσαντες ἑτεροτρόπει νοσοῦσι; *vel* ξενικὰς τρόπους ἀποφέρουσι.
Peregrini cum alijs moribus redeunt, vel peregrinos mores afferunt. *Ex Plutarcho, qui scribit: Lacones prohibuisse suis ciuibus peregrinationem, ne peregrinos mores inferrent in patriam optimis moribus & legibus vtentem. Item eosdem peregrinos sæpiùs vrbe eiecisse, ob morum contagionem deuitandam: denique omnem nouitatem exosam habuisse & puniuisse. vt Timotheum ac Terpandrum citharœdum, chordas plures citharæ addentum. Affine,* Odmiána dálekich kráiow. &c. Kto rad wiele pielgrzymuie.

Kto wiele mowi abo grozi/ mało vczyni mało zaßkodzi.

Pieś co bárzo ßczékа/ nie bárzo kasa. Krowá co bárzo ryczy/ málo mleká dáie.
Wiele káżdy kasa/ co wasem trzasa.
Vasa vacua magis sonant. *ex Plutarcho qui ait:* τὰ ἀγγείων τὰ κενὰ πληττόμενα μᾶλλον πληγαῖς, καὶ τὸν ἦχον διατείνει μακρόν. Vascula vacua percussa magis sonant, & sonum latiùs diffundunt.
Anseres tantùm clamant, at nocere non possunt vt canes. Cicer.
Molestus ne sis, nimium tinnis, non places. *Plaut.* Sine virtute argutum (*i. disertum*) ciuem mihi habeam pro præfica: quæ alios collaudat absentes, se verò non potest. *Idem.* Wymowá béz cnoty/ z łykow forboty.
μηδεὶς τῇ γλώττῃ καλὰ ἔργα πλάττεται. *Charondas.*
Nemo honesta facta lingua effingit.
Canes timidi vehementiùs latrant. *Curtius.*

λεινόταθ' ὑλακτέει Φιβητικοὶ κύνες. *A.*

Tu cum timenda voce complexti nemus Proiectum odoraris cibum. *Horati.*

.i. *taces accepto pretio vel lucro. de maledico scriptore. Sic Cicer. de Causidicis:* Alios *ait* esse, qui clamare possunt tantùm, non etiam nocere: alios qui latrare & mordere possunt. Et illos anseribus, hos canibus similes esse.

Apud Virgilium Drances. Largus opum, & lingua melior, sed frigida bello Dextera.

Eidem Turnus ait: Larga quidem semper Drance tibi copia fandi
Tunc cùm bella manus poscunt, patribusque vocatis
Primus ades. sed non replenda est curia verbis,
Quæ tuto tibi magna volant. *&c.*

Sic Demosthenes suis. ἐν μὲ τ ἐκκλησίαις φοβεροὶ ἐ καλεποὶ, ἐν δὲ τ παρασκευαῖς ἔ πολέμε ἐθυμοι ϗ ἐυκαταφρόνητοι. In concionibus metuendi & acres: in bellico verò apparatu remissi & aspernandi.

Vlysses *apud Homerum* ingenio & lingua melior quàm dextra.

Antipater *dictus est* καλαμοβόας *(quasi calamo boans) qui non ausus congredi cum Carneade, maledicos versus in eum scripsit. Plutarch.*

Quidam canes non ex feritate, sed ex consuetudine latrant. Drexellius.

Non subitò vulnus dat, quisquis fortia clamat.
Sæpe minùs faciunt illi, qui multa loquuntur. *Anonym rhythmic.*
Si non morderis, cane quid latrante vereris? *Idem.*

Polydorus Lacon cuidam hostibus multùm minitanti dixit: Non aduertis te maximam vindictæ partem sic inaniter consumere! *Plutarch.*

Kto wiele obeymuie/ máło ściska.

Vulgare dictum est. Qui multa ambit male adstringit. ὁ πολλὰ ἀμπέχων ὀλίγα συέχει. *Item illud.* Ex singulis aliquid, ex omnibus nihil.

Item. Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

πολλῶν ἐφαπτόμενο πάντων ἀποτυγχάνει. *Plato.*

Qui multa captat is frustratur omnibus.

Talem castigat Epictetus Græcus dicens. Tu nunc pugil, mox gladiator, postea orator, demum philosophus. toto autem animo, nihil. Sed vt simia quicquid aspexeris imitabere & aliud ex alio adamabis.

Affine, Kto dwu zaiacow goni. Lepiey máło. Przestań ná málé.

Kto wiele obiecuie/ máło zyści/ abo daie.

Wielomowny rzadko slowny. Kto złote góry obiecuie/ i otowiánych nie da.

Multa fidem promissa leuant. *Horat.* .i. *eleuant, suspectam reddunt.*

Rem tibi promissam, certò promittere noli
Rara fides ideò, quia multi multa loquuntur. *Cato.*

ἄλλα ὑπισχόμενα σὺ ὑπίσχνεο μηδενὶ πῶς,
πίστις ἐπὶ παυρίη, πολλοὶ ὅτι πολλὰ λαλέουσιν. *Mylius.*

ἀπιστεῖται οἱ λάλοι καὶν ἀληθεύωσι. *Plutarch.*
Non creditur loquacibus licet verum dicant.
Noli tu quædam referenti credere ſemper,
Exigua eſt his danda fides qui multa loquuntur. *Cato.*
ἀεὶ καινολάλοις πιστεύειν ἄπιστον ἐγγύ,
ὃ πέλει ἀξιόπιστος ἀνὴρ, ὃς ποικίλα χρύζῃ. *Mylius.*

Kto wiérzy łácno káżdemu; częſto nié przychodźi k ſwemu.
A kto śie záwße obawia / ßkody śie łácno pozbawia.
Kto łácno wiérzy / ten ſwem domiérzy.
Sua quémque credulitas decipit. *Seneca.*
πίστει χρήματ' ὤλεσα, ἀπιστέῃ δ' ἐσάωσα. *Theognis.*
Per fidem (i. *credens*) pecuniam perdidi, per diffidentiam (*diffidens*) ſeruaui.
Fiſo res perijt, diffiſo ſalua remanſit. *Eraſm.* *Vulgare eſt illud.*
Quos credo nummos, perdo; quos denego, ſeruo. *Affine,* Niedowierzay.

Kto wlób nié bierał / temu śie chcé ná woyné.
γλυκὺς πόλεμος ἀπείροισιν. *Pindarus.* Dulce bellum inexpertis.
μία ἀπειρία θράσος γεννᾷ. *Plutarch.* Sola inexperientia gignit audaciam.
Nec confidas ſatis, ſi tiro prælium cupit. Inexperto enim dulcis eſt pugna. *Vegetius ducem belli inſtruens dicit.* *Simile illud Horatij de cultura potentis amici:*
Dulcis inexpertis &c. expertus metuit. *applica aciei, prælio.*

Kto woźká ábo koná niema / wiec piéchotą.
Si rota defuerit, tu pede carpe viam. *Ouidi.*
ὑστερέων ἵππων, ποσὶ βάδιζε βάδον. *A.*
Deficiente te equo, pes tibi fiat equus. V. Jáko możemy.

Kto wytrwa co wiekßego / wytrwa i co mnieyßego.
Fer difficilia vt & facilia perferas. *P. Syrus.*
φέρε δυσφόρητ' ὡς καὶ φορητ' εὖ ἐνεγκέῃς. *A.*
Fer non ferenda, quò ferenda bene feras (vel perferas.)
Exerce te in ſpontaneis laboribus vt coactos ſuſtinere poſſis. *Iſocrates.*
Vide Co muße to rad vczynie.

Kto zemna ieść nié chcé chlebá / ia z niem nié będę kolaczá.
Qui meum ſpernit tugurium, ego eius palatium.

Ktoż kogo ma ßukáć.
Non præſepe bouem, ſed bos præſepe requirit. *Garner. è Gallico.*
ὁ φάτνην βόας ζητεῖ ἀλλ' οἱ βόες αὐλήν. *A.*

Kto zlemu folguié / cieżße wnét pognié.
Sæpe mala ob longam conualuere moram. *Ex Ouidio.*

πολλάκι

πολλάκι τὸ χρόνιον μεῖζον ἔγεντο κακόν. *A.*
Vulnus enim viueſcit & inueteratur alendo. *(loquitur.*
Inque dies gliſcit furor, atque ærumna graueſcit. *Lucretius de amore veſano*

Kto zle roſkazuié / nie długo panuié.

Male imperando ſummum imperium amittitur. *P. Syrus Mimus.*
κακῶς κυβερνῶν ὁ κυβερνήτης μακράν. *A.* Qui male gubernat non gubernabit diu.

Kto złemu poblaża / ten dobrych vraża.

Dobrzy śie wiec obrażáia / widząc że złem przépuſczáią.
Bonis nocet quiſquis pepercerit malis. *P. Syrus.*
ἀγαθὸς ἀδικεῖ ὅστις ἀνίεται κακοῖς. *A.*

Ktoż mi ie oblupi ./. tayto.

In delicatum vel pigrum dictum, qui nullum penitùs laborem ſubire vult etiam ſua cauſa.
& vt Cic. dicit: Omnia minima manſa in os inſeri ſibi vult.
Sic & Gellius. Præmandere me tibi poſtulas.
Ante fores ſtantem dubitas admittere famam (*vel quid aliud*) *Martial.*
λίψῃ δ' ἐξόλλυτο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου. *Athenæus.*
Interiêre ſiti ſuperante & labra liquore.
ἐν δὲ λιθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀπολέσαι. *Plutarch.*
Pugna erat in ſaxis, neq; ſaxum tollere quibant. *de his loquitur qui in conuiuio ſolum tantum panem edebant.* *Sic Salomon Prou. c. 19.* Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam.
τοὺς παῖδας διδάξομεν τῇ μὲ δεξίᾳ λαμβάνειν τὸ ὄψον, τῇ δὲ ἀριστερᾷ κρατεῖν τὸν ἄρτον. *Plutarch.* Pueros docemus dextra cibum capere, ſiniſtra vero panē tenere.
Lacon videns amygdalas duras duplo cariùs vendi ait: Nunquid rari ſunt vel deſunt lapides? .ſ. *quibus frangantur.* *Plutarch.*

Kuchárz dobry / co páńſki ſmák zna.

Kuchárz ſmákowi nie ſwoiemu ále dogadzáć ma páńſkiemu.
Non ſatis eſt ars ſola coquo: at ſeruire palato.
Namque coquus domini debet habere gulam. *Martial.*
Variè legitur prior verſiculus: mihi particula At, adiecta (quæ abeſt ab exemplaribus aliorum) clarum & aptum ſenſum facit.
Adde obſonatores quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt: qui ſciunt cuius rei ſapor illum excitet. *Seneca.* *Quadrat & illud Martialis:*
——— Nam cœnæ fercula noſtræ Malim conuiuis quàm placuiſſe coquis.
χθὲς μάγειρος ἅπαντα δ' ἔχει τὰ χθές. *A.* Heri palatũ quiſq; coquus habeat ſuũ.

Kuchárz głodem nié vmrzé. Kuchárz káżdy ſkoßtnié.

Coquus ſi eſuriat, vel niſi ſit ſatur, præuaricatur. *Similiter dixit Plin. in alia arte:* *Arator niſi incuruus præuaricatur* .i. *deflectit à munere & more ſuo.*

μάγειρος

μάγειρος ὀξύπεινος ἕλεός ἀνάξιος. *A.*

Miſeratione haud dignus eſt famens cocus. *Plautus verò ait:*

An inuenire poſtulas quenquam coquum

Niſi miluinis aut aquilinis vngulis .i. *vnguibus ſeu digitis.*

Idem. Coqui rapacidæ Cum ſenis manibus genere Geryonaceo.

λιμὸς μαγείρῳ ἐσ' ἀνάξιον πάθος. *A.* Indigna nimium paſſio eſt fames coquo.

Ruchárz wachalác śie nayie.

Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ. *Martial. cuidam mendico dicit.*

Alluſit coquus Plauti ad odorem dicens: Vbi omnes patinæ feruent, omnes aperio,

Is odos &c. in cælum volat Eumq; odorem cœnat Iupiter quotidie.

κνίσσης μάγειρος κ' ἀτμίδος κορένυται. *A.*

Nidore ſat vaporeque coquus fit ſatur.

Ruchárzá mé gniéway.

—— ἀδὲις μάγειρον ἀδικήσας ἀθῶος διέφυγεν. *Athenæus.*

Nullus homo læſo illæſus euaſit coquo.

Confirmat id aliud dictum apud eundem ſumptum ex more cædendi tibicinem pro delicto coqui. Vide Kráwcá zá kowalá.

Ruchárzá wiec rad winnié / gdy kto gośćié złé częſtnié.

Male condiuit coquus parcus ait. *Sic Martial.*

Dum non vis leporem, dum non vis carpere *(ſcindere)* mullum,

Et plùs quàm patri Næuia parcis apro:

Accuſas rumpiſque coquum, tanquam omnia cruda

Attulerit. nunquam ſic ego crudus ero .i. *non ero ſatur nam ex ſaturitate cruditas prouenit. Idem morem hunc tangit epig. 23. l. 8. In Ruſticum.*

Eſſe tibi videor ſæuus nimiumque guloſus,

Qui propter cœnam Ruſtice cædo coquum.

Si leuis iſta tibi flagrorum cauſa videtur,

Ex qua vis cauſa vapulet ergo coquus?

ψέγει μάγειρον οὐ ξένος κακοδείπνων. *Polonico dicto reſpondet.*

Ruglarz. Figlarz. Smieſzek. Błazen.

πίθηκος πώγωνα ἔχων. *Ariſtophan.* Simia barbata. *quæ ſi eſſet, admodum ridicula eſſet, ſed fingitur tale monſtrum ad ſignificandum hominem ridiculum. Et alioqui ſimia etiam (vt eſt) ſine barba, ridiculum eſt animal & prorſus naturâ γελωτοποιὸν, natum ad riſum mouendum, ſiquidem nec onera portat, vt equus aſinus, &c. nec domum cuſtodit, vt canis; nec purgat, vt felis; nec eſui eſt, vt bos, ouis, ſus. &c. Anacharſis apud Athenæum homines ex arte verbis & geſtu riſum mouentes ſpectans, non riſit; ſed introductam ſimiam & geſticulantem riſit, quod hanc natura γελωτοποιὸν diceret, illos fingere.*

Kup ſobié ábo pozyc wſtydu / rozumu. &c. .i. Niéwſtydliwyś / głupiś / błáźnieß.

Quid

Quid illac impudente audacius? Saltem tute ſi pudoris egeas, ſume mutuum. *Plaut.* Adoleſcens quibus hic pretijs veneunt porci ſacres ſinceri? nummum vnum en à me accipe (*quo emas porcellum &*) iube te piari (*expiari ceu inſanum.*) &c. mea pecunia. *Idem.* Nummum illum quem mihi dudum pollicitus es dare, Iubeas ſi ſapias porculum afferri tibi. (*vt inſania libereris.*) *Idem.*

——— Immolet æquis Hic porcum Laribus. *Horat. de liberato ab inſania.*

Kup ſobié komubyś roſkázował / nád kiembyś przébarßzał.

Nié roſkázuy mi.

Emere melius eſt cui imperes. *Plaut.* Emere oportet quem tibi obedire velis. *Idem.* Si properas, curſores melius eſt aduocatos ducere. *Apud eundem dicunt aduocati.*

ἄμεινον ἀγόρασθαι ᾧ τινι δουλεύσῃς θεράπων. *A.* Mercare ſeruũ liberè cui imperes. Συρακουσίαις ἐπιτάσσεις. *Theocrit.* Syracuſanis mulieribus imperas. *quæ liberæ non ſeruæ ſunt, & non timent ne eis vacuam (buccam vel menſuram) abſtergas .i. ne aliquam inferas iniuriam.* Ne ſis mihi pattuus. *Horat.* Ne ſis mihi tutor. *Perſi. nam hi duo arctiùs ſuos alumnos conſtringunt, & duriùs tractant. atq; moleſtiora imperant.* παχάμενος ἐπίταθι. *Theocrit.* Vbi poſſederis impera. *Sic interpretatur Henr. Steph. non paueris vt Eraſmus.* V. Nié biy mie w gebe.

Kupiłbym wieś / á pieniędzé gdźieś.

Gallorum dictum eſt. Facilius eſt emere quàm ſoluere. *Garner.*

Plures ſunt ſtulti emptores quàm venditores. *Idem.*

Fruſtra egomet mecum has rationes deputo *Terent.*

Verba ſine penu & pecunia. *Plaut.* Emiſſem pallium, ſi nummos habuiſſem. *Socrates reuerſus è foro inter amicos dixit, qui mox pecuniam contulerunt. Seneca.*

εἴθε μοι ἦσαν ὅσα κρῖσον πόκα Φαντὶ πέπαυθαι. *Theocriti operarius.* Vtinam mihi eſſent opes, quantas olim Crœſum aiunt poſſediſſe! *addit verò;* Tunc auream mihi ſtatuam ponerem in fano Veneris &c. *Sic Adimantus in Nauigio Luciani viſa magna pulchra & opulenta naui ait:* Si talem nauem haberem domum ampliſſimam ædificarem, ſeruos & veſtes multas coëmerem, equos item & vehicula, amicis benefacerem, beatam vitam agerem, & tantùm non rex exiſtimarer.

εἴη μοι τὰ μεταξὺ κορίνθου τε σικυῶνος. *Athenæ.* Sit mihi quod Sicyonem inter iacet atq; Corinthũ opulentas vrbes. *De voto ſtulto.* *Affine,* Bez pieniędzy do tárgu.

Kur zapiał. *i.* Czas minął.

οὐκέτι καιρός. *Thales.* Non amplius eſt tempus. *Videtur dictum Polonicum ortum traxiſſe, ex vulgari opinione, de cantu Gallorum, quo vulgò putantur Cacodæmones & eorum machinationes ac maleficia diſſipari. q. d. iam abijt commoditas, iam nil potes inſtar Cacodæmonis cantum galli percipientis. Sed hanc opinionem refutat Delrio in Magicis qq. vi cantus phyſica ſpectata. ait tamen odiſſe Dæmonas cantum hunc ob aliquod myſterium, vel ob memoriam pœnitentiæ S. Petri, vel Domini reſurgentis, vel quia hic cantus excitat homines etiam peccatores ad Chriſtum ſolem propinquum, vt ait Ambroſius &*

Prudentius. Adde quod Proclus ſcribit Leonem galli præſertim albi aſpectum perhorreſcere (quod etiam aſſerit Lucret. & Plini.) additq; Dæmones forma leonis apparere ſolitos, gallo obiecto fugari. quia magis ſolare animal eſt gallus quam leo.

Vide plura ſub Vlić wczás. Vlićrychło. 3. 4.

Kurczy śie á kolé.

Ruſſorum dictum. Sumptum videtur ab echini vel erinacei natura, qui aliquo vrgente vel tangente contrahit ſe, & tunc aculeos magis exſerit ac intendit. Rectè ergo ſignificare volens hominẽ, qui fingens ſe læſum queritur de iniuria & interim lædentẽ magis lædit, dicet:

ἐχίνου ἀγχίνοια. Echini vel erinacei ingenium .ſ. *contrahi & quaſi cedere, & interim pungere.*

Simile eſt illud Polonorum Płáczé á bijć *vel* bijć á płáczé.

κλάει καὶ φλάᾳ. Plorat & verberat. Plangit & tangit vel angit.

V. Swiniá wór drzé/ á kwiczy.

Kurewi dano grzeby/ a on chcé wiézé.

Daß mu poty/ á on chcé poty. Δειλιὰν *hoc eſt, & geſtu adiuuari debet.*

Nemo ſatis (.ſ. *eſſe*) credit, tantùm delinquere, quantùm
Permittas. adeò indulgent ſibi latiùs ipſi. *Iuuenal.*

Eccleſiaſtic. 33. de ſeruo dicitur: Laxa manus illi, & quærit libertatem.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata. *Ouidi.*

Creſcit licentia ſpiritus, ſeruitute comprimitur. *Seneca.*

—— Deteriores omnes ſumus licentia. *Terent. Græcè idem reddo.*

ἄπαιδες ἐσμεν χείρονες ὑπ' ἐξουσίας. *A.* Proclinior vſus

In peiora datur, ſuadetque licentia luxum. *Claudianus.*

Cûi plûs licet quàm par eſt; plûs vult, quàm licet. *P. Syrus.*

ᾧ ἐξεστὶν ὑπὲρ ἔξιν, θέλει ὑπὲρ ἐξόν. vel ὑπὲρ πάρα. *A.*

Affine, Aby ogonek. Im kotá bárzićy głaßczéß.

Kuśić śie każdy może/ wyrázi rzadki.

Imitati ſunt eum multi, æquauit nemo. *Plini. de Pauſia pictore.*

ἐμιμήσαντο πολλοὶ ἐξίσασεν δὲ οὐδείς.

Kwáśnec teß były. Złec teß były.

ἐπειδὴ καὶ ὀμφακώδεις ἦσαν. Etiam acerbæ fuerunt .ſ. *Vuæ.*

Vulpes in apologo Gabriæ conſpicata pulchras vuas altiùs pendentes, apprehendere aliquas volebat; ſed diu fruſtra aſſultans, tandem feſſa ſeipſam cohibebat dicens:

μὴ κάμνε, ῥᾴγες ὀμφακίζουσι μάλα .i. Ne te fatiges, vuæ acerbæ hæ ſunt nimis.

Vſus dicti huius multiplex eſſe poteſt:

1. Difficilia præſtat relinquere honeſtè, quàm cum ludibrio.
2. Vbi deſperatur victoria, rebus ſaluis abſcedendum.
3. Non tentanda ἀδύνατα, vbi talia apparuerunt.
4. Prudens vir in rebus aduerſis & infelici euentu, ſolatium aliquod reperit.
5. Non excitant deſiderium, quæ fieri non poſſe aduertuntur,

6. Aſtutus

6. Astutus, vbi conatus suos frustra esse videt, aliquid aliud prætendit.
7. Qui aliquid se assequi non posse aduertit, vituperat & se contemnere fingit.
8. Vtemur item hoc dicto, quando volemus iocari & perstringere friuolam alicuius rationem cessandi à cœptis.
9. Gabriæ ipsius Πρυμύθιον est: πρὸς τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν. In eos qui faciunt ex necessitate honestatem.

Sic in alio Apologo cuiusdam, Caluus, cùm ob ablatos è vento adscititios crines rideretur: Ne rideatis, *inquit*, non meum erat quod ablatum est.

Adde illud Horatij. —— Tuta & paruula laudo.
Cùm res deficiunt, satis inter vilia fortis.
Verùm vbi quid melius contingit & vnctius, idem
Vos sapere & solos aio benè viuere, &c. *Quadrat & illud:*
Ardea culpat aquas, cùm nesciat ipsa natare. *Anonym.*

Affine, Co muße to rad vczynic.

L

Lácniey chybić/ niż tráfić.

Aberrandi causa meta non ponitur. *Epicteti dictum. ideoq; facilius id est quàm metam tangere.*

Lácniey co poczac z gotowego/ niżeli nábywáć nowego.

Facilius crescit dignitas quàm acquiritur. *P. Syrus.*
προσθεναι ἐστὶ ῥᾴδιον τοῖς εὑρετοῖς. *A.*
Aliquid paratis (*repertis*) addere est facillimum.

Lácniey dobre zépsowáć/ niż złe náprawić.

ῥᾴδιον ἐξ ἀγαθῶ θεῖναι κακὸν, ἢ 'κ κακῶ ἐσθλόν. *Theognis.*
Facilius est ex bono facere malum, quàm ex malo bonum. *Nam bonum ex omnibus suis partibus perfectis & integris constare debet; malum verò vel ex vnius defectu vel vitio efficitur. vt suprà dictum est.*

Lácniey dostáć/ niż dochowáć.

Fortunam facilius reperias, quàm retineas. *P. Syrus.*
ῥᾷον ἐφικνεῖσθαι ἢ προϊδόντα κατέχειν. *A.*
Non minor est virtus quàm quærere parta tueri. *Ouidi.*
τὸ πλοῦτον κτήσασθαι μὲν ἐυμαρὲς, φυλάξασθαι δὲ ὀ ῥᾴδιον. *Suidas.*
Diuitias comparare quidem facile, conseruare verò non item.

Apud Lucianum Plutus missus à Ioue ad Pauperem ditandum claudicat & lentè incedit adeò, vt sæpe interim ditandus senescat: cùm verò idem ab aliquo discedit, alatus est.

Lácniey niéßczeście ſtromno znośić/ niż śie w ßcześcíu mé podnośić.

εὐχερέστερον συμφορὰς ἐνέγκειν ἢ δεξίως, ἢ τὰς εὐμεγέθεις εὐημερίας ἐμφρόνως. *Diodor Sicul.* Facilius eſt calamitates dextrè perferre, quàm magnã felicitatem prudenter. *Præclarè Archytas quem Latinè affero.* Vt corpori & quòd nimium & quod parum eſt nocet, grauiores tamen morbos nimia procreant: ſic animum & felicitas & infelicitas nimia lædit, grauiùs tamen felicitas, dum vini inſtar mentem bonis inebriat. Ideò difficilius eſt felicitatem quàm infelicitatem rectè ferre, Nam infelicitas contrahit & componit mentem, felicitas effert & euacuat. quare infelices prudentes temperantes modeſti & cauti ſunt; felices animoſi vehementes iniuſti & confidentes.

Łacniey potrafic wyrzawſzy niż wymyślić ni ſłychawſzy.

Kto co w przod wymalazł/ godźien chwały: kto zániem idźić/ nie godźien nágány.

ῥᾷον μιμεῖσθαι ἢ εὑρίσκειν. Facilius eſt imitari quàm inuenire.

ἐκ ἐργάδης μιμησις κ τὴν τ εὑρεσεως ὑφήγησιν. *Pollux.*

Non difficilis eſt imitatio poſt inuentionis explicationem.

Facilia inuentu vel factu videntur, quæ iam inuenta vel facta ſunt. *Chriſtophori Columbi dictum, redditum carpentibus ſuam induſtriam in nouo orbe inueſtigando. cui dicto adiecit exemplum in ouo rectè & immobiliter ſtatuendo; quòd cùm omnibus fieri non poſſe videretur, ipſe modicè in capite tuſum ſtatuit immotum. exclamantibusq; illis cum riſu: Et nos idem feciſſemus, reſpondit: Si ſciuiſſetis. Lipſius. Ens.*

Magnum eſt inuenire, facile autem inuenta ad ſummum promouere.

Sic Fracta glacie á primo, cæteri aquam ingrediuntur.

Łácniey przygánić/ niż wyrázić.

πολλὰ ῥᾷον μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι. Multò facilius eſt vituperare, quam imitari vel exprimere. *Apollodorus pictor operibus ſuis inſcribebat hunc ſenarium.*

μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Carpet quis potiùs quàm exprimet. *Penelopes verò imagini teſte Plinio idem inſcripſit:* Inuiſurum facilius aliquem quàm imitaturum.

μωμεῦνταί δὲ με πολλοὶ ὁμῶς κακοὶ ἠδὲ καὶ ἐσθλοί,
μιμεῖσθαι δ' ἐδεὶς τ ἀσόφων δύναται. *Theognis.*

Carpent me multi ſimul mali & boni. Imitari autem nullus indoctus valet.

ῥᾷστόν ἐστι ὅλων τὸ μέμψασθαι τ πλησίον. *Plutarch.*

Facile omninò eſt reprehendere alterum.

Vel fædus ſutor cultum reprehendat Apellem,
Atque vltra crepidam cenſor conſcendere tentet. *Ex Plinio.*

Łácniey pytáć/ niż odpowiádáć.

παντὸς ἐρωτᾶν ἐστιν ἀποκρίνειν σοφῦ. *A.*

Interrogare quidlibet facilè poteſt, At non niſi ſapientis eſt reſponſio.

Vel anus quiduis interrogare poteſt, non niſi ſapiens aptè reſpondere. Plùs poteſt vnus ſtultus interrogare, quàm decem ſapientes reſpondere.

Łácniey

Łácniey zèpſowáć / niż nápráwić.

Facilius eſt apta (*aptata, connexa*) diſſoluere, quàm diſſipata connectere. *Cic.*

ῥᾷον καθαιρεῖν ἢ ἐγείρειν τ̀ δόμον. *A.*

Deſtruere quàm conſtruere facilius eſt domum.

Ageſipolis narranti, quòd Philippus Olynthum vrbem paucis diebus euertiſſet, reſpondit.

Atqui nec multò pluribus diebus talem condet. *Plutarch.*

Łacniey pozbyć złego / niż dochowac dobrego.

καλοπραγίαν ῥᾷον ἀπωθοῦνται ἄνθρωποι, ἢ δαιμονίαν διατηροῦντες. *Thucydides.*

Faciliùs homines propulſant aduerſitatem, quàm conſeruant felicitatem.

Łácno bić tego / co śie powáli. Łácno nád vmárłem dokázować.

Facile eſt vincere non repugnantem. *Cic.* Facile eſt miſerum irridere. *Plaut.*

νεκρῷ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί. *Anthologi.*

Audet vel lepus exanimi inſultare leoni.

Facile eſt fortem eſſe in tabula .i. *pictos hoſtes occidere.* V. **Málowána mężność.**

Barbam vellere mortuo leoni .i. *ferocem eſſe in proſtratum. Eraſmus ita explicat dictum hoc Martialis, licet alio ſenſu ab illo prolatum.*

Cum Protogene mortuo bellum gerere .ſ. *facile eſt. ex Gellio.*

Inſultare poteſt ſculpto vel capra leoni. *Ex apologo de ſculpto leone.*

νεκρὸν μαστίζειν. Mortuum flagellare. νεκρὸν λοιδορεῖν. *Ariſtophan.*

Mortuum conuiciari .ſ. *facile, vel ſtultum.* *Simile.* **Komu śie nogá powinić.**

Łácno chorego ćiéſzyć zdrowému; trudno gdy chorzeć przyydźie ſámemu.

Choremu zdrowi dobrà ráde dáią; záchorzawſzy ieý ſámi nić chcwáią.

Facile omnes cùm valemus recta conſilia ægrotis damus;

Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. *Terenti.* *Sic Iob. c. 16.*

Vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea, conſolarer & ego vos. *&c.*

Σὺ γ' ἐκτὸς ὢν τ̀ ξυμφορᾶς μὲ νουθετεῖς. *Euripides.*

Tu poſitus extra calamitatem me admones.

Heu mihi! quam facile eſt, quamuis hoc contigit omnes,

Alterius luctu fortia verba loqui! *Ouidi.*

ἑλαφρὸν ὅστις πημάτων ἔξω πόδα,

ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τ̀ κακῶς πεφύκοντα. *Æſchylus.*

Eſt facilè cuiuis cui pes eſt extra malum,

Docere & admonere eũ qui habet malè. *Babylonij ægrotos in plateis ponebãt, vt prætereuntes omnes conſiliũ aliquod eis ſuggererent, & tacere neſas erat. Herodot.*

ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.

Facilius eſt ſolari quam pati mala. *Aſſine,* **Drugiem dobrzè.**

Łacno kiy náléść / kto pſá chcé vdérzyć.

Łácno wilk ná báráná naydźie przyczyne.

Male facere qui vult nuſquam non cauſam inuenit. *P. Syrus.*
μικρὰ πρόφασίς ἐστι τοῦ πρᾶξαι κακῶς. *Menander.*
Ad prauè agendum parua ſat eſt occaſio. Do złego powod łácny.
προφάσεως δέονται μόνον ἡ πονηρία. *Ariſtotel.*
Occaſione malitiæ tantùm eſt opus. Prætextu opus eſt &c. *mauult interpretari Henr.*
Quantulacunq; adeò eſt occaſio ſufficit iræ. *Iuuenal.* (*Stephan.*
Iraſci tantùm felices, noſtis amici,
Non quia ſic merui, ſed iuuat hoc facere. *Martial.*
Fingit cauſas ne det ſedulò. *Terent.* Furor arma miniſtrat. *Virgil.*
Telum ira facit. *Idem.* Facile eſt inuentu (*ſ. malum quod quaris*) Datur ignis (*ad incendium domus vel meſſis*) tametſi ab inimicis petas. *Plautus* .i. *ſi quis ſe vel rem ſuam perdere velit, occaſionem facile reperiet, nec inimici operam ſuam negabunt.*
Qui cædere canem vult, facile fuſtem inuenit. *Eraſm. Gallorum etiam dictum.*
Quamlibet infirmas adiuuat ira manus. *Ouidius.* *Affine,* Báránic nić mać wody.

Łácno mowić. Da śie mowá mowić. Łácno gadáć / nié łácno dokazáć.
Nihil dictu eſt facilius. *Terenti.* Leuius dicere quàm facere eſt. *Ouidi.*
κυφότατον πρᾶγμα λόγος. *Ex Platone.* Leuiſſima res ſermo.
Multa ego poſſum docta dicta & quamuis facundè loqui. *Plaut.* Argutum ciuem ſine virtute, pro præfica habeam. *Idem.* *quia præfica mortuum non ex animo plorat vel laudat, ſed conducta pretio, & fictè non verè.*
καί κεν ἐγὼν ἐπέεσσι καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμην,
ἔγχεϊ δ' ἀργαλέῳ, ἐπεὶ πολὺ φέρτεροί εἰσιν. *Homer.*
Sanè ego vel diuis poſſim contendere lingua,
Haſta difficile eſt. meliores viribus illi.
Nihil eſt tam horridum tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione & tanquam excolatur. *Cic.* τῇ γλώττῃ πολεμίζειν ῥᾴδιον. Lingua bellare facile eſt. φήσουσι μέν, δείξαι δ' οὐκ ἔξουσι. *Demoſthenes.* Dicent illi quidem, ſed demonſtrare non poterunt. ἐπεῖν μὲν πάντα πέφυκε ῥᾴδιον πρᾶξαι δ' οὐκ ἅπαντα. ὁ γὰρ ἴσος πόνος περί τε τὸ λέγειν, καὶ περὶ τὸ πρᾶξαι ἐστίν. *Idem.* Dictu quidem omnia facilia ſunt, factu verò non omnia. Non enim par labor dicta præcedit & facta. *Siramnes Perſa admirantibus quod cùm ſermone prudenti vteretur, actiones tamen eius effectu carerent, reſpondit.* Se orationem in ſua poteſtate habere, in actiones fortunæ & regi ius eſſe. *Ex Plutarcho.*
Artifices duo Athenis de opere publico conducendo contendebant, alter eloquens qui ſua meditata oratione populum ad ſe cùm inclinaſſet, alter dicendi ignarus progreſſus in medium dixit: ἄνδρες ἀθηναῖοι ὡς οὗτος εἶπεν ἐγὼ ποιήσω. Viri Athenienſes vt iſte dixit ego faciam, & *obtinuit. Plutarch.*
ὁ λόγος μὲν θαυμαστὸς ὁ δὲ λέγων οὐ σαλπίσας. *Plutarch.* Oratio quidē egregia, ſed qui loquitur nunquam audijt tubam. (*non circumſonuit eum tuba.*)
Lacones ad Lygdamū tyrannū miſſi, cùm is aliquot dies prolixius cum illis locutus tandē reſpondiſſet,

ſpondiſſet, ſe male valere, dixerunt: Atqui non colluctari opus eſt ſed colloqui. *E Plutarcho.* Qui fatur eſt laudat pleno ieiunia ventre. *Lauin.* O poſćić moż wić nśiadßy śie łácno. Poteram & ego ſimilia veſtri loqui. *Iob. 16.*

Affine, Mowić nić wczyni. Słowá czcze. Słowá zá słowá.

Łácno mowić o nieprzytomnem.

τὸν ἀπόντας καὶ ἀποκλέιειν ῥᾴδιόν ἐστι. *Ex Ariſtophane.* Abſentes vel iugulare facillimum eſt. *Huc & illa.* Mortuum flagellare, iugulare. &c.

Łácno poczać, nić łácno dokonáć.

Incipere multò eſt quàm impetrare (.i. *perficere*) facilius. *Plaut.*

Simiæ communi conſenſu (*vt ſunt hominum imitatrices beſtiæ*) *ciuitatem ſibi exſtruere, & omnia commoda & oblectationes in ea habere decreuerant: ſed cùm ad rem ventum eſt, ſtatim in ipſa aggreſſione operis defecerunt. Apologus eſt Hermogenis. Sic in Parabola S. Lucæ c.14.* Hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare. εὖ εἰρῆσθαι, μὴ ἅμα ἀρχὴ τὸ τέλος καταφαίνεσθαι. *Herodot.* Rectè dictum eſt, non ſimul initio finis apparet. *Affine,* Poczatki czeſto gorace bywáia.

Łácno przebarßzáć kiedy teſt w czem.

Putet aper, rhombuſq; recens. *Horat. de diuite faſtidientis ſtomachi.*

Et Terent. de feminis quæſtuariis. Dum foris ſunt, cum amatore ſuo cum cœnant ligurriunt (.i. *delicatè & lentè cum ſuauitate edunt.*)

Domi ex iure heſterno panem atrum vorant. *Idem de Bacchide ſimili.*

Pitiſſando modò mihi quid vini abſumpſit!

Hoc aſperum eſt: lenius aliud ſodes vide. Releui dolia omnia, omnes ſerias. *&c.*

Qui glande viuebāt frugibus repertis clamabant ἄλις δρυὸς. .i. ſatis quercus vel glandis. Anima ſaturata calcabit fauum. *Prouerb. SS. 27. Diues apud S. Lucam c. 12. ait:* Deſtruam horrea mea & maiora faciam &c.

Leuitici 26. Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Copia parit faſtidium. *Liui.*

πλεισταστῶν ἐσπέλαι ἀλυσορέα. *A.* Faſtidioſi in copia cuncti ſumus.

Łácno śmiełé mowić w beſpieczeńſtwie. Łácno wyzywáć nieprzytomnéġ.

Facile prouocantur mala abſentia. *Seneca.*

τλμᾷν ἀπόντ@ ἐστι ῥᾴδιον κακῶς. *A.*

Apud Æſopum Agnus in alto loco ſtans lupum prætereuntem maledictis inceſſebat.

ζκώπτει δ' ἀρνὸς τόπος ἀφ' ὑψηλῶ λύκον. *A.*

Vel agnus ex tuto loco inſultat lupo. *Similis fabula apud eundem de hædo.* ἀφ' ὑψηλῶ μου καταγελᾷς. *Suidas.* E ſublimi me derides.

Contra verò. Si tibi res cum eo ſit, quo cum mihi eſt, tum ſentias. *Terenti.*

Vide Smiáty bez przećiwniká. Smiáty zá płotem.

Łácno to. Nie záwroći to głowy. Każdy w to potráfi.

Tam-

Tam id in procliui eſt, quàm imber cùm pluit. *Plautus.*
Tam facile vinces, quam pirum volpes comeſt. *Idem.*
χεὶρὸς ὕδωρ. *Suidas.* Aqua manibus lauandis .ſ. *vbiq; obuia eſt.*
Quam facile canis exta edit. *Seneca.* Vno digito confici poteſt. *ex Terentio qui ait:* Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis. Si digito concrepuerit, poteſt. &c. .i. *facile. Cic.* Digitorũ percuſſione poteſt. *Idem.* Ad crepitũ digiti. *Eraſm.*
ὥσπερ κόρας ἐιλεῖν. *Heſychius.* Tanquam ſi pupillam moueas.
τ̀ τρέχοντα ὀτρύνειν. Currentem incitare facile eſt. *Cic.*
τ̀ σπεύδοντα παρακαλεῖν. *Lucianus.* Properantem hortari.
εἰς πεδίον τ̀ ἵππον *Lucian.* In planiciem equum .ſ. *emittere.*
ὅπὶ τὸ βαδίζειν, ἢ βλέπειν, ἢ ἐσθίειν, ἀδεὶς δεῖται παραινέσεως. *Lucianus.* Ad ambulandum, ad videndum, ad comedendum, admonitione nullus indiget.
ἐ χαλεπὸν ἀθηναίους ἐν ἀθήναις ἐπαινεῖν. *Socrates apud Ariſtotelem.* Non eſt difficile Athenienſes Athenis laudare.

Ferrum quando calet, cudere quiſque valet. *Anonym. rhythm.*
τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι; *Ariſtotel.* Quis aberret à ianua?

Łácno v niego o to ſ o przyśiędze / o kłamſtwo. &c.
Vić kupić v niego gniewu.

ἐπ' ἄκρῳ τ̀ χείλους ὅρκος ἔχει. *Lucian.* In ſummo labro iuſiurandum habet.
ὅρκος αὐτῷ ἐπ' ἄκροις χείλεσι. *Idem.* Periurium ipſi in ſummis labris.
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam &c.
Qui arguat ſe, eum contrà vincat iureiurando ſuo. *Plaut.*
Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſiiurum,
Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias,
Vt eum qui ſe hîc viderit, vero vincat vt ne viderit,
Si quidẽ centies hîc viſa ſit, tamen inficias eat. *Idẽ.* V. Mam tego domá dość.
Affine eſt, Kłamcá. Złorzęczliwy. Chytry. Swarliwy. Gniewliwy.

Łácno w dół / z dołu nié łácno.
Facilis deſcenſus Auerni, Sed reuocare gradum ſuperaſque euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor eſt. *Virg.* *Apud Æſopum hœdus facile deſcendit cum vulpe in puteum bibiturus; ſed inde vulpes arte euaſit, hœdus in eodem remanſit.*
καλὰθασις εἰς βόθρον εὐπετὴς ἀν ἔκβασις. *A.*
Deſcendere in foſſam haud labor, at aſcendere eſt.

Łácno wykręcáć / fałßowáć.
Nihil eſt Quin malè narrando poſſit deprauarier. *Terent.*
ἀν ἔστιν ὅτε ἰὸς ἀχὶ παρατύροι λόγῳ. *A.*
Nullã eſſe tàm malã causã, quam peritus aduocatus bonã facere nõ poſſit. *Accurſius.*

Heraclides

Heraclides obtulit Ptolomæo πόνε ἐγκώμιον (laboris laudationem) at ille deleto π (ὄνε. .i. asini) reddidit ei librum. Rhodigin.

Łácno zlem być / dobrem trudno.

Ζύντομος ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή. *Plutarchus.* Compendiaria res improbitas, virtus tarda. εὖ μὲ ποιεῖν χαλεπὸν, ἐξαμαρτάνειν ὃ τῷ ἐθελομένῳ ῥᾴδιον. *Lyſias.* Bene agere difficile eſt, peccare autem volenti facile.

Cuiuis homini vel optimo vel peſſimo quamuis ſubitò facile eſt facere nequiter. *Plaut.* Etiam ſine magiſtro vitia diſcuntur. *Seneca.*

Quilibet ſingularis defectus cauſat malum; bonum cauſatur ex integra cauſa. *S. Thomas Aquinas.* Bonũ ex integra cauſa, malũ ex quocunq; defectu. *S. Dionyſ. Areopa.* *Et Ariſtoteles ait:* τὸ ἁμαρτάνειν πολλαχῶς ἐστι. τὸ μὲν κακὸν ἀπείρου, τὸ δ' ἀγαθὸν πεπερασμένου. Peccare multis modis licet, nam malum eſt infiniti, bonum verò definiti. *Item.* τὸ δὲ κατορθοῦν, μοναχῶς, διὸ καὶ τὸ μὲν ῥᾴδιον, τὸ δὲ χαλεπόν. Rectè agere verò, vno modo (*licet*) ideò illud facile, hoc difficile. ῥᾴδιον τὸ ἀποτυχεῖν τοῦ σκόπου, χαλεπὸν δὲ τὸ ἐπιτυχεῖν. *Idem Ariſtot.* Facile eſt aberrare à ſcopo, difficile verò tangere. **Chybić łácno / tráfić trudno.**

Eundem ſenſum habet ille verſiculus Pentameter apud eundem.

ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, πανταχῶς δὲ κακοί.

.i. Boni quidem ſimpliciter (.i. *vno modo fiunt*) mali omnibus modis.

Vel ἐσθλὸν &c. κακὸν. Virtus eſt ſimplex, multimodum vitium.

τὴν μὲν τι κακότητα κ' ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
ῥηιδίως, ὁλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρός τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐφ' αὐτὴν. &c. *Heſiod.*

Vitium quidem & turmatim licet aggredi
Facile, breuis eſt via & propè valdè manet.
Ante virtutem autem ſudorem dij anterius poſuerunt
Immortales, longa & ardua via ad ipſam. *Affine,* **Vlá zle wnĕt námowiß.**

Ladem ábo na ladźié béſpiecźniey / péwniey / niż ná lędźié.

πιστὸν γῆ, ἄπιστον θάλασσα. *Laërti.* Fidere licet terræ, infidum mare.

Nil mihi cum pelago me mea terra tenet. *Ouidius.*

Vide Epigramma Antipatri huic loco aptum, ſub **Vlić toż mácochá.**

ἃ γὰρ ἐγώ γέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης,
ἄνδρα τε συγχεῦσαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη. *Homerus.*

Non ego dico peius aliud quid mari,
Ad hominem debilitandum etiamſi valde fortis ſit.

Huc facit apologus Poloniçus de Iudeo, qui fluuium congelatum videns hæſit, & cauſam rogatus, reſpondit: **Vlieméß tu bálĕć.** *Hoc ſolum vel pauimentum non fulciunt trabes.*

Simile illud noſtratium, recuſantium nauticam. Dobry P. Bóg co nas po ziemi noſi. Gratia ſit Deo qui nobis terram calcandam dedit. *Vel aliter.*

τὴν γῆν ἔδωκε θεὸς βροτοῖς, ἰχθύσιν ὕδωρ. *A.*

Terram Deus hominibus dedit, piſcibus aquam. *Simile illud*: Pedibus ingredior, natare non didici. V. Proſtak či ia.

Præſtat pauperem eſſe in terra quàm diuitem in mari. V. Lépßa trochá péwnego.

Łágodna mowá / pewna namowá.

Łágodnemi ſłowy / pozyieß twárdey głowy. wybiieß kłopot z głowy.

Habet ſuum venenum blanda oratio. *P. Syrus .i. veneficium, faſcinum.*

ἡδύ γε φίλε λόγος ἐστὶ τοῖς λυπουμένοις. *Menander.*

Suaue quid amici oratio eſt dolentibus.

δεῖ ἐστὶν ὁ λόγος τοῖς νοσοῦσι χρήσιμος,
ὡς πυλτίον προὸς ἕλκος οἰκείως τεθέν. *Philemon.*

Oratio ægrotantibus ſane vtilis, Ceu applicatū ſplenium blandè vlceri.

λόγος γὰρ ἔστι φάρμακον λύπης μόνον. Dolori enim medetur vna oratio.

ὁ λόγος ἰατρὸς δ' ἐστὶ ψυχὴν πάθους. Animo laboranti medicus oratio.

λύπην γὰρ ἤνυσε οἶδεν ἡδὺς λόγος. Sanat dolorem beneuolens oratio.

ψυχῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατρὸς λόγος. Eſt mentis ægrotæ medicus oratio.

Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi depellere partem. *Horati.*

Et fera & piſcis ſpe aliqua oblectante decipitur. *Seneca.*

ὀργῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατρὸς λόγος. *Æſchyl.* Ira laborantis medicus oratio eſt.

οὐκ ἔστι πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος. Non eſt aliud templum Suadæ quàm oratio .i. *Suaſio vel perſuaſio ſermone ſit.* τὸν λύκον φασὶ τῶν ὤτων οὐκ ἀκροᾶσθαι, δῆμον δὲ καὶ πόλιν ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν ἄγειν δεῖ, *Plutarch.* Lupum aiunt auribus non teneri, populum vero & ciuitatem auribus ducere oportet. (*addit*) non ventre .i. *epulis*, non marſupio .i. *muneribus*, &c.

πάντ' ἐξαιρεῖ λόγος, ὃ γὰρ σίδηρος πολεμίων δράσειν ἂν. *Euripides.* Omnia expugnat oratio, quæ ferrum bellatorum facere poſſit.

λόγων τὸ καλὸν καὶ λίθον κινῆσαι δύναται. *Arrianus.* Ornata oratio vel lapidem mouere poteſt. ἐν τοῖς ὠσὶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμός. *Herodotus.* In auribus hominum habitat animus. *quia auditione iucunda exhilaratur, contrà verò iniucunda ægreſcit.*

πολλάκι τοι ῥέα μῦθος, ὅκα μόγις ἐξανύσθεν
ἠνορέη, τὸ δ' ἔρεξε κὴν ζωρέος, ἤπιος ἐὼν πεπνύσεται. *Apollonius Rhodius.* Sæpe facile oratio, quod ægre effecerit
Robur, efficit commodè vbi fuerit (*vel videatur*) Lenis.

οὐκ ἔστιν ὀργῆς, ὡς ἔοικε, φάρμακον
ἀλλ' ἢ λόγος πραΰς ἀνθρώπου φίλου. *Menander.*

Non

Non eſt, velut videtur, aliud remedium Iræ, quàm amici ſeria oratio viri. Reſponſio mollis frangit iram. *Prouerb. SS. c. 15. apud LXX.* ἀπόκρισις ὑποπίπτουσα ἀποστρέφει θυμόν. Reſponſio ſubmiſſa blanda auertit iram.

Frangitur ira grauis cum fit reſponſio ſuauis· *Garner. & Anonym.*

Parua pluuia magnum ventum ſedat. *Godofred. ex Plinio.*

Lingua mollis confringet duritiam. *Salomon. c. 25.* γλῶσσα μαλακὴ συντρίβει ὀστᾶ. LXX. .i. *conterit oſſa.* *Lege* Łágodnośćia &c.

Łágodnie mowić. Łáſkáwić śie z kiem obchodźić.

Molli articulo tractare aliquem. *Quintil.* Molli brachio obiurgare. *Cic.* Ex æquo & bono iudicare. *Idem.* E Neſtoris ore, melle dulcior fluebat oratio. *Idem ex Homero, cuius verſum vide ſub* Wymowá wiełka.

ῥήμασι μαγειρικοῖς ὑπογλυκαίνειν. *Athena.* Verbis coquorum condire.

τῇ ἐπιεικείᾳ χρῆσθαι. Moderata æquitate vti. *Sic Mitio Terentian.*

Do prætermitto, non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere.

ῥόδα εἰρηκας. *Suidas.* Roſas locutus es. Vt mulſa loquitur! *Plaut. .i. dulcia dicta.*

Łágodnośćia wiecey ſprawiß / niż ſurowośćia.

Łáſkáwośćia rychley wymieß człowieká niż ſrogośćia.

Remiſſiùs imperanti meliùs paretur. *Seneca.* Verecundiam peccandi clementia regentis facit. *Idem.* Perpetuò vincit qui vtitur clementia. *P. Syrus.*

Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus.
Frangas, ſi vires experiare tuas. *Ouidi.*

—— Blanditijſque magis quàm viribus vti Conuenit. *Idem.*

Exorando haud aduerſando operam ſumendam cenſeo. *Plaut.*

Leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis. *Idem.* Peragit tranquilla poteſtas.
Quod violenta nequit, mandataq; fortiùs vrget Imperioſa quies. *Claudiã.*
Qui vult amari, languida regnet manu. *Seneca Thyeſte.*
Et errat longè, meâ quidem ſententia,
Qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius,
Vi quod ſit, quàm illud quod amicitia adiungitur. *Terent.*
Hoc patrium eſt potiùs conſuefacere filium (reſt. *Idem.*
Suâ ſponte rectè facere, quàm alieno metu. Hoc pater ac dominus inte-

ἐπιείκεια πάσης ἐστὶ βίας ἰσχυροτέρα. *Chryſoſtomus.*

Eſt lenitas violentia omni fortior.
Dextera præcipuè capit indulgentia mentes
Aſperitas odium bellaque ſæua mouet. *Ouidi.*

Medici amara pharmaca dulcibus ſuccis admiſcentes, aditum ſibi ad vtilitatem oblectatione faciunt. *Ex Plutarcho.*

μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων. *Pythagor.* Ne ſacrifices abſque farina. *Suauitatem mo-*

rum commendat. *Ocymum seu Basilicum leniter attrectatum suauiter olet, arctiùs pressum vel tritum, fœtet. Pierius, qui affert apologum vel historiam Genuensium.*

——— Re ipsa repperi,
Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia.
Id esse verum, ex me atque ex fratre cuiuis est noscere.
Ille suam semper egit vitam in otio, in conuiuijs
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus:
Sibi vixit, sibi sumptum fecit: omnes bene dicunt, amant.
Ego ille agrestis sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax, &c.
——— Dum studeo illis vt quàm plurimum
Facerem, contriui in quærendo vitam atque ætatem meam.
Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium. ille alter sine labore patria potitur commoda;
Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia.
Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum:
Illum vt viuat, optant: meam autem mortem exspectant. *Demea Terentij. seuerus in filios pater damnans suam seueritatem & fratris Mitionis lenitatem suspiciens. Idem mutato consilio subdit.* Ego quoq; à meis me amari & magni pendi postulo.

Si id fit dando atque obsequendo, non posteriores feram. *Item.* Missa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet. *&c. Idem.*

Meditor esse affabilis. & bene procedit. Paulatim plebē primulū facio meam.

ἡδύ γε πατὴρ Φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων.
Suauis pater (*est*) loco iræ habens prudentiam.
δῆμος δ' ὥδ' ἂν ἅριστα σὺν ἡγεμόνεσσιν ἕποιτο,
μήτε λίαν ἀνεθεὶς μήτε πιεζόμενος *Solon apud Plutarch.*
Sic populus facilis rectores quisque sequetur,
Si nec eum laxent nec nimium vsque premant.

ἡ συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων. *Clemens Stromat. 2.*
Indulgentia punitione vel supplicio est melior.

πολλῷ κρείττων καὶ βεβαιοτέρα ἀρχὴ ἡ τῆς εὐεργεσίας μὴ τιμωρίας κρατοῦσα ὑπηκόων. *Dionys Halicarnass.* Multò melius & firmius est imperium, quod beneficiis non pœnis continet subditos.

τὸ ἔλαιον καὶ τὰ ἅλα δεῖ ὠνεῖσθαι. *Aristotel.* Oleum & salem oportet emere .i. *acrimonia cum suauitate miscenda vel alternanda, vt in cibis & medicinis fit. Sic apud S. Lucam Samaritanus oleum & vinam saucio infundit.*

καὶ τῷ κυναρίῳ ἄρτον ἀρὰ προσπαίζει. *Æsopus.*
Et cani panem cauda (*blandiens, non morsus*) comparat.
Camelus fessus hæret pertinaciter, nec flagra aut fustes curat, blando autem sono permulcetur & pergit. *Maiolus. Idem scribit Ælianus de Elephante capto recens & fero, qui musicâ feritatem deponit. Hinc illud recentiorum.*

Blandum

Blandum imperium imperioſum. Maior & in blando vis latet imperio.
ἡ εὔνοια δπίβαθρα καλὴ καὶ ἀσάλευτος. *Antigonus apud Plutarchum ſuadentibus amicis vt vi occuparet Athenas habiturus ſcalam Græciæ, reſpondit.* Beneuolentia, pulchra & ſtabilis ſcala. οἷον ἵππων ὕβριν χαλινῷ καταῤῥύναν μᾶλλον ἢ μάστιγι. *Philoſtratus.* (Vrbium) velut equorum ferociam habenis potiùs moderans quàm ſcutica. *Affine,* Łágodna mowá.

Łágodny. Łáſkáwy. Miekki. Cichy.

Auricula infima mollior in Republica & in inimicitiis. *Cicero.*
In aliis nimium ſeuerus; in hoc, ima quod aiunt, auricula mollior. *Ammian.*
ἀμνὸς χρῶτα τερενότερος. *Philodamus.* Agni cute, lana, corpore mollior.
ἁπαλώτερος ἀρνός. *Theocrit.* Mollior ſeu tenerior agno.
Agnâ Galeſi mollior Phalentini. *Martial.* (*Illud verò Catulli.* Mollior cuniculi capillo vel anſeris medula. *de turpiter delicato & molli, dictum eſt.*)
Veruece mitior. *Apulei. nam caſtrati agni non ſunt laſciui & petulantes. Sic Lucian. ait:* Ἕτόν σοι σωφρονέστερον παρέξω τῇ τομῇ .i. Hunc tibi modeſtiorem ouicula reddã caſtratione. ὕπνῳ μαλακώτερος. *Theocrit.* Somno mollior. *Virg.*
ἢ ἀπίῳ πεπαίτερος. *Theocrit.* Pyro (*maturo*) mollior, maturior.
Mactatâ lenior hoſtiâ. *Horati. pro manſueto placido vt Eraſmus explicat. quam explicationem reiicit Lambin. negans hîc vllum eſſe prouerbium. Sed approbat Lauinus ex more Romano ſacrificandi Veneri non cæſa & cruenta boſtia, ſed mactata, quæ non ita horrida aſpectu eſt. Item ex Catulli Venere ſanguinis experte. (quanquam Catulli verba aliter diſtinguit Ioſ. Scaliger & ad Hecatomben trahit) deniq; ex Tacito & Plinio.*
μαλθακώτερος πέπονος καὶ σικυοῦ. *Athenæus.* Mollior pepone & cucumere.
Oleo trauquillior. *Plaut.* Hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. *Oleum enim & leniter fluit, & imagines inſtar ſpeculi reddit, & igni cum ſtrepitu vt alij humores non reſiſtit, & corpora leniter intrat emollitq;, deniq; mare turbatum tranquillat, teſte Plinio & Plutarcho.* λείως καὶ ἀπταιστῶς ἔρχεσθαι μὴ πολλῆς τῆς πραότητος; οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος ὥστε θαυμάσαι. *Plato de placidis ingenijs.* Leniter & ſine offenſione venit cum multa manſuetudine, qualis eſt olei fluxus ſine ſtrepitu fluentis vt mirum ſit.
τῆς ζωγρίας μαλακώτερον πρόσωπον. *Plutarc.* Spongia mollior vultus.
πραύτερος μαλάχης. *Athenæ.* Lenior malua. *quæ habet vim molliendi.*
Tranquillior mari .ſ. *ſereno.* γαληνότερος τῆς θαλάσσης.

Periſti, niſi illam mihi tam tranquillam facis,
Quam mare eſt olim, cùm ibi alcedo pullos educit ſuos. *Plaut.*
Leniorem me dices quàm mutum eſt mare. *Idem.*
Liquidiuſculuſque ero quàm ventus eſt Fauonius. *Idem.*

πραότερος περιστερᾶς. *Diogenianus.* Mitior columbâ.
ἡμένη πελειὰς. *Suidas.* Sedens columba. *Vbi auget ſenſum dicti, vox Sedens.*

Tangitur eadem proprietas apud S. Matthæum c. 10. Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Item & c. 3. Spiritus S. deſcendit in Chriſtum ſpecie columbæ.

ἧπαρ Θ. *Ariſtoteli eſt piſcis felle carens, quod etiam ſcribit Plinius, qui eundem* Hepar *vocat.* Hepatum *Hermolaus & Geſner.* Iecur marinum *Hermolaus.* Iecorarium *Iunius. Tranſtulit Eubulus ad hominem manſuetum dicens:*

ἐκ ὧν με χολὴν ἔχειν, ὡς δ' ἡπάτῳ μοι διελέγε: ἐγὼ δέ γ' εἰμὶ τῶ μελαμπύγων .i. Non putabas me bilem habere, & velut cum hepato (*piſce*) agebas: ego verò ſum ex melampygis .i. *ex duris, fortibus, qualis fuit Hercules* μελάμπυγος (*nigro podice*) *dictus. vt è contra molles & imbelles* λευκόπυγοι (*albis natibus*) *dicebantur. Multa de hoc piſce affert Geſner, & μελάνυρον* (*nigrâ caudâ*) *piſcem, ei ſimilem eſſe ſcribit.* Mite ſupercilium ſerena fronte. *Nemeſius.*

γαληνάσιον ἐν ὀφρύσι μειλιχίην θήρ. *Nonnus.* Serenis ſupercilijs blanda fera. *Taurus genu dextro funiculo ligatus, etiamſi ferociſſimus ſit, manſueſcit & obſequens euadit Symbolum hominis manſuefacti. Pierius.* Ogłaſkány. Powolny.

Łákomy wiédzy. v. Obżárty. & Łákotliwy.

Łákomy w zbieránin. Chćiwy ná pieniądzé. Zdéchł ná groſz. Wpadłby w ogień zá groſzem. Dałby śie vpiec o. &c.

Pecuniæ accipiter. *in Perſa Plauti ſic vocatur leno auariſſimus.*

Omnia venalia habet. *Saluſt.* τὰ τὰ ἐνὸς πάντα ὠνοῖτο .ſ. χρημάτων. *Thucydid.* Hoc vno (*pecunia*) omnia vendiderit. In triuijs fixum ſeſe demittit ad aſſem. .i. *ad nummum. Iuuenal.* Schyli śie po pienądz/ nić minić/ nić przéſtąpi groſzá.

— Illa eius ſententia ſemper in ore Verſatur, dijs atq; ipſo Ioue digna Poëtæ;
Vnde habeas, nemo quærit, ſed oportet habere. *Idem Iuuenal. ex Ennio. Apud Plautum in Pſeudolo Ballio auarus ſic loquitur:* Si ſacrificem ſummo Ioui, Atq; in manibus exta teneam vt porriciam, interea loci Si lucri quid detur, potiùs rem diuinam deſeram. *Nõ abſimilis à ſacris ſumpta periphraſis raptoris eſt apud Iuuenal.*

——— Tollunt grandia templi, Pocula adorandæ robiginis, & populorum.
Dona, vel antiquo poſitas à rege coronas.

Hæc ibi ſi non ſunt, &c. exſtat qui Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipſã.
Neptuni qui bracteolam de Caſtore ducat. *Noſtri etiam de auaro, ſacrilego, vel raptore dicunt.* Wźiałby z ołtarzá.

καὶ ἀπὸ νεκροῦ φορολογεῖ. *Ariſtotel.* Etiam à mortuo tributum exigit. Vel aërem cenſeat .i. *cenſum ex aëre quo ſpirant homines, velut ex prædiis & fundis exigeret. Sic apud Spartianũ Peſcennius Niger Palæſtinis conquerentibus de graui tributo & leuius ſibi imponi petentibus reſpondit:* Vos terras veſtras cenſitione liberari vultis, ego verò aërem etiam veſtrum cenſere vellem. *Auaritiam quin ſordes & crudelitatẽ vedolens dictum & optatum. quòd tamen alij reipſa perfecerunt. Nam vt ſcribit Cedrenus, Ioannes Michaëlis Paphlagonis frater impoſuit prædijs tributum aëris nomine.*

τέλεσμα

τέλεσμα ἀερικὸν νομίσματα τέσσαρα ἢ ἓξ ἄχρι τῶν εἴκοσι. numiſmata quatuor aut ſex vſque ad 20. pro facultate cuiuſque.

Meminit. Ἀερικοῦ *& Harmenopulus. Cuiacius, &c.*

Nec glutto ſorbere ſaliuam Mercurialem. *Perſius laudat Cornutũ magiſtrum ſuum quòd minimè ſit auidus pecuniæ. vel lucri. q.d. Non mouet tibi ſaliuam lucrum quoduis, cuius præſes Mercurius credebatur.* κέρδος ἔκπτι καὶ ὅπι ῥιπὸς ὠλεσι. *Suidas.*

Vel vimine nauigârit lucri gratia.

ὀσφραίνεται χρυσοῦ. *Lucian.* Aurum ei olet. aurum olfacit.

Χερσὶ γὰρ ἀστὸ γλώσσης λήϊστεται. *Heſiodus.*

Manibus & lingua prædatur .i. *mentiendo, peierando, fraudando.*

Βριάρεω χεῖρες. *Nazianzen.* Briarei manus .ſ. *habet de homine lucri auido. qui quaſi centum manibus quæſtui inhiat.*

λιχνότερος τῆς πορφύρας. *Athenæus.* Voracior purpura.

κερκώψ. *Synſio.* Cercops Lucripeta, *qui vndecunque lucratur Feſto.*

ἡ φιλαργυρία μήτηρ κακότητος ἀπάσης. *Phocylides.*

Improbitatis auaritia eſt cuiuſque genitrix.

αἰτεῖ δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα.

Vel à ſtatuis ipſis farinas (*vectigal*) exigit.

λάρος κεχηνώς. *Ariſtophan.* Larus hians. *Auis voraciſſima eſt.*

λάρῳ πεινῶντι ἐοικώς. *Plutarch.* Laro eſurienti ſimilis.

πάντ' ἄνδρ' ἀποσκυλεύσειν .ſ. ἐρᾷ. *Archilochus.*

Quemlibet hominem excoriare vellet. Odárłby z ſkory.

ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα καὶ τεθνηκώς. *Diogenian.* Atticus etiam moriens porrigit manum. *Nam Athenienſes erant auidi lucri & munerum. Et apud Ariſtophanẽ Phidolus carpit deos hoc nomine, quòd eorum ſtatuæ extendant manus ſupinas ad accipiendum paratas. Philemonis item Comœdiographi ſtatuam ſe vidiſſe Pierius ait, vna manu librum ſtrictè tenentẽ, altera inſtar capeduncule extenta, quòd is ære graui ſua pòëmata vẽdere ſolitus fuerit. Egregium item hominis auari exemplum eſt apud Herodotum in Eratone Alemæonis cuiusdam, qui in theſaurum Cræſi liberaliter admiſſus, & quicquid vellet accipere permiſſus; veſtes omnes laxas, ſinus, cothurnos, manus, os, omnia denig; ramentis auri impleuit, quin & capillis capitis & barbæ quantùm potuit inſperſit, & ſic egreſſus regi ipſum ridenti ſe exhibuit, à quo omnibus illis & pluribus alijs donatus eſt. Quadrat huic illud Æſchinis.* οὐδὲν δὲ σώματος μέρος ἄπρακτον ἔχει. Nullã corporis partem habet otioſam .ſ. *in rapiendo vel accipiendo non occupatam.*

Affine, Skapy. Zmindak. Vienáſycony. Zyſk zkadkolwiek. Łákomy nienáſycony.

Łákomy / ſkapy / i świniá; ieſt to po śmierći zwierzyná.
Puſke áż ſtluczęß / toż pieniędzy doſtánieß.

Auarus, niſi cùm moritur, nil rectum facit. *P. Syrus.*

εὖ δρᾷ φιλάργυρος οὐδένα πρὶν θανεῖν. *A.*

Nulli ante mortem bene facere auarus ſolet.

In Hieroglyphicis nouis Anonymi Symbolum auari est sus seu porcus saginatus. Nam sicut porcus viuus, est animal horridum tactui, fedum aspectui, fetidum olfactui & omninò inamœnum, indocile, intractabile, demulceri & tangi abnuens, in sordibus & luto libenter habitans, ac se volutans, quin sordibus viuens, voces ingratas edens, animamq; tantùm pro sale habens; occisus autem sapore carnium & salubritate ac condiendi varietate omnia animalia facile superat. Nam quinquaginta prope sapores (.i. fercula aliter & aliter parata) ex eo excogitatos scribit Plinius. Laudantur eiusdem carnes à medicis Galeno, Auicenna. & nihil apud Pòëtas Comicos frequentius & laudatius in cibis. . Plauti illud est. Occisam sæpe sapere plùs multò suem cùm manducatur. *(adi si lubet Pierium & Rhodiginum) Ita auarus dum viuit, plerunq; sordidus est, & omnibus ingratus. Nam, vt Horat. ait:*

Non vxor saluum vult, non filius, omnes
Vicini oderunt, noti pueri atque puellæ.

In eandem sententiam loquitur de se apud Terentium Demea in Adelphis.

Cùm verò moritur, liberalis *(licet inuitus)* est, & multos exhilarat ac ditat. *Huic Horat. dicit:* Cedes còëmptis saltibus & domo Villaque &c. & exstructis in altum Diuitijs potietur hæres. *Item.* Absumet hæres Cæcuba dignior Seruata centum clauibus & mero Tinget pauimentum superbo &c.

Appositè ad hoc Symbolum Suis quidam apud Pierium sic scripsit.

Nec sus ni mactes poterit prodesse, nec vlli,
Dum viuit prodest quicquid auarus habet.

χρήματα κληρονόμοι ἥρπασαν ἀπροσίως. *Lucillius.*

Hæredes auidè diripuêre bona.

Alterum huius rei symbolum vulgare quidem sed non ineptum est.

Pyxis puerorum vel mendicorum testea, in quam illi longo tempore nummulos in commune coniiciunt, qua integra manente nullus quicquam accipit, sed fracta demùm effusis nummulis omnes exhilarantur & ditantur. Quadrat & apologus de idolo, cui quidam sæpe frustra supplicatus, arrepto fuste illud fregit & aurum intus reperit.

Nec contemno rhythmum veterem vulgarem, sanè verum nec adeò ineptum qui sic habet.

Diues cùm moritur, in tres partes diuiditur.

Caro cedit vermibus, diuitiæ hominibus, anima *(esto non semper, certe non rarò)* Cacodæmonibus. *Similis argumenti historia est in libro, De viris illustribus Cisterciensi: de diuite quodam qui moriens iussit in testamento scribi, Corpus terræ, animam verò suam cui indulgebat, & vxoris ac filiorum, quibus iniustè opes colligebat, deniq; Confessarij qui ei veritatem non dicebat, Cacodæmonibus. Mures in metallis, chrysitidem (arenam auro mistam) vorantes, non nisi mortui & dissecti aurum reddunt. Plutarch.*

Addo & Spongiam Vespasiani, *qui procuratorum rapacissimum quemq; ad ampliora officia de industria promouebat, & locupletem factũ condemnabat ac confiscabat. dicebatq;,* se his pro spongijs vti. *nam spongia nisi compressa humorẽ quem imbibit non emittit. Suetoni.*

Quod parcus *(vel parcens)* quæres, effundet prodigus hæres. *Anonym. rhythmi.*

Ad meliores mores pertinet illud Senecæ.

Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumstantibus diuiduntur: sic peracta vita, ali-

vita, aliquid porrigi his, qui totius vitæ miniſtri fuêre, humanum eſt.

Łákomy chcąc wiecey mieć, ſtkodnie.

Chćiwość miąſto zyſku ſtkodę często przynoſi.

Canis carnem veram amittit, dum apparentem in aqua vult arripere. *Apologus Gabriæ. Eiuſdem epimythion eſt.* ὁ πλεονεκτῶν μᾶλλον ζημιοῦται. .i. Qui auarè quærit fraudans, maiori damno ſæpe afficitur. *Et vulgare dictum eſt:* Qui appetit totum, perdit totum. τὰ διπλᾶ ὀρεγόμενος, ὀλέκει καὶ τὰ ἁπλᾶ. *A.* Duplum appetendo perditur ſimplum quoque.

— Si quis auidus poſcit eſcam auariter. Decipitur in tranſenna auaritiâ ſuâ;

Ille qui cõſultè doctè atq; aſtutè cauet, Diutinè ei vti bene licet partũ benè *Plaut.*

Gallinam aurea oua parientem auarus occidit, maſſam auri ſe inuenturum ſperans, ſed ſimilem aliis gallinis reperit. Æſopus. & addit inſultans eidem: ἀθρόον πλοῦτον ἐλπίσας εὑρήσειν, καὶ τὸ μικρὸν ἐκεῖνο ἐστέρησαι. .i. Multas diuitias ſe inuenturum ſperans, & illo exiguo priuatus eſt.

Et Gabrias de eodem: ἐλπὶς ἢ μεῖζον ὅλωρον ὠλέκει τύχης.

Sed ſpes fortunæ maius donum perdidit.

Similis eſt apologus de gallina fœcunda, quam cùm mulier fœcundiorem reddere cupiens diligentiùs paſcit; pinguem & ſterilem nimio cibatu reddidit. Æſopus.

πολλοὶ ἐλπίδι κέρδους εἰς ζημίαν ἐκ μικροψυχίας ἐμπίπτουσι. *Gabrias.* Multi ſpe lucri ex illiberalitate damnum ſubeunt.

Inſignis eſt & ille apologus, de quodam qui argenti bonum pondus conſcio vicino certo in loco defoderat, quod cùm vicinus perfidus noctu effodiſſet & abſtuliſſet; & ille reuerſus non reperiſſet: rem odoratus ſed diſſimulans vicinum adit, eiq; ſecretò narrat, ſe ad priorem ſummam mille ducatos eras velle adijcere. quod iſte audiens priorem ſummam, ſecundæ inhians reponit clam, ille verò alter eandem cautè aufert, & perfidum amicum eludit. Ens. ὁ πλείονων ἐπιθυμήσας καὶ τὰ παρόντα ἀπώλεσαν. *Demoſthen.* Qui plura appetunt etiam quæ habent amittunt. *Hoc Planudes tranſtulit ad fabulam Æſopi de gallina pinguefacta ſuprà.* Spartam nulla re alia niſi auaritia eſſe perituram, *dixit Apollo Pythius. Cicer.* *Affine*, Κτοδνιῶν χάιοεων ποτί.

Łákomy menáſzcony. Łákomemu nawiecey niedoſtaie.

Łákomy nauboſtwy. Łákomému z pieniędzmi chćiwości przybywa.

Creſcentem ſequitur cura pecuniam Maiorumque fames. *Horati.* Semper auarus eget. *Idem.* Magnas inter opes inops .ſ. eſt. *Idem.* Scilicet improbæ Creſcunt diuitiæ tamen Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei. *Idem.*

Quantò plura paraſti Tantò plura cupis. *Idem.*

Multa petentibus, Deſunt multa. *Idem.*

Interea pleno cùm turget ſacculus ore,

Creſcit amor nummi, quantùm ipſa pecunia creſcit, *Iuuenal.*

κακὸν μέγιστον ἐν βροτοῖς ἀπληστία. Auaritia vel maximũ hominis eſt malum.

Quis diues? qui nil cupiat. quis pauper? auarus. *Auſonius.*

πλὴν πλούτου παῖδες χρήματος ἐστι κόρος *Theognis.*

Exceptis opibus cuncta alia exſatiant.

πλούτου δ' οὐδεν τερμα περασμένον ἀνθρώποισι. *Solon apud Plutarch.* Non eſt fixus opum finis mortalibus vllus. ἀνδράσι κεῖται. *in fine verſus Theognis habet .i. hominibus præfixus eſt.* Pauperiorque bonis quiſque eſt, quò plura requirit,

Nec quod habet numerat, tantùm quod non habet optat. *Manilius.*

Auaro aptat Eraſmus illud Plauti. Quis iſtic fluuius quem non recipiat mare?

Tempore creuit amor qui nunc eſt ſummus habendi,

Vix vltrà quò iam progrediatur habet.

Creuerunt & opes, & opum furioſa libido,

Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.

Sic quibus intumuit tuffuſa venter ab vnda,

Quò plùs ſunt potæ, plùs ſitiuntur aquæ. *Ouidi.*

χαιρέτω ὅστις τοῖς ἀνηρίθμοις δὲ οἱ εἴη

ἄργυρος ἀεὶ δὲ πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν. *Theocrit.*

Valeat quiſquis talis eſt, cui innumerum eſt argentum, ſemper verò ipſum deſiderium habendi tenet. οὐδὲν ξηρότερον ὑδρωπικοῦ. *Dionyſ. Longin.* Nihil hydropico ſiccius, cùm tamen aqua plenus ſit. *Apud Horatium etiam & Ouid. idem auari typus.* Dipſas *item* auari ſymbolum, *quæ Æliano & Luciano teſte ſiti ardentiſſima laborat, & ſimiliter ab ea icti, nullo potu ſatiantur, quin quò plùs biberint, plùs ſitim accendunt: Sic Auarus. Iſidorus.* *Denique* Formicæ Indorum aurum ſibi inutile cuſtodiunt. *vt Strabo ſcribit.*

Habet Africanus millies (.ſ. *ſeſtertium*) tamen captat.

Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli. *Martial.*

Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia. *P. Syrus Mimographus.*

Auarum irritat non ſatiat pecunia. *Idem.*

Luxuriæ deſunt multa, auaritiæ omnia. *Idem.*

Tam deêſt auaro quod habet, quàm quod non habet. *Idem.*

Auaro quid mali optes, quam vt viuat diu? *Idem .ſ. vt crucietur plura ſitiens. Sic Martialis Caleno qui in mediocri fortuna liberalis fuerat, mox auctus opibus parciſſimus factus eſt, dicit:* Quid dignum meritis precemur iſtis?

Optamus tibi millies Calene (.i. *ſummam 333333 floren.*)

Hoc ſi contigerit, fame peribis. *Certe Chryſippo teſte: quidam auarus moribundus aureos non paucos deglutijt, & ſic mortuus eſt. Rhodigin. Alius tunicæ plurimos aureos inſuit, & ita ſe ſepeliri iuſſit. Idem.* *Vulgaria illa ſunt.*

Non eſt in mundo diues qui dicat, Abundo. *Anonym. rhythmic.*

Diues macreſcit quantò plùs copia creſcit. *Idem.*

Nulla ditari ratione poteſtis auari,

Vos faciunt inopes, quas cumulatis opes. *Idem.*

Omnia des cupido, tenet hunc tamen ægra cupido.

Orco ſiue mari mens æquiparatur auari. *Idem. Aſſine,* Łákomy wzbieránin.

Łákomy

Łákomſtwo dobrē tyſko ſłoi mienie / á nie o luckie dobre rozumienie. (ani o dobre ſumnienie.) Łákomych ſłowá wydáia / że o ſławe nie nie dbáia.

Vſiech mie iák chca ludźie piſſa / gdy pieniąſki w ſkrzyni dyſſa.

—Populus me ſibilat, at mihi plaudo Ipſe domi, ſimul ac nūmos cōtēplor in arca. *Sermo eſt apud Horatium diuitis ſordidi, contemnentis voces hominum de ſe. Talia & illa apud Senecam.* Sine me vocari peſſimum, vt diues vocer.

Aut diues opto viuere, aut pauper mori.

Benè moritur, qui dum moritur lucrum facit.

Quid habere nobis turpe ſit, quæris? Nihil.

Pecunia ingens generis humani bonum. *Hæc & plura ille ex Pœtis Græcis tranſtulit & damnauit ac refutauit Epiſtola 115.* *Sic & Iuuenal.*

Quid enim ſaluis infamia nummis?

Sed qui ſermones? quam fœdæ buccina famæ?

Quid nocet hæc? inquit (*auarus*) tunicam (*corticem*) mihi malo lupini,

Quàm ſi me toto laudet vicinia pago,

Exigui ruris pauciſſima farra ſecantem.

τὸ μὲ ὠφέλιμον, καλὸν: τὸ δὲ βλαβερὸν, αἰσχρόν. *Plato ex vulgi ſenſu.*

Quod vtile eſt, honeſtum eſt; quod autem noxium, turpe.

Ex eodem errore vulgi ſunt illa aliorum.

δίκαι' ἐπαίνει, κ̃ δὲ κερδαίνειν ἔχε. *Sophocles.*

Laudato iuſta, cæterùm lucrum tene.

νόμιζε μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει κακόν. *Idem.*

Nihil mali eſſe cenſeas quod cum lucro eſt.

τὸ κέρδος ἡδὺ κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔῃ. *Idem.*

Dulce eſt lucrum profectum & à mendacio.

κ̃ μὲ δικαίᾳ πλὴν δόκησιν ἄρνυσο,

τὰ δ' ἔργα κ̃ πᾶν δρῶντος ἔνθε κερδανεῖς. *Plutarch.*

Opiniem iuſtitiæ abiicito procul,

Et ſequere facientem omnia vnde ſit lucrum.

Apud Plautum Leno adoleſcenti dicenti: Pudere ſe quod non habeat argentum lenoni dandum, *reſpondet dicens:* Se pigere potiùs quòd illud non accipiat. *Et addit:* Nimio illud quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget. *nempe apud ſordidos & honeſti ignaros.* *Apud eundem, cùm dixiſſet adoleſcens:* Pudet amicum deiuuare (*non iuuare*) in rebus aduerſis. *Reſpondet pater:* Pol pudere quam pigere præſtat totidem literis .i. *præſtat verecundari ſi quid turpe feceris, quam pigere ſeu pœnitere ſi damnum contrahas.* *Contrarium ſenſere & docuere plerique omnes Philoſophi etiam Ethnici, quod vel ex vno Cicerone conſtat, qui toties in libris ſuis Philoſophicis probat accuratè* Nihil vtile eſſe niſi ſit honeſtum. & Omne honeſtum eſſe vtile ac ſolum bonum. *Auaritia Darij egregiè caſtigata apud Plutarchum à Semiramide, quæ ſepulchro ſuo inſcribi fecit:* Quicunque ex regibus pecuniæ inopiam ſenſerit, conditorio hoc recluſo ſumat quantùm libuerit. *Id cùm perlegiſſet Darius,*

ſepulchrum iuſſit recludi, ſed pecuniam nullam inuenit, ſcripturam verò hanc conſpexit: εἰ μὴ κακὸς ἦθ' ἀνὴρ καὶ χρημάτων ἄπληστος, οὐκ ἂν νεκρῶν θήκας ὤρυττες .i. Niſi tu malus vir eſſes & pecuniæ auidiſſimus, nequaquam mortuorum conditoria moueres. *Potes huic hiſtoriæ præfigere lemma.* ὁ Φιλοχρήματος τυμβωρύχος. Auarus ſepulchrorum perfoſſor eſt.

Lakomy wſzyſtkiem zły ſobie nagorſzy. Lakomy ſobie żałuie.

τοῖς ἄλλοις φύταρχος κακὸς ἐς, αὐτῷ δὲ κάκιστος. *A.*

In nullum auarus bonus eſt, in ſe peſſimus. *Seneca ex P. Syro.*

Qui ſibi ſint cari nil curat pectus auari. *Garnerus.*

Manifeſta phreneſis, Vt locuples moriaris egentis viuere fato. *Iuuenal.*

Pauper Opimius (*diues ſordidus*) argenti poſiti intus & auri, (*lethargo is oppreſſus medicum porrigentem ptiſanarium orizæ interrogat.*)

Quanti emptæ? Paruo. Quanti ergo? Octuſſibus. (*S. aſſibus.* za groſz) Eheu!

Quid refert morbo an furtis pereámne rapina? *Horati.*

Aquam hercle plorat cùm lauat profundere. *Plauti Euclio.*

Græcorum Epigrammatum l. 2. leges non pauca epigrammata lepida in Parcum & auarum qui ſlet ob nummos in loculum impenſos. Item in alium, qui ſumptu in ſomnis facto, ſe-ipſum ſtrangulauit. Item in alium qui mori maluit, quàm vnam drachmam in medici-nam erogare. Itemq; in alium, qui cùm ſe ſuſpendere iam certò deſtinaſſet, ob pre-tium reſtis quod magnum ei viſum eſt, (ſex æreolis venibat) abſtinuit. Sic planè in Caſina Plauti Chalinus ſeruus dicit:

Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim.
Et præter operam reſtim ſumpti fecerim,
Et meis inimicis voluptatem creauerim.

μόνοις τοῖς δακτύλοις πλουτῶν, οἷς τάλαντα καὶ μυριάδας ἐλογίζετο. *Lucianus de auaro:* Solis digitis diues, quibus talenta & dena millia computabat. (*quaſi ſoli digiti eius perfruiti ſint pecunia*) Perdix congregat diuitias ſine iudicio. *S. Ambroſ. ex Iſaiæ c. 17.* Perdix fouit, quæ non peperit. congregat diuitias & non in iudicio, in medio dierum ſuorum derelinquet eas. *Quia hæc auis aliena oua furatur fouet & pullos extludit, qui mox ad ſuam matrem fugiunt. Plutarchus diuites auaros ſimiles ait canalibus fictilibus, qui nil aquæ ſibi retinent, ſed vnus alteri tranſmittit: ſic auarus hæredi & ille alteri. Affine,* Ma á nic zażyć.

Łakotliwy. Zdécht na łakoći. Smácżne kąſki rad iada.

Multùm ſapit ad genium. *Plaut.* Magis ei palatus quàm cor ſapit. *Ex Cicero.* .i. Plùs palato quam corde ſapit. *vel.* Quid optimum ſit palato, optimè iudicat. *vt idem Cicer. ait.* Curat vt ad ſenſum palati, ſuis cum iucunditatibus veniant rerum incorruptarum ſapores, *Arnobius de Genio.* Viuit vt edat. *Quintil.*

——— Quibus in ſolo eſt viuendi cauſa palato. *Iuuenalis.*

— Qui guſtus elementa per omnia quærunt Nunquã animo pretijs obſtãtibus. *Idẽ.*

——— Laudat ſiliquas occultus ganeo, pultes

Coram

Coram alijs dictat puero, ſed in aure placentas. *Idem.*

ὑοψιαζᾶν ἐρᾷ. *Suidas.* Delicatè epulari amat.

Guloſior Apicio, *vel* Philoxeno, *vel* Ariſtoxeno *apud Suidam*, *vel* Ariſtippo *apud Horat.* ἤραρ ὀπῷ ἀλδῦρῷ. *Theocrit.* Concupiuit aſſam farinam .i. *panem, qui poſt polentæ & pultis diuturnum vſum repertus, in deliciis fuit. Sed & Plin. varias delicias in pane coquendo memorat.* ματτυάζῃ φιλεῖ. Mattiis delectatur. Ἦ γερᾴνῳ αὐχένα ἔχειν εὔχεται. Gruis collum habere optat. *inſtar Philoxeni Paraſiti, qui hoc ideò optabat, vt diutiùs cibi ac potus voluptate frueretur.*

Łápe iáƙ mędźwieć liźáć ábo ſſáć muśiß.

Dictum hoc in eum iaci ſolet, qui ſpe fruſtratus, ſolitarius mœret vel eſurit.

Pedum ſuctu inſtar vrſi viuere. *Pierius.* τῶν ποδῶν ἑδαλοῦ ἄρκτου δίκην ζῆν. *Vel* σοὶ ἔο πόδας ἐς ἄρκτου τρόπον λείχοντα ζᾶν. *A.*

Primorum digitorum ſuctu vrſino more vitam tolerare. *Budæus.*

Hoc enim animal inediæ patientiſſimum eſſe ſcribit Euſtathius. Et vt Ariſtoteles & Ælianus: Vrſus, præſertim cum pleno corpore, pinguem nimis & grauem ſe eſſe ſentit, ſpeluncam auerſis veſtigiis ingreſſus, abſq; cibo 40 diebus latitat, priores plantas ſugens, quæ manus etiam ob ſimilitudinem vocantur, & guſtatui valde ſuaues ſunt. vt Rhodigin. ex Plutarcho refert. De eodem ſic Oppianus: ἡ ἄρκτος κεύθετ' ὄπὶ σπήλυγι, τοῦτι σχέπας ἄρκιον εὑρόν,

ἕ βοσκομένη κατέχουσα πόδας χερσίν τε λιχμᾶται,

εἷα τ' ἀμελγομένη κοιλὴ γαστὴρ ἐκλέλαθεν ἐρωήν.

Vrſa vel vrſus Occultatur in ſpelunca, vbi tegmen latum & amplum eſt;

Et cibo carens manus pedeſque lingit, Quaſi mulgens & ventris fallit deſiderium.

Idem de Vrſis habet Plinius, qui addit, eos in ſpecum ingreſſos, primis 14 diebus arctiſſimè dormire & illo veterno admodum pingueſcere.

Iuuenalis etiam de magno ſtrepitu vrbis loquens, dicit: Rhedarum tranſitus arcto

Vicorum inflexu & ſtantis conuicia mandræ (.i. *clamor currus agentium.*)

Eripiant ſomnos vrſis vitulisque marinis. *Ita lego cum Britannico & Cerda. vbi obſerna*, Phocas ſomniculoſis vrſis iungi. V. Oſpáły.

Transferunt Latini ſcriptores latebras vrſi & ſuctū pedum aliò. V. Domać. Bedźieß iadł. *Simile dictum à Polypi natura & more formare licet.* Pedem ſuum ceu Polypus rodit. *idq; ex Heſiodo qui ait:* ἡμαθὶ χειμερίῳ ὅτ' ἀνόστεος οὐν πόδα τένδει .i. Tempore hiberno quando exoſſis Polypus ſuum pedem comedit. *Nam vt ſcribit Oppianus Ælian. Plutarch. Carneades & alij apud Geſnerum: Polypus hyeme latens brachia ſua, quæ 8 longa flagellorum inſtar habet, ceu aliena deuorat, quæ ei pòſt æſtate renaſcuntur. Oppianus de Polypo ſic:* πολύποδες &c.

κεύθουσαι πελαμῶσιν ἑὰς πολυκαμπίδας ἕδοντες. .i.

Polypi Latent in ſpeluncis ſua flagella, brachia vorantes *Plinius quidem flagella Polypi à congro vel à muræna arrodi ait: plures tamen nec minoris auctoritatis affert pro priore ſententia Geſnerus. Porrò Maſſurius vtramq; ſententiam probat.*

Renaſci etiam caudas lacertis & ſerpentibus ſcribit Ariſtot. & Plin. Item Cercopitheco Pierius. Crocodilus *item quatuor menſibus latet abſq; vllo cibo. Plinius.* *Sed &* Cochleæ *ſuo ſucco viuunt. Plaut. ait.* Cùm caletur, cochleæ in occulto latent. Suo ſibi ſucco viuunt, ros ſi non cadit. κοχλίας ζῶν ζίον. *Plutarc.* Cochleæ vitâ viuens.

Laſka páńſka bez dátku / nic nié waży. Laſka ſyt ſługa nie będzie.
Kto ſłuży z łáſki / ma mießek płáſki.

ὁ χαριτογλωσσῶν ἄχαρίς ἐστι δεσπότης. *A.*
Ingratus eſt voce modò gratificans herus.
ἔστιν ἄχαρις μηδὲν διδοῦσά μοι χάρις. *A.*
Gratia nihil dans nullam habebit gratiam.

Huc trahere licet ex Anthologia illud Palladæ.

ὅ σε λέγω δόμινε, ὃ γὰρ ἔχεις δόμεναι .i. δοῦναι. *Atticè.*

Non voco te dominum (*non dico tibi amplius*, Domine) non enim habes quod des (*non enim habes, dare, ſeu nihil habes quod des.*) *Latinam vocem* Domine *vſurpauit, ob alluſionem gratam ad verbum* δόμεναι .i. *dare.*

Similia non pauca leges apud Martialem. Lunæ radijs non matureſcit botrus. *Plutarch. ſic.* μέλας γὰρ αὐγαῖς (αὐγῆσι .i. radijs quod præceſſit) ὁ πεπαίνεται βότρυς. .i. Niger etenim non excoquitur ijs botrus.

Laſka páńſka ná pſtrem koniu iéżdżi.

De fauore principum mutabili dictum hoc vſurpatur, quorum amici ſunt velut computatorum calculi. *Polonicum dictum varietatem ſeu mutationem ſonat.*

De his ſic Plutarch. καθάπερ οἱ τῆς ἀριθμητικῆς δάκτυλοι, νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα δηλοῦσι δύναμιν: τὸ αὐτὸ δὲ τῶν βασιλέων φίλοις, νῦν μὲν τὸ πᾶν δύναται, νῦν δ' ὀλίγιστον. .i. Quemadmodum Arithmeticorum digiti, nunc myriades (.i. *decem millia*) nunc autem tantùm vnitatem ſignificant: ita regum amici, nunc omnia poſſunt, nunc minimum. Breuis eſt magni fortuna fauoris. *Silius.*

De talibus etiam Theognis ſic. —— ἢν δ' ἐν ἁμάρτῃς,
πῶν προσάτευ πάντων ἐκκέχυται φιλότης. .i.
Si verò in vno peccaueris, Priorum omnium effuſa eſt gratia.

Similis eſt ſententia Plauti ſuprà ſub Bogáty dobrodźieyſtw twych nié rácżuié.

Fluxus amor domini glacies velut vna diei. *Garner.*
Gratia magnatum neſcit habere ſtatum. *Idem.* .i. *non eſt ſtabilis.*

Laſkáwość okrutna ßkodliwych rzéczy pozwolić.

Exorari in perniciem rogantis, ſæua bonitas eſt, blandum & affabile odium. *Seneca.*
τὰ βλαβερὰ συγχωρῆσ' ἀπάνθρωπος χάρις. *A.*
Gratia ea inhumana eſt nocua concedere. V. Mieczá nié dáy.

Lata na tobié ábo ná mem znać.

— Facies tua computat (*indicat*) annos. *Iuuenal. de ami inuenculâ ſe fictis blandè ſermonibus*

nibus ſimulante. *Apud Æſopũ Vulpes Crocodilo iactanti genus ſuũ antiquum reſpondit:* κἂν μὴ λεγῃς, ἀπὸ δέρματός γε φαίνῃ, ὡς ἐπ παλαιῶν ἐτῶν εἰ γεγυμνασμένος: .i. Quamuis non dicas, ex cute apparet, quam antiquis annis ſis exercitatus, *quia quamdiu viuit creſcit, viuit verò vltra 60 annos. Plini. Iul. Scaliger.*

Látá na łátę. Latánnâ. Láchmany. Szátá wytárta.

ὁ δ' πωχῶ τρίβων. Mendici pallium. *quod fruſtis veteribus, aliquando etiam integrum, aſſutis plenum eſſe ſolet. Simile quid erat* Nauis Theſei, *vel* Deliaca nauis, *quæ Plutarcho auctore diutiſſimè durauit, quòd ſæpe reficeretur adeò, vt diſputatum fuerit, eadémne an alia iam eſſet. Apud Lucianum Menippus Cynicus* τριβώνιον ἔχει πολύῤῥυπον, ἅπανθ' ἁπλῶς ἀναπεπλασμένον, καὶ ταῖς ἐπιπλοκαῖς τ ῥακίων ποικίλον. Pallium habet multiſorum, & cuiuis vento peruium (iák śieć: przégnał by muchy) & diuerſorum pannorum aſſumentis variegatum.

αἱ στολαὶ τ μυηθέντων .i. Veſtimenta initiatorum, *de attritis & vetuſtate diffluentibus, & nulla temporum varietate variantibus, & tam domi quam foris non veſtis modo ſed & ſtraguli & lecti vicem præſtantibus Rhodigin. è Græcis. Rationem adagij hanc affert, quod qua veſte quis initiabatur, eam nunquam deponeret, donec eam ita attereret vt inutilis eſſet. Similes item ait veſtes imaginum in templis quas æditui nunquam immutant. Addit tamen ex Melanthio, morem fuiſſe quoq; vt veſtes in quibus quis initiabatur templis dicaret.*

Léda co chwali. Léda co mu śię podoba.

πάντα λίθον λιπαρὸν προσκυνέει. *Clemens Stromat.* Omnem lapidem vnctũ adorat. Lapidem è ſepulchro pro deo veneratur. *Cic.*

Léda kto nádemna przébarſzcza dokázuié. Léda kto śię go nabuié.

τῶν μυσῶν λεία. *ſubaudi* ἐμὶ *vel* ἐστὶ. Myſorum præda .ſ. *ſum vel eſt. Ex Ariſtotele qui ait:* καὶ τοὺς ὑπὸ πολλῶν ἀδικηθέντας καὶ μὴ ἐπεξελθόντας, ὡς ὄντας κατὰ τὴν παροιμίαν Μυσῶν λείαν .i. Eos item qui à multis iniuria accepta non vlciſcuntur, vt qui iuxta prouerbium Myſorum præda ſunt. *Nam Myſi ab omnibus gentibus vicinis impune infeſtabantur.*

Sic Damæ apud Martialem ſuam ſortem deplorantes dicunt:

Imbelles damæ quid niſi præda ſumus? *cùm careamus dentibus cornibus & aliis armis, animantibus cæteris à natura datis.*

ἐν Καρὶ κίνδυνον .ſ. ποίησον. *Plato.* In Care periculum .ſ. *facito.* .i. *In homine vel re vili experientiam periculoſam facito. vbi ſi parùm feliciter ſucceſſerit, parium damnum accidat. Sumptum dictum à gente vili & merito de aliis gentibus in bellis ſerviente. de ea ſic Ariſtophanes.* εἰ δὲ δοῦλός ἐστι, Κὰρ. Si autem ſeruus eſt, & Car. .ſ. *eſt. tanquam ſi ſoli Cares ſerui forent. Alluſit ad idem Ariſtides dicens:* ἐν τῷ Καρὶ Κ ἐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι τὰς πείρας ποιούμενοι .i. In Care non in ſuis corporibus periculum facientes. *Et Cic. Græcos carpens ait:*

Quid de-

Quid de tota Caria? nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt? Si quid cum periculo experiri velis, in Care potiſſimùm eſſe faciendum. *Affine*, Ná pochyle drzéwo. & Mam śie iák groch. & Ná vbogiego. Wſzedy ná mie kápić.

Lédwićś śie vmknął. Mátoś nić był w ſákv. Nábratéś śie ſtráchu.

ἴσαι ψῆφοι. *Suid.* Æquales calculi, ſeu ſuffragia, .ſ. *in iudicio erant* .i. *parum abſuit quin condemnarere.* Paribus calculis abſolutus es. Parua declinatione & corpore petitiones (*aduerſarij vel hoſtis*) effugiſti. *Cic.* βραχὺ ἀνὲ μέσον. *Theocrit.* Pilus in medio ſ. *inter me & periculũ, eſt vel fuit.* Corpore & parua declinatione petitiones tuas quæ vitari non poſſe videbantur, effugi. *Cic.* *Affine*, Niebéſpiéczno.

Lekárſki żywot nędzny. Latáne zdrowie nędzne.

Celebre dictum & omnibus notum eſt. Qui medicè viuit, miſerè viuit.

ἰατρικῶς ζῶν ἀβλαβῶς οὐκ ἔστι ζῆν *A.* Viuendo medicè vita miſera viuitur.

Videtur autem hoc dictum, ſuadere odium & fugam medicorum ac medicinarum, ſecus quàm in ſacris libris docetur ſæpe: ideoq; explicandum eſt, diſtinguendo ægros à ſanis. Æger non ideò miſerè viuit, quia ex præſcripto medici viuit, nam abſq; medico etiam miſerè viuebat: ſed ideò nunc medicè viuit, quia miſer eſt, & ne ſit miſer; porrò miſeriùs immò breuiùs viueret abſq; medico. Hoc verò quod medicus addit, eſt moleſtum quidem ſed vtile, quia prohibet grata, dulcia, quæ noxia ſunt; ingerit amara, acerba, quæ ſanitati conducunt. Sanus autem ſi medicè velit viuere, ſic vt ſuperſtitiosè & ſcrupulosè obſeruet genera ciborum, condimentorum, tempora edendi & ſimilia; iſte miſerè viuet, quia curas non neceſſarias ſuſcipit, & alius ſæpe eſt moleſtus. Hoc verò non eſt medicè viuere, quia medici modum iubent ſeruari, & ſano moderatam cautelam circa victum ſufficere aiunt.

Illud tamen negandum non eſt, eos ſanos qui ab externa aliqua cauſa vel ex naturæ aliquo vitio læſam habent valetudinem, vt qui cerebro, hepate, calculo, podagra, iſchiaſi & ſimilibus laborant, cautiùs viuere oportere; eò quòd leuiſſimo exceſſu excitant vel augent morbum ſibi familiarem. Et de talibus quoq;, verum eſt illud dictum vulgare. nam aſſiduò debent vel multa ſibi grata negare, vel malum irritatum iterum lenire.

Et talibus etiam quadrat illud Martialis:

Non eſt viuere, ſed valere vita. q. d. *Vitam valetudinarij vix vocandam eſſe vitam, ob moleſtias perpetuas, cum quibus luctatur. Vide* Frugalitas *ſub* Skromne żyćie.

Lekarſtw rozmáitość ábo odmiáná ſzkodliwa.

Nihil æquè ſanitatem impedit quàm remediorum crebra mutatio. *Seneca.*

ἡ μεταβολὴ τ φαρμάκων χρονίαν ἴασιν. *A.*

Mutata crebro remedia iuuant tardiùs.

Rarò illa vulnera ſanantur, quibus varia medicamenta applicantur. *Garner.*

Lekárſtwo czáſu potrzebuié, im dłużey trwa lépiey ráduié.

Remedia non proſunt niſi immorentur. *Seneca.* Remedia continuata plurimùm proficiunt. *Idem.* Quis medicus in tranſitu curat? *Idem.*

χρόνοιο δέεται πᾶν κ' ἄριστον φάρμακον. *A.*
Tempus requirit optimum quoque pharmacum.

Lekárſtwo/ abo lékarz nic záwſze ratuié.

Non eſt in medico, ſemper releuetur vt æger,
Interdum docta plùs valet arte malum. *Ouidi.*
Eripit interdum non dat medicina ſalutem. *Idem.*
Curando quædam fieri maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit. *Idem.*
An medicina ars putanda non eſt, quàm tamen multa fallunt? *Cicer.* Quia non omnes conualeſcunt, ideò ars nulla medicina eſt? *Idem.*
φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. *Homer.*
Pharmaca miſta ſalubria multa & noxia multa.
Sæpe fit à medico peſſima plaga probo. *Garner.* *Nam vt taceatur imperitia & negligentia medici, absq; his ars medendi incerti eſt euentus, nec quicquam polliceri poteſt, ſed adhibere medicamenta morbo: cuius cauſa ſæpe incerta eſt, ſæpe æger non obtemperat, pharmacopœus non parat fideliter pharmacum, idem non adhibetur ex præſcripto medici, morbus ex ignota cauſa mutatur in alium, & ſexcenta huiusmodi accidunt. Vnde recte idem Garnerus.* Melius eſſe *ait* felicem quàm doctum medicum nanciſci, quia aliquando minùs periti, fortuna, caſu, celeritate, induſtria, citiùs ſanant.

Lekárſtwo podczás ćieſſie/ niż chorobá.

Grauiora quædam ſunt remedia periculis. *P. Syrus.* *Nam vt idem ait:*
Nunquam periclum ſine periclo vincitur.
πολλάκι τὸ φάρμακον ἐστι πικρότερον νόσου. *A.*
Perſæpe morbo acerbius fit pharmacum.

Lekárſtwo przykrzeyſſe/ pożytécznieyſſe.

Nulla remedia quæ vulneribus adhibentur tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. *Cicero.* τὰ πικρότερ' ἐς' ἀλυκώτερα φάρμακα. *A.*
Sanando amara plùs valent medicamina.

Lekárſtwo ſrogie ábo oſtátnie zgonek vćináć.

Mala eſt medicina, vbi aliquid naturæ perit. *P. Syrus Mimus.*
ἔχατον ἰᾶμα κ' ἀπηνὲς ἀποκοπὴ μέλεος. *A.*
Dura medicatio ſæuiens per vulnera eſt.

Lekarz dla chorego wiele cierpi.

Medicus aliena in miſeria cruciatum proprium metit. *Hippocrates & Euſebius ſic de hac re ſcribunt.* ἰατρὸς ἄριστος δ' ὃ τ' καμνόντων ἕνεκα σωτηρίας ὀρᾷ μὲ δεινὰ, θιγγάνει δὲ ἀηδέων, κ' ἐπ' ἀλλοτρίῃσι ξυμφορῇσιν, ἰδίας καρπῶται λύπας. *i.* Medicus optimus, ob ægrotantium ſalutem, horrenda aſpicit, & moleſta contrectat, & in alienis malis proprias moleſtias loco fructus percipit.

Ideò Euripides ait: κρεῖσσον τὸ νοσεῖν ἢ θεραπεύειν. Melius esse ægrotare, quàm curare ægrotum.

Aristophanes dictum illud: κύπριος βοῦς σκαφάγος: Cyprius bos stercora vorans. *de medicis vsurpat ob ministeria sordida.*

Medico magis imperium conuenit, merces tamen cuius gratia circumambulat, auctoramentum quoddam seruitutis est. *Dalecampi. ex Duareno IC. de medicis mercenarijs.* *At de medicis humanis & amicis lucrum non quærentibus Seneca l. 6. de Benefic. c. 10. Sic:* Quare medico & præceptori plùs quiddam debeo, nec aduersus illos mercede defungor? Quia ex medico & præceptore in amicum transeunt; & nos non arte quam vendunt obligant, sed benigna & familiari voluntate, &c. *plura ibidem addit.*

Lekarz rad ma choregę.

Cui enim non ex alieno incommodo lucrum? Medicis, grauis (*i. morbosus*) annus in quæstu est. &c. *Seneca.* ὡς κακῶς ἔχει ἅπας ἰατρὸς, ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ! *Philemon.* O quam malè se habet Omnis medicus, vbi nemo sese habet malè! *Apud Plautum quidam medicum diu exspectans ait:*

Lumbi sedendo, oculi spectando (*prospiciendo*) dolent,
Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.
Odiosus tandem vix ab ægrotis venit .s. *tanquam à re sibi grata ægrè auulsus.*

Cæterùm. Grauissima est infamia medici (*ait Seneca*) opus quærere .i. *protrahere vel augere morbum commodi sui gratia.* *De lucricupidis id tantùm accipe.*

Lekarz wielomowny być nie ma.

Morbi non eloquentia sed remediis curandi sunt. *Celsus Medicus.*

ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσεῖν πάλιν νόσος. *Menander.*

Est medicus ægro garrulus morbus nouus.

Non quærit æger medicum eloquentem sed sanantem. *Seneca.* *Lege tamen dictum Aristotel. sub* Lekárzu rzeka. *&c.*

Lekarzá zyni srogiego/ niepostuszeństwo choregę.

Crudelem medicum intemperantia ægri facit. *Seneca ex P. Syro qui ait:*

Crudelem medicum intemperans æger facit.

ἰατρὸν αὐστηρὸν ἀκρατὴς νόσημα ποιεῖ. *A.*

Lekarzá o zaboy niepozywaią/ abo nie sądzą.

Solis medicis impunè licet occidere. *Iouian. Pontanus.*

μόνῳ δ' ἰατρῷ τοῦτο καὶ συνηγόρῳ
ἔξεστιν, ἀποκτείνειν, ἀποθνήσκειν δὲ μή. *Philemon.*

Soli aduocato atque medico soli hoc licet,
Occidere alios, non item occidi ab aliis .i. *puniri morte.*

Nullá lex est quæ puniat insciti capitalem (*medici*) nullũ exemplum vindictæ. *Plini.* Medico tantùm hominẽ occidisse impunitas summa est. quin immò trãsit (*in agroti mortuum*).

mortuum) conuitium, & intemperantia culpatur; vltroque qui periere arguuntur. *Idem.* Diſcunt periculis noſtris & experimenta per mortes agunt. *Idem.* Medici parùm docti, at ſatis ſeduli, officioſiſſimè multos occidunt. *Seneca.* Medicorũ ſucceſſus ſol intuetur, errores tellus operit. *Nicocles apud Anton. Meliſsã. Vulgare illud eſt.* Medici cœmeteriũ, Iudices patibulũ, Conſiliarij Orcum implent.

Lekárza trzebá ßanowáć/ boć śie téż traſi chorowáć.

Honora medicum propter neceſſitatem. etenim illum creauit altiſſimus. *Eccleſiaſtici 38.* A Deo enim eſt omnis medela, & à rege accipiet donationem. *Ibidem. Et poſt multa alia in hanc ſententiam additur.* Da locum medico, & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Eſt enim tempus, quando in manus eius incurras, &c. Medicina nulla ars fructuoſior. *Plini.*

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. *Homer.*

Nam medicus multis aliis præſtantior exſtat.

Lekárzow wiele/ vmorza chorego śmiele.

Turba medicorum Cæſarem perdit. *dixit Adrianus Cæſar moriens, & idem dictum monumento ſuo inſcribi iuſſit. alluſit Plini. dicens.* Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio: Turba medicorum ſe perijſſe. *De eodem Dion loquens affert illos verſus:*

πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν,
πολλοὶ δ' ἰατροὶ τ̃ βασιλῆ ἀνήλοσαν.

Multi duces belli Cariam perdiderunt: multi autem medici regem ſuſtulerunt. *Et Menander.* πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν.

Multorum medicorum ingreſſus me perdidit. *Quia rarò conſentiunt omnes, & quandoq; ſinguli contraria medicamenta præſcribunt, idq; ſecurè cùm facilè ſit errorem cuiq; ſuum in alterum transferre. Sic fecere celebres duo medici Stephani Regis Poloniæ noſtra memoria, quorum alter alterum, mortem regi longiſſima vita digniſſimo, attuliſſe, libris etiam editis criminabatur.*

Lekárzow na świécie nawiecey. Co chorobá/ to lekárz.

ἰατρικῆς πλειστηθέες εἶσι φρεσίμοισι. *A.*

Quam plurimos medicina conſultos habet.

In medicina ſola, vnicuique medicum ſe profeſſo ſtatim creditur; cùm ſit periculum in nullo mendacio maius, adeò blanda eſt ſperandi pro ſe cuiq; dulcedo. *Plini. Nullius artis plures eſſe peritos & profeſſores quàm medicinæ, docuit Gonella ioculator facetus apud Iouianum, ficto dolore dentium in publico ſedens, & remediũ aliquod ſuggerentes ſcribens: tandemq; & ipſius Comitis cuiid probaturum ſponderat remedium & nomen adſcripſit, & reuerſus ad eum quod promiſerat probauit. Huc facit nos Babyloniorum poſitus ſub* Lácno chorego ćićßyć.

Lekárzu reka i roſkazániem proſtego/ iezykiem i rozumem lecz mądrego.

τ̃ ἀμαθῆ ἄκεε φαρμάκῳ, φρόνιμον λόγῳ. *A.*

Ratione cultum pharmaco cura rudem.

Ariſtoteles medico ſimpliciter imperanti pharmaca. Ne me, *inquit*, cures vt bubulcum & foſſorem, ſed priùs cauſam ediſſere. *Ælian.* *Sic Cato puer induſtrius cùm doceretur, ſingulorum cauſam à pædagogo poſtulabat.*

Letkowierny.

ἔνιοι πιθανοί τινες εἰσὶ, ὥστε πρὶν εἰδέναι τὸ πραττόμενον, πότερον πείθεσθαι. *Xenophon.* Adeò creduli ſunt quidam, vt priùs quàm id quod agitur congnouerint, ſit illis perſuaſum. μακρῷ ἀσφαλέστερον ἀπιστεῖν, ἕως ἂν εὑρωμεν τἀληθῆ. *Lucian.* Multò tutiſſimum eſt diffidere, donec inueniam⁹ veritatẽ.

Lenwego nié żaluy.

Ὃν οἶκοι βρέχόμενον οὐδὲ ὁ θεὸς οἰκτείρει.

Qui ſub tecto ſuo compluitur, huius ne Deus quidem miſeretur. Bogu gó nié żal. Nimis homo nihili eſt, qui piger eſt. *Plautus.* Piger ſibi obſtat ipſe. *Seneca.* ἀδύνατον τὸ μηδὲν πράττοντα πράττειν εὖ. *Ariſtotel.* Impoſſibile eſt (*otioſum*) nil agentem, eſſe felicem, (*proſpere agere.*) *Sunt & in quorum lecto mures nidificant. his illud occinas licet: Vel mus mordeat pigrum ſtertentem.. Aſellus piſcis & animal tundi debet & ſolet vt ſit vtilis.*

Lenwemu zawżé świeto.

Ignauis ſemper feriæ. *Ex Theocrito qui ait:* ἀεργοῖς ἀιὲν ἑορταί. ὥσπερ πρόβατον μεσημβριάζον πρὸς κρήνην εὕδει. *Plato. de quodam qui ob ignauiam,* tanquam pecus vel ouis meridians ad fontem dormit, *ſic otioſus erat.* πόνος ὀκνῳ πολέμιος. *Menander.* Labor pigri hominis hoſtis.

Lenwo każdy pracuié/ gdy pożytku mało czuié.
Nié ſpora praca/ gdy licha płaca.

In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci. *Martial.*
Equus ſuo pabulo defraudatus ſit ignauus. *Gotfredus.*
Ipſe pater dixit: Studium quid inutile tentas? .ſ. *Pœtices.* *Ouidi. de ſe.*
ὁ πόνος ἀνδρὸς ἐκηρὸν ἐργάτιν ποιεῖ. *A.*
Lentas facit operas carens fructu labor.
Ἔνθα δ' ὁ μισθὸς οὐδέν ἐστ', οὐδ' ἡ τέχνη. *Ariſtophanes.*
Vbi nulla merces, nullus eſt artis opifex. *Affine,* Bez ochoty.

Lenwy. Ruſa śie tak pien ná ptaki. Nieochotny.

ὀρχηστὴς Νιόβης ἔμπνουν ἀρχέτυπον. *Lucilius de ſaltatore inepto.*
Saltator Niobes ſpirans ſeu viuũ archetypũ. Callipides. V. Nié ſporo z miéſcá. Cuculus. *pro homine lento & pigro in ſuo munere velopere. & potiſſimùm occinebatur ea vox per probrum Vinitoribus, quos cuculus vites putantes deprehendiſſet. Sic Horat. Plin. Acron. Porphyr.* *Vide* Czás do káżdey rzéczy vpátruy.
Dignus cui occinatur ἑωθινὸς καρδάμου. Ede Naſturtium. *quod teſte Plinio à narium tormento ob vigorem nomen accepit, quia torporem excutit. aliqui* καρδάμου *quaſi dicatum aiunt*

ctum aiunt quod caput calore acri feriat, alij à corde καρδία. quasi cor domans,
Frigidior Salamandra. *Carol. Bouillus. de homine lento in negotiis.*

Pulmoneis pedibus homo. *Plaut.* Formicinum gradum mouet. *Idem.*

Iſte gradus ſuccretus eſt cribro pollinario. *Idem. .i. eſt minutus & tardus.*

Niſi cum pedicis condidiciſtis iſto graſſari gradu. *Idem.*

Loripedes, podagroſi. viciſſis cochleam tarditudine. *Idem.* Aſino pigrior. *Martial.*
Tardè ad cœnam vel conuiuium venientes apud Plutarchum vocantur κωλυσιδειπνοι *.i. moratores cœnæ.* ζοφοδόρποι. *noctu cœnantes.* τρεχέδειπνοι. *per antiphraſin, ad cœnam currentes.* σπιθυμόδειπνοι. *Cœnæ nimis cupidi, & ad eam negotiis licet impediti, tamen vel tardiùs accurrentes. Cœnipetas reddit Xilander. Vnde Polycharinus Athenienſis orator rationem vitæ ſuæ reddens in concione dixit:* Nunquam vocatus ad cœnam vltimus veni. *hoc enim populare & gratũ eſt conuiuis & oppoſitum moleſtũ. Ibidem. Pigritia animal magnitudine vulpis in Braſilia 15 diebus continuo motu vix ad lapidis iactum procedit & biduo aſcendit arborem cuius foliis paſcitur. Petrus Maffeius.*
τὸν πόδ' ἐπὶ πάλλαξ ἔχει. *Ariſtoph. .i.* Pedem ſuper pedem habet. *Nos dicimus.* Žátožyl recé. Teſtudineus gradus. *Plaut.* Tardior corbitâ in tranquillo mari. *Idem.*

Leniwy dwá rázy robi.

ὀκνηρὸς ἀνὴρ δὶς τὸ αὐτ' ἐργάζεται. *A.*

Vir piger eundem bis laborem ſuſcipit.

Nam plerunq; ob ſegnitiem citò & facile conficere aliquid volens, malè conficit, quod illum vel herus ſuus vel res ipſa & neceſſitas ſecundò melius agere compellit. Sæpe etiam duo vel plura ſeparatim expedienda, ſimul & ſemel expedire aggreditur & malum vt fit ſucceſſum emendare & repetere opus cogitur.

Leniwy i w domu ſwem zmokmé.

ὀκνῶ καὶ οἴκοι πολλάκις καταβρέχεται. *A.*

Domi quoque ſuæ ſæpe compluitur piger.

In pigritijs humiliabitur contignatio & in infirmitate manuum perſtillabit domus. *Eccleſiaſtæ c. 10.* *In eandem ſententiam Philolaches adoleſcens in Moſtellaria Plauti poſt multa alia. dicit:* Venit ignauia, ea mihi tempeſtas fuit.

Ea mihi aduentu ſuo grandinem imbremq; attulit, Detexitq; me illicò. &c.

Poſt illa me obtegere negligens fui. &c. *Allegoriam ab ædibus ſumptam diu trahit ad mores & ad vitam ſuam per deſidiam & luxuriam corruptam applicans.*

Leniwy / wiéſcgy. Leniwy wrożek nalépßy.

Vulgare dictum eſt: Omnis piger vates.

ἅπας ὀκνηρὸς εὐφυὴς μαντεύεται. *A.*

Induſtrius diuinus eſt omnis piger.

Dicit piger: Leo eſt in via & leæna in itineribus. *Prouerb. SS. c. 26.*

Sæpe prophetiſſat ſeruus quicunque pigriſſat. *Anonym. rhythm. nouè ſed non inepte*

non inepte ad imitationem veterum inflexit vocem latinam more Græco ob rhythmi concinnitatem, pro pigritatur.

Leniwy woli głod nedze cierpieć / niż sie rußyć.

ἀιεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. *Hesiodus.*

Semper cunctator vir calamitatibus colluctatur.

λιμὸς γὰρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρὶ. *Idem.*

Fames ignauo perpetuò est comes viro. Leniwy zewßé głodny.

Omnis piger semper in egestate est. *Prou. SS. c. 31.* Vestietur pannis dormitatio. *c. 23.* Qui sectatur otium, replebitur egestate. *c. 28.*

πεννίας ἐργὰς ἀ τρέφει ῥᾳθυμία. Pigros egentes non alit socordia.

Affine, Kto nic robi. Ktoż mi ie obłupi. Bez pracé nic beda.

Lépiey béspiécznié niż ſerdécznié. Lépiey rozumem niż tlumem.

Lépiey być béspiécznem / niż śmiałem.

στρατηγὸς ἀσφαλὴς ἀμείνων ἢ θρασύς. *A.* Dux securus melior quàm audax.

Apud Suetonium Octauius vsurpabat versum Trochaicum cuiusdam veteris Poëtæ, vt Læuinus disponit: Σπεῦδε βραδέως. ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης. Festina lentè. Securus enim melior quàm audax dux militum.

τὰ ἀφαλέστερα πρὸ τ θρασυτέρων χρὴ αἱρεῖσθ. *Dionys. Halicarnas.* Tutiora audacioribus oportet anteponere. ἀεὶ κράτιστόν ἐστιν ἀσφαλέστατον.

Semper puta optimum quod est tutissimum.

Morti prætendere muros. *Virg. S. bonum est, &c.*

ῥιψοκινδύνε ἐστὶ τὸ πέλαγος διαβῆναι, σταρχόντος τ καὶ γῆν πορείας. *Isocrates.*

Temerarij est pelago se committere, cùm liceat terra facere iter.

πεζὴ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. *Suidas.* Pedibus ingredior, natare nescio.

Lépiey być zacnem / niż przodki tylko zacne mieć.

Lépßa cnotá bez ßlachéctwá / niż ßlachéctwo bez cnoty.

Lépße ßlachéctwo z cnotliwych spraw / niż z rodu sámego.

Malo pater tibi sit Thersites (*homo vilis, ridiculus, claudus, luscus,*) dùm modò tu sis Æacidæ (*Achilli*) similis. &c. Quam te (*vt*) Thersitæ similem producat Achilles.

Simillima sententia est apud Orichouium de Institutione Regis pagina 36. vbi confert duas familias Polonicas, eo penitùs modo quo Iuuenalis Græcas.

ἄμεινόν ἐστι γενναῖον εἶναι ἢ λέγειν. *Ex Aristotele.*

Melius est esse generosum quàm è claro genere ortum.

κρεῖσσον ἄρεσσον ἔοντα κακὸν γένος, ἢ κάκιστον

ἔμμεναι εὐγενέτῃσιν. *Nazianzenus.*

Præstat probum esse ex obscuro genere, quàm improbum ex claro.

Virtute oportere non genere certare. *Cicer.*

Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis, quisquis erit. *Hannibal apud Ennium.*

ὡς καλὸν

ὡς καλὸν εἶναι, ἢ καλῶν πεφυκέναι. *Nazianzen.*

Vt melius eſt bonum eſſe, quàm naſci è bonis. *Apud Horatium Mæcenas.*

Nil referre putat qualî ſit quiſque parente Natus, dum ingenuus.

Eſt pulchrius Multò, parari quàm creari (*naſci*) nobilem. *Solon apud Auſonium.*

Si tibi ſancta cohors (*domeſticorum, famulorum*) &c. ſi nullũ in coniuge cri-

——— tunc omnem Titanida pugnam, (men,

Inter maiores ipſumque Promethea ponas,

De quocunque voles proauum tibi ſumito libro. *Iuuenalis.*

Hic nouus Arpinas ignobilis (*voces inuidorum ex nobilitate antiqua*) Pòèta: *defendens Arpinatem Ciceronem*:

——— Sed Roma parentem Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt.

Nomina, pro totis legionibus hi tamen & pro

Omnibus auxilijs atque omni pube Latina Sufficiunt &c. *Idem Iuuenal.*

Nobilitas morum plùs ornat quàm genitorum. *Anonym. rhythmic.*

Affine, Szláchéctwo béz cnoty.

Lépiey choroby ábo rány niemiéć, niż ią leczyć.

κακῶς πέρι θ' ἄμεινον ἢ ἰᾶσθαι κακόν. *A.*

Carere præſtat quàm mederier malis.

Nimiò ſatius eſt non admittere malum, quàm admiſſum medicari.

Bonum valetudo, miſerum morbus. *Cic.*

Lépiey co miec, niż nic. Lépiey máło, niż nic.

πολὺ κρεῖττόν ἐστι μικρόν τινα, ἢ μηδὲν ἔχειν. *A.*

Habere multò eſt melius aliquid, quàm nihil.

Præſtat dimidium accipere quam perdere totum. *Ex Martiali.*

Vulgare illud eſt. Qui totum vult, totum perdit.

Eſt aliquid de tot Graiorum millibus vnum, A Diomede legi .i. *eligi. Ouidi.*

Lépiey co mieć, niż wiéle vmieć. Lépſzy ſunt ſzczęśćia, niż cetnar rozumu.

Stulta & ſtultorum ſententia, paſſim tamen ſi minùs verbis, factis certè admodũ approbatur.

θέλω τύχης σάλαγμον ἢ φρενῶν πίθον. *Nazianzen.*

Malo guttam fortunæ quàm dolium ſapientiæ. *Lege ſequens dictum.*

Lépiey co vmieć, niż wiéle mieć.

Oppoſitum dictum priori, & verius ac melius illo.

ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον, ἢ βυθὸς τύχης. *Nazianzen.*

Gutta ſapientiæ mihi potior, quam profundum fortunæ.

ἀναφαίρετον κτῆμά ἐστι παιδεία βροτοῖς.

Poſſeſſio eſt firma hominibus ſcientia.

ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ. Omnes benignos reddit eruditio.

Solon.

Solon dixit: Senescere se multa in dies addiscentem, qua voluptate animi nulla certè potest esse maior. *Cic.* *Triuialis rhythmus.*

Res valet, ars præstat. Si res perit, ars mihi restat. *Anonym.*

Lépiey cudzem niż swotem grzbiétem, mießtiem zaplacić.

ἥδιστον ἐξ ἀλλοτρίας ἐστὶ δαπανᾶν. *A.*

Soluere alieno est ære iucundissimum.

In Pseudolo Plauti Leno deceptus dicit: Doleo mi. *Pseudol.* Nisi tu doleres, ego dolerem.

Cudzego nie żal. V. Cudza rzecz.

Lépiey dmuchać niż chuchać. Lépiey gdy zbywa niż gdy niedostáie.

Vulgare dictum. Melius est abundare quam deficere. *reddo Græcè.*

ἐστὶ πλεονάζειν κρεῖττον ἢ δ' ἐλλιπεῖν. *A.*

Intellige de bonis, nam in malis melius est deficere, vel potiùs nil penitùs mali habere. Sic Cicero de Oratore agens dicit: Volo efferat se in adolescente fœcunditas. Nam faciliùs sicut in vitibus resecantur ea, quæ se nimiùm profuderunt, quàm si nihil valet materies, &c. Volo esse in adolescente vnde aliquid amputem. *Item.* In summa vbertate (*herbarum*) inest luxuries quædam, quæ (*in oratione*) stylo depascenda est. *Adde apologum de Vulpe, quæ Simiæ petenti aliquid ex cauda superflua, negauit dicens:* Malle se suâ caudâ per terram trahi quàm simiæ nates ea velari.

Galli dicunt: Præstat sudare quàm tremere. *Garner.*

Lépiey ia to wiem, ábo vmiem niż ty. Nauż mie. *Ironicῶs.*

ἀετὸν πτᾶσθαι διδάσκεις. *Suidas.* Aquilam volare doces.

ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκῃς. *Idem.* Piscem natare doces.

τῷ δελφῖνι κολυμβᾶν συμβουλεύῃ. *Diogenian.* Delphino quî natare debeat consulis.

ὗς τὴν Ἀθηνᾶν ∫. διδάσκει. Sus Mineruam .∫. *docet. Cic. Demades de Demosthene dixit:* δημοσθένης ἐμὲ βούλεται διορθοῦν, ἡ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν. Demosthenes me corrigere vult, sus Mineruam. Bubo canit luscinię. *ex Theocrito. qui ait:*

καὶξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσιν γαρύσαντι.

Et ex montibus bubones luscinijs occinant.

τὸ ἐμόν γ' ἐμοὶ λέγῃς ὄναρ. *Plato.* Meum mihi narras somnium.

δεῖπνειν με διδάσκει. *Suidas.* Cœnare me doce. *Gulosus ironicῶs loquitur.* q. d. *Scio id melius quàm tu Herculi id quadrat.*

Lépiey maczno niż tacznó. Rolá korcem mierz nié ßnurem, ábo ßtáiem.

Fecundior est culta exiguitas, quàm magnitudo neglecta. *Palladius.*

Sulcus Ægypti (*feracissimæ*) Libyæ (*sterilis*) arenas non curat. *Rhodigin.*

καρποῖς ἐ σταδίοις ἐρίζειν. *Antiphil.* Fructibus non stadiis certandum.

Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & egens pane. *Prouerb. SS. c. 12.*

In paruo agro optima seges crescit. *Garner. è Gallic. quia paruus facilius benè excoluntur. Vide sequentia.*

Lépiey

Lépiey málo á dobrzé/ niż wiéle á zlé.

κρεῖττον τὸ σμικρὸν εὖ, ἢ πολὺ μὴ ἱκανῶς πρᾶξαι. *Plato.*

Satius eſt puſillum benè, quàm multum non vt oportet peragere.

Modum agri in primis ſeruandum antiqui putauêre; quippe ita cenſebant ſatius eſſe minus ſerere & melius arare. *Plini.* Non dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm anguſtus eximiè. *Columel.*

Laudato ingentia rura (*i. improba, ſictè lauda Turneb. Cerda*) exiguũ colito. *Virgi.* *Eodem ſenſu verbum αἰνεῖν laudare vſurpat Plutarcho interprete Heſiodus nautis præcipiens oppoſitum* μὴ ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλη δ' ἐπὶ φορτία θέσθαι.

Lauda exiguam nauem (*ironicῶς*) magnam verò onerato *i. exiguam ſperne, magnam imple mercib. Affine præcedens &* Vlić iák wiéle. & Lépſza trochá dobreg zboru.

Lépiey mieć duſze zdrową w chorem ćiélé/ niż chorą w zdrowem.

Lépiey chorowáć ná ćiélé/ niż ná duſzy.

ἄμεινόν ἐστι σῶμα γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν. *A.*

Corpus magis dolere quàm mentem elige.

πολὺ μεῖζόν ἐστ' ἁμαρτάνειν, κακὸν,
τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἀπισκοπουμένοις
δεῖ τ' κακῶς ἔχοντα, πῶς ἔχει, λέγειν. *Euripides.*

Multò maius eſt peccatum, quàm ægrotatio,

Quòd ſingulus à quibus inuiſitur Ægrotus, debeat dicere quî valeat: quod in morbis animi ſeu peccatis, quæ occulta ſunt, locum non habet.

Lépiey mieć/ niż pożyczáć.

πολ' ἐστι κατέχειν ἢ χρῆσθαι φέρτερον. *A.*

Habere præſtat quàm rogare mutuò. V. Kto ſobié woli.

Lépiey mieć oſtrego niéprzyiaćiélá / niż miękkiego przyiaćiélá.

Multò melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui dulces videantur. illos enim verum dicere, hos nunquam. *Cato apud Cicer.*

ἤ με φίλει καθαρὸν θέμενος νόον, ἢ μ' ἀποέπων
ἔχθαιρ' ἀμφαδίην. &c. *Theognis.*

Aut me ama ſincerum habens animum, aut me abdicens oderis manifeſtè.

πιστὸς ἡγοῦ, μὴ σοὶ πᾶν ὅτι ἂν λέγῃς ἢ ποιῇς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ σοὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας. *Iſocrat.* Fideles (*amicos*) puta non eos qui quicquid dixeris aut feceris laudant, ſed eos qui peccata increpant. Vtiliores hoſtes amicis. *dixit Antiſthenes,* quòd ſtatim ſciant ſi quid delinquas & non ſileant vt amici faciunt. *Scripſit libellum Plutarch. de vtilitate ex inimicis capienda.*

Lacedæmoniorum Ephori vrbe quadam æmula & inimica ſuæ capta dixerunt:
ὄλωλε τὸ πάλαισμα τ' νέων *i.* perijt luctatio vel exercitatio iuuentutis.
Item pollicente rege eorum vrbis cuiusdam euerſionem, non permiſere dicentes: Nequaquã

tollendam τὴν ἀκόνεαν τ̃ νέων .i. cotem iuuentutis. *Sic Scipio Nasica apud Liuium Carthaginem nullo modo euertendam censebat, ne vrbis amulæ metu ablato, luxuriari felicitas Romana inciperet, vt & accidit. Diogenes dicebat,* Eum qui seruari velit quærere debere aut probum amicum aut infensissimum hostem vt vitio liberetur. *Plutarch. Scipio item Nasica deleta Carthagine apud eundem Plutarchū dixit:* νῦν ἀπισφαλῶς ἔχομεν, μήτε ὃς φοβηθῶμεν μήτε ὃς αἰσχυνθῶμεν ἑαυτοῖς ἀπολελοιπότες. Nunc periculosè res nostræ se habent, qui neque quos metuamus neq; quos reuereamur nobis reliquos fecimus.

Onomademus Chiorum dux in seditione ciuium victor, vetuit aduersæ partis ciues eiici, Vereri se dicens, ne inimicis liberati ciues eũ amicis litigare inciperent. *Auctor Plut.*

Lépiey ná iedne nogo chramać/ niż ná obié.

Præstat vni malo obnoxium esse quàm duobus. *Vniuersale dictum ex Aristophane.*

χωλὸν ἐν ἢ δυσὶ μᾶλλον ἀμύητον ποσί. *A.*

Vno quam vtroq; claudicare eligo pede. V. **Jédno lépiey cierpieć.**

Lépiey nic niémieć. Lépiey pozbyć przyczyny zazdrośći/ niébéspiéczeństwá.

Inest paupertati securitas. *Seneca.* Paupertas expedita & secura est. *Idem.*

Cynicum esse egentem oportet parasitum probè. *Plaut.*

ἓ μηδὲν ἔχειν, μηδὲν ὀλβιώτερον. *A.*

Nil possidente, nil beatius viro.

Nihili est parasitus cui argentum domi est. *Idem. quasi oporteat eum nihil habere qui ex alieno viuere animum induxit, & alioquin si nihil habeat domi, magis erit industrius in parasitando: secùs si habet quod edat domi.* *Nux apud Ouid.*

Nuda quidem tum (*hyeme*) sum, nudam tamen expedit esse,

Nec spolium de me quod petat hostis habet. *Et de Castore. Idem.*

Sic vbi detracta est à te tibi causa pericli. (*testiculi.*)

Quod supereſt (*corpus reliquum*) tutum Pontice Castor habes.

Nam Castores redimunt se ea parte corporis quâ maximè expetuntur. *Cicer. & Plinius: apud quem Sextius id negat.*

Adde apologum de diuite posito sub **Káletá mu moiá wádźi.**

Lépiey niéchedogo rzecz zachować/ niż chedogo ſtráćić.

Lépiey noż nié umyty ſchować/ niż vmyty ſtráćić.

Lépiey świecę nié vćierać/ niż vćieráiąc ią zgáśić.

ζώζει τὸ ῥύπος πολλά, ἃ καθαρότης ὀλεῖ. *A.*

Seruare sordes, munditia perdere solet. *Vel.* Seruare sordida quàm nitida perdere iuuat. Seruato sordida ne nitida pereant tibi.

Elegantia obnoxia iniuriis & rapinis, sordes tutæ quia contemnuntur.

Lépiey nié grzeszyć/ niż pokutować.

κρεῖττον ἁμαρτεῖν ἢ θ' ἁμαρτὸν μεταμελεῖν. *A.*

Magis cauere quàm dolere mala iuuat. *Vel.*

Fuge

Fuge pœnitenda & pœnitentiam haud ages.
Eſt melius pœnitenda non agere, quam poſt commiſſa pœnitere.

Lépiey piſć/ niż mowi. Lépſzy piſarz z niego/ niż Orator.
Ad hunc ſenſum accommodat Eraſmus ſenarium illum Euſtathij.
γλῶτταν μὲν ἀρῆν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτην.
Segnis erat illis lingua, ſtrenua dextera.
Talis fuit Iſocrates multorum inſignium virorum & Oratorum magiſter & orator, ipſe fugitans publicum & cauſarum perorandarum patrocinia, ſed ſcriptis multa inſignia mandans.

Lépiey pożytecznié/ niż pozornié.
Lépiey ſłużyć ſtárécznemu/ niż fiutemu.
Præſtat vineæ vlmum eſſe quàm hederæ. *Carol. Bouillus* .i. *præſtat operam vel ſumptum impendere in res vel perſonas honeſtas & vtiles futuras, quàm in ſpecioſas euanidas & inutiles.* ὄνης πέλεον ἢ χιοστὸν εἶναι βέλτερον. *A.*

Lépiey przéd czaſem/ niż po czáśie. Lépiey popredźic/ niż posledźić.
Matura ſatio ſæpe decipere ſolet, ſera nunquam quin mala ſit. *Columell.*
Tolle recens primus piper è ſitiente camelo. *Perſius.* *Nam recens allatæ merces ſinceriores ſunt, & minoris emuntur, & maiori lucro à propolis diſtrahuntur.*
πύθε χελιδόνος. *Mnaſeas.* Audi chelidonem .i. *tempeſtiuè aggredere negotia.*
χελιδόνιον μέλος. *Suidas.* Chelidonis cantus. ad opus excitans. V. Żábiegay wczáś.

Lépiey robić/ niż ptaki łowić.
Labor manuum aucupio præſtat. *Garner. è Gallicis dictis.*
τὸ πονεῖν μάλα δ' ὀρνιθοθηρᾶν εὐτοκον. *A.*
Eſt quilibet mage certus aucupio labor. V. Baki ſtrzelać.

Lépiey śie krotko záwſtydźić/ niż długo żáłować.
βέλτιον ἐρυθρᾶν βραχὺ, ἢ ἀιδίως ἄχθ. *A.*
Præſtat breui pudere quàm dolere perpetim.
Pol pudere quàm pigere præſtat totidem literis. *Plaut. Pigere Nonius pœnitere interpretatur.* Nimiò id quod pudet faciliùs fertur, quàm illud quod piget. *Idem.* *Leno dicit grauius ſibi videri damnum pati, quàm verecundari. ſed bono viro grauior eſt iactura famæ & exiſtimationis, quàm damnum rei familiaris.*

Lépiey śie nigdy nié rodźić. *Falſum & impium ethnicorum dictum hoc eſt.*
adde: Niźli złem być. *iam verum & pium eſt.*
Celebris eſt multorum Græcorum & Latinorum ſcriptorum iſta ſententia: Optimum eſſe homini non naſci (*vel, non fuiſſe natum.* *Addunt aliqui.*
Vel ſtatim natum mori (*ſed de hoc infrà ſub* Smierć rána.)
τὸ μὴ γενέσθαι μὲ κράτιστόν ἐς' ἀεί,
ἐπὰν γένηται δ' ὡς τάχος εἶναι τέλος. *Alexis apud Athenæ.*
Natum haud fuiſſe, cuique ſemper optimum,

Aut natum, obire quam celerrimè diem.

κρεῖττον εἶναί φημι μὴ φῦναι βροτῷ. *Euripides.*

Non esse natum homini esse censeo optimum.

τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶ κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δ' ζῆν; *Idem Euripid.*

Quis nouit vtrum mors sit hoc quod viuimus, annè potiùs mori, sit viuere?

Silenus Midæ roganti quid optimum esset in vita: respondit vt alij, & addidit:

φῦτὰ δ' ὅπως ὤκισε πυλας ἀϊδαο περῆσαι. *Apud Laërtium.*

Non nasci. &c. Natum autem portas quantocyùs ingredi Auerni .i. *mori.*

ὡς ἡδὺς ὁ βίος ἄν τις αὐτὸν μὴ μάθῃ! *Menander.*

Quam est vita suauis si quis ipsam nesciat!

Eadem scribunt alij Græci Theognis, Sophocles, Plutarchus. Denig; epigramma Cratetis aut Posidippi de miseriis vitæ humanæ, sic clauditur:

ἦν ἄρα τοῖν δ'οἶν ἑνὸς αἵρεσις. ἢ τὸ γενέσθ
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα λικτόμενον.

Esset igitur ex duobus vnius electio (*facienda*) aut nasci nunquam, aut natum subitò mori. *Hæc Græci: addo Latinos aliquot. Cic. 1 Tusculan. habet hanc sententiam.* Non nasci homini longè optimum esse; proximum autem quamprimum mori. *eamq; varijs deorum oraculis & historiis Græcorum & Latinorum comprobat. Plinius in Præfatione libri 7.* Multi *inquit*, exstitêre, qui non nasci optimum censerent, aut quam citissimè aboleri. *Idem ibidem c. 3. refert infantem Saguntinum eo die natũ, quo Hannibal eam vrbem capturus erat, protinus in vterum matris reuersum, quod Causinus Symbolũ fuisse rei præsentis asserit. Similis alter apud Maiolũ Canicul. Coll. 4. qui in vtero quatuordecim antè quàm nasceretur diebus, plorare auditus est & bicornis prodijt in Rasi ato.*

Hæc tamen sententia falsa impia & stulta est. Nam recta ratio & boni Philosophi etiam Ethnici docent; melius esse, in rerum natura quocunq; in genere rerum existere, etiam muscam, vel lapidem, quàm nihil esse & penitùs non exsistere. Comprobant hanc veritatem non solùm animantia & viuentia omnia, quæ vitam suam conseruant & tuentur diligenter contra noxia & lædentia, sed vitæ quoq; expertia omnia vsq; ad simplicia corpora elementorum, quæ in nihilum redigi omnibus modis refugiunt. Adde quòd illi qui oppositum sentiunt vel dicunt, ingrati sunt beneficij maximi à Deo accepti, quo è nihilo educti sunt; præsertim cùm rationem nullam afferant, præter vitæ huius miserias quas exaggerant nimiùm. Sed hi vt pote Ethnici (de orthodoxis dicam mox infrà) conditionem primam hominis creati ignorarunt, itemq; futuram in cælis felicitatem perpetuam, ad quam per has molestias peruenire homo potest: & habet contra illas remedia, tum à natura & à recta ratione, tum à gratia diuina per Christum collata, tum denig; à lege diuina tot sanctorum virorum scriptis illustrata & exemplis comprobata.

Ethnicum ergo est dictum hoc & reijciendum & oppositum illi tenendum. V. *infrà* Lépicy sie rodźič. *Quod verò aliqui scriptores Orthodoxi illud vsurpant: loquuntur ex Ethnicorum sententia vt Ausonius Pythagoræ & aliorum Græcorum carmina interpretans ait:*

Optima Graiorum sententia, quippe homini aiunt,
Non nasci esse bonum; natum aut, citò morte potiri. *Sic Lactant. ex*

mente

mente Ciceronis. Vel certe intelligendi ſunt cum conditione, ſuprà initio poſita. ſi ſis improbus, vt Hieronym ait. Et apud S. Matthæum c. 26. de Iuda legimus. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet. *Sic 4. Eſdræ 5.* Cur non fuit mihi matrix matris ſepulchrum vt non viderem mala Iacob? *Sic & Diogenes Ethnicus apud Laërtium:* Non miſerum eſt, *inquit*, viuere; ſed malè viuere.

Quod verò S. Iobus. c. 3. dolet ſe natum eſſe, & exſecratur diem qua natus eſt, optatq; ſe natum non fuiſſe. Similiter S. Hieremias c. 20. altiorem ſenſum habet, non huius loci & breuitatis. leges eum ſi voles in Moralibus S. Gregorij, apud Pinedam in Iobum & apud alios interpretes. Oppoſita ergo ſententia vera eſt. nempe.

Lépiey śie rodźić. *adde ſi vis:* á dobrem być. á dobrzé żyć. *licet hoc poſterius infantibus baptizatis minùs ſeruiat, quibus optimum eſt naſci, licet moriantur, mox baptiſmo tincti ſine actu proprio virtutis. quare ſimpliciter & abſolutè loquendo.*

Bonum eſt naſci, & melius quàm non naſci. *Sic Ariſtotel. 1. Rhetor.* Vita ipſa etiamſi bonum aliud nullum conſequatur, per ſe tamen amatur & expetitur. *Et 9. Ethicorum.* Vita in ijs eſt quæ per ſe bona ſunt & iucunda.

Addo epigramma Metrodori, oppoſitum epigrammati Cratetis, oſtendens tolerabilem eſſe vitam, quodſic clauditur. ἐκ ἄρα τ̃ δοιτ̃ν ἑνὸς ἄρεσις, ἢ τὸ γενέσθ
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν. πάντα γὰ ἐσθλὰ βίᾳ.

Non igitur ex duobus vnius (*eſt vel eſſe debet*) electio .ſ. aut naſci
Nunquam, aut mori. Omnia enim bona ſunt in vita.

Coniunxit Auſonius vtrumq; Epigramma Græcum, de vita humana in vtramq; partem diſſerens verſu eleganti Latino. Menandri verò dictum. Suauis eſt vita &c. ſuprà poſitum, ſtultum eſt. Quomodo enim ſuauis ei qui natus non eſt? vel natus, natum ſe eſſe non agnoſcit, ſed ſtatim moritur?

Lépiey śie wrócić / niż dáley w błąd iść.

Optimus portus pœnitenti, eſt mutatio conſilij. *Cicero.*
πάλιν δρομῆσαι μᾶλλον ἢ δραμεῖν κακῶς. *Lucian.*
Redire præſtat quàm malè vltra pergere.
Qui ſimul aſpexit, quantùm dimiſſa petitis
Præſtent; maturè redeat, repetatque relicta. *Horat.*

pede in limine offenſo redeundum. *& Pythagoricis.*

Lépiey ſwego podźás vſtąpić.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum. *Terent.*
Non ego omnino lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo:
Eſt etiam vbi profectò damnum præſtet facere quàm lucrum. *Plaut.*
Potiùs quàm venias in periculũ ſeruéſne an perdas totũ, dimidlũ face. *Terent.*
Eſſe ſolent magno damna minora bono. *Ouidi.*
ἥμισυ δ̃ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον.
Sæpius eſt toto dimidium potius. *Plato ex Heſiodo, additq;:* cùm totum

accipere noxium eſt, dimidium verò moderatum, quia hoc melius immoderato deteriore. νήπιοι οὐκ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. *Heſiod.*

Non norunt ſtulti quo toto dimidium plus.

Sic Pittacus pecuniam à Cræſo miſſam repudiauit dicens: Sibi dimidio plus eſſe quàm vellet. *Idem agri à Mytilenæis ſibi dati, dimidium reſecuit, dicens:* Dimidium præſtabilius eſſe toto. *Laërtius.* *Iſocrates Demoſtheni offerenti ducentas drachmas vt ſe Rhetoricam doceret, reſpondit: Nos artem in fruſta non diuidimus, ſed eam tibi vt qui bonos piſces integros vendunt, integram trademus. Mille autem drachmis docebat Iſocrates, & Demoſthenes ducentis drachmis quintam partem artis doceri ſe rogabat. E Plutarcho.* Maßli co vczynić/ vczyń dobrzę: maß-li co dáć/ day ßczodrzę. *Et Darius, cùm præfectos prouinciarum interrogaſſet, an grauia eſſent tributa, & illi reſpondiſſent: eſſe mediocria, ex ijs dimidium tantùm exigi iuſſit, ſatius iudicans accipere dimidium cum beneuolentia, quàm totum cum odio. Plutarch.*

Vulpes apud Æſopum iuſſa diuidere prædam, omnem in vnum locum congeſſit, modica parte ſibi relicta: & ſic mortem euaſit, quam aſinus æqualiter in tres partes diuidens à leone irato laceratus ſubijt.

Sæpe diſſimulare quam vlciſci ſatius fuit. *P. Syrus.*

Ferendo iniuriam, maiorem laudem quàm vlciſcendo meremur. *Cicer.*

Nec ſanè vindicandum eſt nobis quicquid licet. Nam ſummum ius antiqui ſummam putabant crucem. *Columell.* Summum ius ſummam iniuriam vocat. *Cic.*

Ah miſer & demens! viginti litigat annis
Quiſquam, cui vinci Gargiliane licet? *Martial.*

Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. *S. Auguſtinus.*

Quem ſuperare potes, interdùm vince ferendo,
Maxima enim morum ſemper patientia virtus. *Cato.*

οἰ δ' ὑπερβαίνειν νίκα ποτὲ πλήμονι θυμῷ,
πλημοσύνη κήθος ἀρετάων ἐσὶ μεγίστη. *Mylius.*

Non tantùm eſt egregium ſcire vincere, ſed etiam poſſe vinci pulchrum eſt, vbi victoria eſt damnoſa. *Plutarch.* Qui non repugnat dictis, eſt ſapientior. *Idem ex Euripide.* πολλάκις τὸ νικᾶσθαι βέλτιον ἢ νικᾶν. *Chryſoſtom.*

Perſæpe vinci melius eſt quàm vincere.
Vincere cùm poſſis interdum cede ſodali,
Obſequio quoniam dulces retinentur amici. *Cato.*

νικῆσαι φιλέοις χρηστοῖσιν ὑπεῖκε φίλοισι,
εἰσὶ ὑπηρεσίῃ γλυκέες συνέχουσι ἑταῖροι. *Mylius.*

Lépiey ſwoie latáć/ niż cudze chwáraċ. Lepiey trzymáć niż łapáć.

Præſtat poſſidere quàm perſequi. *Cuiacius ex Pandect.*

καλὸν ἔχειν τ' ἴδι, ἢ ἀλλότρια θηρᾶν βέλτιον. *A.*

Aliena quàm captes, tua potius tene.
τὰν παρέσσαν ἄμελγε, τί τὰν φεύγοντα διώκεις; *Theocritus.*

Præſentem

Præſentem mulgeto. quid inſequeris fugientem?
νήπιος ὃς τὰ ἔτοιμα λιπὼν, τὰ ἑτοῖμα διώκει. *Heſiod.*
Stultus qui inſequitur non certa & certa relinquit.
Aptus huic dicto apologus, de puero, qui ſupra puteum ſtans ſictè plorabat, ſitulam auream in aquam ſibi elapſam dicens: quo audito quidam cupidus veſtibus depoſitis in puteum deſcendit, quas puer fraudulentus abripuit & aufugit.

Lépiey tego záżyć / co dármo ma zginąć.
κρεῖττον ἀπολάυειν τῶν ἀπολλυμένων μάτην. *A.*
Peritura quæ ſunt gratis, his præſtat frui.
Ἀπὸ κατ' ὀλυμένης ὅ,τι ἂν λάβοις, κέρδος. *Suidas.* E ſubmergenda naue quicquid eripueris, in lucro eſt. *Henric. Stephan.*
Sic in Truculento Plauti, ſeruus ferens ab hero munera amicæ, furatur dicens:
Hoc aſſimile eſt, quaſi de fluuio qui aquam deriuat ſibi,
Niſi deriuetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare. (re eſt. &c.
Nam hoc in mare abit, miſereq; perit ſine omni bona gratia. Meretrix ma-
Similis planè huic Gieźi ſeruus Eliſæi 4. Regum 5. qui dixit: Pepercit dominus meus Syro iſti, ego vadam & accipiam aliquid ab eo. *Sed hoc improbè vtrumq;.*
Bono etiam ſenſu dictum hoc vſurpes licet. V. G. Spicas colligere alioqui perituras licet. Spicilegium facere nemo vir bonus quemlibet prohibet. *vt fecit in libro Ruth Booz puellæ Ruth, humaniter & liberaliter ad legendas ſuorum meſſorum ſpicas eam inuitans. Idem de mitis vſurpes & rebus deſertis ac poſſeſſore carentibus.*
Adde illud. Carpe roſas abeunt. *Affine*, Żáżyway poki możéß.

Lépiey to żáraz odpráwić / co kiedyż tedyż ma być.
πράξων τ' ἀφύκτως, πρᾶττε μᾶλλον εὐθέως. *A.*
Facienda quæ ſunt certò, ea ſtatim confice.
πεισόμενος εἶτα, πάσχε μᾶλλον ἀσμένως. *A.*
Patienda quondam, protinùs præſtat pati.
Tentare vadum præſtat, quàm exſpectare dum defluat amnis. *vt Horatij ruſticus ſtultus fecit.* Citò occidere, miſericordiæ genus eſt. *Seneca.* Fruſtra Echinus doloris metu partum differt. *Affine*, Odwłokáßkodliwa. Co muße.

Lépiey ty to wieß.
Ἐτό συ ἐμοὶ ἐρεῖς. *Plato.* Hoc tu mihi dices. *Cùm is qui interrogat meliùs ſcit quod interrogat. Vel cùm res odioſa reijcitur in percontantem. Sic noſtri dicunt reſpondentes, tali percontatori.* Gaday. *Simile eſt illud.* τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγήσομαι; *ex Suida.* Tuum tibi narrabo, *vel*, vis vt narrem tibi tuum ſomnium? V. Wrzkomo nie wie.

Lépiey winnemu przépuśćić / niż niéwinnego kárać.
Satius impunitum relinqui facinus nocentis, quàm damnari innocentem. *Traiani dictum apud Plinium iuni.*

Ἐμπύ-

δημιότερόν ἐστι τ ἐπαίτιον ἀφιέναι, ἢ τ ἀναίτιον καταφήνειν.
Iuſtius eſt iniuſtum (*per ſententiam iudicis*) euadere, quàm iuſtum iniuſtè perire. Quia etſi reus ſemel euaſerit, poſtea poteſt perire; innocens autem ſi ſemel perierit, iam non poteſt reuocari. *E Chryſoſtomo.* V. Cztowieká zgubić nie potrzécży.
Paria ſuffragia reo fauent vel reum abſoluunt. *Apud veteres Græcos & Romanos mos erat, vt cùm pares erant iudicum calculi, reus abſolueretur. Cicer. Plutarch.*
ἀπολύεται ὑπὸ δικαζομένων ἐγκαλούμενος, ἂν ἴσαι ψῆφοι γένωνται. *Suidas.*
Abſoluitur à iudicibus reus, vbi pares fuerint calculi .ſ. *ſuffragiorum.*
Et Ariſtot. Problemate 29. Sectione 13. quærit: διατί ποτὲ ὅταν ᾖ τῷ διώκοντι ἴσῃ τῷ φεύγοντι φαίνεσθαι ψῆφοι ἴσαι, ὁ φεύγων νικᾷ; Cur, quando & accuſatori & reo contingunt pares calculi, reus vincit? *Et R. quia reus imparatus venit, & maiore periculo ac metu dicit, & accuſator propior eſt ſuſpicioni, ac maleuolentiæ; & in dubio ad tutiorem partem eſt vergendum .ſ. ad conſeruandum hominem, &c. Addit Suidas, quia reorum potiùs miſereri decet, quàm accuſatorum.*

Lépiey wprzód vpátrować/ niżli potem żałować.

χρείττων ἡ πρόνοια τ μεταμελείας. *Dionyſ. Halicarnaſſ.*
Melior prouidentia pœnitentiâ. *Vel ſit Senarius.*
Ἢ μεταμελῆν ἄμεινόν ἐστι προνοέειν. *A.*
Quàm pœnitere præuidere ſatius eſt.
προμηθέ' εἶναί με θέλω ἠπιμηθέα. *A. Ex Heſiodo, Platone.*
Volo Promethéus eſſe, nolo Epimetheus .i. *futura præuidere, quam poſt factum tandem ſapere malo. Chilo inuitatus ad conuiuium non antè condixit, quam inuitatorum aliorum nomina cognouiſſet. nam in militia vel in nauigatione moleſti comites tolerandi ſunt, vltrò autem ad talium conuiuium ſe ingerere inſani eſt. Plutarch.*

Lépiey złego w dom nié przyymować/ niż śie z niem wyganiáiąc go mordować/ ábo mu wiec vſtepować.

ἔξω τὸ κακὸν ἢ ἐντὸς εἶναι βέλτιον. *A.*
Foris eſſe potiùs quam domi præſtat malum.
Nimio ſatius eſt malum non admittere quam eijcere. Nam
Ægrius eijcitur quàm non admittitur hoſpes .ſ. *malus.*
Probat id Serpens qui recepto in cauum echino cedere ei debuit. Item Semiramis, quæ vno die regnare permiſſa, regnum in perpetuum obtinuit. Cibo quoq; noxio præſtat abſtinere, quàm poſt ſumptũ eruditates pati & vel vomitu vel medicinis illũ eijcere.

Lépiey żebrać/ niż wiśieć. Lépiey vprośić/ niż vkráść.

Mendicorum eſt qualiſqualis defenſio. è Gallicis dictis apud Garnerum.
Melius eſt mendicum eſſe, quàm ex patibulo pendere.
Ἢ ἀπαγχονᾶσθαι, πολλ' ἐπαιτεῖν φέρτερον. *A.*
Simile quid apud Ariſtophanem Sycophanta excuſans ſuum vitæ genus dicit.

τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.
Quid oro facerem? quando fodere neſcio.

Lépiey zkem przy dobrych dobrze czynić / niż dobrem dla złych vymowáć.

Satius eſt prodeſſe malis propter bonos, quàm deeſſe bonis propter malos. *Seneca. Sic planè Deus, apud S. Matthæum c. 5.* Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. *Et Geneſis c. 18.* Voluit parcere ciuitati plenæ ſceleſtiſſimorum hominum, propter decem bonos, ſi in ea inuenti fuiſſent. *Ibidem Abraham Deo dicit:* Nunquid perdes iuſtum cum impio? abſit à te non eſt hoc tuum, &c. *Darius ab Alexandro victus fugiens, ſuperato Lyco amne, pontem recidi vetuit dicens:* Malle ſe inſequentibus (*hoſtibus*) iter dare, quàm auferre fugientibus (*ſuis poſt cladem reliquis*) *Curtius.*

ζωζέμεναι ἐχθρὸς σὺν πολίταις φέρτερον,
ἢ σοὺ πολίτας τοῖς σὺν ἐχθροῖς ὀλλύναι. *A.*
Seruare præſtat hoſtem ciuis gratia,
Quã fors perimere hoſtis odio ciuem ſimul. *Affine,* Dobrzè czyń káżdemu.

Lépßa cnotá wé błocie / niż niécnotá wézłocie.

ἡ ἀρετὴ εἰ καὶ ἐν τῷ σκοτασμῷ λάμπεται,
ἡ δὲ κακία κἂν ἐν τῷ φάει μελαίνεται. *A.*
Virtus tenebris ſplendet in mediis licet.
Malitia quamuis lumine in claro nigret.
ἀρετὴ πένης κακότηθ' ὑπερέχει πλουτίαν. *A.*
Virtus inops ſuperat malitiam diuitem. *Seu.*
Diuite ſceleſto melior eſt pauper probus. V. Lépiey być zacnem.

Lépßa rozmowá / gdy nié czcza głowá.

Eſt melior pleno ventre conſultatio. *Ex Plutarcho qui ait:*

γαστρὸς δὲ πλησθείσης βελὴ κρεῖττων μήπω πεινώντων.
Conſultatio tum melior cum expleueris aluum. *Eraſmus. Vel.*
Conſilium melius capietur ventre repleto.

Talis erat conſultatio Perſarum, teſte Herodoto. Et de Romanis Perſius ſic:

—— Ecce inter pocula quærunt Romulidæ ſaturi, quid dia poëmata narrent,

ſed hoc ipſe meritò improbat & ridet. Vt & Horati. de Temperantia diſputaturus ait:

Quæ virtus & quanta boni ſit viuere paruo,
Diſcite non inter lances menſasque nitentes. *&c.*
Verùm hîc impranſi mecum diſquirite, cur hoc?
Dicam ſi potero: Malè verùm examinat omnis. Corruptus iudex. *&c.*
ἡμεῖς δ' ἐν οἴνῳ συμπόται σοφώτατοι. *Ariſtophan.*
Nos compotores in vino ſapimus nimis.

Dictum Polonicum intellige de colloquio non ſerio, ſed ad hilaritatem & animi cauſa inſtituto. quanquam & ſeria famelico nimis ventre, non ſeriò nec accuratè peragumtur: meliùs, accuratiùs, & ſuauiùs poſt moderatum cibum. Plutarchus Conſultationem inter pocula poſſe eſſe bonam ſi abſit ebrietas.

Lepßa świeczká iedná przed ſobą/ niż dwié zá ſobą.
Day co możeß zá żywotá/ Dźiedźic ściśnić twego kotá.
Opátruy ſie poki żyieß/ Od dźiedźicá nic vtyieß.

Hoc tibi ſit argumentum ſemper in promptu ſitum,
Ne quid exſpectes amicos facere quod per te queas. *Ennius.*

Quæ ſtultitia eſt, illic relinquere vnde exiturus es, & illuc non præmittere quò iturus es? *Chryſoſtom.* Quicquid pro anima tua feceris, hoc tuum eſt: quicquid reliqueris, perdidiſti. *Idē. In eandem ſententiam Eccleſiaſtici c. 14. & Eccleſiaſtæ 11.*

τὰ προφθάνοντα νεκρὸν ἀμείνω ἑπομένων. *A.*

Præmiſſa mortuo meliora ſequentibus. *Item.* Meliora viui facta votis mortui. Vir ſapiens damnatus exilio præmittit ante ſe neceſſaria, ſtultus poſt ſe ferenda mādat, *Ex Apologo Barlaami apud Damaſcenum de quodam rege, præmittente cum cura omnia neceſſaria in inſulam, in quam breui ſe à ſuis ejiciendum intellexerat.*

Lepßa ßkodká/ niż ßkoda. Lépiéy rękawem niż cáła ſukna zátkáć.

——— Accepto claudenda eſt ianua damno. *Iuuenal. .ſ. ne maius accidat.*

Potiùs quam venias in periculum ſeruéſne an perdas totum, diuiduum tace. *Terent.*

Te captum redimas quam minimo; ſi nequeas paulo, at quanti queas. *Idem.*

Benè perdit nummos iudici qui dat nocens .i. *reus. P. Syrus.*

Dimidium donare Lino quàm credere totum
Qui mauult, mauult perd'ere dimidium. *Martial.*

Et iudex petit & petit patronus. (*àte reo in ius vocato*) Soluas cenſeo Sexte creditori. *Idem. quia præſtat vni quàm duobus dare. Simile eſt epigr. 9. lib. 8. ad Quinctium*

Magna pars hominum Morem hunc induxerunt, ſi quid nummo ſarciri poteſt,
Vſque mantant, neque id faciunt, donicum
Parietes ruunt. ædificantur ædes totæ denuò. *Plaut.*

μικρὸν κακὸν, μέγ' ἀγαθόν. *Diogenian.* Paruum malum, magnum bonum.

ὀρέστη κλαῖναν ὑφαίνειν ἵνα μὴ σὺ δοκοδύσῃ. *Ariſtophan.*

Oreſti (*prædoni*) lænam texito, ne te ſpoliet .i. *dandum aliquid raptori, ne plùs rapiat.*

Fiber teſticulos ſuos ſponte abſcindit vt ipſe ſaluus euadat. *Æſopus. Plini.*

μὴ δὲ σκέλος δεδεμένος προσυπόβαλλε καὶ τὸν τράχηλον. *Plutarch.* Ligato crure ne ſubijcias etiam ceruices Crus ſaluū vt maneat calceus intereat. *& Germanicus.*

Lépßa trocha dobrego zbioru/ niż wiéle złego.

μέτριον βίον μᾶλλον μετὰ δικαιοσύνης, ἢ πλοῦτον μέγαν μετὰ ἀδικίας δεῖ προαιρεῖσθαι. *Iſocrat.* Mediocrem vitæ ſtatum cum iuſtitia potiùs, quàm magnas opes cum iniuſtitia oportet eligere. *Sic prorſus Salomon. cap. 16.* Melius eſt parum cum iu-

cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate. *Et alias ſæpe.*

βέλτιο δ' ὀυσεβέων ὀλίγοις σὺν χρήμασιν εἶναι,
ἢ πλουτεῖν ἀδίκως χρήματα πασάμενον. *Theognis.*

Elige cum pietate in modicis opibus eſſe, Quam diteſcere & iniuſtis opibus frui. Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. *Pſalmo 36.*

Lépßa trochá pewnego / niż wiéle niépewnego.

ἐν γῇ πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θαλάσσῃ πλεῖν.

In terra egere quàm in mari diteſcere Præſtat.

κρεῖσσον τροφὴ σύμμετρος εὐπορουμένη, ἢ δεῖπνος ἄβρὸς, ὃν ἔπλασέ τις τ' ὄναρ. *Nazianzen.* Melior eſt eſca moderata ſufficiens, quàm cœna delicata ſtructa per inſomnium. *Apud Auienum, Piſcator piſciculum paruum captum orantem vt ſe dimittat donec creſcat non audit, dicens:* Stultum eſſe ſpe magni dimittere quod in manibus eſt licet modicum. *Vide ſimilia ſub* Pewnych rzeczy dla niepewnych.

Plùs valet in manibus paſſer, quàm in nubibus anſer. *E Gallicis.*

Simile eſt. Lépße chwalá Bogu.

Lépßa trochá z dobrą wolą / niż wiéle zé złą.

Lépßa trochá w pokoiu / niż wiélka hoyność w niépokoiu.

Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. *Prouerb. SS. c. 15.* Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. *c. 17.* Melior eſt pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore & afflictione. *Eccleſiaſtæ 4.*

Si pranderet olus patienter, regibus vti Nollet Ariſtippus. *Horati.*
Si det oluſcula menſa minuſcula, pace quieta,
Ne pete grandia, lautaque prandia, lite repleta. *Anonym. rhythmic.*

ἀμείνων ἥσυχος ὀλίγος, ἢ σὺν ἔριδι πλείων. *A.*

Melius parũ in quiete, multo in iurgijs. V. Dobrodźieyſtwo ochotnie dáne.

Lépße chwalá Bogu / niż da-li Bóg. Lépßy hárap / niż hu lálá.

Lépße iédno chwalá Bogu / niż dwoie dali Bóg.

Pro incerta ſpe, certa præmia malebant. *Saluſtius.*

δίδου μοι τὼ σήμερον, καὶ λάμβανε τὼ ἄυριον. *S. Chryſoſtom.*

Da mihi hodiernum, tibi ſume craſtinum. *Sed S. Pater caſtigauit eos qui dictum hoc de præſenti & futura vita accipiebant.*

Sic Martial. Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Melius eſt habere, quàm auere .i. *deſiderare.* V. Jutro nie pewne.

Lépße goſpodarzowi / niż gościowi. Jnße goſpodarz / inße gość ie i pić.

Sámi śie racza / ná nas nie bacza.

Dictum hoc perſtringit ſordidos & inurbanos conuiuatores qui melius ſe curant quàm hoſpites à ſe inuitatos, præſertim cum rubore vel moleſtia eorundem.

Tecum cœnans ſine te cœno. *Martialis conqueritur de Pontico.*
Cùm vocor ad cœnam &c. Cur mihi non eadem quæ tibi cœna datur?
Oſtrea tu ſumis &c. myrtilus mihi. *(vilis piſciculus datur.)*
Sunt tibi boleti, fungos ego ſumo ſuillos, *(viles & ſuibus dandos)*
Res tibi cum rhombo eſt, at mihi cum ſparulo *(ex paſſerū genere viliſſimus pi-*
Cur ſine te cœno, cùm tecum Pontice cœnem? *[ſciculus.)*
Sportula quod non eſt, profit, edamus idem .i. *ſiquidem non das ſportulam, da cœnam rectam, quam tu cœnas.* *Simile eſt Epigr. 68. libri 4. ad Sextum.* *Et Epigram. 43. l. 2. in Candidum.*

Eodem modo Iuuenal. Satyra 5. carpit quendam conuiuatorem.

Ipſe capillato diffuſum Conſule *(Opimio)* potat. *(vinum vetus optimum)* &c.
Tu Beneuantani ſutoris nomen habentē *(naſo longo ſutoris noti inſtar vel à ſutore*
Siccabis calicē naſorū quattuor, ac iam Quaſſatū &c. *Item.* *[noto factum.)*
Squilla datur domino &c. At tibi dimidio conſtrictus cammarus ouo. *Item.*
Virroni muræna datur *(intimo amico)* Vos anguilla manet lōgæ cognata colubræ. &c.
Vilibus ancipites fungi *(periculoſi, lethales)* ponētur amicis; Boletus domino. &c.

Philoxenus Paraſitus item apud Dionyſium Tyrannum cœnans, videns ſibi paruum mullum appoſitum & regi magnum, ſuum auri admouit; & rogatus quid faceret, reſpondit: Se de Galatea piſciculum hunc interrogaſſe, ſed eum reſpondiſſe; ſe recens natum neſcire, ex maioribus quæreret. *Athenæus. quo ioco Rex delectatus triglam magnā ei miſit. Suidas. Similia multa habet Lucian. de Mercede conductis, & inter alia ait:* Θεραπόλων ἀεὶ ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πίνειν, ὡς μὴ ἐλεγχθείη ἀπὸ χρώματος .i. Curans ſemper ex argento & auro bibere, ne prodatur à colore. *Sic Martial.*

Nos bibimus vitro, tu myrrha *(poculo myrrheo opaco)* Pontice, quare?
Prodat perſpicuus ne duo vina *(diuerſa, tuum & noſtrum)* calix.

Huc pertinet ille iocus Polonicus: Vżéley mi: Vżéley mu. *Verba ſunt heri parci ad pincernam, vinum ſibi melius, hoſpitibus deterius ex compacto miſcere præcipientis. Sed vt erat dolus non valde ingenioſus, hoſpitem induſtrium non latuit. Notus eſt apologus, qui tamen ſæpe vera ſit hiſtoria, & circa potum & circa alia hoſpitalitatis officia. In Caſina Plauti allegoricè illud dictum eſt:* Vt hoc eodem poculo quo ego bibi, bibat ſenex .i. *vt ſimiliter atq; ego deludatur.* *Affine,* Gośći zaprośiwßy. Vżié rowno śie dźiélemy.

Lépßéś opuśćił á do podléyßegoś śie obroćił.

Omiſſis fontibus riuulos conſectaris. *Cic.* Inuentis frugibus glande veſceris. *Idem.*
Quid ſole relicto venis. *Ex Homero apud quem Tyreſias Vlyſſem Orcum ingreſſum ſic affatur:*

τίπτ' αὖ ὦ δύστηνε λιπὼν φάος ἠελίοιο
ἦλυθες, ὄφρα ἴδῃς νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον; .i.

Quid huc ô infelix relicto lumine ſolis Veniſti, vt videas manes & inamœnam regionem? ἀντὶ καλοῦ ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι προθυμεῖς. *Plutarchi Archidamus.* Pro eleganti medico malus pòéta dici cupis.

Nucleo

Nucleo omisso putamina arripis. *Ex Plauto.*

τὸ σῶμα ἐάσας τὴν σκιὰν θηρεύεις. *Lucian.* Corpore omisso, vmbram venaris, captas. τὸ δ' ὄφεως σύφαρ θηρᾷς, δ' ὅλκα ἀμελήσας. *Idem.* Serpentis exuuias captas neglecto corpore. Præsente carne nemo vescitur thymo. V. Lépßy gil.

Affine, Poprawił śie. Vlićrowna odmiáná. Vlić ſtoi to zá to.

Lépße woyſko ićleniow / pode lwem hetmánem; niż woyſko lwow / pod ićleniem.

Præstantiorem & formidabiliorem esse exercitum ceruorum duce leone, quàm leonum duce ceruo, *dixit Philippus apud Stobæum, & Chabrias apud Plutarch. Sic Epaminondas conspecto magno exercitu, qui bono & prudente duce carebat, dixit:* Quanta belua absque capite! *Stobæus.*

Julius Cæsar vadens contra Afranium dixit; se ire in exercitum sine duce: *contra Pompeium verò vadens dixit;* se ire contra ducem sine exercitu. *Brussoni.*

καλῆ ἡγεμόνος καλὸς ἐστιν ὁ στρατός. *A.*

Boni ducis bonus esse solet exercitus. *Nam vt Plutarch. ait:* ἐμποιεῖ ὁ καλῶς ἄγων τὸ καλῶς ἕπεσθαι. Efficit hoc bonus dux vt alij eum benè sequantur. Ducis in consilio posita est virtus militum. *P. Syrus.*

Vide Przétożony. & Przykład przełożonych.

Lépßy byt niéboßczyk. Po złem pánie / bywa gorßy.

ἔπειτ' ἐνίοτ' ἄρχοντι κακίων τοῦ κακοῦ. *A.*

Succedit aliâs principi peior malo.

Τ' Ἀντίγονον ἀνορύσσω. Antigonum refodio. *Rusticus quispiam de Antigono rege viuente sæpe questus erat, sed cùm ei peior successisset, damnauit priorem suam opinionem, Antigonumq; reuiuiscere optabat. & cùm eum arantem forte anicula transiens interrogasset, quid faceret? respondit: Antigonum refodio .i. fodiens vertens terram ruspor sicubi eum inueniam, nam tolerabilior erat præsente. Lipsius.*

Hac astutia vsus est Tiberius ad se post mortem commendandum. nam crudelitatis & plurimorum aliorum scelerum sibi conscius, Caium Caligulam se longe nequiorem futurum coniiciens, successorem in Imperio reliquit: quò maioribus eius flagitiis sua obtegeret ac obliteraret; quin præ illo melior haberetur ac mortuus desideraretur. Dion Nicæus.

Vide Apologum sub Lépßy ſtáry ſługá.

Lépßy ſunt ßafránu / niż woz śiáná. Lépßy ſunt złotá / niż cetnar ołowiu.

κρεῖσσον τὸ ῥόδον τᾶς ἀνεμώνης. Præstantior rosa quàm anemone.

ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δ' χρυσὸς μεγάνορ' ἐξοχα πλοῦτα. *Pindar.* Optima quidem est aqua, at aurum inter superbas excellentior diuitias. *dixit hoc ex opinione hominum, qui ob raritatem & paucitatem auri, illud pluris omnibus æstimant, cùm aqua vsibus humanis frequentissima, vtilissima, & penitùs necessaria, ac proinde auro hac ratione sit præstantior. vt Aristoteles hoc vtrumq; expendit.*

κρόκυ τὸ ὀράγμα κόρυ ὄχε Θ βέλτιον. *A.*
Croci pugillus (vel maniplus) carior fœni vehâ. *Confer ſequens dictum.*

Lépſzy gil niż motyl.

λωίτερ Θ κύκνυ μικρὸς βρό Θ, ἢ κηλοιῶν κρωγμός. *&c. Suidas.* Præſtantior cygni modicus cantus quam graculorum Crocitatus. *Et Lucret.* Cygni melior canor quàm gruum.
ἀηδόνες κρεάκων αἰδεσιμώτεροι. Luſciniæ coruis honoratiores.
ὄνων κρείσσονες ἡμίονοι. *Theognis.* Aſinis præſtantiores muli.
Poteſt huc trahi & illud Martialis, non multùm abſimile.
Texta roſis fortaſſe tibi, vel diuite nardo,
At mihi de turdis facta corona placet.
ἐδὲις κρέως παρόν Θ ἐσθίει θύμον. *Antiphanes.* Carnes vbi adſunt, nemo veſcitur thymo. *Similem Polonico dicto iocum habet Anonym. Rhythmicus:*
Plùs valet il quàm nil, ſit procul ergo nihil.
Sed non apparet quid ſibi velit, niſi alludat ad hilum, quod aliquid ſignificat.

Lépſzy koniéc niż początek.

τὸ τέλ Θ μεῖζον ἢ ὁ ἀρχή. *Ariſtotel.* Finis præſtantior principio.
Melior eſt finis orationis quàm principium. *Eccleſiaſtæ c. 9.* V. Koniéc dobry.

Lépſzy proſtak powolny / niż mędrzec ſwowolny.

ἀμαθία μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον, ἢ δεξιότης μετ' ἀκολασίας. *Thucydides.*
Imperitia cum modeſtia vtilior eſt, quàm dexteritas cum immodeſtia.

Lépſzy mądry złodźiéy / niż głupi włodarz / ſáſarz. &c.

Tolerabilior eſt in familia fur induſtrius, quam villicus ignauus & ſtultus. *Quia prior modicum damnum infert ne appareat, poſterior ingens & conſpicuum.*
Sic apud S. Lucam c. 16. Laudatur villicus fur prudens, *& apud eundem c. 19. damnatur & ſpoliatur famulus ſtultus & ignauus qui mna vna nil lucratus eſt.*

Lépſzy mieſiąc zá groſz w ktorem kopá / niż zá kopę w ktorem groſz.

ἀ τὸ σύνεχον τιμᾶ, ἀλλὰ ὃ τὸ ζυνεχόμενον. *A.*
Contenta tu, non continentia, æſtima.
βύλακ Θ ὁ εὐτελὴς πολυτελὲς ἂ κἀ ἔχει. *A.*
Sæpe pretioſa multa vilis burſa habet.
Vagina vilis, bonum enſem tegens, præſtat pretioſæ, vilem enſem intus habenti. Nam non vagina enſem, ſed enſis vaginam commendare debet.
Huc alludit illud Martialis. Quiſquam plumbea vina vult in auro? .i. *Quis tam ſtultus eſt qui malit ex aureo poculo (.i. pulchro) plumbeum (.i. malum) vinum bibere, quam ex plumbeo luteo vili poculo, vinum aureum ſeu bonum?*

Lépſzy

Lépſzy ſtáry ſługá ábo pan z dźieśiáćia wad znáiomych; niż nowy z iedna táiemna.

Notiſſimum quodque malum maximè tolerabile eſt. *Liuius.*
Apud Plautum amico de mala vxore conquerenti, reſpondet aliter: Habeas vt nactus (es) Nota mala res, optima eſt. Nam ego nunc ſi ignotam capiam, quid agam neſciam. *Adde apologum Germanicum de auibus Noctuam Aquilæ reginæ vicariam contemnentibus aliamq; poſcentibus, & accipitre vicario aſſignato, qui nulli partit, dolentibus ac noctuam iterum optantibus. Iacob. Pontan.*

τὸ γνώριμον κακὸν ἀγαθώτατον πέλει. *A.*
Notum malum vulgò putatur optimum.

Lépſzy żywot łyczány / niż iedwábna śmierć.

Σπάρτινος Βίος θανάτου ἀρείων σηρικοῦ. *A.*
Eſt vita ſpartea morte melior ſericâ. *Sic*
Mendiciſſimus & morboſiſſimus quiſque mortem refugit. (milży.
Melior eſt canis viuus, mortuo leone. *Eccleſiaſtæ c. 9.* V. Dobry dźionek. Żywot na-

---

Lichotá bárźiey vkáśi. Bárźiey boli od podłego.

τὸ δῆγμα ψύλλης δριμύτερον ἢ τ' μύας. *A.*
Pulex ſolet quam muſca pungere acriùs.
ὑπὸ δ' ταπεινοῦ ὕβρις αἰσθητὴ πλέον. *A.*
Iniuria ab humiliore ſentitur magis. *Vel*
Vilior homo facit acriorem iniuriam. *Sicut contra:* Parua videtur iniuria vel contumelia quam facit dignus. *vt apud Ciceronem loquitur Antonius.*

Lichwá ieſt prętkonoga i dłużnikowi ſroga.

θᾶσσον ὁ τόκος ἡρακλείτου δρόμου τρέχει. Citius vſura currit quam Heraclitus curſor celeberrimus. *Licet enim certo & deſignato die ſoluenda ſit, ſemper breui inſtare cogitatur, & cùm tempus præſcriptum venerit, citiùs condicto adueniſſe putatur.*
ἔστι τόκος πρὸ τόκου, τόκος γέ μεν ἐστὶ καὶ ἄλλος. *Plutarch.* Eſt vſura ante vſuram ſiquidem & altera eſt vſura. *In eos quibus vſura vna ex alia naſcitur. Idem Plutarchus vſuram ſeu feneratorem comparat lepori qui eodem tempore ſimul & parit & alit & alios concipit fetus.*

Liſá w worzé kupowáć / ábo przedáwáć. Slépy targ.

Kto liſá w worzé kupuie; pſá ábo kotá náyduie.

Certa pro incertis mutare .ſ. ſtultum eſt. *Saluſt.* Euentus vendere. *Lampridi.*
Niepéwne rzéczy zá péwne vdawáć.
Ego ſpem pretio non emo. *Terent.* .i. *incertum lucrum certâ pecuniâ.*
Talia ſunt multa apud ICtos quæ afferunt ex Pandectis. Vt Iactum piſcium à piſcatoribus verriculum trahentibus emere. *vt etiam habet Valer. Max. Vel vt Suetoni.* Bolon piſcium emere. Fortunam piſcium emere *apud Schardium.* Miſſilium captum.

um captum emere. *Pomponius.* Sic emere prouentum agri aut horti futurum, item partum animantis. &c.

In folle offerre conditiones vel rationes, ſyngraphas, pecuniam. *Calliſtrat. I. C.*

An tibi mauis Inſidias fieri pretiumque auellier antè Quàm rem oſtendi. *Horat.*

Χαραδρὸν πιπράσκειν. Charadrium vendere. *de quo Hipponax.*

καὶ μὴν καλύπτει. μῶν Χαραδρὸν ὀξίᾳς; Et abdit ipſum. num charadriũ vendis? *Auis eſt quæ ab icterico aſpecta eum ſanat: ideòq; venditor tectam vendit, ne licitator ea viſa curatus eam negligat. Suidas.* *Sed hoc melius quadrabit in emptorem.* Charadrium emis .ſ. *tectum, neſciens an verè is ſit.* *Simile illud Gallorum:*

In ſacco feles haud venditur, haud emiturque. *Garner.*

ἀλωπέκιον ἐν θυλακίῳ ἂν ἀγόραστον. *A.*

Vulpeculam caue empſis in ſacco abditam. (wnyćh.

Quando habebo, tunc gratias agã. *Garner. Gallic.* V. Pźwnyćh dla niépéź

Liſt śmiélßy niż ięzyk. Liſt wßędy ma przyſtęp.

Epiſtola non erubeſcit. *Cic.* Coram me tecum agere conantem deterruit pudor &c. quæ nunc exponam abſens audaciùs. *Idem.* Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæſit Lingua ter inprimo deſtitit ore ſonus. &c.

Dicere quæ puduit ſcribere iuſſit amor. Ille mihi dixit &c. Scribe dabit victas ferreus ille manus. Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas. *Ouidi.*

θαῤῥοῦσά γ' ἐστὶ πάντα τῇ ἐπιστολῇ. *A.*

Liſká głodna/ drzemié.

πεινῶσαν ἀλώπεκὰ ὕπνος ἐπέρχεται. Vulpi eſurienti ſomnus obrepit. *Dictum hoc in eum iacitur, qui fingit vel diſſimulat aliquid exſpectans occaſionem commodi alicuius, vel rei deſideratæ inuigilans. Alioqui autem etiam ſomnus famem mitigat.* V. Spániem głodu pozbyć. *Affine eſt,* Wrzkomo niéwidźi. Wrzkomo niéſłyßy.

Low ſobié kotku.

Quod mendicanti quondam formica cicadæ

Reſpondit, dictum nunc tibi idem eſſe puta. *Notus eſt apologus Æſopi.*

ἄιχιστον ἀλλοτριοφαγεῖν, τ' ἴδια φάγε. (*vel* ἰδιόφαγε.) *A.*

Viuere alieno turpe, viuito tuo. *vel,* quærito tibi.

Omitto triuiale quin puerile illud: Ciuitas Cracouia &c.

Fuce relinquito apes, mellificato tibi.

Theſaurus in agro latet. *Agricola Æſopi moriturus, volens filijs oſtendere laborem vtilem eſſe & eoſdem ei aſſuefacere, theſaurum in agro latêre dixit. quem illi quærentes totum foderunt & fertiliſſimum (is theſaurus erat) reddiderunt.*

Lóżko pilnieyße niż ſtół/ ábo wiéczérza.

ὑπνῶν καλῶς ἄμεινον ἢ δειπνεῖν καλῶς. *A.*

Dormire quam cœnare malo ſuauiter. *Ex apologo quodam de hoſpite in diuerſorio*

uerſorio lectum inprimis diligenter curante, cæteris circa cœnam parandam occupatu, & mirantibus reſpondit: Cœnam vna hora vix durare, ſomnum autem 7 vel octo horas requirere. Et certe præſtat bene breuiùs dormire, quàm diu malè.

Lubiéżność z cnotą śie nié oſtoi. Mądrość z roſkoſzą śie nié ſpoi.

Amare & ſapere vix deo conceditur. *P. Syrus.*

De amore inhoneſto (vt dictum Polonicum ſonat) & de diis ethnicorum Pòéta loquitur. Nam Deo vero amor & Sapientia ſine vlla pugna ineſt; immò ipſe eſt Amor puriſſimus & Sapientia ſua vera & ſumma. De hominibus verò dictum Syri veriſſimum eſt. V. **Miłość zaślepia.** *Mimus verò Publij aptius ſic proferetur.*

Amare & ſapere nemini conceditur. *Vel*

Amare ſapereque ſimul haûd cûiquam licet.

ἅμ' ἐρᾶν φρονεῖν τ' ἔξεσι πάμπαν ἀδενί. *A.*

Luckie roźſądki mié liczmanámi rachuy, álé waż ſobié ſalámi.

Judicia hominum æſtimes, non numeres. *Seneca .i. non quam multi ſed quales dicant vel ſentiant attende. nam vix vnquam multi vel plures, ſunt meliores.*

Noli numerare, ſed appende. *S. Auguſtinus.*

Non populari trutina, ſed aurificis ſtatera examina. *Ex Cicer.*

βάρει ἀλλ' ἀριθμῷ τάδε λεγόμενα σταθμᾶι. *A.*

Fac pondere haud numero æſtimes ſententias.

Simile eſt **Nié iák wiele pátrz.**

Luroſc dobrych ludźi przymiot.

—— ἀγαθοὶ δ' ἀρδάκρυες ἄνδρες. *Zenodot.*

Boni viri ad lacrymas proni. Iuſtus tota die miſeretur. *Pſalmo 36.* Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas, viſcera autem impiorum crudelia. *Prouerbi. SS. cap. 12.*

Łyká drzeć / kiedy śie dra.

Datur modò, fruere dum licet. nam neſcias
Eius ſit poteſtas poſthac an vnquam tibi. *Terenti.*
Dum recens, dum datur, dum calet, deuorari decet. *Plaut.*
Dum ludi fiunt (*quibus ſpectandis domini intenti ſunt*) in popinam pediſequi
Irruptionem facite, nunc dum occaſio eſt,
Nunc dum ſtriblitæ æſtuant occurrite. *Idem.*
Quare ſi ſapis oblatas ne deſere meſſes,
Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus. *Propertius hortatur Cynthiam amaſiam vt amatorem opulentum ſpoliet.* (mur. *Virg.*
Quâ prima —— fortuna ſalutis. Monſtrat iter, quaq; oſtendit ſe dextra, ſequa-
ἐμοὶ μὲν δοκεῖ διαλύειν τὴν δὲ τὴν πανήγυριν. *Xenephon.*

Mihi quidem hic mercatus non videtur dimittendus. Nam nundinis peractis non

eſt mercatus, *Damaſceni eſt dictum. Vide ſub* Po obiędźić łyßką.

Dum pluit, vel, dum aqua fluit, molendum eſt. *Garnerus è Gallicis.*

Pyra cùm maturuerunt, carpenda ſunt. *Idem.*

Illud triuiale, Cum ſubera ſuberant. &c. reieci in ſecundo Tomo ceu barbarum & falſum.

Affine, Pilnuy czáſu. Czás po temu. Żáżyway poki możeß/ & Vńć intro ćie to potka.

Lyſy.

Glabrior quàm vulſus Lydius. *Plaut. Iuuenes erant depiles in ludis ſaltantes.* Lydios *alibi idem Pœta vocat. Meminit & Liuius ac Suetonius.*

Cucurbita glabrior, *Apulei.* Læuior conchis Cytheriacis .i. *Venereis. Martial.* *Idem Martialis in Labienum caluum ſic iocatus eſt:*

Nudum eſt in medio caput, nec vllus
In longa pilus area notatur. &c.

Vites cenſeo porticum Philippi (*ad quam ſtatua Herculis cum claua ſtabat.*)
Si te viderit Hercules, periſti. (.i. *mactabit, ratus Geryonem tricipitem eſſe,*) *Sic etiam Æſchylo caluitium mortis occaſio fuit, teſtudine ab aquila in caput eius demiſſa occiſo. vt ſcribit Valer. Maxim.*

Ψιλότερος τὴν ἔδ Κάρος κεφαλῆς. *Syneſi.* Nudior Cari Cæſaris capite.

Ἔ ὐστέρος φαλακρότερος. Piſtillo nudior, caluior.

Μυκώνιος φαλακρός. *Strabo.* Myconius caluus. *quòd in ea inſula hoc vitium commune & quaſi gentilitium Plinio teſte fuerit.* Myconi omnis calua iuuentus. *Lucilius.*

Φαλακρότερος εὐδίας. *Suidas.* Tranquillitate (*aquæ maris,*) caluior.

Quo nudior. νῦν δασὺς ὢν λίαν, ὡὸν ἅπας γέγονεν. *Epigram. Niciæ.*

Qui nunc eſt quo nudior, hirtus erat. *Vel.*
Hirtus nunc, quo nudior eſt ſubitò.

Tam glaber quam callus vel callum Socratis. *Varro apud Nonium. vt legit Eraſmus pro voce caluus vel gallus Socratis (quam aliqui legunt) & intelligit duritiam pedum Socratis patientiſſimi & nudipedis ſemper. Vola autem pedis vt & manus depilis eſt. Qui gallus legunt, alluſum hoc dicto volunt ad gallum quem deplumatum Diogenes in ſcholam Platonis iniecit, dicens:* En hominem Socraticum. *carpſit definitionem Hominis vitioſam in eo loco datam, nempe:* Hominem eſſe animal bipes implume.

Lunulæ, *pro caluis apud Græcos ob ſimilitudinem in læuore & varietate vtriusq;.*

Τοὺς φαλακροὺς σελήνια καλοῦσιν. *Syneſi.* Caluos lunulas appellant.

Καὶ σελήνας ὁμωνύμους καὶ ὁμοσχήμονας. *Idem caluos ait eſſe,* Lunæ cognomines & ſimilis figuræ; nunc plenè caluos, nunc dimidia parte, nunc minori.

S. Ambroſius ſcribit. Comam eſſe reuerendam in ſenibus, venerandam in ſacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adoleſcentibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arboris comam, arbor ingrata eſt; tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flacceſcit.

Sic Ouidi. Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus
Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput.

Apuleius

Apuleius item ait: Mulierem etiam venuſtiſſimam, ſi capillitio nudetur, licet illa cælo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipſa fuerit, licet omni Gratiarum choro ſtipata, & toto Cupidinum populo comitata & balteo ſuo cincta, cinnama fragrans & balſama rorans, ſi calua proceſſerit, placere ne Vulcano quidem ſuo poterit. *Nihilominus Caluitij, quod tam malè vulgò apud omnes audit, laudes ſcripſit idem Syneſius. Vide* Máłe rzéczy rozßerzáć/ chwalić.

Lżey nedznemu niéſámemu. Lżey ból cierpiemy ſpolny z drugiemi.

Leuat dolorem communis quaſi legis & humanæ conditionis recordatio. *Cicero.* Conſolatio miſerorum eſt habere ſocios. *Eraſm.* Facilius feruntur mala cum alijs cõmunia. *Idem.* Κοινῇ σὺν ἑτέροις φέρτερον πάσχειν κακά. *A.*

Vulgaris verſiculus eſt: Gaudia ſunt miſeris ſocios habuiſſe *(vel* ſpectare *)* malorum.

Κυφότεροι οἱ μὴ μόνοι φέροντες τὰ κακά. *Ariſtoteles.*

Leuius ferimus haud ſoli tolerantes mala.

παραμυθίαν φέρει τὸ κοινωνὸς εἶναι συμφορῶν. *Chryſoſtom.*

Solatium eſt cùm alij ſunt participes calamitatum.

κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον. Cõmune naufragium omnibus ſolatium.

Dulce mœrenti populus dolentum, Dulce lamentis reſonare gẽtes. *Seneca Troade.*

Lentiùs luctus lacrymæq; mordent, Turba quos fletu ſimili frequentat. *Ibidem.*

Ferre quam ſortem patiuntur omnes Nemo recuſat. *Ibidem.*

ἰσομοιρία τῶν κακῶν μὴ πολλῶν, κούφισιν ἔχει μεγίστην. *Thucydides.*

Sors æqua malorum cum multis, leuamen habet maximum.

ξυναὶ δ' ἀφροσύναι τε καὶ ἄλγεα καὶ μελεδῶναι κυφότεραι. *Nazianze.*

Communes curæ leuiores atque dolores.

ῥᾷον ἄν τις συμφορὰν τὴν χαλεπωτάτην φέροι μὴ φίλων, ἢ μόνος τὴν δυτυχίαν μεγίστην. *Dion. Chryſoſto.* Faciliùs quis calamitatem duriſſimam ferat cum amicis, quàm ſolus felicitatem maximam.

Affine, Cierp co i drudzy. Káżda nedzá/ &c. Lżey ſwe. Spolnić lżey.

Lżey niemieć/ niemiawßy: niż poſtradawßy. Cieżey poſtradáć/ niż nić doſtáć.

Tolerabilius & facilius eſt non acquirere, quam amittere. *Seneca.*

Lætiores ſunt quos fortuna nunquam aſpexit, quàm quos deſeruit. *Idem.*

μεῖζον περίσκεθ' ἅλγος ἢ μηδέποτ' ἔχειν. *A.*

Priuarier quàm nunquam habere plùs dolet.

αἴσχιον ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι, ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι. *Thucydid.*

Turpius eſt habentem priuari, quam quærentem non aſſequi.

Affine, Miawßy nić mieć.

Lżey ſwé przykrośći czujemy/ gdy cudze wietße widżiemy/ ábo ſłyßemy.

Kto cudze nedzé vwáży/ lékcey ſobié ſwoie wáży.

Æquior caſum tulit & procellas
Mille qui ponto pariter carinas Obrui vidit. *Seneca Troade.*
ῥᾷον παστλήσῃς τὰ σὰ κακὰ, ἀλλοτρία βλέπων. *A.*
Aliena ſpectans mala, tua faciliùs feres.
Rem pateris modicam & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos maiora ad crimina, ——
Confer conductum lationem, incendia &c. Confer. &c. *Confer. &c. Iuuen.*
Humani generis mores tibi noſſe volenti,
Sufficit vna domus. paucos conſume dies, &
Dicere te miſerum poſtquam illinc veneris aude. *Idem.*
μεγίστη παραψυχὴ ἡ τῶν ὁμοίων ἀνὴ ſ. παθῶν. *Heliodorus.*
Maximum ſolatium ſimilium (*caſuum*) auditio.
Τὸ λυπέμενον ἀλλοτρίοις κακοῖς παραμυθᾶ. *Apollini Tyane.*
Moleſtiam (*tuam*) alienis malis ſolare. *Nam*
Mala propria alienis comparata leuiora videntur. *declarat id Herodotus Græcus hiſtoricus dicens*: Si omnes homines domeſtica mala in medium conferrent, cum vicinis mutare volentes; inſpectis vicinorum malis, libenter reportaturos ſingulos ſua quæ attulerunt. *Idem habet Horati. Satyra 1 lib. 1. dicens non contentus ſua ſorte.* Si quis deus, En ego dicat
Jam faciam quod vultis: eris tu qui modò miles,
Mercator; tu conſultus, modò ruſticus; hinc vos
Vos hinc mutatis diſcedite partibus. Eia,
Quid ſtatis? nolunt. atqui licet eſſe beatis, &c.

Lżcyßy cłowiek po obiedźić, abo po iedzeniu.

De hac re ſic habet Suidas. γαστὴρ.
ἡ πλήρης μὲ ἐλαφροτέρα κενὴ δὲ βαρεῖα. Venter Plenus quidem leuior, vacuus autem grauis eſt. *Sed hoc, qui accuratiùs examinant, non de ventre, qui repletione ciborum omninò grauatur, ſed de corpore & homine toto, qui depulſa famis moleſtia languorem ob conſumptos ſpiritus afferente, recreatus cibo hilarior & ob excitatos calore cibi & potus ſpiritus vegetior & alacrior leuiorq; ſibi videtur, interpretantur. Cæterùm ſi eundem appendas in ſtatera ante & poſt cibum, maius pondus æquabit ſatur quam ieiunus æquabat.* *Simile eſt illud Theognidis.* θωρηχθεὶς ἔσεαι πολλὸν ἐλαφρότερος Potus (*ebrius*) multò eris leuior. *ſeu agilior vel alacrior. Nam* Ebrietas *Horat. ait*: Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem Solicitis animis onus eximit, &c. *quæ ad animum omnia pertinent. corpus verò potu multo ſitut & cibo grauatur, & tardius ac ſegnius efficitur, vt notum eſt. Petrus Maffeius in hiſtoria Braſilienſi ſcribit, Tigres ieiunas velociſſimas eſſe, paſtas autem ſegnes tardas & timidas, gregarijs etiam canibus impares.*

M

Ma/ á nié záżyié. Máiąc nié záżyć/ głupſtwo.
Mogąc śie mieć dobrżè/ nedze kłępić.

Quò mihi fortunas, ſi non conceditur vti? *Horati.*

Claudi more pilam tenet. *Cic.* .ſ. *luſoriam (alij de columna intelligunt longè alio ſenſu) Sic Seneca:* Manco pilam remittere .i. *dare beneficium ei, qui eo vti neſcit, vel idoneus ad accipiendum non eſt.*

In medio torrente ſitire. *Lucret.* *Inſtar Tantali: de quo Nazianzen.*

Ταντάλειοι ὑμωρέαι διψῶντ' ἐν ὕδατι. Tantali pœnæ ſitientis in aquis.

De eodem ſic Horat. Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congeſtis vndiqúe ſaccis
Indormis inhians. & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquã gaudere tabellis. *Idẽ.* Magnas inter opes inops.

λίψῃ τ' ἐξόλλυτο, ὕδωρ δ' ὑπερέσχε γενείου. *Athenæ.*
Defecêre ſiti, mentum ſuperante liquore.

ὐ μόνον τῶν κτᾶσιν ἔχειν δεῖ τ' καλῶν, ἀλλὰ κ τὰν ὄνασιν. *Hippodamus.* Non ſolùm poſſeſſionem rerum pulchrarum habere oportet, ſed etiam vſum.

Ταντάλου τράπεζα. Tantali menſa. *de re quam cùm habeas non licet frui.*

Clauſis theſauris incubat. *Quintilian.* Quaſi draco theſaurum complexus. *Cic. Nam ob acumen viſus & vigilantiam theſauris præficiebatur draco. Feſtus.*

ὄινον παρόντος ὄξος ηρέθη πίειν. *Eupolis.*
Præſente vino bibere acetum maluit.

βύρσης ὄζει μύρων ἐξόν. *Ariſtides.* Corium redolet cùm poſſit vnguenta.

Quid enim differt, barathróne Dones quicquid habes, an nunquã vtare parátis? *Horati.*
Si quis emat citharas, emptas comportet in vnum,
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus vlli.
Si ſcalpra & formas non ſutor; nautica vela
Auerſus mercaturis; delirus & amens
Vndiqúe dicatur meritò: quid diſcrepat iſtis,
Qui nummos aurumqúe recondit neſcius vti
Compoſitis, metuenſqúe velut contingere ſacrum? *Idem Horati.*

Similis fuit Midæ felicitas; omnia, etiã eſculenta, in aurũ vertentis, & omnibus abſtinentis.

Habet quod deeſt. *Ex Horatio.* .i. *ita parcit bonis ſuis vt ei deeſſe videantur.*

Fruſtra pulchras claudus habet tibias. *Prouerb. SS. c. 26.*

Citharam habet & citharœdus non eſt vel pulſare eam neſcit. *Ex Varrone.*

νήπιε τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον ἄυλως; *Homer.*
Stulte quid arcum habes inutilem fruſtra?

ὄνος ἄγων μυστήρια. *Ariſtophan.* Aſinus portans myſteria. *Similis ei eſt qui amuſus & ru-*

ſus & rudis cùm ſit, bibliothecam inſtructam habet vel curat.

πολλοῖς ἀχρήστοισι θεὸς δίδοι ἀνδράσιν ὄλβον
ἐσθλὸν, ὃς οὔθ' ἑαυτῷ βέλτερος οὔτε φίλοις. *Theognis.*

Multis inutilibus viris Deus dat opes
Bonas, quæ nec ipſis proſunt nec amicis.

ἀγαθῶν παρόντων κακὸν ζητεῖ. *Plutarchus de eo qui vinum bonum aliis vendens ipſe acetum pro ſe quærebat.* Bonis præſentibus mala quærit.

πρὸς κάπαρεν ζῆς δυνάμενος πρὸς ἀνθίαν. *Plutarch.* Cappari viuis qui potes anthia. *Nam capparis iſtic vilis cibus, anthias piſcis nobilis & ſuauis.*

ἡμιόνου βίον ζῆν. Muli vel mulæ vitam viuere. *de quo Epigram.*

πολλάκις αἱ χρυσᾶ τιμαλφέα φόρτα ἄγουσι
πολλὸν ὑπὸ νῶτα, χόρτον ἔδουσι μόνον.

Sæpius hæ auri pretioſa onera portant Multa in tergo, & gramen ſolum edunt.

παυσικάτιλλον ἐν στόματι ἔχει. *Ex Polluce.* Capiſtrum in ore habet; *vt ſeruus polentam famelicus molens. vel iumentum in prato, ad aceruum, in tritura capiſtratum eſuriens.* βοῦς ἐπὶ τῷ σωρῷ *ſ.* ἀλοῶν. *Suidas. .i.* Bos apud aceruum *.ſ. triturans cum capiſtro. quod tamen Iudæis erat vetitum.*

Affine, Lákomy wßyſtkiem zły. Skapy. Zmindak. Sam nié záżywa.

Ma chleb rogi. Doſtátek roſpycha.
Trudna w doſtátku / w ßcześćiu miárá.

Satietas ferociam parit. *è Græcis variis ſcriptoribus. Sic Theognis.*

τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

Faſtum copia gignit opes vbi prauus adeptu' ſt.

τίκτει κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν. *Stobæus.* Parit ſatias ferociam; imperitia verò cum poteſtate coniuncta, inſaniam.

Cùm tantam copiam habeat, quod ſcelus omittet? *Cic.*

πολλούς τοι κόρος ἄνδρας ἀπώλεσεν ἀφρονέοντας. *Theognis.*

Permultos ſatias dedit exitio inſipientes.

πολλῷ τοι πλέονας λιμὸς κόρος ὤλεσεν ἄνδρας. *Idem.*

Non periêre fame tot, quot pereunt ſatiate.

ὃν μὴ κόρου ὑπὸ πλούτου γενέσθαι, τοῦτ' ἂν ὕβριν ὑπὸ δὲ κόρου. *Solon apud Laërtium.* Satietatem naſci ex opulentia, ferociam verò ex ſatietate.

Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis
Nec facile eſt æqua commoda mente pati. *Ouidi.*

Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores,
Et cùm tot Crœſos viceris, eſſe Numam. *Martial.*

Nullũ crimẽ abeſt facinuſq; libidinis, ex quo Paupertas Romana perit. *Iuuen.*

Neſcia mens hominũ fati &c. Et ſeruare modũ rebus ſublata ſecundis. *Virg.*

γνῶναι χὠ καλεπὸν μέτρον ὅτ' ἐσθλὰ παρῇ. *Theognis.*

Cum

Cum bona cui adſunt noſſe modum haud facile eſt.

Nimiæ rerum omnium copiæ deprauant. *Cic.*

Ineraſſatus, impinguatus, dilatatus recalcitrauit. *Deuteron. 32.*

Fenum habet in cornu. *Horat. more bouis cornupetæ. Acron. pabulo copioſo ferocis facti. Plutarch.* Panaria ea ebrietas *dicitur ab Eraſino, nempe arrogantia & inſolentia ſecundarum rerum comes.* *Sic &* Pane ebrius. *Lauin. ex Horatio & Demoſth. qui ait:* μεθύων τῷ μεγέθει πεπραγμένων. Ebrius magnitudine rerum geſtarum. *Et Horat.* Fortunâ dulci ebria. *de Cleopatra.*

Felicitas eſt nutrix iracundiæ. *P. Syrus.*

Tutulus exſurgit ſacco, cùm forte repletur. *Anonym.*

Cattus quando ſatur fuerit, cum mure iocatur. *Idem.*

Inſigne exemplum eſt apud Palladium de mendico mutilo cui Eulogius multis annis ſeruiens ingrato. *Affine,* Szczęście podnoſi.

Mácoſzyne dźiećie dwá rázy obrok / ábo dwá obroki bierzé.

Nouercarum philoſtorgia perſtringitur, ob quam in alieni partus liberos iniuriæ ſunt.

ἀεὶ διπλοῦς ἐστι μητρυιᾶς υἱός. *A.*

Natus nouercæ quiſque dupliciarius .i. *duplex diurnum capit.*

Mulier quæ ad ſecundum virum cum liberis ſuis venit, horum eſt mater: quos penes virum inuenit, horum eſt nouerca. illos amanter & accuratè nutrit, alienos odit & inuida eorum cibos diminuens ſuis addit. Æſopus.

Opilionis ouicula peculiaris eſt pinguior. *ex Plauti Aſinaria. vbi ait:*

Etiam opilio qui paſcit alienas oues,

Aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam.

Adde illud Heſiodi. —— Χαλεπὴ δ' ἐπιπόρτις ἔριθος: Moleſta liberos habens ancilla vel nutrix. Nutricum more paſcis. *ſub* Nié rownó śie dźiećiemy. *Affine,* Mámká zá mátkę. Nié toż mácochá / co mátká.

Madrego nié wiéle trzébá vczyć.

Madremu nié wiéle trzébá mowić. Madremu dość ſkinąć / oſtátká śie domyśli. Dictum ſapienti ſat eſt. *Plaut.* Strenuis abundè dictum puto. *Saluſti.*

Intelligenti pauca .ſ. *dicas, vel ſufficiunt. Xylander.*

Verùm animo ſatis hæc veſtigia parua ſagaci Sunt. *Lucret.*

Non morabor in parte hac, nimium eſt quod intelligitur. *Quintilian.*

Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. *Eccleſiaſtæ c. 8.*

Inueniam hominem callidum doctum, qui quando principium prehenderit; Porrò ſua virtute teneat, quid ſe facere oporteat. *Plaut.*

Apud Terentium Geta de Phormione paraſito aſtutiſſimo ſic inquit:

Vix-dum dimidium dixeram, intellexerat .ſ. *argento opus eſſe & quomodo id ac vnde acquirendum eſſet, volui addere: & iam ipſe intellexit & præoccupauit.*

Apud eundem Soſia ſeruus induſtrius hero dicenti: Adeſdum, paucis te volo: *reſpondet:* Dictum puta .i. *ſcio non ſecùs quàm ſi mihi dixiſſes, vel puta iam te dixiſſe, coniecì quid velis:* nempe vt curentur rectè hæc. *Charilaus.*

Charilaus interrogatus cur Lycurgus patruus eius paucas leges Spartanis scripsisset, respondit: ὡς οἱ λόγοις μὴ χρώμενοι πολλοῖς, οὐδὲ νόμων δέονται πολλῶν. *Plutarch.* quia qui verbis non multis vtuntur, legibus multis non indigent.

ἔστιν δ' ἅπαντα τοῖς σοφοῖσιν εὐκολα. *Zenodot.*

Facilia cuncta sunt viris sapientibus.

Sapiens diuinat. *Donat.* Sapientem mittas, nihil illi dicas. *Vulgare dictum.*

Mądrem gwiazdy nie rządzą. Mądry bezecnie nie poległ.

Mądremu zawżdy nayprzystoyniey ſtoi.

Sapiens dominabitur astris. *Ex Ptolomæo.*

A signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes. *Ieremiæ c. 10.*

Nullum numen (*i. vim*) habes (*ô fortuna*) si sit (*si adsit*) prudentia, sed te

Nos facimus fortunam deam cæloque locamus. *Iuuenal. Britannicâ editionis. alij legunt.* Nullum numen abest .i. *nullum Numen non fauet, vel feliciter res cedunt si prudenter agantur, sed nos temerè pleraq; aggredimur & successum bonum fortunæ fauenti, malum inferse adscribimus. & facimus falsò deam, quæ nulla est.*

πασα τυχη ἀιωθησι φρονήσει καρτερεῖ. *Carneades apud Fulgentium.*

Omnis fortuna in sensu (*i. in iudicio, intelligentia*) sapientis habitat.

ἅπαντα δῆλα τῷ φρονεῖν καθίστασθαι. *Menander.*

Subiecta penitùs cuncta sunt prudentiæ.

Magna est fortunæ victrix sapientia —— *Iuuenalis.*

Sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi. *Plaut.*

Et mihi res non me rebus subiungere conor. *Horati.*

Sapiens totus aptus (*i. dependet*) est ex sese, & in se vno sua ponit omnia. *Cic.*

Talis est sapientis animus, qualis mundi status supra lunam. Semper illic serenum est. *Seneca.* πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας πρῶτον ὑπάρχει. *Sophocles.*

Longè primum Vt sis felix, sapere esse puta.

Fortuna nulli plùs quam consilium valet. *P. Syrus.*

Fortuna ius in hominis mores non habet. *Idem.*

πᾶσιν γὰρ εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.

Fortuna cunctis fert opem sapientibus.

ἔστ' οὐδὲ πάγκακον ἦμαρ. *Hesiodus.* Nullus omnino malus dies. *vt astrologi quosdam omninò infelices assignant.* Aduersus fortunam aureis armis pugnandum .*i. prudentia iustitia sanctitate. Rhodigin. ex Platone.*

Mądrem śie ten darmo zowie / co mie vmie rádźić sobie.

Frustra sapit, qui sibi non sapit. *Erasmus.*

ὃς ἑαυτῷ οὐκ ἔστι σοφός, οὐδενὶ ἔσται. *A.*

Qui non sapit sibi, alteri nunquam sapit.

Qui sibi ipse sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit. *Cic.*

μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὑτῷ σοφός. *Euripides.*

Odi sapientem qui sibi ipse non sapit.

Mądremu

Mądremu mié wiéle trzéba. Mądry ná málé przéſtáié.

Quam multis rebus non egeo! *dicebat Socrates per forum tranſiens. Laértius.*
Sapienti nihil neceſſe eſt. *Seneca.* Sapientis facilis victus eſt. *Idem.*
Sapienti nihil deeſſe, *dicebat Diogenes apud Laértium.*
ὁ γὰρ Φρονῶν εὖ πάντα συλλαβὼν ἔχει. *Cheræmon.*
Cuncta vniuerſim qui ſapit recte obtinet.
ὁ Σοφὸς ἐν ἑαυτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.
Sapiens in ſeipſo continet (circumfert) ſubſtantiam. *al.*
Homo doctus in ſe ſemper diuitias habet. *Phædrus.*
Ego omnia mea mecum porto. *Biantis dictum apud Cic. & Laértium. cùm patria incenſa, omnes fugerent, quæ poterant portantes, ipſe vacuus ibat dicens:* ἐγὼ πάντα τὰ ἐμὰ σὺν ἐμοὶ βαστάζω. *Ego omnia mea mecum porto .i. virtutem & ſapientiam.*
Sic Stilpo apud Senecã amiſſa patria dixit: Se nil perdidiſſe, nam omnia ſua ſecũ eſſe.
ὀλιγαρκῆ χρὴ μάτιον εἶναι τὸ Φιλοσοφέοντα χρὴ, μηδὲν ἧσσον πλέον Φρονεῖν. *Luciã.*
Paucis contentũ & modeſtũ eſſe oportet Philoſophum, nec vltra perã ſapere, optare.

Mądrość nawiętſza káżdego / znáć dobrzé ſiébié ſámego, á niemáſz nic trudniéyſzego.

—— E cælo deſcendit γνῶθι σεαυτόν. *Iuuenalis.*
τὸ γνῶθι σεαυτὸν πανταχοῦ ἐστι χρήσιμον.
Noſcere ſeipſum quolibet loco vtile eſt.
Thales interrogatus: τί ἐστι δύσκολον; ἔφη, τὸ ἑαυτὸν γνῶναι.
Quid eſſet difficile? *ait:* ſeipſum noſſe.
Χαλεπώτατόν ἐστιν ἑαυτὸν ἐπιγνῶναι. *Baſilius.* Difficillimum eſt ſeipſum cognoſcere. *Subdit ſimilitudinem.* Non ſolum oculus alia extra ſe cernens, ſeipſum cernere nequit; ſed & ipſa mens noſtra, aliena peccata acutè cernens, tarda eſt ad proprio-rum cognitionem. *Apud Macrobium cuidam quærenti: qua via ad felicitatem peruenire poſſet? oraculum Delphicum redditum eſt:* Si teipſum cognoueris.
In Pſeudolo Plauti, Ballio Sycophantæ interroganti: Num noſſet quendam hominem? *reſpondit:* Egomet me .ſ. *noui. ſubdidit Sycophanta perſtringens illum.*
Pauci iſtud faciunr homines, quod tu prædicas .ſ. *de te.*
Nam in foro vix decimus quiſque eſt, qui ipſus ſeſe nouerit.
Aſſine, Znay ſiébié ſámego.

Mądrość przychodźi i roſćié z láty: áż nié káżdy iéſt mądry / brodáty.

Ætate prudentiores efficimur. *Sic Homerus:* ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα.
νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων,
σοφὸς ἔνεμαι, ἐδ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός.
Ego adhuc puer fui. Nunc verò cùm iam magnus ſum, & aliorum ſermonem audiens. Proficio, & creſcit mihi intùs animus.
χρόνος σοφώτατον. *Thales.* Tempus ſapientiſſima res.

Sapientiæ ætas condimentum eſt (.i. *ætate ſapientia matureſcit & perficitur*)
Sapiens ætati cibus eſt (*quia eum ætas velut cibum condit*) *Plaut. Muret. Turneb.*

Scilicet ingenium & rerum prudentia velox
Ante pilos venit. *Perſius. Ironia eſt vel antiphraſis .i. minimè venit.*

Nam Gregorius Nazianzen. dicit: ἀγαπητὸν, ὅτῳ καὶν εἰς βαθὺ γήρας λόγος ἀφίκηται πολιός .i. Optabile eſſe, ſi cui etiam in profundo ſenectutis intelligentia vel oratio contigerit cana .i. *matura.*

Idem prorſus Cicero ex Platone affert, dicens: Beatum, cui etiam in ſenectute contigerit, vt ſapientiam veraſque opiniones aſſequi poſſit.

νέος ἔμπειρος οὐκ ἔστι, πολλὸς γὰρ χρόνος ποιεῖ τὴν ἐμπειρίαν. *Ariſtotel.*
Iuuenis experientia caret, multitudo enim annorum facit experientiam.

πρὶν ἀποβάλλειν χρεὼν τὴν πρώτιστον τρίχα, καὶ τὸ τὰ παιδικὰ ψελλίζεσθαι. *Nazianzen.* Priùs abijcienda eſt prima lanugo, & puerilis balbuties .ſ. *antequam ſapiens quis efficiatur & vocetur.*

Mądrość ſkryta głupſtwo. Mądry nie ieſt co drugiemu nie poráđzi.

τί σοφὸν χρήσεται μόνος ἐπισάμενος; *Theognis.*
Quem fructum habebit ſolus ſciens? *vel.* Si ſolus ſapias nempe quis vſus erit?
Sapientia abſconſa & theſaurus inuiſus quæ vtilitas in vtrisque? *Eccleſiaſtici c. 20.*

Mądry. Roſtropny. Dowćipny. Sztuk. Roz. Ma w głowie.

Nouit omnia Quæ ſint quæ fuerint quæ mox ventura trahantur. *Virgil.*
Ex Homero qui ait: ὃς γ' ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. .i. *qui nouit quæ ſunt, & futura, & quæ antè erant.*
Argus oculeus totus. *Plaut.* Sapientum octauus. *Horat. absq; ironia nunc accipe.*
Tanquam de ſpecula futura proſpicit. *Cicer.* Diuamq; hominumque
Prudentem qui multa loquiúe tacerέue poſſit. *Gellius.*
ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. *Suidas.* Ex vno videt omnia.
Acetū acre in pectore habet. *Plaut.* .i. *prudens, callidus, acris iudicij.* Dij voſtrā fidē! Quanti eſt ſapere! nunquam accedo quin abs te abeam doctior. *Terent.*
Alter Ianus. A fronte ſimul & occipio videt. *Eraſm.* ἄλλος Ἰανός.
Ianus bifrons. *Macrobi. Lauin.* ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω βλέπων. Simul antè & pòſt aſpiciens. *quem ideò ait Perſius,* nulla ciconia pinſit à tergo .i. *quem nemo ſubſannat occultè, cùm in occipitio quoq; oculos habeat, vt Plautus de anu curioſa & circumſpectatrice cum oculis emiſſitijs loquitur.*

κρανία διττὰ φορεῖ, ὀφθαλμοὶ δ' οὐκ ἀριθμητοί. *Cratinus.*
Crania bina gerit, numero ſed lumina nullo.

μυρία ἤδη. *Homer.* Millia nouit. ἄνθρωπος Θαλῆς. *Ariſtophā.* Homo Thales.
Thales ad ſapientiam huius nimius nugator fuit. *Plaut. laus videtur ſerui magna, ex comparatione; ſed antiphraſis eſt vituperans.* *Similiter Terent. ridens ſenem:*
Tu quantus quantus nil niſi ſapientia es.

ἀριθμεῖν

ἀριθμεῖν ἐπίστανται, *Plato. Aristotel.* Numerare nouit. *de homine ſapiente, quia numerare eſt actus rationis, quo bruta carent. ſed & barbari multi numerare neſcire dicuntur, vt Scythæ. Vide & Giupi.*

μέλλοντα πρὸ πολλοῦ διόπτρᾳ σὺ βλέπεις. *è Piſida.*

Ventura longe per dioptram proſpicis.

Lynceo perſpicacior. ὀξύτερον ἢ λυγκέως βλέπῃ. *Ariſtophan.*

Acutiùs videt Lynceo, *vel animali, de quo Plini. lib. 2. cap. 17. vel homine, de quo Orpheus Pauſani. Cicer. Varro. Ouidi.*

Ζὺ δὲ ὑπὲρ τὸν λυγκέα ἡμῶν δέδορκας, καὶ ὁρᾷς τὰ ἐνδὸν, ὡς ἔοικε διὰ τοῦ στέρνου πάντα διαγνώσκῃς. *Lucian.* Tu verò ipſo Lynceo nobis perſpicacior es, & vides quæ intùs ſunt, vt videtur per pectus cuncta diſcernis.

Non poſſis oculo quantùm contendere Lynceus. *Horati.*

προδίκου σοφώτερος. *Suidas.* Prodico ſapientor. *arbiter fuit prudentiſſimus.*

Cordatus & Corculum, *pro prudente. Cic.* Catos & Corculos dictos qui ſapientia præſtiterunt *ait Plini.* Cor domicilium vitæ; caput rationis, iecur cupiditatis. *Euſtatbi.* Grus volans lapidem pede ſtringens. *Symbolum viri ſapientis apud Pierium. Nam grues volantes lapidem pede tenent, vt eo demiſſo ex ſtrepitu agnoſcant, ſupra terramné an ſuprà mare ferantur. Plini. Suidas. Sed Maximus Tyrius roſtro grues ait tenere lapidem ne ventis à recto curſu detorqueantur. Solinus & item Plini. arenam vel lapillos ait eos deuorare qua ſaburrati vento reſiſtant.*

αἱ γέρανοι λίθους καταπίνουσαι. *Suidas.* Grues lapides deglutientes, *de iis qui ſumma prudentia res aggrediuntur & peragunt.*

νὺν σφίγγὸς γρίφους οἰδίπου ἐφεσταμην. *Alcæus. Pentameter eſt.*

Nunc Sphingis griphos Oedipus explicui. *Hinc iocus Ciceronis in Hortenſiũ dicentem:* ſe Ciceronis ænigmata intelligere. *Atqui, reſpondit Cicero,* debes, cùm Sphingem domi habeas .ſ. *auream, à Verre datam patrocinii præmium.*

ὁ Σοφός. Sapiens, *antonomaſticῶς Pomponio & Ciceroni.*

Solus ſapit. inſtar Chryſippi, *qui dicebat:* Si quem alium me præſtantiorem iudicarẽ, ipſe apud hunc philoſophiæ operam darẽ. Aut inſtar Tyreſiæ. *de quo Homer.*

——— τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε περσεφόνεια,
οἴῳ πεπνῦσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσιν.

Huic etiam exſtincto dederat Proſerpina mentem
Solus vti ſaperet, reliquis volitantibus vmbris.

Poſteriorem verſum Cato ſenior vſurpauit de Scipione iuniore, dicens apud Plutarch.

οἷος πέπνυται, τοὶ καὶ σκιαὶ ἀίσσουσιν.

Ipſe ſapit ſolus, reliqui volitant velut vmbræ.

οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγει. *Suidas.* Nihil ex agro (.i. *nil rude, inſcitum*) dicit.

αὐτὴ νὺν σοφία ζῇ. Nunc ipſa viuit ſapientia.

αὐτὴ νὺν ἀνθεῖ μοῦσα. Nunc ipſa floret Muſa, *cùm quid eleganter & erudite*

dictum vel ſcriptum laudare volumus. Poteſt vtrumq; per ironiam quoque vſurpari de eo, qui ſe præclarè loqui putat, cùm ſtultè & ineptè loquatur.

μελαίνας φρένας ἔχῃ. *Homer.* Nigra præcordia habet, *vt alba, ſtultus vel ſimplex. Vide ſub* **Glupi.** φιλοσοφεῖν. Philoſophari .i. *ſententias graues dicere. Plaut. Item affectibus temperare, ſapientiæ ac virtutis ſtudioſum eſſe, æquo animo ferre aduerſa. Chriſoſt. Cicer. &c.*

Mądry/ cierpliwy. Jle kto ma cierpliwośći/ tyle mądrośći.

Vulgare dictum veriſſimum eſt: Nemo ſapiens, niſi patiens.

ὁ τλήμων τὸ σοφεῖο δικαίως ὄνομ' ἐχέσθω. *A.*

Vir patiens merito ſapientis nomen habeto.

οὐδεὶς σοφὸς ἔσεται ἢ μὴ ἅμ' εἴη τλησιπαθής. *A.*

Nemo ſapiens erit niſi & patiens ſimul.

Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia; qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. *Salomon. cap. 14. Prouerb.*

Pardalis famelica mortuam ſe fingit, & iacenti ſibi patitur inſultare ſimias, donec feſſas lætis ſaltibus corripiat & laceret. Ælian. Similis apologus eſt de vulpe eſuriente apud Diogenian. Et de fele apud Æſopum. Sed aptiùs alibi eos poſitos habes.

Mądry nié mowi/ áż głupi/ ábo świętotliwy przéſtánié. Lutniſtá gráć nié zácznié/ áż gáyda vmylknié.

Τότ' ἄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι. *Nazianzen.*

Tunc canent cygni, cùm tacebunt graculi.

Mądry nié roſkoßnik. Roſkoß przéćiwna mądrośći. Roßkoßnik mądry być nié może. Mądrość rádá ma twárde łoże.

Non iacet in molli veneranda ſcientia lecto,
Illa ſed aſſiduo parta labore venit.

ἡ ἡδονὴ σοφία τ' ἀσυμφυέα δύο. *A.*

Sapientia voluptaſque coaleſcere negant.

Cui cor ſapit, ei non ſapit palatus. *ex Cicer. qui de Finib. 2. ita habet:* Lælius non eò dictus eſt ſapiens, quòd non intelligeret quid ſuauiſſimum eſſet, (nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus) ſed quia parui id duceret. q.d. *Sapiens etiamſi ſentiat oblectationes ſenſuum, vt guſtus, &c. tamen eas contemnit. Horatius quoq; ei qui velit excellens eſſe in aliqua arte vt Poetica, oſtendit præter naturã & artẽ, alia adiumenta neceſſaria eſſe dicens:* Qui ſtudet optam curſu contingere metam.
Multa tulit fecitque puer, ſudauit, & alſit Abſtinuit Venere & vino, *&c.*

Affine, Kto nié doyie. Brzuch tłuſty.

Mądry oſtrożny. Mądry ná obié/ ábo ná wßyſtkie ſtrony śię oglądá.

Sapiens vtramque partem fortunæ cogitat. *Seneca.*

Sperat infeſtis, metuit ſecundis. Alteram ſortem, benè præparatum Pectus. *Horati.*

Horati. Delphinus oculo ſiniſtro hebete eſt, quare natans dextrum oculum vertit ad partem periculo obnoxiam. Ælianus.
Plura huic loco apta habes in Mądry 1. *in* Oboietny/ *in* Oſtrożny.

Mądry rozumu ſłucha/ iák mnie.

Ratio ſapienti pro neceſſitate eſt. *Plinius iunior.*
ὁ νῦς ἀνάγκης ἐς ἀνέρ᾽ σοφῷ δίκην. *A.*
Eſt ratio ſapienti velut neceſſitas. *Vide dictum Epicteti & Clementis, ſub* Mam cię.
Sapienti ne digitum quidem mouere temerè ratio aut Philoſophia permittit.
Iuſtum & tenacem propoſiti virum, Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis tyranni Mente quatit ſolida. &c. *Horat.*
οἱ ἀληθῶς φιλοσοφοῦντες, μόνοι ποιοῦσιν ἑκουσίως, ἃ οἱ λοιποὶ ἄκοντες, διὰ τὸν νόμον, ὥσπερ ὑπὸ πολυγῆς κυνὸς τ᾽ ἡδονῶν δεδοτρεπόμενοι. *Xenocrates apud Plutarchum.* Verè philoſophantes, ſoli vltrò faciunt ea, quæ alij legibus coacti, velut canis morſu à voluptate deterriti.

Mądry zá wrożká ſłoi. Mądry bez wrożká zgádnie.

Qui benè conijciet vatem hunc perhibeto optimum. *Cic. vertit Græcum verſum hunc*
μάντις γ᾽ ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. *Euripides.*
ὁ μὲν εἰκάζων καλῶς, ὃν ἄριστον μάντιν ἀνηγόρευκεν ἡ παροιμία. *Plutarchus.*
Benè coniectans, quem optimum vatem appellauit prouerbium.
ἐστὶν ὀνειροκρίτης ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ᾽ ᾧ νῦς. *Theocrit.*
Iſte coniector *(eſt bonus)* cui magiſter adeſt propè ſua mens. *.i. ſapiens.*
τὸν τριταῖον ἄνεμον προγινώσκει. Perendinum ventum præſcit.
Σοφοὶ δὲ μέλοντα τριταῖον ἄνεμον ἔμαθον. *Pindar.*
Sapientes futurum perendie ventum nouerunt.
An non ſex totis menſibus Priùs olfeciſſem, quàm ille quicquam cœperit. *Terent.*
Sapiens diuinat. *Donat.* Φρονίμων καὶ σοφῶν ταχεῖαν εἶναι τὴν μαντικὴν καὶ μόνων *Ariſtot.*
Prudentum & ſapientum celerem eſſe diuinationem & horum tantùm.
Eſſe in mentibus tanquam oraculum aliquod ex quo futura præſentiant. *Cicer.*
ἅπαντα τοῖς σοφοῖσιν εὔκολα. *Zenodot.* Sapientibus omnia facilia.
Affine, Wiéßczék z niégo.

Máta iskiérká/ wielkie pożogi wznieca.

Máte rzéczy ná początku/ wielkie bywáia ná końcu.
ἀπὸ σπινθῆρος πυρὸς πληθύνεται ἀυθρακία. *Eccleſiaſtici 11. apud LXX.*
A ſcintilla ignis augetur incẽdiũ. *Vulgata editio habet:* Ab vna ſcintilla augetur ignis.
Σπινθὴρ ἀναπτὴς ἐ σπαλὴς πολλὴν φλόγα, &c. Ἴσθ᾽ ὧν ὁρῶν ἔκκλινε καὶ μικρὸν κλάδος, μικρὸν μέν ἐστιν, εἰς δὲ μεῖζον ἔρχεται. *Nazianz.*
Scintilla magnã parua flãmam ſuſcitat, &c. Id cùm ſcias & paruulam labem fuge. Eſt illa parua creſcit aſt in maximam.

Parua ſæpe ſcintilla contempta magnum excitauit incendium. *Curtius.*

Et neglecta ſolent incendia ſumere vires. *Horat.*

μικρὸς δ' ὢν λαμπὴρ ἴδιον σέλας ποιήσειεν ἄν τις. *Euripid.*

Ex magna ſcintilla magnum fulgorem excitare quis poſſit.

πολλὰν τ' ἐν ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς σπερματος ἔνθορον αἴσωτον ὕλαν. *Pindar.*

Magnam in monte vno excitatus ſemine (.i. *ſcintilla*) ignis abſumpſit ſyluam.

Ζητῆσαι μεγαρικὸν ψηφίσμα δ' ἐμβαλὼν,

ἐξεφύσησε τοῦτον πόλεμον, ὥς τε τὼ κατωθῶ ἄπαντας ἕλληνας δακρύσαι.

Ariſtophan. Scintilla Megarici decreti iniecta, tantùm ſufflauit bellum, vt is fumus toti Græaiæ lacrymas excuſſerit. *Affine,* Wielkie rzeczy pomału roſta.

Mała rzecz podczas wiele pomoże / albo zaßkodzi.

Mała rzecz wielkiego obáli.

τὰ μικρὰ ἐνίοτ' ὄνησι πολὺ, ἐνίοτε βλάπτει. *A.*

Res parua multùm ſæpe prodeſt, ſæpe obeſt.

Paruula res magnam ſæpe miniſtrat opem. *Garner.*

Exigua magnum pluuia ventum diſſipat. *Godefredus ex Plinio.*

Altam ſecuris modica ſternit arborem. *Ex eodem.*

δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε. *Homer.* Munus paruum, gratum tamen.

ζωὸς γενήσῃ κρομμύου μόνον λαβών. *Suidas.*

Viuus manebis cepe ſi modò ſumpſeris. *Parua enim res, ſæpe ex magna opinione ſuuat, vt cepe quendam agrotum ſanaſſe creditum eſt.*

πολλά τοι σμικροὶ λόγοι ἔσφηλαν ἤδη κἀνορθώσαν βροτούς. *Sophocles.*

Deiecit erexitque ſæpe quempiam Oratio breuis *Athenienſes obmurmurarunt & tumultuati ſunt Demoſthene publicè pronuntiante ἀσκλήπιον, contrà morem communem pronuntiantium ἀσκληπιόν, & defendere quidem ille ſe conabatur, pòſt tamen mutare debuit. Plutarch.* *Simile eſt* δανείω *pro* δανεῖω *ſub* Zgadzay ſie z ludźmi.

τέχνῃ κρατοῦμεν ὧν φύσει νικώμεθα. *Antiphon apud Ariſtotelem.*

Arte ſuperamus ea quorum natura vincimur. *Loquitur de Vecte quo pondera ingentia exiguis viribus attolluntur. cui ſymbolicam inſcriptionem Pierius hanc dedit.* Ars naturæ victrix. *De eodem Ariſtotel. ait.* μικραὶ δυνάμεις κινοῦσι μεγάλα βάρη μοχλῷ.

Parua leues capiunt animos .ſ. *officia, munuſcula. Ouidius.*

Beneficium eſt panis vnus in fame datus. *Seneca.*

ἐσσίχον ἐστὶ τὸ τύμμα, κἀλίγον ἄνδρα δαμάσσαι! *Theocrit.*

Quam exigua plaga tantum virum ſuperat! *De paſtore qui ſpina pedem pungente ſacium in auxilium aduocat.* V. Dobrodźieyſtwo wczęśne. & Dla máley rzeczy wielkę ſtráćić.

Málarz dobry / napiſu nie kładzie; zły / muśi.

Hic canis, iſte lepus. *Thomas Morus de pictore inepto:*

Cum

Cum cane sic pictus lepus est, vt dicere nemo
Esset vetérue canis posset, vtérue lepus.
Pictor vbi hoc didicit: quod inerti defuit arti,
Suppleuit miro callidus ingenio.
Subscripsit, &c. Hic canis, hic lepus est.
τὸ ζωγράφημα καλὸν ἐπιγραφῆς ἐ δέῖ. *A.*
Inscriptione non eget benè picta res.
Simile est illud, Samo śie dobrè zaleca.

Małe / a złe.

μικρός γε μὴν ὅ γε, ἀλλὰ πᾶν κακόν. *Suidas. ex Aristopha.*
Parua est quidem statura ei, omne sed malum.
Ἐ σπέρμ' ἐλάδης πολλάκις διώλεσε. *Nazianzen.*
Semenque pestem viperæ sæpe attulit.
Parua necat morsu spatiosum vipera taurum. *Ouidi.*
Leo Bizantinus cum Athenis ad dicendum processisset & ob staturam breuem risu exceptus esset, ait: Quid si meam videretis vxorem quæ vix genua mea attingit, maiore orto risu. atqui inquit nos ita paruos cùm litigamus Bizantium non capit. Plutarchus habet.
Recte hic vsurpari potest illud: Nux Iliada continens. *Vel.* Ilias nuce inclusa. *.s. scripta in membrana tenuissima quam nucis putamen caperet. quod testatur Cicer. Plini. Notum est prouerbium huic affine:* Ilias malorum. *Cic.* ἰλιὰς κακῶν. *Synesius. .i plurima & maxima mala, qualium Ilias Homeri plena est.*

Máte prośtatko pięknie. Młode rzéczy przyiemne.

ὠρχιῶν ἐστι χοιρίδιον, ἄκερς ἔ μικρόν. *A.*
Paruus quoad porcellus est, oculis placet.
μικρόθεν ἄπαυδε ἀγαθὴ φαίνεται. Cùm parua est spina bona videtur.
Pueritia semper amabilis. *Erasmus. Et de plerisq; rebus teneris id verum est. Quintilianus etiam de ingenijs præcocibus inquit:* Placent hæc annis comparata; deinde stat profectus; admiratio decrescit. (sunt.
πάντα νέα καλὰ ἐστιν. *Demetr. Phaler.* Omnia noua tenera iuuenescentia, pulchra

Máte rzeczy i podle rozßerzáć / chwalić / wielkie czynić.

τετραπήχεις ἐκ μικρῶν ἀποφαίνει. *Philostrat.* Quadricubitos ex paruis facit.
Arcem ex cloaca facere. *Cic.* Lapidem è sepulchro pro deo venerari. *Idem.*
Fluctus in simpulo excitare. *Idem.* Pondus dare fumo. *Persius.*
Etiam procœmium inceptat. *Terenti.*
ἐλέφαντα ἐκ μύιας ποιεῖν. *Lucian.* Elephantem ex musca facere.
ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖς. *Plato.* Ex vno multa facere.
Currente rota, dum vrceum facere cogito, amphoram finxit manus .s. *scribendo fusius. S. Hieronym.* τὸ ὕπερον ποσμεῖν. *E Phalereo.* Pistillum exornare

.i. *rem exiguam vel abiectam verborum floſculis decorare.*

ἐπὶ ψύλλαν ἡρακλῆν ἐπὶ συμμαχίαν καλεῖν. *Æſopus.*

Contra pulicem Herculem in auxilium inuocare .i. *in paruis malis tumultuari. Ageſilaus apud Plutarchum laudati oratorem ex paruis magna dicendo facientem reſpondit.* Ne ſutorem quidem probum putem, qui paruo pedi magnum aptet calceum. Artem oratoriam cuidam iactanti reſpondit. *Lacon.* ἄνδ' τ' ἀληθείας ὅτε ἐστὶν ὅτε μή πῶς γένηται τέχνη. Sine veritate neq; eſt neq; erit vnquã ars vlla.

μέγας κυλητὴς ἐν μικρῷ τε πράγματι. *Plutarch.*

Turbator ingens in leui negotio.

Exemplis in paruo grandibus vti. *Ouidi.*

Paruo pedi magnum calceum inducis. *Ageſilaus dixit Sophiſtæ res exiguas oratione ampliſicanti. Plutarch.* τί μοι μικρῶν περὶ μεγάλα φρεμιάζῃ. *Plutarch.*

Quid mihi de puſillis magna procœmia facis?

Pygmæum coloſſo imponere. *Braſſican. explicat: rem abiectam ampliſicare. ex Philoſtrato, qui ita habet:* ἀκροθίνια πυγμαῖα κολοσσῷ ἐφαρμόζειν .i. ſummitates aceruorum, *vel* aceruos frugum coloſſo aptare. *Quid ſi legas* ἀκροθήκια .i. *ſumma ornamenta ædificiorum & faſtigiorum, vt pyramides paruas, pinnas, globos &c. coloſſo ingenti adaptare, vel componere? Suidas id varijs modis explicat.*

κύτρας ἐπιδείκνυσθαι. *Plutarch.* Ollas oſtentare .i. *rem vilem oratione exornare. Idem* Ollam exornare.

θεῖνα περὶ φακῆς. Mira de lente. ſ. *dicere. Rhodolph. Agricola. Talia ſunt illa.* Laudare muſcam. febrem. caluitium, obſcurum vel malum virũ, &c. *Gellius huiusmodi materias infames vocet,* ἀδόξους ὑποθέσεις. *qualis eſt,* laus Caluitij *apud Syneſium.* Encomium muſcæ *apud Lucianum.* Laus ſtultitiæ *apud Eraſmũ.* Quartanæ laus, *apud Phauorinum.* Therſitæ laus, *apud eundem.* Helenæ laudes *Gorgi. Leontin.* Buſyridis tyranni *Iſocrat. &c. Plura ſi lubet lege in Officina Rauiſii l. 4. c. 14. Huiusmodi ſcriptionum duplex eſt vtilitas. Altera exercitatio ingenij quod in materia ſterili illaudata & infami, magis ſe exſerit & prodit.*

Altera, æquitas animi & patientia in aliquo huiuſmodi malo comparanda. vt ſi caluus, claudus, cæcus ſe ſolari velit, ex hoc genere petat ſolatia. qualia ſuggeſſit Seneca non pauca, tum libris de Conſolatione aliquot, tum remediis fortuitorum. quem imitatus eſt egregiè & copiosè, quodq; maius eſt Chriſtianè Franc. Pentrarcha. multi alij ſimilia argumenta tractarunt. Conſolationes in mœrore & dolore. in morbo, &c.

Małe winy gryźiemy / wielkie całkiem połykamy.

τὸ κώνωπα διυλίζομεν, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνομεν. *Ex S. Matthæo.*

Culicem colamus, camelum verò deglutimus.

Camelo tranſmiſſo culex in colo vel in cribro hæſit. *Xylander ad Plutarch.*

ἀνδριάντα γαργαλίζειν. Statuam gutture colare. *Eraſm. forte meliùs legeretur* γαργαρίζειν. *nam illud ſonat titillo, voluptate afficio; hoc gargariz o.i. In gutture agito.*

Cum ca-

Cum capiti mederi debeas, reduuiam curas. *Ex Cicer.*

Máte złodźiéyki imáć / wiéßáć / á wielkie pußczáć.
Máte złodźiéie / wielcy karzą.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas. *Iuuenalis.*
Minuta sacrilegia puniuntur, magna in triumphis feruntur. *Seneca.*
Fures priuatorum, compedes gerunt; publicorum, torques & purpuram. *Cato.*
——— Multi Committunt eadem diuerso crimina fato (*i. euentu, præmio fatali*)
Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema. *Iuuenalis.*
Ijsdem de causis alij plectuntur, alij ne appellantur quidem, *ex Cicerone.*
Leges aranearum telæ similes, muscas & debilia animalcula detinent, à validioribus autem perrumpuntur. *Valerius Maximus.* *Græcè idem sic:* τοῖς ἀραχνίοις νήμασι ὅμοιοι εἰσὶν οἱ νόμοι. *Laërtius.* Pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem damnari posse, *dixit Cic. ex communi sensu hominum de corruptis iudicibus.* *Similis est sententia apud Lampridium ab Alexandro Seuero per ludibrium vsurpari solita. Senarius est.*
ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δὲ ς, ἐμφεύξεται, *i. vt reddit Lampridius.*
Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit *vel* effugiet. *quia habet quî corrumpat iudices.*

Máłem gárdzacy / więtße trácí: ábo / wiele ßkodnié.
Máłemi rzéczami gardźić nié trzébá / temu co sie chcé dorobic chlébá.

Nil mihi tam paruum est, quin me id pigeat perdere. *Plaut.*
Nihil paruum esse ducendum, in quo gloriæ magna laus est. *Alexander apud Curtium.*
Nihil quantumuis paruum tutò in hoste despicitur. *Idem.*
Nihil in studijs paruum existimandum est. *Quintilian.*
Ægra corpora minima accessio mergit. *Seneca.*
Etiam capillus vnus habet vmbram suam. *P. Syrus.*
ἐὰν μὴ φυλάσσῃς μικρά, ἀπολεῖς τὰ μείζονα.
Maiora perdes, parua ni seruaueris.
ὁ ἐξουθενῶν τὰ ὀλίγα, κατὰ μικρὸν πεσεῖται. *Eccl:19.* Qui modica spernit, paulatim decidet. Hoc facit sentina neglecta, quod fluctus irruens. *S. Augustin.*
παρὰ μίαν ἦπται καὶ ἔνδοσιν ἢ ὀ, ἀπόλυται προκοπὴ ἢ σώζεται. *Epictetus.*
Semel victum esse & cessisse aut non, perdit profectum vel seruat.
τὸ πάντων κακῶν αἴτιον τοῦτο, τὸ μικρὰ ταῦτα δοκεῖν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα, καὶ διὰ τοῦτο ἀμελεῖσθαι. *S. Chrysost.* Omnium malorum causa hæc est, quòd parua hæc peccata videntur esse, & ideò contemnantur.
τὰ μικρὰ φύγωμεν κακά, τὰ γὰ μεγάλα ἀπὸ τούτων τίκτεται. ὁ γὰρ καθ' ἕκαστον ἁμάρτημα μαθὼν λέγειν, εἶτα παρὰ τοῦτο; καὶ τὰ μικρὸν πάντα ἀπολεῖ. *Idem.*
.i. Parua fugiamus mala, nam magna ex his proueniunt. Qui enim ad singula peccata consueuit dicere: Quid tum postea? (*vel, nil id facit ad rem*) sensim cuncta perdet. *Quæ videtur è Plutarcho sumpsisse. qui de profectu eadem habet, & addit.* Rectè proficiens nullum peccatum exiguum putat, sed omnia studiosè vitat.

S. Dorotheus item reprehendit parua contemnentes, & dicentes: Quid refert si hæc dixero vel audiuero? &c. *Eandem sententiam quin verba quoque habet Plutarch. vetans studiosum virtutis vsurpare verba hæc*: τί γὰρ τὸ παρὰ τοῦτο; ἐῶ νῦν μὲν ὅτως, ἀῦθις δὲ βέλτιον. .i. Quid tum postea? (*vel quid hoc ad hoc s. prodest vel obest?* *Et.* Nunc quidem ita (*i. malè, ad libitum*) aliàs verò meliùs, (*s. faciam.*) sed singulis etiam minimis attendere iubet. *Castigat & Persius hos dilatores & parua contemnentes ac dicentes*: Cras hoc fiet, idem cras fiet. quid? quasi magnum. Nempe diem donas, *s. vnum, desidiæ & voluptati.*

Qui in virtutis studio parum parui facit, nec magnum magni faciet. *G. Ens. Pythagorici cauebant ne dextro femori sinistrum superponerent, néue parem numerum pro impari acciperent cæteris paribus. Plutarch.*

Małemu małe.

Pusillæ auiculæ pusillos nidos struunt. *Herman. Schotten.*

ὀρνιθάρια μικρὰ καλιὰς μικρὰς ποιεῖ. *A.*

Sic: Paruo pedi paruus calceus inducendus est. *Ex Luciano, qui vetat ne minor sit pede calceus. Et Horat. ait*: In pede laxus malè hæret calceus.

Item Theophrastus ait: ἄγροικον εἶναι μείζω τῶν ποδῶν ὑποδήματα φορεῖν i. Rusticum quia esse maiores pede calceos ferre. *Quintilianus quoque ineptum esse ait*: Herculis cothurnos infanti aptare. *Agesilaus similiter apud Plutarchum reprehendit eerdonem puero pedi magnum calceum inducentem.*

αἰεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ δίδωσι θεός. *Callimach.*

Dat semper paruis munera parua Deus.

Ma li co byczięgo / na Tatary &c.

εἴ τι κακὸν, εἰς πύρραν, vel εἰς τὴν πυρράων. *s. χώραν. Ex Plutarcho.*

Si quid mali (*accidere debet*) in Pyrrham, *vel* in Pyrrhæorum regionem, *s. recidat. Pyrrha fuit Lesbi insulæ ciuitas omnibus finitimis exosa.*

εἰς ἐσχατα γῆς ῥίψον, *ex Theocrit.* In vltimas terras mittendum. *Cicero.*

ἐπ' ἐχθρῶν ἐμῶν ἔλθοι. *Aeschyl.* Hostibus meis eueniat. *Ouid. v.* Przeczto.

Ma-li co / wszyscy pytamy / a iak dobry / mało bodamy.

Nemo, an bonus; at an diues, omnes quærimus. *Seneca.*

ὅσον ἔχει, πάντες ζητοῦσ', ὅσον καλῶ, ὀλίγοι. *A.*

O ciues, ciues! quærenda pecunia primùm. Virtus post nummos. *Horat.*

Máło do mała wezmi wiele. Mało á czesto stoi za wiele.

Adde parum paruo magnus cumulatur aceruus.

πρόσθες μικρὰ μικροῖς μεγάλη σωρὸς τάχ' ἐσεῖται. *A.*

Forsitan hæc aliquis, nam sunt quoque, parua vocabit

Sed quæ non prosunt singula, multa (*vel iuncta*) iuuant. *Ouid.*

ἐν γάρ κεν τὸ σμικρὸν ὀπὶ σμικρὸν καταθεῖο,

καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο. *Hesiodus.*

Si parum

Si parum paruo adijcias, & crebrò hoc facias; citó magnum quid efficietur. *Vel*
Sæpè parum paruo si addas fiet citò magnum.

βῶλος ἄρουραν. *ſ.* αὐξάνει. Gleba aruum auget.

ἐς δ' ἐπ' ἐόντα φέρει, ὄδ' ἀλύξεται ἄιδηλα λιμόν. *Idem Heſiod.*
Atra fames fugit hunc qui partis addere pergit.
Et ſibi pauca rogent. multos ſi pauca rogabunt,
Poſtmodò de ſtipula grandis aceruus erit.. *Ouid. de famulis amicæ loquitur. pauca ſibi dari velemi ab amatoribus petant, nam pauca ſi dent ſinguli, multa erunt. Et hunc ſenſum ac lectionem meliorem puto quàm Dominici Marij qui legit*: Multi ſi pauca rogabunt. De multis grandis aceruus erit. *Idem Ouidi.*

Gutta cauat lapidem——— ſæpe cadendo. *Ouidi.* v. Vſtáwiczność wiele może.

Filius agricolæ iuſſus à patre excolere agrum, vbi illum vaſtum eſſe vidit, deſperauit & nihil fecit, ſed aſſignatis à patre quotidie certis ſtadiis, breui totum excoluit.

Málo iada. Wiátrem ſyt. Manna Boża żyw. Nié wiedzieć co iadá.

Paſſerinum eius prandium eſt. *Nonius ex Pomponio.*

ἐν ἀέρι καὶ δρόσῳ στόμενος καθάπερ οἱ τέττιγες. *Plutarch.*
Aere & rore paſtus inſtar cicadæ. Paſtæ rore cicadæ *Virg. Plin.*

Φασὶ τὸ τεττίγων γένος ἀέρι τρέφεσθαι, τῆς ἄδης ἔνδειαν ἐξευμαρίζοντος. *Philo.*
Ferunt cicadarum genus aëre nutriri, cantu indigentiam leniente.
Rhyntacen auem aêre & rore ali & carere excrementis, *ſcribit Plutarch. Cepphus auis ſpuma viuit. Suidas, Pierius.*

ἐκ τοῦ ἀέρος τρέφεσθαι. E cœlo alitur vel viuit. *Sic Demoſthen.*
οὐκ ἔστι στρατιώτας ἐκ τοῦ ἀέρος τρέφειν. Non poſſunt milites de cœlo viuere.
Vento viuit. *vt Chamæleon & Silurus. Iuſtinian. Vultures autem etiam concipere vento flante ait Baſilius, quòd omnes ſint feminæ mas nullus. Et perdices Fauonio flante vel maris voce audita, vel eodem ſuperuolante concipere ait Plini.*

Salem lingere, *i. tenuiter viuere. ex Perſio. qui ait*: Digito terebrare ſalinum
Contentus perages. *i. viues. Plau. etiam ait*: Hodie apud me nunquam delinges ſalē. *Diogenes quoq; dixit*: Malle ſe Athenis ſalem lingere, (*i tenuiter viuere*) quàm apud Craterum diuitem opiparis menſis frui. *Democritus ſolo odore panis calidi (aliàs mellis) aliquot dies vitam produxit. Ariſtoteles odore ſuaui pomi ſimiliter.*
His adde Aſtomorum gentem ex Plinio, Strabone. Plura congerit Rhodig. l. 14. cap. 21.

Málo iáko nic.

Vulgare dictum eſt Parum pro nihilo reputatur. *ex Ariſtotele, qui ait*: τὸ γὰρ παρὰ μικρὸν ὥσπερ οὐδὲν ἀπέχειν δοκεῖ. .i. Quod enim parùm (*diſtat*) quaſi nihil diſtare videtur. *vel* Quod modicum diſtat nihilum diſtare putatur.
De minimis non curat Prætor. *Calliſtrat. I. C. i. non debet iudicare minima rigidè & ſummo iure vti, ſed ſecundùm æquum & bonum pronuntiare.*

οὐδ' ἂν τέττιγα σκιὰν παρέχοι. *Xenophon.* Ne cicadam quidem (*hæc res*) inumbret,

Minima animalia cùm mordent non ſentiuntur. *Seneca.*

Φάρμακα ὀλέθρια ἂν ἀποκτείνοι εἴ τις ὀλίγον ὅσον ἀκαρεϊαῖον ἀποξύσας αὐτῶν ὄνυχι ἀπογεύσαιτο. *Lucian.* Pharmaca letifera non enecant, ſi quis modico ex eis vngue ablato deguſtauerit.

ἡ φὰγξ δ' οἴνε ὕδατος ἐν πίθῳ ὄλλυσι. *A.*

Perit vna vini gutta lymphæ in dolio.

Mercator tribus obolis expenſis, quibus Æſopum emit, dixit: ἀδ' ἐν κατεθέμην καὶ ἀδ' ἐν ἐπρεάμην. Nihil expoſui & nihil emi. *ob deformitatem eum contemnens. Planudes.*

Affine, Raz iáko nic. Vlić wielka ßkodá. Przełożony máłe wády przéglada. Vlić przyſporzyß tém.

Máło maß / máło mow.

Seruum hominem orare leges cauſam non ſinunt. *Terent.*

ἢ φρονεῖν ἔλαττον, ἢ δύνασθαι δεῖ μεῖζον.

Oportet aut minùs ſapere *(minùs habere animi)* aut plùs poſſe, *Seu.* Aut minùs animi aut plùs potentiæ habe. ἢ τῇ δυνάμει προσθες, ἢ τῷ φρονήματος ὑφές. *Plutarchi Archidamus filio audaci dixit.* Aut viribus adde, aut animo detrahe. *In eum vſurpatur, qui ſupra vires aliquid aggreditur, vel cum potentiore contendere aut certare vult: plùs habens audaciæ quàm virium, opum, prudentiæ, eloquentiæ. &c.* Arcta decet comitem potentis toga. v. Pomiérz śie.

Pauperamet cautè, timeat maledicere pauper.
Multaque diuitibus non patienda ferat. *Ouid.*

Máło mowi á śtá ábo wnét vczyni. Lépßa ma rzecz niż ięzyk.

Plurimùm facere & minimùm de ſe loqui, *Iugurthæ laus. apud Saluſtium.*

ἐν οὐ λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι. *Euripides de Tydeo.* Illuſtris in clypeo haud in verbis fuit. Facere non dicere docet Philoſophia. *ſ. quæ de moribus & virtute tractat. Seneca.* Ficus non floret, & tamen dulciſſimos fructus fert. *Plinius.*

Γλῶτταν μὲν ἀργὴν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτην. *Sophocles.*

Linguam quidem ſegnem, at manum habuit ſtrenuam.

ἄλλοισι γλῶσσ' ἄλλοισιν εἰσι γόμφοι.

Lingua valent plùs alij, at alij dentibus .i. *quidam loqui tantùm ſciunt poſſuntué, quidam verò facere.* Talis apud Homerum Hector.

——— τὸν δ' οὔτε προσέφη κορυθαίολος ἕκτωρ, ἀλλὰ παρήιξεν λελιημένος.

——— .i. Huic nil reſpondit galea conſpicuus
Hector, ſed cominus concitatus inſilijt.

πρῆξε μεγάλα μὴ ὑποσχόμενος μεγάλα.

Fac magna non pollicitus magna. Pauca loquitur ſed eruditè.

παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος. *Homer. de Menelao.*

Pauca quidem ſed valde argutè (*loquitur*) ſiquidem non multiloquus eſt.

Máło śie

Máło śié nié ſprzykrzy. Máło czytay/ iedz &c. nié przyie śię.

Si nimius videor, ſeraque coronide longus
Eſſe liber, legito pauca, libellus ero. *Martialis de ſuis libris.*
Tu quoque de noſtris releges quæcunque libellis,
Eſſe puta ſolum, ſic tibi pluris ero. *Idem.*
τὰ μικρὰ εἰ κ' ἄλγθες πικρά, ὰ πικρὰ φαίνεται. *A.*
Non ſunt amara, amara, ſi ſint paucula.

Máło tám bywa ſtuſznośći / gdźié wiele trzéba litośći.

Mala cauſa eſt quæ requirit miſericordiam. *P. Syrus.*
πολλὴ ἀδικία πολλῆ ἐλέες δεῖται. *A.*
Magnum ſcelus miſeratione magna eget.

Máło tobié ná tém. Tobié to wſzyſtko zá iédno.

τᾶυτά σοι κὴ πύθια κὴ δήλια. *Suidas.*
Eadem tibi & Pythia & Delia.
Polycrates Samius ludos Apollini conſtituit apud Delum & miſit Delphos ſcitatum vtrum eos Delios an Pythios appellare deberet. reſpondit ei Apollo. Eadem tibi Pythia & Delia. Significans eum breui moriturum, quod & accidit. Vel τᾶυτά σοι κὴ πύθια κὴ δήλια. Hæc tibi & Pythia & Delia .i. Extremum hoc opus eſt tuum. *Hæc ſumma eſt omnium quæ geſturus es in vita.*

Máło zá wiéle dáie/ ábo przyymi.

Si maior copia mihi, maior liberalitas eſſet. *Iuo Carnutenſis.*
εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδυ. Si plùs habuiſſem, plùs dediſſem.
ἡρακλῆς μήλιος. *Suidas. Pollux.* Hercules pomarius. *qui in ſacrificio Bœotorum malum 4 ſarmentis loco pedum & duobus loco cornuum additis, pro pecude acceptauit.*
χάρις βραχεῖαν ὀπηδεῖ. Paruis gratia comes eſt.

Málowána iego mężność/ náukà/ cnotà/ godność/ &c.

ἀνδρεῖος ἐν τῇ πίνακι. Fortis in tabula. *Apud Plutarchum quidam videns in tabula pictos Athenienſes, occidentes Laconas, dixit:* Fortes equidem ſunt Athenienſes: *Lacon verò iuxtà ſtans adiecit:* Sanè fortes in tabula. q.d. Picta eorum fortitudo eſt. *Sic* doctus in tabula, in chartis. Nobilis in monumentis, in inſignibus, in ſtemmatibus, &c.

Flos in pictura non eſt niſi ſola figura.

Qui pingit florem, non pingit floris odorem. *Anonym. Rhythmic.* q.d. *Flos pictus in tabula non habet veri floris vigorem & odorem.*

Pictus Philoſophus. *Cic.* Si non vnquam vidiſti pictum amatorem, hẽ illic eſt. *Plaut.* Nihil amas, vmbra es amantum magis quàm amator. *Idem.* Cumdiis duodecim.

V, *ſub* Chełpliwy,

Málowánie/ proſtakom ſłoi żá czytánie.
Kśiegi proſtakow/ obrázy.

Picturæ ſunt libri & hiſtorici idiotarum. *S. Paulinus.*
τὰ ζωγραφήματ' ἐστιν ἰδιώτων βίβλοι. *A.*
Imagines ſunt optimi rudium libri.

Máły. Guz. Kárzeł. Żápeziáły. & *Antiphraſi* Obrzym.

μικρὸς ἡλίκος μόλων. *Suidas.* Paruus quantus Molon. *de parua ſtatura, quali erant duo Molones hiſtriones & fures.* Bipedalis moduli homo. *Horati.* Atlas *pro paruo ironicῶς. Iuuenal.* —— Nanum cuiuſdam Atlanta vocamus. *Anthologiæ l. 2. multa ſunt talia Titulo* εἰς λεπτούς *In tenues. vt illud Lucilij de Meneſtrato equitante in formica, & lapſo ex illa, caſum ſuum Phaëtonti comparante. Item eiuſdem in Adreſtum in formica equitantem, & ſe Bellerophontem, formicam Pegaſum appellantem. lege pluraſi lubet. Apud Martialem etiam eſt Nanus, Atlas per antiphraſin dictus qui mulum pumilionem per vrbem ridentibus omnibus agere ſolebat:*

Non aliter monſtratur Atlas cum compare mulo.

Idem Martialis hyperbolicῶς de paruo mulo (vt Lucillius ſuprà) dicit:

Hic tibi de mulo non eſt metuenda ruina
Altiùs in terra pæne ſedere ſoles .i. *tam paruus eſt mulus.*

Ψεύδυξ vel ψευδυξ αὐξῆ. *Chryſippus.* Piſtillum *vel* Piſtillum creſcit. *Sic ex Zenodoto interpretatur Henric. Stephan. (meliùs quàm Eraſmus vertens Cochleare creſcet.) & ait cum Zenodoto vſurpari de paruis admodum, qui non creſcunt nec creſcent, ſed ſemper parui manent, inſtar piſtilli quod breue & rotundum eſt. In poſteriori verò dicto* Piſtillum creſcit, *aliqui volunt eſſe ironiam vt huic loco accōmodetur. ſed ſic potiùs pertinet ad* Niepodobieńſtwo. *Plinius cùm alias tum lib. 7. c. 21. refert admiranda paruitatis quorundam artificum opera vt Myrmecidis qui ex ebore ſculpſit quadrigam, quam muſca alis tegebat, itemq; nauem quam apicula alis abſcondebat. Similia ſcribit lib. 34. cap. 8. de Theodoro, &c.*

Máły wiélkiego podżáś przemożć.

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.
A cane non magno ſæpe tenetur aper. *Ouidi.*

ἄνθος τῷ ἵππῳ πολέμιον, ἐξελαύνει αὐτὸν ἐκ τῆς νομῆς. *Ariſtotel.*

Anthus (*ſeu Florus auis parua*) equo hoſtis, eum expellit è paſcuis, *ſibi cum illo communibus. Nam dorſo eius inſilit, & collum ac armos vellicans cedere cogit.*

ἔστιν ὅτε νικᾷ ὁ ἀσθενὴς τὸν ἰσχυρόν. *A.*
Quandoque ſuperat fortiorem debilis.

Nihil tam firmum, cui periculum non ſit, etiam ab imualido. *Curtius.* *Galli aſpectum & vocem perhorreſcit & fugit leo. Proclus. Lucreti. Plini.* *Similiter & Baſiliſcus Æliano auctore. Item* Thymallῆ piſcem culex cōficit. *Ælia-*

Antihiam

Anthiam piſcem timent beluæ marinæ. Suem elephanti. *Plutarch.*
Xiphiam piſcem cetaceum aſylus aranei magnitudine ſub pinnas eius illapſus in furorem vertit & interimit. Oppian. Ariſtot. Athenæ. Euſtath.

Małżeńſtwo poniéwolne nié vćiéſine nié weſole.

Stultitia eſt pater, venatum ducere inuitas canes.
Hoſtis eſt vxor, inuita quæ ad virũ nuptum datur. *Filia patri dicit apud Plaut.* Nuſquam libertas tam neceſſaria, quàm in matrimonio. *Quintilian.* Omnes nuptiæ ex affectu ſunt. Nam quis amare alieno animo poteſt? *lib. 26. c. de Nuptijs.* Maritalis affectio ſeu conſenſus pudicus non concubitus matrimonium facit. *Paulus Vlpian. ICti.*

ἡ συζυγί' ἀναγναστὸς ἐστιν ἀνήδυνος. *A.*
Coacta minimè grata (*vellata*) ſunt connubia.

Mam cię. Jużéś wſaku. Jużći go mam. Wiłk w ſieći.

Teneo te. *Cic.* Captus eſt. *Terent.* Deprehenſus eſt. *Seneca.*
Hic homo meus eſt. Præda hæc mea eſt. Meus eſt hic, hamum vorat. *Plaut.* Arundo alas verberat. *Idem .i. virga viſco illita palumbi alas tangit, quod prope captum eſſe ſignificat. Lambin.* A tranſenna lumbricum vel cibum turdus hic petit. *Idem Plautus. .i. mox laqueo innectetur.*

A fronte à tergo à lateribus tenetur. *Cicer.*
Incidit in caſſ.s præda petita meos. *Ouidi.*
Inter Orci cancros adhæſit. *ex Apuleio ſic ille:* Incidiſti in manus meas & inter Orci cancros (*cancellos*) ipſos iam adhæſiſti.
καλῶς εἰς ἄρκυν μέσην ἔπεσεν. *Ex Euripide.* Rectà in medium laqueũ incidit. *Euripides habet:* καλῶς ἄρ' ἄρκυν εἰς μέσην πορεύεται.
Pulchrè (*vel rectà*) profecto vadit in rete medium.
Pięknie do ſieći idźie. Bedźie wnęt moy/ ábo w ſieći.
εἰς πάγας ὁ λύκος ἐμπέπτωκεν. *Zenodot.* In laqueum lupus incidit.
περιζώννυται .i. Indagine cinctus eſt. *vt fera à venatoribus.*
ἔλαφον ἡ παγὶς τὸν μῦν. Laqueus murem cepit.
ἆειρε δάκτυλον. *Antiphanes.* Tollè digitum. *Tralatum à gladiatoribus, qui victos ſe fatentes tollebant digitum, vt victorem placarent. Scholiaſtes Perſij:* *Apud Perſium etiam eſt:* Digitum exſere, *ſed Stoicorum phraſin & dogma ſonat, qui cenſent,* Sapienti ne digitum quidem temerè exſerendum, alioqui peccabit. *Ex eorum ergo ſententia Perſius ait:* Digitũ exſere, peccas. *Itẽ Clemens Alexandrin. ex eorundẽ ſententia.*
οὐδὲ τὸν δάκτυλον ὡς ἔτυχε σαλεύειν τῷ Σοφῷ ὁ λόγος ἐπιτρέπει.
Neque digitum quomodocunque aut temerè mouere ſapienti ratio permittit. *Epicletus item.* ἡ Φιλοσοφία φησὶν, ὅτι οὐδὲ δάκτυλον ἐκτεῖναι εἰκῇ προσήκει. .i. Philoſophia cenſet, quòd nec digitum extendere fruſtra conueniat.

Sed hæc

Sed hæc parergῶς ex occaſione dicti Antiphanis dicta ſint. nam non huius loci ſunt. ſed potiùs ſonant vt ſuprà Mądry/ rozumu ſłucha.

εἰς τ̀ λαβύρηθον εἰσῆλθες. In Labyrinthum intraſti. *è quo vix quiſquam exire potuit. de quo Plin. Ouid. Virgil. Mela.*

In foſſam ruiſti. *ex Tertullian. quales feris capiendis parantur.*

Affine, Vlič wyſigluięß śie.

Mámká zá mátke nię ſtoi. Co mátká to mátká.

αἱ ἀναπτῆναι ἀλλότριαι ἐκ ἐσθῶ ἄυξιμοι. τὸ δὲ μητέρων Ὲ τὸ γάλα ἀγαθὸν καὶ τὸ πνεῦμα καὶ αἱ περιβολαὶ φίλαι. *Xenophon.*

Miniſteria aliena non alunt. matrum autem & lac & halitus bonus & faſciæ gratæ. *Quare optimum eſſe cenſebant antiqui ſapientes, infantem materno lacte ali, quia & melius à ſimili alitur, & maiori cura ac diligentia proprius fœtus quàm alienus educatur.*

Egregiè Phauorinus Philoſophus apud Gellium lib. 12. c. 1. probat, Infantes natos ſtatim à matribus ipſis non à nutricibus alendos eſſe, quòd dare nutrici alendum, inhumanum & contra naturam ſit, quæ ideò matribus vbera dedit; deinde quòd dans prolem alendam nutrici mater, imperfecta eſt & dimidiata mater, ſiquidem magna pars corporis infantis è lacte nutricis coaleſcit, cùm lac ſanguis quidam ſit. Infans ergo ita enutritus duplicis naturæ particeps erit. præſertim quòd cum lacte ſpiritus & complexionis ſimilitudo à nutrice trahatur, & facilè in eam mutetur, vt animalibus & plantis accidit: & ſic diſſimilis animo & corpore erit matri filius, ſimilis autem nutrici, quæ aliquando eſt ſerua, improba, deformis, iracunda, temulenta, anus, & malis moribus. deniq; hoc pacto affectus matris ad prolem minuitur ſenſim tanquam ex parte alienam: prolis quoq; affectus totus ad nutricem eſt, ex alitura & officiis ac conſuetudine perpetua, ad matrem nullus: quod ſi amare matrem tales videantur, ciuili & opinabili non naturali amore eas amant. Hæc carptim ex Gellio. Adde illud Cic. Cum lacte nutricis ſuxiſſe errorem. *Itemq; illud:* Filij regum, *&c ſub* Rodźicow dźiećći. *Vide & Plutarch. de liberis educandis.*

Luſciniæ à parentibus educatæ, melius canunt quàm teneræ è nido detractæ. Plutarchus. Ariſtoteles. *Confer* Cudzé oko/ recé.

Mam śie iák groch przy drodze. Káżdy mie ſzárpnię/ traći/ zć.

Tam perit (*vel pereo*) quàm extrema faba. *ſ. quæ à prætereuntibus vel decerpitur vel preteritur. Feſtus.*

——— Cecidit velut prati
Vltimus flos prætereunte poſtquam Tactus aratro eſt. *Catul.*
Nux ego iuncta viæ, cùm ſim ſine crimine vitæ,
A populo ſaxis prætereunte petor. *Ouid.*

καρπὸν πάροιθεν τίλλει ὅπως ἂν θέλοι. *A.*

Fructûi viæ aſſito inijcit quiuis manum.

Præda ſum omnium, etiam Myſorum. v. Lędá kto ná demno przębarßcza.

Mam śie/ ábo mialem śie iák piſzczk ná ſtypié.

Si ad morem priſcum reſpicias, dictum hoc benè ſonat, eo modo quo Byt dobry miałém.

nam olim

nam olim in funeribus tibicines & præficæ personabant, & absq; dubio benè tractabantur. est huius rei mentio etiam in SS. libris. Si autem nostra tempora consideres, & ritus funerum, in quibus nulli tibicines canunt, dictum istud deteriorem in partem accipitur.

Vide Piſczeć ná ſtypié.

Mam swego do nowego. Nié żebrze v nikogo chlebá.
Ma z gebe chlebá. Ma ſie iáko człowiéć.

Virtute ac dijs volentibus magni ac opulenti estis. *Sallustius.*
Deûm virtute vt transeuntem hospitio accipiam, est apud me comitas. *Plautus.*
Quanquam sumus pauperculi. Est domi quod edimus, ne nos tam contemptim conteras. *Idem.* ——— Deûm virtute pater & maiorum & tua
Multa bona bene parta habemus, bene amico feciſſe ne pigeat. *Idem.*
Omnes te in lauta & bene aucta (*ſ. honestè parta*) parte putant. *Terent.*
Est dijs gratia vnde hæc fiant. *Idem.*
Ficus non vult suam dulcedinem relinquere imperio super omnes arbores oblato. Iudic. 9.
ἀρκῶντ' ἔχω ὑπάρχοντα τὰ δεπήσια. *A.*

Mam tego dość domá. Nié pożyczam v ſąśiáda rozumu. &c.

Domi nobis ista nascuntur. *Cic.* Non peto foris. *Sic Plaut.*
Cùm apud te exemplum experiundi habeas, ne petas foris.
Idem. Habeo tergum familiarem (*priscè*) ne quæram foris.
Idem. Obtuli vt domo sumeret, neu foris quæreret. *Idem.*
Nam mulier olitori nunquam supplicat si qua est mala,
Domi habet hortum & condimenta ad omnes mores maleficos. *Sic legit Camerarius, Taumban. Lambin. alij aliter.* Non egeo pudoris vt sumam mutuum. *Plau.*
Non peto vtendum à vicino vel foris vas consilium &c. *Ex eodem Plauto.*
ἐνοχλεῖ μοι ταῦτα. *vel ex Hom.* τειαῦτα καὶ αὐτὸ ἐνὶ φρεσὶ κεῖται. Hæc illi domi sunt.
Domi habet vnde discat, *Terent.* *Affine* Dźiekuiéć vbogi.

Ma / nima: piorko / kołpak / ſąble. &c. A droga mágierka?
A przedayná. &c.

Puerorum petulantium sunt voces, quibus insectari solent eos, qui vltra suam conditionem vel præterquam eos deceat vestiti & ornati sunt. De his vsurpes licet illud Græcorum: ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος, πᾶσι τοῦτην ἐνδείκνυει.
Imperitus subligaculum seu bracchas indutus, omnibus has ostentat.
Huc trahi posset illud Suidæ: Ἔνδιος Ζανδαλον. Iouis sandalium. *ſ. indutus est.*
Ex hoc genere sunt illa Plauti in Trinūmo: Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit. *quia causiam latam in capite habuit. Nostri dicerent,* Coż to zá grzyb?
Apud eundem in Pœnulo quidam Afrum suæ gentis habitu ornatum ridens, ait: Sed quænam illæc auis est, quæ huc cum tunicis aduenit? *Auem vocauit ob manicas longas vtringʒ alarum instar pendentes, & forte versicolores. vt nostri etiam dicunt, sed de fœminis vsitatiùs:* Vpſtrzyłá ſie iák ſroká / iák pápugá / &c.

Sed aptiſſimè ad dictum Polonicum illa in Pſeudolo, quibus videtur cacula Militis chlamydatus; Chlamydem hanc commemores quanti conducta eſt? Quid meret machæra? Quid mercedis petaſus hodie domino demeret? *ſ. quid mercedis datur Domino à quo conducta hæc ſunt? Et Cacula reſpondet:* Quid domino? quid ſomniatis? mea quidem hæc habeo omnia.

Ma nedźá nogi. *vel* **Ma chleb rogi / á nedźá ábo niéwola nogi.**

οἰζύος ἀλέξημα τὸ πρόχειρον φυγή. *A.* Promptum miſeriæ remedium fuga. Seruorum officium fuga. *Plaut: ſic:* Quin tu tuum officium facis ac fugis. *Seruus.* Fugio. *Alter.* Meum eſt iſtuc magis officium. *Idem.* Scimus nos officium noſtrum quod ſit, ſi ſolutos ſinat. *(captiui ligati tacitè loquuntur. cuſtos ſubodoratus reſpondet)* Fugam fingitis, ſentio quam rem agitis. *Item.* Nimis male metuebam ne abiſſes. *(cum ornatu ſumptuoſo. Reſpondet ſeruus)* Fuit meum officium vt facerem fateor. *Item.*

Qui hæc habent conſilia, vbi data occaſio eſt, rape, clepe, tene, harpaga.
Bibe, es, fuge, hoc eſt eorum opus. *Item.*
Homini miſero, ſi ad malum accidit malum,
Maior lubido eſt fugere & facere nequiter. Nam ſe ex catenis eximunt, ianuam lima proterunt, aut lapide excuciunt clauum. *Idem. Eccleſiaſtic. 33. de ſeruo.* Si læſeris eum iniuſtè, in fugam conuertetur, & ſi extollens diſceſſerit, quem quæras? *&c.* extollens, ἀπάγων, *LXX. ſ. abiens, tollens ſe, extollens ſe.* **Porwawßy śie.**

Maß cźegoś chćiał. *Duplici ſenſu.*

1. *Inſultando.* Vt nactus habe. *Plaut.* Terpander ficu ſuffocatus. *Vide* **Nié źalmi táć vmrzeć.** Sanguinem ſitiſti, ſanguinem bibe. *Thomyris Scytharum regina Cyri regis Perſarum caput abſciſſum in vtrem ſanguine plenum iniecit, inſultans & dicens:* Satia te ſanguine quem ſitiſti. *Iuſtinus. al.* Sanguinem ſitiſti, ſanguinem bibe.

En agros & quam bello Troiane petiſti, Heſperiam metire iacens. *Virg.*
Ridebit monitor non exauditus. *ſ. qui tibi id cupienti diſſuadebat. Horatius.*

Affine, **Otoż tobié.**

2. *Gratulando.* Habes Scytha ὄνον. i. *aſinum, quo libenter veſceris. Cic. Noſtro more aptè diceretur.* Habes Scytha ἵππον. i. *equum. quod ſatis notum eſt. Ciceronis illa ſententia variè à varijs legitur & explicatur diuerſo ſenſu. ſed & ad hunc optimè accommodari poteſt.* Habes quod tota mente petiſti. *Virgil.*

Affine, **Cźęgom źadał.**

Maß domá á v ſąśiad prośiß. Ma á v drugich prośi.

Tute lepus es & pulpamentum quæris. *Eraſmus ex Liuio Pòéta (nam apud Terent. aliter ſonat) hìc verò eo ſenſu accipe, ad quem alluſit Diocletianus nondum Cæſar, apud Vopiſcum in Numeriano dicens.* Ego ſemper apros occido, ſed alter ſemper pulpamento

pamento fruitur. *Præmiserat enim Vopiscus dictum illud Liuij Pœtæ, cuius occasione attulit dictum Diocletiani. Sumpsit Liuius à Græcis qui dicunt:*
λασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ. Dasypus carnes desiderat. *Ex genere leporum is est, à pedibus hirsutis sic dictus. Quod dictum in eos quadrare ait Erasm. qui ea requirunt ab alijs, quæ illis affatim sunt domi.*
ἡ κρήνη διψᾷ. vel αὐτὴ ἡ κρήνη διψᾷ. Ipsi fontes sitiunt. *Cicero. cùm quis carere se præ se fert, vel ab alijs petit, quo ipse abundat. Simile est illud. Androclis apud Aristotelem.* ἰχθὺς δεῖται ἁλός. Piscis (*marinus*) eget sale. *etiamsi mare salsum sit. Sed intelligendum id ait Henr. Steph. de pisce marino non quandiu est in mari, sed cùm ad cibum paratur. In eos quadrat qui rem aliquam desiderant qua abundant.*
Item eiusdem apud eundem. τὰ σκεύφυλα δεῖται ἐλαίου. Baccæ (*oliuarum*) egent oleo .s. *post expressum ex ijs oleum, seu retrimenta, quæ prisci seruabant & iterum condita oleo edebant, licet aliquid in eis olei adhuc remaneret. Retrimenta ergo olei egent oleo, Henric. Steph. non accipit de re absurda vt Erasmus, sed de eo qui aliqua re abundans indigere se ait.*

Máßkárá. Postáwá á dáley nic. W maßkárzé chodźi.
Zwierzchu coś pięknego/ wé wnątrz plugástwo.

Personam tantùm Philosophi induit Epicurus. *Cicero.*
οὐ πρόσωπον ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει. *Pollux.* Personam non faciem gerit.
Personam mauult quàm faciem. *Seneca.* Prosopion habet non prosopon. *Rhodigi.*
καπηλείαν ἄσκει προσώπῳ. *Pollux.* Tabernariam exercet fronte .i. *venditat & ostentat frontem velut caupo.*
Φαιδροπροσωπεῖν. *Cic.* .i. *faciem aliquo affectu grato spectantibus exhibere.*
ἡ γεγραμμένη εἰκών. *Aristophanes.* Simulacrum pictum.
τὸ δ' ἀγορᾶς ἄγαλμα. *Euripides.* Simulacrum in foro stans. *de homine facie decora, sed nulla virtute conspicuo.*
τραγικὸς πίθηκος. Tragica simia. *Æschines dictus est à Demosthene, qui vitâ nequam, speciosa oratione se probum ciuem ostentabat.*
τὸ προσκήνιον. Proscenium *vocat Antiphanes meretricem fucatam, alioqui deformem.*
Σινωπίσαι. *Suidas.* Sinopissare. *est Sinopem meretricem imitari, quæ cùm vetula esset, fuco se illinens iuuenem mentiebatur.*
Sepulchrum dealbatum. *S. Matthæ. cap. 23.* Paries dealbatus. *in Actis. cap. 23.*
τὸ ῥύπος ἠργυρωμένον. Sordes argentatæ *vel* bracteatæ.
οἱ αἰγυπτίων νεοί. Ægyptiorum templa. *De quibus Lucianus (omitto Græca verba pluscula)* Ipsa quidem *inquit*, pulcherrima sunt lapidibus pretiosis exornata & auro ac picturis florida, intùs autem si quæras deum (.i. *idolum, effigiem*) aut simia erit aut ibis aut hircus aut felis, &c. Sic femina inquit formosa & ornata, &c.
ὅτι μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται.

ἐπὰν δ' ἀνοίξῃ τὰς θύρας, τετράθλιος. *Apud Plutarchum.*

Beatus iſte nuncupatur in foro, Foribus domus apertis, eſt miſerrimus.

χρηστῶς ἀτοπίαν εὐφήμοις σχεδιάζει ὀνόμασι. *Plutarch.*

Pulchrè abſurdas res plauſibilibus vel honeſtis velat verbis.

Myronis & Praxitelis coloſſi foris pulchri, intùs ſordida & vilia multa continentes. *apud Lucianum. Vide ſimile commentum Sigiſmundi ſub* Vić wſzyſtko złoto co śie świeci.

ἔξωθι τῆς ἑλένην, ἔνδοθι τῆς ἑκάβην. Foris Helenam intus Hecubam. *Nazianzē. vocat feminam fucatam, vel formoſam & improbam.*

Citharam habet cùm citharœdus non ſit. *ex Varrone.*

κρεῖσσον ἄρχειν ἐσθλὰ δοκεῖν κακὸν, ἢ κάκιστον

κυδοῦ ἔχοντ' ἀγαθοῖο τάφον ψεύδην μερόπεσσιν. *Nazianzen.*

Melius eſt cùm ſis bonus, videri malum; quàm cùm ſis peſſimus, gloriam habere ſepulchri inſtar, mendacem apud homines. *Prorſus conuenit cum illo Polonico.* Lepiey być dobrem chłopem, niż złem popem. *vel* Maß li być złem popem, ráczey badź proſtem chłopem. *Æginetæ cum erubeſcerent ſe à bello Plataeenſi abfuiſſe, ſuis tanquam in bello mortuis, qui nulli erant, ſepulchra ſplendida poſuerunt vt hoc ficto honore ſuum dedecus obtegerent. Herodot. Plura licet depromere ex* Vießczery. Promor. Wrzkomo coś. Skromny wrzkomo.

Mędrſze táyca niż kokeſzy.

Malleus manubrio ſapientior. *Plaut. abſurdè. ſiquidem manubrium mouet malleum, & vim ſibi à fabro impreſſam in eum tranſmittit.*

πρὸ τ γενειάδος σοῦ γέροντας διδάσκεις. Ante barbam doces ſenes.

Malè agitur cum domino quem villicus docet. *Cato apud Columellam.*

λυπεῖ με δοῦλος δεσπότου μεῖζον φρονῶν.

Odi miniſtrum qui ſapiat hero magis. Moleſtus eſt ſapientior hero ſeruulus.

Apud Plutarchum quidam probat: Ouum prius gallinâ exſtitiſſe, vt erucam papilione. πρῶτον τὸ ὠὸν τ ὄρνιθος. *addit ex ouo naſci volucria terreſtria aquatilia reptilia, &c. ſed refutatur ab altero. Dic per iocum:* σοφώτερον τὸ ὠὸν τ ὄρνιθος.

Mężtwá dobywáć przyſłoi gdy przećiwność woczách ſtoi.

Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito. Quò tua te fortuna vocat. *Virgil.*

ἀλλὰ σὺ μή τι λίην πεπονημένος ἐνδόθι θυμόν. *Pauſani.*

Verùm tu aduerſis animo ne concide victus. *vel feſſus.*

Rebus auguſtis animoſus atque Fortis appare. *Horati.*

Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam,

Fortiter ille facit qui miſer eſſe poteſt. *Martial.*

——— Fortiſſimus ille eſt Qui promptus metuenda pati, ſi cominus inſtent. *Lucā.*

ἀνδρὸς τὰ παραπίπτοντα γενναίως φέρειν.

Ferre generosè quæ accidunt, fortis viri eſt.

εὐγενῶς φέρειν χρὴ συμφοράν τ εὐγενή. *Idem ſenſus eſt qui prioris.*

Rebus

Rebus in aduerſis animum ſubmittere noli. *Cato.*
πράγματων ἐν χαλεποῖς σῇσι φρεσὶν ἀδὲν ἀθυμεῖν. *Mylius.*
Iſta virtus eſt, quando vſus eſt, qui malum fert fortiter. *Plaut.* V. Wprzećiwnoſći.

Mężny. Wielkiego ſercá. Nie vſtąpi plácu/ ábo nikomu. Nie zépſnie ſercá.

Alter Hercules. *Varro. Macrobi.* ἄλλος ἡρακλῆς. *Ariſtotel.*
ἡράκλειος εὐτολμία. *Philo.* Herculea animoſitas.
Achilles. *Gellio Catull. Plaut.* ἀχίλλειον πνεῦ. *Heliodor.* Achilleum ſpirat.
L. Sicinius Dentatus dictus eſt Achilles Romanus. Gellio teſte lib. 2. c. 11. & meritò ſanè, ob ea quæ idem de illo ibi narrat. & Val. Maxim.
ἱερὸς λόχος; ἄμαχος. *Athenæ.* Sacer manipulus, inuictus. *Thebanus dux Epaminondas partem exercitus confecit ex amantibus & amatis, eamq; in prima acie ponebat tanquam fortiſſimam, quòd amor alterum pro altero fortiter pugnare ſtimularet, & ſic hoſtes vincebat.* Homini Romano non in læua ſed in dextra ſpes ponenda. *Scipio dixit militi ſcutum affabrè factum oſtentanti.* Ælianus.
ἄτρωτος ὡς καινεύς. Inuulnerabilis vt Cæneus. *Theſſalus miles is fuit, qui in nullo bello vulnus accepit.* ἄτρωτος ἢ ὁ αἴας ὑπὸ σιδήρου. *Suidas.*
Inuulnerabilis ferro magis quàm Aiax. *Fortiſſimus Græcorum apud Homerum.*
θυμὸς ἐπταβόειος. *Ariſtophan.* Animus ſimilis clypeo Aiacis 7 boum corio tectus. *Ouid. de Aiace.* Dominus clypei ſeptemplicis Aiax.
Muſcam in clypeo habet. *quia tam propè ad hoſtem accedit, vt ille muſcam in clypeo ſculptam videat. Plutarch. de Lacone forti.*
Adamantinus. ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχει κρατερόφρονα θυμόν. *Heſiodus.*
Aſt adamantis habet magnanimum animum.
Hirſuto corde Ariſtomenes. *Plini. lib. 11. c. 27. mira de illo refert.*
μόναι λάκαιναι τοὺς ἄνδρας τίκτουσι. *Plutarch.* Solæ Lacænæ viros pariunt.
ναξία τέτραις ἐν ἅλλαις χαλκοδάμη ἀκόνη. *Pindar.*
Naxia cos inter omnia ſaxa maximè ferrum domat.
τὸν ἡρακλέα ἐν δευτέροις τίθημι. *Menander. Hiſtor.* Herculem ſecundo loco pono .ſ. *reſpectu huius.*
ἐσθλὸς ἀγαθὸς ἐὼν τρέπεται χρώς. *Homer.* Fortis viri non variat color.
πύργοι πόλεως ἄνδρες ἐρῆιοι. *Alcæus.* Turres vrbis viri Martij.
παλληνικὸν βλέπειν. *Euſtathi.* Pallenicum tueri .i. *maſculum & generoſum animum vultu præſeferre: à Pallene Thraciæ, vbi cum gigantibus Hercules & dij pugnarunt.*
τὴν λεοντῆν ἐνδύεσθαι. *Suidas.* Leoninam pellem induere .ſ. *ſtrenuum & fortẽ eſſe.*

Iuſtum & tenacem propoſiti virum — Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis tyranni — Mente quatit ſolida, nec Auſter, &c.
Nec fulminantis magna Iouis manus — Si tractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ. *Horat. de viro probo & fortis animi.*

Hoſtibus haud tergo ſed forti pectore notus. *Catul.*

Haud eſt virile terga fortunæ dare. *Seneca Oedipo.*

Tortore tortus acrior. *Prudent.* Maſcula proles. *Horat.*

τυρταίου πολεμικώτερος. *Plato.* Tyrtæo bellicoſior. *Poëta is erat & tibicen claudus, qui Laconibus bellica præcepta & hortamenta ad fortiter dimicandum conſcripſit, quæ iuuentus omnis diſcebat. Eodem duce & inciuente ad prælium, Lacedemonij Meſſenios vicerunt & ſubegerunt. Suidas.* Viuida bello

Dextra viris, animuſque ferox, patienſque periculi. *Virgil.*

Altè cinctus. *Sene..i. ſtrenuus, expeditus, Seruio, vel patiens laborum, militaris. Mureto.* εὐζωνος Altius ac nos præcinctus. *Horat. eodem ſenſu. Oppoſitum Diſcincti Afri Virg.* Atricus miles. v. Mocny. Laſſari non eſt vincentium. *Apud Plutarchum quidã dicit:* Aper ſymbolum pugnacis & ferocis bellatoris, *quia is prouocatus promptè & cùm impetu in tela ruit. Vnde de pugnacibus & audacibus dicitur.* Per haſtam vt ſus ſylueſtris ad me vadit. *Pierius.*

Præſtat ferro quàm morbo mori. *Vox Achillea apud Libanium Græcum.* Mężny woli ná plécu / niż ná łożku vmrzeć.

μήτε σεισμὸς μήτε κύματα φοβεῖται. *Ariſtotel.* Neq; terræ motus nec fluctus maris timet .i. *audax, vel furioſus Ariſtoteli.* *Affine,* Mocny.

Mężny zdrádą / ábo z tylu niébiię.

δοὺς εὐὴρ ἔυψυχος ἀξιοῖ λάθρα

κτεῖναι τ' ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὼν κτῇ σώμα. *Euripides.*

Nemo generoſus vir dignatur clam interficere hoſtem, ſed vadens contra os, vel in aduerſum. *Hinc laudantur vulnera & cicatrices aduerſæ apud Plutar. Cice. Senecam & alios auctores, tanquam notæ certæ fortitudinis. L. Sicinius Dentatus 40 vulnera aduerſa acceperat, auerſum nullum. Valer. Maxim.*

Adde Catulli verſum ſuprà proximè poſitũ. *Fortis viri eſt illud dictũ apud Homer.*

ὃ μὲν μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πῆξαι,

ἀλλ' ἰθὺς μεμαῶτι διὰ στῆθος φάος ἐλάσσαι.

Non ſane mihi fugienti tergo lanceam infiges, Sed rectà ruenti per pectus adige. *Lacon ſagitta ictus moriens dolebat, non quòd moreretur, ſed quòd nulla re inſigni geſta ab imbelli ſagittario necatus eſſet. Apud Plutarch.*

τὸ κάμνειν οὐκ ἔστι τῶν νικώντων. *Coriolan. ibidem.* Laſſitudine confici, nõ eſt vincentium. *Catapulta in Spartam allata Archidamus Rex exclamauit;* Hercules! perijt virtus virũm. *Plutarch.*

Miárá wé wßyſtkiem potrzébna.

Virtus eſt medium vitiorum vtrinque reductum. *Horati.*

Omnis virtus eſt mediocritas. *Cicer.* τὰς ἕξεις μεσότητας *i.* Virtutes mediocrates *Ariſtoteles appellat.*

πάντων μέτρον ἄριστον. *Phocylides.* Omnium modus optimus.

μέτρα

μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ' ὅτι πᾶσιν ἄριστος. *Hesiodus.*

Mensuram serua, modus in re est optimus omni.

Monete eum (*Clodium*) Pontifices modum quendam esse religionis, nimium esse superstitiosum non oportere. *Cicero. ridens Clodium.* *In Plauti Rudente Daemoni viro probo & iusto dicit quidam:* Isto tu pauper es, cùm nimis sanctè pius. *Domitianus videns ex vini copia seditiones crescere, & ob agriculturæ neglectum annonam arctari, dimidiam partem vinearum succidi iussit, & nouas plantari vetuit. Suetoni. quod ne fieret in Asia Scopelianus Sophista apud eum perorans obtinuit. Rhodigin.*

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos vltra citraque nequit consistere rectum. *Horati.*

Vtar & ex modico quantùm res poscet aceruo Tollam. *Idem.*

Æquam memento rebus in arduis Seruare mentem, non secus in bonis. *Idem.*

Rectiùs viues Licini, neque altum Semper vrgendo, neq; dum procellas

Cautus horrescis, nimiùm premendo Littus iniquum. *Idem.*

Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto. *Idem.*

Non agimur tumidis velis aquilone secundo, Non tamen aduersis ætatem ducimus austris. *Idem.* Vlic nagorzey śie z námi dźiećić.

Viribus ingenio, specie, virtute, loco, re, Extremi primorum, extremis vsq; priores .s. *sumus. Idem* .i. *non sum primus felicium, non tamen postremus fortunæ.*

Nemo confidat nimium secundis,

Nemo desperet meliora lapsis .s. *rebus. Seneca Thyeste.*

ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον. ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πέφυκε

κινδύνους ἐπάγειν, ἔχατα δ' ὕβριν ἔχει. *Palladæ.*

Mediocritas optima. nam summa solent pericula accersere, infima vel vltima probro vel iniuriæ obnoxia sunt. ——— νεμεσσῶμαι

ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν

ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν. ἀμείνω δ' ἄσιμα πάντα, *Homer.* Indignor viro hospiti (*recipienti*) qui nimiùm me amat, nimiumq; odit. meliora mediocria omnia. ἐν πᾶσι τὸ μέσον βέλτιον. *Aristotel.* In omnibus mediũ optimũ. τὸ μηδὲν ἄγαν ἄριστον. *Plutarch.* Nihil nimis, optimum est.

τὸ, μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει. *Alpheus.*

Hoc, Ne quid nimium, nimis placet mi.

Nemeseos, quæ dea vindex malè factorum & dictorum credebatur, simulacrum cubiti mensuram seu normam architectorum, & frenum gestabat. eius erat hæc inscriptio.

ἡ νέμεσις προλέγει τῷ πηχεῖ τῷ τε χαλινῷ,

μήτ' ἄμετρον τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν. *In Epigrammat.*

Nemesis admonet norma frenoq;, nec sine modo quid agere, nec sine freno loqui.

ἡ νέμεσις πῆχυν κατέχω. τίνος ἕνεκα; λέξῃς.

πᾶσιν ἀπαγγέλλω, μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον. *Ibidem.*

Nemesis normam teneo. cuius gratia? dices. Omnibus denuncio, nil vltrà modum .s.

agendum.

agendum. *Camelis mensura, vires. Nam nec plùs itineris procedunt, nec plùs oneris vel operis suscipiunt aut patiuntur. Plinius.*

Noli esse iustus multùm, neque sapias plùs quàm necesse est, nec impiè agas multùm. *Ecclesiastæ c. 7.* Qui vehementer emungit, elicit sanguinẽ. *Prouer. SS. c. 30.*

πολλὰ μετοισιν ἄριστα, μέτ' θέλω ἐν πόλει εἶναι. *Phocylid.*

Multa in mediocribus optima, mediocris esse in ciuitate volo.

εἴην μήτ' ἄγαν δ'δαίμων, μήτ' ἐλεεινὸς ἐγώ. *Epigram.*

Sim ego nec valde felix, nec miserabilis.

Ne maior thylaco sit additicia sarcinula. *Luciani est.* V. Wiekßa kos morá niż stodołą. Ita fugias, ne præter casam (*i. in qua facilius te tuearis. Terẽt.*

μὴ παραφέρεσ, μὴ παρὰ θύραν διάζεσθαι. *Ex Luciano.*

Ne inciteris sic; vt ianuam (*domus*) prætereas.

Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi; ne forte satiatus euomas illud. *Prou. SS. 25.*

χρὴ δ' μέλιτ' ἄκρῳ δακτύλῳ, μὴ κοίλῃ χειρὶ γεύεσθ. *Philostrat.*

Mel summo digito non caua manu gustare oportet.

καλὸν τὸ καιρῷ παιδὸς εἰδέναι μέτρον.

Pulchrum est modum cuiusque nosse temporis.

μάλα συμπεσθεὶσ' ἐξολισθεῖ ἔγχελυς. *A.*

Anguilla dum multùm premitur, elabitur. *Ex Garner.*

Pectere te nolo, sed nec turbare capillos. Splẽdida sit nolo, sordida nolo cutis. *Mart.*

Est modus matulæ. *Varro. monet modum seruandum esse in potu. Iunius.*

πάσας ὅτι κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει

πινόμεν' κ' μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χερείων. *Athenæus de vino.*

Omnes de corde curas pellit haustum moderatè; suprà modum autem, peius est.

ὡς μήτε κρῦσαι, μήθ' ὑπὲρ χεῖλ' βαλεῖν. *Hesychius.*

Vt neque defraudet, neque marginem excedat.

τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, μὴ ὅλῳ τῷ δυλάκῳ. *Plutarch.*

Non corbe tota, sed serere oportet manu.

Nihil minùs expedit, quàm agrum optimè (*i. nimis*) colere. *Plini.*

Bene colere agrum, necessarium: optimè, damnosum. *Idem.*

Et Columella de vinea. Res tenera est, *inquit*, infirma & maximè iniuriæ impatiens, quæ plerunque nimio labore & vbertate consumitur peritque.

μέτρον κτήσεως ἑκάστῳ τὸ σῶμα, ὡς ὁ ποῦς ὑποδήματ'. *Epictetus.*

Modulus possessionis vnicuique est corpus, vt pes calcei.

Cui non conueniet sua res, vt calceus olim

Si pede maior erit, subuertet: si minor, vret. *Horati.*

Ibericæ mulieres habent zonas certæ mensuræ, quam si alicuius venter excedat, dedecori habetur. *Nicolaus Damascenus.*

ὅτ' ἔραμαι πλουτεῖν ὅτ' εὔχομαι, ἀλλά μοι εἴη

ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν. *Theognis.*

Non amo

Non amo nec opto diteſcere, ſed paucis viuere nil habens mali.

Quod nimium eſt fugito, paruo gaudere memento.

Tuta mage eſt puppis modico quæ flumine fertur. *Cato.*

δεῖ τὸ λίαν φυγεῖν, ὀλίγοισι δὲ σώφρονα χαίρειν,

νηὺς τρέχει ἀσφαλέως σμικρῷ ἐνὶ πάμπαν ὀλκῷ. *Mylius.*

Apud Horatium pater moriens ſic alloquitur duos filios diuerſis moribus:

Extimui, ne Tu Numentanum *(prodigum)* tu ne ſequerêre Cicutam *(ſordidũ)*

Quare per diuos, &c. Tu caue ne minuas, tu ne maius facias id

Quod ſatis eſſe putat pater, & natura cõércet.

μεσότης καὶ μέτρον ἀεὶ δύνασθαι μᾶλλον καὶ ἧττον γενέσθαι,

ἡ δὲ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἐπ' ἄπειρον προχωρεῖ. *Suidas.*

Medietas & modus non poteſt plùs & minùs *(vel maior & minor)* fieri; exceſſus verò & defectus in infinitum procurrit.

Harmonides tibicen Timothei celebris Muſici diſcipulus auidus gloriæ, in certamine vehementer inflans tibiam, ſimul animam exſpirauit, & incoronatus in ſcena corruit. Lucian.

In omni re videndum eſt Quatenus. *Cicero.*

Gallus Phrygiæ fluuius eſt, qui ſi modicè ex eo bibatur, medetur malis corporis: ſi multùm, lymphatos efficit. Plini. *Affine*, Co wczás. Srzodku śie trzymay. Pomierz śie.

Miáre trudno naléść, záchowáć.

Aberrare à ſcopo facile eſt, tangere eundem difficile. *Ariſtotelis dictum.* V. *ſub* Łácno złem być. *Affine*, Trudna miárá.

Miáſtá ludźmi ſtoią, nie murámi, áni domámi.

ἀνδρῶν ἐρημαία πόλις ἐκ ἔστιν πόλις. *A.*

Non ciuitas eſt, ciuitas vacua viris.

ἐρημία ἐστὶ κενεὸς ἀνθρώπων τόπος.

Eſt ſolitudo vacuus hominibus locus. *Ex Sophocle qui ait:*

σὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενὸν κρατεῖν.

ὡς ἄδειν ἐστὶν ὅτε πύργος, ὅτε ναῦς,

ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω .i. *(Si huic regno imperare velis)*

Cum viris id tenere pulchriùs quam vacuum. Nihil enim eſt turris & nauis deſerta ab hominibus, niſi fuerint qui intùs inhabitent.

Ageſilaus ciues armatos muros Spartæ muro carentis dixit. Plutarch.

ἐρήμη ἀνθρώπων, ἐρήμη δ' ἀγαθῶν. *Xenophon.* Hominũ vacuitas, bonorũ vacuitas.

χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ δεῖ εἶναι τὰ τείχη μᾶλλον ἢ γήϊνα. *Plato.* Ærea & ferrea oportet eſſe mœnia magis quàm terrea. i. *ex armatis viris potiùs quàm ex terra & ſaxis.*

ἢ οἴει ἐκ δρυὸς καὶ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι; *Idẽ Plato.* An putas Reſpub. ex quercu & ſaxo fieri, & nõ ex ijs qui in ciuitate ſunt?

Affine, Wielka klatká. V. Jeden nie wiele może.

Miawßy niemieć ćioßko.

Miſerum iſtuc verbum & peſſimum eſt: habuiſſe & non habere. *Plaut.*

Omne pro nihilo ducto quod fuit, quando fuit. (.i. *ſiquidem fuit, & iam non eſt*) *Idem.* Cor dolet cùm ſcio (.i. *recolo*) nunc vt ſum, atque vt fui. *Idem.*

ἐσχηκέναι χ̀ μηκέτ' ἔχειν, ἀικτὸν σφόδρα. *A.*

Habuiſſe nec habere nimis eſt miſerabile.

Filium vnicum adoleſcentulum habeo. ah quid dixi habere me? immo habui. *Terent.* .i. *iam non habeo. Talia ſunt* Fui Fuimus Floruimus. *&c.* V. Bytem teß kiedyś. & Lżey niemieć nie miawßy.

Miawßy w reku vpuścił.

Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. *Plaut. de captiuo ingenuo ac nobili emiſſo, & ſeruo eius per dolum pro obſide relicto.*

Bolus ereptus è faucibus. *Teren.* Crucior bolum tantum mihi eſſe ereptum ſubito è faucibus. λύκος ἔχανεν. *ex Ariſtophane,* Lupus hiabat, vel hiat. *ſ. præda elapſa,* παρὰ μικρὸν λύκος μάτην *vel* Διὰ κενῆς χανὼν. *ſ.* γέγονα. *Lucian & Dionyſ. Soph.* Propè lupus fruſtra hians factus ſum, *Sic dicitur &* κόραξ ἔχανεν *vel* χάνει. Coruus hiat, *ſ. deluſus.* Coruum deluſit hiantem. *Horat.*

Miećz á mié day ßalonému / á ſwobody młodemu; doſtátku głupiému. á pieniędzy vtrátnemu / ábo nierządnemu.

Argentum adoleſcenti amanti dare, eſt dare gladium quo ſe occidat. *ex Plauto, apud quem vicinus caſtigans vicinum ob indulgentiam in adoleſcentem ſibi commiſſum ait:*

Dediſtíne hoc pacto ei gladium qui ſe occideret?
Quid ſecus eſt aut quid intereſt, dare te in manus
Argentum amanti homini adoleſcenti animi impoti? *&c. &c.*
Non redderes, nec quî deterior eſſet faceres copiam. *In eandem ſententiam Chremes Terentij Menedemo loquitur in Heautonti:* Si gladium quis ſanæ mentis apud te depoſuerit, repetat inſaniens; reddere peccatum ſit; non reddere, officium. *Cic. Idem dicit de pecunia depoſita, non reddenda ei, qui bellum patriæ inferre paret.*

ἀπονομὶ ἐυπλόκῳ νέῳ, ξίφος ἄφρονι. *A.*

Vt frigidam ægris negamus, & lugentibus ac ſibi iratis ferrum, aut amentibus quicquid contra ſe vſurus ardor petit: ſic ea quæ nocitura ſunt impensè ſubmiſſè & miſerabiliter rogantibus non dabimus. *Seneca.* Pecuniam non dabo, quam numeraturum adulteræ ſciam, ne in ſocietatem turpis facti aut conſilij veniam. Si potero, reuocabo: ſin minùs, non adiuuabo ſcelus. *Idem.*

Depoſitum reddere, per ſe res expetenda eſt, non tamen ſemper reddam, nec quolibet loco, nec quolibet tempore. Aliquando nihil intereſt, vtrum infitier an palam reddam. Ineuebor vtilitatem eius, cui redditurus ſum, & nociturum illi depoſitum negabo. *Idem.*

Między mądremi głupi nawiecey mowi.

Anſer

Anſer inter olores. *vel.* Argutos inter ſtrepit anſer olores. *Virg.* Χὴν ἐν κύκνοις.

Rauci anſeres olorinis cantibus, & improborum paſſerum fringultientes ſuſurri modificatis luſciniarum querelis obſtrepunt. ex Sidonio. paucis commutatis.

Inter Ledæos ridetur (*vel dic, ſingultit, crocitat*) coruus olores. *Martial.*

κολοιὸς ἐν τοῖς μούσαις. Graculus inter Muſas. *ſ. ſtrepit.*

Między ziemi naydźieß dobrego.

Etiam inter ſpinas naſcuntur roſæ. *Ammianus.*

Καὶ τῶν ἀκανθῶν ἀναφύονται τὰ δὲ ῥόδα. *A.*

ὡς ἀν' ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν Φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων. *Plutar.*

Vt ſcabros inter tribulos & ononin acutam Erumpunt flores mollia leucoia.

Mießká dźiekámi nie nápełniß / ale dźiegámi.

Dobry co dźiekuie / lepßy co oddáruie.

Kto ſłuży robi z łáſki / mießek miewa bárzo płáſki.

Minùs liberale hoc dictum eſt, vtile honeſto præferentium. Malè audijt hoc nomine Simonides Poëta, qui artem Poëticam ad quæſtum traxit, & rogantibus vt carmen ſcriberet, gratiam ſe habituros pollicentibus reſpondebat: Se habere duo ſcrinia, alterum gratiarum, alternm præmiorum vel pretiorum. & certo interuallo temporis vtroque aperto, illud quidem vacuum, hoc verò plenum reperire. *Hoc eius reſponſum abijt in Prouerbium iſtud:* τὰ Σιμωνίδου μέλη. *Plutarch.* Simonidis cantilenæ. *Et* ἄσαι τὰ Σιμωνίδου μέλη. *Suidas ex Ariſtophane.* Cane Simonidis cantilenam. *vel* carmen. *Similis huic fuit Philemon Poëta.* Vide Łakomy w zbierániu.

Alluſit ad dictum Simonidis Theocritus in Charitibus dicens, (ſed Latinè vt breuior ſim pono) Quòd Muſæ (*ſ. carmina à ſe ſcripta de Hierone*) indonatæ indignantes nudo pede domum reuertuntur, tædioque affectæ vel ignauæ, rurſum in fundo vacuæ arcæ, capite in frigidis genubus poſito iacent.

κωφὸν γεμίζει χρήματ' ἀ δὲ τὰ ῥήματα. *A.*

Saccum replent pecuniæ, non gratiæ. V. Bez pieniędzy do tárgu.

Mieý iezyk zá zeby. Mało i oſtrożnie mow.

Nie wßytkiego powiáday co wieß. Gdy co maß mowić / vkaś ſie w iezyk.

Virtutem primam eſſe puta compeſcere linguam,
Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere, *Cato.*

πρωτίστην ἀρετῶν οἶμαι τὸ γλῶσσαν ἀπίσχειν,
ἐγγύθι δ' ἐστὶ θεοῖς τὸν σὺν λόγῳ εἰδότα σιγᾶν. *Planudes.*

Occluſiorem habeto ſtultiloquentiam. *ex Plauto.* Digito compeſce labellum. *Iunius.* ἡ γλῶσσα μὴ προτρεχέτω νοῦ. *Pittacus.* Ne lingua præcurrat mentem.

πᾶν ὅ,τι ἂν μέλλεις λέγειν, πρότερον ἀπισκόπει τῇ γνώμῃ. πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶσσα προτρέχει τῆς διανοίας. *Iſocrates.* Omne quod dicturus es, priùs mente diſpice. multis enim lingua præcurrit mentem.

Verba prudentium ſtatera ponderabuntur. *Eccleſiaſtici 21.*

Seruum domitos oportet habere oculos & manus orationemque. *Plaut.*

γλώσσης μάλιστα παντὶ τρόπῳ κρατεῖν.

Frenare linguam vbique maximè ſtude.

ἡνίαν ἐμβάλλειν τῷ λόγῳ *Philoſtrat.* Frenos inijcere ſermoni. Cato *Ciceronè teſte* nullum vnquam ſe emiſſiſſe verbum dixit quod emiſſum doleret. *Rhodigin.* κρεῖττον σιωπᾶν ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει. Silere præſtat quàm loqui quod non decet. In aſtrum digitum non intendendum. *Pythagor. i. de magnis viris non temerè loquendū.*

ἃ δεῖ σιωπᾶν καὶ λαλεῖν ὅπᾳ χρεών.

Non eſt tacendum *(vbi loqui expedit)* nec loquendum, vbi expedit. *ſ. tacere.*

Namque malum eſt nil velle pati nec poſſe tacere. *Cato.*

ἔστι γὰρ ὅτε ἐφέλειν τι παθεῖν κακὸν ἠδὲ σιωπᾶν. *Mylius interpr.*

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum. *Cato.*

ἠδέν᾽ μὲν σιγὴ, τὸ δ᾽ ἐναίσιον ἤκαλε πολλὰς. *Planudes interpr.*

Tacere opinor eſſe optimū. *Ennius.* Frenū in lingua. *Sic Eccleſiaſtic. 28.* Frenos ori tuo rectos facito. Bis ad limam ſemel ad linguam. *S. Bernard. i. bis examina quod ſemel dicturus es.*

Σίγα, μή τις ἀκούσῃ
μῦθον, ὃν οὔκεν ἀνὴρ δὲ διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο
ὅστις ὄπίσσω ἧσι φρεσὶν ἄρθια βάζῃ. *Homerus.*

Tace, ne quis audiat ſermonem, quem nemo vir vnquam emittat ore, qui modo norit è pectore ſuo apta profari.

ποῖον σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; *Idem.*

Quale verbum excidit tibi è ſepto dentium? Coß το mowiß?

ἀλλ᾽ ὅμως καὶ κῆμα καταβρέχε σιγᾷ. *Pindar.* Sed iactantiā conſperge tege ſilentio.

τὸ γλώσσης γὰρ φειδωλῆς θησαυρὸς ἄριστος. *Heſiod.*

Linguæ parcæ theſaurus optimus.

Φύλαττε θώρακα. *Strabo.* Caue Thoracem. *montem in quo Daphita Grammaticus ob maledica carmina in reges ſcripta, cruci affixus fuit.*

Caue ne Staterij paries iuxta ſit. *Ex Cic. Staterius effutierat quidpiam, quod pariete licet interiecto, quidā exauditū in iudicium detulére, ob quod ille capite multatus eſt. Rhodig.*

ST Harpocrates digito ſignificat. *Varro. Philoſophus erat amans ſilentij, quare eius ſtatua digitum ori appreſſum habebat, quaſi monens ſeruandum eſſe ſilentium.*

Sigalionem *hunc appellat Auſonius dicens:* Aut tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet.

Duæ iſtæ literæ S T. *apud Plautum Cic. Ter. ſimiliter monent vt ſeruetur ſilentium, & illis vtimur cùm imuimus vel indicimus alicui ſilentium.*

De digito item ori appoſito Apulei. ſic habet: At ille digitum à pollice proximum ori ſuo admouens: Tace, tace inquit. *Item in libris diuinis & apud ſacros ſcriptores:* Ori digitum imponere, eſt continere linguam vel ceſſare loqui.

Alexander Hephæſtionis ori annulum ſigillarem appoſuit ſilentium ei indicens. Sed & Harpocratis ſigillum *(ſ. effigiem, ſignum)* in annulis geſtaſſe veteres ſilentij monimentum *teſtatur Plinius.* Angeronæ *item deæ apud Romanos* effigies obligatum & obſignatum os habuit, *idem admonens. Plin. Macrob.* *Vnde natum Prouerbium:* Angerona os cohibeat.

ἀρρήτων

ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσης σφηγὶς ὑπικείσθω.

Tacendorum verborum ſigillum linguæ inijciatur. *Vel*

Arcanum vt celet claudenda eſt lingua ſigillo.

χρείσσων γὰρ ἐπέων ἢ κλεάνων φυλακή. *Lucian.*

Nam melior eſt verborum quam opum cuſtodia. *Vel*

Sunt ſeruanda opibus verba cuique magis.

Apud Platonem Ammonis oraculum eſt: Magis placere dijs Laconum dictionem, (*breuem, prudentem*) quàm omnium Græcorum ſacra.

Pambo decem annis diſcebat verba illa: Obmutui & ſilui. *Socrates.*

γλώσσης πρὸ τ᾽ ἄλλων κρατεῖ θεοῖς ἑπόμενος. *Symbolum Pythagor. Iamblichus.*

Linguam ante omnia contine deos ſecutus. Manum ad os appone. *Cic.*

ἀλλ᾽ ἐστὶ καμοὶ κλεὶς ὑπὶ γλώσσῃ φύλαξ. *Aeſchylus.*

Et noſtra clauem lingua cuſtodem gerit.

ὧν καὶ χρυσέα κλεὶς ὑπὶ γλώσσαν βέβακεν προσώπων. *Sophocles.*

Quorum & aurea clauis linguam coërcet miniſtrorum.

μήτ᾽ ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ᾽ ἀχάλινα λέγειν. *Ex Epigram.*

Abſque modo nil fac, linguaque frenum habeat.

Quiſquis amas pacem linguam compeſce loquacem. *Anonym. rhythm.*

Fauete lingua aut linguis, *in ſacris Ethnicorum præco clamabat, i. tacete & bona verba dicite. Hoc verbo* (Fauete linguis) *imperatur ſilentium, vt ritè peragi poſſit ſacrificium, nullo malo verbo obſtrepente, Seneca.* Paſcite linguam, *in ſacrificiis, ſignificat coërcete. Feſtus. Sic tamen tacebant, vt ſubinde fauſtum aliquid acclamarent, aut præcinentem ſacrificum voce ſubſequerentur. Græci iubebant* εὐφημεῖν, *i.* τὰ ἀγαθὰ ἐνθουσιαστικῶς λέγειν. *i. bona afflatu diuino dicere.* Nam fauere eſt bona fari. *Feſtus.* Bona verba dicite. *Tibul.* εὐφημίαν ἀνειπεῖν. *Euripid.* Fauſta omina promulgare.

Aſſine, Wiedz nic wiedzac. Táiemnic. Milczec lépiey.

Miey śie dobrzé, może-li być. Miey śie tako chcéſz, takoś godzien.

Male affecti alicui vel offenſi abeuntes dicunt Vale. *Sic apud Plautum.*

Fortunati ſitis, quod certò ſcio nec fore, nec fortunam id ſituram fieri. *Item.*

Factum cupio (*tibi bene eſſe*) nam re facere ſi velim, non eſt locus. *Item.*

Tu vel ſuda, vel peri algu, vel tu ægrota, vel vale, Barbarum hoſpitem nil moror. *Itē.*

Vale atque ſalue, & ſi aliter vt dicam meres. *Item apud eundem captiuus dixit:*

Tu Ariſtophontes de me vt meruiſti, ita vale. Namq; mihi propter te hoc obtigit. *nam prodiderat illum eſſe ſeruum, & ſic in vincula coniectus eſt. Item.*

T. Vale. M. Quid valeam? T. At tu ægrota ſi lubet, per me, ætatem quidem. *Item alius dicenti.* Vale. Rt. Etſi nullus moneas, memini. *Simile votum apud Horat.*

Dum longus inter ſæuiat Ilion — Romamque pontus, qualibet exules
In parte regnanto beati (*Troiani*) — Dum Priami Paridisque buſto
Inſultet armentum. &c.

χαῖρ᾽ εὐτύχησον θ᾽ ἁμὶ εἰ θελήσῃ ἡ τύχη. *A.*

Vale atque felix eſto, ſi modo fors volet.

Miéy śié dobrzé/ Zegoć nié doſtánié kup ſobié.

εὐτύχει, καὶ τά σ' ἐλλιπόντ' ἀγόρασέ σοι. *A.*

Felix age, & ſi quo opus habes, emito tibi.

Nos (*pauperes*) alicam (*tibi mittimus*) mulſum poterit tibi mittere diues.

Si tibi noluerit mittere diues, eme. *Martial.*

Miéyſce ſpoléczne / ma być béſpiéczne.

εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν μὴ ζυλοτυπήσῃς τὸν συμβαίνοντά σοι εἰς τὴν μάκτραν. *Pollux.*

Balneum ingreſſus depone odium, vel ne certes odio cum eo qui in eadem pelui tecum pedem habet. *Idem ſentiendum de templo, curia, ſenaculo. vel Cic. ſatis docet.*

Miła zgodo. Daycié abo daymy ſobié pokoy.

Sat litium eſt. Bona pax ſit potiùs. *Apud Plautum dicit, qui cœperat cum altero litigare.*

Tutius eſt aptumq; magis diſcedere pace

Quam petere —— litigioſa fora. *Ouidi.*

ἐκ ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισι. *Homer.* Non eſt fas mala machinari (*ſuere*) inuicem.

Vtut hæc ſunt facta, potiùs quàm lites ſequar, Meum tibi reddat. *Terent.*

Etſi hoc mihi prauum, ineptum, abſurdum, atque alienum à mea vita videtur,

Si vos tantopere iſtuc vultis, fiat. ℞. Bene facis, meritò te amo. *Idem.*

τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. *Solon. Plutarch.* Æqualitas non parit bellum.

εἰ ἔτως σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν. *Socra. Plato.* Si tibi gratum, nec mihi moleſtum eſt.

ἀλλ' ἤ τοι γὰρ ταῦθ' ὑποείξομεν ἀλλήλοισιν,

σοὶ μὲν ἐγὼ, σὺ δέμοι. *Homerus.*

Quin potiùs in his cedamus alter alteri, Tibi quidem ego, tu verò mihi.

ῥαφίδα καὶ λῖνον λαβὼν τόδε ῥῆγμα σύρραψον. *Vlpius.*

Acu & filo ſumpto rupturam conſue. *ſ. antequam maior fiat vel totum ſcindatur. Monet, offenſas quàm primùm leniendas & abolendas.*

Apud Ouidium Narciſſus imaginem ſuam quam fratrem putabat, ſic allocutus eſt:

Nunc duo concordes anima moriemur in vna.

ἑμία ψυχὴ. Vna anima. *de duobus coniunctis amore.*

—— Fraternum dulce ſodalitium. *Catul.* Cum amicis non certandum.

τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο; *Homer.* Quis pugnet cum amico?

Vulgaris rhythmus. Si concordemus, ſatis omnibus eſt quod habemus.

Miłcz kiedy dobrzé. Maßco? zażyway miłcząc. Nié wykrzykay.

Quod boni eſt, id tacitus taceas túte tecum & gaudeas. *Plaut.*

In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. *Propert.*

Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu. *Tibullus.*

In ſinu gaudeant, gloriosè loqui deſinant. *Cic.* Si bona tua non iactaueris, ſcies in ſinu gaudere. *Seneca.* Alijs quia deſit quod ament, ægrè eſt; tibi quia ſupereſt dol... *&c.* Habes ita vt voluiſti.

Beatus, ni hoc vnum deſit, animus qui modeſtè iſtæc ferat. *&c. Terentius.*

Irritare eſt calamitatem cùm te felicem vocas. *P. Syrus.* ἐν ἡμῷ

ἐν θυμῷ γεγηθὼς χαῖρε καὶ ἴσχεο. *Homer.* In animo anus gaude & te cohibe.
ἀλλ' ὄγε σιγῇ ἔλῃσι θεῶν ἔχει ὅττι δίδοιεν. *Idem Homer.*
Possideat tacitus si quæ adsunt munera diuum.
οἴκοι μένειν χρὴ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. *Aeschylus.*
Domi manere hunc quisquis est felix decet.
δεῖ τὴν οὐσίαν ἐν τοῖς οἰκίοις ἀποκρύπτειν. *Isocrat.* Oportet opes domi occultare. Tacitus corue pascere. *Nam is laudatus à vulpe crocitare cœpit & sic cibum ex ore dimisit, vulpi eum irridenti vtilem. Apologus est Gabriæ.* Et Horatius ait:

Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet
Plùs dapis & rixæ minùs inuidiæque. *Naturæ enim impulsu aues nactæ escam gaudent & canunt, sicq; aues alias facilè aduocant, quæ participes esse volentes eripiunt vel pugnant.* Stultus tace. *Plaut.* Milcz głupi.
οὐ χρὴ κινηλίζειν ἀγαθὸν βιόν, ἀλλ' ἀτρεμίζειν. *Theognis.*
Non oportet mouere bonum vitæ statum, sed quiescere.
Regula certa datur, qui stat benè, ne moueatur. *Garner. ex Gallico.*
Si nil das ex ære tuo, potes inde tacere. *Idem.*

Milczącemu przymowká.

Calius Orator iracundus, conuiuæ patienter & cum silentio illum loquentem diu audientis tandem cum stomacho dixit: Dic aliquid vt duo simus. *Seneca.*
Simonides cuidam in conuiuio tacenti dixit: εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς, εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον. Si stultus es, sapientē rem facis, (.s. tacens) si verò sapiens, stultam.

Milczący. Geby otworzyć mé vmie. Milczy iakby mu gębę zawiązał.

Słowá sie ná niem niedopytaß. &c.
In vituperio ferè vt plurimùm dictum hoc vsurpari solet.
Statuâ taciturnior. *Horatius.* Caput sine lingua. *Laberius.*
Truncoque simillimus Hermæ. *Iuuen. statuæ veteri sine manibus & pedibus.*
τῶν λιθίνων οὐδὲν διαφέρει. *S. Chrysostom.* A saxis nil differt.
Crocodilus *pro taciturno. Pierius.* & Crocodili caput. *quod lingua careat. Plinius.*
——— Lapis priùs iste loquetur .s. *quàm ego. Ouidi.*
Nihil respondes? lingua huic excidit. *Plaut.*
ἀρειοπαγίτης σιγαλώτερος. *Alciphron.* Arcopagita taciturnior. *Budæus.*
Tanquàm liber .s. mutus. *Sic Plato.* βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν ὅτε ἀποκρίνεσθαι οὐδὲ ἔρεται .i. Libri non habent quid respondeant vel sciscitentur.
μᾶλλον τῶν ἰχθύων ἀφωνότερος. *Lucian.* Magis mutus quàm pisces. *Vnde Horat. ad Melpomenem.* O mutis quoque piscibus Donatura cygni si libeat sonum.
Pythagorici quoq; abstinebant à piscibus in cibis, quod hi, ob ἐχεμυθίαν (silentium) à Magistro commendatam, tanquam eiusdem disciplinæ socij inuiolati esse deberent.
Vnde illud aliud Prouerb. ortum. σιωπηλώτερος τῶν πυθαγορείων τελεσθέντων. *Zenodot.*
Taciturnior Pythagoræ initiatis, seu deditis, aut discipulis.

Simile

Simile illud. Brachmanum auditor. *Nam horum auditoribus Strabone teſte non licebat loqui, nec ſcreare, nec ſpuere.*

κωφὸν πρόσωπον. *Cic. Martial.* .i. muta perſona. *in Comœdiis quarta, quæ nil aut parùm loqui ſolebat, vt Horat. ait:* Nec quarta loqui perſona laboret.

ζυσμώτερος σκάφης. *Suidas.* Magis elinguis quàm eſt ſcapha.

ἀφωνότερος ἀνδριάντος. *Syneſius.* Statuâ ſculptâ taciturnior.

ἄφωνος ἱππαρχίων. *Zenodot.* Mutus Hipparchion. *in eum qui dicturus repente obmuteſcit, quod huic citharœdo in ludis ſolennibus accidit. Idem Theophraſto eloquentiſſimo contigit, qui cùm in publicũ dicturus prodijſſet & ab auditoribus cupidis exſpectaretur, repente obmutuit.* Heraiſcus Ægyptius *natus eſt digito indice ſic ori adnato, vt incidi debuerit, & veſtigium in labris tota vita habuit, eratq; ſilentij amantiſſimus. Suidas.*

ἀκάνθιος τέττιξ. *Stephan.* Acanthia cicada. *nam iuxta Acanthum oppidum cicadæ alibi vocales obmuteſcunt, quod etiam de agro Rhegino tradit Plini.*

μηδὲ γρῦ φθέγξεσθαι. *Ariſtophan.* Ne gry quidem ſonat, aut loquitur.

Ne my quidem facere audet. *Varro ex Ennio.* μηδὲ μύζειν τλμᾷ. *Ex Ariſtophan. apud quem ex ſola voce μῦ integer verſus eſt. ea verò eſt nota muſſantis Latinis* my, *vel* mu. *vnde.* Muſſat, mutire non audet,

βάτραχος ἐν σεριφῳ. *Suidas.* Seriphiæ ranæ *in Scyrum delatæ, obmuteſcebant; aliò translatæ, canebant. alij hoc cicadis Seriphijs tribuunt.*

πέρδικος ἀφωνότερος. *Plutarchus.* Perdice magis mutus.

νιόβης ἀρχέτυπον. *Ex Lucilio.* Niobes archetypum. *quæ in ſaxum verſa eſt.*

Lupum vidit. ὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες. *Theocrit.* Non loqueris? lupum vidiſti.

V. Dotrzyma ſtowá.

Milczeć lépiey. Milczac nić wiéle zgrzeßyß. Milczenie pożytécżne. Milczeniem wßytkiego zbedźiéß. Szkodá podczás mowić.

Nullus finis eſt inimicitijs, niſi ad tempus obtemperemus iratis. *Valer. Max.* Plena victoria eſt à clamatione tacere, & non reſpondere prouocanti. Habes enim mercedem, & de tua patientia & de fratris medela, ſi obliuioni detur iniuria. *Idem.* Eſt & fideli tuta ſilentio Merces. *Horatius.*

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum. *Cato.*

ἁδεκί κεν σιγὴ, πολλοῖς τύχε πῆμα λάλημα. *Mylius.*

ἀκίνδυνον γὰρ ἐστι τῆς σιγῆς γέρας. *Auguſt. Cæſar. apud Plutarch.*

Cãret periclo præmium ſilentij .i. *tutum eſt.*

λαλήσας μὲν πολλάκις μεταμέμονα, σιωπήσας δ' οὐδέποτε .i. Dixiſſe me aliquando pœnitet, tacuiſſe nunquam. *Xenocrates apud Valerium Max. alij id Simonidi tribuunt.* Angerona os cohibeat. *cuius ſimulacrum erat obligato & obſignato ore. Plini.*

Σιγὴ γὰρ ἀνθρώποισι φάρμακον κακῶν. *Carcinus.*

Silentium eſt homini malorum remedium.

ἁδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον. Vtilius eſſe nil putes ſilentio.

Σιγή

Σιγή ποτ' ἐστὶν αἱρετωτέρα λόγου. Tacere præſtat ſæpe potiùs quàm loqui.
Σιγὴ δὲ μόνον ἄδιψον ἀλλὰ καὶ ἄλυπον καὶ ἀνώδυνον. *Hippocrates.* Silentium non modo ſiti caret, ſed & moleſtia, & dolore.
Σοφὸν ἔυκαιρος σιγὴ, καὶ παυσὶς λόγου κρεῖττον. *Plutarchus.* Sapientia magna tempeſtiuum ſilentium, & omni ſermone præſtantius.

Cur ego laborem notus eſſe tam prauè (*refutando libellos ſuppoſititios à malo Poëta meo nomine editos*)

Conſtare gratis cùm ſilentium poſſit? *Martial.*

Declamas in febre, &c. Declamas æger, declamas, &c.

Magna tamen res eſt magna, tacere, Mathon.. *Idem.*

ἐνίοις τὸ σιγᾶν κρεῖττόν ἐστι τοῦ λέγειν. Tacere melius eſt quibuſdam quàm loqui.
ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε. Tace, aut melius loquare quid ſilentio.
ὦ παῖ, σιώπα, πολλὰ ἔχει ἡ σιγὴ καλά. *Apud Plutarch.*

Sile puer, bona multa habet ſilentium.

μὴ ἀδολέσχῃ ἐν πλήθει πρεσβυτέρων. *Eccleſiaſtici 7.*

Noli verboſus eſſe in multitudine presbyterorum .i. *ſeniorum.*

ἐφ' οἷς γὰρ ἀγνοῶ σιγᾶν φιλῶ. *Suidas.* Quæ non intelligo libenter taceo.
Manum ad os apponam. *Cic.* Nihil iam mutire audeo. *Terent.*
Digitum ori ſuperimponere. *Iob. 29.* πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.

Silendo reſpondebis aptè plurimis. Reſponſionis inſtar eſt ſilentium.

Ars non minor tacere noſſe quàm loqui. *Garner. Vulgare dictum eſt.* Inutilis quæſtio ſoluitur ſilentio. Μιέμαβ ná co odpowiádáć.

Anſeres Taurum montem præteruolantes, metu aquilarum quæ iſtic plurimæ, lapillos ſingulí mordicus tenent, ne clangendo ſe prodant. Ælian.

Coram rege ſuo de paupertate tacentes. Plùs poſcente ferent .ſ. *ob modeſtiam. Horati.*

Hyperides captus ab Antipatro linguam ſibi dentibus in tormentis abſcidit, ne quid contra patriam proderet. Plutarch.

Milczećby lépiey. Cudnieyby tobié milczeć. A kiedyby milczeć?

Ohe iam ſatis eſt. *Martial.* Ohe iam ſatis eſt, comprime te, nimiùm tinnis. *Plaut.*

Relinque aliquantùm orationis, cras quod mecum litiges. *Idem.*

Apud eundem Pædagogus arguit diſcipulum reſponſantem ſibi proteruè.

Etiam me aduerſus exordire argutias?

Qui ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet. *Diſcipulus contrà eidem* Pæ. Iſtactenus tibi Lyde libertas data eſt Orationis ſatis eſt, ſequere me hac, ac tace. γλῶσσα σοῖ πορεύῃ; *Suidas. Zenodot.* Lingua quo vadis?

Digito compeſce labellum. *Iuuenal.* Manum ori appone. *Varro.* Manum ad os appone. *Cic.* Scio te bona eſſe voce, ne clama nimis. *Plaut.*

AG. Ne me obturba ac tace. Pæ. Taceo. AG. Si tacuiſſes, iam iſtud Taceo, non natum foret. *Idem.* *Vide vt dicta ſuperflua & otioſa ethnicus caſtigat!*

Occluſiorem vel Occluſam habeto ſtultiloquentiam. *ex eodem.*

Ante ædes non feciſſe erit melius conuicium. *Terent.* V. Miey ieżyk zá zeby.

Milczenie glupiego vdazá mądrego.

ἄφρων κωφεύων, σοφὸς λογισθήσεται. Ἐὰν φιμῶν χείλη αὐτοῦ, συνετός. *Proue b. SS. c. 17. vt Aquila Symach. & Theodotion legit. (nam LXX paulò aliter verba habent, eodem ſenſu:)* Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Et ſi compreſſerit labia ſua, intelligens. *vulgata editio Latina.* *Sic & Palladas Pòéta in Anthołog.*

πᾶς τις ἀπαίδευτος φρενιμώτατος ἐστι σιωπῶν.

Dum tacet indoctus ſapientis nomen habebit. *Sic Eccleſiaſtici 32.* Audi tacens & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

Qui nihil ſcit, ſat ſcit, ſi nouit ritè tacere. *Garner.*

Scit multùm ille nimis, qui ſe nil ſcire fatetur. *Idem.*

Affine, Milczeć lépiey.

Milczenie młodego ozdobá. Milczeć młodemu cudniey, niż wiéle mowić.

νέῳ τὸ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει.

Iuuenem ſilere quàm loqui decet magis.

Adoleſcens loquere in tua cauſa vix. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. *&c. Eccleſiaſtici 32. ibidem præceſſit:* Loquere maior natu, decet enim te, *&c.*

Milczenie podczás ſzkodliwe abo obrazi. Nie záwße trzéba milczeć.

Szkodá podczás milczeć.

Optima nomina, non appellando, fiunt mala. *Columel.* .i. *etiam bonus & locuples debitor, ſi taceas & non exigas, ſit ſegnior ad ſatisfaciendum, & ius ipſum ad recipiendum debitum paulatim exoleſcit.*

τὰς ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή. Amyclas perdidit ſilentium.

Sic Amyclas dum tacebant perdidit ſilentium. In peruigilio Veneris. ſeu Catull.

—— Quasque euertere ſilentia Amyclæ. *Silius.*

Mihi neceſſe eſt loqui. Nam ſcio Amyclas tacendo periſſe. *Lucillius.*

Nam hæc ciuitas, cùm frequenter falsò nunciarentur hoſtes aduentare, & terrore vano omnes perturbarentur, lege cauit; ne quis deinceps tales rumores afferret: Poſtmodùm verò nullo aduentum verum hoſtium nuntiante, capta & deleta eſt. Seruius.

Sed Plinius & alij quidam, à ſerpentibus illam vaſtatam dicunt. quòd, cùm ciues illi Pythagoræ placita, vetantis eadem animalium ob animarum in ea tranſmigrationem, ſequerentur; abſtinuêre cæde ſerpentum, quorum tanta multitudo creuit vt ciuitatem vaſtauerit.

Huc pertinet dictum Staſimi ſerui in Trinummo Plauti, quem bona conſilia ſuggerentem, cùm tacere herus Lesbonicus, malè ſuis rebus conſulens, iuberet, dicens:

Oculum ego effodiam tibi, ſi verbum addideris. *Reſpondit:* Hercle quin dicam tamen. Nam ſi ſic (*cum duobus oculis δεικτικῶς*) non licebit, luſcus dixero. *Nam de agro ex quo viuebant alienando agebatur.*

Simile

Simile quid habet in Pseudoli actu 1. sc. 1. Si ex te tacente fieri possem certior. *&c.*

Sæpe vel linguâ magis Regi atque regno muta libertas obest. *Seneca Oedipo.*

Imperia soluit qui tacet iussus loqui. *Idem.*

Factum tacendo, crimen facias acrius. *P. Syrus.* *Quia probabilia neganti, tormentis confessio exprimi solet.*

δυσταφρόντου ἐστι σιγηρὸς τρόπος.

Despicere censetur silens iussus loqui. *Vel* Tacere cùm rogare, contemptum sonat.

πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. *Aristotel.*

Multas diremit amicitias silentium.

Dic aliquid vt duo simus. V. *sub* Milczącemu przymowká.

Milczy á zle broi. Milczkiem vkáśi/ Mowić nic vmie/ á przedśie obrázi.

κροκόδιλος ἐς ἄγλωσσος, ἀλλὰ σιόδους. *A.*

Lingua caret crocodilus, at dentes habet. *vt Plinius scribit. Dictum in eos qui cùm dicere bene nil sciant, tamen mordent acriter.*

Affine, Pićs gorży co milczkiem kąsa.

Milczy od strácbu. Wilk go ozionął. Wilká potkał.

Lupi illum vidêre priores. *Virgilius sic habet:* Vox quoque Mœrin

Iam fugit ipsa. Lupi Mœrin vidêre priores .i. *elinguis factus sum quia me lupus prior aspexit. Ita sensêre multi scriptores Plato Plini. Solin. Donat. Seruius. Isidor. Similis est sententia Theocriti, licet aliquantùm diuersa. Nam non visum à lupo, sed vidisse lupum noxium esse putauit, dicens:* ὦ φθεγξῆ, λύκον εἶδες. Non loqueris, lupum vidisti. *Sed de his aliter sentiunt recentiores. vt in 1 Tomo sub* Ozionaê *dixi.*

Linguam oculi præciderunt. *Plaut. cùm quis ob timorem vel amorem rei visa loqui non potest. vel vt idem ait:* Timor præpedit dicta linguæ.

Curæ leues loquuntur, ingentes stupent. *Seneca Hyppolyt.*

Milczy znáć źé pozwala/ ábo źé winien.

Qui tacet, consentire videtur. *ICti Bonifacius.*

Sic. Silentio comprobare dicitur, qui contradicere potest & tacet. tunc enim ex silentio consensus tacitus esse præsumitur. *Paulus ICti.* Nam qui non improbat, probat. *apud eosdem ICtos.* Ex conscientia tacere. *vocat Seneca.*

Non purgare se, non diluere obiecta, & accusationem silentio excipere, confitentis est. *Cic.* Etiamsi tacent, satis dicunt: Tacitunitas imitatur confessionē. *Idē.*

Si tacuisset, lis ei vt victo æstimabatur. *Idem.*

αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντός ἐστι σοῦ. *Euripides.*

Ipsum tuum silentium fatentis est. *vel* Confessionem redolet hoc silentium.

Cùm tacent, clamant. *Asconi.* Nequicquam, tacitum cubile clamat. *Catull.*

Quid tu ais Gnatho? nunquid habes quod contemnas? Quid tu autem Thraso? Tacent, satis laudant. *Terent.* ἡ γὰρ σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις. *Euripid.*

Silentium responsio est sapientibus.

Quod noſti haud rectè factum, nolito tacere,
Ne videare malos imitari velle tacendo. *Cato.*
γνὺς τι κακῶς ῥέχθεν, σιγῆς μὴ φάρεϊ κρύπτε,
μήτι δοκῇς σιγῶν μιμεῖσθ' ἔργα πονηρῶν. *Mylius.*
Affine, Vśmiechnał śie.

Mile domá.. Niemáś iako domá. Prywatny żywot nalépſzy Bywſzy w Rusi/ do domu muśi.

οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος. Domus cara, domus optima.
Apud Æſopum reſpondit Teſtudo Ioui quærenti, cur tardè ad comitium cunctis animantibus præparatum veniſſet. Addit epimythion ſimile Planudes.
πολλοὶ αἱρεῖσθαι μᾶλλον λιτῶς παρ' ἑαυτοῖς ζῆν, ἢ παρ' ἄλλοις πολυτελῶς .i. Multi malunt potiùs tenuiter apud ſe viuere, quàm apud alios lautè.
Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplendidæ peregrè ſine domicilio. *Eccleſiaſtici cap. 29.*
Vſurpauit dictum teſtudinis Cic. ad Dolabellam ſcribens. & Liuius dicit:
Teſtudo intra ſuum tegumen collecta, eſt tuta ad omnes ictus.
οἴκοι μένειν δεῖ τ' καλῶς εὐδαίμονα. Domi maneto cuncta cùi ſunt proſpera.
οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θυρηφί. *Heſiod.*
Eſſe domi præſtat quia damnoſum foris eſſe.
καὶ σὺ φίλος μὴ δηθὰ δόμων ἀπὸ τῆλ' ἀλάλησο
κτήματά τε προλιπών, ἄνδρας δ' ἐν σοῖσι δόμοισι. *Homerus.*
Tu quoque amice domo diuturnus abeſſe caueto,
Rebus itemque viris intra tua tecta relictis.
οἴκοι γενοίμην. *Suidas.* Vtinam domi ſim. *Vox eſt eorum qui optant emergere è malis præſentibus. tralata à nautis periclitantibus.*
Crede mihi benè qui latuit, benè vixit, & intra
Fortunam debet quiſque manere ſuam. *Ouidi.*
Primum argumentum compoſitæ mentis eſt, poſſe conſiſtere & ſecum morari. Ægri animi iactatio eſt, mutationibus locorum inquietari. *Seneca.*
Nunquam mores quos extuli domum refero. *Idem.*
μακαρίως ὅστις δυτυχῶν οἴκοι μένει,
ἐν γῇ δ' ὁ φόρτος καὶ πάλιν ναυτίλλεται. *Euripides.*
Beatus quiſquis felix exiſtens domi manet. In terra enim ſita ſarcina rurſum poteſt ſalo committi. O Vatia ſolus ſcis viuere! *Apud Senecam vox negotioſorum in malo ſucceſſu laudantium vitam priuatam quietam, qualem viuebat Vatia quidam.*
Nec vixit malè, qui natus morienſque fefellit. *Horat. i. ignotus fuit, latuit iuxta dictum Epicuri:* λάθε βιώσας. *de quo dicto pulchrum libellum ſcripſit Plutarch.*
I fuge, ſed poteras tutior eſſe domi. *Martial. ſuum librum alloquitur.*
Felix qui propriis ævum tranſegit in aruis,

Ipſa do-

Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem. *Claudianus de agricola Veronenſi qui vicinus huic vrbi nunquam illam ad ſenectam inuiſit.*

Laudant multi Pythagoræ præceptum, (cuius meminit etiam Suidas) qui dixit: μηδὲ κύαμον μηδὲ σκόροδον ἐσθίειν. Neque fabas neque allia comedenda, .i. *neque ciuilia neque bellica negotia aggrediendа ei, qui tranquillam vitam agere velit. Fabarum enim vſus erat in iudicijs & Senatu, allij verò in bello.*

Affine, Wßedy dobrzé/ álé domá lépiey Oyczyzná namilßa.

Mil-és mi iak ſol w oku. Rolé mie w oczy. Blaſk mi od niego.

ὥσπερ τὰ σῦκα ἐπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ. *Ariſtophan.*

Perinde ceu ficus oculis innaſcitur .ſ. *ſic ille erat moleſtus.*

Tanquam vnguis in vlcere. *Cic. Clodio.* Vt tu in hoc vlcere tanquā vnguis exſiſteres. Mea lippitudo, meum fel. *Plautinus ſeruus iuſſus ab hero blandè compellare amicam, ait:*

Oculus huius *(heri)* lippitudo mea; mel huius, fel meum &c.

Stimulus ego nunc ſum tibi. *Plautus.* Mil-em ći terae. *Inſultans dictum.*

Σκόλοψ ἐν ὄμμασιν. Sudes in oculis. *Ioſue 23.* Erunt vobis gentes hæ *(idololatrarum)* ſudes in oculis. *Demades apud Athenæum* τὴν Αἴγιναν λῆμνην καὶ πρῳαῖαν. *dicebat .i. Æginam inſulam lemam Piræi .i. tam moleſtam Athenienſibus ob potentiam, quam lemæ oculis ſenum. Meminit & Plutarch.* Amicus vt oleum plantis. *Rhodigin.*

Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres Arboribus venti &c. *Virgil.*

δένδρεσι μὲν καρπῶν φοβερὸν κακὸν —— *Theocrit.*

Arboribus venti metuendum malum.

ἐχθρὸς γὰρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι. *Homer.*

Ille mihi inuiſus veluti diri oſtia Ditis.

Gallinam ægrotantem inuiſens ſelis rogabat quomodo valeret. ille reſpondit: Bene ſi tu diſcedas. *Æſopus apud Plutarch.* V. Vlie moge né to pétrzeć.

Milo co vmieć/ wiédzieć/ ſłyßeć/ zwłaßcza nowego/ piſmnego.

Nauká/ vćiećhá wielka i ozdobá.

ἁδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι. *Cic. è Græcis.* Nil dulcius quā ſcire prorſus omnia. *Correxit hoc dictum rectè Themiſtius dicens:* οὐκ ἔστι γὰρ φασὶ γλυκερώτερον ἢ πάντ' εἰδέναι, κἀγὼ φημὶ, τὰ ἀγαθά .i. Non eſt enim aiunt dulcius quid, quàm omnia ſcire, & ego dico, bona. Viuas inquis in literis. An quicquam me aliud agere cenſes? Haud poſſem viuere, niſi in literis viuerem. *Cic.*

Idem Cicero aliquoties in epiſtolis vſurpat illud: πάντα περὶ πάντων .i. Omnia de omnibus .ſ. *ſcire volo, aut ſcribe, vel ſcribam tibi.*

οἷς ἕκαστος ἥδεται, τούτοις δήπου καὶ ἡμῶμεν καὶ γαννύμεθα. *Nazianzen.* Quibus quiſque delectatur, ijs certè & honoratus exſultat.

ἐν τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμὸς, ὃς χρηστὰ μὲν ἀκούσαι τέρψεως ἐμπιπλέει τὸ σῶμα, ὑπερηφανίης δ' οὐ τούτοισιν ἀνοιδέει. *Herodot.* In auribus hominum habitat animsu-

animus, qui bonis auditis, delectatione corpus implet; contrarijs auditis, moleſtia afficit. (*intumeſcit, indignatur.*) (*Syluius.*

Doctrina in homine plebeio argento par, in nobili auro, in principe gemmis. *Æneas*

Mito doma ſiedząc o woynie ſłuchać.

Sub tecto imbrem audire iucundum eſt. *Ex Sophocle qui ſic habet.*

τί χάρμα τούτου μεῖζον ἂν λάβοις ποτέ,
ἢ γῆς ὑπ' αὐσαντα καὶ ὑπὸ στέγη
πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδ' ὑδάτων φρενὶ; *i.*
Quod dulcius maiuſque gaudium expetas,
Quàm littus obtinendo, ſub tecto domi
Animo ſopito audire denſas ſtillulas?
Dulce mari è magno turbantibus æquora ventis
E terra alterius magnum ſpectare laborem. *Lucretius.*

Mito kiedy nas ſłuchaią / a zwłaſzcza gdy pochwalaią

Omne Humanum genus eſt auidum nimis auricularum .i. *auditorum. Lucreti.*

Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas? *Perſius irridens laudis auidos Poëtas dicit: Tùne contemnas, ſi à multis nobilibus & delicatis adoleſcentibus tua carmina laudantibus celebreris?*

—— An erit qui velle recuſet Os populi meruiſſe & cedro digna locutus
Linquere nec ſcombros metuentia carmina nec thus? *Idem.*

Non ego cum ſcribo ſi forte quid aptius exit Laudari metuam. *Idem.*

Scire hoc ſe neſcit, niſi alios id ſcire ſcierit. *Lucillius.*

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. *Perſius, carpens vanitatem Philoſophorum omnia oſtentationis cauſa facientium. Horum dictum etiam apud Euſtathium eſt:* μηδὲν ἐθέλω καλῶν ἔχειν ἀνάγνωστον .i. Nullum bonum volo habere aliis ignotum. *Et Dio Chryſoſtom.* οὐδεὶς αἱρεῖται καλὸν εἶναι μόνον αὐτὸ πεπράχθαι, μηδενὶ δὲ εἰδέναι. Nullus quicquam capeſſit, eò ſolùm quòd hoc bonum ſit agere, nullum autem id ſcire. *Huc & illa Perſij de talibus.*

At pulchrum eſt digito monſtrari & dicier: Hic eſt. *Meminit & Lucianus. Qua vanitate delectatum etiam fuiſſe Demoſthenem ſcribit Cic. Varro. Laërti. Plinius. Sed & Horatius de ſe dicit:* Quod monſtror digito prætereuntium. *Complacens ſibi.*

τὸ λαυθανέστης μουσικῆς ἡδεῖς λόγου *i. Vt vertit Suetoni.*

Occultæ Muſicæ nullus reſpectus.

Luſcinia in ſolitudine negligenter & ſimpliciter canit, cùm verò aduertit aliquos qui audiant adeſſe, tum verò varium & prædulcem edit concentum. Rhodigin. ex Homero. experientia ſanè docet luſcinias audito alio cantu quouis ſiue auium ſiue hominum, modulos ſuæ artis alacriùs & contentiùs depromere.

Voluptas eſt quod agas, ſi id procedit lepidè ex ſententia. *Plaut.*

Optimus quiſq; præceptor frequentia gaudet, ac maiore theatro ſe dignum putat. *Quintilian.* πάντες ἐπαίνοις χαίρουσι. Omnes laudari ſe gaudent.

Laudatas

Laudatas ostendit auis Iunonia (*pauo*) pennas,
Si tacitus spectes, illa recondit opes. *Ouidi.*
Excitat auditor studium, laudataque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet. *Idem.*
Sordidus auriculis alienis colligit escas. *Sarisberiensis ex Persio.*

Sæpe leges apud Horatium Martialem Persium Iuuenalem cacoëthes veterum Pòëtarum qui sua carmina publicè & priuatim recitabant, aliqui ad ostentationem & famam captandam; aliqui ob censuram ab amicis doctis audiendam; aliqui ob præmium; aliqui etiam auditores conducebant, quos Sophoclès & Laudicenos vocat Plini. iuni. De talibus Horat.

Indoctum doctumque fugat recitator acerbus,
Quem verò arripuit, tenet occiditque legendo. *Martialis itidem.*
Ille leget, bibe tu: nolis licet ille sonabit. (*inter cœnam*)
Et cùm iam satis est, dixeris; ille leget. *Lege eiusdem libr. 3. epigramma 44. & 45. & 50. in Ligurinum.*

Vide si lubet & Raderum ad Martialis epigr. 70. lib. 10. vbi de his copiosè agit.

V. Piosnka naprzyiemnieyßa/ dwcatá. Sam sie sobie podoba.

Miłość cielesna albo nieuczciwa/ iest barzo sprosna i złodliwa.

Insanum est malum in hospitium deuorti (.i. *diuertere*) ad Cupidinem. *Plaut.*
Qui in amorem præcipitauit, peiùs perit quàm si saxo saliat .i. *è rupe. Idem.*
Amor amara dat tibi satis quod ægrè sit. *Idem.*
Mille modis amor ignorandus est, procul adhibendus, atque abstinendus. *Idem.*
Amor & melle & felle est fœcundissimus,
Gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsque oggerit. *Idem.*
Amor est blandiloquentulus, harpax, mendax, cuppes, auarus,
Elegans despoliator, latebricolarum hominum corruptor. &c. *Idem.*
ἔρως ἡδονῆ καὶ λύπῃ μεμιγμένος. *Plato.* Amor voluptate & dolore permistus.
Non bene conueniunt nec in vna sede morantur.
Maiestas & amor. *Ouidi.* Fecit amor maciem. *Idem.*
Res est soliciti plena timoris amor. *Idem.*
Turpis amor surdis auribus esse solet. *Propert.*
Amor otiosæ causa solicitudinis. *P. Syrus.*
Quis enim modus adsit amori? *Virgil.*
πυρκαϊὰ ἀνήφαιστος καὶ ἄξυλος. *Tzetzi.* Incendium sine Vulcano siue igne & lignis, *omnis cura solicitudo & affectus inordinatus, præsertim verò amoris impuri, de quo Virgil.* Est (*vorat*) mollis flamma medullas. *Item.* Et cœco carpitur igni.
ἐρᾶν ἡδὺ μέν, ὦ παῖ, ταῦτον ἀλγεινὸν δ' ἅμα. *Euripides.*
Amare suauissimum, fili, idemque amarissimum simul.
ἔρως πάθος ψυχῆς σχολάζουσης. *Theophrast.* Amor affectus mentis otiosæ.
ἔρως γλυκύπικρον ὄρπετον. *Sappho.* Amor dulciamara auis.

In Cistellaria Plauti iuuenis sic loquitur.

Credo

Credo ego, amorem primum apud homines carnificinam commentum.
Hanc ego de me coniecturam domi facio, ne foris quæram.
Qui omnes homines supero atq; antideo (.i. *anteeo*) cruciabilitatibus animi,
Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser.
Exanimor, feror, differor, distrahor, diripior. &c.

Plura similia istic addit, quæ tanti mali odium concitent. Vide & Rozbrát. Adde illud Terentij. Nosse omnia hæc salus est adolescentulis.

Non deus vt perhibent amor est, sed amaror & horror,
Numen amor nullum, nomen inane Venus. *Anonym. rhythmic.*

Vide Miłość zaślepia.

Miłość rodzicow ku dźiećiom wielka.

τὴν πρὸς τὰ τέκνα Φιλοστοργίαν Φυσικὴν εἶναι. *aiebant Stoici* .i. Amorem in liberos naturalem esse. *Vel vt Cic. ait:* Natura fieri vt liberi à parentibus amentur.

Huius Philostorgiæ exempla multa sunt in brutis animantibus.

De Elephante Athenæus ait: μεγάλην Φιλοστοργίαν ἔχει εἰς τὸ παιδίον .i. Magnum amorem habet in prolem.

Vultur & Pelecanus femore percusso sanguinem elicit quo pullos pascat; idem Pelecanus in flammas ad liberandos pullos ruit. Pierius.

Aquila pullos suos in humeris portat. Caietan. & innuitur Exodi. c. 19.

Perdix aucupem à nido abducit & eludit donec pulli dilabantur. Plini. Philes. Vulpanser similiter. Horus. Ælian.

Serpens ad liberandum fetum quin & ouum, in ignem salit. Functius.

Delphini catulos in periculo, ventre complectuntur. Basilius. Oppian.

Glaucus piscis fetum trepidantem ore hiante recipit, & post reddit. Ælian. Philes.

Coruus cùm pullos senex alere non potest, se illis vorandum exhibet Ælian. Alij dicunt pullos deserere in fame coruum senem, vt ille teneros pullos mox editos neglexerat. Et inde natum dictum illud. Mali corui malum ouum.

Miłość własna nima żadnego przyiaćiełá.

Sobiè názbyt dobry/ nikomu nie będźie życzodry. Sobiédobrski: mátodobrski.

πολλοί σε φιλήσουσιν, ἂν σαυτὸν φιλῇς. *Suid.* Multi oderint te si teipsum diligas.

λίαν φιλῶν ἑαυτὸν, οὐκ ἔξεις φίλον.
Amicum habebis neminem, te nimis amans.
Malus est vocandus, qui sua causa est bonus. *P. Syrus.*

Improbat S. Chrysostom. illud dictum: Ameris frustra, odio ne sis frustra .i. *opta vt ameris sine tuo incommodo vel damno, & odia non suscipias sine aliqua vtilitate. Potest & bono sensu vsurpari sic.* Velis amari sine lucro, & odio ne sis frustra .s. *monendo castigando eum qui non corrigitur & te odio habebit.*

Miłość wszystkiego náuczy. Miłość powab do wszystkiego.

Musicen docet amor. *Ex Plutarcho apud quem est ille Trochaicus:*

μουσικὴν

μυσικὴν ἔρως διδάσκει, καὶν ἀμυσ῾ον ᾖ τὸ πρίν.

Musicā docet amor, & illū qui ignarus fuerat priùs. *vel qui alienus fuerat priùs.*

ἅπαντ' ἄπαυστος μανθάνει σοφὸνους ἔρως. *A.*

Solers amor docere cunctos cuncta scit. Amor odit inertes. *Ouid.*

Qui nolet fieri desidiosus, amet. *Idem. sed tu de bonæ rei amore accipe.*

τὸ ἐρᾶν δὲ μεθύειν ὁμοίον ἐστι. *Plutarch.* Amor ebrietati similis. *quæ Horatio teste,* addocet artes &c.

Miłość wßystko słodźi. Miłuiącemu nic nie ćiężko.

Omnibus condimentis præstat amor. *Plautus.*

πάντων πικρῶν ἥδυσμα γλυκύτατον ὁ ἔρως. *A.*

Amara condit cuncta amor sùáuiter.

Qui amat, quod amat; si id habet, id habet pro cibo. *Plaut.*

Qui amat, tamen hercle si esurit, nullum (.i. *minimè*, vel *non*) esurit. *Idem.*

aliqui legunt, nullus esurit. eodem sensu .i. *non esurit.*

Omnibus rebus ego amorem credo & nitoribus anteuenire, *&c.*

Namque vbi amor condimentum inerit, cuiuis placiturum credo.

Neq; salsum neque suaue esse potest quicquam, vbi amor non admiscetur.

Fel quod amarum est, mel faciet. &c. &c. *Idem.*

Saccaro omnia ciborum genera condiuntur. *Sipontin.*

Affine, Máukà gdy smákuie. Trudność vstąpi.

Miłość zaślepia / abo zdrowy rozsądek odeymuie.

τυφλῶται πᾶς ὁ φιλῶν περὶ τὸ φιλούμενον. *Plato.*

Cæcus fit omnis amans circa rem amatam. Amor obscurat pectus. *Plaut.*

Scilicet insano nemo in amore videt. *Propertius.*

——— Quid deceat non videt omnis amans. *Ouidi.*

ἀποκοτεῖ τῇ κρίσει τὸ ἴδιον ἡδὺ ἢ λυπηρόν. *Aristotel.*

Obscurat iudicium propria voluptas aut molestia.

——— ἔρως δ' ἀπενόσφισεν αἰδώ. *Musæus.* Amor verò dempsit pudorem.

Amans quid cupiat, scit; quid sapiat non videt. *P. Syrus.*

ἐρῶν τί λῇ μὲ οἶδεν, ἀλλ' ὁρᾷ δὲ τί φρονεῖ. *Scaliger. interpretatur.*

———τὸ μαίνεσθ' δ' ἄρ' ἦν ἔρως βροτοῖς. *Euripid.*

Furor est hominibus amor. *vel* Amare est insanire.

Rectè Cupido cæcus à pòëtis fingitur. Virgilio. Seneca. &c.

Amor *item ab Horatio vocatur,* Cæcus, stultus, improbus, turpis.

Apud Plautum Mercatore plurima vitia impuri amoris enumerantur. Vt Ineptia, stultitia, incogitantia, temeritas, &c. *In Truculento autem Dinarchus ait:*

Hæc (*femina*) quæ hîc habet (*habitat*) Phronesium (*nomen feminæ est.*)

Suum nomen omne ex pectore emouit meo. (.i. φρόνησιν, *sapientiam, seu fecit me*

stultum & insanum. *In Trinummo item Lysiteles deliberans de amore relinquendo, mala eius multa recenset. Ibidem est.* Scio amorem tibi pectus obscurasse.

Omnis amans amens, amor est insania, sano
Insanit nôris pectore quisquis amat. *Anonym. Rhythmic.*
Cæcat amor mentes hasque interdum sapientes. *Idem.*

ἁπάντων ῥᾷστον αὐτὸν ἐξαπατῆσαι. *Demosthen.* Omnium facillimum seipsum decipere. V. Miłość cielesna.

Miłość z miłości sie rodzi. Kto miłuie bliźniego, będzie miłowan od niego.

Monstrabo tibi amatorium (*i. philtrum*) Si vis amari, ama. *Senec.*

Magnes amoris amor. ἵνα φιληθῇς, φίλητὸς ἐσο.
Vt ameris, amabilis esto. *Ouidi.*

Mutuum in amicitia est, cùm par voluntas accipitur & redditur. *Cic.*

ἐρῶν φιλεῖσθαι, αὐτὸς ἑτέρους πρὸ φιλεῖ. *A.*
Cupiens ab alijs diligi, hos dilige prior.

Vt præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem (*hi inuicem multùm se amabant.*)

Hoc non fit verbis. Marce vt ameris, ama. *Martial.*

σπεύδετε τοὺς φιλέοντας, ἵν' ἂν φιλέητε, φιλῆσθε. *Theocrit.*
Amate amantes vos, vt cùm amaueritis, amemini.

Affine, Miłości nie wygrożiś.

Miłość z obcowánia rośćie.

—— Consuetudo concinnat amorem. *Lucret.*

ὅτι τὴ συνηθείας πυκνὰ αὐξάνεται ἔρως. *A.*
Persæpe consuetudo amorem procreat.

Miłości nie wygrożiś. Nie wyśukaś nám mnie tego, abym cie miał zá mitego. Miłość z boiáźnia nie stoi. nie miłuie kto sie boi.

Vulgare dictum est: Non extorquebis amari .i. *vt ameris.*

ἀνεκβιαστόν ἐστι τὸ με φιλεῖν τινα. *A.*
Nemo coactus quempiam vnquam diligit.
Amor extorqueri non pote, elabi pote (*est.*) *P. Syrus.*
Blanditia non imperio fit dulcis Venus. *Idem.*
Charitate & beneuolentia, non armis septum esse oportet. *Salustianus.*

Frustra se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit. *Plini. iunior.*

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare,
Hoc tantùm possum dicere; Non amo te. *Martial.*

γένος δὲν εἰς ἔρωτα. *Anacreon.* Genus (*nobile*) nil confert ad hoc vt ameris.

ἀδωροδόκητοι οἱ ἔρωτες. *Theophylact.* Muneribus non conciliatur amor.

Nil amas, cùm ingratum amas, malè operam locas. *Plaut.*

Apud eundem femina militi Stratophani dicit. Si te amari postulas.

Auro

Auro haud ferro deterrere potes, ne amet (*me Strabax ruſticus liberalis*)

Melius te nimis (*à mina, mna*) certare mecum quàm minacijs .i. *liberaliter donando aurum, efficies vt te amem non minis & terrore militari.*

Obſequio graſſare. *Horat. hæredipetam inſtruit, vt ſeni diuiti ægro ſe inſinuet officijs, obſequijs, adulatione, &c. Vide* Miłość z miłości.

Miłośćerdźia mé godźien/ ktory go nikomu nié pokazał/ ábo ktory żadnemu nié przépuśćił.

Coruus ægrotans matrem rogabat, vt pro ſalute ſua dijs ſupplicaret. cui illa, Quis deus me pro te orantem exaudiet, aut quis tui miſerebitur, cùm tu nullius victimis in ſacrificijs peperceris? .i. rapiens aliquid ex pecude mactata. Æſopus & Faërnus. Epimythion. Planudes addit: οἱ πολλὰς ἐχθρὰς ἐν βίῳ ἔχοντες, φίλον ἐν ἀνάγκῃ εὑρήσουσιν .i. Qui multos inimicos habent in vita, nullum amicum in neceſſitate inuenient. *Exemplo ſit Antiochus in lib. Macchabæ. & Maximinus Imper. apud Euſebium.*

Quicunque in omnes eſſe crudelis ſolet,
Nullius in rebus malis ſentiet opem.
Lupis non parcendum. V. Vlič ßkodá go.

Simile eſt illud Eccleſiaſtici 28. In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur. Ipſe cùm caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo. quis exorabit pro delictis illius? *& alibi multa in eandem ſententiam ſunt in libris ſacris.*

Miłuią śie iáko bráćia/ á pátrza ſwego iáko żydźi.

Miłuymy śie iáko bráćia/ á ráchuymy śie iáko żydźi.

Vulgare dictum: Amicus perſonæ, inimicus cauſæ; Φίλος τῷ ἀνδρὶ, ἐχθρὸς τῇ δίκῃ. *interpretor de illis qui amici ſunt vſque ad proprium commodum vel honorem; nec curant illud.* Amicorum omnia communia. & Amicus alter ego. *Dictum hoc potiſſimùm litigantes & cauſidici vſurpant. Nam lites & quidem iudiciales, etiam inter amicos exerceri ſolent; ſed tunc quoque nomen inimici vſurpare turpe eſt ab amicorum alterutra parte, vel certe fatendum eſt, cedere tum amicitiam procul. Nam quotusquiſq; eſt, non è vulgo ſolùm, ſed ex cultioribus quoq;, qui ſciat aut velit ac poſſit amicitiam cum iniuria ſua colere, & amici perſonam amare, cauſam verò, rem, ſucceſſum eiusdem odiſſe & perſequi? præſertim vt nunc ſunt homines, diuerſi ab illis antiquis, qui vno eodemq; curru ad iudicium litigaturi vehebantur. ſiquidem ius non inimicorum tantùm, ſed amicorũ etiam gratia conſtitutum eſt. Quanquam meliùs facerent, qui audirent S. Paulum Corinthios epiſt. 1. c. 6. litigantes caſtigantem.* Quare, *inquit,* non magis iniuriam accipitis .i. *toleratis,* potiùs quam litigetis.

Hi verò noſtri, dictum hoc Amicus perſonæ, &c. vſurpantes, inuertere videntur illud Galeni: Amicus Plato, magis amica veritas, *& dicere.* Amicus vicinus, magis amica pecunia, fundus &c. *cùm potiùs dicendum foret:* Amicus fundus, magis amica charitas, amicitia, vicinia. &c.

Apud Plautum Paraſitus ſimile quid dicit: Decedam ego illi de via, de ſemita,

De honore populi, verùm quod ad ventrem attinet
Non hercle hoc, longè niſi me pugnis vicerit. *Alius item:*
——— Noſter eſto, ſed de veſtro viuito.

Apud Plutarchum Charicles & Antiochus Opuntij fratres hæreditatem herciſcentes, poculum etiam argenteum & veſtem paternam diſiderunt. V. Náć iednem woźku.

Miłuié ſo iák wilk báráná.

Carpuntur hoc dicto ij qui cõmodi aut oblectationis ſuæ cauſa ſimulant erga aliquem amorẽ.
ὡς λύκοι ἀρνα φιλῶσ', ὡς παῖδα φιλῶσιν ἐρασταί. *Plato.*
Vt lupi oues, ita amat puerum veſanus amator .ſ. *ſuo bono illius malo.*
Sic apud Virg. Torua Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. *hi omnes amant ea quæ inſequuntur ob ſuum commodum, ſed cum malo illorum.* *Et Horati.*
Non ego te, tigris vt aſpera Getulúſue leo frangere perſequor.
Lege Epigramma Martial. de Gemello & hæredipetis ſub Dźiedźic *ſuprà.*

Miłuieſz niéżyczliwe / nienawidźiſz życzliwych.
Dobrem zły / złem dobry.

Libro 2. Regum c. 19. Ioab Dauidi regi tanquam probrum obijcit:
ἀγαπᾷς τοὺς μισοῦντάς σε, καὶ μισεῖς τοὺς ἀγαπῶντάς σε.
Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. *Sic ſapientes huius mundi, at ſummæ ſapientia ſecus, nempe diligere præcipit inimicos.*
In Aſinaria Plauti adoleſcens dicit feminæ, vt Ioab Dauidi dixit:
Bene merenti, mala es; malè merenti, bona es.
καὶ φεύγει φιλέοντα, κ' ἃ φιλέοντα διώκει. *Theocrit.*
Et amantem fugit, & non amantem perſequitur.

Miſtrzá dobrego / z máley ſtuki poznáć.

Protogenes ex lineola cognouit Apellem, *vt ſcribit Plini l. 35. c. 10.*
πρωτογένης ἐκ τ' γεφαμμῆς ἔγνωκεν ἀπελλῆ. *A.*
De eodem Statius. Linea quæ veterem longè fateatur Apellem.
Eodem libro Plinij c. 11. Venus imperfecta & adumbrata ab eodem Apelle, maiori in admiratione & pretio fuit, quàm ſi fuiſſet perfecta.
Simile eſt illud S. Baſilij: ἐξ ὀνύχων λέοντα κἠμαυθάνω. Ex vngue leonem cognoſcere.
ἔργα δ' χεῖρας ἐλέγχει. *Ariſtotel.* Opera manus arguunt .i. *demonſtrant, teſtantur.*
Vel Ex opere artifex agnoſcitur. *Affine,* Z máley rzéczy.

Młode látá / rozum ſtáry. Młodość nié młoda / ſtatécżna / mądra.

Adoleſcentem in quo ſenile eſt aliquid; & ſenem, in quo adoleſcentis probi eſt aliquid laudamus. *Cic.* Ante pilos prudentia. *Perſius. ſed absque ironia accipe. quam apud illum ſonat verbum ſcilicet.*
Γεροντα τ' νῦν σάρκα δ' ἠβῶσαν φέρει. *Æſchyl.*
Mentem ſenilem veſticeps corpus gerit.

πολιὸν

πολιὸν τὴν σύνεσιν καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς. *Nazianzenus vocat S. Basilium .i.* Canum intelligentia etiam ante canitiem. *Sic de Pisone Silius :*

Ore puer puerique habitu, sed corde sagaci
Æquabat senium atque astu superauerat annos.

ἔτι νέος ὢν ὁ πρεσβύτης ἐλέγετο δι' ἀγχίνοιαν. *Philo de Tiberio.* Etiam iuuenis cùm esset, senex vocabatur ob sagacitatem.

καὶ πολιὴν ἀνέτειλε νέος καὶ γῆρας ἐλαφρὸν
ἔδειξεν ἀρχαίου πολὺ ἀνυσιμώτερον ἀνδρός. *Nazianzen.*
Et canitiem ostendit iuuenis, & senectam agiliorem
Vidit, recens barbato multò robustiorem viro.

ὁ καὶ ἐν μειρακίῳ πρεσβύτης Ἰουλιανός. *Eunapius de Iuliano Sophista.* Etiam adolescentulus senex Iulianus videbatur.

Virtute quàm ætate senior. *de eodem Ammian.*

παιδαριογέρων. Puer senex. *de Macario Palladius, Nicephor.*

κεῖνος γὰρ ἐν παῖσι νέοις ἐν δ' βουλαῖς πρέσβυς. *Pindar.*
Ille inter pueros iuuenis, in consilijs senex.

ἠργίνει πολιαί. Ergini cani. *is vnus ex Argonautis citò canuit, sed viribus multos in ludis superauit. De ijs dictum intelligit Henric. Stephan. qui sub canicie senili iuuenilem vigorem occultant.* Canescant alij mento, nos mente : capillo

Nos animo : facie, nos pectore tempora quippe
Virtutem non prima negant, non vltima donant. *Pseudo-Cornel. Nepos.*

Non ætate verùm ingenio adipiscitur sapientia. *Plaut.*
Mente senex, ætate puer. *Guntherus de Friderico Barbarossa.*

Młodego tácntey rzadźić. Młoda plonke tácno naprostować.

—— Argilla quidquis imitaberis vda. *Horati. Acro. Lambin.*
Sed puer est ætas mollis & apta regi. *Ouidi.*
φυτὸν νέον θαλερόν τ' ἄθραυστον κάμπτεται. *A.*
Tenera & virens virga absque noxa flectitur.

Vt corpora ad quosdam membrorum flexus, formari nisi tenera non possunt : sic animi. *Quintilian.* Non tantùm celeriùs, sed etiam perfectiùs imbibuntur, quæ discuntur à pueris. *Vegeti.*

Discit pullus statim vsque ad duos ætatis suæ annos, dum facile est os, vti conformetur; dum tenera lingua, vti conuibretur : senex autem captus & indocilis & obliuiosus est. *Apuleius de psittacis.*

Młodem bedąc / pámietay że ſtárem będźieß.

μέμνησο νέος ὢν, ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ.
Iuuenis memento quòd senectus quondam eris.

Młodem robić / mężom rządźić / ſtárem modlić śie przyſtoi.

ἔργα νέων, βυλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δ' γερόντων. *Hyperides.*
Facta iuuenum, conſilia virorum (*mediorum*) preces ſunt ſenum. *Vel.*
Vota ſenum, conſulta virûm ſunt, facta iuuentæ.

Inverſus Graci ſine Strabo habet: πορδαὶ δ' γερόντων. *parùm honeſtè, crepitus ſenum.*

παλαιὸς λόγος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
βυλαὶ δ' ἔχουσι τ' γεραιτέρων κράτος. *Euripides.*

Vetus dictum, facta quidem ſunt iuuenum; conſilia verò ſenum, habent robur. μάλιστα σώζεται πολις, ἔνθα βυλαὶ γερόντων καὶ νέων ἀνδρῶν δέιτδύσιν ἀιχμαί. *Plutarch.* Maximè ſeruatur ciuitas, vbi conſilia ſenum, & iuuenum virorum præcellunt lanceæ.

Młodemu folgować.

μηδὲ τὼ' ἀυξόμενον καρπὸν λωβήσῃ δρεπτὸς. *Phocylides.*
Nec creſcentem fructum agri lædes. Pareendum teneris. *Virgil.*

Geneſ. 33. Iacob parcit teneris dicens: Ego ſequar ſicut videro paruulos meos.

Młodość buyna / do rządu trudna.

ὁ παῖς πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειρίστερον *Plato.* Puer omni beſtia eſt intractabilior. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, liberiùs viuendi poteſtas fuit &c. *Terent.*
Prope adeſt cùm alieno more viuendum eſt mihi,
Sine nunc meo me viuere interea modo. *Idem.* *Aſſine, Zim kot ſtárßy.*

Młodość przyiemna / i ſtárość zgrzybiała zaleca.

Po dobrem winie / i lagiér wypiia.

Multi bibunt fæcem ob vini nobilitatem. *Dictum Phrynes meretricis, quæ olim formâ celebris, etiam anus facta amatores habuit, quos hoc dicto irridebat. vel vt Plutarch. habet, dicebat:* τὴν τρύγα πλείονος πωλεῖν διὰ τὴν δόξαν. Se pluris fæcem vendere, ex opinione quam habebant de ipſa homines.

τ καλῶν ἡ ὀπώρη καλή. *Euripides.* Pulchrorum & autumnus pulcher. *Refellit hoc dictum Plutarchus. nam non ſemper iuuenilis pulchritudo in prouecta ætate quaſi in autumno eadem permanet, quod Alcibiadi natura conceſſerat quem Euripides amauit.*

Vide Stárość obraz młodości.

Młodość weſoła kwitnięie: Stárość zmárſzczona truchlięie.

Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem. *Seneca Hyppolito.*

—— αἱ νεότητες ῥωμαλέαι, πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες. *Anthologi.*
Iuuentus robuſta, ſenectus è contra infirma.

Młody cwiczenia i nauki potrzebuie.

Quod in iuuentute non diſcitur, in matura ætate non ſcitur. *Caſſiodor.*
Regenda magis eſt feruida adoleſcentia. *Seneca Octauia.*
νεὸς πεφυκὼς πολλὰ χρηστὰ μάνθανε.
Dum iuuenis es, quam plurima bona diſcito.

παῖδ'

παῖδ' ἔτ' ἐόντα χρεὼν δὴ καλὰ διδάσκεμεν ἔργα. *Phocylides.*
Dum quiſquam puer eſt, eum oportet honeſta docere.
ὁ πηλὸς ἢν μὴ σαρῇ, κεραμεὺς ὁ χύδαξ. Lutum niſi tundatur, teſta non fit. Curua ceruicem eius (*filij*) in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt. *Eccleſiaſtici 30. patri dicitur.*
τοὺς παῖδας πλαττόμεν ἐν τοῖς πρώτοις ἤθεσιν, ἵνα πρὸς ὕστερον μοχθηρίαν φύγωσιν. *Nazianzen.* Pueros formamus inprimis moribus, vt poſtmodùm improbitatẽ fugiãt. *Solon ſanxit ne filij alant parentes* (μὴ ἀναπελδρεῖν) *qui eos literis non imbuiſſent.*
Affine eſt, Cwiczenie potrzébne. Czégo śie nowa ſkorupká.

Młody / nábyway: ſtáry / záżyway.
Młodyś nábyway, ſtáryś odpoczyway.
Quære adoleſcens, vtere ſenex. *Porcius Latro.* Iuueni parandũ, ſeni vtendũ. *Seneca.*
Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners. *Ouidi.*
Miles depoſitis annoſus ſecubat armis,
Grandæuique negant ducere aratra boues. *Propert.*
—— Caupo, miles, nautæque —— hac mente laborem Aiunt
Seſe ferre, ſenes vt in otia tuta recedant. *Horat.*
ὄψον ἄριστον πόνος τῷ γήρᾳ. Opſonium optimum ſenectuti labor .ſ. *ſuſceptus in iuuentute parans ſubſidia ſenectuti.*
Huc facit exemplum formicæ, quod præcedentibus ſubijcit idem Pòèta:
Paruula nam exemplo eſt magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque poteſt, atque addit aceruo,
Quem ſtruit haud ignara ac non incauta futuri .ſ. *hyemis.*
Ætas autem eſt adoleſcentia, hyems ſenecta. vt docet Gabrias Apologo de formica & cicada, in eos factò, qui in iuuentute otioſi, in ſenectute mendicant.
ζήτησον ὢν νέος, ἀπόλαυσον δ' ὢν γέρων. *Ai.*
Quærito adoleſcens, & fruere partis ſenex.

Młody rychło vmrzeć może: Stáry długo żyć nie może.
Sæpe ſolet iuuenem mors rapere ante ſenem. *Garner.*
οἷόν τε τὸν νεανίσκον τάχα θνήσκειν, οὐκ οἷόν τε γέροντα χρονίως ζῆν. *Ariſtotelis.*
Poſſibile eſt iuuenem cito mori, impoſſibile eſt ſenem diu viuere.

Młodzi dobrodzieyſtw zapámiętywáią.
Sic fit vt præceptores eorúmque beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquimus. Sic fit vt in adoleſcentiam noſtram collata pereant, quia ipſa nunquam retractatur. *Seneca.* Nec in puerum nec in ſenem ſis beneficus, quia alter non meminit, alter non refert. *Ex Ariſtotel. Diogenian.*

Mnie obiécano drugiemu dano.
Jeden chodźi w mierzé / drugi ſuknią dźierżę.

Vulgò

Vulgò hic vſurpatur illud triuiale dictum: Ego titulum habeo, alter vitulum. *Potest huc aptari illud Diocletiani:* Ego ſemper apros occido, alter fruitur pulpamento. *quod vide ſub* Za robie.

ἐμοὶ διδόναι ὑπέσχετ' ἑτέρῳ κεν ἔδοτε. *A.*

Mihi pollicita, ſunt alteri iam tradita.

Mnié wiéle na tem.

Meum ferrum in igne eſt. *Seneca.* .i. *mea res agitur, vt idem interpretatur. tralatum à fabris ferri.*

Mniéć to nié barzo boli / álé ty nawiniéßli śie / poczniéß.

In importunitatem imbecillioris laceſſentis ſe fortiorem.

Caluus muſcam importunam ſæpiùs repellens, caput ſuum percutiebat, tandem dixit: Mihi quidem hoc parùm dolet, ſed ſi te ſemel tetigero, actum de te erit.

Mniey nié zdołam / á ty kaźeß ábo chceß wiecey.

ἀ δύναμαι τὴν αἶγα φέρειν, ἐπιτίθεσί μοι βοῦν. *Plutarch.* Non poſſum capram ferre, vos imponitis mihi bouem. *Vel.*

Ferre capram nequeo, vos taurum ferre iubetis.

ἀχ ὅσιόν ἐστι τὰ μεγάλα σοφὸν γενέσθαι, τ' τὰ μικρὰ μὴ δυνάμενον. *Damaſcius.* Non eſt fas erudiri in magnis eum qui parua diſcere nequeat.

μῦς εἰς τρώγλην ἀ χωρῶν κολοκύντην ἔφερε. Mus in antrum ſe anguſtius vel non capiens, cucurbitam ferebat vel trahebat.

Sic Ieremiæ c. 12. Si cum peditibus currens, laboraſti: quomodo contendere poteris cum equitibus. **Kownemu nié zrownaß / á o więtßego śie kuśiß.** Hoc non poſſum, illud multò minùs. *Apud Terentì. ſic quidam dicit:* Quid faceres, ſi aliud quid grauius tibi nunc faciendum foret? Rſp. *alter:* Cùm hoc non poſſum, illud minùs poſſem. *Sic Martial. l. 4. epigr. 15.*

Mille tibi nummos heſterna nocte roganti
In ſex aut ſeptem Cæciliane dies,
Non habeo dixi. ſed tu cauſatus amici
Aduentum, lancem paucaque vaſa rogas.
Stultus es, an ſtultum me credis amice? negaui
Mille tibi nummos, millia quinque dabo? *quibus conſtabant vaſa rogata .i. negaui 25. aureos & 125. dabo?*

Dominum ferre non potuimus *(Cæſarem)* conſeruo ſeruiemus? *(Antonio) Cicer.*

Mniéyßa przykrość śie nié zgnié / kiedy więtßa náśtępnié.

Aſinus ægrotans, inuiſenti ſe lupo & cani reſpondit; ſe ſanum eſſe nec indigere medicis. Sic nempe malis maioribus inſtantibus, minora non ſentiuntur vel parui æſtimantur. *Adde Apologũ de Vulpe quæ muſcas (al. ricinos) paſtas abigi nolebat, ne famelicæ venirent. Apud Plutarch.* τὸ κακὸν ἔλαττον κακῷ ὑπείκει μείζονι. *A.*

Maior minorem adobruit moleſtiã. *Aſſine,* **Przykrośći folgá,**

Mniey,

Mnieyßey mu rzéczy odmowiono / ábo ią odieto;
ć on śie wiekßey vpomina.

ἀπεῖπ' ἐλάττονά ζοι, σὺ δ' αἰτεῖς μείζονα. *A.*
Cùm tibi minora negata ſint, maiora vis.

Athenienſes victi Samum inſulam ſibi relinqui volebant. victor verò eis reſpondit:
ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει; σάμον θέλει. *Plutarch.*
Qui ſemetipſum non habet Samum petit.

Mnimánie wiéle może. Mnimaniem luckie rzéczy ſtoią.
Ják ſobié kto w głowié vknuié / ták mu wßyſtko ſmákuié.

Tanti quodque malum eſt, quanti illud taxauimus. *Seneca.*
Opinio eſt quæ nos cruciat. *Idem.* Si cui ſua bona non videntur ampliſſima, licet totius mundi dominus ſit, tamen miſer eſt. *Idem.*
Vt opinio eſt de cuiuſque moribus, ita quid ab eo ſit factum vel non ſit, exiſtimari ſolet. *Cic.* Perturbationes naſci ex opinatis bonis & opinatis malis, ait. *Idem.*
Omnibus nobis vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus. *Terent.*
Non eſt beatus eſſe qui ſe non putat. *P. Syrus.*
δόξα γὰ ἀνθρώποισι κακὸν μέγα. *Theognis.* Opinio hominibus magnum malum.
τὸ δοκεῖν καὶ τὴν ἀλήθειαν βιάζεται. *Simonides.* Opinio etiam veritati vim facit.
Aurea ſunt illa Epicteti Græci, ſed quia pluſcula, Latinè tantùm illa pono.
Homines perturbantur non rebus, ſed quæ de rebus ſunt opinionibus. *Item.*
Non qui conuiciatur auctor eſt contumeliæ, ſed opinio de verbo concepta. *Item.*
Tum læſus eris, cùm te læſum exiſtimaueris. *Item.* Cùm quis tibi male dicit, cogita ita illi viſum eſſe, etiamſi non ſit: atque ita illum decipi, non te.
Pol ſi eſt animus æquus tibi, ſatis habes quî vitam bene colas. *Plaut.*
δόξαι ἐπιθυμίαι τε ἡδοναὶ ἀπάγουσιν ἀνθρώπους εἰς τὸ ὀλέθρου. *Cebes.* Opiniones cupiditates & voluptates abducunt homines in interitum.
τὴν δικαιοσύνην μικρόν τι φασὶν εἶναι. *Ariſtotel.* Ipſam iuſtitiam exiguum quid eſſe ait vulgus, modò opinio eius adſit.
κρεῖσσον ἢ τὸ δοκεῖν, κἂν ἀληθείας ἀπῇ. *Euripid.* Res ipſa vt abſit, optima eſt opinio.
—— Bene viuere, quod petis hîc eſt. (.i. *domi.*
Eſt Vlubris (*in obſcuro & vili oppido*) animus ſi te non deficit æquus. *Horati.*
Benè dormit, qui non ſentit, quam malè dormiat. *P. Syrus.* .i. *malum vel moleſtum non eſt, quod quis non ſentit nec iudicat eſſe tale.*
Refert Petrarcha quendam non potuiſſe ferre cantum luſciniarum, adeò vt noctu ſurgeret ad pellendas illas ex horto ſuo ſaxis & fuſtibus coniectis, & cùm id non prodeſſet, arbores excidiſſe; eundem tamen ad ranarum coaxationem ſuauiter obdormiſſe ſolitum.
Rectè etiam apud Æſopum diuiti lugenti aurum, quod in terra defoderat, à furibus ablatum, reſpondit quidam, monens vt iſtic lapidem poneret & aurum eſſe opinaretur: tantundem enim præſtiturum aiebat, ſiquidem & aurum, ſine vllo vſu, lapidis inſtar iſtic tandiu iacebat. Opinionem opinione ſanare volebat.

πολλάκι τὴν γνώμην ἐξαπατῶσιν ἰδέαι.
Sæpe mentem vel iudicium decipiunt ſpecies.
Sub veri ſpecie nos ludit opinio falſa,
Fallitur vt vitreo tigris acerba globo. *Qua de re ſic S. Ambroſius: Venatores, tigridis abſentis catulis raptis, fugientes ſphæras vitreas in via proijciunt, circa quas mater eos inſequens moratur, catulos in vitro incluſos putans, donec verſando & ſtringendo vitrum frangat, interim illi fugerunt.*
Archelaus tranſiens aqua perfuſus, comitibus inſtigantibus ad vltionem reſpondit. Non me is perfudit, ſed eum quem putauit me eſſe. *Apud Plutarch.*
Martialis monens Pudentem ne ſua carmina faſtidiat ob copiam ab aliis Pòëtis conſcriptorum, opinionem eum mutare iubet, dicens poſt alia:
Tu quoque de noſtris teleges quæcunque libellis,
Eſſe puta ſolùm, ſic tibi pluris erit.
Adde dictum Phrynes, de bibentibus facem, ex opinione boni vini, cuius fæces ſunt. vide ſuprà Mlodość przyiemna.
Cepe quoque ægrotum ſanat. *Vide* Máta rzécz podczás wiele pomożé.

Moca gwałtem wypchnąć/ wyrzucić ták żabę z wierſzé.

ἐκβάλλειν τινὰ τῆς οἰκίας ἐξώθειν. *Lucian.* Furca aliquem domo expellere.
ἐκβοεῖς ἐώθουν εἰρήνην. *Ariſtoph.* Furca eiecerunt pacẽ. Naturã expellas furca. *Hora.* Quoniam furcillis extrudimur. *Cicero.* ἐν χειρῶν νόμῳ. *Polybi.* Violenta manu.
ἐπὶ κεφαλὴν ἄθειν. *Lucian.* In caput præcipitare. Expellam & capite agam. *Seneca.* Præcipitem dare. *Terent.* ἀπήλυς πάροικος: *Ariſtotel.* Atticus aduena, *nam Attici Samum ingreſſi incolas expulerunt.*
ἔπηλυς τὴν ἔνοικον .ſ. ἐξέβαλον. Hoſpes indigenam eiecit.
τὴν τριχῶν ἕλκειν. *Aeſchines.* Capillis trahere. Capillo de curru deripere.
τὴν ποδῶν ἕλκειν. Pedibus trahere. Pedibus cadauer protrahitur. *Virg.* Non equo inſidentem ſed pedibus tractum debere deſerere tyrannidem. *Liui.*
Duceris planta ſi quid tentaueris vnquam Hiſcere. *Iuuenal.*
ἐκ μέσων κόλπων ἁρπάζειν. *Lucian.* De medio ſinu abripere.
V. Wilczem práwem.

Mocarzá mié gnieway. Mocarz gniewliwy/ rozgniewány ſtráßny.

Fulmen eſt vbi cum poteſtate habitat iracundia. *P. Syrus.*
Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit. *Ouidi.*
Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes,
Non proſunt, potiùs plurimùm obeſſe ſolent. *Idem.*
Tu quoque formida nimiùm ſublimia ſemper. *Idem.*
Furentem leonem Vulpes videns ait: Sanus cùm eſſet formidabilis erat, quantò magis inſanus. Iræ regum & potentum formidandæ. V. Mié ſtráday śie z dworem.

ánuπo-

ἀνυπερμάχητόν ἐστιν ὀργὴ σὺν βίαις. *A.*
Ira tolerari iuncta viribus nequit. *Vide sequentia.*

Mocnieyßemu / mocny vſtepuię.

Mocnięyßemu trudno śie oprzeć/ prozno śie przeciwię.

ἀνέμοις θάλασσα καὶ πῦρ δουλεύει. *Pindar.* Ventis mare & ignis ſeruit.
εἰκῆ τῷ ἡρακλεῖ /. ἀνθίστασαι. *Plutarch.* Fruſtra Herculi .ſ. *reſiſtas vel dicam ſcribas, aut crimen impingas.*
Φεύγειν ἀεὶ δεῖ δεσπότας θυμουμένους.
Herum furentem fugere ſemper conuenit.
Apud Heſiodum Luſcinia ab accipitre rapta fruſtra obluctatur & clamat. cui ille:
δαιμονίη τί λέλακας; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων.
Infelix quid ſtrepis? habet te certè multò fortior. *addit.*
Hâc vadis quâ te duco, cœnam ſi lubebit ex te faciam vel dimittam.
Arma tenenti. Omnia dat, qui iuſta negat. *Lucanus .i. omnia amittet, eripientur ei.* V. Vſtąp lepßemu.

Mocno. Dobyway mocy. Przyłoż pálcow.

πλῆξε τὸν ἀπ' ἀρότρου .ſ. πληγὴν. *Pauſani.* Inflige plagam ab aratro, vel aratri. *Pater agricola in ludo excitabat filium labaſcentem, quem fortem eſſe ſciebat, vt aduerſario impingeret plagam, qualẽ in agro olim impingebat aratro, manu pro malleo vtens. Sic Milo Crotoniates pugno bouem occidit.*
ἄνδρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. *Homer.*
Fortes eſte amici & mementote ſtrenuæ virtutis.
πάσης ἀρετῆς μεμνῆσθαι. *Idem.* Omnis virtutis memento. Omnes vires collige, exſere. Clauo trabali figere. *Cic.*
Omni pede ſtare. *Quintilian.* Krzépko.
Vtraque manu tenere. *Seneca.* ἀμφοῖν χεροῖν κόπτειν.

Mocny. *de corpore. vt* Mężny *de animo.*

Maſcula proles. *Horati.* Murus aheneus. *Idem.* Adamantinus. *Idem.*
Naxium marmor & Naxia cos, duriſſima. *Plin.*
Velut lupus in armis valet. *Plaut.*
Vbi mures ferrum rodunt .ſ. *natus. Seneca. Gyarus inſula talis eſt.*
χαλκέντερος .i. inteſtina ærea habens *de Didymo Grammatico. & Origene.*
Σεμιράμιδος τεῖχος. *Syneſius.* Semiramidis murus.
ἀσφαβὴς κίων. *Pindarus de Hercule.* Inconcuſſa columna.
ἀττικὸς πεζομάχος. *Heliodor.* Atticus miles pedes. *deforti & ſtrenuo.*
Velut pelagi rupes. *Virgil.* Φρυνδάμνιος. *Ariſtophan.* Acernus. *à ligno duro.*
Milo Crotoniates, *qui taurum tulit. Plinius.*
Theogenes Thaſium puer ſtatuam æream humeris è foro domum tulit & retulit. Suidas.

Ruticellus, qui mulum tulit. Varro. Plini. Democrates paleſtrita ſtans in circulo à nullo moueri ex eo potuit. Ælianus.

Mocy miérnié vżyway. Jm-éś mocniéyßy/ tym bądź ſkromniéyßy.

Minimùm decet libere, cûi multùm licet. *Seneca Troade.*
In maxima fortuna minima licentia eſt. *Saluſt.*
πρᾳΰτατον εἶναι χρὴ τὸ ἰσχυρώτατον. *A.*
Manſuetior ſit quisq; quantò eſt fortior. *Leo mitior vrſo & lupo.*
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni, *&c.*
At lupus & turpes inſtant fugientibus vrſi, *&c. Ouidi.* V. Vſtap lépßemu.

Modlić śie gloſem trzébá. Modlitwá mabyć głośna. .i. Dobrych i ſłuſßnych rzéczy trzébá od Bogá proſić/ zá ktorebyś śie nié wſtydźił/ gdy by ludźié ſłucháli.

μὴ φωνῆς εὔχεο Voce optato vel precator. *Pythagoræ eſt ſymbolum quod laudat & exponit S. Clemens Alexandrin dicens hoc ita intelligendũ eſſe: (omitto Græca verba.)* Non quòd Deus non poſſit tacitè loquentes exaudire, ſed quia iuſta placebat eſſe vota, qua quis non erubeſceret facere pluribus conſcijs.
Sic Seneca epiſtol. 10. Sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant: Sic viue cum hominibus, tanquam Deus audiat.
Vota homines parciùs facerent, ſi palam facienda eſſent. *Idem Seneca. Simillima eſt ſententia apud Macrob. l. 1. Saturnal. c. 7.* Præceptum, *inquit*, eſt Philoſophiæ: Sic loquendum eſſe cum hominibus, tanquam dij audiant: ſic loquendum cum dijs, tanquam homines audiant. Cuius ſecunda pars fancit: Ne quid à dijs petamus, quod velle nos, indecorum ſit hominibus confiteri.

Hinc Perſius laudat Macrinum dicens: Non tu prece poſcis emaci.
Quæ niſi ſeductis nequeas committere diuis .i. *non tu victimis, donarijs ceu pretio mercatus à diis res iniquas, quas niſi ſine arbitris proferre nolus.*
Petronius de talibus ſic ait: Statim antequam limen Capitolii tangant, alius donũ promittit, ſi propinquum diuitem extulerit: alius ſi theſaurum effoderit, alius ſi ad trecenties HS *(nobilium cenſum)* ſaluus peruenerit. &c. *quod apud Perſium eſt:* Emere auriculas deorum. & Tacita libare acerra .i. *ſubmiſſa voce precari. De iisdem ſubdit Perſius.*

Mens bona, fama, fides, hæc clarè & vt audiat hoſpes .*ſ. petuntur.*
Illa ſibi introrſum & ſub lingua immurmurat: O ſi
Ebullit (*ebulliat*) patrui præclarum funus! &: O ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule!

Hæc Perſius ex Horatio. Nam epiſt. 19. L. 1. facit Horati. quendam ſic precantem.

Iane pater: clarè. &c. Lauernam verò *(deam furum) ſic rogantem:*
Labra mouet metuens audiri: Pulchra Lauerna,
Da mihi fallere, da iuſtum ſanctumque videri,
Noctem peccatis & fraudibus obijce nubē. *Tangit id & Cic. pro lege Manilia.*

Paucorum

Paucorũ ergo eſt clarè orare, & bonorum duntaxat virorũ, *qualis Decianus Martialis.*

——— Recti cuſtos, imitator honeſti, Et nihil arcano qui roget ore deos.

Rectè quoq; addit Perſius: Haud cuiuis promptũ eſt murmurq; humileſq; ſuſurros Tollere de templis, & aperto viuere voto.

ὀρθῷ καὶ δικαίῳ τόμαλα θεοῖς προσθέχεσθαι. *Plutarch.*

Recto & iuſto ore dijs ſupplicandum.

Neque verò putes, nos vota tacitè fieri ſolita, cum iſtis ethnicis improbare. nam hactenus ſermo nobis fuit potiùs de materia votorum, quàm de modo tacito vel aperto ea proferendi. Rectè enim fiunt voce clara, ſi nullum tuo clamore vel ſono impedias, quod in loco ſolitario commodiùs fit & clauſo cubiculo, ac in ſpiritu vt ſummus Magiſter Chriſtianos docuit. Adde illud Auguſtini.

Non vox, ſed votum; non chordula muſica, ſed cor;
Non clamans ſed amans cantat in aure Dei.

Moge śie tem popiſáć. Dobrzém śie ſprávowat.

Neptune nunquam hanc nauem niſi rectam. *Vox boni gubernatoris apud Senecam qui ait:* Qui hoc potuit dicere: Neptune nunquam hanc nauem niſi rectam (*ſubaudi regam, vel rexi*) arti ſatisfecit: Tempeſtas artem non impedit ſed ſucceſſum. *Id ex Ariſtide qui ait:* ἐὺ ἴσθι ποσειδον, ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καθέσσα. *i.* Bene ſcis Neptune rectam me ſemper rexiſſe nauem. *vt Iunius interpretatur. Vſurpauit hoc dictum Græcum Cicero ad Q. Fratrem, licet præciſum. Libro 1 Reg. c. 12. Samuel præclarum obtinuit à populo teſtimonium, de bono ſuo regimine & abſtinentia ac æquitate.* Horat. clauaens librum 3. excitat ſe ad fruendum laude ingenio & labore parta dicens: Sume ſuperbiam quæſitam meritis, &c. *Sed hoc eſt vanitas.*

Moiá to bedźié / ábo niech bedźié winá.

ἐμὸν δοκήσαι τ' ἀμπλάκημ' εἶναι τόδε. *Aeſchylus.*

Hoc eſſe delictum eſto videatur meum.

Moie (to ſłowko) i Twoie: wſzyſtek świat mieſza oboie.

Meum & Tuum *S. Chryſoſtom. vocat frigidum verbum & quicquid malorum eſt in hominum vitam inuehens ac innumera gignens bella. Plato etiam felicem ac beatam ciuitatem dixit in qua non audirentur hæc verba.*

τὸ ἐμὸν καὶ οὐκ ἐμόν. *Plutarch.*

Talis erat Reſpublica Chriſtianorum ſub Apoſtolis Actorum 4. vbi nemo ſuum aliquid dicebat, ſed erant illis omnia communia. Cuius rei veſtigia, vix iam niſi in Religioſarum familiarium domibus (vtinam omnibus & tam expreſſa!) exſtant. Ineptit Eraſmus Platonis Reipublicæ communitatem in Eccleſia Chriſti deſiderans. quid enim? etiamné & vxorum vt Plato voluit? melius certè ſenſit Ariſtotel. quem affert Eraſm. ſub dicto: Amicorum omnia communia.

τ' ἐμὸν τὸ σὸν τ' ἔπη λύω κοινὰ κακά. *A.*
Meum & Tuum Communitatem (*vel coniunctionem.*) diſſipant.

Motech.

εἰς μέσους τάττεσθαι. *Ariſtides.* In medio collocandi. *vt in acie viliores milites ſolent.*

Motyká śie rozigrała. &c. Skaczé iák ćiele v kolká.

Camelus ſaltat. *S. Hieronym.* ἡ γῆ ἵπταται. *Suidas.* Terra volat.
Teſtudo volat. *Claudian.* ὗς ἐπώμοσεν. *Diogenian.* Sus comeſſatur, ſaltat.
ἡ δρῦς μαινὰς ἐγένετο. Quercus Mænas facta eſt, bacchatur.
γραῦς ἀνακροῦεται. Anus plaudit vel ſaltat. *Ex Suida.*
Titius ſaltat. *ex Cic. & Quintiliano. Orator fuit in geſtu ineptus, à quo ſaltatio quædam ridicula dicta eſt Titius.* Lupus tibicinem agit. *Vide.* Vlć twoią to rzécz.

Mow luckich nic nié waż ſobié / gdy rozum / cnotá przy tobié.
Mądra głowá / nie dba ná głupie ſłowá.

Quin dicant homines, in manu mihi non eſt; meritò vt ne dicant, id eſt. *Plaut.*
Innocentiam præſtare poſſum; quid de me homines loquantur, non poſſum. *Eraſm.*
Ne admittam culpam, ego meo ſum promus pectori;
Suſpicio eſt in pectore alieno ſita. *Plaut.*
Dicat quod quiſque vult, ego de hac ſententia non demouebor. *Idem.*
Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ, latratus minimorum canum ſecurus exaudit. *Seneca.* ——— Nec cuiquam plùs de te quam tibi credas. *Horati.*
——— Egregium cùm me vicinia dicat Non credam? *Apud Perſium ſtulti vox quam improbat Pòéta, dicens:* Fruſtra & falsò te laudat, ſi imptobus es.
Falſus honor iuuat, & mendax infamia terret,
Quem? niſi mendoſum & mendacem ——— *Idem.*
Reſpue quod non es; tollat ſua munera cerdo (.i. *laudes, vulgus*) *Idem.*
——— Miſerum eſt alienæ incumbere famæ. *Iuuenal.*

Ennius de Q. Fabio Max. qui contemnebat obtrectatores, ſegnitiem & timiditatem in differendo conflictu cum Annibale illi adſcribentes, ita dicit:

Non ponebat enim rumores ante ſalutem .ſ. *Reipublicæ. cui prodeſſe maluit malè audiendo, quàm perdere vulgo placendo.*

εἴ τι οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ ἔργον, φεῦγε, εἰ δ' ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμήσοντας; *Epictetus.* Si quid non rectè facis, ipſum opus fuge: ſi verò rectè, quid times non rectè reprehendentes?

ἀρχὴ δὲ καλῶς βιῶναι, τὸ κακῶς ἀκούσαι. *Plutarch.* Initium bonæ vitæ, ſi malè audias.
Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, is in magnis viris habendus nō eſt. *Cic.*
τοῖς καλῶς φρονοῦσιν οὐκ ἐπακολουθέον ἐστὶ τῇ τῶν πολλῶν ἀπονοίᾳ. *Demoſthen.*
Prudentibus non eſt ſequenda vulgi ſtultitia.

ἔξω μὴ

ἔξω μὴ βλέπειν. *Plutarch.* Foras ne proſpectes. Nec te quæſiueris extrà, *Perſ.*

Cum rectè vinas, ne cures verba malorum:
Arbitrij noſtri non eſt, quid quiſque loquatur. *Cato.*

ἦν βίον εὖ ζήσῃς, παρρᾳδίως λέγεις ὅτι πιστός,
ἐ γὰ ἐν ἡμετέροις λαλοῦν γένασι κεῖται. *Mylius.*

Demetrius eodem loco habuit voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus. Quid enim, inquiebat, mea refert, ſurſum iſti an deorſum ſonent? *Seneca.* Profundum ſulcum. *Vide ſub* Rozmyślić ſie.

Affine, Poſpolſtwé rozſądkiem mądry gárdźi.

Mow ty/ ábo Mowćié wy á ia bede iadł. Mowi práwi/ á drudzy iedzą.

ἄλλοισι γλῶτ' ἄλλοισίν εἰσι γόμφοι.

Alijs eſt lingua (*ad loquendum*) alijs dentes (*ad edendum.*) *Vel.* Vtuntur alij lingua at alij dentibus. οἱ πόλεις κρατοῦντες αἱρεθῆς παρεδειπνήθησαν. *Theophraſt.* Qui vrbes (*verbis*) fortiter capiunt, cœna priuantur .i. *dum vrbium ἁλώσεις narrant, alij cœnam abſumpſerunt.*

Huc affer Conuicia & maledicta Lindij ſenis, quæ iaciebat in Herculem comedentem bouem ipſius, cum riſu & voluptate. Meminit Zenodotus. Nazianzen. Lactantius. Dictum ſic poteſt formari: Lindius conuiciatur Herculem comedentem.

ὀλιγομυθίαν ἐν Συμποσίῳ φίλει. *vel.* βραχέα ἐν Συμποσίῳ λάλει. *Cato.* Pauca in conuiuio loquere. *Sed hic cum ironia dicendum.*

Mow ty co chcéß á ia vczynie co chce/ á ia ſwego dokażę.

Wolno tobié mowić/ á mnié czynić. Ty maß ięzyk/ á ia zeby.

Quadrat idem dictũ proximè ſuprà poſitum. Alijs eſt lingua alijs dentes. *Græcũ ibidem eſt. Vel ſic:* Σοὶ μὲ τόδε λέγειν ἔυκολον, ἐμοὶ δὲ τὸ ποιεῖν. *A.*

Tibi quidem promptum eſt loqui, facere mihi.

Artoxerxes cuidam liberiùs & verboſiùs ad ſe loquenti iuſſit Tribunum reſpondere. Tibi licet apud me quæ lubet dicere; mihi & dicere & facere. Plutarch.

Mow ty ścienié. Tobié z vſt/ iemu mimo vſy ßuſt.

Vá wiátr. Jákby groch ná ścianę miotał.

Verba fiunt mortuo. *Terenti.* Mortuo nunc verba facio. *Plaut.*

νεκρῷ μύθους εἰς οὖς λέγεις. Mortuo fabellam in aurem dicis.

κωφῷ ᾄδεις. Surdo canis. *Virg.* Aſello ſurdo narras fabellam. *Horati.*

λίθῳ διαλέγῃ. Lapidi diſſeris. Suadere ſurdis. *Lucreti.*

πρὸς ἔρρωγυῖαν ᾄδεις. *Suidas.* Ad fractam canis .ſ. *chordam vel citharam.*

Quanti refert te nec-rectè dicere (*ei*) qui nihili faciat, quique inficias non eat? *Plaut.* .i. *nihil.* Nocti, diei, ſoli, lunæ miſerias narrant ſuas (*amantes*) quas illi non tanti faciant. *Idem.*

ἀγκαλῷ λαλεῖς. Littori loqueris. Surdior illa freto. *Ouidi.*

πρὸς τ' τοῖχον λαλεῖς. Parieti loqueris. Apud nouercam quereris. *Plaut.*
παρὰ κωφῷ ἀποπερδεῖν. *Suidas.* Surdo oppedere.
κωφοῖς δ' καθεύδουσι μάτην βάζω. *Æschyl.* Surdis & dormientibus frustra loquor.
Sic in Lib. Sapientiæ c. 13. 14. ridentur idololatræ ligno surdo & mortuo supplicantes.
Verba miser frustra non proficientia perdo. *Ouidi.*
Ventis verba profundis. *Lucreti.* Ventis verba dare. *Ouidi.*
Dare verba ferenda notis. *Idem.* Cunctáne in æquoreos abierunt irrita ventos? *Idē.*
ἀνέμῳ λαλέγη. *Suidas.* Vento disseris. *Itali dicunt.* Oleribus verba facis.
In pertusum ingerimus dicta dolium. *Plaut. de eo qui conuicia, probra contemnit.*
Mea illud nihilò pluris refert, Quàm si ad sepulchrum mortuo dicat iocum. *Idem.*
Nescit nisi fœnus fabulari vento. *Idem.*
Nec magis incepto vultum sermone mouetur,
Quàm si dura silex aut stet Marpesia cautes. *Virg.*
Vbi auditus non est, non effundas sermonem. *Ecclesiastici 32.*
Apud quadrupedem Pòéma non canendum. *Pythagor.*
ἀξυνετοὶ ἀκούσαντες κωφοῖς ἐοίκασι, φάτις αὐτοῖσι μαρτυρεῖ, παρεόντας ἀπεῖναι. *Heraclitus Ephesius.* Stulti cum audierint, surdis sunt similes. prouerbium eis attestatur: præsentes eos abesse.
ναῦς ἱκέτιδι πέτρᾳ. *Suidas.* Nauis supplicat scopulo .s. *surdo.*
εἰς ὄνου ὦτα ᾄδειν. *Dion.* In asini aures canere.
Asinus compluitur. *Sic Suidas.* Χλεύαζεις μ'; ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὑμαι.
Rides me? ego asini more dictis compluor .i. *minimè illa curo.*
κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπήλειψεν. Cera aures obliniuit, *vt Vlysses contra Sirenes.*
Cælo ac terræ proloqui. *Cic.*

Affine, Vlié námowiß. Słucha nié słucháiąc. Głuchy. Dármo robiß.

Mow wilku pacierz / á on: Owcá.
Mow wilku pacierz / á on woli kożia máćierz.
πεινῶντι μαλακίας ἡδὺ μέλος ἄδεις λύκῳ. *A.*
Frustra famenti suaue lupo occinis melos.
Anus ad armillum. *Lucil. Apulei .i. ad vas vinarium, de vinosa anu.*
Vide Przyrodzenie trudno odmienić.

Mowá nié iáko vrodá. Krasny á ßpétnié mowi.
ἐν ἐλεφαντίνῃ κολεῷ τὸ μολύβδινον ξίφος. In eburnea vagina plumbeus gladius.
Diogenes Cynicus dixit adolescenti formoso obscœnum quidpiam prolocuto.
ἡ κασπία ὄρνις. *Ælian.* Caspia auis. *pulchra admodum, vocem ranæ similem emittit.*
Simile symbolum est in Pauone. qui pulcher vocem ingratam habet.

Mowá nié płonna. Nié lédá co mowi.
Huius sermones haud cinerem quæritant. *Plautus. i. non vile quidpiam sed minimè sordidum*

ſordidum & lautum ſonant. ὀσῦν ἔνεστι τῷ λόγῳ. Os (*oſſis*) ineſt orationi. *Quo modo Quintilianus inuentionem orationis oſſa vocat .i. robur.*
ἄκουε, τ' ἀπὸ καρδίας. *Lucian.* Audi quæ ex animo dicuntur.
Non à ſummis labris iſta veniunt. *Seneca.*
λέγειν τε καὶ πράττειν δυνατώτατος: *Thucydides de Pericle.* Et ad dicendum & ad faciendum ſtrenuus, acer, efficax.

Mowá poſpolita / poſpolićié prawdźiwa. Nić dármo ludźié mowią.
Ná co śie wßyſcy zgodźili / w tem śie nić łácno omyli.
Gá głos to boſki vdáia / co wßyſcy zgodnié trzymáią.

τὸ πᾶσι καθ' ὑπερβολὴν δόκεῖσκειν, τ' δόξης σημεῖον ἐναργέστατόν ἐστι. *Demoſthen.* Ab omnibus ſupra modum probari, ſignum euidentiſſimum virtutis eſt.
Fama vulgi quoddam multitudinis teſtimonium. *Cic.*
Ipſa lingua popularis plerumque eſt doctrina ſalutaris. *S. Auguſtin.*
Rumor publicus non omninò fruſtra eſt. *Eraſm. ex Heſiodo qui ſic habet.*
φήμη δ' ὥτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἣν λαὸι πολλοὶ
λαὸι φημίζωσιν. Fama nequaquã omnino perit, quam multi populi ſpargunt.
ἦ μὰ κλέος, οἷόν τε καὶ ἦεν. *Suidas.* Fama fuit & eras. *Vel.* Qualis de te rumor fuit, talis eras. Tu quid ego & populus mecum deſideret audi. *Horat.*
Interdum & vulgus rectum videt ——— *Idem.*
ἡ κοινὴ ψῆφος ἑλλήνων. *Ariſtides.* Communis calculus Græcorum.
Et partem veri fabula quæq; tenet. *Ouidi.* Nec fingunt omnia Cretes. *Idem.* *Vulgare illud dictum.* Vox populi, vox Dei. *Cautè vſurpandum eſt. nempe quando multi præſertim prudentiores & probiores paſſim de aliqua re ſine perturbatione pronuntiant: non autem quando tota plebs ſtulta, rumore aliquo aut affectu concitata, aliquid repente & tumultuariò decernit. Excipio ſi cælitùs incitetur vt in S. Ambroſij Epiſcopi inauguratione & aliis ſimilibus aliquoties accidit.*
Certus abeſt auctor, ſed vox hoc nuntiat omnis
Credo tibi, verum dicere fama ſoles. *Martial.* Apud nos veritatis argumentum eſt, aliquid omnibus videri. *Seneca.*

Mowi á nić vczyni. Słowá to tylko. Nić będźié z tego nic.

ἄνευ τ πράττειν μέχρι τ λέγειν. .i. Sine opere, verborum tenus. *Epictetus de Philoſophis. qui ſine actione verbo tenus philoſophabantur.* De ſummo pectore dicit. *Gellius.* ἀμύλοι γνάθοι ὥσπερ γερόντες. *Gregor. Theſſalonic.* Edentulæ maxillæ ſicut ſenis. *In eum qui lædere non poteſt, licet minetur.*
φησίν γε, φάσκων δ' οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ. *Sophocles.* Dicit quidem, ſed è dictis facit nihil. Lingua melior, ſed frigida bello Dextera. *Virgil.*
Philoſophia facta eſt Philologia. *Seneca.*
Lingua factioſi, opera inertes. *Plaut.* Dicis, ſi facias modò. *Idem.*

Magis iſtue percipimus lingua dici, quàm factis fore. *Idem.*
Vrbes verbis inermus capit. *Idem. ironia eſt.*
ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. *Homer.* Verba alata volucria *dixit* .i. *ſine effectu.*
τὰς πόλις λόγῳ ἁλίσκει *vel* αἱρεῖ. *Theophraſt.* Ciuitates ſermone capit.
Lingua magis quàm factis ſtrenuam gentem Græcorum, *vocat Liuius.*

Affine, Bro wiele mowi. Vlić bedźie z tego nic.

Mowi á ſam nié rozumie. Małſna papugá.

Vt ædituus reſponſa Numinis prædicat. *Macrobi.* *De eo qui loquitur promptè quæ ipſe non intelligit. Nam talia erant oracula Apollinis & aliorum Cacodæmonũ, obſcura vel ambigua in vtrãq; partem. quod multis oſtendit Cic. 2. de Diuinatione afferens illa è Græcis:*

Crœſus Halym penetrans magnam peruertet opum vim. *Et*
Aio te Æacida Romanos vincere poſſe. *&c.*

Rectè hîc vſurpabis. Pſittacum loquentem, itemque picam & coruum *ex Perſio Plinio Lucretio*: & Sturnum *ex Nazianzeno. de quo ille ſic*:

ψῆρες μὲ λαλέουσιν ὁμοίιον ἀνθρώποισι φωνῆς ἀλλοτρίης ζηλήμονες. Sturni loquuntur inſtar hominum vocis alienæ æmuli. *Mira affert de auibus loquentibus Caſaubonus ad illa Perſij ex Græcis & Latinis.*

πυθαγόρου δόξας ἐγίνωσκεν ὥσπερ οἱ ὄρνιθες ἃ μανθάνουσιν παρὰ τ ἀνθρώπων, τὸ χαῖρε, εὖ πρᾶττε, ζεὺς ἵλεως ἐ τὰ τοιαῦτα εὐχονται, οὐκ εἰδότες ὅ,τι λέγουσιν. *Suidas De Euxeno Philoſopho.* Pythagoræ dogmata ita nôrat, vt aues quæ diſcunt ab hominibus. Salue. Bene tibi ſit. Iupiter ſit propitius & ſimilia precantur, neſcientes quid dicant.

Mowi ledá co. Co ślina do gęby przyniéśié.

Quicquid in buccam venit .ſ. *loquitur.* Quicquid in ſolum venit. Quicquid in ſolum, *ſubaudito*, venit .ſ. *loqui. Cic. Varro.*

ὅτινα ὦνται ὅ,τι κεν ἐπ' ἀκαμέμων γλῶσσαν ἔλθῃ. *Lucian.*

Excogitantes quicquid in ſummam linguam venerit. *Et Martial. Saturnalibus.*

Pallentes procul hinc abite curæ. Quicquid venerit obuiam loquamur.

——— Dicatur τ δ' ἀπομισόμεν. *Idem Martial. agnoſcens ſe ſubinde ſcribere quicquid in buccam venit, excuſationem tacitam petit ex Homero, qui quædam hemiſtichia non elaborata ſæpe inculcat verſibus, quale eſt hoc* τ δ' *&c.*

Et apud Lucretium hemiſtichium: Cætera de genere hoc. *decies repetitum.*

Satius eſt mutum eſſe, quàm quod nemo intelligat dicere. *Cicero.* De fæce haurire. *Idem Cic.* .i. *vilia & ſordida recenſere.*

Mowić madrzé/ ábo do rzéczy/ nié káżdy może.

Χαλεπὸν τὸ τὰ βέλτιστα λέγειν ἐστίν. *Demoſthenes.* Difficile eſt optima dicere.

Sermo datur cunctis, animi ſapientia paucis. *Cato.*

ὅτι λόγος δέδοται πᾶσι ξύνεσις δ' ὀλιγίστοις. *Planudes.*

Mowić

Mowić oſtrożnie potrzebá.

Σιγᾶν ὅπη δεῖ, καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές. *Euripides.*

Tacere vbi opus eſt atque vbi tutum eſt loqui

Staterij paries. *Rhodigin. Staterius Cicerone auctore, interpoſito pariete, bonis viris auſcultantibus locutus eſt quædam, quæ patefacta & in iudicium prolata, rei capitalis miſerum damnarunt. Senſus dicti præciſi eſt is.* Staterij paries te monet vel moneat ne quid incautè loquaris. *Simile exemplum eſt apud Cic. de Pauſania quod Rhodiginus fusè exponit. & aliud ex Dione de Sabino adiungit.*

οἱ Ἴβυκος γέρανοι. *Epigram.* Ibyci grues. *Interfectores Ibyci Pòëtæ, qui eum gruibus ſuperuolantibus occiderant, ſecuri in foro ſedentes, & iterum videntes grues volantes, ioco dixerunt:* οἱ Ἴβυκος ἔκδικοι πάρεισιν. Ibyci vltores adſunt: *ob quæ verba capti, examinati, & occiſi ſunt. Plutarch. & Auſonius.*

Similis argumenti eſt Martialis epigram. 88. libri 6. ad Cæcilianum.

Cautè loquaris, nam linguarium dabis. *ex Seneca.* V. Przypłáćiß tego, *Affine,* Stowko wyléći wroblem. *&c.*

Mowić o tych co nié ſłyßą/ daremna/ glupia rzéczy.

Cum Protogene mortuo bellum gerere. *Gellius. ſubaudi commodum aliquod verbũ.* τοῦ τεθνηκότας δοπκεῖνειν. *Ariſtophan.* Mortuos iugulare. πρὸς τοὺς ἀπόντας σκιαμαχεῖν. *Lucian.* Conrra abſentes vmbraticam pugnam exercere. Cum laruis luctari. *Eraſm.*

Mowitá chuda iáko śie vda. *Idem eſt* Ják koſtká pádnie & Jáko śie vdá.

Dictum hoc plebeium eſt. & priores duæ dictiones ad rem nihil faciunt, ſed rhythmum tantùm complent. vt & in illo: Mowił kłęßcz bedźie dęßcz. *& in ſimilibus aliis non paucis, ſed ineptiæ ſunt, quas indicaſſe ſemel ſit ſatis.*

Mowmy ſobié prawdę.

ἰωμὲν χωρεῖν τῇ ἀληθείᾳ. Conferamus pedem cum veritate. *Budæus .i. accedamus propiùs ad veritatem.*

Hæc alijs dic, ſic vt dum illis dicis, ipſe audias. *Seneca.*

Hæc cùm illi dico, tibi dico. tu illum corrumpi ſinis. *Terent.*

Dauus Horatij ſeruus Saturnalibus quibus licentia magna ſeruis concedebatur, ſic ait hero ſuo. Iam dudum auſculto, & cupiens tibi dicere, ſeruus,

Pauca reformido. *Hor.* Age, Libertate Decembri, — vtere, narra.

Martialis item Gallico cupienti verum audire dicit:

Durum eſt me tibi quòd petis negare,
Vero verius ergo quid ſit audi:
Verum Gallice non libenter audis.

Apud Lucianum In deorum concilio Momus permiſſu Iouis carpit omnes deos, & imprimis ipſum Iouem ſcelera eius Pòëtica recenſens,

Możéß-li być złotnikiem/ nie bądź kowalem/ &c.

Aquila cùm esse queas, inter graculos primatum ne optes. *E Nazianzeno.*
Simile est illud è Cicerone. Aulœdus ne sis cum citharœdus esse queas.

Możnieyßych wády przeglądać/ lepiey.

τὰ ζφάλματα δυναλωτερων παραβλεπε. *A.*

Potentiorum errata non videas videns. *Ex Apologo de Vulpe & Leone. qui cùm sensisset se ob oris graueolentiam ab animalibus vitari, obuia quæq; an ita esset, interrogabat, & asserentia lacerabat. Vulpes verò interrogata, respondit se pituita impediri quo minùs iudicare posset & euasit salua. Sic vxor Hieronis tyranni interrogata ab eo de eadem graueolentia dissimulauit.* *Vide* Przyiaćielstkie bez obrázy.

Mścić śie nad mędzutem głupstwo.

μελειν ἀναίσθητον μεγάλη τι μωρότης. *A.*

Stultitia magna est vindicare insensilem.

Huius rei symbolum est: Canis lapidem in se coniectum mordens. *V.* Ten ći winien.
Ridetur ab omnibus Cyrus qui Gangen fluuium ob equum suum in eo mersum trecētis ampliùs alueis factis siccauit: & Xerxes qui mare percussit & ad Athon montē literas minaces scripsit. *Plutarch.* Ctesipho Pancratiastes percussus à mula eandem calce repercussit. *Idem.* *Vide quam parua vitia Ethnici notent & damnent.*

Mumá. Mikczemnik.

βὸς ἕβδομος. *Suidas.* Bos septimus. *de homine stupido.*
νιόβης ἀρχέτυπον. *Ex Lucilio.* Niobes archetypum. *in saxum versæ.*
εἰκὼν γεγραμμένη. *Aristophan.* Simulacrum pictum.
ὄνου κεφαλὴν καὶ συὸς καρδίαν ἔχει. *Lucian.* Asini caput & suis cor habet.
ὀνοκέφαλος Asiniceps *apud Pierium* symbolum stupidi. *Hinc Scipio C. Metello probrum obiecit.* Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram.
χωλὴν καὶ συκίνην ἔχων γνώμην. *Lucian.* Claudam & ficulnā mentem habens.
Affine, Głupi. Mic wart. Milczący.

Muru głową nie przebiieß.

τῇ κεφαλῇ τὸ οὐρανὸν ἐξαράσσειν ἐπιχειρεῖς. *Synesius.*

Cælum capite perrumpere conaris.
Stultia est ei te esse tristem, cuius potestas plùs potest. *Plaut.*
Pati oportet, quod ille faciat, cuius potestas plùs potest. *Idem.*

Quadrat & illud: Contra stimulum calces. V. Trudno przećiw kosturowi wierzgáć. & Ustąp mocnieyßemu.

Musi prawdę znáć. Muße prawdę zeznáć. Rzekę nic nie ochylaiąc.

Liceat concedere veris. *Horat. ait:* Stultum me fateor, liceat concedere veris.
Aperto pectore. Apertum pectus meum videas. Simplicis veritatis amicus *(sum) Cic.*
Hæc veritas etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est. *Idem.*

Ad veri-

Ad veritatem reuocabo rationem. *Idem. vel dic, orationem.*
Quid opus eſt verbis? lingua nulla eſt quâ negem quicquid roges. *Plaut.*
Per deum fidium quæris. iurato mihi Video neceſſe eſſe eloqui quicquid roges,
Ita me obſtinatè aggreſſus, vt non audeã Profectò percunctanti quin promã omnia.
Idẽ. Sic reſpondit in Aſinaria ſenex ſeruo obteſtanti ſe, vt ſi fallat, ſuperſtes ei ſit vxor mala.
——— Subigis me Nouo modo adeò vt quod meæ concreditum eſt
Taciturnitati clam fidei & fiduciæ Vti mihi neceſſe ſit iam id tibi concredere. *Idẽ.*
ὁμόσε χωρεῖν τῇ ἀληθείᾳ. Propiùs accedere ad veritatem. Conferre pedẽ cũ veritate.
φίλος πλάτων πλὴν μᾶλλον ἡ ἀλήθεια. *Galenus.*
Amicus eſt Plato, amica veritas magis.
τῶν φίλων πρεσπμᾶν τὴν ἀλήθειαν. *Corynthus.*
Pluris facienda veritas quàm amici.
τὸ πρόσωπεῖον τῇ φιλίᾳ ἀφελεῖν. Perſonam (*laruam*) amicitiæ detrahere ſeu deponere. *Sic Cic.* Ponit perſonam amici, cùm induit iudicis.
ὅτι κοσκίνῳ λέγειν. *ex Ariſtot. & Luciano.* Ad cribrum loqui. *vel* Tanquam ad cribrum loquar .i. *verè*, vt *ſolent ij qui ad cribrum diuinantium metuunt mentiri, ne forte à diuinaculo vel genio latente conuincantur.*

Affine, Powiemći prawdę. Wierz mi.

Muzyk/ piſczek podła trzęſi/ podły ſtan.

Cantent tibia Thebani qui dicere neſciunt.
αὐλεῖτωσαν Θηβαίων παῖδες, ἃ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι. *Plutarch.*
Alcibiadis dictum. nam Thebani erant ſtudioſiſſimi Muſices, ſed ſtupidi & ventri dediti.
V. Brzuch tłusty. *Tales ſunt & noſtrates vulgò tibicines, cantores, muſici. Hinc dictum illud.* Tibicinẽs mente carent.
ἀνδρὶ μὲν αὐλητῇ θεοὶ νόον οὐκ ἐνέκυσαν,
ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν κ' ὁ νόος ἐκπέταται. *Athenæus.*
Dij tibicinibus mentem nunquam inſeruêre. Sed ſimul inflârint, auolat illa ſtatim.
Antiſthenes audiens laudari Iſmeniam præſtantiſſimum tibicinem ait: Malus igitur eſt (*ſi quidem tibicen eſt*) nam ſi bonus eſſet, tibicen non eſſet. *Plutarch.*
ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός. *Archidamus.* Bonus cantor, bonus cupediarius. *quia vterq; lenocinatur voluptati corporis; hic palatum, ille aures oblectans.*
Adde illud; Quicquid peccauit coquus, vapulet tibicen.
Philippus filio ſuo cùm ſcitè & ſuauiter cecinisſet dixit: οὐκ αἰσχύνῃ οὕτω καλῶς ψάλλων; *Plutarch.* Non te pudet tam bene canere?

Myliß ſię bárzo.

Tota erras via. *Terenti.* τῇ πάσῃ ὁδῷ ἁμαρτάνεις. *Ariſtophan.*
Toto cœlo erras. *vt Phàéton vel nautæ. Macrob.* ὅλον τὸν οὐρανὸν ἡμάρτηκες.
Auius erras. *Lucret. ait:* Auius à vera longè ratione recedis. *Idem.* Tota regione

gione errantes feruntur. ἀμφαξονεῖς. *Euſtathi.* Exorbitas .i. *ab orbita & recta ac trita via, vel tralatè. à recta & vera opinione recedis.* Vſtapiłéś drogi.
Ἐ παντὶς ἁμαρτάνεις. Omnimodis vel prorſus erras.
Ἐν δυοῖν τρία βλέπεις. In duobus tria vides.

Myśli do woytá nié idą/ nié pozywáią. Myśli vrzad nié ſądzi.
Cogitationis pœnam nemo patitur. *Vlpianus IC.*
ἐνθυμήσεις νόμος οὐκ ἐπάγει τιμωρίαν. *A.* Ob cogitata nullus vnquam plectitur.
De occultis Eccleſia non iudicat.
ἐκ οἷόν τε ἐν τῷ ἀπὸ γνώμης στοχασμῷ μάρτυρας παρέχειν. *Vlpianus Rhetor.* Fieri nequit, vt in coniectura, de animo producantur teſtes.

Myślić co fraſowliwié. Zamyślić śię. Vtonąć w czym.
Arrodere vngues. *Perſius.* Demordere vngues. *Idem de Pœta negligenter ſcribente ait:* Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit vngues.
Caput ſcabere. Vngues rodere. *de Lucilio cogitabundo Horat. ſic:*
In verſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, viuos & roderet vngues.
Digitũ mordere. *Ex Luciano qui ait:* τί δακὼν τὸν δάκτυλον ζητεῖς καὶ ἀπορεῖς; Quid mordens digitum quæris & diu dubitas? ὁ νοῦς ἐν σκύτεσίν ἐστι. *Ariſtoph.* Animus eſt in corijs vel tergoribus .i. *in ſcutis quæ ex corio fiebant .i. de bello cogito.*
Noſtrates ſcriptores cogitabundi, plerumq; calamum mordent, id quod priſcis etiam fuit in vſu. Plutarch. de Demoſthene. προσήνεγκε τῷ στόματι κάλαμον ὡς δακὼν ὥσπερ ἐν τῇ διανοείᾳ καὶ γράφειν εἰώθει .i. Admouit calamum ori & mordens vt in cogitatione & ſcriptione ſolitus erat.

Myślenie ſtoi podczás zá czynienié. Myśl zá vczynék idźié.
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum Facti crimen habet. *Iuuenal.*
Cicero in Epiſtola ad Calium Rufum gratulans illi ædilitatem & ob Hirri competitoris eius repulſam gaudens & ridens, ait: Dediſti quem ſemper ridere poſſemus. Itaq; cùm primùm audiui; ego, ille ipſe factus ſum, ſcis quem dicã &c. Te autẽ contemplans &c. vt nimio gaudio deſiperem. &c. Quid quæris? dum illum rideo, pænè factus ſum ille (.i. *Hirrus. cogitans illum paſſum repulſam & ideò gaudens ac illi inſultans.*)

N

Ná ból głowy/ lekárſtwo chleb. Dźiéći głowá boli/ gdy ieść chcą.
Gallorum dictum eſt. Dolori capitis cibus medetur. *Garner.*
ὠφελεῖ ἰᾶσθαι ἡ τροφὴ κεφαλαλγίαν. *A.*
Capitis dolorem facile mitigat cibus.

Ná bruku mężny/ śmiały/ dokazuié.
ἔνδον λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες. *Ariſtophan. Plutarch.* Domi leones, in acie vulpeculæ

vulpeculæ. *Vel vt Tertullian.* In pace leones in prælio cerni.
ἐν εἰρήνῃ θρασὺς, ἐν πολέμῳ δειλός. *Syneſius.* In pace audax, in bello timidus.
Noſtri dicerent. Domá lẽw / ná woynie tchorz. *quod ſic reddere licet.*
ἐιναι λέοντες ἐν μάχῃ δ' ἐλάφοι. *A.* Domi leones in acie putorij.

Nabywßy mię zażyć márnoſć / glupſtwo.

λαγωὸν ἀγρεύσας κρέασιν αὐτὸν ἀπέχει, *A.* Leporẽ vbi cepit carnibus eius abſtinet.
Horat. ſic habet. Leporem venator vt alta
In niue ſectatur, poſitum ſic tangere nolit .ſ. *deſipiat ſi ſic agat. Eccleſiaſtes ſæpe, præſertim c. 4. & 6.* vanitatem vocat partis bonis non frui.
Titulum ſepulchri acquirere. V. W wiliu śmierći. & Kiedy nalépiey.

Náciagnięß gdzie chcéß. Ják nos woſkowy. Ják woſk głowiek. Powolny.

Cereus naſus. *hîc vulgò vſurpatur, vel cerei naſi homo vel ſententia ſimilis, non ineptè. nam ſic Græci loquuntur.* κηρῦ ὀυπλαστότερος: *Damaſcius Syrus.* Cerâ ad formandum & fingendum facilior.
κηρῦ παντὸς μαλακώτερος: *Chryſoſtomus.* Omni cera mollior. *Et Horati. de iuuene.*
Cereus in vitium flecti. Naſo item trahere vel trahi *Græci vſurpant.*
Sic Lucian. ἐδὲν κωλύει σε τ' ῥινὸς ἕλκειν ὑφ' ἑκάστων. Nil obſtat quo minus à quouis nare traharis. Argilla quiduis imitaberis vda. *Horat.*
Lesbia regula. *de qua Ariſtoteles ait:* ὁ λέσβιος κανὼν μολύβδινος πρὸς τὸ σχῆμα τῦ λίθυ μεταπλινθεται καὶ ὁ μὲν ὁ κανών. Lesbia regula plumbea ad lapidis figuram tranſmouetur & nõ eſt regula. *Sic cùm ratio ſenſum, lex morem, princeps plebẽ ſequitur.*
ἡ πρὸς πάντας ὁρῶντα τὸν παριόντας εἰκών. *Nazianzen.* Statua omnes viatores aſpiciens. *de amico adulatore vel ſententia quæ ad diuerſos ſenſus facile trahi poteſt.*
Omnibus omnia annuit. *Catullus.* ἀρχιλόχυ μέλος: Archilochi melos. *quod leui mutatione cuiuis aptari poterat.* V. Każdemu śie to zgodźi. *Affine,* Łágodny.

Ná cie koley.

Tibi curſu lampada trado. *Varro.* .i. *tu ſuccedere debes in munere.*
Tralatum à ludis Athenienſium, qui λαμπαδηδρομίαι dicebantur, quia in eis cum lampade accenſa curſores certabant, & vnus abſoluto curſu, alteri curſuro lampadem tradebat. Meminit & Lucreti.

Naciężey śie ochynać / potkáć. Pierwßy ſtos naciężßy.

Vliędźwiędźić gdy przemożeß / zá nos wodźić możeß.

Prima coitio eſt acerrima. Si eam ſuſtinueris, poſt illam iam vt lubet, ludas licet. *Terent.* Victor feroces impetus primos habet. *Seneca Troade.*
Glaciem ſcindere. *Vel* Primam glaciem frangere operoſum vel periculoſum. *Recentiorum eſt.* *Adde apologum Æſopi de vulpe quæ leonem nunquam viſum antea, primò conſpectum extimuit admodùm, ſecundò acceſſit propiùs, tertiò viſum alloqui auſa eſt.*
ἡ πεῖρα πρώτη κινδυνώδης τυγχάνει. *A.* Periculoſa prima periclitatio.

Ná ćzy-

Ná ćyiem wozku śiedźiß / tego pioſnkę śpieway.

ἔυδαιτον εἶναι τ' ἀλλότρια δειπνεῖα δεῖ.

Qui viuit alieno, hunc modeſtè agere decet.

Cuius pane veſcor, eius verba molior. *Iunius.*

ὃς μὴ ἔστ' ἐλεύθερος ἀλλότρια φάγων ἀνήρ. *A.*

Qui viuit alieno, eſſe liber non poteſt.

Non ſtat ſimul libertas cum alieno cibo. *Nam beneficia ligant.* V. Dobrodźiéyſtwo wźiać. & Chleb namocniey wiożé. *Adde illud Martial.* Namque coquus domini debet habere gulam. *Item.* Liber non potes & guloſus eſſe. *Nam ventris cauſa, adulari, arridere, obſequi, irriſiones probra pati cogeris.* *Idem Mart. ait:*

Liber eris, cœnare foris ſi Maxime nolis. V. Pochlebcá.

Nád ludźié coś.

ἀετὸς ἐν νεφέλαις. *Ariſtophan.* Aquila in nubibus. *de eo qui aliis longè antecellit, & quem aſſequi non facile ſit.* *Hoc ante omnes Chriſto Domino, deinde S. Ioanni Euangeliſtæ omnes SS. Patres ex libris diuinis rectè attribuunt.*

Ná drugiego przymowka / á na śie ni ſtowká.

ἀλλότρια σκώπτων πταίσματα, τ' ἴδια παρορᾷ. *A.*

Aliena carpens vitia, diſſimulat ſua. *Caſtigat tales Horat. dicens:*

Cum tua peruideas &c. *Vide* Cudze wády choć máte.

Vſurpatur dictum Polonicum & alio ſenſu, non carpendo, ſed negotium proprium ſub alieno nomine procurando. *Vide.* O kiem inßem mowi. *&c.*

Nadźiéia czeſto omyla.

Scio ſpem decepiſſe multos qui ſperauerint. *Plaut.*

Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo. *Ouidi.*

πολλ' ἐλπίδες ψεύδουσιν ἀνθρώπους ἄλογοι βροτούς. *Euripid.*

Spes ſtulta mentitur homini quam plurima.

αἱ ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτούς. *Menander.*

Spes vacua *(vana)* paſcit plurimos mortalium.

τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ὀνείρους εἶναι. *dixit Plato.* .i. Spes vigilantiũ eſſe ſomnia.

ἐλπὶς δ' ἐν τῷ ἀφανεῖ ἡ ἰσχύς. *Thucydid.* Spei in dubio eſt robur.

Spes alit: *ait Tibull. addunt vulgò recentiores.* & fallit.

Apud Plautum quidam dicit: Benedice. dijs ſum fretus. deos ſperabimus. Rt. *alter.*

Non ego iſtud verbum emiſſim *(emerem)* titiuillitio *(filis putridis)*

Nam omnes mortales deis ſunt freti, ſed tamen

Vidi ego dijs fretos ſæpe multos decipi. *Ethnicus de diis ſuis ineptis ineptè vel potiùs aptè & verè loquitur.* V. Omylitá go nádźiéią.

Nadźiéia iéßcźe ieſt. Nie trać nadźieié / gdyć śie nie dobrzé dźieié.

μία μοι ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος. *Lucian.* Vna mihi illa adhuc anchora eſt ſicca .i. *integra nunquam aquis merſa.*

Aliqua

Aliqua afflabit aura. *Cic. ait:* Sperat ſibi aliquam auram poſſe afflare.

Multa præter ſpem ſcio multis bona eueniſſe. *Plaut.*

μηδέποτε σαῦσον ὀλυσυχῶν ἀπελπίσῃς. *Menander.*

Spem nunquam abicito cùm quid aduerſi premit.

ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεται τ' ἐλπίσι. *Idem.*

Spes ſeruat infeliciter agentem virum.

ἐκ ἔς' ἄελπτον ἀδέν. *Sophocles.* Nil eſt quod non liceat ſperare.

ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδα. *Plutarch.* Spes alunt exulem.

Adhuc aliquis deus nos reſpicit. *Eraſmus ex Homero qui ait:*

ἀλλ' ἔτι τις καὶ ἐμοῖο θεῶν ὑπερέσχεθε χεῖρα.

Aſt aliquis diuum poterit mihi porgere dextram.

Adhuc cælum voluitur. *Eraſm. ex Theocrito. qui ait:* ὄπω μῆνας ἄγων ἑκαμ' ἀερ-νὸς ἀδ' ἑνιαυτός. Nondum annos menſeſque quieuit voluere cælum.

V. Bedźie też kiedy ſtonce. Spodźieway ſie.

Nádźieią mépéwna / ſtába / prozna.

ἀνεμαίᾳ ἐλπίς. *Alciphron.* Subuentanea ſpes .i. *inanis.*

λεπτή τις ἐλπὶς ἐς' ἐφ' ἧς ὀχέμεθα. *Suid.* Qua ferimur admodū tenuis eſt ſpecula. Miſſilia exſpectare *dicitur, qui totus à Fortuna pendet, eiusq; beneficiis inhiat. Rhodigin. ex Senecæ epiſt. 74.*

Tenuis ſpes. *Cic. vt Plato eodem ſenſu:* λεπτὴ σωτηρία. Tenuis ſalus.

ἐμόγησαν αἱ ἐλπίδες. *Athenæ.* Laborant *(infirmæ ſunt)* ſpes.

Sic lib 4. Regum c. 18. ἡ ῥάβδος καλαμίνη τεθλασμένη .i. Calamus arundineus fractus, *vocatur Pharao, in quo ſpem habere Ezechiam dixit Rabſaces.*

Inhiat quod nuſquam eſt miſer. *Plaut.*

Sperat laturas poma myricas. *Ouidi.*

Adhuc tua meſſis in herba. *Ouidius.*

Spem infinitam perſequeris. *Cic.*

κενεῶν ἐλπίδων χαῦνον τέλος. *Pindar.* Inanis ſpei ſterilis exitus.

Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli. *Terenti.*

χρυσαῖ ἐλπίδες φῦσαι ἀπίχρυσοι. *Lucian.* Aureæ ſpes, bullæ deauratæ.

Spe Cræſo ditior, re Codro vel Iro pauperior. *Langius.* Nádźieią śie karmi / żyw.

Nádźieią pracey ábo w pracey vćiécha.

Spes præmij, laboris eſt ſolatium. *P. Syrus.*

ἔστ' λάτρῳ ἐλπὶς τ' πόνων παραμύθιον. *A.*

Spes alit agricolas. &c. Spes etiam valida ſolatur compede vinctum

Crura ſonant ferro, ſpes canit inter opus. *Tibul. Idem dicit Ouid.*

τροφὴ φιλαρέτων ψυχῶν ἐλπίς. *Philo.* Spes eſt alimentum ſtudioſæ mentis.

V. Kiedy żal robić.

Ná frąſunek / dobry trunek.

ἀνδρὶ κεκμηκῶτι μέγα οἶνος ἀέξει. *Homer.*

Viro laſſo deficienti magnum robur vinum addit.

Nunc vino pellite curas. *Horat.* — Generoſum & lene requiro (*vinum*)
Quod curas abigat. *Idem.* Diſſipat *Euhyus* (*Bacchus*) curas edaces. *Idem.*
Neque mordaces aliter diffugiunt ſolicitudines. *Idem .ſ. quàm vino bibendo.*
Curam metumq; Cæſaris rerum, iuuat Dulci Lyæo ſoluere. *Idem.*
Vino nihil iucundius quiſquam bibit. hoc ad ægritudinem medendam inuenerunt; hoc hilaritatis dulce ſeminarium; hoc coagulum conuiuia continet. *Varro.*

Pallentes procul hinc abite curæ Miſce dimidios puer trientes. *Martial.*
Cura fugit multo diluiturque mero. *Ouidi.*

ὅταν πίῃ τὶς οἶνον ἥδεται αἰ μερμναι. *Anacreon.*

Dum (*dulce*) poto vinum æruꝛna dormit omnis.

Aprior eſt dulci menſa merumque ioco. *Ouid.* πῖν' οἶνον &c.

Ἢ πίνων λῆσο μὴ χαλεπὰς ζωὸς ἀπὸ μελεδώνας,
θωρηχθεὶς δ' ἔσεαι πολλὸν ἐλαφρότερος. *Theognis.*

Bibe vinum &c. Iſtud bibens moleſtas diſſipabis curas
Et madidus eris multò leuior. *Confer.* Łżéyśy człowiek po obiédźie.

ἑλένης κρατὴρ κνφίζει τὰ ἄχθη τ' ὀνόμης. *Philoſtrat.* Helenæ crater vacuat animi moleſtias .i. *poculum Ægyptiis pharmacis conditum, maximè nepenthe. de quo ſic Plin. Nobile illud nepenthes obliuionẽ triſtitiæ afferens & ab Helena mortalibus omnibus propinandum. Et Homer.* αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον,
νηπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
Statim igitur in vinum immiſit pharmacum vnde bibebant,
Triſtitiæ & iræ malorumque omnium obliuionem inducens. *Bugloſſam idem præſtare ſcribit Galenus, quare eandem cum nepenthe quidam eſſe putant.*

Eluit curas ebrietas. *Seneca.* Ebrietas aliquando admittenda, non vt mergat nos, ſed vt curas deprimat. *Idem. Hilaritatem ex moderato potu intellige.*

οἶνος καὶ μουσικὴ εὐφραίνουσι καρδίαν. *Eccleſiaſtici c.4.* Vinũ & Muſica lætificant cor. Date ſiceram mœrentibus & vinum his qui amaro ſunt animo, bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ & doloris ſui &c. *Prouerb. SS. c. 31.*

Zeno Citticus interrogatus, cur cùm natura ſeuerus & ex ſectæ ſuæ præſcripto tetricus eſſet, in conuiuio tamen hilarior videretur! reſpondit: Lupini quoq; natura ſua amari, dulceſcunt aqua macerati. Sed & feroces iratos & furentes mitigat & delenit vinum, Sic Vlyſſes Polyphemum vino dulci demulſit. & Plautus quidam valde irato vino bilem diluendam ſuadet. Symbolum eius rei, Bacchus curruì ſuo ſubiungens tigres truces feras, apud Virg. Horat. Ouidi.

Hæc & præcedentia prudenter interpretare, nempe vbi neceſſitas poſtulat & modus adhibetur. Ideò addunt alii, temperanda eſſe pocula aqua & colloquiis honeſtis iucundis ad euitandam ebrietatem. Heliodorus laudat eum qui ſolebat.

τὴν ἐρωμένην τῷ διηγήσει συγκαθυφαίνειν, & λόγων ἡδυσμα τῷ πότῳ συναναχέειν. i.

Mercurium.

Mercurium (*eloquentiæ præsidem*) Baccho sociare & orationis condimentum poculis permiscere. V. Piy przedymáiac. *Plutarchus item præcipit:* οὐκ ἧττον δὲ μίσαις ἢ διόνυσον ἢ δὲ νύμφαις κεραννύειν. *i.* Non minùs Musis Bacchum (*i. colloquiis eruditis pocula*) quàm Nymphis (*aqua affusa*) miscere, temperare. *Seu* Non minori cura vino & compotationibus colloquia docta quàm aquam admiscere oportere. Pausilypos *etiam* lapis *vt nomen* (παυσίλυπος) *sonat, mœrorem discutit. Plutarch.*

Na frásunek wzonemu z kśiąg rátunek.

ψυχῆς νοσούσης ἰατρεῖόν ἐστι γράμματα. *Philemon.*

Sunt mentis ægræ medicus optimus libri.

Musis amicus, tristitiam & metus
Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis. *Horati.*

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes, *&c.* strepitumque Acherontis auari. *Virgil.*

Simile quid habet Hesiodus & Theocritus.

Studijs & literis secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur. *Cicer.*

Multi cùm in potestate essent hostium ac tyrannorum, multi cùm in custodia, multi in exilio, dolorem suum doctrinæ studijs leuarunt. *Idem.*

Hæc studia, &c. secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent. *Idē. Vide Athenienſium exemplum, ſub* Dobrzé co vmieć. *Tarantulæ venenato morſu infectis, curantur muſica. Ælian. Alexandr. Neapolit. & affectus vitioſi oratione ſapientis.*

Nagorſze bóty v ſzéwcá/ śiekierá v kowalá/ &c.

πολλοὶ χαρίζονται ἑτέροις, αὐτῶν δίκα. *A.*

Multi obsequuntur alteri, obliti sui. *vel* Aliena curant negligunt multi sua.

ὁ μυπαρὸς αἱρεῖ πωλέσθαι ἢ ἐπαυρέσθαι. *A.*

Mauult auarus vendere bona, quàm ijs frui.

χειρόβιον δὲ τὸ κάλλιον ἀλλ' ὄνειαρ φιλεῖ. *A.*

Non pulchrum at vtile quod est spectat artifex. *Artes illiberales lucri gratia cōmoditatem & elegantiā negligunt. Affine,* Drugiem dobry. Co w ſwey mocy mamy.

Ná iedną śie broń/ obronę/ dowod/ przyiaćiélá/ &c. nié ſpuſzczay.

Dobrzé mieć wiéle drzwi w domu. Nié iedne dźiure krolik ma do iámy.

Mus vni antro non fidit. *Ex Plauto, qui ait:*

Sed tamen cogitato, mus pusillus quàm sit sapiens bestia,
Ætatem qui vni cubili nunquam committit suam; (*i. vitam, salutem,*)
Quia si obsideatur vnum, aliud perfugium gerit. *al. quærit.*

Sunt animalia, quæ latibulis suis diuersos & plures exitus pandant, vt si quod periculum inciderit, fuga pateat obsessis. *Lactantius.*

Echinus duo foramina ad oppositas mundi plagas in suo cauo facit. *S. Basilius.*

πρὸς ἑνὸς καιρὸν ἀποβεβλῆσθαι τὰς ἐλπίδας ὅλαμῶς συμφέρει. *Iosephus.* In vna

occaſione ſpem figere (*ſpe incumbere*) nequaquam vtile eſt.

ὡς ἀγαθὸν ἐς ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. *Ariſtophanes.*

Vt expedit, quam plurima habere agnomina. *Inſtar Mercurij vel inſtar eius qui plura habet in aula officia, vel eius qui plures artes ſcit.*

Remo & aura vtendum. *Ex Ouidi.*

Bonum eſt duabus niti anchoris. *ex Pindaro, qui ait:*

ἀγαθαὶ ἢ πέλονται ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ, ἰοᾶς ἐκ ναὸς ἀπεσκίμφθαι δύ' ἄγκυραι.

Bonæ autem ſunt in tempeſtuoſa nocte celeri ex naue pendentes duæ anchoræ. *Vel* Bonum eſt pendere duas, &c. Vni naui non fidas.

μηδ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κείλησι τιθεσθαι. *Heſiod.*

Ne in vnam cauam nauem totam ſubſtantiam ponas.

Bonum hoc documentum etiam in ſimplici & proprio ſenſu. In tralato autem. Ne quid aggrediaris in quo de omnibus ſimul periclitandum ſit. *Simile illud.* Non ōnis alea ſimul iacienda. *Itē.* Ne pecuniā habeas absq; peculio. V. Nie wßytko rázem.

Na iednem wozku obie ſtromé do prawá.

Vulgare dictum. Amicus perſonæ, inimicus cauſæ.

φίλος προσώπῳ ἐχθρός εἰμι τῷ δίκης. *A.*

Perſonæ amicus ſum, hoſtis at negotij.

Diſcordia fratrum re confecta deſinens, ipſius eſt rei: poſt rem verò ſi maneat, res ſuit eius prætextus, cauſa alia occulta praua. E Plutarch.

Themiſtocles & Ariſtides inimici, exeuntes ad legationem vel ad bellum inimicitias in finibus patriæ deponebant, & reuerſi rurſum reſumebant. Ex eodem.

Belli tempore Sext. Pompeius Roma venit ad Caſtra Vettij Catonis, cui cùm dixiſſet Cato: Quem te appellem? *ait ille:* Voluntate hoſpitem, neceſſitate hoſtem. (*quia aduerſæ factionis erat*) *Cic. Philippica 12. Hoſpes hic amicum ſignificat vt apud Plautum.* Tun' hoſpitem illum nominas hoſtem tuum?

Et Ouid. Qui ſic intrabas, hoſpes an hoſtis eras? V. Mituia ſie.

Na iedney nodze ſtoiąc, &c.

Sic & Horat. — In hora ſæpe ducentos. Vt magnum verſus dictabat ſtans pede in vno. *Vide* Rychto. & Ramca. *nam ad varias actiones poteſt accommodari.*

Na iedney ziemi takoi, i pßenica roſcie.

Sententia hæc varium vſum habere poteſt. Sonat enim

1. Mala bonis permiſta eſſe. *V.* Dobre rzadko bez zlego. Zle dobrem ſie czeſto wetuie.
2. Ingenia inſignia ſcelerum feracia eſſe. *V.* Gdzie rozumu wiecey.
3. Bonos quoque viros vitijs non carere. *V.* Kázdy ma ſwoie wáde.

Ná iezyku mi iuż było. Na końcu iezyká mi iuż było.

Modò mihi verſabatur in labris primoribus .ſ. *nomen Charmidis. Plaut.* ἐπ' ἄκροις χείλεσιν ἦν *vel* ἔχηκα. Satin' intra labra atq; dentes latuit vir minimi pretij! *Idē.*

Na kiet wziął. δαχὼν

— δακὼν δὲ τόμιον ὡς νεόζυγὴς πῶλος διάζη, κ̀ πρὸς ἡνίας μάχη.
Mordens frenum vt recens ſub iugo Pullus ferocis & contra habenas pugnas.
Sed Polonicum dictum plùs ſonat, idem quod in 1 Tomo. Vlič vhámowány. Vpieram ſię.

Na koncu iezyká. *ſubaudi* Mießka. Naydźieß. *&c.* Dopytaß ſię.

Ad hunc ferè ſenſum, licet fuſiùs reſpondit apud Terentium in Adelphis Syrus Demeæ fratrem quærenti, deſcribendo locum remotiſſimum, in illum aiebat eſſe, vt per tot plateas angiportus, ſacella, porticus, cliuos curſantem per ludibriũ fatigaret ſenẽ. Garn. ex Gallic. dicit:

Quiſquis habet linguam poterit pertingere Romam.
πᾶς ὁ γλῶσσαν ἔχων ῥώμῃ εἰὸς τε πρόσελθεῖν. *A.*

Na koncu vſtaięß.

πάντα ἐπιφαγὼν ἓν, εἰς τὴν οὐρὰν ἀπέκαμεν.
Toto boue deuorato, in cauda defecit: *In eum qui prope peracto negotio in fine deficit.* In ſummo cliuo deficis. *Seneca.*
κακῶς χρῆσθαι τῷ ἐπιλόγῳ. *Ex Herodoto.* Malè vti epilogo .i. *infelicem finem rebus vel dictis imponere. Rhodigin.*

Na kray świata.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem Oceanum. *Iuuenal.*
ὑπὲρ ἡρακλέους ἐσχάτας στήλας, κ̀ τὴν ἄβατον ὠκεανοῦ θάλασσαν. *Heraclides Ponticus.* Vltra Herculis extremas columnas & inacceſſum Oceani mare. Ad extremos Garamantas. *Ex Virgil. Plini.*

At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros
Pars Scythiam & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitùs toto diffuſos orbe Britannos. *Virgil.*
Viſam Britannos hoſpitibus feros, *Horat.*
εἰς Φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος. *Strabo.*
Ad Phaſin vbi curſus ſupremus nauibus .ſ. *nauigauit.*

Natáięć dobowemi abo twárdemi ſłowy.

—— Solea puer obiurgabere rubra. *Perſius.* Obiurgare ferulis. *Suetoni.*
Miſero mihi mitigabat ſandalio caput. *Tarpilius.*
Commitigare alicui ſandalio caput. *Terenti.*
εἰ ἀπιστοῦντες ἄξιοι ἂν εἶεν ζανδάλῳ χρυσῷ ἐς τὰς πηγὰς ὡς τὰ παιδία παίεσθαι. *Lucianus.* Non credentes digni eſſent vt eorum nates ſolea aurea more puerorum pulſentur. Monumentis vos commonefaciam bubulis .i. *loris. Plaut.* Bubulis caſtigabo te exuuijs. *Idem. eodem ſenſu.* Caue ſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent. *Idem. Oppoſitum verò apud eundem.* Abſtinere cenſione bubula .i. *non cædi vel non cædere loris bubulis aliquem.*

Nalazł zégo ßukał.

ἀμαία τὴν ἀζησίαν μεθῆλθεν. *Plutarch.* Amæa Azeſiam .i. Ceres Proſerpinam

(*diu quæsitam, tandem*) inuestigauit. *Nota fabula vel ex Claudiano.*
Ægyptij inuento Api boue nigro seu Osiri clamabant: εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν. Inuenimus, collætemur. *Meminit Iuuenal.*

Nálazł swoy swego / ábo sobié podobnego. Nalázła Marta Gotarta.
Patella reperit operculum. εὑρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα. *Varro.* (*similem.*
Par ingeniũ nactus est. *Terent.* Cascus Cascã ducit. *Varro* .i. *vetulus vetulã, vel similis*
Patet hùc accommodari & illud: Caius Caiam, *de bonis coniugibus. Nam Plutarcho*
teste apud Romanos Sponsa ad sponsum deducta dicere solebat: ὅπου σὺ κάϊος, ἐγὼ κάϊα.
Vbi tu Caius (*fueris*) ego Caia (*ero*) *à celebribus coniugibus Romanis tracto exemplo vel omine. De discordibus autem coniugibus* (*nam & sic dictum Polonicum vsurpatur*) *est illud Martial.* Cum sitis similes paresque vita,
Vxor pessima, pessimus maritus, Miror non bene conuenire vobis.
Itemq; illud. Thaida Quintus amat. quam Thaida? Thaida luscam,
Vnum oculum Thais non habet, ille duos. *Intellige, vel verè de oculis corporis ad præsentem locum aptè, vel de animo .i. Stultus est qui luscam ambit.*
Quadrat in hunc locum & illud Gallorum apud Garnerum: Clauus vel impages reperit foramen. *Itemq; illud.* Calceum suo pedi aptum, *vel* Calceus pedẽ sibi aptũ inuenit.
εὑρεν ὑπόδημα τ̃ οἱ ἁρμόζον πόδα. *A.*
Sibi quadrantem calceus reperit pedem. *vt Dorion furi optabat.* V. Dobroczynność zła. *Affine*, Tákiemu tákie. Trafił swoy ná swego.

Ná ledźié budować *s.* niéwarowno.
Vulgare dictum recentiorum est. Glaciej vnius noctis fidere .*s. intutum*.
Sed & plurium noctium glaciei Iudeus non fidit. Vide Ladem péwniey.
Sensus dicti Polonici parœmiacus, is est. Na niépéwne rzéczy śie spuszczáć / sádźić / vfáć.

Nalegánie czyste / długie / za gwałt stoi.
Συνεχὴς ἡ ἔνστασις ἴση ἐστὶ τῇ βίᾳ. *A.*
Instantia assidua instar est violentiæ.
Qui instat, etiam ex duro pectore gratiam extundit. *Seneca.*
Nec verò postea destiti labefactare eum, qui &c. itaque quotidianas compellationes meas non tulit, seque in vrbem recepit inuitus. *Cic.*
Tundendo atque odio denique effecit senex. (*s. vt filius vxorem quam nolebat ducere consentiret*) Despondit ei gnatam vicini. *Terent.*
Apud eundem in Henutontim. pater seuerus in filium, amisso illo dicit:
Vbi rem rescisi, cœpi non humanitùs Neq; vt animum decuit ægrotum adolescentuli Tractare, sed vi & via peruulgata patrum Quotidie accusabam &c.
Postremò adolescentulus sæpe eadem & grauiter audiendo victus est Militatũ abijt.
Item in Adelphis Mitio importunè rogantibus respondet: Vis est hæc quidem.
Huc & illud: Gutta cauat lapidem. *Et plura sub* Vstáwiczność wiele może.

Ná lékki chleb śię vdał.

Musicè

Musicè agere vitam instituit. *Ex Plauto.*

αὐλητὴς βίον ζῆν προήρητο. Aulœdi vitam elegit. *Nam cantores, tibicines, mimi, comœdi, parasiti, conuiuiorum sunt assectæ & alienum cibum vt mures deuorant & sine fumo sacrificant. ex Plauto.* *His adde ex Horatio* Ambubaias, agyrtas, propolas, quin ex nostro more aulicos. *De his omnibus rectè vsurpes illud Terentij.* Vide otium & cibus quid faciat alienus. V. Cudzem sie żywić.

Nałożyć sie w grobie.

Duplici sensu vsurpamus. 1. *Cùm sterentem aut pigrum castigamus.* *Sic ferè Ouid.* Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
ὀκνηρὲ θαφθεὶς ἡσυχάσεις πλεῖον. *A.*
Sepultus ignaue requiesces plùs satis.

2. *Cùm mori cupientem cohibemus.* *Tale est illud Senecæ.*
Nemo ad id serò venit, vnde nunquam. Cùm semel venit potuit reuerti.
V. Nie intro zmartwychwstáć.

Nałog drugie przyrodzenie. Nałog trudno odmienić.

Nałogi stáre / trwáłe. Nałog do złego / nie gorßego.

Consuetudo altera natura. *Cic.* τὸ ἔθος ἑτέρα φύσις. *Philo. Galen.*
Consuetudo diuturnâ callum obducit. *Cic.*
τὸ εἰθισμένον ὥσπερ πέφυκὸς ἤδη γίγνεται. *Aristotel.* Consuetum quasi innatum iàm efficitur. Nam morem fecerat vsus. *Ouidi.*
Desinit esse remedio locus, vbi quæ fuêre vitia, mores sunt. *Senecæ.*
Difficulter reciduntur vitia, quæ nobiscum creuerunt. *Idem.*
Nihil infelicius eo, cui iam malum esse necesse est. *Idem.*
Dediscit animus serò, quod didicit diu. *Idem.*
Grauissimum est imperium consuetudinis. *P. Syrus.*
Qui blandiendo dulce nutriuit malum,
Serò recusat ferre quod subijt iugum. *Seneca Hippolyto.*
ὅμοιον τὸ ἔθος τῇ φύσει. ἐγγὺς γὰρ τὸ πολλάκις τοῦ ἀεί ἐστιν. ἔστι δὲ ἡ μὲν φύσις τοῦ ἀεί, τὸ δὲ ἔθος τοῦ πολλάκις. *Aristotel.* Similis est consuetudo naturæ. vicina enim sunt sæpiùs & semper fieri. est autem natura eorum quæ semper fiunt; consuetudo eorum, quæ frequenter. Vinclis solutus sensim incedit. *ex Plutarcho.*
ὡς ἔργον εὖ ζῆν, ἂν πονηρεῖς ἦθεσιν. Difficile viuere est bene, assuetum malis. *Adolescens ludens alea reprehensus à Platone dixit:* Quam paruâ rem reprehendis! *Cui Plato.* At non parua res est consuetudo.
θᾶσσον ὁ κάνθαρος ἂν μεταπεισθείη. *Lucian.* Citius scarabæo persuaseris *s. vt relinquat stercora, quam assuetus malam consuetudinem.*
ὁ μὲ ποτε παίξας, πάλιν παίζει. Qui aliquando lusit, iterum ludet.
Cui semper dederis, vbi negas, rapere imperas. *P. Syrus.* Dawßy / raz / dwá / musiß dzießiec. Trudno temu odmowić / ktory sie długo brákowáł.

Planta.

Planta tenera facile euellitur, adulta difficulter. *Vide Apologum S. Dorothei ſub* Zá9 biegay wczás. Mala vbi conſuetudine recepta vim legis acquirunt, non facile quamuis noxia ſint aboleri poſſunt. *Plutarch. Latinè loquens.*

O conſuetudo peccandi! quantam habes iucunditatem in improbis & audacibus, cùm pœna abfuit & licentia conſecuta eſt. *Cic.*

Conſuetudine rurſus animus te huc inducet. *Plaut.*

Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis bene facere, cùm didiceritis malum. *Ieremiæ c. 13.*

Addo apologum de Potore quodam, quem cùm ebrium vxor pro mortuo ſepeliſſet & ei pro more Ethnico cibum ad ſepulchrum attuliſſet, ille crapula iam digeſta euigilauit & potum poſtulauit. Simile Epigramma in Antholog. in Anacreontem.

ὦ ξένε τόν δε τάφον τ ἀνακρείοντ ἀμείβων,
Ζωείσόν μοι παρελὼν, εἰμὶ γὰ ὀινοπότης.

O hoſpes ſepulchrum hoc Anacreontis tranſiens, Liba mihi accedens, ſum enim meribibulus. *Affine*, Po ſtáremu & Stárego odmienić.

Nałog odmieni kto śie nić leni.

Recta opinio prauam conſuetudinem corrigere ſolet. *S. Auguſtin.*

Bona conſuetudo excutere debet quod mala incuſſit. *Seneca.*

Certa fortiter. conſuetudo conſuetudine vincitur. *Thomas de Kempis.*

Obſiſtet inolita conſuetudo, ſed meliori conſuetudine deuincetur. *Idem.*

κακὸς εἰν' ἐθισθεὶς, δυνατὸς ἐθίσαι καὶ καλός. *A.*

Poteſt malis aſſuetus, aſſueſcere bonis.

Didici quamuis vetus arbuſtum poſſe transferri. *Seneca. hoc dictum oppoſitum eſt illi de annoſa arbore negante tranſplantari, ſed experientia refellit.*

Nałog vłácnia trudnośći. Zwyczay wßyſtko przémaga. Przykrość zwyczáyna lżéyßa.

Conſuetudo calamitatum mollimentum, citò in familiaritatem grauiſſima adducens. *Seneca.* Paulatim voluptati ſunt, quæ neceſſitate cœperunt. *Idem.* Finis dolendi eſt, obtorpuiſſe. *Idem.*

Quod malè feris, aſſueſce, feres bene. multa vetuſtas Lenit. *Ouidi.*
Fac tibi conſueſcat. nihil aſſuetudine maius. *Idem.*
Hoc quoque Naſo feres, etiam maiora tuliſti,
Iam tibi ſentiri ſarcina nulla poteſt. *Idem.*
—— Valeo, corpuſque quod antè laborum
Impatiens nobis inualidumque fuit, Sufficit. *Idem.*
Ac veluti primò taurus detrectat aratra,
Pòſt venit aſſucto mollis ad arua iugo. *Propert.*

Seruitus mea mihi interdixit, ne quid mirer meum malum. *Plaut.*

ἔστι δ' ἃ καὶ τὸ συνήθες ἡδὺ καὶ τὸ ἔθισον ἐν τοῖς ἡδέσι. *Ariſtotel.* Eſt autē aſſuetum & vſitatū inter iucunda. πολλὰ γὰρ καὶ τ φύσει μὴ ἡδέων ὅταν ἐθισθῶσιν ἡδέως ποιοῦσιν. *Idem.*

Multa

Multa enim etiam eorum quæ natura iucunda non sunt, cùm assueuerint, iucunde faciunt. *Hinc illud Philosophorum vulgare axioma.* Ab assuetis non fit passio. *Elegantiùs & latiniùs Claudian.* Sensumque mali detraxerat vsus.
Notissimum quodque malum, maximè tolerabile. *Liui.* (*Nonius.*
Quod si fecisset paulò sæpiùs, didicisset id ferre, & non esset intolerabilis. *Afranius.*
λυπηρὸν μέν, ἀλλὰ ἤδη συνηθεις ἐσμεν. *Aristotel.*
Molestum quidem est, sed iam assueuimus.
ἄρης τὰ αὐτὸ σπλα μὴ σαλεύῃ. Mars sua arma non iactat non concutit .i. *assueta facile feruntur. Erasm. Aliter.* V. Kokoßy śie.
Muscæ pastæ minùs molestæ sunt quàm ieiunæ. *Ex Apologo de Vulpe à muscis obsessa, quas cùm erinaceus depellere ab ea vellet; prohibuit dicens:* Malle se has iam pastas pati, molestiores enim futuras alias ieiunas. *Vsus est hoc apologo Cineas parasitus Alexandri (apud Athenæum) cùm is parasitos muscas vocans vellet a se repellere.*
τὰ οἰκειότατα τῶν κακῶν ὑπομένειν μᾶλλον ἢ πειρᾶσθαι τῶν ἀλλοτρίων. *Plutarch.*
Familiaria mala potiùs toleranda, quam aliena experienda.
Sic anus Syracusana, quotidie pro Dyonisio tyranno vota faciebat, & ab eo interrogata cur id faceret, respondit: Timeo ne peior succedat.
Vt in loco pestilenti quoq; qui assueuêre durant: ita incommoda parùm lædunt assuetos *Plini.* Vt callus tempore adimit sensum: ita diutina mala consuetudo facit, vt leuiùs feramus. *Idem.* Bene facere ex consuetudine in naturam vertitur. *Salusti.* Si sua mala omnes homines in vnum conferrent, data illis oprione commutandi, quisque potiùs suum cui assueuit auidè resumeret, etiam grauius alieno. *Herodot. & Valer. Maxim. lib. 7. c. 2.*
Idem penitùs habet Horat. lib. 1. Satyra 1. Plutarchus Socratem huius dicti facit auctorem. V. Czás wßyſtko vśćnia.

Nałog wiele może.

τὸν μόσχον ἄρας, ταῦρόν ἐσθ' ὁδὸς τ' ἐρᾷν. *A.*
Taurum tollet qui vitulum sustulerit. *Petroni. exemplo Milonis Crotoniatæ de quo Plini.* Nempe à teneris consueuerat, *quod laudat Virgil.*
Iulius Viator consuetudine effecerat, ne potu vteretur in senectute. Plini.
Iumenta rectè ire condocefacta, etiam dimissis habenis a rectore, sine errore & offensa pergunt. Plutarch. Profecit poto Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent tæua nocere sibi.
Tu quoque cauisti cœnando tam male semper,
Ne posses vnquam Cinna perire fame .*s. assuetus eidem. Martial.*
De Mithridate idē scribit Plutarc. Plini. Gelli. Psyllos fugiunt venenata. *Suetō. Xiphili.*
μεγα μέν τι τὸ ἐθος ἑκάστοις. *Aristotel.* Magna res cuique est consuetudo.
Consuetudo naturâ potentior. *Curtius.* V. Nałog drugie przyrodzenie.

Na ludzie śie oglądać. Respektami śie vwodzić.
ἔξω βλέπειν καὶ πρὸς δόξαν ἕλκεσθαι. *Plutarch.* Foras prospectare & opinione

famáue duci. Sese quærere extra. *ex Perſio.*

Na malé ma probować, kto ſie boi ſzkodować.

Celocem prius quàm onerariam regere diſce. *Ex Apuleio.*

ἐρέτιν δεῖ πρῶτον γένεσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν. *Ariſtophanes.*

Remigem priùs eſſe oportet, quàm gubernaculo manum admoueas.

μὴ ἐν πίθῳ τὴν κεραμέαν μανθάνῃς. *Ex Platone Nazianzeno.*

Ne in dolio figlinam diſcas.

Namawiáć rowny przymuśićielowi.

ὁ πείσας χείρων τοῦ βιασαμένου. *Iſidor. Peluſiota.* Qui perſuadet deterior eſt cogente. *quia animum etiam flectit, quod violentia nulla poteſt.*

ἡ πειθὼ τοῦ βίας ἀργαλεωτέρα. *Idem.* Perſuaſio violentiâ moleſtior.

Qui monet, quaſi adiuuat. *Plautus.*

Namietność roſpuſzczona pewna zgubá.

Equo effreni currens, rogatus, quo iret? reſpondit: Quò illi placebit. *Apud Rhodiginum apologus in cupiditates effrenes.* ἡ ἐπιθυμία ἵππου ἀχαλινώτου. *Vel* ἀχάλινός ἐστιν ἵππος ἡ ἐπιθυμία. *A.* Freno carens equus cupiditas omnis eſt.

Na oſtatnia przyſłoſ. Orężt idzie. Przywiodł go na hak.

Res ad triarios redijt. *Liuius. in quibus vt pote fortiſſimis ſumma ſpes fuit.*

ἱερὰν ἄγκυραν χαλαστέον. *Lucian.* Sacra anchora ſoluenda eſt.

ἀφ' ἱερᾶς κινητέον *ſ.* λίθον. *Plato.* A ſacra linea mouendus eſt calculus.

Ad incitas redactus eſt. *Plaut.* De diuinis & humanis cernitur. *Idem.*

Pons à tergo ruptus eſt. *Carol. Bouill.* V. Odważył ſobie.

In acie nouaculæ res eſt. *Ex Homero Sophocle Theocrito. Et in Epigram. de Menelao & Paride ſingulari certamine decertantibus dicitur:*

ὑμῖν ἀμφοτέροισιν ἐπὶ ξυρῇ ἵσταται ἀκμή.

Nunc vobis vtriſque nouaclæ in acumine res eſt, *vel* ſtat.

ἔσχατον κύβον ἀφιέναι χρή. *Plutarch.* Extrema alea iacienda eſt.

Vocat labor vltimus omnes. *Virgil.* Ventum ad ſupremum eſt. *Idem.*

Ad raſtros, ad reſtim res redijt. *Terent.*

ὠδὶ τ' κρεῶν μάχεσθαι. *Ex Ariſtopha.* De carnibus dimicare, *vt facit lepus.*

—— ἐπ' ἄκραν ἤκομεν γραμμὴν κακῶν. *Euripides.*

Venimus ad vltimam malorum lineam.

ἀγῶνα θανάσιμον δραμεῖν. *Idem.* Agonem mortiferum decurrere.

ψυχῆς ἀγῶνα δώσων, ἐν ᾧ ζῆν ἢ θανεῖν ὑμᾶς χρεών. *Idem.*

Animæ certamen daturus in quo viuere aut mori vos oportet.

τ' ὠδὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν. *Ariſtophan.* De anima curſum currere.

τὸν ἐσχάτιον τρέχειν. *Suidas.* Vltimum curriculum decurrere.

Equus Troianus introductus eſt *ſi. extrema calamitas imminet. Cic. in VI Verrinâ.*

Quem

Quem concurſum factum in oppido putatis? quem clamorem? quem porrò fletum muliebrem, cùm viderent equum Troianum introductum, vrbem captam eſſe dicerent? *Apud Virgil. Simile quid*: Venit ſumma dies &c. armatos fundit equus.

Incenſa Danai dominantur in Vrbe.

ἀνόστεον οὐδὰ τέκῃ *Heſiodus.* Exoſſis. i. *Polypus*, ſuum pedem rodit, *nempe cùm deeſt cibus. Edaciſſimus enim eſt. brachia itaq; ſeu cirros ſuos vorat qui poſtea renaſcuntur.* ἔδω δ' ἐμαυτὸν ὡς πολυπους. *Alcæus.* Comedo meipſum more Polypi. Phocenſium deſperatio. *Vide* Odważył ſobie & Złé koło mnié.

Na piotruſzke. *Item* ná piotruſzke. Na to na owo ſ. wydatem.

Száfárzow ſłowá.

εἰς τὸ δέον ſ. ἀνήλωσα. *Zenodot.* Ad quod opus. *Vel* In id quod opus erat, expendi. *Dictum hoc, Periclis eſt, qui dum Aſtyagem Lacedæmonium regem, pecunia è publico accepta ſubmouiſſet ex Attica, rationem eius pecuniæ reddere iuſſus, erubeſcens confiteri dixit:* εἰς τὸ δέον.

Sic apud Ariſtophanem quidã interrogatus: Vbi haberet veſtem, calceos, *iocans reſpõdit.*

ὥσπερ Περικλῆς εἰς τὸ δέον ἀπωλέσα.

Velut Pericles perdidi in quod opus erat.

Diſertè id in Trinummo Plauti ſeruus interrogatus de pecunia ſibi ad diſpenſandum data enarrat. Lesb. Quid factum eſt eo? *ſ. argento. Staſim.* Bz.

Comeſum, expotum, exutum, elotum in balneis,
Piſcator, piſtor abſtulit, lanij, coqui, &c.
Quid quod dediſti ſcortis? &c. Quid quod ego defraudaui? &c. *Ibidem.*
Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. i. *abijt, perijt.*

Nápiſáć by waglem na ezluśćiách.

Vſurpamus hoc dictum cùm res aliqua inſperata & incredibilis accidit, quam nos miramur & memoria dignam dicimus aut fingimus, ridemúſue.

τᾶτ' ἐν πετωνίγεω ἀνθρακι γράφεσθ' ἄξιον. *A.*

Carbone ſcribi digna res in propnigeo.

Græci ſimili ſenſu dicunt. εἰς τέφραν γράφειν. In cinere ſcribere, *de re quæ contemnitur. Item* εἰς ὕδωρ γράφειν. *Lucian.* Aquæ inſcribere. *Sic & Catull.*

——— Mulier quod dicit amanti In vento & rapida ſcribere oportet aqua.

λευκῷ λίθῳ λευκὴν τύθμην ἐπιγράφειν. *E Sophocle.* Albo lapidi albam amuſſim (*lineam*) inſcribere. Kreta ná wapnié nápiſáć.

Poteſt huc trahi & illud Perſij. Res digna cedro, *ſed ironicõs prolatum.*

Na plac wyzwáć, abo wyſtąpić.

Ad ſcamma producere. *Tertullian.* Σκαμμα *dicebatur locus certaminis athletarum foſſa aut lineis cinctus.* Educenda eſt dictio ex domeſtica exercitatione

citatione & vmbratili, medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in caſtra atque aciem forenſem. *Cicero.*

Ad pugnam qui Rhetorica deſcendit ab vmbra. *Iuuenal.* (*Cicero.*) Ex vmbraculis & otio in puluerem & ſolē in aciem & diſcrimē doctrinā perducere.

Na plac wyſtąpiwſzy/ pozno abo prozno śie rozmyślać.

ἀγὼν ὲ δέχεσθαι σκήψεις ἢ προφάσεις. *Plato.*

Certamen nō recipit ſimulationes vel excuſationes. Neceſſitas feriis caret. *Palladius.* ἀγὼν προφάσεων ἐκ ἀναμένει. *Plato.* Certamen occaſionem tergiuerſationem non exſpectat. Bellum non permittit tempora legere. *Curtius.*

Τὸ ἀγῶν' ἐτελθὼν ὀψὲ τὴν βυλὴν λαβεῖς. *A.* Progreſſi in aciē ſera conſultatio.

Naplakać śie/ iáka taka vćiechá

Pocićhá gdy co boli/ námowić śie/ ábo wypowiedźieć do woli.

Animum leuant lacrymæ. *Seneca.* Exſatiet ſe (*flens*) & primū impetū effundat. *Idē.* Eſt aliqua voluptas cognata triſtitiæ. *Metrodorus. apud Senecam.*

—— Eſt quædam flere voluptas. *Ouid.* Expletur lacrymis egeriturq; dolor. *Idem.* Interdum lacrymæ pondera vocis habent. *Idem.*

—— Arbitrio tuo Implere lacrymis. fletus ærumnas leuat. *Seneca Troade.*

—— ἡ λύπη δ' ἔχει ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν —— τὰ δάκρυα.

Fructu ceu arbor gaudet, ira lacrymis dolor.

μέγα τοῖς ἠτυχηκόσιν, δυνᾶσθαι περὶ ὧν πεπόνθασιν εἰπεῖν. *Demoſthen.*

Magnum (*ſolatium*) infelicibus, poſſe de his quæ paſſi ſunt dicere, aut queri.

Naplwáć komu w káſze. i námowić zelżywie ſromotnie.

ἐξ ἁμάξης λαλεῖν. De plauſtro loqui. *more veterum comicorum qui in plauſtro ſedentes quosuis liberè & impunè dictis petulantibus & conuiciis inceſſebant.*

ἀδεὼς φθέγεται, ἀλλ' ἐξ ἁμάξης παῤῥησιάζεται. *Lucianus.*

Nemini parcit, ſed è plauſtro libere loquitur.

Σκώπτει ὥσπερ οἱ τρυγοδαίμονες. *Ariſtophanes.*

Cauillatur ceu ſolent perunctī fæcibus ora Pōētæ.

Illud verò Liuij: Os ſuum ad contumeliam præbuit. *Itemq; Ciceronis*: Os ſuum ad malè audiendum alteri præbuit. *interpretare.* Dał ſobie naplwáć w káſze. V. Náśrzeć vſzy.

Na pochyłe drzéwo rady kozy ſkacza.

δένδρον ὑπτίλινες αἶγες ἑαυτὰς φιλεῖ. *A.*

Capræ inſilire pronam amant in arborem.

ἅπαξ σε βλάψας, θαῤῥοῦντες ἔστιν πάλιν. *A.*

Impune læſit qui ſemel, lædet iterum.

ῥᾳδίως κινδυνεύσῃ ὅστις ἐν Καρί. *A.* Impune quisq; in Care facit periculum.

ἑρμαῖον

ἐρημαῖον ἐστὶ τ κακοήθων πᾶς ἥμερος. *Suidas.*

Lucrum eſt improborum omnis manſuetus, mitis.

Sic apud Æſopum lepores conqueruntur ſe ab hominibus, auibus, & feris conſumi. Et damæ apud Martialem. Partes in proclinatas ōne recumbit onus. *Ouidi. Vide.* Wßedy ná mie kśpić. Lćdá kto nádemna przebarßcza. Na vbogiego wßedy kśpić. Komu ſie nogá powinić. Złé być názbyt dobrem.

Na początku ßwankować, vſtawać.

In portu impingere. *Quintilian.* ἐν λιμένι προσκόπτειν. ἐν λιμένι ναυάγιον. *Nilus.* In portu naufragium. In limine primo deficere. *Virgi.* Cantherius in porta *ſ. labitur. Feſtus. Dictum Sulpitij Galbæ cui in prouinciam exeunti equus in porta concidit.* ὁ καλῶς προοιμιάζεσθαι. *Herodes Atticus.*

Non benè proœmiari. Male vti proœmio. *Rhodigin.*

Napominać kogo. Przypominać co komu.

Vellere aurem alicui vel alicuius. *Virgil. quia in aure memoriæ ſedem priſci ponebant teſte Plinio. vel quia in ius aliquem ducturi, alterius cuiuspiam aurem tangebant atteſtantes, ſeu teſtis inſtar adhibentes.*

Paupertas ſæpiùs aurem Vellit & dicit: Vilia cura. *Calpurnius.*

Aurem mihi ipſe peruellam. *Seneca.* Vellicata blandè auricula ſuſcitauit. *Paulinus.*

Napominać drugich natácniey.

ὡς τ πέλας μ νουθετεῖν βραχὺς πόνος! *Moſchus.*

Vt admonere proximum, eſt breuis (*paruus, leuis*) labor!

Thales interrogatus. τί χαλεπώτατον; Quid difficillimum? *Reſpondit:* γνῶναι σεαυτόν. Noſſe ſeipſum. *Iterum.* τί ἔυκολον; Quid facillimum? Rſp. ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι. alterum admonere. V. Drugiemu dobrzé poráđźiemy. á ćno dhorego ćiéßyć.

Napominane / pierwße ma być nż karanie.

Kto gárdźi ſłowy proſtemi / tego trzébá debowemi.

πρότερον παραινεῖν ἢ κολάζειν συμφέρει. *A.*

Monere quam punire conuenit priùs.

πρῶτον ἔπη, μεθεπειτα πόας βάλλ', ὕστατα πέτρας. *A.*

Verba prius, poſthac herbas iace, deniqúe ſaxa. *Vt fecit anus (in apologo quodam) puerum in arbore poma carpentem conſpicata, quæ priùs clamare & increpare eum fruſtra aggreſſi, herbas obuias vellens conijciebat, cùm nil proficeret, ſaxis & lignis coniectis eum depulit.* *Affine*, Pierwey ſuki. Nie záraz do twárdych ſłow.

Nášći piésun. *V.* Rozgniewány.

Nášći też / byś mie nié przeklinał.

Solent famelici vel guloſi famuli, hero ſuauius quid comedente & ipſis nihil porrigente, malè precari. itaq; cautiores humaniorésque heri porrigunt illis aliquid dicentes. Accipe,

ne mihi malè quid impreceris. *Simile quid habet Aristot. Sectione 20. problem. 34. Cùm de cibo, inquit, allato quid sibi aliquis sumebat, aspicienti impartiebatur dicens.* (λάμβανε) ἵνα μὴ βασκάνῃς μοι. Accipe ne me fascines. *Ob quam etiam causam rutam priùs sumebant, fascini antidotum, cùm auidiùs edebant, vel aliquem indignari aduertentes, aut in cibo noxam metuentes. addit alias causas valetudinis physicas.*

Na roboś zawołać.

Ad pileum vocare .s. *seruos.* Pileus enim erat insigne libertatis. *Qui ergo nouas res moliebantur & promissis magnis seditionem commouere volebant, ad pileum & ad libertatē vocabant vt dominos de fastigio deijcerent. Seneca. Liui. Gelli. Macrob. Suetoni.*

Na ſtó ſie rozgeſdał / przyniosł. Na ſwe złé to wzyął.

αἰὲξ μάχαιραν ὀῖσα. Capra gladium præbens offerens. *Vel sic.*
αἰὲξ μάχαιραν .ſ. εὗρηκε. Capra cultrum vel gladium inuenit, *vel defossum à quopiam casu pedibus eruit, quo à sacrificulis cultro carentibus mactata est. Zenobius.*
ἡ αἰὲξ καθ' ἑαυτῆς ἔφυσε τὰ κέρατα. Capra (*syluestris*) contra se produxit cornua .ſ. *ex quibus arcus factus est, è quo sagittâ missâ, ipsa confixa est.*
τοῖς ἀυτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. *Aristophan. Ex apologo de aquila, quæ videns se sagitta ictam dixit:* Nostris ipsarum alis capimur .ſ. *sagittis plumatis.*
καρπάθιος τ' μάρτυρα ſ. προσήγαγεν. *Archilochus.* Carpathius testem .ſ. *adduxit .ſ. in suum malum vt cum quis pro se affert scriptorem qui ipsius sententiæ vel causæ repugnat.* Remigiumque dedi, quo, me fugiturus, abiret. *Ouidi.*
βελλεροφόντης καθ' ἑαυτὸν vel κατ' ἐαυτὸν τὰ γράμματα. ſ προσήνεγκε. *Zenodot.* Bellerophontes literas aduersum se scriptas attulit. *Historia celebris est & nota ex Homero Hesiodo Horat. Ouid. &c. Alluſit & Lucianus.*
κατ' ἐαυτὸν βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον. *id est.* Contra seipsum Bellerophontes scripsit librum. *Seruius id moribus accommodat seu moraliter (vt vulgò dicitur) explicat. Mythologi etiam aliter more suo.*
Item in Bacchidibus Plauti, Chrysalus seruus literas à Mnesilocho filio Nicobuli ad patrem detulit, sibi (sed fictè) perniciosas futuras. Sic ergo habet Plautus.

Nicobul. Constringite illi manus. &c. *CHrysal.* Quid feci?
Nicob. Impinge pugnum &c. *CH.* Quis dixit? &c. *Nicob.* Tace,
Nullus homo dicit, hæ tabellæ te arguunt.
Quas tu attulisti, hem hæ te vinciri iubent.
CHrys. Aha! Bellerophontem iam tuus me fecit filius,
Egomet tabellas detuli vt vincirer.

Porrò vt Bellerophontes à Præto, sic Lysander à Pharnabazo literis acceptis proditus est: Itemq; Vrias à Dauide. quare eadem etiam sic possunt vsurpari. Lysander vel Vrias contra se epistolam. Cleisthenes quoq; Athenienſis ostracismum excogitauit, & ipse primus testularum suffragio damnatus est. Rhodiginus. Ælianus.
ζοφισμα κατ' σαυτὸν ζυνεθεικας. *Lucian.* Commentum contra teipsum composuisti.

Perillus

Perillus similiter Taurum aeneum reperit, quo ipse primus exustus est.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit. infelix imbuit auctor opus. *Ouid.*

Marium Imperatorem crudelem interficiens miles dixit: Hic est gladius quem ipse fecisti. *quia cultrarius faber antè fuit. Trebellius.*

Faber compedes. *ex Theocrito.* Ζιδηρεὺς ἀυτῷ πέδας ἐχαλκεύετο.

Faber ipse cudit compedes sibi. *Vel vt Ausonius dixit:*

Compedes quas ipse fecit, ipsemet gestet faber. *Trochaicus.* Hanc tabulam tuis cruribus dedolas. *Plaut.* κύσιν ὀστέα μηύειν. *Ex Epigram. Graeco.*

Canibus ossa prodere, *dicitur is qui aduersario suo consilia sua patefacit.*

Huc facit Apologus de Causidico stulto & reo astuto. Causidicus quidam reum insaniam simulare iussit, eumq; facile in iudicio defendit, quo facto pretium pactum ab eo postulauit, ille verò etiam tum insaniam fingens eum eluſit.

Sæpe suum proprium fecit puer ipse flagellum. *Anonym. ex Germanico.*

Affine, Sam śie ßpéči. Sam sobié winien. Twem čie oreżem porobię.

Náśladowcá głupi.

O imitatores seruum pecus. *Horat. qui, vt Cic. ait,* aut ea quæ facilia sunt, aut etiam illa quæ insignia ac pæne vitiosa consectantur imitando. *Et quos vt item Horat. dicit,* Decipit exemplar vitijs imitabile. *Symbolum horum est.* Simia. *Nam Simia videns infantem a nutrice calida lauari, vbi illa abijt, feruentem aquam puero infudit & exstinxit. Ælian. Indi venatores aqua lauant faciem spectantibus simius, & aliam pelum visco plenam relinquunt & abeunt, quo ille se lauant & capiuntur. Strabo. Item calceos induunt & exeunt, alioſq; visco plenos relinquunt, quos illæ induunt & capiuntur. Idem.* ὁ πίθηκος ἡ μιμὼ. ὅτι μιμεῖται τ ἄνθρωπον θηρευόμενος ἁλίσκεται. *Plutarch. Tzetzes.* Simia Mimo. *(quasi Imitatrix)* quia cum imitari hominem conatur, capitur.

Na ſtare śmieći śie wrocił.

εἰς ἀρχαίας φάτνας .ſ. ἀνεχώρει. Ad priſtina præſepia redijt .i. *à vita lauta ad priſtinam tenuitatem. Vicino ſenſu Plaut. Rudente.*

Salua res est, ad meum herum arbitrum me vocat hic, intra præsepes meas .i. *domum heri mei. quæ est mihi (seruus loquitur) vt præsepe pecudibus. Nam & Polonicum dictum sic vsurpari in bonam partem potest.* Wrocił śie ná stáry byt. Wie gdźić śie miał dobrzé. V. Byt dobry.

Sic Martial. in Dentonem parasitum suum, negligentem cœnam ipsius.

Sed te, Cùm fastidierit popina diues Antiquæ venies ad ossa cœnæ. l. 5. ep. 46.

Vsurpatur dictum Polonicum potissimùm, cùm quis munus vel officium præsertim vilius relictum, iterum obit.

Ná ſwe kopyto co abo kogo przerobić.

Tralatum à cerdonibus seu sutoribus, qui facile calceum ad aliam formulam factum ad suam accommodant. Simpliciter dixit Liuius. In suos mores formare aliquem.

Ná ſwem

Ná ſwem ſtanié ábo ßcześćiu ſaden nié przéſtáié.

Ita pleriq́ue omnes ingenio ſumus, noſtri noſmet pœnitet. *Terent.*
Suæ quemq́ue fortunæ pœnitet. *Cicero.*
Nemo ſua ſorte contentus viuit, laudat diuerſa ſequentes. *Ex Horat.*

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. *Horatius.*
εὐχετ' ἐφιππια βῶς ὀκνῶ, εὐχετ' ἀροτρα καβαλλης. *A.*
Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum. *Idem. Horat.*

Alijs quia deſit quod ament, ægrè eſt; tibi quia ſupereſt dolet. *Terent.*
κατ' ἰδίαν Φρόνησιν ἅπας εὐτυχεῖ. Nemo beatus eſt ſua ex ſententia.
βίοι μὲ ἀρέσκει οὐ παροιμιάζει ξένον. Nemo ſtatu contentus eſt vitæ ſuæ.

Iactare iugum (*ſuæ conditionis & ſortis*) *bos dicas cum Iuuenali* .i. *velle excutere.*
ἤπειρον οἰκοῦντες, θαλάτταν πόθεσι, καὶ πάλιν ἐν νήσοισιν οὖσες, ἤπειρον γλίχονται. *Hippocrates.* Qui continentem incolunt, mare deſiderant: & rurſus inſulani, continentem exoptant. *Affine*, Cudze rzęczy lépſze.

Náß / czy nie naß?

Amici an inimici es imago, ſciam. *Plaut.* Hoſpes an hoſtis? *Ouidi.*
ἡμέτερος εἶ, ἢ τῶν ὑπεναντίων; *Ioſue 5.* Noſter es an aduerſariorum?
Cuia vox prope me ſonat? Beneuolentis an inimici? *Plaut.* V. Obóietny 1.
Lyſander apud Plutarch. per agros Bœotiorum exercitum ducturus miſit ad eos interrogans. An per eorum regionem ire deberet ὀρθοῖς τοῖς δόρασιν ἢ κεκλιμένοις. rectis an inclinatis haſtis .i. *an amici an hoſtis inſtar.* V. Ná ięden wozku.

Ná tem wßyſtko. To grunt. Sumá wßyſtká.

πρῶρα καὶ πρύμνη. *Philoſtrat.* Prora & puppis. *Cic. tralatum à nauibus. quaſi dicas.*
Primum & vltimum hoc eſt. *Sic Theocrit.*

ἀνδρῶν δὲ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω,
καὶ πύματος, καὶ μέσσος· ὅς id eſt.

Virorum autem Ptolemæus primus dicatur, & vltimus, & medius.
Et Plato, Deum dicit. ἀρχὴν δὲ τελευτὴν καὶ μέσον τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχειν. Principium finem & medium omnium quæ ſunt habere.
Demoſthenes. Pronuntiationem Oratoriam dixit eſſe, τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον δὲ τὸ τρίτον .i. Primum, ſecundum & tertium.
Demoſthenes tribuit & primas & ſecundas & tertias actioni. *Cic.*
Simile quid de Diligentia dicit Cic. in 2. de Oratore, & vocem Diligentiæ *ſæpius repetit, quam Demoſthenes Actionis, eam ſimiliter commendans.*
Item Plutarchus de Educatione. πρῶτον καὶ μέσον δὲ τελευταῖον ἐν τούτοις κεφάλαιον, ἀγωγὴ σπουδαία δὲ παιδεία νόμιμός ἐστι .i. Primum & medium & poſtremum in his caput eſt, educatio proba & eruditio legitima.
Summa ſummarum hæc eſt, tardiloquum te eſſe iubeo. *Seneca.*

Quam

Quam penes amantum ſumma ſummarum redit. *Plaut. de Vexere.*
Ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit. *Terent.*
In hoc ſumma iudicij cauſaque tota conſiſtit. *Cic.* Summa illa ſit. &c. *Idem.*
Hic cardo cauſæ vel litis eſt. *Quintilian.*
In hoc fortunæ Græciæ poſitæ ſunt. *Cicer. ex Demoſthene, qui ait.*
παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα.

Nátrzec komu vßy/ Powiédźieć páćierz. Dáć łáćine. Náśpiewáć.

Atterere aures alicui. *Plaut.* Radere aures præſertim delicatas verebamur *Quintilia.*
Cantare ocyma alicui. *Perſi.* Mordaci radere vero (*veritate*) auriculas. *Idem.*
Pallentes radere mores. *Idem* .i. *ægrotos aut vitioſos. Cornutus.*
Audies quæ nolis. *Terent.* Piperata dicta audies. *ex Sidonio.*
Sale multo vrbem defricuit. *Horat. de Lucillio Satyrico.*
Confricare ſenſus comminationibus. *Gellius.* Verberare os alicui. *Cicer.*
Plura ex me hodie audies mala, quàm audiuit vnquam Clinia ex Demetrio. *Plautus alluſit ad aliquam veterem Comœdiam ſuo tempore notam, in qua Demetrius pater acerbè obiurgauit Cliniam filium. quomodo etiam apud Terentium Menedemus ſuum Cliniam & Chremes Clitiphonem in Heautontimorumeno tractauit.* (ſtultis.
τὸ ἀληθὲς πικρὸν καὶ ἀηδὲς τοῖς ἀνοήτοις. *Dio Chryſoſt.* Veritas acerba & inſuauis *Alexandrini certis hominibus mandabant vt ciuitatem totam peragrarent, & crimina ciuium accuratè cognoſcerent, eaq; certis diebus curribus vecti per plateas publicè concinendo proclamarent, ſtantes ante aliquam domum vbi ipſis placuiſſet. id verò fiebat ad morum correctionem. Suidas.* *Simile quid apud Athenienſes fuiſſe vſitatum idem ſcribit. Hinc, è plauſtro loqui.* V. Náplwáć w kałe & Geba dorzuci.

Na vbogiego wßiedy kápié. Chudobié/ vbogiemu wßiedy piſkorz. Komu zédrzeć pypéć/ iédno vbogiemu.

Pauper vbique iacet. *Ouidi.* Omnes dies pauperis mali. *Prouerb. SS. c. 15.*
Diues iniuſtè egit & fremet; pauper autem læſus tacebit. *Eccleſiaſtici 13.*
Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas. *Iuuenal.*
—— Libertas pauperis hæc eſt; Pulſatus rogat, & pugnis conciſus adorat.
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti. *Idem.*
Nec cogitandi ſpatium nec quieſcendi In vrbe locus eſt pauperi. *Martia.*
τὸ κατοδύστηνον πάντες ἄγουσι καὶ φέρουσι. *Lucian.*
Egentiorē omnes agunt & ferūt .i. *violenter & hoſtiliter tractant pro arbitrio. Cic. Virg.*
Non rete accipitri tenuitur (*al. tenditur*) neque miluio,
Qui malè faciunt nobis: illis qui nihil faciunt (*mali*) tenditur.
Terent. nempe auiculis paruis, mitibus, innoxijs.
τὸν ἄλλον ἀνάλκιδ' ἀπὸ δ' ἔλορ ἴαχεν Ἕκτωρ. *Homer.*
Alios ſpoliabat, à potentioribus verò (*qualis Hector*) continebat manus. *alij aliter legunt.* V. Dáley śie żywić. *ſed & ſic rectè alluditur ad nomen Hectoris fortis, vel ad di-*

uitem qui ἔχῃ. .i. habet. Et ἔχλος est tenens, possidens. In hanc sententiam est Epigramma Græcum Anonymi cuiuspiam elegans.

Φασὶ παροιμιακῶς, καὶν μὺς δάκῃ ἄνδρα πονηρόν,
ἀλλὰ τό γ' οὐχ ὅτῳ φημὶ πεσσῆκε λέγειν.
ἀλλὰ: δάκῃ καὶν μῦς ἀγαθὸς καὶ ἀπεράγμονας ἄνδρας,
τὸν δὲ κακὸν δειδὼς δήξεται οὐδὲ δράκων. .i.

Dicunt iuxta parœmiam: Vel mus mordeat malum virum,
Sed hoc non sic aio conuenit dici.
Sed: Mordeat vel mus bonos & litium fugitantes viros,
Malum verò timens ne draco quidem mordeat.

Antiphrasis est. Non enim probat id Pòèta, nec iubet ita fieri; sed indicat quid vulgò, licèt iniquè, fieri soleat. *Affine,* Zlé pochyle drzewo. Zlé być názbyt dobrem.

Náuczyłés mie rozumu. Bede na cie oſtrożnieyſzy.

πολλάκι μάγειρον ἐσόφισεν τὸ κυνάριον. *A.* Frequenter edocuit ſapere cocum canis. *Apud Æſopum Coquus cani fugienti cum arrepto pecudis corde, dixit:* ὦ ὄτες, ἴσθι ὡς ὁπουοῦν ἂν ᾖς, φυλάξομαί σε. ὃ γὰρ ἀπ' ἐμοῦ καρδίαν εἴληφας, ἀλλ' ἐμοὶ καρδίαν ἔδωκας. .i. Heus tu, ſcias vbicunque fueris obſeruabo te. Non enim abſtuliſti mihi cor, ſed dediſti, .i. *Sapientiorem & cautiorem me feciſti.*

Na vdaniu wiele należy.

Omnes res perinde ſunt vt agas & eas magnifacias. *Plaut.*

ἡ ἀποδοχὴ, τὰ μικρὰ μεγάλ' ἔγνω ποιεῖν. *A.* Res parua, cõmendatione magna fit. *Frequenter hoc leges apud Cicer. vt Epiſt. 3. ad Lentulam vbi de Trebonio ſcribens ait:* Confidit ob noſtram commendationem & neceſſitudinem, &c. meis literis ſe apud te gratioſum fore. *Et Terent.* Munus noſtrum ornato verbis quod potes. *Oratores item amplificationibus & affectibus vincunt, quin & malam cauſam ſæpe obtinent. quod de ſe Cicer. fatetur.*

Nauká gdy ſmakuie / ſporo i prędko ście poymuie.
Przyſmák nánki ábo powab/ dáie.

ἡδονή ἐστι ὃ μανθάνειν φίλτρον. *Strab.* Oblectatio eſt illecebra diſcendi. *Sic Horatius ait:* ——— Pueris dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint vt diſcere prima.
Et Lucretius de pharmaco amaro melle oblinendo ait:
Vt puerorum ætas improuida ludificatur. Honos alit artes. *Cicer.*
ὅπου ὁ μισθὸς κεῖσε καὶ τέχνη ἔσεται. *ex Ariſtophã.* Vbi præmiũ eſt ibi & ars erit.
καλῶς ἔγραψεν ὁ παῖς, δότε αὐτῷ φαγεῖν. οὐκ ὀρθῶς, μὴ δότε. *Lucian.* Pulchrè ſcripſit puer, date ei cibum. non rectè, ne detis. Ják praca/ ták płaca. *Quintilianus etiam cenſet:* Non inſtandum protinùs acerbè teneris, ne oderit (*puer*) quæ amare nondum poteſt. Luſus ſit, rogetur, laudetur. &c. *Eadem habet Plutarc. de liberis educandis.* *Simile.* Miłość wßyſtko ſłodźi.

Nauká

Náukà wielka/ nié záwße chwalná.

πολυμαθημοσύνης τ᾽ ἀ κενεώτερον ἄλλο. *Athenæus.*

Nil eſt inanius, quàm multa & varia ſcire .ſ. *inutilia, ſupernacanea, curioſa.*

Nil vanum magis eſt, quàm multa ſcientia vana.

Philoſophandum paucis. *Neoptolemus apud Ennium.*

In actis Apoſtol. c. 26. Feſtus S. Paulo egregiè coram ſe differenti ait: Inſanis Paule, multæ literæ te ad inſaniam conuertunt. Száleńcź od wielkiey náuki. *Id dictum eſt ex opinione vulgi, qui ſuſpectos habet nimis doctos, ne ab eis decipiatur, præſertim cùm aliqui doctrina magna abutantur. Sic Cato Cenſorius cùm audiſſet Carneadem legatum Athenienſem in Senatu Romano doctiſſimè & eloquentiſſimè perorantem; dimittendum quàm primùm vrbe cenſuit, quòd illo argumentante quid veri eſſet, diſcerni non poſſet. Plini. addunt aliqui, Carneadem tunc de iuſtitia in vtramq; partem diſſeruiſſe, vno die pro iuſtitia, altero contra iuſtitiam.*

ὐκ ἔστι γλυκερώτερον ἢ πάντ᾽ εἰδέναι, κ ἐγώ φημι, τ᾽ ἀγαθά. *Themiſtius.* (*Vulgò dicitur.*) Nil eſt dulcius, quàm omnia ſcire, & ego dico *vel* addo: bona.

Multa quidem nouit, ſed malè nouit omnia. *Ex Homero Plato.*

Qui addit ſcientiam, addit & laborem. *Eccleſiaſtes. c. 1.*

Na włóſku/ náłyczku. i ſłabo/ niéwarowno.

ἐπὶ τριχὸς κρεμάμενα. De pilo pendet. *vt enſis ſeta appenſus ſupra Damoclem in conuiuio Dionyſij. Cic. Macrob. Sidon. alluſit & Horat. l. 3. Oda 1.*

Δηὸ λεπτῆς μίτυ τὸ ζῆν ἠρτῆσθ. *ait Syneſius.* Vitam de tenui filo pendere.

Et Ennius. Hoc noctu filo pendebit Hetruria tota.

Εὐδαιμονία ἐπὶ ὀχυρίου ἠρτημένη. *Plutarch. de nauigantibus.*

Felicitas è filo pendens. *Affine,* Niebeſpieczno.

Na woyne. Ꝛ woyny. *vel ſic pleniùs.*

Do kadźć. Ná woyne/ ná woyne. A ty zkad. Ꝛ woynyć.

θρασὺς πρὸ ἔργου, ἐπὶ πολλῶ κακός. *Euſtathi.* Audax ante opus, vel in principio, plerunque eſt ignauus. (*abeſt. Pierius.*

Ceruus magnis cornibus erectis: *de apparatu bellico ſpecioſo ſed inani, cùm cor & animus* κακὸς θαρρεῖ μάλ᾽ αὐτόθεν, ἔπειτα δὲ φόβου ἐι. *Epicharm.*

Ignauus ſtatim de ſe confidit, poſtmodùm verò fugit.

Iuuenes diſſoluti & luxu attriti, facilè ad militiam proſiliunt ſemper. Exempla habes præter quotidiana plurima, etiam apud Plautum & Terentium. De Nautis illud eſt.

νῆας δ᾽ κωπέας αὖτ᾽ ὅπλων ἠλλάξαντο. Naues & remos armis permutârunt

---

Na woyne śie gotowáć.

Ad ſaga ire. Saga parare. Saga ſumere. *Cic. Sagum enim peculiari ſignificatione erat ſignum belli, & veſtimentum tempore belli, idq; militum tantùm Nonio teſte, quod tamen Conſulares non geſtabant. Tiraquell. ex Cic.* Allia parare vel edere. *Nam allia erant commeatus militaris. Suidas habet.* μὴ φάγῃ σκόροδα .i. Ne edas allia.

.i. *ne bellis adſis.* *Vicinum eſt illud.* Bellicum canere. *Cic.* .i. *hortari ad pugnam.*
Claſſicum canere. *tr. ex Cæſare.* Signa canunt ad congreſſum. *Liui.*

Nayde ludźié przygáne.

ὁ δῆμος μῶμος. Vulgus alter Momus. Vbiqúe Momum facile inuenias.
V. Dogodźić wßyſtkiem trudno.

Naydzi ſobié rownego.

Dares Entellum prouoca. *Vel* Si Dares es, Entellum laceſſe. *ex Virgil.*
βαλλ' ἐς ἐχοντα τὴν ἄτεχνίην. Impete peritum artis. *Vel* Iaculare in eum qui habet ſcientiam, vel nouit artem. q.d. *ego talis non ſum.*
τὴν ξ σαυτὸν ἔλα. *Callimach.* Elige tibi parem. V. Zone obieray ſtanu rownego.

Naydźié Bóg/ ábo pomſtá winnego. Nié ſtryićß śie przéd Bogiem.

ἑύρε θεὸς τ ἀλιτρόν. *Theocrit.* Reperit Deus nocentem vel impium.
ἑῦρε θεὸς τ ἄτιον. *Scholiaſtes Theocriti.* Reperit Deus reum.
θεῦ δὲ πληγὴν ὐκ ὑπερπηδᾷ ἔρπος. Plagam deorum nullus hominum tranſilit.
μένει δ' ἕκαστον ὅτ' ὤφ μέλλῃ παθεῖν. Exſpectat vnumquemq; quod debet pati.
ζυμέμνησοι θεῶν ποδώκεις οὖν κακόφρονας βλάβας. *Sophocles.*
Compendio occupant Noxæ deorum celeripedes malos viros.
κυνὸς δίκην .ſ. ἔδωκεν vel ἔχῃ. Canis (*occiſi*) vindictam dependit.
Alludendo ad canem Archelai regis Macedonum, ob quem occiſum Euripides perijt, ſed variant hiſtorici lege Valer. Maxim. & Gellium. alij alludunt ad cavem qui heri ſui homicidas Pyrrho prodidit, auctor eſt Plutarch. item ad canem qui furem fani Æſculapij violatorem prodidit. idem Plutarch.
——— ἔχῃ θεὸς ἔκδικον ὄμμα. *Homer.* Habet Deus vindicem oculum.
ἐς θεῶν ὦτα ἦλθεν. Ad deorum aures peruenit.
αἱ ἰβύκα γέρανοι. *Plutarch.* Ibyci grues. *qui huius Pòétæ occiſores prodiderunt.*
Ibycus vt perijt vindex fuit altiuolans grus. *Auſoni.*
ἀδράστα νέμεσις. Adraſtia Nemeſis .ſ. *aderit vltrix.*
ἔστι τίς θεὸς ἀδράστα, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρᾷ. *Lucian.*
Eſt dea quæpiam Adraſtia, & hæc videt.
Namq; Dieſpiter Plerunq; per purum tonãtes Egit equos volucremq; currũ. *Horat.*
Affine, Bóg śie ſtarzé. Pomſtá zlego nié minie.

Ná zab mi to nié pádnié. nié vtyie tem.

Labra id non palatum rigat. *Ex Homero, qui ait:*
χείλεα μέν τ' ἐδίην, ὑπερῶον δ' ὐκ ἐδίηνε.
Labra quidem rigat, at nequit humectare palatum.
Paſſerinum prandium *Pomponi apud Nonium.* Vt te obiectes leoni paſſerinũ prandiũ.
Gutta in mare, vel in rogum ardentem miſſa perit. V. Nié wiélka obrádá.

Ná zab

Ná zab mie ſobié wßyſcy wźieli.

μῦθ☞ ἐγενόμην. *Vel ex Luciano.* μυθεύεσθαι ἐπ' ἐμοῦ. Fabula factus ſum. *vt loquitur Horat. & Tibull.* In omnium fabulis ſum. *Suetoni.*
Iam nos fabula ſumus. *Terenti.* Fabula quanta fui? *Horat.*
Omnes Conuictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum De Rutilo. *Iuuenal.*
Ita nunc per vrbem ſolus ſermo eſt omnibus. *Plauti Simo de filio luxurioſo.*

πᾶσι μὲν στόμα☞, μᾶλ' ἠϊθέοισι μάλιστα. *Theocrit.*

Omnibus eſt in ore, & iuuenibus maximè.

νυνὶ δ' κιθάρα ἐγώ εἰμι αὐτῶν, καὶ ἐμὲ θρύλλημα ἔχουσιν. *Iob. 30.* Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium.

Ná zdrowie.

Vox eſt bene precantis alicui, ex variis occaſionibus.
ὅταν πτάρῃ, λέγε, Ζεῦ σῶσον. *Ex Epigrammat.* Cum ſternuit, dic, Salua vel ſerua Iupiter. *Poſt balneum.* εὖλουτος & ὡραῖος ζήσεις. Mundus & formoſus viue. *Poſt poculum exhauſtum ſimiliter dicebatur* ζήσεις. Viue. Viuito. Vixeris. Saluus ſis. *Sed apud Dionem Commodo Imperatori poſt poculum exhauſtum acclamatum ſic eſt ambiguo ſenſu .ſ.* Viuas diu vel moriaris ſtatim. *nam vtrumq; ſenſum hoc verbum recipit.* ὑγίαινε. *Generale eſt.* Saluus ſanus eſto.

Ná zielone świątki. *V.* Nigdy.

Miror verò cur id hoc ſenſu vſurpetur, cùm dies Penteceſtes ſemper virere ſoleant. Sed hic vt in multis aliis. Quid dicat, aut cur, ſcilicet cura populo eſt. *A.*

Ná zle muſtrzá mié trzéba. Złego (złey rzéczy) vczyć mié trzéba.

Káżdy w to ſam potráfi. Ná zle wnét námowiß.

Malæ naturæ nunquam doctore indigent. *P. Syrus.*
Eraſm. legit. Mala naturæ nunquam auctore indigent. *Sed ſenarius truncus eſt.*
αὐτοδίδακτα κακὰ ἐστὶ διδασκάλου ἄπολα δεῖται. *A.*
Mox mala diſcuntur nullo præeunte magiſtro.
Quoniam dociles imitandis Turpibus ac prauis omnes ſumus. *Iuuenal.*
Ταχεῖα πρὸς τὰ κακῶν ὁδοιπορεῖ. *Sophocles.* Celer perſuaſio malorum ſuccedit. Rerum malarum facilis eſt perſuaſio.

Affine, Łácno złem być. Nié trzéba go wiéle námawiáć.

Ná złem śie ráźié popiß / ſtuke pokaż.

ἐν πίσῃ τήρησον τὸν καρδίαν. *Syneſi.* In Piſa (.i. *in Olympico certamine periculoſo*) animum retine, firma. Ito per extentum funem. *Ex Horat.*
Nunc animis opus Ænea nunc pectore firmo. *Virgil.*
πρὸς τὸν νύσσαν κέντει τὸν πῶλον. *Nazianzen.* Iuxta metam equum ſtimula .i. *in negotio arduo vel in loco periculoſo diligentiam adhibe vel induſtriam & artem oſtende. Tractum à meta curriculi ſtadiorum. ibi enim & periculum erat maximum, ne fracto curru*

ad metam lapideam ſeſſor executeretur, & ars maxima, ſic proximè metam præterire, vt modiolus vel axis ſiniſter eam non attingeret, ob quod ſiniſter equus ſtringendus dexter incitandus erat. quod apud Homerum præcipit Neſtor Archilocho filio. Idem habet Sophocles in Electra & Theocrit. Horatius quoq; ait: Metaq; feruidis euitata rotis. *Et Ouid.*

Et modò lora dabo, modò verbere terga notabo,
Nunc ſtringam metas interiore (*ſiniſtra*) rota.

Et Tende precor valida lora ſiniſtra manu. *Alluſit & Virgilius in curſu marino.*

Radit iter læuum interior, ſubituſque priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis. *Affine,* Tu śie pokaż.

Na złey ſtkapić brodu probować. Na zły tálar gráć.
Do ſturmu chciáſtre puſczáć.

Peior equus glaciem primus perfringere debet. *Ex Anonymo rhythmic.*

ἐν τῷ κακῷ κίνδυνος ἔσω. *Ex Platone.* In Care (.i. *in homine viliſſimo*) faciendum eſt periculum. *Affine,* Ná málé probować. & Nie ſtrodá go.

Ná zły raz náwieść.

Ducere dolis in tranſennam. *Plaut. more aucupum.* nágnáć do ſieci.

Nedzá milczeć nié vmie. Vtrzywdzony ſźwierczy.

Difficile eſt tacere cùm doleas. *Cic.* Modũ tenere verborũ miſero difficile. *Curtius.*

Miſerum eſt tacere cogi quod cupias loqui. *P. Syrus.*

λαλίστατον ἄνθρωπος ἀτυχῶν. *Philo.* Loquaciſſima res homo infelix.

Rota plauſtri male vncta ſtridet. *Carol. Bouillus. tanquam ſi iniuriam paſſa & debito vnguine fraudata ſit queritur.*

Athenienſis quidam percuſſus ab alio, rogabat Demoſthenem vt ſuam cauſam ſuſciperet. Reſpondit Demoſthenes: Tu nullam iniuriam paſſus videris. Ille verò vociferari cœpit. Ego Demoſthenes iniuriam non ſum paſſus! Tunc Orator. Nunc ego inquit vocem læſi & violati audio. Tanti fecit contentionem vocis ad fidem faciendam. Plutarch.

Simile eſt illud Cic. Tu niſi fingeres, non ſic diceres.

Nedzá rzécz zazdroſciwa.

Eſt miſerorum vt maleuolentes ſint & inuideant bonis (.i. *felicibus.*) *Plaut.*

τῆς εὐτυχέων φθονεῖν πολλάκις δυστυχεῖς. *A.*

Vt plurimùm miſeri inuident felicibus.

In Rudente Plauti quidam poſt naufragium emerſus madidus totus & algens dicit:

O ſcirpe, ſcirpe! laudo fortunas tuas,
Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis. *Item.*
Vtinam fortunâ nunc anatina vterer,
Vti, cùm exiuiſſem ex aqua, arerem tamen. *Item.*
Vt fortunati ſunt fabri ferrarij! Qui apud carbones aſſidẽt, ſemper calent.

Nedznemu nikt nié zayrzy.

τῷ δυστυχοῦντι ἕδεν ἥδεως ἐπιφθονεῖ. *Ex Plutarch.*

Nil cala-

Nil calamitoſo quiſpiam inuidet homini.

Vulgare dictum. Sola miſeria caret inuidia.

ἡ μόνη ἐστὶν ἀθλιότης ἀνεπίφθονος. *A.*

Ni Bogu świecki/ ni cżártu oſogá.

Improbum dictum eſt hoc, nec vſurpandum. Nihil enim Cacodæmoni quantumuis exiguum & vile ab homine dandum eſt. potiùs dicat: Ni Bogu/ ni ludźiom. Nikomu niepożyteczny. V. Nic wart.

Nic dobrego nigdy nié widźiał/ nié ſkoſztował/ nié zázył.

ἐδ' ἅπαξ λόγῳ τῷ ἄρτῳ ἐμφορηθείς. *Lucianus.*

Ne per ſomnium quidem vnquam albo pane ſaturatus. Ani mu śie śniło o tem.

O hominem miſerum, qui ne vmbram quidem τοῦ καλοῦ (*boni honeſti*) viderit! *Cic.*

Nunquam pictum philoſophum vidit. *Idem.*

Nic doſkonálego w luckiey káżdey robocie.

Faciebat. Pingebat. Sculpebat. Ponebat. &c. Summi artifices operibus ſuis quantumuis aliorum iudicio perfectiſſimis & quæ mirando non ſatiamur, pendenti (.i. *dubio*) titulo inſcribebant: Apelles aut Polycletus faciebat. tanquam inchoata ſemper arte & imperfecta, vt contra iudiciorum varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam, velut emendaturo ſi quid deſideretur, ſi non eſſet interceptus. *Hæc Plini.* *In eandem ſententiam Ouid. de ſuis libris.*

Si qua meis fuerint, vt erunt, vitioſa libellis,
Excuſata ſuo tempore lector habe. *Et iterum.*
Quicquid in his igitur vitij rude carmen habebit,
Emendaturus ſi licuiſſet erat. *ſ. auctor Ouidius.*

μηδὲν τέλειον ἐν χειροκμήτοις ἔργμασι. *A.*

Perfectum in operibus manu factis nihil.

Humana perfecti nihil manus efficit. *Etiam natura imperfecta aliqua reliquit vt mures & ranas dimidia parte animans viuens reliqua parte lutum. Pierius.*

Nic-em dźiś nié zrobił.

τήμερον ἀδειάκα γραμμὴν ἤγαγον. Hodie nullam lineam duxi.

Dictum Apellis pictoris nobiliſſimi & diligentiſſimi. cui, vt inquit Plini. fuit conſuetudo nunquam tam occupatum diem agendi, vt non, lineam ducendo, exerceret artem, quod ab eo in prouerbium venit. Simile dictum eſt apud Suetonium Titi Veſpaſiani filij. Amici diem perdidi. *quod ille vſurpabat cùm veſperi aduertit, ſe nil cuiquā beneficij præſtitiſſe. Scipio Africanus non priùs foro abſcedebat quàm aliquem ex ijs in quos incidebat amicum & beneuolum ſibi quocunq; modo redderet. Ex Plutarcho qui addit id maximè faciendum eſſe in conuiuio.*

Nic mi śie z tego nie záwiąże. Nié vtyis tem.

Mihi iſtic nec ſeritur nec metitur. *Plaut.*

τί μὲ δεῖ πρὸς ἄλφιτ' ὀφελήσει; *ex Ariſtophan.* Quid mihi id ad farinas (.i. *ad victum*) proderit? V. Nic wielka obrádá.

Nic nad śíłę.

Vltra vires nihil aggrediendum. *Ex Homero qui ait:*

παρὰ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐθέλοντα πολεμίζειν .i.

Vltra vires etiam animoſo & incitato non eſt pugnandum.

Secundum camelum ſarcina. *Ex Adagiis Hebraicis:* Ne quid nimis. *&c.*

Vide affine, Co wczás. Miérá. Pomierz śie.

Nic ná świécie bez wady / bez przygany.

Nihil ſimplici in genere omnibus ex partibus perfectum natura expoliuit. *Cic.* Nihil eſt ab omni Parte beatum. *Horat.* V. Nic doſkonáłego. Káżdy ma ſwoie wádę.

Nic nowego ná świécie.

Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit priùs. *Terent.*

ἓν γὰρ ἅπαξ, οὐδὲ δίς, ἀλλ' ἀπειράκις δεῖ νομίζειν τὰς αὐτὰς ἀφικνεῖσθαι δόξας εἰς ἡμᾶς. *Ariſtotel.* Neque enim ſemel, neque bis, ſed infinitis vicibus eaſdem ſententias ad nos deuenire, exiſtimare oportet.

ὃ ἔστι πᾶν πρόσφατον (*al.* καινὸν) ὑπὸ τὸν ἥλιον. *Eccleſiaſtes 1. LXX.* Non eſt quicquam recens vel nouum ſub ſole.

Nic przed niem nic zamykay.

Ambiguum eſt dictum hoc, quale illud Neronianum apud Ciceronem de furace ſeruo: Solus eſt cui domi nihil ſit nec obſignatum nec occluſum. quod idem in bono ſeruo dici ſolet. *Et ita inquit idem Cic.* ijſdem verbis & laudare frugi ſeruum poſſumus (*quòd poſſis ei fidere & nihil claudere*) & ſi eſt nequam iocari (*quòd fruſtra claudas aliquid, ſiquidem illius improba induſtria, quâ aperiat, reperiet*)

πάντ' αὐτῷ ἀνεῳγμένα μηδὲν κλειστὸν ἐν οἴκῳ. *A.*

Nil illi clauſum eſt ſed cuncta patentia tectis.

Nic tám ſobie mé ſmákuie / gdźie tráce co wprzod miłuie.

Vbi id eripiatur animo tuo quod placeat maximè,

Ibi quidem ſi regnum detur, nõ eſt cupida ciuitas (.i. *expetenda al. cupita*) *Plaut.*

ὅπου τὸ φίλτατον ἀπεῖη, ἄχαρις μονή. *A.*

Ingrata manſio, vbi maximè quod amas abeſt.

Nic to mowiſz / gdy ócz proſiſz: To Nic / v mnie wnet vproſiſz.

In petitores aſtutos qui petita extenuant vt facilius obtineant, & dicunt. Exigua res eſt quã peto, nihil eſt: *ſed his etiam aptè reſpondetur:* Si nihil eſt, nihil dabo, habe nihil. *Sic Martial.* Eſſe nihil dicis, quicquid petis improbe Cinna,

Si Nil Cinna petis, nil tibi Cinna nego.

ἐπεὶ οὐδὲν αἰτεῖς, οὐδὲν αὐτὸ λάμβανε. *A.*

Quia nil petis, age id quod petis nil, accipe.

Nic

Nic tu było po tobié / ábo po niem.

Cato in theatrum. *Martial.* Cur in theatrum Cato ſeuere veniſti? *.ſ. tempore ludorum Floræ licentioſorũ & laſciuorũ, quos Cato grauitate ſua & opinione virtutis turbauit.*

Nic trwáłego ná świécie. wßyſtko przémiia.

Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum. *Plaut.*

—— Mortalia facta peribunt. *Horat.* Debemur morti nos noſtraq; — *Idem.*

—— Nec quod fuimúſue ſumúſue Cras erimus. —— *Ouidi.*

Gaudia non remanent, ſed fugitiua volant. *Martial.*

ἐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἐμπεδον ἀιεί. *Simonides.*

Rebus in humanis nulla eſt conſtantia certa.

μηδὲν τῶν παρόντων ἐν ταυτότητι μένει. *Agapetus.*

Nihil ex rebus præſentibus in eodem ſtatu permanet.

ὁίηπερ φύλλων γενεὴ, τοίη κ' ἀνθρώπων. *Homerus.*

Qualis foliorum generatio, talis & hominum.

ἡμεῖς δ' οἷάτε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη ἔαρος. *Mimnermus.*

Nos autem (*tales*) qualia folia producit multùm florens tempus Vernum.

Vt ſyluæ folijs pronos mutantur in annos,

Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas. *Horat.*

—Feſtinat enim decurrere velox Floſculus, anguſtæ miſeræque breuiſſima vitæ

Portio. *Iuuenal.* Nil ſemper floret. *Cicer.*

Non ſemper idem floribus eſt honos Vernis. *Horat.*

—Sunt ipſis quoque fata ſepulchris. *Iuuenal. quibus è marmore exſtructis & tumulis ornatis immortales ſe fore, ſtulti ethnici putabant, licet ſapientiores iſta riderent.*

νῦν ἄμμες, πρόθ' ἄλλοι ἐθάλλεον, αὐτίκα δ' ἄλλοι. *Plutarch.*

Nunc nos, ante alij florebant, mox alijque *.ſ. florebunt.*

Forma, genus, mores, ſapientia, res & honores,

Morte cadent ſubita, ſola manent merita. *Anonym. rhythmic.*

Paſcha diu optatum tranſigit vna dies. *Garnerus.* *Affine*, Odmian pełno. Żywot lucki/ bieg do śmierći. Szcześćie odmienne. Czás prętko vćiéka.

Nic wart. Nikczemny. Niépożytéczny. Nic po niem. Nié ſtoi zá/ &c.

Bono vſui eſtis nulli. *Plaut. de improbis ſeruis.* Nec ſibi nec alijs vtilis. *Cic. ſic:* Contemnuntur ij qui nec ſibi nec alijs proſunt, in quibus nullus labor, nulla cura, nulla induſtria. *Liuius ſimiliter.* Qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenij eſſe. Vappa. *Horat. Plini. homo nihili, ductum à vino cui ſapor perijt.* Nauci non eſt. *Plautus.*

ἀπολῶν θύλακον πάτει. *Suidas.* Simplicē ſaccului calca. *de rebus vel perſonis vilibus.*

ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων

ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ. *Heſiod.*

Qui verò nec per ſe ſapit, nec ab altero audita In mente reponit, hic rurſus inutilis

est vir. Terræ odium. *Plaut.* γῆς βάρος, ἄχθος. *Plato.* Terræ onus.
——ἐτήσιον ἄχθος ἀρούρης. *Homerus.* Telluris inutile pondus.
Barathro *vel* Balatro. *Horat. Varro. homo nihili, barathro dignus. Lauin.*
Ne digitum quidem eius causa porrigendum, *dicebat Chrysippus. Cic.*
οὐδὲ τὸ δάκτυλον κάμψαι τούτου ἕνεκα καθήκει. *Plutarch. Epictet.*
De lapide emptus. *Cic. .i. mancipiū vile, quia in lapide exponebantur venalia mancipia.*
ἁλώνητον, ἀνδράποδον. *Zenodot.* Sale emptum mancipium .i. *vilissimo pretio.*
θρᾷξ εὐγενὴς εἰ καὶ πρὸς ἁλὸς ἠγορασμένος.
Generosus es Thrax emptus (*exiguo*) sale.
Bambalio. *Cicero. homo nihili & lingua titubans.* Trioboli homo. *Plaut.*
Salillum animæ. *Plaut. de eo qui animam ad id tantùm habet vt viuat, ne corrumpatur vt carnes animalium sine sale.* *Sic &* Sui animam pro sale datam ne putrescat, *ait Varro Cic. Plini.* *De talibus etiam Clemens Alexandrin.*
ἀντ' ἁλῶν αὐτοῖς ἔχειν τὴν ψυχήν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα. .i.
Loco salis ipsos habere animam, ne putrescant carnes.
Γλαυκὸς ἀχρηστότερος. *Etymolog.* Inutilior blace, *pisce insipido.*
πονηρᾶ κόμμα. *Aristophan.* Malæ percussuræ. *Tralatum à nummis.* q.d. *Nummus male monetæ & reijciendus.*
ὄνος πόκοι *vel* πόκες. *Aristophan. interpres.* Asini villi. *de re inutili.*
ἀκαρπότερος ἀδώνιδος κῆπος. *Suidas.* Infructuosior Adonidis hortis.
Cepa putrida. τί χρεία σαπρομένου κρομμύου; Quis vsus putrescentis cepæ?
μικροῦ ὀβόλου τιμιον. *Suidas.* Exiguum oboli pretium.
ὀλίγου ἄξιος. Paulo dignus. ἑνὸς ἄξιος. Vno dignus.
οὐδὲ μόνου ἄξιος. Ne vno quidem dignus.
κορδύλης οὐκ ἄξιος. *Suidas.* Ne ligula quidem dignus. *Vel* Ne cordylæ quidem (*pisciculo vili*) dignus.
οὐδὲν ἔπ' ἐσθλόν. *Aristides de Nestore sene.* Nil ampliùs valet.
ἀκαρπότερος ἀγρέλαιος. *Suidas.* Inutilior olea syluestri.
Θαλλοφόρος. *Xenophonti Aristophani.* Thallophorus. *Rhodigino qui ad nihil aliud vtilis est, nisi vt ramos virides in pompa publica (qualis Athenis Panathenæorum erat) gestet.*
Sedenim qui in omni re atque in omni tempore
Omni vacat laude, is vir illaudatus est,
Isq; omnium est deterrimus atq; pessimus. *Gellius.*
σύκινος θεός. *Aristophan.* Ficulnus deus. Ficulnus vir. V. Ὀλβόθυρος.
χύτρινος θεός. *Idem.* Ollaris Deus. *de vili, contempto.*
Similia sunt. Ciupi. Gruby. Podlego stanu. Prożny chleb.

Nictam w ſmák nié bywa/ gdźie éie béz towarzyſtá zażywa. *V.* Samiici.

Nic abo

Nic. ábo Nié. Słowo odmawiaiącego komu czego. Nic nié dam. Nié vczynię.

Geneſ. 14. Abraham dicit: A filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt.

Φιλοξένυ γεαμμάτιον. *Suidas.* Philoxeni codicillus. *quem miſit Dyoniſio reuocanti ſe ad carmina eius probanda. fuit autem in eo codicillo aliquoties ſcriptum α, α, α, negans litera. vel vt alij volunt ὲ: τὸ ὲ Φιλοξένυ.* Philoxeni non. *Dicitur de eo qui alicuius poſtulationi obſtinatè refragatur & nil penitùs vult concedere.*

Affine, Nié bedźie z tego nic.

Nié barzoć to dobrzé/ áteli nié nagorzey.

Non optima hæc ſunt, neque ego vt æquum cenſeo;
Verùm meliora ſunt, quàm quæ deterrima. *Plaut.*
Nec nihil, neque omnia hæc ſunt quæ dicit .*ſ. ſeuerus pater in filium diſſolutum apud Terent.* Nié źléć mowi/ álénié wßyſtko też dobrzé.

Nié bárzo nas proßono/ wśćiągano. Nié vrwano żadnemu rękawá.

Summis labris nos inuitabat. *Ex Seneca.*
Non ſcidit penulam nos retinens, immò ne attigit quidem. *Ex Cicer.*
Inuitans nos vix extremis digitis laciniam attigit. *Ex Cicer.*
μόλις ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἥψατ κατέχων. *Ex Luciano.* Vix ſummo digito attigit retinens.

Nié báwie śie ia tem: dźiećińſkie to/ proſte/ podłe rzéczy.

παρ' ἐμοὶ πόκος ὲ κνάπτεται. Apud me vellus non carpitur. *Xenocratis dictum apud Suidam & Laértium, qui hominem rudem & geometriæ ac aſtronomiæ ignarum, ſcholam ſuam adeuntem abegit, dicens:* Ego vellus non carpo .i. *tam rudes prima elementa non doceo. Tractum dictum à Lanificina cuius ſunt multæ partes vel artes, primo enim vellus tondetur, tum maceratur, deinde hamatis pectinibus carpitur, poſtea excutitur & purgatur, denique netur, ad extremum tela ex filis eius texitur, quæ tandem à fullonibus politur. Poteſt id vſurpare vir in arte aliqua inſignis renuendo viliorem & ſe indignam prouinciam. Simile eſt illud Arceſilai apud Galenum.* Lanam in officinā fullonis. *verba Galeni ſunt.* οὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει. Nemo lanam rudem, vellus, in officinam fullonis defert. *Sic nemo ignarus Grammatices accedat ad Pòéticam vel Philoſophiam.*

Nié bedeć śie ia tobié ſpráwiał.

Tibi ego rationem reddam? *Plaut.* Tobié śie ia mam ſpráwiáć?
Vbi herus tuus? R. Vbi illi lubet, neque te conſulit. *Idem.*
Liber iurare. Tun' meo pontifex periurio es? *Apud eundem Leno.*
Quid adoleſcens quæris? quid vis? quid iſtas pultas? .*ſ. fores.* R.
Heus ſenex. Cenſus coniuratori (.*i. cenſori*) rectè rationem dedi. *aliter.* Cenſus cùm ſum, iuratori rectè rationem dedi, q. d, *tibi non dabo. alii aliter legunt.*

Nié bedźieß wiedźiał z kad-ćś rodem .ſ. ták ćie vżéſtuie.

Ita ego te ornatum & depexum hinc amittam, tu ipſe vt te non noueris. *Plaut.* Sic ego illum in timorem dabo, ipſe ſeſe vt neget eum eſſe qui ſit, meque vt eſſe autumet, qui ipſus eſt. *Apud eundem Mercurius de Soſia. Et poſtea Soſia percuſſus à Mercurio dicit:* Vbi ego perij? vbi immutatus ſum? vbi ego formam perdidi? An egomet me illic reliqui, ſi forte oblitus ſui? Egomet mihi non credo, &c. Fruſtrationem hodie hîc injciam maximam in horum familiam. *Idem Plaut.* Faciam vt quod videris, non videris. *.i. neges vel non credas te vidiſſe. Idem.* Non ſum apud me. *Terent.* Vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu. *Idē.* Obliuiſci ſui & nominis ſui, item matris, patris, affinium, *in hoc affectu leges apud Plaut. Cic. Plin. iuni. Senecam.*

ἐπιλήσῃ ἔ ὀνόμαϛός σϰ. Obliuiſceris nominis tui. *Vt Lucian.*

ἐπιλήσῃ ἑαυτϰ. Obliuiſcatur ſui. *Simile & illud:* Color ei mutatus eſt, vultus, oratio, mens denique excidit. *Cic.*

Nié bedźié z tego nic. Nié bedźié z tey rży máká. Nié vczynie tego.

ὄνϰ ἐρᾷ τριχίων ϰ ποιεῖ. Aſini cauda non facit cribrū. *Ex Aſini cauda non erit cribrū.* Sed nemo dabit. Fruſtra egomet mecum has rationes deputo. *Terent.* Arena ſine calce. *Sueton.* Per hanc tibi cœnam *(quam apud me ſperas & affectas)* incœnato eſſe hodie licet. *Plaut. paraſito dicit:* *In Rudente eiusdē Plauti Dæmones vir probus dicit:* Egóne vt quod ad me allatum eſſe alienum ſciam Celem? minimè iſtuc faciet noſter Dæmones *.i. ego id non faciā. al.* veſter Dæmones. *Sic dices.* Nequaquam id faciet veſter Petrus *.i. ego, qui ſum Petrus.*

οὐ λακεδαιμονίων. Non Lacedæmoniorum, *qui teſte Plutarcho. ſciſcitanti Philippo num ſe in vrbem admiſſuri eſſent reſponderunt iſto verbo magnis literis ſcripto.*

Multa exſpectata nunquam apparuerunt. *Seneca.*

Homo pictus ſedens & ſurgere parans nunquam ſurget. *Drexelli.*

V. Dármo robiß. Słowá to tylko. Bicz z piaſku nié bedźié. Mowią nié vczyni.

Niébéſpiécznie to. Oſtrożno tu trzéba. Jak po brzytwach, po ßydłách ſtąpáć.

Periculoſæ plenum opus aleæ Tractas. & incedis per ignem Suppoſitum cineri doloſo. *Horat. Obſerua duo adagia ſimul.*

ἐν φρέατι κυνομαχεῖν. *Suidas.* In puteo cum canibus pugnare.

διὰ δ πυρὸς βαδίζῃς. *Ariſtophan.* Per ignem incedis.

ὥσπερ δι ἀκανθῶν διβαίνοντες. *Lucian. de equitibus vacillantibus.* Quaſi per ſpinas ingredientes.

ἐπ' ἄκρων δακτύλων βαίνειν. *Lucian.* Summis digitis ingrediendum eſt. Ire per extentum funem, *Horat. periculoſum. præſertim per Catadromum vt Suetonius ait .i. deſcendendo.* Non benè ripæ creditur. *Virgil.* E naſſa eſcam petere. *Plaut. .ſ. periculoſum.*

Properas vltima noſſe mala Et miſer ignotos veſtigia ferre per ignes. *Properti.*

Rapidus

Rapidus fluuius eſt hic, non hac tranſiri temerè poteſt. *Plaut.*
Ad teli iactum peruenire. *Curtius.*
Sub ictu teli verſaris. *Capitolinus.* Intra teli iactum. *Virgil.* ἴσαι ψήφοι. *Suid.* Pares ſunt calculi .ſ. *iudicum abſoluentium & damnantium, quod periculoſum eſt.*
—— Dormire pendente ruina. *Iuuenal.* Inter ſacrum ſaxumque ſto. *Plaut.*
Inter ſacrum ſaxumq; poſitus. *Apulei. ceu porcus ſaxo cædendus in fœderum ſacris.*
μεταξὺ δ' ἄκμονος θ' καὶ ζφύρας. *Origenes.* Inter incudem & malleum .ſ. *ſto.*
ἐπὶ ξυρῇ ἀκμῆς. *Homerus.* In acie nouaculæ .ſ. *eſt aliquid.*
φρουρῆσαι ἐν ναυπάκτῳ. *Zenodotus.* Excubare in Naupacto. *vbi Præfectus excubiarũ occiſus erat.* ὑμῖν ἀμφοτέροισιν ἐπὶ ξυρῇ ἵσταται ἀκμή, *Epigramm.*
Veſtra vtriuſque res in nouaculæ ſita eſt acumine.
ἐπὶ ξυρῇ τύχης. *Sophocles.* In nouacula fortunæ .ſ. *ſitus.*
ἀργῷ λόφῳ. *Euripid.* Argi collis. *de loco vel negotio periculoſo. Eraſm.*
δι' ὀξείας δραμεῖν. Per cuſpidem haſtæ currere. *more circulatorum vel militum.*
Nunc hæc res ad ſummum puteum geritur.
Non tu ſcis, cùm ex alto puteo ſurſum ad ſummum aſcenderis,
Maximum periculum inde eſſe, à ſummo ne rurſum cadas. *Plaut.*
Mures migrauerunt. *Ex Cic. qui ait:* Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Itaque non ſolum inquilini, ſed etiam mures migrauerunt. Aſſon eas.
V. Κτο chcé vpornić wdoł. Echinus lapillis ſe opplens *tempeſtatis futuræ ſignum. Baſilius. Ambroſius.* Viſo opus eſt, cauto opus eſt. *Plaut.*
τὴν ἔγχελυν ἀπ' οὐρᾶς ἔχεις. Anguillam cauda tenes.
Canem inteſtina guſtare periculoſum V. Zakuſił. πρὸς τ' Σκίρρωνα τείνεις. *Plato.* Ad Scirrhonē tendis. *Latro is fuit qui trãſeuntes è rupe in præceps agebat. Meminit Ouidi.*
τ' αἰγαῖον πλεῖ. ſ. κόλπον. *Ælian.* Ægæum mare vel ſinũ nauigat. *periculosũ etiã Perſio.*
ἐν ἀγκάλαις κυμάτων. *Suidas.* In vlnis fluctuum .i. *inquietè & periculosè.*
νυκτὶ πλεῖν. *Chryſippus.* Noctu nauigare. *alij dicunt* οὐ νυκτὶ πλεῖς. Non nocte nauigas, *cùm aſtra nautas dirigunt. & ſic idem ſenſus erit .i. in incertum vel periculosè.*
Tyria Maria. *Feſtus .ſ. ob infeſtationem Pœnorum Tyriorum periculoſa.*
Oues illius haud longè abſunt à lupis. *Plautus.*
λυκεῖον πῶλον πίνειν. *Zenodot.* Lupinum vel Lyceum potum bibere. *Eſt, periculo vitæ voluptatem capere. more auium quæ cùm ad fontes Apollinis Lycei λυκείου, melle & vino ſcatentes aduolabant, ſagittis configebantur.*
μαλέαν ὃ κάμψας, ἐπιλάθου τ' οἴκαδε. *Strabo.* Maleam (*promontorium periculoſum*) præternauigans, domus obliuiſcere. *ob præſentiſſimum periculum.*
Inter Scyllam & Charybdim nauigas. *ex Homero & Virgil.*
ὥσπερ ἐπὶ ξύλου πλὴν κεφαλὴν ἔχειν. *Ariſtophan.* In trunco caput habere .ſ. *ſub ſecuri.*
ἅλας ἄγων καθεύδεις. Salem vehens dormis. *qui facile aqua naui illapſa diſſolui poteſt.*
Præſentemque viris intentant omnia mortem. *Virgil. de nauigantibus.*

ὠδῖνά τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ ζοφῶ. *Æſchylus.*

Sollicitudinem parit nox gubernatori ſapienti.

ἔρρει τὰ καλὰ, γυμνὰ τὰ κακὰ, ὁ πλοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, πυρσὸς οὐδαμοῦ. *Nazianzen.*

Diffluxere bona, mala nuda ſe oſtendunt, nauigatio in nocte, fax nuſquam.

ἐν ἀρῷ γενέσθαι ἢ κινδύνῳ. *vel* κίνδωνον. *Syneſius.* In cute periculi vel periculũ verſari.

ἐν πυθίῳ κέσαι ἢ ἀποπαλῆσαι. *Suidas.* In Pythij Apollinis templo aluum deijcere .ſ. *periculoſum. Ædificárat id Piſiſtratus Athenienſis & inſcripſerat, ne quis iſtic aluum exoneraret. quod cùm negligeretur, per edictum tale facinus capite ſanxit; fruſtra: tandem cuſtodibus appoſitis, quendam deprehenſum ſub præconis voce virgis cæſum capite multauit.*

πάντες ἔσαν βιότῳ μεσηγὺς ὁμῶς καὶ ὀλέθρῳ. *Q. Calaber.*

Omnes erant medij inter vitam & mortem.

Neceſſe eſt ſuſpenſos pedes ponere per ſpinoſa ambulantem. *Seneca.*

κίνδωνος ἡ ἐν πρῴρᾳ σελίς. *Zenodot.* Periculum *(eſt, vel periculoſa eſt)* ſella in prora, *quia ea pars nauis prior excipit incurſus fluctuum, ſcopulorum, hoſtium.*

γόργονα ἐπιχειρεῖν. Gorgonem aggredi .ſ. *periculoſum, nempe ſaxificam.*

Χελώνη προβαλέρω τὴν κεφαλὴν προβεβλημένα κινδυνεύει. *Plutarch.* Teſtudo longiùs caput proferens periclitatur. *Sic & Liuius.*

Teſtudo vbi collecta in ſuum tegumen eſt, tutam ad omnes ictus eſſe video: vbi partes aliquas exſerit, quodcunque nudauit, obnoxium habet.

κολοφώνιον ὑπόδημα ἀναγκαῖον. Colophonijs calceis hîc opus eſt. *cùm quid periculoſum agitur. vt cùm obſcœna leguntur, audiuntur, videntur. bis enim calceis cauis (quales noſtrates) tutiùs lutum calcabatur.*

De voluptatis etiam turpis occaſionibus rectè vſurpes illud Vel Lycurgus hic periclitetur Vel Hippolytus corrumpi poſſet. *Sic Lydus Plauti pædagogus videns diſcipulum ſuum inter medias illecebras Venereas verſari ait:*

Ita me dij ament, vt Lycurgus mihi quidem
Videtur poſſe hîc ad nequitiam adducier.

Ouidius quoq; agens de ſimilibus ad nequitiam occaſionibus ait:

Illic Hippolytum *(caſtiſſimum iuuenem)* pone, Priapus *(laſciuus & nequam)* erit.

V. Ani mie tám. Niedowierzay.

Nié biégły w czem. Niebywaléc. Nié świádom czego.
Nié wie gdźié koza gnano. Inßego świátá człowiék.

In Tragœdia Comicus. *Plaut. ait:* Indoctior ſum quàm in Tragœdia Comici.

Homo recens nuperus & nouitius. *Idem.*

Peregrinus hoſpes & aduena. *Cic.* In alieno foro litigans. *Martial.*

ἔκφυλος καὶ ἄποικος, ὥσπερ ἐν ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ γεγονὼς & ζῶν. *Lucian.* Alienus & peregrinus, tanquam in alio quodam mundo natus & viuens.

Sub alio cœlo ortus. *Macrobi.* Aure tenus expertus tumultus. *Prudentius.*

Viam in forum ignorat. *Marſilius Ficinus.*

νήπιος εἰς ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν ἠλύθεσθας. *Homer.* Stultus es hoſpes aut è longinquo ades. Jákbyś z inßego świátá.

Non

Non venit, vel non fuit vnquam in aſtu. *ex Terentio .i. in vrbem ex Pyræo ſuburbano nunquam venit.* (Proſtak/ Wieśniak. *qualis ſenex* Veronenſis *apud Claudian.*) Nam Athenienſes vrbem ſuam vocabant τὸ ἄστυ, κατ' ἐξοχήν, & *quia in vrbibus degentes ſolent eſſe induſtrij, aſtuti, luxurioſi, corrupti, ideò qui frequentat aſtu .i. vrbem, aſtutus & vitioſus habetur; qui non frequentat, ſimplex. Donat. Aſconi. Et Cic. pro Sexto Roſcio,* In vrbe luxuries &c. *fusè, itemq; de vita ruſtica frugali, ſimplici &c.*
Qui cum ſolis Stoicis verſatur neſcit qualia docent Plato & alij: *ſicut vxor Gelonis putabat fœtentia eſſe ora omnium virorum velut ſui mariti, quòd cum nullo alio verſata fuiſſet. Lucian.*

Nie bierz cźego ábo gdźieś mię położył.

ἂν μὴ κάθῃθα, μὴ ἀνέλῃ. *Ælian.* Quæ non poſuiſti, vel non depoſuiſti, me tollas. *Biblius inter eundum quid conſpiciens ab aliquo perditum, præteribat intactum,* ἡ γὰρ ἡγεῖτο τὸ τοῦτο εὕρεμα ἀλλὰ ἀδίκημα. Non enim putabat hæc inuenta ſed iniurias.

Nie bitą mię za ſłyſz. *V.* Co mi tego zá niewola.

Nie bij mię w gębę / nie karmiß mi ręy. Wiele mnie gobá kośztuie.

μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς. *Theocrit.* Ne mihi vacuam abſtergas, vel attingas .ſ. *maxillam aut manum.* q. d. Cùm me non paſcas, nec in manum quicquam des, non me tangas. *Metuentis colaphum vel alapam, dictum hoc eſſe vult Eraſmus.*
Sed melius Vitus Vinſemius, dictum hoc vſurpari cenſet in eum, cuius offenſionem & iram contemnimus, quemq; nocere nobis vt velit non poſſe exiſtimamus. Scholiaſtes Theocriti illud verbum Vacuam interpretatur menſuram, ſic: Non vereor ne mihi menſuram (demenſi diurnam) deradas .i. malignè dependas ſine cumulo ac non plenam, vt ſeruis heri fraudulenti vel irati faciebant. Hæc interpretatio quoq; bona eſt, & ad eundem ſenſum tendit: inſinuat verò præterea ſic loquens, ſe non ſeruum eſſe minantis.
πασσάμενος δπτάσῃς. *Item Theocrit.* Vbi paueris impera.
In eum dictum aut Eraſm. & Vinſemius, qui imperioſus eſt in eos, in quos nihil iuris habet & de quibus nihil eſt meritus. Ad eundem modum dicere licebit: πασσάμενος τύπτῃς *vel* πλήσῃς. Vbi paueris percute. *Et:* μὴ πασσάμενος μὴ τύπτῃς. Cùm non paſcas me, non percutias. *Henric. Stephan.* πασσάμενος *hîc ſignificare ait, vbi guſtaueris vel comederis. ſed nullum ſenſum Pòëtæ conuenientem hæc interpretatio habere poteſt, vt ſatis patet legenti. Alludit porrò dictum hoc ad ſeruilem conditionem vt & prius dictum eiuſdem Pòëtæ.*

Nie bytés ná mych krzcinách.

Qui tu ſcis? an fortaſſe fuiſti matri meæ obſtetrix, Qui id tàm audacter dicere audes? *In Plauti Captiuis, quidam refutans alium de ortu ſuo & conditione differentem, ita reſpondit.*

Niech bodźie co chcé. Co bądź to bądź. Niech zginie chociaż wszyſtko.

Stulti, irati vel deſperati hominis dictum.

Omnia.

Omnia vel medium fiant mare. *Damon iratus moriturus apud Virgil.* — Cras vel atra Nube polum pater occupato. *Horat.* Vel cælum nunc ruat. *ex Terent.* Vel fractus illabatur orbis. *ex Horatio.*

Mecum omnia abeant. trahere cùm pereas lubet. *Medea Senecæ.* Felix quiſquis bello moriens. Omnia ſecum conſumpta tulit. *Seneca Troade.* Minùs laboro, te ſi habeo. per me pedibus trahantur iſta vel omnia. *Cic.*

ἐμῷ θανόντες γαῖα μιχθήτω πυρί .i. Me terra flammis miſceatur mortuo. *Senarius eſt vetus improbi cuiſpiam apud Sueton.* V. Po mey śmiérći. *Simile illud Varronis apud Nonium.* Cælum ruere, dummodo magiſtratum adipiſcantur, exoptant. *Adde vocem Agrippinæ Neronis matris:* Occidat, regnet modo. V. Chćiwość 1.

Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitæ, tertium Orco ſpondeo. *Cæcilius.* Si ſapis, ne poſtules ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri; ſed ita fieri quæque velis vt fiunt. *Epictetus Græcus.*

Niech Bog rádźi/ o ſwey szkádźi.

Permittes ipſis expendere Numinibus, quid
Conueniat nobis, rebuſque ſit vtile noſtris,
Nam pro iucundis aptiſſima quæque dabunt dij. *Iuuenalis Satyra 10. vbi plura in hanc ſententiam egregia homo Ethnicus adijcit.*

ἄστα δ' ἔπειτ' ἔσται, ταῦτα θεοῖσι μέλει. *Theognis.*

Quæ poſthac erunt, hæc dijs curæ ſint.

Permitte diuis cætera. *Horat.* *Socrates aiebat:* Nihil aliud à dijs petendum, quàm vt tribuerent bona, quòd ij ſcirent quid vnicuique foret vtile. Nos autem plerunque id votis expetimus, quod non impetraſſe melius foret. Deos vota non exorent, ſed admoneant. *Seneca.*

τό μοι δοκεῖ εὖ λέγεσθαι, θεοὺς ὑμῶν εἶναι ἐπιμελουμένους. *Plato.* Hoc mihi videtur rectè dici: deos noſtri curam habere.

Quidam perplexus & anxius Deo ſe tandem commiſit, & orationis loco alphabetum ordine recitauit, in fine addens: Domine iunge tu literas, & quod tibi magis placuerit, mihiq; expedierit concede. Drexellius ex Salmeronis tomo 10. tractatu 11.

Nie chce śie niem ábo toba pyſkáć.

Nie godźienćś ábym śie z toba ſwárzył. Piiawká wrzodu śie nie ima. *Ruſſi.*

Nos hac à ſcabie tenemus vngues. *Martialis in detractorem quendam cuius nomine ſuos libros fœdare ſe nolle (quod ille optabat) refellendo illum, profitetur.*

Pellem rodere non lubet caninam. *Ex eodem Martiali .i. maledicum maledictis vlciſci nolo: nec lutum luto purgare.*

Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt. *idem Mart.*

Seruantur magnis iſti ceruicibus vngues,
Frangere tam paruas non didicêre feras *Idem.* Non facit ad ſæuos ceruix niſi prima leones &c. Deſperanda tibi eſt ingentis gloria fati.

Non po-

Non potes hoc tenuis præda ſub hoſte mori. *Idem de lepore cum leone ludente.* Præda canum lepus haud leonis. *Ex eodem.*

Canis Alexandro M. à rege Albaniæ miſſus, emiſſis damis apris vrſis, eos contemnens non ſe mouit; in leonem verò & elephantum emiſſum proſilijt & confecit. Plinius.

Ab humilibus (*i. abiectis ſordidis, licet moleſtis*) vt ab animalibus paruis, obterentem inquinantibus, abſtinenda manus eſt. *Seneca.* Pluſkwy nié rozćieray.

ἐλέφας μὲν οὐχ ἁλίσκῃ. Elephas non capit murem.

Apud me vellus non carpitur. *Vide* Vlié báwie śie ia tem.

ἀετὸς θρίπας παροράᾳ. Aquila thripas deſpicit. *i vermiculos arborũ vel auiculas paruas.*

οὐκ ἀπαγλωτήσομαι. *Ariſtophan.* Non inceſſam lingua, ſeu conuicijs.

μηδὲ κακῶν ἑτάρων μηδ' ἐσθλῶν νικητῆρα. *Heſiodus.*

Nec malos ſocios nec bonos vincere velis certando.

τὸ Δίωνος γρύ. *Suidas.* Dionis gry. *Philoſophus hic adoleſcenti ſe conuicianti nil reſpondit turba hominum ſequente, ſed tantùm cùm veniſſet domum dixit:* οὐδὲ γρύ. Ne gry quidem. *ſ. ex me audies.* q. d. *contemno te.*

Aper fugiens canes, aſinum ſe irridentem & inſultantem, indignum duxit vlciſci, & tam vile pecus tangere. *Fàërnus.*

Hoc ſcio pro certo, quod dum cum ſtercore certo.
Vinco ſeu vincor ſemper ego maculor. *Anonym rhythmic.*

Affine, Vlié rownia mnié ztoba. Vlégodźiénéś tey ſtawy.

Vlécháat tego Bóg.

Dijs aliter viſum. *Virgil.* Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. *Idem.*
Inuidit fortuna mihi, ne regna videres
Noſtra, nec ad ſedes victor veherere paternas. *Idem.*

Dijs inuitis. *Catullus.* ἀέκητι θεῶν. *Homerus.*

Dijs iratis. *Cic. Liui.* Deo irato meo. *Teren. ſ. genio.*

ἀλλ' ἀντέπεσε τοὶ ἐπ' ἄγκυραν θεός. Sed anteuertit anchoræ iactum Deus.

Vlécháć/ iédno niéch dáć. Vlécháć zdrow/ káć/ kiédy dáć.

ἐπειδὴ δίδωσιν, ὀνειδιάτω. Quandoquidem dat, increpet.

Vel, Siquidem paſcit, obiurget. *vt ſuprà. ſub* Vlié biy mie w gebe.

εἰ χεὶρ παρέχοι ὃ δέον, στόμα λεγέτω ὃ θέλοι. *A.*

Si manus præbet quod opus eſt, os loquatur quicquid vult. *Vel.*
Si dat bona manus, lingua dicat quod lubet.

Potes & illud Plautini Lenonis. Facile ego ictus patior argenteos, *huc accomodare, dicẽs:*
Facile ego obiurgationes perpetior argenteas. *Nam & ſolea puer rubra obiurgatur apud Perſium.* V. Od táſkáwey reki nié boli. & Krzywdá od dobrodźiéią.

Niech mie niégłaſzczé/ á niéch mie nié bié. Nié chwal mie/ á niégan mie.

μήτε τ' λυδῶν καρύκκας, μήτε μασίγων ψόφους. *ſ. θέλω. Suidas.*

Nec Lydorum caricas ſeu condimenta, nec flagrorum ſtrepitus *ſ. volo* .i. Nec blandimenta amo nec conuicia. *Lydi deliciis erant infames & caryeas eorum vocat Heſych. offam ex ſanguine & variis condimentis: ex melle ſimilagine Athenæ.*

Ne vulneres me malo quam ſanes. *Seneca.*

τὸ αἰσχὲν αἰνεῖν καὶ ψέγειν ἀνδρὸς κακοῦ. Laudare eundem carpereque viri eſt mali.

μὴ τραυμάτιζέ με μήτε θεραπεύ ἔμπαλιν. *A.*

Ne vulneres me malo quàm vt ſanes dein. V. Obráżiwßy leczyć.

Niech śie kurzy.

Aſotorum pecuniam profundentium verba ſunt. Similia apud Plautum prodigentis peculium quod pro capite ſeu libertate redimenda ſernárat.

Vapulat peculium (*vel potiùs vt Douza legit*) Vapula peculium, actum eſt, fugit hoc libertas caput. *quia profuſâ pecuniâ non habeo quid dem pro capite, ſeu libertate.*

ἐμπιπλάμεθα παρ ἑτέρεις τ πολυτελῶν, ὡ δὲ πολέμιας ἀφειδῶς ἐπισιτίζόμενοι. *Plutarch.* Impleamus nos apud alios cibis ſumptuoſis, & fruamur velut ex hoſtili regione raptis affatim nos cibis onerantes.

Affine eſt illud: His Medus nō inſidiabitur. V. Niezoſtáwuymy nic nieprzyiaćiołom.

Niech śie on gniewa/ á my iedzimy/ á my śie śmieymy.

Dum ridebunt ſaturi mordebunt famelici. *Plaut.*

Optimum eſt aliena inſania frui. *Plini. vterq;*

ὀκεῖν γέλως ἥδιστος ἐκ ἐχθρὸς γελᾶν. *Sophocles.*

Ridere de hoſte riſus eſt ſuauiſſimus.

ἡδὺς ἐστι γέλως ἐς ὀργίλον γελᾶν. Ridere ſuaue eſt bile percitum virum.

Vicinũ illud Martialis de cõuiuatore ſua carmina boſpitibus inter cœnandũ importunè legẽte.

Ille leget, bibe tu; nolis licet, ille ſonabit. Niech on czyta/ á ty piy. V. Swarzćié śie wy.

Niech táż bedzié.

Viceris. *Terent. ſic ait*: Adducti qui illam ciuem dicant. Viceris .i. *ſit ita.*

νικήσειεν ὁ παρά σοι τρίπους, ἐγὼ δὲ ψευδόμαντις ἀποφαυθείην. *Heliodor.*

Vincat tuus tripes, ego verò mendax vates videar. *Sumptum à tripode Veridici Apollinis aut veraciorum diuinantium. Vſus dicti huius eſt cùm proteruè pertinaci, victoriam in dicendo vltrò concedimus.* Tollo digitum. *inſtar gladiatoris in arena victum ſe fatentis.*

—— Per me equidem ſint omnia protinus alba .i. *bona, laude digna. Perſi.*

Nil moror, euge omnes omnes bene miræ eritis res. *Idem.*

Niech też drugi robi/ mowi/ buduié/ opátrzy.

ἕτεροι δ᾽ τοιήσουσι, ῥῆσις ὀλιγωρούντων καὶ ῥαθυμούντων. *Iſocrates.*

Alij hoc facient, eſt dictum negligentum & pigrorum.

Non eſt meum negotium. V. Niedbálé. & Jeden nád drugiego.

Nie chwal/ áż poznaß.

μὴ πρὶν

μή ποτ' ἐπαινέσῃς πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφήνως. *Theognis.*
Nunquam laudes virum priùs quàm exactè illum cognoueris.

Nié chwal nikogo przéd śmiercia/ abo przéd zášem. Poki kto żywy/ nie iest szczesliwy.

——— Scilicet vltima ſemper Exſpectanda dies homini, diciſque beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet. *Ouidi.*

—τ' δ' δαίμονα μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν πρὶν ἂν θάνῃ. *Euripides.*
Felicium Nullum beatum eſſe ante mortem cenſeas.

χρὴ δ' ὅποτ' εἰπεῖν ἀδέα ὄλβιον βροτῶν,
πρὶν ἂν θανόντ@ τὼ τελευταίαν ἴδῃς. *Idem.*

Nunquam oportet dicere beatum vllum hominem. Priùs quàm mortui ſupremum videris diē. *Sic apud Herodotū Solon reſpondit Cræſo. ad quod alludens Iuuenal. dixit:*

———Quem vox facunda Solonis Reſpicere extremæ iuſſit ſpatia vltima vitæ.

πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα. *Eccleſiaſtici 11.* Ante mortem ne laudes (*vel vt LXX, ne beatum voces*) hominem quenquam.

Dico tum vitam beatam fata cùm peracta ſunt. *Auſonius.*

Alius de alio iudicat dies, ſupremus de omnibus. *Plini. .i. quilibet homo alio die bonus, alio malus, prout facta ſunt eius cenſetur, vt iudicium verùm fieri de illo non poſſit, niſi extremo vitæ die, ſi probus tandem in fine appareat, vel ſecus.*

Nié chwal śie ſam.

Nec tua laudabis ſtudia aut aliena reprendes. *Horatius.*
Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe,
Hoc faciunt ſtulti quos gloria iactat inanis. *Cato.*

μήτε κατηγορέειν σαυτῦ, μήτ' αἶνον ἀείδειν,
ἔργα τά δ' ἀφραδέων, μέλει οἵσί γε δόξα κενόφρων. *Mylius.*
ἀλλ' ὅμως καύχημα κατέβρεχε σιγᾷ. *Pindarus.*

At ſimul gloriationem conſperge (*offunde*) ſilentio.

Nié ćiebiéć to ſłanuia.

Dij indulgentiùs tractant quosdam propter parentes auosq; (*probos,*) alios propter futuram nepotum proneporumque indolem. *Seneca.*

ἀ σοι, ἀλλὰ τῇ θρησκείᾳ. Non tibi ſed religioni, ceremonijs ſacris .*ſ. honos exhibetur.* *Ex Apologo Gabriæ de aſino ferente idolum ethnicorum, & ſuperbiente cùm videret homines ſe tranſeunte procidere adorabundos, ſed mox ei quidam dixit:*

ἀ θεὸς εἶ συ, τ' δὲ θεὸν ἄγῃς. Non deus tu es, ſed deum fers.

Meminit & Ariſtophanes huius ceremoniæ. Dictum quadrabit in eos qui alioqui viles, munus aliquod honorificum gerunt & ex eo ſuperbiunt, quales ſunt in aulis magnis officiales varij, præcones, legati, perfecti etiam ex Iudæorum abiectiſſima gente apud nos, Sacerdotes & feciales priſcorum ethnicorum. *Addit Gabrias Epimythium:* ὅτι τοῦτ' ἐν

ἀξιώμασι τιμωμένους δεῖ γινώσκειν ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. Quod oportet eos qui indignitatibus conſtituti ſunt cognoſcere, ſe homines eſſe.

Alter apologus: Chriſtianus tranſiens imaginem Chriſti, conſpicatus eam, venerabundus caput nudatum inflexit, Iudæus tunc obuius ratus ſibi illum honorem exhibitum, officioſiſſimè & humaniſſimè reſpondit: at Chriſtianus indignatus. Non tibi, *inquit*, ſed huic, *digito in effigiem Domini intento.* *Simile eſt illud:* Non tibi ſed Petro. *Sed rectè reſponſum eſt.* Et mihi & Petro. V. Nié ćiebié śie boié.

Nié ćieżą rogi ſelenowi/ áni ſkrzydła ptakowi/ ani owieś końowi. Dźiećiołowi ſwoy nos nié wádźi.

ὐ νῆα ἑαρύει ἰσὶ' ὐδ' ἅρμ' εἰ πρόκοι. *A.*

Nec vela nauem, nec grauant currum rotæ. *Affine,* Chléb w drodzé nié ćieży.

Nié ćiébié śie boie/ abo ſtánuie. Nié tyś mi ſtraßny/ ale to mſty.

Non tu, ſed locus *ſ. in quo tu ſtas, eſt mihi moleſtus.*

Apud Æſopum Lupus agno ex alio loco ſibi conuicianti & inſultanti reſpondit:

ὐ σύ με λοιδορεῖς, ἀλλ' ὁ τόπος (σύριγξ) ἐν ᾧ ἵστασαι *i.*

Non tu mihi conuiciaris ſed locus vel turris in qua ſtas.

Epimythion addit Planudes: περὶ τῶν ὑπομενόντων ὕβριν ἀπὸ ἀναξίων, διὰ φόβον ὑψηλοτέρων. In eos qui ferunt iniurias ab indignis, metu ſublimiorum.

Similis apologus apud eundem eſt de Lupo & hædo.

Quadrat & illud noſtratium. O kowaláć mi tylko idźie/ nié o kleßczé.

Nié coć wolno pátrz/ lécz co przyſtoyno. Nié co chce ſłodźi/ lécz co śie godźi.

Minimùm decet libere, cûi multùm licet. *Seneca.*

Quantò plùs liceat, tam libeat minùs. *Cleobul. apud Auſonium.*

Eſt aliquid quod non oporteat, etiamſi licet; quicquid verò non licet, certè non oportet. *Cic.* Neque enim quod quiſque poteſt, id ei licet; nec ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur. *Idem.*

Magis ſpectandum quid expediat, quàm quid liceat. *Sic S. Paulus 1 Corinth: 10.* πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' ὐ πάντα συμφέρει. πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' ὐ πάντα οἰκοδομεῖ. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. omnia mihi licent, ſed nõ omnia ædificant. μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομ' ἀλλ' ἃ συμφέρει. *Menander.*

Non quod mihi lubet accidat, ſed quod decet.

Quam vos eſtis maximè Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maximè vos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi vos vultis perhiberi probos. *Terenti.*

ὐδὲ λέγε, ὡς γέγονεν ὅτω πολλάκις, ἀλλ' ὡς πρόσηκεν γενέσθαι. *Demoſthen.*

Nec dicas, ſic ſæpe factum eſſe, ſed ſic decere fieri.

Nié gas tego iéßczé. Rychło to názbyt. Przéd záſem.

τὰ ἄμπια θερίζεις. Muſcum demetis. *teneras herbas priùs quàm ſuccreſcant ſuccidis.*

Aliter

Aliter hæc legit & interpretatur Henric. Steph. ex Euſtathio.
πρὶν ἢ σὺ ἰχθῦς ἑλεῖν, τὴν ἅλμην κυκᾷς. *Suidas.* Prius quam ceperis piſces, ſalſuginem miſces. Morus *poſt omnes plantas frigore penitùs fugato & adulto vere germinat. Plini. Pieri.* *Perdicis pulli teſtam ipſi pertundunt & ex ea eminentes ac nondum ab ea liberi currere incipiunt, eam adhuc adhærentem trahentes. Pierius ex Ælian.*
πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνεις τὴν λοπάδα. *Plutarch.*
Ante lentem (*acquiſitam vel coctam*) auges (*maiorem quæris*) patinam, ollam. Capra nondum peperit. *Vide* Jéßczé śie nié vrodźiło. *Affine,* Goraco śie kopano.

Nié czás tego téraz.

Non eſt conueniens luctibus iſte color . ſ. *ſplendidus exulanti. Ouidi.* *Leo reductis introrſum vnguibus ambulat ne hebetẽtur, pugnaturus autẽ eos exſerit. Plutarc.* Sed nunc non erat his opus. *Horati.* *Cùm quid non ſuo loco vel tempore ſit aut dicitur.*
ἐν πενθεῖ παίζειν. *Demetr. Phalere.* Inter lugentes iocari . ſ. *importunum eſt.*
ἐν θέρει τὴν χλαῖναν καταῤῥίβεις. *Zenodot.* Æſtate veſtem craſſam deteris.
— Cantas cum fracta te in trabe pictum Ex humeris portes. *Perſius naufrago dicit, qui ſuam calamitatem in tabella depictam portans, etiam proclamabat vel decantabat, vt modò mendici, famelici, ægri per plateas incedentes faciunt.*
ἄπαγε τὴν μαθοῦσαν ἀπὸ κώπης. *Pollux.* Aufer ſaltationem nauticam à remo . i. *ne ſaltare cupias cùm remigandum eſt.*
Comam comere cum vitæ ingruunt diſcrimina. *Spartanis peculiare ſcripſit Herodotus.*
μήθλιν ἐν πολέμῳ μήτ' ἔδιε μήτε φύτδε. *Ariſtotel.* Mentam tempore belli nec ede nec ſere. *quia frigida eſt, bellum verò calore & feruore indiget.* Muſica in luctu.
V. Pißczéć ná ſtypié. *Affine,* Nié tu tego miéſcé.

Nié czéka áż śie depiczé.

ἁφαρπάζει ὀβελίσκους *Athena.* Rapit à veru. ſeu è veru, nondum depoſitam carnem.
ἀποσηγανίζει. *Idem.* Rapit è ſartagine. Sacra non immolata deuorat.
Sic apud eundem Athenæum: ἀθύτα δ' ἱερὰ πολλάκις καταθίει. *Simonides.*
Perſæpe ſacra haud immolata deuorat. *quod Suetoni. ſcribit feciſſe Vitellium Imperatorem intempeſtiuæ gulæ hominem.*
Semicruda exta rapta foco proſecuit. *Suetoni. in Auguſto.*
E rogo ipſo cœnam carpere in ſepulchretis. *Catull.*
Vel è flamma cibum petat. *Terent. ſic.* E flamma te petere cibum poſſe arbitror.
Simile quid de filiis Heli 1. Regum c. 2. *Plura ſub* Obżérty.

Nié czékáia iédnego dwá.

Nápiſano v białego Lwá: nié czékáia iédnego dwá. *alij aliter id efferunt.*
Nauis non moratur vnum. *vel vt Martial.* Nauem ſcis puto non moratur vnus.
τὸ πλοῖον ἀνέρ' οὐκ ἐπαναμένει ἕνα. *A.*
Háúd moratur vnicum nauis virum.

εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ. *Zenodot.* Vnus vir, nullus vir.
Τ πλειόνων ψῆφος νικᾷ. Plurium calculus vincit.

Nié geſte widánie / gotowe niéznánie.

Mihi quidem iam eras mortuus, quia te non viſitaui. *Plaut.* .i. *non ſæpe vidi.*
Longa dies meum incertat animum, ſin ea eſt quam incertò autumo. *Idem.*

πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. *Ariſtotel.*
Scimus amicitias rupere ſilentia multas.

τηλοῦ φίλοι νέοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι. *Athenæ.* Non ſunt amici, amici qui degunt procul.
Viciniam in propinqua parte amicitiæ ponit. *Chremes Terentianus.*
χρόνος ἡ ἀπουσία τῆς φιλίας λήθην ποιεῖ. *Ariſtotel.* Diuturna abſentia obliuionem amicitiæ affert.

ἐν μὲν συμποσίοισι φίλους ἀπέχεσθαι ἑταίρους
μῆνιν, ἀναμνήσις ἣ πέλει χαρίστη ἔριδι. *Athenæus.*
Non diu amicorum menſa abſtineatis amici,
Namque animi memoris res hæc renouatio bella eſt.

Ideò Iudæi 1. Machabæ. 12. miſſis legatis & epiſtolis, renouarunt cum Romanis & Spartanis amicitiam, longo temporis interuallo olim ſancitam.

Mutantur longa pectora cara mora. *Garnerus.*

Nié czyn śie błaznem gdyś nié téſt. Nié czyn śie tem czemés nié téſt.

μὴ ὢν σύρος μὴ σύριζε. Cùm Syrus non ſis ne Syriſſes .i. *cùm ſis ingenuus & honeſtus, ne ſumas mores aut perſonam ſeruilem & indecoram. Nam Syri viles erant & apud Comicos paſſim ſerui. Quadrat hoc dictum & in eos, qui in ſuæ vel Latinæ linguæ pronuntiatione peregrinam aliquam v. g. Italicam &c. affectant, vt ſe eius linguæ aut gentis gnaros oſtentent. Iuuat variam huius dicti interpretationem verbi* Συρίζειν *duplex ſenſus. nam & fiſtula canere & Syros imitari ſignificat.*

Nié czyn śie chorem / chromem &c. bo będźiéſz.

Nié trzébá zlego málować / ſémo śie wyráźi. Nié przymierzay.

πλάττων ποδάγραν ποδάγρος ὄντως ἐγένετο. *A.*
Fingens podagram factus eſt podagricus. *Cælius apud Martial. de quo ille ſic poſt alias*
Cœpit fingere Cælius podagram. Quā dum vult nimis approbare veram,
Et ſanas linit, obligatq; plantas, Deſiit fingere Cælius podagrā. i. *verā acquiſiuit.*
Planus verè crura fregit: *apud Horatium quidam nebulo, ſe pedem fregiſſe fingens clamabat & auxilio accurrentes irridebat. tandem verè fracto pede, fruſtra auxilium implorabat dicens:* Credite non ludo: crudeles tollite claudum. *Gallus Vibius furioſos imitando inſanus factus eſt. Rhodigin.*
Fictus ſomnus .ſ. *fictus in verum verſus eſt. Tragicus hic actor fuit, qui cùm in theatro ſomnum fingere deberet, appotus, verè & profundè obdormiuit. Cic. Horati.*
Geta verè iam luſcus eſt. *Hic, vt ſcribit Appianus, metu proſcriptionis triumuiralis, pelle alteri oculo impoſita luſcum ſe finxit. longo pòſt tempore, periculo defunctus, cùm oculum detexiſſet, luſcum ſe verè eſſe reperit.*

Caue

Caue perſonam *vel* fatum Laureoli. Ne agas Laureoli mimum. Ne agas Laureolum Næuij. *Ex Martiali, Iuuenali, Suetonio. Næuius Pòéta celebris ſcripſerat drama, in quo Laureolus mimus cruci ſeu ſtipiti affixus fictè ad repræſentandum tantummodò, ab vrſo emiſſo verè laceratus eſt, idem accidit aliis qui hunc Laureolum in theatro ſeu hiſtriones ſeu rei damnati repræſentabant vt Lentulus &c. De Laureolo epigramma ſic claudit Martial.*

In quo quæ fuerat fabula pœna fuit.

Tales porrò & ſimiles perſonas, vt Promethei affixi. Herculis ardentis, Icari, Phàétontis, Dædali volantis. Orphei à Mænadibus diſcerpti &c. cum periculo vitæ agebant in ſcena aliquando mimi ipſi, aliquando rei ob ſcelera à iudicibus capite damnati, vt ſi forte fortuna vel viribus aut induſtria euaderent, liberi forent. Plura ſi voles leges apud Raderum. De iÿs qui ſe mortuos fingebant vt ſanctis virisilluderent vel mendacium comprobarent, & interim Deo ita volente verè mortui ſunt, affert Iacobus Pontan. aliquot exempla, hiſtoriæ c. 35. in Atticis bellariis. Illud inſigne eſt quod Hieronymus Bolſecus ſcribit, Caluinum ſubornaſſe quendam bono pretio dato, qui ſe mortuum fingeret, & ab eo tranſeunte vocatus, ad comprobandam impiam doctrinam repente exſurgeret. Sed ille fingens ſe mortuum, verè mortuus eſt, & Caluinus fruſtra eo diu inclamato, cum pudore abire coactus eſt.

Νιέ σγη śίο ριαττιι nicdźicla. Νιέ σγη śίε σεmés nié iéſt.

Hoc in eos dici ſolet, qui præter naturam vel conditionem ſuam ſe gerere tentant. vt ſi melancholicus, hilaritatem nimiam fingat; ſi plebeius, nobilium cultum & ſplendorem affectet; ſi ſeuerum vitæ genus profeſſus, licentiùs viuentes æmulari velit.

Huic rectè dicas. Pone modum lætis. In propria pelle quieſce.

Ne calceus maior pede &c. *quæ habes ſub* Co wczáś. & Miárá.

Adde illud. Οὐ δοῦλον ὄντα τὴν κόμην ἀ δεῖ τρέφειν. *Ex Ariſtophane.*

Qui ſeruus eſt, cum alere non decet comam. *Mos Laconibus is erat vt ingenui tantùm & nobiles comam alerent.* Ἀγροῖκος ὀνόμαστος. Ruſticus Oenomaus. *Sic vocabat Æſchinem Demoſthenes. Dicitur de eo qui obſcuro genere, ruſticanis moribus nulla eruditione cùm ſit, ſe tamen nobilem elegantem doctum vult videri.*

Seruus nullus Harmodius nec Ariſtogiton. *Athenis lege cautum erat ne vllus ſernus nomine Harmodij vel Ariſtogitonis vocaretur: eò quod hi duo Rempublicam ſeruitute & tyrannide primi liberârint: vnde & ſtatuæ illis in foro poſitæ erant, quas ablatas à Xerxe Alexander Magnus reſtitui Athenienſibus iuſſit. Rhodigin. Meminit Ariſtotel.*

Νιέ dałbym za to i pieniążka.

Vitioſa nuce non emam. *Plaut.* Non ego iſtud empſitem titiuillitio. *Idem.* Nebulæ cyatho non emam. *Idem.* Ciccum, floccum non interduim. *Idem.* Non dederim. Nummum plumbeum non dederim. *ex eodem Plauto.*

Οὐκ ἂν πριαίμην ἔγ' ἂν ἰχάδ Ϟ μιᾶς. *Ariſtophanes.*

Non iſtud emerem carica vel vnica.

τεττάρων ὀβολῶν ἔνιοι οὐκ. *Suidas.* Quatuor obolis æſtimo. *vel adde* ἄν, *non.*

οὐδὲ τετρημένου χαλκοῦ ἂν πριαίμην. *Plutarch.* Ne perforato quidem nummo hoc emerim.

emerim. —— τὰ δὲ καπνῦ σκιᾶς ἐκ ἂν περιαιμην —— *Sophocles.*
Hæc vmbra fumi nō emerim. Caſſa glande, nuce, nō emā. *Eraſm.* V. Podta rzécz.

Nié damći wprzod. Nié vſtąpiéc placu.

Si tu proreta, ego gubernator. εἰ σὺ πρωρεάτης εἶ, ἐγὼ κυβερνήτης ἔσομαι. *Plaut. ſic habet-* Si tu proreta iſti naui es, ego κυβερνήτης ero. *ſic legendum cenſet Eraſm. pro voce gubernator, vt metrum conſtet.*

καὶ ἐκ ἔδωκαν κέρας τῷ ἁμαρτωλῷ. *1. Macchabæorum c. 2.* Et non dederunt cornu peccatori .i. *non conceſſerunt primas ſeu victoriam Antiocho regi ſuperbo.*

Alcibiades Socrati munera multa & pretij magni mittebat, quæ cùm ille reſpueret, vxori id improbanti reſpondit: Ambitiosè ille mittit, ego quoq; ambitiosè reſpuo. *Rhodigin.*

Nié dam ſobié ná ſobié gráć / w nos dmucháć. Nié dam z ſiébié ſpydzić. Z ſadze z ſiébié káżdego. Otrząſnć ſie káżdemu.

Nolo ego è Gelaſimo me tibi Catagelaſimum fieri. *Ex Plauto .i. nolo ex ridiculo & faceto, me deridiculum tibi fieri.* καταγελάω. *derideo.*

Si tibi eſt machæra & nobis veruina eſt domi. *Idem Plaut.*
Faxo ſe haud dicat nactũ quem derideat. *Idem.* Cornutã beſtiã petis. *Idẽ.*
Caue, caue, namque in malos aſperrimus Parata tollo cornua. *Horat.*
Qui me commôrit (melius non tangere clamo)
Flebit & inſignis tota cantabitur vrbe. *Idem.*

——ἐπαγγέλλομαι ἄνδρ' ἀπαμύνεσθ ὅστις πρότερος καλέπτηι *Cic. ex Homero* .i. Denuntio vlturum me hominem quiſquis prior irritârit.

Iudice me, fraus eſt conceſſa repellere fraudem,
Armaque in armatos ſumere iura ſinunt. *Ouidi.*
Et mihi ſunt vires & mea tela nocent. *Idem.*

ἄνευ ξύλου μὴ βαδίζειν. *Suidas.* Abſque baculo non incedendum *ſibi dixit Cleomenes dux Athenienſium, qui quòd omnibus inuiſus eſſet, baculum ſemper ferebat ad iniurias propulſandas. Sic Leonida Plauti iratus alteri dicit.* Cum fuſti eſt ambulandum tanquam ſi claudus ſim.

Nié dármo go ták zowią / ábo názwano. Imie ſwe rzécz wyraża.

Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Quid mihi refert Chryſalo eſſe nomen niſi factis probo? *Seruus apud Plautum de auro acquirendo ſolicitus, excitat ſe argumento à ſuo nomine ducto. nam* χρυσὸν ἁλίσκειν, *eſt aurum capere. Item,* Haud dormitandũ eſt, eſt opus chryſo Chryſale. *Apud eandem Sycophanta pulchrè ornatus ad quendam decipiendum, ſic loquitur:*

Nunc ego ſi potero ornamentis hominem (*qui me ſubornauit*) circunducere,
Dabo operam, vt me eſſe ipſum planè Sycophantam ſentiat.

Apud eundem de lenone cui nomen Lycus (.i. lupus) erat, quidam ſic ait:

Voſmet nunc facite coniecturam cæterùm, quid id ſit hominis cui Lyco nomen ſiet. *Item de Archidemide qui aurum depoſitum reddere nolebat:*

Adeon

Adeon' me fuiſſe fungum, vt qui illi crederem,
Cùm mihi ipſum nomen eius Archidemidis
Clamaret, dempturum eſſe ſi quid crederem?

In Menæchmis denig; de Epidamno ciuitate ſeruus dicit:

Propterea huic vrbi nomen Epidamno inditum eſt,
Quia nemo fermè huc ſine damno diuortitur.

ἀιὲν τάδ' ἔργα τοῦ λόγου εὑρίσκει. *Sophocles.*

Facta ipſa ſemper verba reperiunt ſua.

1 Regum 25. de Nabal vxor eiusdem Abigail dicit: Secundum nomen ſuum ſtultus eſt. *Nabal enim ſtultum ſonat.*

Adoleſcens qui Socratem calce percuſſit, Calcitro, vocari cœptus, ob vexationem & pudorem ſe ſuſpendit. Plutarch. *Flauius Vopiſcus* Probum Cæſarem ſui nominis virum (*.i. verè probum*) *vocat. & plures ad hoc nomen alluſiones idem habet. Apud Spartianum Pertinax & Seuerus Imperator verè nominis ſui dicitur.*

Cui Canis ex Vero ductum cognomen adhæret. *Horat. de Auidieno.*

Cicero quog; ludit in nomine Verris dicens: Repente ex homine tanquam aliquo Circæo poculo factus eſt verres, redit ad mores ſuos. nam ex illa pecunia, magnam partem ad ſe vertit. *al. vertit.* *Sic quidā in nomen Appiani luſit in Anthologio.*

γράμμα πέρισσον ἔχεις τὸ προκείμενον, ἦν ἀφέλῃ τις
ἔστό σοι οἰκεῖον, κτήσῃ ἄπαλλος ὄνομα.

Literam ſuperuacuam habes initio nominis, ſi quis eam auferat
Hoc nomen ſimpliciter habebis conueniens. *ſ. Pianus à πίω bibo, ſed etymon hoc non redolet formationem Græcam neq; Latinam, ſed potiùs Polonicam aut Sclauonicam, vt in alijs multis apud poſteriores Græcos videre eſt.*

Auguſtus quòd Corinthiis vaſis admodùm caperetur & ea conquireret, Corinthiarius dictus eſt. Rhodigin.

Nié dármo on dáié, ábo záleca śie. Wie on czemu dáié.

Non temerarium eſt vbi diues blandè appellat pauperem,
Iam illic homo aurum me ſcit habere, eò ſalutat blandiùs, &c.
Nunc petit, cùm pollicetur, inhiat aurum vt deuoret. *Plauti Euclio.*
Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo. *Martial. de hæredipeta Idem.*
Dum me captabas, mittebas munera. *Idem alterius hæredipetæ* dona, *vocat* inſidias, & aucupi ac piſcatori comparat. *l. 4. ep. 56.*

Talia dona viſcata & hamata rectè vocauit Plinius iunior dicens: Quidam iis potiſſimùm donant, qui donare maximè poſſunt. hoc ego viſcatis hamatiſque muneribus, non ſua promere ſed aliena corripere puto.

οἱ αὐτοὶ ἐνδεεῖς βασιλεῦσί τι δωρούμενοι, ἃ δόσιν ἀλλ' ἐμπορίαν ποιοῦνται τεχνικήν. *Iſocrates.* Qui regibus aliquid donant ipſi indigentes, non donant, ſed artificiosè vendunt. Paſetis ſemiobolus. *In eum qui dat ità vt arte quadam idem vel æquale recipiat.* V. **Nié przébiérzéß.**

Nié dármo to. Coś tu ieſt. Zydá tám iákiegoś grzebią/ ábo zágrzebiono.

Aliquid monſtri alunt .i. *aliquem errorem aut vitium occultant. Ex Terent. qui ait:* Repudiatus repetor, quamobrem? niſi id eſt quod ſuſpicor. aliquid monſtri alunt. *Nam monſtra clam alere pudor compellit.*

δόλος ἵππος. *Clemens Stromat.* Durius ſeu Troianus equus. hic eſt. *de quo Virgil.* Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui.

Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros — Aut aliquis latet error, &c.

Nunquam ædepol temerè tinnijt tintinabulum:

Niſi qui illud tractat aut mouet; mutum eſt, tacet. *Plaut.* **Nié dármo/ ábo nié ſam dzwoneк dzwoni.** Canes veruli non temerè latrant. *Eraſm.*

κυνῶν ὑλαγμὸς ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην. *Suidas.*

Canum latratus hoſtium noxam notat. *Ex Onirocriticis.*

Nié dármoś śto ty chromem/ łyſem/ zezowatem/ garbatem/ &c. vrodził.

Nié dármo cie náturá nácechowáłá. Co ſpętne/ to i zle.

Byś ty byt co dobrego/ niemiałbyś grzbiéta krzywego/ &c.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas Zoile ſi bonus es. *Martial.*

—— Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. *Horatius.*

Et Cic. de Sexto Clodio. Nec minùs niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio .ſ. *paraſitus deformis & verſipellis.*

Apud Latinos etiam Cic. Catul. Perſium. Horat. color candidus bonis & felicibus rebus, niger malis & aduerſis tribuitur. *quæ opinio etiam Pythagoræ fuit. Excipio tamen animalia bruta, quæ niger color commendat Aëtio & Oppiano teſte. his adde Virgilium cui in equis deterrimus color albus.* (*non candidus, hic enim laudatur ab Homero Claudiano Ouidio*) *Theophraſtus verò plùs dicit:* ἀσθενέστερα καὶ ῥᾳθυμότερα πάντ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ λευκὰ τῶν μελάνων, καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν ἐστι, καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. Infirmiora fragilioraque ſunt omnia, vt vno verbo dicam, alba quàm nigra, tam in plantis quàm in animalibus. *Addit Raderus ex aliis ſcriptoribus:* Fieri vix poſſe vt omnino deformis ſit bonus. *Et certè vulgaris opinio etiam Phyſiognomorum & Philoſopharum eſt, inſigniter deformem vix vnquam ſolere eſſe bonum. Exemplo ſit Therſites Homericus adde & Æſopum vafrum, ingenioſum in vtramq; partem, ſcurram ſordidum, induſtriæ ſuæ oſtentatorem. Similis fingitur* (*an fuerit verè, neſcio*) *noſtro prope ſæculo Marcolphus. Apud Pacuuium item* Incuruiceruicus (Συναύχην, *Xenarcho*) fraudulentum & doloſum ſonat. *Huc facit Epigramma Palladæ de Claudo.* Χωλὸν ἔχῃς τὸν νοῦν ὡς τὸν πόδα, κ' οὐ δικαίως
κλαίνα τὸν ἐντὸς σὴ φύσις ἔκλεις ἔχει.

Claudam habes mentem vt & pedem, omninò tua natura interiorum imaginem exteriùs habet. ὃν φύσις ἐστήριξεν ἄμα φεύξιμον βοᾷ. *A.*

Natura quem notauit hunc fugere iubet.

Nemeſin in dorſo gerit. *de gibboſo, Leo Byzantinus.*

Prouer-

Prouerbium etiam Gallicum apud Garnerum est. A signatis caueto .i. *ab iis quos natura nota aliqua insigniuit. addit idem versiculum in eandem sententiam.*

Cautus homo cauit (*eos*) quotquot natura notauit. Cźchowánych śię ſtrzeż.

Et Anonym: rhythm. In rufa pelle, vix est animus sine felle. *Item.*

Rarò breues humiles vidi, & longos sapientes,
Albos audaces, rufoque colore fideles. *Item.*
Si non vis falli, fugias consortia calui. *Idem.*
Si quæras socium, nunquam iungas tibi luscum. *& plura huiusmodi.*

Simile est dictum trriuiale. A rufo, caluo, blæso. &c. Iracundissimi flaui rubentesq;. *Seneca 2 de Ira.* *Contrà verò pulchros, probos esse solere indicat Ouid. dicens:*

——— Sed non is vultus in illo ——— non ea gratia formæ,
Vt timeam fraudem meritique obliuia nostri. *Et Virgil.*
Gratior & pulchro veniens è corpore virtus Adiuuat.

Hæc licet ita dicantur, nihilominùs industria, ars, virtus, & maximè gratia diuina, naturæ vitia corrigere, eamq; deformatam exornare potest & solet. Exemplum ethnicum insigne est Socratis, cui Physiognomus vitium quoddam à natura insitum obiecerat, quod ille non negauit, sed à se beneficio Philosophiæ correctum & sublatum affirmauit. Huic adde Menelaum Homeri, qui flauus & tamen miti & mansueto ingenio erat. Rhodigin. Apud Christianos quam plurima sunt exempla virorum doctrina & sanctitate insignium, quos natura in aliqua corporis parte innoxiè vel frustra notauerat. Et verò talia ferè per probrum duntaxat obiiciuntur à maleuolis & iratis, quibus probi & prudentes minimè offenduntur. vt Cic. & Seneca de moribus vitiisq; senum disputant.

Rectè etiam apud Cic. 2. de Orat. Heluius Lamia Orator mala forma, respondit aduersario formam suam carpenti: Formam mihi fingere non potui, ingenium potui.

Affine, Znáć wilká. & Twarz wydáie.

Nie da sobie rękawa vrwáć. Nie bárzo śię wydźiera.
Nie da śie wiele prośić.

Horum ego vix attigi penulam, tamen remanserunt *Cic.*

Opus non erat penulam scindere. *Cic. ait:* Ego ita egi vt non scinderem penulam. Nie bárzom ich ábo go wśćiagał/ prośił.

Lacinia extrema hominem retinebis. *Ex Cicer.*

Non apprehendas pallio nec resupines: verbum vnum sat est, retinebis, remanebit. *ex Terent.* Væ hominis togæ! væ lacinijs! *Politian. ironicῶs de eo qui hospitem discedentẽ non multùm retinet; itemq; de eo quẽ multũ inuitare & retentare opus nõ est.*

Vis absit, pallium sit integrum, nidore culinæ satis retinebitur. *vt mos est parasitorum apud Plautum Martial.*

ὐκ ἐς ἀνάγκη ῥηγνύϛν ἃ Φαινόλην. *A.* Non est necesse rumpere eius penulam.

Nie dawno.

Hodie atque heri. *Catull.* .i. *nuperrimè. Scaliger. Passerat.*

χθὲς ϗ σήμερον. *Chrysostom.* χθὲς ϗ πρώην. *Lucian.*

Nié dawnoś pánem zoſtał. Nié dawnoś był niedźnikiem.

Byłeś też kiedyś iáko i my: nam rowny. Pámiętamy kiedyś piéſzo/ boſo/ chodźił.

ἐγένετο δὲ μανδρωνι συκίνη ναῦς. *Suidas.* Fuit & Mandroni ficulna nauis. *hic ex vili nauicularío factus erat Imperator. Dictum hoc quadrat in* νεοπλούτους. *i. recens ditatos aut nobilitatos ex tenui vel vili fortuna.*

μεμνήμεθα σε τῷ βραχίονι ἀπομυσσόμενον. *Plutarch.*

Meminimus quando te brachio emungebas .i. *ſalſamentarius erat.*

Affine, Szláchćic nowy. Godność niégodnemu. Pomni czymeś był.

Nié day powodu. Nié nápomykay. Nié żártuy z niépéwnem.

φαλακρὸς ὢν, μὴ πρὸς κριὸν ἀντιπρόσωπος νύσσε. *Nazianzen.*

Caluus cùm ſis, ne aduerſa fronte arieti nutes .*ſ. quia ille ſe à te prouocari ad pugnam putans, te cornibus impetet. Nobilis vir pictorem miſit in domum feminæ formoſiſſimæ, qui ſibi effigiem eius exprimeret; interim maritus ſuperueniens eiecit eum dicens: Fieri poſſe, vt Nobilem illum poſt exemplar gratum, originalis formæ cupiditas inceſſat.* Ens.

Ab exemplari ad prototypon facilis tranſitus.

Mus apud quendam habitationem non cibum petens, excluditur. In Epigrammate Græco Lucilij. quia difficile eſt murem domi habere qui foris cibum quærat.

Eripere telum non dare irato decet. *P. Syrus.*

Sic Vlyſſes apud Homerum præcipit arma omnia abſcondi, ne proci ea arripiant, & vel ſe inuicem vel domeſticos eius vulnerent. additq; cauſam:

——— αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος

Ipſum enim ferrum vltrò inuitat vel attrahit virum.

Ita agas ne quis tuopte merito te oderit. *P. Syrus.* Nié day przyczyny do niénawiśći. *Vicinum* Powodu do złego. Pośpołu te rzéczy chodzą.

Nié dáy z śiébié żydźić. Nié dáy śie ná pośmiech. Nié czyń śie błaznem.

——— Poſticæ occurrito ſannæ. *Perſius. vide hoc ſub* Szydźić z kogo.

Cauendum ne quid agendo dicendóue facias, cuius imitatio rideatur. Vt accidit Titio Oratori, qui cùm ſolutiori geſtu vteretur, nomen ſaltationi Titius dictæ dedit. *Cic.*

μήτε δόμον ποιῶν ἀνεπίξεσον καταλείπειν,
μή τι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη. *Heſiodus.*

Neque domum ædificans imperfectam relinquito, Ne forte inſidens crocitet ſtridula cornix. *Simile eſt illud Chriſti Domini apud S. Lucam 14.* Hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare. *vox viatorum inſultantium homini imprudenti. conſilio aggreſſo maiora ſuis ſumptibus.*

Nié dba o ten świát. Nié tego świátá głowiéć.

Diogenes Cynicus iocabatur dicens, ſibi quadrare exſecrationes Tragicas. has & ſimiles.

ἀνέστιος, ἄπολις, ἄπατρις, ἀχρήματος, ἄστεγος, ἐφημερόβιος. *Diogenian.*

Carens domo, ciuitate, patria, pecunia, certa ſede, & in diem viuens.

Plurima.

Plurima talia apud Senecam. vt illud. Democritus diuitias proiecit, onus illas bonæ mentis existimans. *Item.* Non egere felicitate felicitas est. *Item,* Contemnite paupertatem, nemo tam pauper viuit, quàm natus est. Contemnite fortunam, nullum illi telum quo animum feriat. &c. Vixi, cras vel atra Nube polum pater occupato, Vel sole puro. *Horati.*

Est hic est animus lucis contemptor, & istum
Qui vitam benè credat emi quo tendis honorem. *Virgili.*

Sed veriùs & perfectiùs hæc in Christiana Philosophia inueniri, experti nouerunt.

Niedbalc czyni. Robi iák nié ſobié.

ἀλλότριον ἀμᾶ θέρος. *Aristophanes.* Alienam metit messem. *Nam ita sunt passim homines, vt in alieno negotio remissiores sint quàm in suo. id quod docet apologus Gellij de agricola amicos ad messem exspectante.*

Candidatus Cæsaris. *Cic. qui aliquid ostitanter agit præsumpta fiducia de euentu certo.*

ἐκ ἔστ' ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαίρετω. *Diogenian.*

Non est meum negotium, valeat nimis.

ἔργον πάρεργον δαμῶς ἔργον λέγω. *Nazianzen.* Opus obiter quod agitur haud opus voco. λευκὴ κάθμη σημεῖον. *Plutarch. Suidas.* Amussi alba notare .ſ. *in albo. Gellius.* .i. *sine cura discriminis, vt idem explicat.*

Tanquam mus super farinam percurrit. *Erythræus* .i. *leuiter.*

ἅλας ἄγων καθεύδει. Salem vehens dormit. *cui periculum à pluuia vel ab aqua in nauim influente imminet.* ὡς παραδρομῆς ὥσπερ γεύματος ἕνεκα. In transcursu velut gustandi causa. Canis Ægyptij instar, veluti currendo .i. *carptim, raptim, obiter. Rhodigin. ex Æliano.* Wdorywcza. Przemiáſtac 2.

In transitu. *Quintil.* In transcursu. *Plinius.* Leui brachio aliquid agere. *Cic.* Suspensa manu commendare. *Plini. iun.*

Niedbálſtwo ſkodliwe.

Neglectis vrenda filix innascitur agris. *Horati.*

Et neglecta solent incendia sumere vires. *Idem.*

Aliud agendo, malè interdum agitur. *Io. Baptist. Egnati.*

τοῦ ἀμελοῦντας καὶ τὰ ῥᾴδια φεύγει. *Plutarch.* Negligentibus & facilia elabuntur

Nié dbam iuż o cie. Już o cie nié ſtoic.

Vox improba ingratorum erga magistros, heros, magistratus quorum iugum excusserunt. Celebre est in hanc sententiam illud: Vapula Papyria. *ex Sinnio Capitone, & Plauto. qui in Feneratrice ait:* Heus tu. in barbaria quod dixisse dicitur.

Liberta suæ patronæ, id ego dico tibi. Liberta salue. Vapula Papyria. *Sic legit Scaliger. Dictum est cuiusdam libertæ, quæ manu missa, libertate freta, statim Papyriam patronam contempsit, & seipsam loco eius salutauit, illam male valere iussit. Melius in Menæchmis eiusdem Plauti seruus manumissus hero dicit. Salue mi patrone.*

Successore nouo pellitur omnis amor .ſ. *erga veterem. Garnerus.*

Græci in ſenſu illo libertæ dicunt: ὄιμωζε, κλαίειν μακρὰν σὲ κελεύω. Vapula. flere multùm te iubeo. *Hæc vſurpes licet loco illius barbari & inepti rhythmi Amice vete nil curo de te.*

Apud Plautum item adoleſcens Pædagogo cohibenti ſe, excutiens iugum ait:

Omitte Lyde ac caue malo. Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.

Cùm te non noſſem, dominum regemque vocabam,

Cùm bene te noui, iam mihi Priſcus (.i. *neglectus*) eris. *Martialis in Priſcum vilem hominem, quem antea obuium factum, aliquem putans eſſe, ignarus Dominum, more honeſtorum, ſalutabat.*

Nié dbam nic nań. ábo ná éis. Gárdzo ſkiem.

τῇ χελώνῃ δὲ μέλει τῶν μυῶν. *Suidas.* Teſtudo non curat muſcas. *Vel* ἧττόν μοι τούτου μέλει, ἢ τῇ χελώνῃ τῶν μυῶν. *Ideſt.* Minùs id mihi curæ eſt, quam teſtudini muſcæ. Pygmæorum aſſultus & Thiodamantis Lindij probra non curat Hercules. *Ammian.* δὲ μάλα κυκᾷς. Non admodum miſces. *vt ſolebat Græciam miſcere Pericles.* Culex es in cornu tauri. *Vel.* Culex non grauat tauri cornua. *Ex Apologo Gabriæ in quo culex ſedens in cornu tauri interrogat taurum, an grauis illi ſit, & auolare debeat? Taurus verò reſpondit:* Sicut non ſenſi quando aduolaſti, ita nec auolantem ſentiam.

Ego tua magnifica verba, & tuas iſtas magnas minas,

Non pluris facio, quàm ancillam meam quæ latrinam lauat. *Plaut.*

Oppedere alicui. *Horat.* .i. *contemnere aliquem nimiùm.*

ἀντιποιῆσθαι τοῖς Ἐρινύσι. *Ariſtophan.* Oppedere contra tonitrua. διὸς Ἐρινύσιν εἰς ἔριν κλυτάν. *Euripidis Cyclops.* Contra Iouis fulmina viciſſim ſeu contentiosè ſtrepens. *Habent hanc phraſin & Poloni. Nota ſatis eſt. Affine eſt illud Iuuenal.* Contemnere fulmina pauper Creditur .i. *non timere, non curare.* Liberum non putare aliquem. *Cic. aliquoties* .i. *admodum contemnere Paſſerati.* Iacet .i. *negligitur, contemnitur, deſtitutus omnium fauore eſt. Cic.* (*Ouidi.* Illa loquebatur (*Circe, volens ſermone blando retinere Vlyſſem*) nauem ſoluebat Vlyſſes. μέλει μοι τῶν τοιούτων ὅσον ἧττον (*al.* ὅσον μᾶλλον) τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων. *Suidas.* Non plùs iſta curo, quàm ranas in palude (*coaxantes.*) *Simile illud eſt Dionis Pruſæi Græci.* Non pluris facio quàm ſimias.

——τίω δὲ μὲν ἐν Καρὸς αἴσῃ. *Homer.* Habeo illum Caris vice. *Vel* ἐγκαρ Θ αἴσῃ .i. cerebri vice, *quod exſecrabantur priſci. al.* ἐν καρὸς .i. *mortis vice.*

Tu me omninò lapidem non hominem putas. *Terent.* q.d. *negligis, contemnis.*

ὐκ ἀλέγω ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάις ἄφρων. *Homer.*

Non curo magis quàm ſi femina vel puer me feriret. *querum ictus imbellis.*

οὐδὲ γρῦ. Neq; gry .ſ. *curo vel reſpondebo.* Οὔτε δίωνΘ γρύ. Dionis gry. *qui ſe probris inſectanti, nil aliud reſpondit niſi hoc:* Neque gry. (.i. *ne minimum*) *philoſophum ſe in probris ferendis probans.* παρὰ κωφῷ ἀποπέρδει. *Suidas.* Surdo oppedit. λὰξ πατεῖν ποδί *Æſchyl.* Conculcare pedibus.

Affine, Fige pokázáć, Vgrożiß mi. Vmyſł wſpániáły. Mow ty ścienić.

Nie

Nié dbam o gwiazdy gdy kśiężyc świeci.

Ioue propitio, minutulos deos floccifacio. *Ethnicorum dictum. In Caſina Plauti Stalino paterfamilias villico ſuo timenti repugnare matriſamilias & herili filio dicit:* Vnus tibi hic *(ſe indicat)* dum propitius ſit Iuppiter Tu iſtos deos minutos floccifeceris. λάμποντος ἡλίου ἀμελῶ τ ἀστέρων. *A.*

Lucente ſole ſidera nihil curo ego.

Nie dbam o laſke. kiedy mam laſke.

Oderint dum metuant. *Tyrannorum vox, apud Cic. & Senecam, quam poſterior diram abominandam deteſtabilem & exſecrabilem vocat in variis locis & refellit multis lib. 1. de Clementia, vbi etiam Syllano ſæculo ſcriptam dicit.*

Similis illa Neronis in Octauia Senecæ. Ferrū tuetur principē. Nt. *Pòéta.* Meliùs fides.

N. Decet timeri Cæſarem. P. At plùs diligi. N. Metuant neceſſe eſt. &c.

ὅ μοι μέλει φιλεῖσθαι ἢ παρεὶη φόβος·
ὁ γ' ἂν ὁ ποιητὴς εὔνοια ποιήσει λέως· *A.*

Non curo amari, dum modo timear à meis.
Nam gratia quod haud poterit, efficiet metus.

Nié dbam o to. Nálo o to ſtoie. Nié korzyſtam w tem. Kiéwiele mi ná tem. Wſzyſtko mi zá iédno. Gárdze.

Non aſſis facio: Vnius aſſis æſtimo. *Catul.* Manum non verterim .ſ. *ob id. Cic. Apulei.* Per me pedibus iſta trahantur. *Cic.*

ὐδὲ τ̓ δάκτυλον καθήκει παρεῖναι χάριν τούτου. *Plutarch. ex Chryſippo* .i. Chryſippus, ne digitum quidem eius cauſa porrigendum *(extendendum)* dicebat. *Cic.*

Quid bellicoſus Cantaber aut Scythes &c cogitet, remittas quærere. *Horat.*
Quid Tiridatem (*al.* Mithridatem) terreat, vnicè Securus *Idem.*
Ne teruncij iam ridiculos faciunt. *Plaut.*

ὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ. *Herodot.* Non eſt curæ Hippoclidi. *Tiſandri is nobilis viri filius, cùm indecorè ſaltans in conuiuio procorum (quos Cliſthenes filiam ſuam ambientes vno anno explorabat) nuptiis & vxore excidiſſet, dixit illa verba. vel aliter* ὁ ἱπποκλείδης ὐ φροντίζει. Hippoclides non curat.

Summo animo id mihi inhæret. *Seneca.* ἀπαθολαίως. Powierzchnié.

Non quæram πῶς ζυάφος τὸ τ ἀτριδῶν. *Cic.* .i. *vbi Atridarū ſcapha aut nauis .ſ. ſit.*

Tria verba vel verbum vnum non cōmutabo .ſ. *de hac re agens vel litigans. ex Terentio.*

Dicere quindecies poteram quod pertinet ad te,
Sed quid agas? ad me pertinet Ole nihil. *Martial.*

Flocci facio. Flocci eſt mihi. *Plaut.* Flocci non facio. *Cic.* Pili non facio. *Catul.* Nauci non habeo. *Ennius.* ὀλίγου μοι μέλει. *Ariſtopham.* Modicum id curo.

Mihi iſtic nec feritur nec metitur. *Plaut.*

Fortunam apud Plutarchum quidam Pòéta ſic alloquitur:

ὦ σὺ μὲ

ἡδὺ μὲν ἄν τι φέρῃς, ὀλίγον δ' ἄχθος ἂν ἀποθέσῃς.
Suaue eſt ſi quid das, paruus dolor hoc vbi tollis.
Supra focum clypeum ſuſpendere. ἢ δ' ἀσπὶς ἐν τῷ φιψάλῳ κρεμήσεται.
Hic clypeus appendetur in fuligine. Vel in foco.
τεττάρων ὀβολῶν ἔφη εἶναι ὅιω. *Suidas.* Quatuor obolis id æſtimo.
Suſque deque habeo. *Plaut.* Suſque deque fero. *Gellius.*
Affine, Nie łákome to rzéczy. Nie dałbym zá to i pieniążká.

Nie długo twego weſéla.

πυραύστα χαρὰν χαίρεις. Pyrauſtæ gaudes gaudium. *quæ muſca, læta ad lucernam aduolat, & ſubitò comburitur ac perit. ex Æſchylo, Zenodot.*
Hodie tu Iuppiter eſto Cras mihi truncus eris ficulnus, inutile lignum. *Cauſſinus.*
—— Nunc vino pellite curas, Cras ingens iterabimus æquor. *Horat.*
Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam. *Idem.*
Et ſpatio breui, Spem longam reſeces, dum loquimur fugerit inuida
Ætas. carpe diem, quam minimè credula poſtero. *Idem.*

Nie doczekaß śie. Nie iutro to będźie.

Ruſticus exſpectat dum defluat amnis; at ille
Labitur & labetur in omne volubilis æuum. *Horati.*
Amicos & affines ad meſſem affuturos fruſtra exſpectauit agricola apud Gellium
βόες ἀγαθοὶ. *Zenodot.* Bonas iudex eſt. *Athenienſis is erat ciuis prudens, electus à Calydonijs & Eleis iudex, ea conditione, vt vtrijq; quieſcerent, donec is ferret ſententiam, quod vbi ille intellexit, conſuliò protrahebat iudicium & differebat ſententiam.*
μένε χαὶ ἐμοῦ σε παῖδα φιλήσαντα. Exſpecta anus filium meum te ſuauiaturum. *qui infans adhuc eſt. Simile quid Ruth c. 1. nuribus ſuis dicit:* Etiamſi poſſem hac nocte concipere & parere filios; ſi eos exſpectare velitis donec creſcant, &c. antè eritis vetulæ quàm nubatis.
Fauonium operiri lenti eſt agricolæ. *Columella.*
Qui obſeruat ventos nunquam ſeminat. *Eccleſiaſtes 11.*
ἀλλ' ὑγιέστερα βοσκῶν. *Ariſtophan.* Strabus factus ſum exſpectans, proſpectans. Coruum miſimus. V. Jeżá po droźdże. Nie záraz to będźie. Dáléko do tego. *Vide,* Nie więdźieć kiedy to będźie.

Niedogodny. Niedogodźiß mu. Nie mu śie niepodoba.

Wßyſtkiemu przygáni.

Mamercus Martialis. *de quo ille ſic ſcribit,*
Vt benè loquatur ſentiatque Mamercus.
Efficere nullis Aule moribus poſſis.
Rubiginoſis cuncta dentibus rodit. &c.
Hominem malignum forſan eſſe tu credas,
Ego eſſe miſerum credo cui placet nemo.

Hulcus

HVlcus eſt. *Cic. de re moleſta & quam tractare quin attingere non queas, quin ladas. poteſt & ad perſonam referri. Hoc ſenſu Sophocles dixit:*

—— τί γὰρ γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλου κακός;

Quod fuerit hulcus dirius amico malo;

ἄγριον ἕλκος. apud Theocritum & Medicos ferum & agreſte hulcus quod nullam curationem patitur. & Nos Wrzod *de perſona vſurpamus.* Vlcdotklixy.

ἀλλ' σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν φίλτερον ἡγῇ. *Euripides.* Non placet tibi quod adeſt, quod verò abeſt amabilius putas. Vlć wie ſam czego mu śie chcé.

Non facit ad ſtomachum noſtra lagena tuum. *Martial.*

ἀ δύναμαι γνῶναι νόον ἀστῶν, οἵ ἰνὰ ἔχουσιν,
ὅτε γὰρ ἐὺ ἔρδων ἀνδάνω ὅτε κακῶς. *Theognis.*

Non poſſum cognoſcere ciuium mentem quam habent.
Nec enim rectè agens placeo, nec malè.

Momus alter omnia vituperans. *Cic. Lucian.*

Difficile eſt lectum ſternere poſſe cani. *Garner. Gallic.*

Vlć do krwié tám bylo.

ἀναίμακτον ἔστησε τροπαῖον. Incruentum ſtatuit trophæum.

δεῖ ἄνευ αἵματος νίκας ποιεῖσθαι. Abſq; ſanguine victorias fieri oportet. *Lærtius.*

ἀστόνητος πόλεμος κεκίνηται. Bellum abſque ferro motum eſt.

ἀδάκρυτος πόλεμος ἦν. Bellum non lacrymoſum fuit.

ἄδακρυς νίκη. Minimè lacrymoſa victoria.

δρᾶμα ἐκ τραγικοῦ τὸ κωμικόν. Drama è Tragico Comicum. *quale apud nos quondam fuit bellum Gallinaceum dictum. Vide* Kokoßa woyná.

Huc etiam accommodes licet illud Martialis ironicῶς dictum de milite incruento.

Nolo virum facili redimit qui ſanguine famam,
Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt.

Claua Herculis falſi ſeu comici pugnare. *In Menandri Comœdia prodierat Hercules fictus cum clauæ figmento molli & intus vacuo & cerulicali ſimili. Plutarch.*

Vlć dolega cie znáć. Vlć dolega mie to.

Facile tu iſtuc ſine periculo & cura corde libero fabulare: mihi dolet cùm ego vapulo. *Plaut.* De alieno ludis corio. *Apulei.*

—— ὑπὸ στέγῃ πυκνὸν ἀκούεις ψακάδος εὐδίᾳ φρενί. *Ex Sophocle.*

Sub tecto denſum audis imbrem ſopito (.i. *ſecuro*) animo.

βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει. *Suidas.*

Me pondus hocce ne quidem minimùm premit.

Vlć domáśmy. Pámieć/ rozum nié domá. Vlć przy ſobié ieſt. Co inego myśli.

ὁ νοῦς ἄπεστι. Mens abeſt. Mens eſt alibi: *vt in patinis apud Terent.*

ὁ νῶς μὴ ἔξω ἐκ ἔνδον. *Ariſtophan.* Mens foris eſt non intus.

ὁ νῶς πέτεται νύκτα περὶ τὴν κλεψύδραν. *Idem.*

Mens nocte volitat circa clepſydram .ſ. *iudiciorum. litem habens loquitur.*

ὁ νῶς ὃν σὸς παρὼν ἀποδημεῖ. *Idem.* Mens tua præſens abeſt. *Sic Terent.* Præſens abſens vt ſies .i. *non attendas ad omnia quæ dicentur & fient.* Alias res agis. *Idem.*

νῶν τ' ξένον ἔχῃ. Mentem peregrinam vel peregrè habet.

νῶς ὁρᾷ καὶ νῶς ἀκούει. *Ariſtotel.* Mens videt mens audit, q.d. *fruſtra aperiuntur oculi & aures adhibentur, ſi mens non attendat ad aliquid intelligendum.*

Vbi ſum, ibi non ſum: vbi non ſum, ibi eſt animus. *Plaut.*

ἐν τῷ καπήλῳ νῶς ἐνεῖναί μοι δοκεῖ. *Plato Comicus.*

Mihi in taberna mea videtur eſſe mens.

αὐτὸς μὲν ἔνδον, ἀλλ' ὁ νῶς ἔξω (πλάνης). *Ex Ariſtopha.*

Ipſe eſt quidem intus, mens at eius vaga foris.

Mens vel animus eſt in corijs. *Ex Ariſtophane. Sic ille.*

ὁ νῶς γὰρ ἡμῶν ἦ τότ' ἐν τοῖς σκύτεσι. (*Erraui, ignoſce*) Nam mens profectò tunc mea in corijs fuit .i. *in ſcutis bellicis quæ ex cortis cõſtabant, ſeu de bello cogitabã.*

Idem dictum Plautino ſeruo prolatum alium haberet ſenſum,

Mens eſt in corijs .i. *timeo vel ſentio mihi imminere verbera.* Swiérzbi mie grzbiét, czuié coś. *Affine,* Słucha nié ſłuchaiąc.

Nié do rzéczy to. Nie to do rzéczy. Odſtąpił od rzéczy. Koło płotow chodźi.

οὐδὲν πρὸς ἔπος. *Lucian.* Nihil ad verſum vel ad carmen *dicebatur, vel cùm ſaltatio hiſtrionis in ſcena, non reſpondebat numeris Pòëtæ, aut tibicinis: vel cùm euentus diſſimilis oraculo carmine edito accidit.* Nihil hoc ad ius vel ad nos *ICtos dicebat* C. *Aquilius, cùm quis de facto per coniecturam quæri volebat. Cic.*

οὐ πρὸς κιθάραν ὁ πούς. *Lucian.* Non reſpondet pes citharæ .ſ. *ſonanti.* ἑτεροφωνίαν hanc *Plato* (.i. *diſcrepantem ſonum*) & ἀμετρίαν ποδὸς πρὸς λύραν, (.i. *diſcrepantiam pedis à lyra*) *vocat apud Plutarch. Transfertur verò ad eos quorum vita & mores orationi non reſpondent.* V. Znáczey mowi/ &c.

οὐδὲν πρὸς χορδήν. *Lucian.* Nihil ad chordam vel ad fides. *ſenſu eodem.*

παράφυλα μέλη. *Athenæus. idem.* Melos ad tibiam non reſpondens.

οὐδὲν πρὸς διόνυσον. Nihil ad Bacchum. *cùm in choris aliud præter Bacchum canebatur, reclamabant ſpectatores:* Nihil ad Bacchum. (*alij aliter intelligunt*) ἀπροσδιόνυσον *idem ſonat Plutarcho, Athenæo, Cicer.*

ἀκρόστιχα κύμβαλα .i. Numeris non reſpondentia cymbala, *vocat Athenæus ſermonem intempeſtiuum.* τί πρὸς ἑρμῆν: Quid ad Mercurium? *cùm quis inepte aliquid garrit. nam Mercurius eloquẽtiæ præſes ſuauiſſimè & appoſitiſſimè ad rẽ loquebatur.*

οὐκ ἔστι ταῦτα. οὐδὲ ἐγγύς. *Ariſtides.* Non ſunt hæc, nec propè quidẽ accedũt.

οὐκ ἐγγύς

ἐκτὸς χορῦ ὀρχεῖσθαι. Extra chorum ſaltare.
Extra calcem ſermo decurrit. *Ammianus.*
παρὰ μέλος φθέγγεσθαι. *Lucianus.* Extra concentum ſymphoniam ſonare.
παραχορδεῖν. *Ariſtophã.* .i. Extra chordas ſeu concentũ .i. *abſonè loqui vel agere.*
ἐκτὸς τ̃ ἐλαιῶν φέρεσθαι. *Ariſtophan.* Extra oleas ferri. *quibus curriculorum ſtadia vtrinq; ſepta erant, quas præterire non licebat.*
De ſcammate egredi. *Hieronym.* *Vide* Vlá plác / wyzwáć.
ἐκτὸς δρόμου φέρεσθαι. *Plato.* Extra curriculum prouehi. Excuſſus curru. *Rhodigin.*
τὰ σκάμματα παρέδη. *Chryſoſt.* (*licet diuerſo aliquantùm ſenſu*) Septa tranſcendit.
ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἐπήδα. *Lucian.* Vltra ſepta tranſilijt.
ἔξω τ̃ ὁδ̃ τρέχειν. Extra viam currere.
A lineis excidiſti. *Tertulli.* Odſtapiłeś od rzéczy. Extra cancellos egreſſus es. *Cic.*
ἐξημαξωμένου: De curru delapſus. *Ariſtophan.* ἐξημαξωμένη φρήν. Animus de curru lapſus. *Sumptum à Phàëtonte curru delapſo & aberrante. alluſit & Plato.*
μηδὲν λέγεις. *Ariſtotel.* Nihil dicis .ſ. *ad rem.*
Oratio eius nec caput nec pedes habuit. *ex Cic.* Drwit rzéczą. Vłié wie ſam co mowił.
ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. *Lucilli.*
Alia Menecles, alia porcellus loquitur. V. Do rzéczy.
ἔξω σκοπ̃ βάλλειν. *Nazianzenus.* Extra ſcopum iaculari.
Pomum Atalantæ ſequitur. *Polydor. Virgil. quæ in certamine victa eſt quod currens poma captaret.* Sed nunc non erat his locus — *Horat.* Vłic to do rzéczy. Vłic tu było po tem.
Pergin' ſceleſta mecum perplexè loqui?
Scio, neſcio, abijt, audiui, ego non adfui.
Non tu mihi iſtuc dictura aperte es quicquid eſt? *Terenti.*
De gallo in aſinum ſalijt. Odſtapił od rzéczy. V. Slad tráci.
Aſſine, Ja o Páwle. Vłié o tem rzécz.

Vłiédośćigły / wyſoki / gleboki. *tr.* Wyſokie trudne rzéczy.
ἀετὸς ἐν νεφέλαις. *Ariſtophanes.* Aquila in nubibus. *de re quam non facilè eſt aſſequi, vel de homine multùm aliis præcellente.*
Sic Pindarus vocat ſe aquilam & Bacchylidem æmulum ſuum κηλεὸν .i. cornicem. *in Nemeis.* *Horatius verò lib. 2. Ode 20.* Cygnum ſe appellat. *quæ auis ſacra eſt Apollini in cuius tutela & Pòëtæ. alluſit & Socrates apud Làërtium Platonem Cygnum vocans. Sed aquilæ nomen veriùs & aptiùs diuini libri & SS. Patres tribuunt. S. Ioanni Euangeliſtæ, vt ſuprà dixi.*

Vłiédoſpáć trzebá / kto chcé doſtáć (abo / dość mieć) chlébá.
Kto ráno wſtáié / temu Bóg dáié.
Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere officia.
Non enim illum exſpectare oportet, dum herus ſe ad ſuum ſuſcitet officium.

Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro & cum malo quieſcunt.

Ego nunc mihi, qui impiger fui, repperi, vt piger, ſi velim, fiem (*ſ. aurũ*) &c.

Nam vt de nocte multa impigrè exſurrexi: Lucrũ præpoſui ſopori & quieti. *Plaut.*

ἠὼς γὰρ τ' ἔργοιο τρίτην ἐπιμοίρεται αὐτων. *Heſiodus.*

Aurora enim operis tertiam ſortitur partem.

ἠὼς τοι προφέρει μὲν ὁδὸν, προφέρει δ' ἐπὶ ἔργον. *Idem.*

Aurora promouet viam, promouet (*ſeu proficere facit*) & opus.

Manè quod tu occeperis negotium agere, id totum procedit diem. *Plaut.*

In Hircania arbores quædam quercubus ſimiles, mel in foliis ferunt copioſum, ante ſolis ortum legendum; nam orto ſole, mox euaneſcit. Curtius.

Oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuam & ad ortum lucis te adorare. *Sapientiæ c. 16. de Iudæis, qui ſi manna habere volebant ante ſolis ortum legere illud debebant, nam ſole illuſtratum liqueſcebat. Prouer. 20.* Noli diligere ſomnum ne te egeſtas opprimat.

Plùs vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto:
Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat. *Cato.*

ἀγρύπνει τὸ πλέον μηδ' ὕπνοις ἔκδοτος ἔστω.
Μακρὸν γὰρ τ' ἀνάπαυμα τροφὴν παθέεσσι χορηγεῖ. *Planudes.*
ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων. *Ariſtophan.*

Oculis abeſto leniens animũ ſopor. Profectò vita vigilia eſt. *Plini.*

Chremes Terentianus gloriatur apud Menedemum amicum hoc nomine dicens.

Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quæro tibi quî filium reſtituerem.

V. Spáć długo gospodarzowi. &c. Spánie iéſt márne kochánie.

Nié doſtać plácu. Vſtąpić z plácu.

Cedere arena. *ex Horat. Martial.* *Tralatum à gladiatoribus, beſtiariis, aliisq; in amphitheatro certantibus, cuius ſolum arena ſparſum erat.*

Cedere campo. *Horat.* Iam Scythæ laxo meditantur arcu Cedere campis.

Decedere de præſidio. *Cic.* Decedere de ſtatione. *Idem.*

ῥιψασπίδα γίνεσθαι. *Idem quod* ἀσπίδα ἀποβάλλειν. *Iſocrat.* Clypeum abijcere.

τάξιν λιπεῖν. *Eubulus.* Deſerere ordinem, aciem, ſtationem.

Spartani Archilochum Pòëtam eadem hora qua venerat eiecerunt vrbe, quòd eum ſcripſiſſe intellexiſſent: melius eſſe arma abijcere, quàm mori. Apud Plutarch.

Niedoſtátek pokázuié / iák máło człék potrzébuie.

Wnedzy łácno poznawamy / iák wiéle zbytnich rzéczy miewamy.

Multa quã eſſent ſuperuacanea non intelleximus, niſi cùm deeſſe cœperunt. *Seneca.*

πάντων στερηθεὶς, τά γε περιττὰ συνῆκεν. *A.*

Poſt perdita omnia, noſcimus ſuperflua.

ἀποστέρησις ἃ ἦν περιττὰ δείκνυει. *A.* Penuria docet quæ fuêre ſuperflua.

Nié doßło do żywego. *tr.* Nié czuié on tego. Nie go to nié obéßło.

ἂν ἐν

ἐκ ἐν καιρῷ ὀξὺ πάγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθεν
ἐρύσατο ζωστήρ. — *Homer.* Non in periculoſo loco acuta ſagitta defixa eſt, ſed ſupernè lapſam arcuit baltheus.
ἀκρότατον δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα φωτός. *Idem.*
Summum ſagitta perſtrinxit corpus viri. *Sic Virgil.*
Haſta volans humeri ſurgunt quâ tegmina ſumma
Incidit, & magno ſtrinxit de corpore Turni. *Et Ouid.*
—— Summum deſtrinxit arundo. *Hæc omnia tralato ſeu allegorico ſenſu accipe, de verbis vel contumelia aut iniuria contempta.* *Vide* Nié dbam nic. Dgrożiß.

Nié dotárł. nie dopiął na co śie vſadzit.

τὸ θύρας ἡμάρτηκεν. *Ariſtotel.* A ianua aberrauit. In curſu cecidit. *tr. Cic.* ἀπὸ λύκου θήρας ἀπῆλθεν. *Suid.* A venatu vel captura lupi diſceſſit. *cùm quis rem operoſam vel periculoſam infectam relinquit. Sic Tucius Romam ex Hiſpania veniens à ponte Muluio reuerſus eſt Martial. l. 3. ep. 14.*
τελέει δ' ὁδὸν οὔποτε ταύτην. *Homer.* Hanc viam nunquam perficit. *Apicius item audito in Sicilia grandes ſquillas naſci, ſtatim eò nauigauit, ſed prope iam inſulam paruas eſſe cognoſcens, nec ad terram appellere nauem voluit, ſed mox redijt. Suidas.*

Nié do tego to. Nié zgodźi śie to ná to. Nié ſpráwiß tem nic.

πρὸς ἄροτρον ἀκοντίζεις, τοξεύεις. *Plutarch. Diogenian.* Aratro iacularis.
τῷ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖς. *Plutar.* Boue leporem venaris.
τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζειν, καὶ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν. *Idem.* Claue ligna findere, & ſecuri ianuam aperire. Peniculo pugnare. *Terent.* Subula leonem excipere. *Seneca.* Volſellis pugnare. *Varro.*
ὄνος πρὸς λύραν. ὄνος πρὸς αὐλόν. *Suid.* Aſinus ad lyrá. aſinus ad tibiam .ſ. *audiendam vel inflandā. Lucian. Varro.* Cantherium in foſſa .ſ. *adhibes vbi parū valet. Liui.*

Niédotkliwy. Niecierpliwy. Ják wrzod. Nié tykay. Wnet śie vrázi.

Łedá co mu záwádźi. Obrußy śie byś mu pálęcz ákrzywił/ by mu ná nos mucha pádła.
Molli articulo tractandus eſt. *Quintil.* HVlcus. *vt ſuprà ſub* Niédogodny/ *dixi.*
μὴ κίνει κάρφος: Ne moueas feſtucam vel ſtipulam .ſ. *ne tam leni ſtrepitu offendatur.*
—— κἂν μῦς δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. Vel mus mordeat virum malum.
—— κἂν αἴξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. Vel capra mordeat virum improbum.
Optantis affectu vtrumq; hoc dictum videtur, de improbis quacunq; ratione puniendis: nihilominùs Paræmiographi accommodant etiam ijs, qui re leuiſſima mox offenduntur. & tunc Mordeat, Potentiali Modo accipiendum eſt, non Optante nec Imperante.
Apud Plautum maritus conſpicatus vxorem ſeueram & ſibi infenſam triſtemq; ait:
Blandè hæc mihi mala res eſt appellanda (.i. *compellanda.*)
Vxor mea, meaque amœnitas, quid tu agis?
Martialis Chœrilo conquerenti de dicacitate ſua ait:

In te qui dicit Chœrile liber homo eſt .i. *dicax tibi videtur, qui nil potes veri audire. Vel aliter*: Liber eſt .i. *otioſus eſt, qui te non potiùs contemnit, quàm perſtringat.*

Nie dotrwał.

πρὸ τ̃ μυϛηρίων ἀπέναι. *Plato. vel* ἀπῆλθεν.
Ante myſteria (*peracta*) diſcedere, *vel* diſceſſit. Ab ipſa meſſe diſceſſit. *Seneca.*

Nie dowierza nikomu.

Cochleis diffidentior eſt. *Athenæus ex Anaxilao ſic habet:*

ἀπιϛότερ☉ εἰ τ̃ κοχλιῶν πολλῷ πάνυ,
οἱ πεϱιφέρουϛ' ὑπ' ἀπιϛίας τὰς οἰκίας.

Es diffidentior multò quàm cochlea, quæ ob diffidentiã circumfert ſuã domũ.
οὐδὲ τ̃ ἑϱμῆ πιϛεύει. *Strabo.* Ne Mercurio quidem credit.
ἀποϛείλας τ̃ παῖδα ὀψωνήσοντα, ἕτεϱον παῖδα πέμπει πϱυσόμενον πόσου ἐπϱίατο. *Theophraſtus Charactere de Diffidentia, ſeu diffidente.* Miſſo famulo emptum obſonia, alterum famulum ſubmittit ſciſcitatum quanti prior emerit.
Ne Genio quidem fidit ſuo. *Plaut. in Captiuis de diuite parco ait:*
— Genio ſuo vbi quando ſacrificat, Ad rem diuinam quibus eſt opus Samijs (.i. *fictilibus*) vaſis vtitur. Ne ipſe Genius ſurripiat. Proinde alijs vt credat, vide.
In ore illi eſt illud Epicharmi: μέμνησο ἀπιϛεῖν. Memineris diffidere.
Et illud alterius Comici: τῇ μὲ δίδωμι χειϱὶ, τῇ δὲ λάμβανω. .i.
Hâc do tibi manu, ſumo porrò hac altera. *Vel.* Dat altera quidem manu, accipit altera. Illud ſæpe vſurpat: ἅμα δίδου & λάμβανε. Simul da & accipe.
Plura petere potes ſi voles ex ſequentibus.

Nie dowierzay. Nie káżdemu vſay. Nie káżdemu śię otwieray. Nie wßyſtkiemu wierz.

Nerui & artus ſapientiæ ſunt non temerè credere. *Cic. ex Epicharmo qui ait:*
——— νᾶφε καὶ μέμναϱ' ἀπιϛεῖν, ταῦτα νεῦϱα τ̃ φϱενῶν .i.
Sis ſobrius memento & fide nulli, nerui ij ſapientiæ.
Vbi manus multæ ſunt, claude; & quodcunque trades, numera & appende: datum verò & acceptum omne deſcribe. *Eccleſiaſtici 42.*
Nemini fidas niſi cum quo modium ſalis abſumpſeris. *Vulgare dictum. Sic & Cic.* Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, *ait*, vt amicitiæ munus expleatur.
Et Ariſtotel. ἐκ ἔϛιν εἰδῆϛαι ἀλλήλους, πϱὶν λεγομένην ἅλαϛ ξυναναλῶϛαι. Non poteſt fieri vt nos mutuò pernoſcamus, antequam quem dicunt modium ſalis abſumpſerimus. *Idem habet & Plutarch.*

Difficilem oportet aurem habere ad crimina. *P. Syrus.*
ἀπιϛία τῆϛ πίϛ☉ ἀϛϕαλέϛεϱον. *Theophylact.*
Diffidere eſt ſecurius quam fidere.
——— Σώφϱον☉ δ' ἀπιϛίας ἐκ ἔϛιν ἄλλο χϱηϛιμώτεϱον βϱοτοῖϛ. *Euripid.*
——— Prudente diffidentia, Haud alia res vtilior eſt mortalibus.

κερδὶ συνὼν τῇ κερδοσύνῃ προσδόκα. *Suidas.*

Cum vulpe habens commercium exſpecta dolum.

Cuculo conquerenti de paruis auibus quod ſe fugerent, reſponderunt illæ, ſuſpicari ſe fore illum aliquando accipitrem. Plutarc. ex Æſopo.

ὑπὸ παντὶ λίθῳ ζκόρπιος ὑποδύεται. *Alcæus.*

Subeſſe ſaxo cuiq; ſcorpius ſolet. Lapide ſub omni ſcorpius facile latet. Venenum ſub melle latet. *S. Hierony.* Intus eſt equus Troianus. *Cic.* Equo ne credite Teucri. *Virgil.* Timeo Danaos & dona ferentes. *Idem.* Latet anguis in herba. *Idem.* Ecce latens herba coluber. *Ouidius.* Non omni homini cor tuum manifeſtes. *Eccleſiaſtici c. 8.* Homo homini lupus. *Plaut.* Nullane in re eſſe homini cuiquam fidem! *Terent.*

Stulto ſtultior fuiſti, qui ijs tabellis *(epiſtolæ)* crederes. *Plaut.*

Deos abſentes teſtes memoras, quî ego iſtuc credam tibi. *Idem.* Vipera eſt in veprecula. *Pomponi.* Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides. *Ouid.* οὐδὲ Κάτωνι λέγοντι σ. πιστεύειν. *Plutarc.* Neq; ſi Cato dicat, credendum eſt. οὐδὲ τῷ ἑρμῇ πιστεύσεις. Ne Mercurio quidem credideris. *Vulgare eſt illud.* Fide, ſed cui, vide. Latet hamus in eſca. *imitatione Virgilij, & Horat. ac Ouidij.* Cautus enim metuit foueam lupus. *Horat.*

καὶ τὸν κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι. *Heſiodus.*

Et fratri teſtem arridens adhibere memento.

Sic apud Plutarchum Perſeus noto ciui mutuans pecuniam in foro cautionem fecit, & mirante illo quod ſic legitimè ſeu legaliter, reſpondit. Legaliter do, ne legaliter ſed amanter recipiam. ἔτω νομικῶς; ναί, ἵνα φιλικῶς ἀπολάβω, καὶ μὴ νομικῶς ἀπαιτίσω. Adeóne ſecundum ius? omninò, vt amicè recipiam & in repetendo iure non experiar. Łépicy práwnie przyiacielowi pożyczáć / niż práwnie od niego iuż nieprzyiaćielá odbieráć. Feli veru lingenti aſſum ne credito. *Garner. Gallic.*

ἔχθροῖς ἁπτῶν ὅκοτ' ἂν πάθοις βλάβην.

Diffiſus hoſti nil feres vnquam mali.

Mures apud Æſopum videntes felem pendentem & mortuam ſe fingentem, dixerunt: Etiamſi ſaccus eſſes (.ſ. *ex iſta pelle*) non te adiremus.

ἔτι μὲ οὐδενὶ τρόπῳ ἂν πεισθείην, οὐδὲ εἰ βοῦς τὸ λεγόμενον φθέγξαιτο. *Alciphron.* Hoc quidem nullo pacto crediderim, ne ſi bos quidem vt dicitur, elocuta fuerit.

Ne credas vndam placidam non eſſe profundam. *Anonym. rhythm.*

Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. *Plaut.*

Ita amicum habeas, poſſe fieri vt inimicum putes. *P. Syrus. Gellius.*

δεῖ φιλεῖν ὡσπερ μισήσοντα, μισεῖν δὲ ὡσπερ φιλήσοντα. *Blas.* Ama tanquam oſurus, oderis tanquam amaturus. *Sed huius ſententiæ priorem partem rectè damnat Ariſtotel. & Cic. iubetq; amare tanquam ſemper amaturum: poſterior pars eſt probanam vetat odium, ſi incidat, eſſe firmum & diuturnum.*

Rectè Eraſm. Nulli fidere, inhumanum; omnibus, ſtultum. *Et Lucianus.*

Τὸν

πᾶσι πιστεύειν γελοιότατον ἀπιστεῖν ὁμοίως. Omnibus credere ridiculum, diffidere similiter. *Item Garner.* Æquale vitium eſt omnibus & nulli credere aut fidere. *Affine,* Nié wierz.

Nié do żywego. Nié do ſkóry. Láſkáwié. Strzyż nié odzieray. Pobory znośne ſtánow. Dość wełne ſtrzydz / á ſkorą cáła / co rokći bedźié wełne dawáłá.

Boni paſtoris eſt, tondere pecus non deglubere. *Tiberius apud Suetonium ſic reſpondit ſuggerentibus, vt prouincialibus augeret vectigalia. Dio id ſic habet:* ἀγαθοῦ ποιμένος ἐστι, κείρασθαι ἀλλ' ὐ δέρειν τὰ πρόβατα. *De ſimili negotio reſpondit Alexander Magnus alia allegoria vſus:* καὶ κάπηλον μισῶ τ' ἐκ ῥιζῶν τὰ λάχανα ἐκτέμνοντα .i. Et olitorem odi radicitùs olera excidentem. *Aëricum tributum exigentes ſeu aërem cenſentes, malè audierunt.* V. Łákomy w zbierániu.

Apud Plautum lenior eſt tonſura per pectinem, quàm quæ ſtrictim ad cutem fit.

πωμὴν ἀμέλγει κἀπὸ τράγου ἔστ' ἂν θέλει,
ἀλλ' ἀντὶ γάλακτος αἱμάτων πηγὰς ὕτι. *Nazianzen.*
Mulgere & hircos ſi velit paſtor poteſt,
Pro lacte ſedenim ſanguinis fontes fluent.

Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit ſanguinem. *Prouerb. SS. 29.*

ἐν πλατει. *Vlpian. quaſi in latitudine. latè, non præcisè & exactè exigere aliquid, non rigidè & ſummo iure agere, ſed ſecundum æquum & bonum.*

Callicrates Athenienſis exactiones iudicum ſupra modum auxit. Suidas ex Ariſtotele.

Non plùs verrere, quàm ſerere. *ex Plinio.* V. Miárá 2. Co wczás.

Nié drażni baby.

πολὺ χεῖρόν ἐστιν ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύνα. *Menander.*

Eſt peius irritare aniculam quàm canem. *Nam præter ſexus impotentiàm, anni ipſi moroſiorem & iracundiorem eam reddunt, quibus non rarò accedunt aliqua vitia morum & vitæ prioris, quandoq; & malæ artes, veneficia, incantamenta. &c.*

Bacchæ bacchanti ne aduerſeris. *Ex Plauto allato ſub* Kto ſie mści.

Vide Niéwiáſtá zła. & Day złemu pokoy.

Nié drugi raz námowiß / nápedźiß / ábo bede wiérzył / ábo dam ſie oßukáć.

ἀλλ' ὐκ αὖθις ἀλώπηξ πάγας. *Suid.* Sed non iterum vulpes in laqueum. *Plenius Plutarch.* ἀλώπηξ διαφυγοῦσα πάγας αὖθις οὐκ ἁλίσκεται. Vulpes elapſa è laqueo (*ſemel*) non iterum capitur.

Canis à lupo deprehenſus & ſupplicans vt pingueſceret dimiſſus, lupum poſtea promiſſa exigentem irriſit *Æſopus.*

ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃς ὧν ἐφάσκαξ τόποις,
τοῖς πλησιάζειν δεύτερον μὴ ἥδεται. *Ex Amphi.*

In quo

In quo quis infelix ſemel fuit loco, Hunc non libenter rurſus accedere ſolet.
Σικελὸς θάλασσαν. Siculus mare .ſ. *placidum, olim dum ficus veheret in eo naufragus, aſpicit & dicit:* οἶδ' ὃ θέλεις, σῦκα θέλεις. Scio quid poſcis, ficus poſcis .i. *inuitas me vt iterum ficus vehens naufrager, quod ego non faciam.*

Et mea cymba ſemel vaſta percuſſa procella,
Illum quo læſa eſt horret adire locum. *Ouidi.*

In Rudente Plauti Paraſitus hoſpiti malo iterum ſe inuitanti reſpondet: Semel bibo. .i. *apud malum hoſpitem: nec iterum ad malum hoſpitium diuerto. Ian. Gulielm. Lambin.*

Me tabula ſacer Votiua paries indicat, vuida
Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris deo .i. *Neptuno. Horati.* .i. *ego iſtic ſemel naufragium paſſus non iterum redibo. In eandem ſententiam Charmides Plautinus, è mari ſaluus domum reuerſus gratias agit Neptuno pro incolumitate, & deinceps domi ſe manſurum ſpondet.* V. Nié námowiß. Nié nápedźiß. Raz dość.

Nié dźiećieć iuż ieſt. Nać rozum. Mineło mu śiedm lat.
Wyroſt z dźiećińſtwá. z rozgi. Wie co źlé/ co dobrźé.

Non ignorat quid diſtent æra lupinis. *Horat* .i. *veram & ludicram pecuniam diſcernit.*
Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo. *Pædagogo dicit adoleſcens apud Plautum.*
Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba Et tibi non creui. *Simile apud Martial.*
Exceſſit ex ephebis. *Terent.* Manum ferulæ ſubduxit. *Iuuenal.*
Iam patruos ſapit. Iam nuces reliquit. *ex Perſio.*
Non eadem eſt ætas. *Horat. ſubaudi puerilis: nam aliud Pòéta ſubaudit.*
Cuſtode remoto .ſ. *viuit. ex Horat.* Sine cortice nare poteſt. *Ex eodem.* Sam śie rzadźić możé. Vmie pacierz béz mámki/ béz nánki.
αὐτὸς ἡλικίαν ἔχῃ, αὐτὸν ἐρωτήσατε. *Ioannis. c. 9.* Ipſe ætatē habet, ipsũ interrogate.
οἶδε τὸ λευκὸν ϗ τὸ μέλαν. *Ariſtophan.* Nouit album & nigrum .i. *bonũ & malũ.*
Sat ſapio, ſatis in rē quæ ſint meā ego conſpicio mihi. *Plaut.* Wiem ia co mi zdrowo.
In ſuam tutelam venit vel peruenit. *Cic. Gelli. Vlpian.* Suæ tutelæ factus eſt. *Vlpian.*
Non omnis ætas ludo (*literario*) conuenit. *apud Plautum adoleſcens proteruus dicit pædagogo.* q. d. *mea iam non conuenit, vt idem ſuprà ſimile quid dixit.*
οἶδα ἕκαστα ἐσθλά τε ϗ τὰ χέρεια. *Homer.* Scio ſingula bona & mala.

Nié dźwiedź ſrogo náźoladź ryka: gdy gáłaź ſpádnié/ milczkiem vmyka.

Dictum hoc perſtringit eos qui ob paruas iniurias vel moleſtias exaſperantur, maiores verò iam experti, cautè vel meticulosè diſſimulant. Triuialis rhythmus eſt:

Glande percuſſus vociferat vrſus,
Dum frons cadit cum ſilentio vadit. *Quem ſi lubet ſic corriges.*
Glande leui lapſa percuſſus murmurat vrſus,
Dum frons verò cadit, per multa ſilentia (*vel,* procul omni murmure) vadit.

Simile eſt illud Ruſſorum. Pálec ſkrywiß/ krycżyt: kułakom morſnićß/ moucżyt.

Grandes loquuntur (*al, queruntur*) curæ at ingentes ſtupent. *Seneca.*

Parui dolores murmurant, magni silent. *Garner.*

μικρὸν πεπόνθώς τι μεμψιμοιρεῖ, μέγα σιγᾷ. *A.*

Vir modicum læsus, plorat; tacet at, benè cæsus. *Ex Garner.* V. Jéßczéć tonie.

Nie dzwiedź w lésie/ á skóre iégo przedáieß.

Pracy w polu/ á on roßenki ná nie struße.

Iactum retis vendere. *apud ICtos de re incerti euentus.*

Huc pertinet apologus de vendente pellem vrsi nondum capti, cui metu in terram prolapso vrsus in aurem susurrauit. ne pro certis incerta venderet. vel sic:

μήποτε πεπράσκῃς δερμὴν ζῶον ἔτι ἁλόντας. *A.*

Vrsi quem nondum cepisti haud vendito pellem. *Affine,* Dáléko do tégo.

Nié foremnié go zowia. Jáko cie zowia? álé mi odpuśćcie/ Dudá vel N. N. &c. *Hippodamus. Tuticanus, &c.*

Sic Martialis in Hippodamum, qui optabat se à Pòèta celebrari, excusans se, ait; Vellem id. Sed tu nomen habes auerso tontem sororum Impositum .i. *ingratum Musis.* & *Ouid. in Tuticanum.* Quominus in nostris ponaris amice libellis

Nominis efficitur conditione tui, *quod secundam syllabam breuem habens, elegiaco carmini, quo Pòèta scribebat, ineptum est.*

Apud Cic. Bambalio cognomen ex contumelia. Verres *simile, ab animali sordido vel à verrendis furtis, rapinis.* Cythonymus. V. Nié wspominay złego.

V. Nié dármo go takßowia.

Nie frasuy śie leda o co. Nie frasuy śie/ ośiwieśeß przed czasem.

μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. *Pythagoras. Athenæus.* Cor ne edito .i. *ne excrucies animum curis vitam minuentibus.* ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε *Pythagor.* Cerebrum ne edas. *quod est intelligendi instrumentum, & fons sensuum. hoc verò curis vehementibus laditur. vt accidit Anaxagoræ, qui ob contentam contemplationem animo defecit. Ité Philetas Cous, pseudologũ sermonẽ soluere non valens, cura & cogitatione cõtabuit. L. Giraldus.* ἐν ὁδῷ μὴ σχίζειν ξύλα *Pythagoras.* In via ne scindas ligna .i. *ne abbreuies vitam curis anxijs. Ita Erasmus.* μὴ φορεῖν στενὸν δάκτυλον. *Pythagor.* Arctum annulum ne gestes .i. *ne viuas anxiè, aut ne te in tricas inextricabiles conijcias. Vide Garneri dictum, sub* Nié pomoże to nic. Ergini canos time. V. Ośiwiać.

Nie frasuy śie o to. Spi ná to dobrze. Nie twoie to staránie.

Per hanc curam quieto tibi esse licet. *Plaut.*

De istac re in oculum vtrumuis conquiescito.

Anné in aurem? at hoc peruulgatum est nimis. *Idem.*

Ademptum tibi iam faxo omnem metum,

In aurem vtramuis otiosè vt dormias. *Terent.*

In dextram aurem mihi fiduciâ dormias. *Plini. iuni.* ἐπ' ἀμφοτέραν καθεύδειν δοτέον σὺ τὼ πόδε κάβδδε. *Lucian.* Porrectis vel extensis pedibus dormi. Mihi hæc erunt curæ. *Oraculum Delphis redditum ab Apolline.*

ἐμοὶ μὲν

ἐμοὶ μελήσῃ ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις. Mihi & puellis candidis (*Palladi, & Dianæ*) hæc curæ erunt.

ἀλλ' ἴθι σιγῇ πρῖον ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω. *Homer.*

Qin tacitus procede, viæ huius ego fuero dux.

ἄλλο τί σι μελέτω φρεσίν. *Idē.* Aliud tibi curæ sit. *vel* Aliud cura. *Terē.*

——πόλεμος Κύπρου μελήσῃ. Bellum curæ erit Cononi. *Dux Athenienſium is erat celebris.* *Sic & apud Homerum Hector reſpondet Andromachæ.*

πόλεμος δ' ἀνδράσι μελήσῃ. Bellum viris curæ erit (*non feminis.*)

Apud Virgilium etiam Turnus animi ſe ad pugnam incitanti ait:

Cura tibi diuûm effigies & templa tueri,
Bella viri pacemque gerant, queis bella gerenda.

Quadrat & illud Martialis. Ole quid ad te?

Nié gan cźégoś nié doznał/ nié świadom.

Temeritas eſt damnare quod neſcias. *Seneca, ex P. Syro Mimo qui ait:*

Quod neſcias, damnare ſumma eſt temeritas.

ἄγνωστα ψέξαι ἄλογός ἐς' ἀβελία. *A.* Ignota vituperare ſtulta eſt temeritas.

Iudicium præceps inſani iudicis index. *Verinus.*

ὁ τυφλὸς ἂ γένοιτο χρωμάτων κριτής. *A.* Cœcus colorum non poteſt eſſe arbiter.

Nié gardź nikiem/ by napodléyſſem.

Τὸ κανθαρον ἀετὸς μὴ καταφρονείτω. Scarabæum aquila non contemnat.

Ex apologo Æſopi de Scarabæo qui aquilæ iratus oua eius ex ſinu etiam Iouis excuſſit.

Epimythion. μηδενὸς καταφρονεῖν λογιζομένους, ὡς ἀδεὲς ἐστιν ὃς περιπλακιαθεὶς, ἀκ ἂν δυνηθείη ἑαυτῷ ἐπαμῦναι. .i. Nullum eſſe contemnendum, ſiquidem nullus eſt qui laceſſitus ſe vlciſci non poſſit. Ad nocendum potentes omnes ſumus. *Seneca.*

καιρῷ τυχὼν καὶ πτωχὸς ἰσχύει μέγα.

Mendicus etiam tempore poteſt plurimùm.

Eſt qui ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi inuenerit tempus malefaciendi, male faciet. *Eccleſiaſtici 19.* *Acanthis aſinum paſcuis expellit. Plinius.* *Rana luciũ piſcem oculis illi effoſſis conficit. Ioan. Dubrauius.*

Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam. *P. Syrus.*

ἔχει δὲ καὶ τὸ τερέτιον ἐν ἰδίαν σκιάν. *A.*

ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα. Habet & muſca ſplenem.

ἔνεστι δὲ τῇ μύρμηκι χολός. Ineſt & formicæ bilis.

Τὸ ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς. Minorem ne contempſeris. *Cato.*

Nil tam firmum eſt cui periculum non ſit etiam ab inualido.

Leo aliquando minimarum auium pabulum fuit. *Curtius.*

Hyænæ pellis, pellem Panthera pulchræ fortis velocis feræ, appoſita illi deſtruit ita vt pili deeidant. Pierius. Corporis exigui vires contemnere noli.

Conſilio pollet cui vim natura negauit. *Cato.*

Ζώματος ὑπὸ ἀνὸς ὀλιγωρεῖν ὄλαβες ἔη,
ὦ μὴ ἔνεστι μένος, βαλὴ πρέπειν ἐπεὶ ος. *Mylius.*

Aduerſus Theophraſtum hominem in eloquentia tantum, vt nomen diuinum inde inuenerit, ſcripſit femina, eáq; meretrix Leontium dicta. Plini.
Mures expulerunt Megarenſes ſuis ſedibus. Strabo. Phaſelitas Veſpæ. Rhetienſes ſcolopendræ. Ælian. & Plini. qui plura talia affert lib. 8. cap. 29.
Attilum piſcem ingentem (mille librarum) clupea piſciculus enecat. Plini.
Culices Indici agminatim irruentes in leonem, eum fugant. Photius.
A cane non magno ſæpe tenetur aper. *Ouidi.*

Nié garéćia cukiér iédza.

χρὴ δ' μέλιτος μὴ κόιλῃ χερὶ, ἀλλὰ δακτύλῳ ἄκρῳ γεύεσθ. *Philoſtrat.*
Oportet mel non caua manu, ſed ſummo digito deguſtare.
τοῖς ἐπιθέτοις ὡς ἡδύσμασι ἀλλ ὡς ἐδέσμασι χρῆσθ. Epithetis vt condimentis, non vt cibis vtendum. *Ariſtotel. 3. Rhetoric. vbi reprehendit Alcidamantem epithetis crebris tanquam cibis vtentem.* *Vicinum eſt.* Koſkoby ſkromno záżyway.

Nié godźien ten tego.

βῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ. Bos in quadra argentea. *Sic in bellarijs, butyro, farina mellita, ſaccaro, varia animantia effinguntur.*
Ταριχῆν σίλουρον ἀργυροῦς πίναξ ἔχει. *Athenæ.*
Putrem ſilurum quadra gerit argentea.
ὗς διὰ ῥόδων. Sus per roſas. al. ὗς διὰ ροιῶν. Sus per mala punica. ſ. *incedens.*
In hominem agreſtem & re quam tractat indignum. Suidas. Eudemus.
Mopſo Niſa datur. *Virgil. paſtori deformi puella decora. Et Plaut.* Caſina nubet villico! ſ. *riuali abiecto.* *Apud eundem Plautum Miles leroni ita ſcribit:*
Salutem ſcriptam dignum eſt dignis mittere, Te ſi arbitrarer dignum miſiſſem tibi.
S. Ioannes epiſtola 2. Pſeudodidaſcalis & Aue dicendum *vetat.* καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε. *Simile eſt illud Ariſtophanis:*
οὐδὲ γὰρ τὸ παράπαν ἀποκρίνεσθ. Ne gry quidem alicui reſpondere. Nié godźien dobrego ſłowá. ἀνίπποις ποσὶν ἦλθεν. *Lucian.* Illotis pedibus venit. ἀνίπποις χερσὶν. *Diogenian.* Illotis manibus. ἀμύητος. *Galen.* Non initiatus. μηδ' ἐγγὺς τ τηλικούτων ἄξιος *Lucian.* Ne propè quidem tantis (*laudibus*) dignus. Delphinum patina non capit. V. Nié twoiey to geby.
V. Godność niégodnemu.

Nié godźienéś mu i trzéwikow zżuć / ábo vtrzeć &c.

Indignus qui illi matellam porrigas. *Ex Martiali qui ait:*
Diſpeream ſi tu Pyladi præſtare matellam
Dignus es, aut porcos paſcere Perithoi. *Nam hoc viliſſimum miniſterium fuiſſe, docet Spartanus adoleſcens ingenuus captus & venditus, qui iuſſus porrigere matulam*

matulam, non paruit hero, addens: Non ſeruiam, *& ſeſe ex alto præcipitauit. Plutarch. Simile eſſe miniſterium*, Calceos alicui detrahere. *vſus docet & omnes Euangeliſtæ habent de S. Ioanne Baptiſta quare rectè dices hic.*

Indignus es qui illi calceos pedibus detrahas. *Sed & illud vulgò vſurpatur.*

Indignus es qui illum aſpicias. *Sic apud Homerum Achilles de Agamemnone ait:*

ἀλλ' ἂν ἔμοιγε τελαμών, κύνεός ὥς ἐὼν εἰς ὦπα ἰδέσθαι.

Neque me auſit, impudens licet vt canis ſit, in faciem intueri. *Sed aptius eſt exemplum.* Publicani Euangelici cælum aſpicere ob indignitatem ſuam nolentis.

Nié godźieneś tey ſławy. Nié wſławie cię mem piſmem.
Nié dam ci tey počiéchy.

Nomine non vtar, ne commendere querelâ (*meâ*)
Quæraturq́; tibi carmine fama meo. *Ouid. in fictũ vel perfidum amicum. Sic Martial. in detractorem.* Allatres licet vſque nos & vſque,
Et gannitibus improbis laceſſas, Certum eſt hanc tibi pernegare famam.
Olim quam petis in meis libellis, Qualiſcunq́; legaris vt per orbem.
Nam te cur aliquis ſciat fuiſſe? Ignotus pereas miſer neceſſe eſt.
Deſperanda tibi eſt ingentis gloria fati Non potes hoc tenuis præda ſub hoſte mori. *Martial. de lepore cum leone ludente. hic allegoricõs vſurpa.*

Spartæ cùm Demoſthenes quidam malus vir ſententiam bonam dixiſſet, populus eam reiecit. ſed Ephori cuidam probo ſeni ſorte lecto eam dicendam dederunt, vt quaſi ex vaſe ſordido in ſincerum transfuſa, grata populo fieret. Plutarch. auctor.

Epheſi item Eroſtratus templum Dianæ celeberrimum incenderat, vt (quod in tormentis faſſus eſt) nomen ſuum toto orbe celebre redderet. verùm id publico decreto ſilentio & obliuione perpetua damnatum eſt. Theopompus tamen id euulgauit. Valeri. Maxim.

Vide Nićdyce śie toba pyſkać.

Nié gon tego / co ſam vćieka.

——μὴ τὸν φεύγοντα διώκε. Nequaquam inſequitor fugientem.

Fugienti aureus pons .ſ. *videtur. vel præbendus eſt. nempe vt porrò fugiat.*

Dictum Caroli V. cum Turca Solymano congreſſuri. cùm enim vtraq́; acies iam in conſpectu eſſet & Turcica perculſa terga vertiſſet, Carolus hortantibus ſuis vt fugientes perſequeretur, renuit, dictum illud vſurpans. Victorius. *Scipio Africanus dicebat:* hoſti fugienti non ſolum dandam ſed etiam muniendam eſſe viam fugiendi. *Frontinus.*

Lycurgus quoq́; Lacedæmoniis legem tulit, vt in pugna acerrimi eſſent, donec hoſtes ſe in fugam darent: & illis fugientibus miſſis in aciem redirent. Plutarc. Et omninò non ſemper eſt tutum hoſtem fugientem inſequi. nam inter ſtratagemata bellica inſigne eſt, fuga ficta, itemq́; ſimulatus regreſſus aut diſceſſus, nec non ſolutio obſeſſi hoſtis & emiſſio, ne ex deſperatione fortiùs pugnans vincat. qua de re multa Frontinus, præſertim l. 2. c. 6. l. 4. c. 7. & Vegetius l. 2. c. 21. 21. &c.

M. Liuius fuſo Hasdrubale hortantibus vt fugientes perſequeretur, eluſit dicens: ſuperſint aliqui qui hoſtibus de noſtra victoria nuntient. Frontinus.

Nié gonia mie ábo nás.

οὐδεὶς ἡμᾶς, τὸ λεγόμενον, ἐπείγων διώκει. *Plato.* Nemo nos, vt dicitur, qui vrgeat ſeu feſtinare compellat, inſequitur. *Affine,* Co mi tego zá niéwola.

Niégościnny człowiek. Nié rad gościom.

Domui ſuæ inſcripſit: Porta patens eſto nulli; claudaris honeſto. *Ex Alciato. explicui hunc verſum ſupra ſub dicto.* Dla métey rzéczy.

Domui ſuæ inſcripſit: Caue canem .ſ. *ne quis morſum eius timens ingrediatur.*

Ex Varrone qui de ſe ait: Quòd ea die mea erat præbitio (.i. *conuiuium erat à me præbendum hoſpitibus*) in ianuam inſcribi iubeo: Caue canem.

In Moſtellaria Plauti ſeruus hero ingreſſaro vicini domum ait: Videam, ne canis .ſ. *ſit apud ianuã mordax. & mox reuerſus dicit:* Nihil pericli eſt tam placida eſt quàm aqua. *Sic Ariſtophan.* πρὸς γε μέν τι τὴν θύραν

προσαγορεύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμὴν, ἀλλ' εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα. .i.

Ad meam ianuam denuntio non accedendum, ſed timendum eſſe canem.

Apud Petronium canis in pariete pictus catenatus ingens, cum hac inſcriptione: Caue caue canem. *Sculpti etiam canes ponebantur ad ianuas vt alia ſimulacra. v.g. Herculis, Atlantis, Telamonis &c. apud Vitruuium l. 6 c. 10. Meminit & Martial. At verò in Aſinaria Plauti paraſitus iubet vt amica in foribus ſuis inſcribat:* Occupatã ſe eſſe. ἀλλ' ἀπὸ γῆς ὤνησεν. Ne terrâ quidem iuuit .i. *ne terræ quidem hoſpitium conceſſit. Vt Virg.* Hoſpitio prohibemur arenæ &c.

Alter Timon. *pro inhoſpitali, de quo multa habet Lucian.*

ὁ τίμων ὁ ἀγαπᾷ διαίταν. *Strabo. Plutarch.* Timonis vitam colit.

τὴν θύραν ἔχει τετριμμένην ὥστε ἀποναί. *Diogenian. ironicῶs de quodam parco.* Oſtium habet tritum (*ob frequentiam hoſpitum*) vt ſunt paſtorum caſæ.

Nié gray myſko z kotkiem. Nié gray kotku z niédźwiédźiem. Nié gray z niem. Nié gryź z czártem orzéchow.

μὴ σύμπαιζε μῦ αἰλούρῳ ἄιλουρέ τε ἄρκτῳ. *A.*

Mus feli feliſque vrſo colludere noli.

Ne lepus imbellis cùm ſis collude leoni. *Ex Martiali. qui de hoc ita:*

Vnde poteſt auidus captæ leo parcere prædæ. q. d.

Caue tibi lepuſcule. nec tam liberè ludas cùm leone, quia facile potes irritare eum, qui tibi non parcet. habet aliquot epigrammata in hanc ſententiam libro de ſpectaculis.

ἐχθροῖς ἀπιστῶν μὴ πότ' ἂν πάθοις βλάβην.

Diffiſus hoſti nil feres vnquam mali.

λόγον παρ' ἐχθροῦ μὴ ποθ' ἡγήσῃ φίλον.

Ab hoſte dicta ne vnquam amica duxeris. Niédowierzay.

Et ne Fumantem naſum viui tentaueris vrſi. *Martial. allegorico ſenſu.*

Cum Orco rationem ponere vel habere, periculoſum eſt. *Ex Varrone & Columella qui de agrorum delectu agentes, peſtilentem quantumuis feracem reijciunt.*

Nam vbi,

Nam vbi, *inquiunt*, cum Orco ratio habetur, ibi non modò fructus incertus eſt, ſed etiam colentium vita. *Sic Varro. addit Columel.* ibi mortem potiùs quæſtu eſſe certiorem. *Et quamuis hic Orcus pro loco peſtilente & mortem ac Orcum accerſente poni videatur; tamen apud Plautum & Cic. Orcus pro deo inferorum & pro loco inferorum vſurpatur, quæ omnia vicina ſunt. vt & apud Polonos. Vide in 1. Tomo* Piekło 1. & 2.

Affine, Day ziemu pokoy. Nie rowna mnie z toba. Nie składay śie.

Nie tać to. On ci to winien. Nie ſam-ci ia tákt.

πρωτοπλάτων δικαιολογία. Primorum parentum defenſio .ſ. *reiectione ſeu translatione culpæ in alterum.* οὐκ ἐγὼ μόνα κόλπες (*al.* κόδπες), ἔνλι ἡ ἄλλαι ἀλώπεκες. *Plutarch.* Non ego ſola vulpes, ſunt & aliæ vulpes. *Dictum Timocreontis Rhodij, cùm ei obijceretur quòd cum Medis hoſtibus fœdus pepigiſſet.*

ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι, ἀλλὰ Ζεὺς & μοῖρα. *Agamemnon apud Homerum purgans ſe Græcis malorum cauſam illum dicentibus, ait:* Non ego auctor ſum ſed Iupiter & Parca. *Non procul abſceſſit hinc & illud quod de Veſpaſiano ſcribit Dion: Cum Cometes apparuiſſet, qui mortem Veſpaſiano portendere putabatur & iactabatur, eludens ille omen.* Non ſibi *ait*, ſed Parthorum regi cometem ortum, ἐκεῖνον γὰρ κομᾶν, ἐγὼ δ' φαλακρός εἰμι .i. ſiquidem ille comatus eſt, ego verò caluus. *Meminit & Sueton.*

Nie tak wiéle pátrz/ álé tak dobrych. Wole mało dobrych/ niż wiele złych.

Non numerandæ ſed expendendæ ſunt ſententiæ. *Ex Plini. iuni.*

Ioue propitio non curat plures minutos deos quidam, *apud Plautum.*

Gratior & validior eſt decem bonorum virorum ſententia, quam totius multitudinis imperitæ. *Cic.* Exigui numero ſed bello viuida virtus. *Virgil.* *Vide Ageſilai factum ſub* Rownánie.

Malo vnius agilem operam quàm decem tardam. *Columella.*

—— Quæ digna legi ſint Scripturus neq; te vt miretur turba labores,
Contentus paucis lectoribus. *Horati.*

Sæpius in libro memoratur Perſius vno
Quam leuis in tota Marſus Amazonide. *Mart. qui præfert Perſij Satyricã paruum libellum qui exſtat, ingenti libro Marſi epigrammatici Pœtæ quo deſcripſit pugnam Herculis cum Amazonibus.*

οἱ ἀμείνονες νικησάτωσαν τοὺς χείρους καὶ τὸ πλῆθος. *Plato.* Meliores vincant deteriores & multitudinem. Me paucis malle & ſapientibus eſſe probatũ. *Lucil.* αὕτη κρείσσων. Hæc potior vel victrix .ſ. *ſententia, licet paucorum. Plutarchus.* Cumq; præco dixiſſet, αὗται πλείους. Hæ ſententiæ plures: *Dion dux reſpondit:* αὗται βελτίους, αὗται γὰρ κρειττόνων. hæ meliores, *quia hæ meliorum (licet pauciorum)* καρρόνων νίκα. *Porphyrion.* Præſtantiorum victoria .ſ. *debet eſſe.*

Sic Zeno cùm videret Theophraſtum magni fieri ob plures auditores, ait apud Laërtium: ἐκεῖνα μὲν χορὸς μείζων, ἡμεῖς δὲ συμφώνοτερος. Illius quidem chorus maior eſt, at noſter concinnior. *Cum diis duodecim diſcipulos Stratonici.* V. *ſub* Chełpliwy.

Cum Mu-

Cum Muſis. ibidem. *Affine ſequens &* Jéden álé dobry. *&* Ludzkie rozſądki.

Nie iák wiele pátrz / alé iák dobrzé.

οὐκ ἂν ἴις εἴπῃ πολλὰ θαυμαοθήσεται,
ὁ μικρὰ δ' εἰπὼν μᾶλλον, ἂν ἦ χρήσιμα. *Philonides. id eſt.*

Non ſi quis multa dixerit admiratione dignus eſt, ſed potiùs qui pauca protulerit, ſi fuerint vtilia. ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πολλ' εἰδὼς ζοφός. *Æſchylus.*

Qui vtilia, non qui multa nouit, is ſapit.

Puras Deus non plenas aſpicit manus. *P. Syrus.*

Vulgare illud eſt, quod recentiores vſurpant. Non quantùm ſed ex quanto .ſ. *animo.* *Et illud.* Non Nomina ſed Aduerbia Deus reſpicit .i: *non tantùm opus bonum, ſed benè cum ſuis circumſtantiis factum. vt apud S. Matthæum c. 6. de oratione & eleemoſina legimus.* *In lancem bilancis alteram quidam ponebat ſtramen multum, alter in alteram lapidem pretioſum paruum dicens:* Non quantum ſed quale.

Nouit Deus virum veræ pietatis cultorem, etiamſi minimum folium altaribus intuliſſet, quantùm quiſq; animo non quantùm manibus afferat intueri. Pierius ex veteribus Theologis. Martialis l. 7. epigr. 52. maluiſſet accepere ab Vmbro amico 5. libras argenti (50. aureos) quas puer quiuis paruus attuliſſet, quàm multa vilia munuſcula quæ grandes octo ſerui ei attulerant. *Briareus centum nauibus in 50. ventres cibum ingerens nihil plùs habet eo, qui duabus manibus vnum ventrem ſatiat. E Plutarch.*

Nié iáko ludzié mowi / poſtępuié. Nié zgadza śie z ludźmi.

Σολοικίζειν, Solœciſmum facere *dicitur, qui à communi vſu diſcrepat, non tantùm in ſermone, ſed & in aliis actionibus, adeoq; in moribus & vita: dum aliud præ ſe fert voce, manu, geſtu, habitu, & aliud cogitat, ſpectat, & machinatur.* *Sic Quintilian.* in geſtu ſolœciſmum *vocat, cùm aliud voce, & aliud manu vel nutu deſignatur.*

Et in Olympiis actori inepto Polemon præfectus dixit: ἔρρε τῇ χειρὶ ἐσολοίκισε .i. Iſte manu ſolœciſmum commiſit, *qui dicens:* ὦ Ζεῦ! O Iupiter! *vel* O cœlum? *terram moſtrauit. & dicens.* ὦ γᾶ! O terra! *manum ad cælum ſuſtulit.*

Plutarchus etiam auditorem in gymnaſio aliud agentem dixit: σολοικίζειν φὴ τὴν ἀκρόασιν .i. ſolœciſſare in auſcultando. *Lepidè Martialis Calliodoro, qui cenſum Equeſtrem cum fratre poſſidebat, & tamen ſe Equitem iactans in XIV ordinibus ſedebat cum fratre, dicit:* Surge Solœciſmum Calliodore facis. *nempe morum & linguæ, quia ratione vnius cenſus duo ſederetis in ſubſellijs nobilium. quod perinde ineptum eſt, atq; ſi in vno equo duo ſederetis. & ratio æſtimandi duos pro vno in ſermone difficilis eſt, quia vnus eſt in cenſu duo in ſubſelliis.* *Vide* Chommoda pro Commoda *ſub* Zgadzay śie z ludźmi. *Et* ἀσυλλήπτου *ſub* Máła rzęcz podczás wiele pomoże ábo záškodźi.

ἐκτὸς ὁδοῦ λεωφόρου βαδίζε. *Ex Pythagoræ ſymbolis.* Extra viam publicã incedit.

Affine, Ináczey mowi. Máßkárá.

Nié iédnakie záwße ſpráwćie. Nié iédnako śie záwße powiédźié.

Nié ieden wiátr záwße wieié, Nié záwßé vdérzy gdźie kto miérzy.

Nec ſem-

Nec ſemper feriet quodcunq; minabitur arcus. *Horati.*

οὐκ ἀιεὶ τὸ βέλος τόξει πῆ τόξα βαλοῖτο. *A.*

Non ſemper veniet telum quò iecerit arcus.

Sagittarius non aliquando ferire, ſed aliquando abertare debet. *Seneca.*

Nulli fortuna tam dedita eſt, vt multa tentanti vbiq; reſpondeat. *Idem Seneca.*

Vidi petere miluium (*prædam*) etiam cùm nihil auferret tamen. *Plaut.*

Ecce leuis perimit morbus, grauiorque remittit,

——Læduntque cibi, parcuntque venena. *Manilius.*

Et cùm fata volunt bina venena iuuant. *Auſoni. de vxore quæ maritum occidere volens, toxico miſcuit argentum viuum & medicinam illi non venenum præbuit.*

ἄλλοτε μητερὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μητήρ. *Theocrit.*

Ipſa dies quandoque parens, quandoque nouerca.

Χ' ὁ Ζεὺς ἄλλοκα μὲ πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὗε. *Idem.*

Et Iupiter nunc quidem ſerenus eſt, nunc verò pluit.

τὸ γὰρ ἐν βροτοῖς οὐκ ἔστιν οὐδὲν διατελὲς εὐδαιμονεῖν. *Euripid.*

Apud homines reperire nil eſt proſperum perenniter.

ἄλλοτε πολλ' ἔξεις, ἄλλοτε παυρότερα. *Theognis.*

Alias habebis multa, alias pauciora.

ἄλλοτε μέν τε κακῷ τις κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ. *Homer.*

Interdum malum cuipiam contingit, interdum bonum.

Bona nemini hora eſt, vt non alicui ſit mala. *P. Syrus.*

Vniémąż ná świećie godźiny. Ktorey by kto nié dał winy.

ἄλλοτε ἀλλοῖαι πνοαὶ ὑψιπετῶν ἀνέμων. *Pindar.*

Aliâs alij flatus ſublimiter volantium ventorum.

πολλάκι παρ δόξαν τε καὶ ἐλπίδα γίνεται ἄρειν

ἔργ' ἀνδρῶν, βουλαῖς δ' οὐκ ἐπέγεντο τέλος. *Theognis.*

Sæpe præter opinionem & ſpem contingit inuenire

Res hominum, conſilijs verò non affuit euentus.

οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. Non ſemper fluuius fert ſecures. *Ex Apologo Æſopi quem alij ſic formant. Lignator auarus, audiens vicino ſuo probo viro ſecurim caſu in fluuium lapſam à Mercurio reſtitutam, & inſuper aliam auream & argenteam additam; ſuam ſecurim ſponte in aquam demiſit, & Mercurio fruſtra implorato à ſodali ſuo audijt: Non ſemper fluuius fert ſecures. Planudes aliud habet epimythium.*

Culex leonẽ impune pupugit & ei ceu victor inſultauit, mox verò ab aranea captus eſt. Æſop.

Nullus vbique poteſt felici ludere dextra. *Garner ex Gallico.*

Sæpe dat vna dies quod totus non dedit annus. *Anonym.*

Vide Szczęście odmienne. Odmian ná świećie pełno.

Nié iednáko Bóg dáié / (*omitto additionem ineptam*: Jednemu gęś/ &c.)
Jednemu to Bóg dał/ drugiemu owo. Jeden w tem/ drugi w owem przodkuie.

ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι. *Pindarus.* Alij in alijs magni ſunt.

δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυσχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς. Hos eſſe felices at hos miſeros opu' eſt. *Æſchylus inter pocula Tragœdias ſcripſit: Demoſthenes orationes aquam bibens. unde Demades dixit:* Alij ad aquam (*Clepſydra*) dicunt, Demoſthenes etiam ad aquam ſcribit. *Lucian.*

Φυᾷ δ' ἕκαστοι διαφέρομεν βιοτὰν λαχόντες, ὁ μὲν τὰν, τὰν δ' ἄλλοι. *Pindar.* Natura ſinguli differrimus vitam ſortiti, hic hanc, illam alij.

τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι. *Idem.* Artes alijs aliæ.

ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλων ἕδεα ἀγαθῶν. πολλαὶ δ' ὁδοὶ σὺν θεοῖς εὐπραγίας. *Idem.* Alia ad alios venere bona. multæ verò ſunt viæ dijs fauentibus felicitatis.

— ἄλλῳ δ' ἄλλο παρέσχετο γέρας. *Euripid.* Alia dos alij adeſt viro.

ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὁ δ' ἐγχείῃ πολὺν ἐνίκα. *Homer.*

Sed hic quidem verbis, hic verò haſta plurimùm vincit aut præſtat.

ἄλλα παρ' ἄλλοις καλά. *Iunius.* Alia apud alios bona.

Diſcipulus Platonis Xenocrates calcaribus egebat, freno Ariſtoteles. Ariſtotelis diſcipulus Theophraſtus calcaribus, freno Calliſthenes. Iſocratis Theopompus frenis, calcaribus verò Ephorus. *Cicer. Plutarchus.*

Antipater duos ſe Athenis habere dicebat amicos, quorum alterum non poſſet inducere vt aliquid à ſe acciperet (Phocionem) alterum non poſſe implere. (Demademus) Plutarch.

Iuxta Indum fluuium duo montes ſunt, quorum alter ferrum trahit, alter reſpuit. Plini.

V. Nié wſzyſtko iednemu. Jednemu ſydłá gola.

Nié iednako śie z każdem obchodzić. Nié iednako wſzyſtkiem: pozwalać/ albo ich obciążać każe.

Aliter cum alijs agendum. *Eraſm. ex Homero infrà.*

οἱ μὲν δέονται κέντρων, οἱ δὲ χαλινῶν. *Nazianzen.*

Illi calcaribus opus habent, iſti verò habenis.

Et quoniam variant animi, variabimus artes,
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt. *Ouidius.*

Non vna pertica (*omnes*) ſed diſtinctè gradatimque tractare. *Plinius Iunior narrans quomodo negotiatoribus qui vindemias eius partitò emerant, vbi eos fructus fefellit, octauã vel decimam pretij partem, pro portione ſummæ vel damni vel indigentiæ ementium, non verò æqualiter remiſerit, ſubijcit illam ſententiam: Non omnes vna &c. tralatam à menſoribus agrorum. deinde addit:* Expertus eſt emptor non eſſe apud me.

ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἡμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός .i. æquali in pretio eſt & malus & bonus. *Simile quid apud S. Paulum 2. Corinth. 8. legimus.* Non, *inquit*, vt alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio &c. *Et Deuteron. 25.* Pro menſura peccati erit & plagarum modus. *Itemq; Apocalyps. 18.* Quantùm glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.

ἄλλον

ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον τρηχέσι τ' ἐπέεσσι νείκειον. *Homer.*
Verbis hunc placidis, contrà aſperioribus illum Increpuêre.

Nie icdno śie woſyſtkiem podoba. Nie woſyſtkiem icdno ſłuży/ ſmákuie/ zdrowo.

Non omnibus eadem placent. *Plini.* Aliud alijs videtur optimum. *Cic.*
Non omnia eadem æquè omnibus ſuauia eſſe ſcito. *Plaut.*
ὃ πᾶσα ψυχὴ ἐν παντὶ εὐδοκεῖ. *Eccleſiaſtici 37.* Non omni animæ omnia placẽt.
Non omnes eadem miramur. *Horat.* Laudatur ab his, culpatur ab illis. *Idem de parco diuite.* Quod tibi vehementer cordi eſt, mihi magnopere diſpicet. *Lucilli.*
Non omnes arbuſta iuuant humilesque myricæ. *Virgil.*
Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur
Poſcentes vario multùm diuerſa palato,
Quid dem? quid non dem? renuis tu quod iubet alter,
Quod petis, id ſanè eſt inuiſum acidumque duobus. *Horati.*
ἄλλοι πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. *Ariſtotel.* Alij ad alia nati vel procliues ſumus.
Corpora vix ferro quædam ſanantur acuto,
Auxilium multis ſuccus & herba fuit. *Ouidius.*

Spartana mulier butyrum olens cum ad Berenicem Deiotari vxorem vnguentatam acceſſiſſet, amba auerſæ, à ſe ſunt, quod hæc butyrum, illa vnguenta odiſſet. Plutarch.

τὰ γὰρ αὐτὰ πανταχῆ καὶ πᾶσιν διαφέροντα, τοῖς μὲν ὠφέλιμα, τοῖς δὲ βλαβερὰ γίνεται. *Iſocrat.* Eædem res vbique & nihil differentes, alijs proſunt aliis obſunt.

Lege Plinium lib. 8. cap. 58. & 59.

Contingit ſæpe, vt alius ex cibo ſalutifero inordinatè ſumpto peſtem languoris incurrat; alius veneno ſerpentis in medicamine ordinatæ confectionis adhibito, languoris moleſtiam vincat. *S. Gregorius.*

ὃ ταυτὸν ἐνύπνιον ἐγὼ κἀκεῖνος ἰδόμεν. *Demoſthenes.*
Non idem ſomnium ego & ille vidimus vel habuimus.

ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κ' ἀνθρώπων μέλει. *Euripides.*
Aliis alius deorum & hominum placet. vel curæ eſt.

ἄλλος γὰρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις. *Homer.*
Alius vir aliis delectatur factis.

ἄλλος γὰρ ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις. *Euripides.*

Plùs alius oblectatur aliis moribus, Rure ego viuentẽ, tu dicis in vrbe beatũ. *Horat.*

ἕ γὰρ ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως ἔκνιξε φρένας. *Pindarus.*
Etenim aliis aliarum rerum amor pupugit vel pungit mentem.

Conſtantinus Copronymus ſtercoris equini fœtorem omnibus vnguentis & floribus ſuauiorem habuit & eo ſe perungebat. vnde & Caballinus dictus. Cedrenus.

Hyems aliis arboribus odioſa & noxia, Nucī grata & vtilis eſt. *Sic illa loquitur apud Ouidium.* Ergo inuiſa aliis, vni mihi frigora proſunt,
Illo me tutam tempore præſtat hyems. *quia non percutitur vt æſtate*

Nuda quidem tum ſum, nudam tamen expedit eſſe.
Nec ſpolium de me quod petat hoſtis habet, &c.

Quæ ægrotis ſalubria ſunt, ſanis noxia ſunt. *ex Cebetis Tabula.*

Aſino in luto lapſo & gementi ranæ dicunt, ſe diutiùs in eo ſine gemitu manere. *Apologus.*

V. Co głowá to rozum. Jédem mowi/ zámkni; drugi otworz.

Nié iuż koniéc.

ὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. *S. Matthæus 24.* Nondum eſt finis.

μὴ ἅμα ἀρχῇ τὸ τέλος καταφαίνοιτο. *Herodot.* Nō ſtatim cū initio finis appareat; Nondum omnium dierum ſol occidit. *Liui.*

μή μοι, τὸ πρῶτον ἔμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς,
νικᾶν δοκείτω τἠν δίκην, πρὶν ἂν πέλας
γραμμῆς ἵκηται, καὶ τέλος κάμψῃ βίου. *Euripides.*
Non mihi, quamuis priùs curſum cucurrerit pulchrè,
Viciſſe videatur cauſam, priùs quàm prope
Lineam venerit, & finem flexerit (*attigerit*) vitæ.

ὔπω μῆνας ἄγων ἑκαμ' ἀρκτοῦρος ἁδ' ὁμαλῆς. *Theocrit.*
Nondum annos menſesque quieuit voluere cælum.

Julius Cæſar aruſpici qui illum Martiis Idibus peritutum prædixerat dixit.

ἀὶ μὶ μαρμαι εἰδοὶ πάρεισι. Adſunt en Idus Martiæ. *cui aruſpex ſubmiſsè reſpondit:* ναὶ πάρεισιν, ἀλλ' ὐ παρελεύσονται. Adſunt quidē, ſed non præterierunt. *Plutar.*

V. Czékay końcá. Dáléko do tego. Nié mow hup.

Nié iuż oſtátnia / ábo ſtrácona.

ὔπω ἐπὶ νευρῇ τέλος. *Philodemus.* Nondum in neruo telum.

μήτε κακοῖσι νοσῶν λυπᾶ φρένα, μήτ' ἀγαθοῖσι
τερφθῇς ἐξαπίνης, πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν. *Theognis.*
Nec malis æger animo doleas, nec bonis ſubitò læteris, priùs quàm finem vltimum videas.

Aſſine, Nádźieią ięzcze ieſt.

Nié iuż to ieść.

μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην. Exſpecta bos aliquando herbam.
Adhuc tua meſſis in herba. *Ouidius.*

μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξης. *Plutarc.* Ne ante lentem augeas ollam vel patinam. V. Nié záraz to bedźié. Dáléko do tego.

Nié iuż to wſzyſtko.

ῥάμμα ἐπέκλωσας, πρόσδει ἐ ῥαφίδος. *Pollux.* Filum neuiſti, opus eſt & acu. Sed hæc tum laudemus cùm erunt parata. *Cic. de ſuis actis cum bona fama apud Græcos, cùm Athenis ageret.* Quicquid eſt, quamuis amplum ſit, id certè parùm eſt, cùm eſt aliquid amplius. *Idem.*

Qui ad

Qui ad virtutem tendit, & ad ſuperiora progreſſus eſt, laxam catenam trahit, nondum liber. *Seneca.*

Nec tu cùm obſtiteris ſemel, inſtantiq; negaris
Parere imperio (*ſceleris, vitij*) Rupi iam vincula, dicas.
Nam & luctata canis nodum abripit, attamen illi
Cùm fugit, à collo trahitur pars longa catenæ. *Perſius.*

Nié iutro ćie to potka. Nié zeſtoć śie to tráſi. Omyli ćie to drugi raz.

Neſcis quam huiuſmodi tempus rarò ſe homini det? *Plaut.*
Mihi haud ſæpe eueniunt tales hæreditates. *Idem.*
ἐάν τις τινὸς πάρῃ ἔργε καιρὸν, διόλυται. *Plato.* Si quis alicuius negotij occaſionem prætermiſerit, illud perit.
Age modò. hodie ſerò ac nequicquam voles. *Terenti.*
Nunc vino pellite curas Cras ingens iterabimus æquor. *Horati.*
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. *Terent.*
ἠκ ἀιὲι Διὸς ἔσσεται ποιεῖσθε καλιάς. *Heſiodus.*
Æſtas non ſemper fuerit componite nidos.
Non ſemper erunt Saturnalia. *Seneca.* V. Żáżywáy. Łyká drzeć.

Nié iutro zmartwychwſtáć.

Soles occidere & redire poſſunt. Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda. *Catullus.*
ἅπαξ θανόντος ἐς τάχει' ἀνάστασις. *Ex Æſchylo.*
Semel ſepulti tarda ſuſcitatio.
Olli dura quies oculos & ferreus vrget Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem. *Virg.* *Ignarus vel immemor horum fuit Gripus in Rudente Plauti, qui (vt Comici ſæpe paradoxa & abſurda ioci cauſa proferunt) lucro maximo amiſſo ait:*
Quid melius eſt, quàm vt me ſuſpendam clanculum,
Saltem tantiſper dum abſcedat à me hæc ægrimonia? *Dicit ac ſi mors ſomnus eſſet, qui moleſtias & ſolicitudines lenire ſolet.*
Contrà Martialis ridens Dacianum Catonis dogmata ſequentem & tamen mori timentẽ, ait:
Nolo virum facili redimit qui ſanguine famam,
Hunc volo laudari, qui ſine morte poteſt. V. Náléżyß śie w grobié.

Nié kápuſtna v mnié głowá.

Dictum hoc, eſt hominis periculum ſubire recuſantis & vitam ſuam magni æſtimantis. Simile quid habet Apuleius cùm dicit:
Nos cucurbitæ caput non habemus vt pro te moriamur. *Caput cucurbitæ dixit ſignificans vilitatem. ſic Iunius & Beroald. quanquam poſterior alluſum putat ad ſemina capitis cucurbitini multa incluſa, ex quibus alia capita mox renaſci poſſunt, ſi vnum decidatur. ſed & ſic dictum Apuleij quadrat.* *Alia comparatione ad eundem ferè ſenſum vſus*

eſt 2. Regum 3. Abner, contemni ſe ratus ab Isboſeth, & dicens: μὴ κεφαλὴ κυνὸς ἐγώ εἰμι; .i. Nunquid caput canis ego ſum? .ſ. *quòd ita me contemnis. Et Poloni de vili & improbo capite ſublato dicant.* Ják pſá zábił.

Cicero Prætor Vatinio ſtrumoſo quidpiam à ſe petenti & dicenti. Ego ſi Prætor eſſem non hæſitarem, *reſpondit:* Ego tantum collum non habeo. *Notans dicto ambiguo & rei difficultatem cum ſuo periculo coniunctam, & Vatinij corporis deformitatem. Plutarc.*

Niekarnoſć pobudka do złego.

γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐπιλειπόντος. *Plutarch.*

Cuſtode poma deſtituta dulcia.

Impunitatis ſpes, maxima illecebra eſt peccandi. *Cic.* Quæ libido ſe non propipiet aut non proijciet, occultatione aut impunitate ac licentia propoſita? *Idem.*

Apud Terent. Chremes vxori dicit:

Equidem iſtuc factum ignoſcam; verùm Soſtrata
Malè docet te mea facilitas multa.
Inuitat culpam qui peccatum præterit. *P. Syrus.*
ὁ μὴ κολάζων παραμελῶν ἁμαρτίας, ἐφίεται. *A.*

Adde apologum Æſopi de puero furace, poſitum ſub Bogo rodźicy nie karza.

Nie każda potrawa iednako gotowáć.

Jedno ták / drugie owák lepſze.

τὰ μὲν ἑφθὰ, τὰ δ' ὀπτὰ μᾶλλον ὀψοφάγοις ἡδέσματα. *A.*

Cocta alia meliora, at alia aſſa fercula.

Diocles Philoſophus ὀψοφάγος, *rogatus: Vter piſcis ſit melior, Congrus an Labrax .i. lupus. reſpondit:* alter elixus, alter aſſus.

Alluſit ſeruus Plautinus hero minanti illi ignem ſe circumpoſiturum, ni ſurgat ab aræ aſylo, reſpondens per iocum. Ne faxis ſis, nam elixus eſſe quam aſſus ſoleo ſuauior.

Nie każdemu dáno to zeydźić. Nie każdego to ſpotkáć.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. *Horat. Vel ob nauigationem periculoſam, vt Suidas ſentit: vel ob ſumptus magnos, qui in ciuitate luxui & deliciis dedita neceſſarij erant; vt Gellius & Strabo.*

ὃ πάντες ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς. *Suidas. quem verſiculum apud Stobæum paraſitus detorſit ad rem ſuam dicens:*

ὃ παιδὸς ἀνδρὸς ἔστι τραπέζαν ἐσθ' ὁ πλοῦς .i.

Non eſt cuiuſuis ad lautam appellere menſam.

Non omnes poſſunt vnguenta olere exotica, ſi tu potes. *Plaut.*

Nomen mortui ſepulchro inſcribi vetuit Lycurgus, niſi qui in bello occubuit. Plutarch. μόνος Φιλοκτήτης Ἡρακλέους τόξον ἐπέναλος ἡνιατὸς ἦν. *Lucian.* Solus Philoctetes Herculis arcum intendere potuit.

Pauci quos æquus amauit Iupiter id aſſequuntur. *Plini. iunı. ex Virgil.*

ὃ γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φάνησαν ἐναργεῖς. *Homer.*

Non ete-

Non etenim cunctis diui apparent manifesti.

Affine, Nié wßyſtko ſie káżdemu zeydźie.

Nié káżdy kaſa/ co waſem trzaſa.

Non omnis pugnat, minitans qui fortia clamat. *Anonym. rhythmic.*

Non ſtillant omnes quas cernis in aëre nubes. *Idem.* Nié z káżdey chmury deßcz.

Nec ſemper feriet quodcunque minabitur arcus. *Horati.*

τῦ βροντῦ ὐκ ἀεὶ κεραυνὸς ἕπεται. *A.*

Non omne tonitru fulmen inſequitur ſtatim.

Vicinum, Gniew béz-ſilny. Kto wiele mowi.

Nié káżdy kot łowny.

Hoc dicto indicatur, quòd ſicut in animantibus aliqua à communi natura & indole degenerant; ita homines ſæpe à ſuis maioribus, magiſtris, ſtatu, profeſſione deficiant, & non omnes nobiles ex nobilibus, fortes ex fortibus prodeant.

ὰ πᾶς ἀιλυρῳ μύαγρός τε πέφυκεν ἑστιᾳ. *A.*

Nõ omnis feſis capere eſt induſtria mures. *Simile eſt.* Nié káżdy ptak wiéßczy. *Vide Homeri verſum ſub* Nié pewna to. *Vide &* Nié káżdy co ſie po doktorſku *&c.*

Nié káżdy pan abo ſługá iédnáki. Naydźieß zlego/ naydźieß dobrego.

Nié káżdy pan ßczodry/ frogi: Nié káżdy ſługá niewiérny/ leniwy.

δῦλῳ μὲν δῦλος ἰσότης μὲν δεσπότης. *Ariſtotel.*

Seruus ſeruo præſtat, herus hero. *Vel*

Eſt ſeruus ante ſeruum, herus item eſt ante herum. *Conſer.* Jeſt nédźie.

Nié káżdy co ma ſtro po doktorſku/ zolnierſku ſtrot: placu i potyczki doſtoi.

Non omnes qui citharam habent, ſunt citharœdi. *Varro.*

πολλοὶ θεμιβάλοι, πάυροι δέ τε μάντιες ἄνδρες. *Zenodot.*

Multos triobolos (*ſortibus diuinantes*) paucos eſt cernere vates.

πολλοί εἰσιν νάρθηκοφόροι, πάυροι δέ τε βάκχοι. *Plato.*

Multi ſunt thyrſigeri, pauci verò Bacchi (*in ſacris Bacchi*) *Vel*

Multos thyrſigeros paucos eſt cernere vates. *Sic multi geſtant virtutis alit artis itemq; dignitatis inſignia vel habitum, famam, exiſtimationem, re ipſa vacui.* Sic ſerta geſtant non virgines. *Eraſmus.*

Tales veterum πτωνοφόροι *&* τριβωνοφόροι *dicti Philoſophi*, barba tenus & pallio tenus ſeu habitu ſolo philoſophi. *Sic Herodes Atticus videns huiuſmodi philoſophum iocatus eſt dicens*: Barbam & pallium video, philoſophum non video.

Hirci olim indignati ſunt capris feminis datam à Ioue barbam, qui reſpondit illis: Sinite illas gloria vana frui, & vſurpare veſtri ornatum muneris, Pares dum non ſint veſtræ ſortitudini. Phædri apologus. Epimythion. Nil eſt habitu ſimilem eſſe, virtute impares.

Affine, Mészkéré & Promot.

Nié káżdy weſół co śpiewa.

οὐ πᾶς γάννυται ὅστις κ' εὐφωνος ἀείδῃ. *A.*
Non quiſque eſt lætus qui ſuauia cantica promit.
Naufragus & mendicus inuitus canit. *Vide* Spiewa po nieźwoli.

Nie káżdy wto potráfi.

οὐ πᾶσα ὗς ταῦτ' ἴσεται. *Plato.* Non quæuis ſus hoc ſciet.
οὐ πᾶσι παιστὸς ἐστιν ἁρτύσαι καλῶς. *Cratinus.* Non omnium eſt rectè condire.
Non eſt cuiuſuis permiſcere vtile dulci. *Ex Horatio.*
Non cuicunque datum eſt habere naſum (.i. *leporem & vrbanitatem acumenq; in iocando. Martialis.* οὐδεὶς κακὸς ἴσεται ταῦτ'. *Plato.* Nemo malus hoc ſciet.
Non eſt cuiuſuis circulum deſcribere, vel in deſcripto centrum deſignare .ſ. *abſq; inſtrumentis. Apud Polydorum Virgil. certabant duo pictores, alter circulum ſine circino deſcripſit, alter centrũ in eo deſignauit. vtrumq; magnæ artis & incertum vtrum maioris.*
Non eſt cuiuſuis pulſare manu chelyn. *Architrenius.*

Nie káżdy zna co mu zdrowo. Niéwiemy co lépſzego / czégo żądáć.

Stulti haud ſcimus, fruſtra vt ſimus; cùm, quod cupienter dari
Petimus nobis; quaſi, quid in rem ſit, poſſimus noſcere. *Plaut.*
Neſcias quid optes, aut quid fugias; ita ludit dies. *P. Syri Trochaicus.*
Fluctuamus, aliudque ex alio comprehendimus; petita relinquimus, relicta repetimus: alternæ inter cupiditatem noſtram & pœnitentiam vices ſunt. *Seneca.*
Ignorat homo quid conducat ſibi in vita ſua. *Eccleſiaſtæ 7. apud LXX. cum interrogatione ponitur.* τίς οἶδεν ἀγαθὸν τῷ ἀνθρώπῳ ἐν τῇ ζωῇ; Quis nouit quid bonum ſit homini in vita? *Rectè Iuuenalis.*

Nil ergo optabunt homines? ſi conſilium vis,
Permittes ipſis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis rebuſque ſit vtile noſtris.
Nam pro iucundis aptiſſima quæq; dabunt dij, &c. Nos animorum
Impulſu & cœca magnaq; cupidine ducti (*Hoc illud*) petimus &c. *Hæc Iuuenal.*
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. *Hor.*

οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. *Apud S. Marcum c. 10.* Neſcitis quid petatis.

Nocitura & perniciosa petuntur. *Ex Iuuenali.*
Magna petis Phàéton, & quæ non viribus iſtis
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis. *Ouidi.*
ἄνθρωποι ὀλίγα νομίζομεν εἰδότες οὐδέν. *Theognis.*
Homines vana æſtimamus, ſcientes nihil.
Ignaris homines in terra mentibus errant. *Cic. ex Pòéta Græco.*

Camelus optans cornua à Ioue, etiam capite & auribus minutus eſt. Gabrias. addit Epimythion. ὅτι δεῖ παρὰ τοῦ θεοῦ αἰτεῖν τὰ συμφέροντα. .i. Quod oporteat à Deo petere conuenientia. *Affine*, Sam nié wie czégo mu śie chce.

Nié kiy / álé drewno. Nié biały chleb / álé żemlá.

Dicto hoc

Dicto hoc videntur illi qui eadem tanquam diuersa proferunt. v. g. Non fustis sed lignum, *vel contrà.* Non lignum sed fustis. *Ita,* Non vestis sed pallium.

τὰ αὐτὰ διὰ τ αὐτῶν. *Diogenianus.* Eadem per eadem.

Viginti minis vel quater quinis. *Plautus.*

Huiusmodi Ταυτολογίας *leges apud bonos auctores præsertim apud Comicos. Sic Plaut. Sticho:* E malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum.

Idem Curculione: Cui homini dij sunt propitij, ei non esse iratos puto.

Item Captiuis: Hos quos videtis stare hîc captiuos duos,
Illi qui stant, hi stant ambo, non sedent,
Vos vos mihi testes estis me verum loqui. &c. *Talia enim dicta quasi morologa & inopinata iucunda sunt, & risum mouent auditori, quia constare videntur è contrariis, & audita priori parte exspectat auditor contrarium & ecce idem dicitur secundò.*

Lusit sic Cic. Attico sic scribens: Noli putare, pigritiâ facere me, quod non manu mea scribam; sed me hercule pigritiâ.

Talia sunt & illa Dialecticorum. Si dies est, nox non est.

Reprehendit porrò Epicharmum Aristoteles, quòd sententias quasdam ita conformârit, vt è contrariis constare videantur, cùm tamen in eis idem bis dicatur.

Apud Polonos sunt non pauca talia. vt illud. Czemuś mie vderzył? Bo. Nic iać to/ álé rekámoią. Coż to czyniß? Bo. Co widżiß. Czego ßukaß? Bo. Czego mi trzebá. Lens te deus corripiat & fortuna lens. V. Żednáko.

Nié tácno mießék nápełni/ gdy ſumnienie/ cnotá w pełni.
Nié rychło w mießék vtyié/ ktory ſpráwiedliwié żyié.

ἀδὲὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν. *Menander.*

Nunquam vir æquus diues euasit citò. V. Bogáty rzadko ſpráwiedliwy.

Nié tácno ábo nié rychło táki vtyié/ ktory z cudzey reki żyié.
Czudzey reki pátrzyć ćießko i głodno.

Rarò est satur, aliena quem pascit manus. *Ex Garneri Gallicis.*

ζωαυίως κορέννυτ' ὄνλν ἑτέρᾳ χέιρ τρέφει. *A.*

Item. Nunquam erit ille satur qui gratis sæpe cibatur.

Huc facit adagium. Pascis nutricum more. *vel* Pascitur à nutrice.

Sic Aristophan. κᾆθ' ὥσπερ αἱ τίτθαι γε στιζῇς κακῶς,
μασώμενος γὰρ, κἂν ὀλίγον ἐνθῇς,
αὐτὸς δ' ἐκείνῃ τριπλάσιον κατεσθίεις.
Pascis profectò more nutricum malè.
Vbi enim ipse manderis, hûic in os modicum ingeris,
At ipsemet plùs deuoras triplò cibi.

Nié łádá czégo śie zlekнąć. Nié łádá nowina śie zátrwożyć.

Leo audita rana coaxante, hæsit. magnum aliquod animal ratus, egressam verò palude, pede obtriuit. Æsopus. Epimythion. μὴ δεῖν περὶ τ ὄψευς δ' ἀκοῆς μόνης ταράττεσθαι.

.i. Non oportet antequam videas ob ſolum auditum perturbari.

Nié łádá ozdobá/ ſtroy. Przyſtroiſtés. *Ironicè.*

Ebur atramento candefacis. *Plauti lena puellæ naturâ formoſæ ceruſſam poſtulanti: reſpondet:* Quid ceruſſa opus eſt?

Vna opera ebur atramento candefacere poſtules. &c. *Item.*

Non do. ſcita es tu quidem. Noua pictura interpolare vis opus lepidiſſimum.

λεοντὴ ὅπὶ κροκωτῷ. *Ariſtophan.* Leonina pellis ſuper crocotum.

Nié łádá podział.

τῷ κυνὶ δέδωκας τ' ἄχυρ' ὄνῳ δὲ τ' ὀστέα.

Paleas dediſti cani, aſino porrò oſſa das.

Nié łádá poſługá. Poſłużyłeś mi. *Ironicè.*

Ædepol curatum probè. *Terent.* Huic tu mandes ſi quid rectè curatum velis. *Idem.*

Ex vnis geminas mihi confeciſti nuptias. *Idem. Sed conficies habet.*

Martial. in Medicum. Languebam: ſed tu comitatus protinus ad me

Veniſti centum Symmache diſcipulis.

Centum me tetigêre manus Aquilone gelatæ,

Non habui febrem Symmache, nunc habeo.

Addo *Locum in Neronem.* Quis neget Æneæ magni de ſtripe Neronem?

Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. *Anonym.*

Nié łádaś chłop/ piſarz/ &c.

Eugè ſtenuè. Beatus verò nunc es cùm clamas. *Plaut.*

Effetè, grauiter, citò, nequiter, euge beatè *Martial. adulator Podètã laudat.*

Egregiam verò laudem. *Virgil.* V. *Sequens.*

Nié łádá ſztuká/ robotá/ zabáwá! Nié łádáś rzemieśnik.

Maß śie z czem pokazáć. *Ironicè.* Kázdy w to potrafi.

Mulum de aſino pingere. *Ex Tertulliano. cùm ineptiæ ab aliquo finguntur, vel res efficta ab exemplari parùm diſtat. quia facilè talia fiunt quæ parũ differunt vt mulus & aſinus.*

τὸν τορυνην ἐξεσεν. *Sophron.* Tudiculam expoliuit.

κεγχρον τρυπᾶν. *Galen.* Milium terebrare. *de negotio difficili & inutili.*

τὰς κεγχρους ὀστοξοῦν. Milium torno ſcalpere. *Ex Suida.*

Peregrino glorianti quòd vni pedi diu inſiſteret, Lacon reſpondit: Nullus eſt anſerum qui hoc non poſſit. *Plutarch.*

Laureolam in muſtaceo quærere. *Cic.* .i. *ex re vel actione nullius momenti gloriam & famam aucupari. Nam muſtaceum eſt libum quod folijs lauri ſuppoſitus coquitur; laureola verò erat ornamentum triumphantium, & principum ac pontificum adium.*

μόνος θεων ἐπρατει. *Lucian.* Solus currens (*in ſtadio*) vicit.

Scis ſimulare cupreſſum. *Horat. de ſcriptore minuta ornante. Tralatum à pictore ineptè*

qui nil

qui nil aliud poteſt pingere niſi cupreſſum & alias arbores, flores, &c.
Prouidet inſpecto ſidere præterita. *Morus de aſtrologo inepto.*
Sic nodus Gordius ſoluitur .ſ. *gladio ſecando non explicando. Ironia alludens ad Alexandrum, qui nodum Gordij plauſtri cùm ſoluere explicando non poſſet, gladio diſſecuit. Curti.*
τὶς ἂν θυρας ἁμάρτοι; *Ariſtides.* Quis aberret à ianua? Kulo w płot.
Affine, Subtélność. Robotá niépotrzébna.

Niéládá to co. Niépôtrzébny. Nié o fráßke idźié.

ὁ Φυλίας ὁ ἀγών. *Diogenianus.* Non de oleaſtro eſt certamen.
οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ. *Homer.* Non ſomnium ſed res.
οὐκ εὗρ' ὧδε τὰ τ' ψυλλῶν ἴχνη μετρεῖν. *Luciã.* Nõ hîc pulicũ veſtigia metiẽda ſunt.
Inueni, non quod pueri in faba. *adde, inuenire ſolent .ſ. midam vermiculum. Plaut.*
— Nec enim leuia aut ludicra petuntur Præmia. *Virgil.*
Magnæ mentis opus, nec de lodice parandâ Attonitæ. *Iuuenal.*
Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt. *Idem.*
Dignum propter quod vadimonium deſeratur. *Ex Plinio.* V. Wielka rzécz.

Nié tákome to rzécz. Niemáß śis ná co tákomić/ o co ſtać.

Nihil voto dignum video. *Seneca.*
στοάδες Φορμίων. *Suid.* Storeæ Phormionis *ducis frugalis.*
Dignum propter quod vadimonium deſeratur! *Budæus Eraſm. ex Plinio ſed ironiam adhibe.* *Simile eſt illud Iuuenalis.*
Propter quod fas eſt genua incerare deorum.
Ὃ Μορσίμῳ τὶς ῥῆσιν ἐξεγράψατο; *Suidas.*
Quis carmina velit Morſimi tranſcribere. *Tragicus ineptus fuit.*
Talis etiam Bauius & Mœuius Pòéta eſt apud Virgilium, Horatium.
βαλανοκλέπτης. Fur glandis. *rei viliſſimæ.*
Furaris littori arenas. *Ouidi.* Niemáß co kráść/ z czym śie kryć.
ἐις σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμεν, μήτ' ἄλλῳ ἑπέσθαι. *Euſtathius.*
Ad ſcolõ nec ipſe proficiſcaris, nec alterũ comiteris. *Regio eſt inamœna, aſpera, inculta.*
ὅστις τούτοις γελᾷ, τῆς ἐμῆς μὴ χαιρέτω. *Ariſtophan.*
His quiſquis arridet, meis non gaudeat.
ὁ ἀετὸς οὐκ ἀναχέλαι ἐν τῆς κολοιοῖς ἕρεσθαι. *Nazianzen.*
Aquila non ſuſtinet inter graculos primas tenere. *Vide apologum ex Libro Iudicum* ſub Wole tu oſtátni być. *Cicero de haſtis gramineis quas Verres Syracuſanis abſtulit, ait:* Erant eiuſmodi vt vidiſſe ſemel ſatis eſſet, in quibus neq; manu factum quicquam, neque pulchritudo erat vlla, ſed tantùm magnitudo incredibilis, de qua vel audire ſatis eſſet, nimiùm videre plùs quàm ſemel. etiamné id concupiſti?
πολλὰ σύρων λάχανα. Multa Syrorum olera. *de eo qui rebus vilibus abundat. vt Syri hortos potiùs quàm agros colebant.* *Affine,* Podła rzécz. Nié dbam.

Nié tákomy/ nié chćiwy człowiek. Nié vtákomi śie ná lédá co.

Eſt modicus voti preſſo lare. &c.

Inque luto fixum poſſit tranſcendere nummum. *Perſius.*

ἡ ἀλώπηξ ὑ δωροδοκεῖται. *Suidas.* Vulpes muneribus non corrumpitur.

Themiſtocles hoſtem torquatum occiſum iacentem videns, ait comiti ſuo:

Accipe tu hæc, quia tu Themiſtocles non es. *Plutarch.*

In triuijs fixum non ſe demittat ad aſſem. *Ex Horatio.*

ἀετὸς ὐ θηρεύῃ τὰς μυίας vel θρίπας. Aquila non captat muſcas vel thripas.

Nié tam zrzebiecia.

Proprio ſenſu. Parcendum eſt teneris. V. Młodemu folgować.

Tralato ſeu Paræmiaco. V. Dáléko do tego. Niedźwiedź w lęśie.

Nié lucki/ nieuktaony.

Vir paucorum hominum. *Horat.* Homo eſt perpaucorum hominum. *Terent.*

Illum ſi adeas, abitum quàm aditum malis. *Plautus.*

Hominem nunquam conueni quenquam, vnde abierim libentiùs. *Idem.*

Quod genus hoc hominum? hoſpitio prohibemur arenæ. *Virgil.*

Timon alter. μισάνθρωπος *i. oſor hominum. Lucian.*

Omnem humanitatem exuit: Hominem ex homine exuit. *Cicero.*

μονοφάγος Solus edens aut victitans.

Cornea illi fibra. *Perſi.* .i. *durus, duris viſceribus, ſine motu affectus.*

χερσιβόλος *Plutarch.* durus, inhumanus.

ἅπας ἐχῖνος τραχύς. *ex Ariſtophane.* Totus echinus aſper.

ἐκ δρυὸς ἢ ἐκ πέτρας ἐφύης. *Plato.* E quercu aut rupe prognatus.

κωτικότερος λεοντείδος *Suidas.* Aſperior leberide.

Muſca & hirundo ſymbolum hominis inhumani feri. *de his ſic Plutarch.*

μύια δ' χελιδὼν ἐκ ἀμελεῖται πρὸς ἄνθρωπον, ὐδ' ἀνέχεται ψαῦσαι, ὐδ' ὁμιλίαν ἔργου τινὸς ἢ παιδιᾶς. Muſca & hirundo non cicuratur homini, nec tangi ſe patitur, nec ſocietatem vllius operis aut ludi admittit.

Alter Stratilax ſeu Truculentus *Plauti, ruſticanus inhumanus & rus merum, cuius mores lepidè exprimit Pœta Truculenti actu 2. ſcena 2.*

δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο. *Homer.*

Vir moroſus & inſontem culpauerit vltrò.

ἡ τῶν σκυθῶν ῥῆσις ἢ ἀπόκρισις. *Lucian.* Scytharum oratio vel reſponſum .ſ. *inhumanum. quod Dario reddiderunt vno verbo,* κλαίειν .i. *flere eum iubentes. Aliter Athenæus.* Nunquam ſacrificat Gratijs vel Muſis. *Vide hoc dictum ſub* Gruby.

Amicus vt oleū plantis. *de eo qui ob morū aſperitatem & feritatē, ſocialī vitæ ineptus eſt. Ex Rhodigin.* ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. *Plutarch.* Pereat amicus cum inimico. *Vox Timonea vel certè eius qui ſe tantùm ſpectat, nec plùs amicum quàm inimicum æſtimat.* Alter Nouius Microſpicus Martialis. *de quo lepidum habet epigramma 87. lib. 1.*

Ingreſſus

Ingreſſus eſt ſine ſalutatione, abijt ſine valedictione. *Garner. Gallic.*

ἔρανον αἰτοῦντι ὀρέγῃ βρόχον. *Ex Luciano.* Stipem petenti porrigit funem.

Vic. Nié gościnny. Nié żártowny.

Nié málowány mu ta. Nié bede mu ta málowány.

Non dormiam vel non dormio ego illi. *Habet Cic. quid ſimile.*

ζωγραφεῖς ἑαυτῷ ἐγὼ ἃ μὴ ἔσομαι. *A.*

Faxo, ſibi ne me eſſe pictum exiſtimet. V. Nié dam ſobié ná gebié gráć.

Nie ma co robić.

Conchas & vmbilicos legit. *Cic.* Fluctus numerat. *Idem.*

——— Paſſim ſequitur coruos teſtaque lutoque. *Ex Perſio.*

τὰς μύας ἀπαμύνει. *Ariſtophan.* Muſcas abigit. *Simile illud eſt:* Muſcas configere. *Suetonius de Domitiano ſcribit: eum quotidie in ſecreto horario muſcas captare ac ſtilo præacuto configere ſolitum.* *Adde illud Horatij.* Ploſtello adiungere mures &c. *puerorum negotia.* τὰς ἐν ᾅδου τριακάδας ζητεῖ. *Suidas.* Inferorum triacadas inquirit .i. *triceſimum cuiuſq; menſis diem ſeu ἕνλη ſiue νέαν. diem pridie Calendas poni ſolitum, quaſi verò in inferis huius diei cura vllaſit.*

Sed curioſi ſunt hîc complures mali,
Alienas res qui curant ſtudio maximo,
Quibus ipſis nulla eſt res quam procurent ſua. *Plaut.*

Apud eundem adoleſcens amatorculus dicit feminæ. Vos me reddidiſtis otioſum.'

Rem perdidi, cum re meum negotium abſtuliſtis.
Si rem ſeruaſſem, fuit vbi negotioſus eſſem. V. Dármo robiß.

Niemam / ſkapego ſłowo. V ſkapego / niémáß wßyſtkiego. V ſkapego ná końcu iezyká ſiédźi / Niémáß.

Ad denegandum celeri lingua vtimini. *Plaut.*

ταχεῖα γλῶττα πρὸς τὸ μὴ δοῦναι πέλει. *A.*

Ad denegandum quidlibet lingua eſt celer.

Apud Plautum Euclio triparcus ſenex domo diſcedens mandat anui hæc:

Occlude ianuam. Caue quenquam alienum in ædes intromiſeris.
Quod quiſpiam ignem quærat, exſtingui volo.
Tum aquam aufugiſſe dicito, ſi quis petet.
Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium,
Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant,
Fures veniſſe atque abſtuliſſe dicito. &c.
Si bona fortuna veniat, ne intromiſeris.

Item de eodem. Famem hercle vtendam ſi roges, nunquam dabit. *& plura ſimilia.*

Niémáß co pámiętáć / znáć / vmieć / wyliczáć. Niémáß czego ſłuchać.

αἰγῶν ὀνόματα *ſ.* γνώσκειν, ἀπαριθμεῖν. *Suidas.* Caprarum nomina noſſe, recenſere. *de opere ſuperuacuo & inutili.* *Rationem affert Iunius, quod inter capras nullum aut*

exiguum sit discrimen, ac proinde stultè opera locatur in ijs nominandis. Sed hoc pastores & patres familias agrestes negant, qui inter capras, vt & inter vaccas discrimen agnoscunt, adeò vt in magno etiam numero nomen singulis imponant (vt & Poloni nostri. Białuchá/ Czárnuchá/ Rożychá. Pſtruchá &c.) *nec hoc inutile esse existimant.*

Alia ergo puto est ratio dicti Suidæ, nempe quòd ea res sit vilis, & vix cuiquam alij, præter opiliones necessaria vel vtilis. vt & artium vilium instrumenta & scrutariorum supellex vel scrutorum congeries, quæ hic etiam Prouerbij instar posset vsurpari.

Porrò prouerbium Suidæ potes etiam vsurpare de rebus bonis & vtilibus aliis, sed tibi minimè necessariis aut commodis. vt si Religiosus vir audiat aliquem recensentem suam vel alterius genealogiam nobilem nominando varias personas etiam puerorum & feminarum: aut si quis in exercitu Scytharum vel Turcarum enumeret duces centuriones & huiusmodi nominatim, dicere possis: Nomina caprarum .ſ. recenſes, vel audis.

λαβέ μηδὲν χ̀ κρᾶτει καλῶς. *Galenus.* Cape nihil & ſerua bene. *de ijs qui friuola docentes auditores meminisse iubent.*

μύρμηκος ἀτραπὸς ᾄδει. *Aristophan.* Formicæ ſemitam canit.

ὄνων θανάτους διηγῇ. *Suidas.* Aſinorum mortes recenſes. *vt Apuleius facit.*

Ταῦτ' ἐπιλελῆσθαι πρὶν μαθεῖν (ᾄδει) *Aristophan.*

Hæc obliuiſci priùs quàm didiceras oportuit.

Non pertinet ad rem an minor fuerit Hecuba quàm Helena. *Seneca, qui plura talia habet epiſtola 88.* quæ *inquit* dediſcenda erant, ſi ſcires.

In vento & aqua ſcribendum. *Ex Catullo.* V. Máte rzéczy rozßerzáć. Podla rzécs.

Niémáß cżymby oko záproßyć/ coby w oko wproßyć. *idem.* Niémáß nic *Vide infrà.* Wßyſtko pobrał.

Niémáß cżym co poczáć.

μηδὲ σταλαγμὸν ἕνα. *Aristophan.* Nec guttam vnam.

Neque conſilij neque argenti mihi gutta parata eſt. *Plaut.*

ἀδὲ ἐρὸς ἀδὲ ἐρετία .ſ. ὠφελεῖ. Neque venti neque remi .ſ. adiuuant. *ex Cic. de eo qui nulla re inſtructus eſt, ſed ab omnibus imparatus. ſic aptat Braſſican.*

Non eſt vnde quid fiat. *Sic Terent.* Hæc ſi neque ego neque tu fecimus,

Non ſiuit egeſtas facere nos &c. nam ſi eſſet vnde id fieret Faceremus.

Vide Animie tám *&c* Vwiazłem.

Niémaß iuż téraz tákich ludzi.

Magis appareret adagium, ſi non odioſum eſſet, è certo aliquo hominum ſtatu perſonam laudatam producere (vt faciunt aliqui) V.G. Niémáß téraz Stániſławow. Nie wiele téraz tákich Stániſławow/ ábo Biſkupow/ Żołnierzow/ Oycow/ Studentow/ Burmiſtrzow. &c. *prout occaſio ex aliquo ſtatu, quempiam laude dignum offert. Sed hoc deſiderium vel querela comparationem odioſam continens, perſtringere & offendere poſſet præſentes eiuſdem ordinis vel conditionis. quare ego illa abſtineo.*

Sic in Adelphis Terentij Demea ciuis honeſtus & grauis, viſo Hegione ſui ſimili dicit:

Sed quis

Sed quis illic eſt procul quẽ video? eſtné Hegio. — Homo amicus nobis? — dij boni!
Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuium
Penuria eſt. homo antiqua virtute & fide. &c.
Quam gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias (tem. &c.
Reſtare video. vah! viuere etiam nunc lubet. Opperiar hominem vt ſaltu.

Cùm Iulius Cæſar inuaſiſſet imperium Romanum, ſtatuæ Bruti regum expulſoris inſcripſerunt Romani ad libertatem aſſirantes. εἰ γὰρ νῦν ἦν Βροῦτος. vtinam nunc Brute eſſes! *Et.* ὤφελε ζῆν Βροῦτος. Debuiſſet nunc viuere Brutus .ſ. *qui tolleret Cæſarem Tyrannum. Plutarch.*

πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι,
οἱ μὲ γὰρ ἀκ ἔτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄυδες κακόι. *Ariſtophan*

Fuêre quondam ſtrenui Mileſij. Illi ſed haud ſunt ampliùs, ſed ſunt mali.

Niemáß mu co zadáć / zarzucić. Niemaß mu czym oczu zapluſnać.

Cnotliwy.

ἐκεῖνῳ τῷ ἡρακλεῖ. ſ. τῷ ὀνειδίζῃς, ψεγόμενος. *Ex Plutarcho.* Fruſtra Herculi .ſ. *quidpiam objicias, vel illum inſimules ignauiæ, qui ſtrenuus erat, & non dolo ſed virtute omnia peragebat. alij aliter id explicant.* πηδαλίῳ ἀγνότερος *Suidas.* Purior clauo vel gubernaculo. *quod ſemper aqua abluitur de inculpato.* Purior ſalillo. *Catullus.* Famæ os clauſit. *Budæus.* .i. *materiã omnem obtrectatoribus & calumniatoribus ſubtraxit.* A puro pura defluit aqua. *Ex Theognide, qui ait:*

εἰ μ' ἐθέλεις πλύνειν, κεφαλῆς ἀμίαντον ἀπ' ἄκρης
αἰεὶ λευκὸν ὕδωρ ῥεῦσεαι ἐκ σέθεος

Si me velis lauare, à ſummo capite noſtro, ſemper alba ſeu pura aqua defluet.

χρυσῆν γένος. *Aratus. Heſiodus.* Aureum genus. Aurei generis homo. *nam aurum rubiginem non ſentit.* χρυσὸς ὁ κολοφώνιος. *Zenodotus.* Aurum Colophonium. *quod optimum erat. dicitur de homine integerrimo vel eximio.*

Catoni dicam ſcribere .ſ. *fruſtra tentes. nam is plus quadragies in ius vocatus, ſemper iudicum ſententijs abſolutus eſt, Plinio auctore. Cenſorium Catonem intellige. Sic & Ariſtophon Athenis quinquagies accuſatus ſemper abſolutus eſt. Valer. Maxim.*

Niemáß ná to odpowiedzi.

Digitum quâ proferat non habet .i. *geſtum vel minimum ſe defendendo edere non poteſt. Cic. ſic.* Quid agat, quâ aggrediatur iudicem, quâ deniq; digitũ proferat non habet. οὐδὲ χεῖ. Ne gry quidem Dionis reſpondere poteſt.

Niemáß nic nad ludzie.

Nihil egregiè, omnia mediocriter. *Simo Terentianus ſic de filio ſuo:* Pleriq; alij animum ad aliquod ſtudium adiungunt, ad equos, ad canes, ad philoſophos.
Horum ille nihil egregiè præter cætera,
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter. *Item ex eodem Terentio.* (Meminit) Apprimè in vita eſſe vtile, vt ne quid nimis. *Poteſt hoc ironicẽs dictũ.* εἰσὶ νῦν βροτοί εἰσιν. *Homer.* Vt nunc ſunt homines, .ſ. *talis eſt.*

Qualia

Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *Virgil. de viribus corporis.*

Niémáß niéſtátku / poſtrzegßy poprawić ſtátku.

Nie widze w tem żadney wády / poprawić gdy trzebá rády.

Non eſt turpe cum re mutare conſilium. *Seneca.* Optimus pœnitenti portus eſt, mutatio conſilij. *Idem.* Non eſt leuitas, à cognito & damnato errore diſcedere. Ingenuè fatendum eſt: Non putaui: Deceptus ſum. *Idem.*

Neque enim inconſtantis puto, ſententiam tanquam aliquod nauigium atque curſum, ex Reipublicæ tempeſtate moderari. *Cic.*

Hæc legi, non ſemper eaſdem ſententias ab ijſdem, ſed quaſcunq; Reipubl. ſtatus, inclinatio temporum, ratio concordiæ poſtularet, eſſe defendendas. *Idem.*

Malum eſt conſilium, quod mutari non poteſt. *P. Syrus.*

Temporibus ſapiens mores ſine crimine mutat. *Cato.*

πρὸς γὰρ τοὺς καιροὺς ὁ ζοφὸς μεταβάλλετ' ἀμέμπτως. *Planudes.*

Sapientis eſt quod dixerit, interdū ſi ita rectius ſit mutare, de ſententia decedere aliquando. *Cic.* Nemo doctus vnquā mutationē conſilij inconſtantiā dixit eſſe. *Idem.* Superbæ ſtultitiæ perſeuerantia eſt: Quod ſemel dixi, qualecunque eſt fixum ratumque ſit. *Seneca.* V, Poprawić śie godźi. Lepiey śie wróćić.

Niémáß páná domá. Nie czuia nád ſobą.

Gdy ktorá myßy nie czuia / beſpiecznie ſobie hárcuia.

Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum,

Citiùs quod non facto eſt vſus, fit; quàm quod facto eſt opus. *Plaut.*

Virgil. de populo ſine capite. —— Sæuitque animis ignobile vulgus.

Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Tum pietate grauem ac meritis, ſi forte virum quem

Conſpexêre, ſilent, arrectiſque auribus adſtant.

Bella gerunt mures, dum felem non habet ædes. *Anonymus rhythmic.*

Mus ſalit in ſtratū, dum ſcit abeſſe catum. *Idem. ſed in Cato.* A *longū aliis.*

ὅτι μύες ὑβρίζει ἔτ' γ' ὁ λέων ἄπη. *A.*

In abſentia heri ſeruus ſpectatur. *Garner. ſed hoc in vtramq; partem valet.* *Sic in Moſtellaria Plauti Phaniſcus abſente hero probum ſe & fidelem exhibet.*

Niémáß śie nád czem ábo nád kiem páſtwić.

κύνα δεδαρμένῳ δέρειν. *Ariſtophan. Suidas.* Canem excoriatam excoriare. Nudo veſtimenta detrahere. *Plaut.* In tauros Libyci ruunt leones. Non ſunt papilionibus moleſti. *Martial.* ἀετὸς δὲ θηρεύει τὰς μυίας. Aquila nō captat muſcas. ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει. Elephas non capit murem.

Leoni ſat eſt proſtraſſe corpora. *Ouidi.*

Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis. In caſſum furit. *Virgil.*

— Stipula crepitabat inani Ignis iners craſſāq; dabat ſine robore flāmā. *Silius.*

τὸ πῦρ

τὸ πῦρ ἐξάπτεται μὲν εὐκόλως ἐν ἀχύροις καὶ θρυαῖς λαγώαις, σβέννυται δὲ τάχιον. *Plutarch.* Ignis accenditur quidem facile in ſtipulis vel paleis & in pilis leporinis, citiùs verò exſtinguitur. Babys peiùs canit. V. Dáléko to od tego.

Plutarchus, de Q. Flaminio, qui Annibalem iam ſenem & priuatum apud Pruſiam regem latitantem mori compulit, dicit: ὡμὸς ἔδοξεν ὥσπερ ὄρνιν ὑπὸ γήρως ἀπτηνα καὶ κόλουρον ἀφειμένον ζῆν ἀποκτείνας. Crudelis viſus eſt, tanquam is qui auem ex ſenio pennis & cauda carentem viuere permiſſam interficit.

Niemaß śie o co kłopotać śierdźić ſwarzyć.

De lana caprina rixari. *Horat. .ſ. cuius eſſe debeat: vel ſitné lana an villus?*

Propugnat nugis, armatus. *Idem .i. armatus pugnat pro nugis.* *Similis conſtructio apud Virgil.* ——— *Quæ vos dementia adegit Italiam? .i. egit vel adegit ad Italiam. Locutus ſit & Cic. eſt aliquoties.*

ἐ δ' ἑλένης ἕνεκα, ἐδὲ τ' περιάμυ περγάμων, ἀλλὰ τ' ἐλπζομένων πέντε ὀβολῶν.

Non ob Helenam nec ob Priameia Pergama, ſed ſpe quinque obolorum .ſ. *vigilare, fatigari multùm.* Quæ infra nos, nil ad nos. *Eraſm. ex dicto Socratis commutato. Monet ne curemus vilia.*

λεπτολογεῖν καὶ περὶ κάπνου σπουδολογεῖν. *Ariſtophanes.*

De rebus triuolis diſceptare & de fumo ſolicitè argutari.

Parni ſcaphula. V. Nié wielka szkodá. Quæ contumelia eſt quod apparet audire? *Seneca de eo, qui indignatur, cùm quis vitium corporis eius, vt linguæ, inceſſus exprimit:* quaſi notiora *inquit*, fiant illa alio imitante, quàm nobis facientibus.

Cauſa leuis litem debet habere leuem, vel breuem. *Garner.*

ἥ τε βραχεῖα δίκη θᾶσσον ἔχοιτο τέλος, *vel* κρίσιν. *A.*

Niemaß śie z czego chełpić.

κωδωνοφόρος αὐχεῖται ἀσήτως κύων. *A.*

Stultè ſonoro iactat ære ſe canis. *Ex Apologo Æſopi apud Auienum.* *Cani clam mordenti nola index vitij appenſa eſt, qua illi glorianti alij canes dixêre.*

Stulte improbitatem tuam hoc teſtatur, non decus addit. *Vel vt Auienus habet:*

Non hoc virtutis decus oſtentatur in ære.
Nequitiæ teſtem ſed geris inde ſonum.

ὄνειδός ἐστιν, ὅτ' εὐκλεὲς σύ σοι δοκεῖ. *A.* Tibi quod decori ducis, ingens eſt probrū.

ἐξ ὧν σὺ καυχᾶς, οἱ ἄλλοι αἰσχύνονται. *Suidas.*

Quibus tu gloriaris, cæteri erubeſcunt.

Pannoſus fruſtulum purpuræ laciniæ ſuæ aſſutum reſpectat.

Malus numerat ſceleſtè facta in gloriam. *Vetus Senarius.* *Vide affine,* Kokoßy śie.

Niemaß tám nikogo. J pſá w domu niemaß.

Ne muſca quidem eſt intùs. *Ex Suetonio. apud quem in Domitiano Vibius Criſpus orator iucundus interrogatus:* Ecquis eſſet intùs cum Cæſare? *reſpondit:* Ne muſca quidem. *quo ioco perſtrinxit Domitianum, qui quotidie in ſecreto ſuo ſolario ſolus nihil agere aliud, quàm muſcas acuto ſtylo configere ſolebat.*

Simile quid eſt in Truculento Plauti. vbi cuidam mulieres quærenti, reſpondet ſeruus: Quas tu mulieres mihi narras? vbi muſca nulla eſt femina in ædibus .i. *nulla prorſus eſt femina, ne muſcà quidem.*

μηδὲ μία μυῖα γ' ἐνῆν ἔνδ' εἰσιόντι. *A.* Ne muſca quidem intus inuenitur vnica. Poſſeſſio in qua animal reliquum nullum eſt. *Cicer.*

Bona fortuna eſt intùs .i. *nullus eſt. ex Diomede & Plauto.* V. Nikt *in 1. Tomo.*

Ne canem quidem ſeu mingentem ad parietem domi relinquere. *in libris Regum.*

Z pſá nié zoſtáwić.

Niémáß w czym przébierać. Wßyſtko śie niéwiem komu godźi.

Jédno źle/ drugie iéßcześć gorßе.

κακὰ μὲν θρῖπες, κακὰ δὲ ἰπές. *Diogenian.*

Mala vel mali tripes (*vermiculi lignorum*) mali & ipes (*vermiculi cornuum.*)

πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ κακὰ τρία.

Sunt ignis & mare mulierque mala tria.

τὰ τρία Θηραμένης. *Polyzelus.* Tria Theramenis .ſ. *cauenda. Athenis hic rempublicam adminiſtrans triâ pœnarum genera inuexit. nempe Reum ſtipiti alligatum à lictore excarnificari, vel cicutam bibere, vel exilio ſolum vertere.*

τῶν τριῶν κακῶν ἕν. *Suidas.* E tribus malis vnum.

λέριοι κακοὶ πάντες πλὴν Πρόκλεα καὶ Πρόκλεας λέριος. *Strabo.* Lerij mali omnes dempto Proclea ſed & is Lerius eſt. *Altercaris cum fratre, vter veſtrum peior ſit. Ego dico, illum eſſe peiorem omnibus, te verò peiorem neminem omnium. Phalaris Græcus.* τὰ τρία τὰ εἰς θάνατον. *Vel* τὰ τρία τῶν εἰς θάνατον. *Suidas.* Tria morti addictorum, *quæ erant Gladius, Reſtis, & Cicutæ potio.*

τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ. *Alexis.* Tria apud prætorium. (*ſuprà proximè poſita*) *Apud Zenobium qui ſortes Delphis accipiebant, cum ea conditione, ne ante præſcriptum diē eas reſignarent, ſi forte præuaricabantur, vnum è tribus illis accidebat, oculorum aut linguæ aut manus amiſſio.* Peribis ſi non feceris: ſi feceris, vapulabis. *Apud Gellium oraculum cuidam redditum.*

τῶν πιθήκων εὐμορφότατος, δύσμορφός ἐστι. *Plato.* Simiarū pulcherrima, deformis eſt.

V. Jéden iáko drugi. Wßyſtko łotrowié. Smierć á śmierć.

Nié mego to mießká potráwá. Tanßa v mnié gobá.

Viliùs eſurio. *Martialis de apro ſibi donato, poſt alta dicit:*

Sed coquus ingentem piperis conſumet aceruum,
Addet & arcano miſta Falerna garo.
Ad dominum redeas, noſter te non capit ignis,
Conturbator aper; Viliùs eſurio. *Sic & Iuuenalis.*
Ne mullum cupias, cùm ſit tibi gobio tantùm In loculis.

τὸ βρῶμα τοῦτο γ' ἢ κατ' ἐμὲ βαλαντίου. *A.* Hæc eſca loculis maior eſt pretio meis.

Nié meſka rzécz ſtroić śie.

Non eſt ornamentum virile concinnitas. *Seneca.*

Apud Lucianum cuidam nimis culto dicitur. ἔαρ ἤδη ἐ πόθεν ὁ Ταὼς; Iam ver adeſt, & vndénam pauo?

Ariſtoteles videns adoleſcentem ſtudiosè ſe comentem ait: Non te pudet, quod à natura vir factus, te effemines? *Antoni. Meliſſa.*

Sint procul à nobis iuuenes vt femina compti,
Fine coli modico formavirilis amat. *Ouidi.*

Munditiæ placeant, fuſcentur corpora campo.
Sit bene cõueniens & ſine labe toga. *Idē.* Forma viros neglecta decet. *Idem.*

Apud Virgil. 9. Æneid. exprobrat Remulus Troianis cultum muliebrem.

Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis. &c.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ,
O veræ Phrygiæ! nec enim Phryges. &c. *pluſcula ad hunc locum affert Cerda.*

Ouidius etiam improbans cultum virilem ſui temporis ait:

Feminea veſtri potiuntur lege mariti,
Et vix ad cultus nupta quod addat habet.

οὐδὲ μὴ ἐνδύσεται ἀνὴρ στολὴν γυναικείαν. *Deuteronomii. 22.*

Non inducetur vir veſte muliebri. (*nec contrà*)

Vt natura dedit, ſic omnis recta figura.
Turpis Romano Belgicus ore color. *Propertius.*

Nié miáła babá kłopotu/ kupiłá ſobié prośię. Swierzbiał cię pokoy.

Reperi negotium *In Rudente Plauti ſeruus rogatus à vicini ancilla vt aquam ſibi præberet, accepta eius vrna hauſit; ancilla verò non comparente ait:*

Intrò ferenda eſt (*vrna, ne in publico pereat*) repperi negotium.

Siquidem his vltrò mihi aggerunda etiam eſt aqua .i. *non tantùm haurienda, ſed etiam afferenda domos vicinorum.*

Ecce autē in benignitate (*dum officioſus ſum in alium*) hoc repperi negotiū. *Idem.*

Homo, ne ſit ſine dolore, fortunam inuenit. *P. Syrus.* .i. *vltrò ſibi accerſit moleſta negotia.* ὄπιασεν κακόν. *Homer,* Accerſitum malum.

Argentū accepi, dote imperium (*in vxorem*) vendidi. *Plaut. de vxore opulenta & imperioſa.* αὐθαίρετος λυπή. Spontanea moleſtia. *de vxore & liberis.*

Negotij ſibi qui volet vim (.i. *multùm*) parare,
Nauem & mulierem hæc duo comparato.

Nā nullæ magis res duæ plùs negotij Habēt, forte ſi occœperis exornare. *Plaut.*

πράγματ' ἐξ ἀπραξίας. *Suidas.* Negotium ex otio .ſ. *natum eſt, vel reperi.*

ἀνδρὶ Λυδῷ πράγματ' ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπρᾶτο. *Zenodotus.*

Viro Lydo negotium non erat, ſed ipſe egreſſus (*foras*) parauit (*illud ſibi.*)

De Cræſo id interpretantur qui Cyrum prouocauit & ab eo vltus captus eſt.

ἑκὼν ὁ Χῖος δεσπότην ὠνήσατο. *Athenæus.*

Sponte dominum mercatus eſt Chius ſibi. *Nam Chij primi ſeruis mercenariis vti*

riis vti cœperunt, qui postea à Mithridate Cappadoce victi, seruis illis seruì traditi sunt.

ὥσπερ Χαλκιδικὴ τέτκεν ἡμῖν γυνή. Tanquam Chalcidice peperit nobis vxor. *Aristus Salaminius.* De re quæ multas curas aut lites gignit. Chalcidice mulier peperit centum pueros & eadem armaærea reperit. Alii ciuitatem fuisse aiunt quæ armorum vim parabat.

ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών. *Pollux.* Carpathius leporem .s. intulit in suam regionem carentem leporibus, qui frugibus pernitiem attulit.

ἔργον ἐπ' ἔργῳ. Opus ad opus .s. accessit. querela mulieris de marito, qui sordidam & impolitam lanam emit, in qua nenda multùm operæ molestæ illa sumebat.

τί μ' ἔδει μακρεῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; *Xiphilin.* Quid opus erat me longis tibijs canere? Othonis dictum pœnitentis quod curasset occidi Galbam vt ipsemet regnaret. videns enim turbas, dixit. Quid opus erat &c. .i. cur appetij imperium tam turbulentum! Meminit Suetonius. In eos dictum quadrare ait Xiphilin. qui aliquid sibi inutile faciunt. Læninus dictum sonare ait: Non omnibus buccis longas tibias quæ difficiliùs inflantur, conuenire. Aliter Turneb. & Erasmus.

Quadrat apologus Horatii de equo qui pulsus pascuis à cerno, ad hominem iudicem prouocauit, qui vlturus eius iniuriam eum insedit, nec amplius liberum dimisit.

Vipera erinaceum in cauum suum recepit & hospitè aculeato cedere debuit. Apologus.

Νιέ μιέc ϑιε ƀoτĸu ná mieᵭʒwieᵭʒiá.

Ne Dares contra Entellum .s. ausit pugnare se fortiorem. Ex Virgil.

Quo moriture ruis, maioráque viribus audes? Æneas increpat Lausum iuuenem pertinaciter in tela & mortem ruentem. 10. Æneidos.

ἐ γὰ ἔοικεν ὑπερφέρῳ (ἀνέρι) ἀνδάνειν. Q. Calaber. Non enim decet præstantiori viro aduersari.

Χρὴ δὲ θεὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν. *Pindar.* Oportet aduersus Deum nõ contendere.

Χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποισιν ὁμιλεῖν κρείσσόνων. Difficile est contendere homini cum potentioribus.

μὴ θεὸς λέοντα δόρκας ἄψομαι μάχης. *Suidas.* Non cum leone capra inibo prælium.

ἀνδράσι δὲ θρασέεσσιν ἐρίζεμεν οὐκ ἐθελήσω. *Homerus.* Cum potiore viro nolim certamen inire.

Quasi Titani cum diis belligerem, quibus sat esse non queam? *Plaut.*

ἄφρων δ' ὃς κ' ἐθέλοι θεὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν. *Hesiod.* Insipiens qui vult contendere cum meliori.

Ne Pygmæi contra Herculem .s. pugnare audeant. ex Ammiano, Alciato.

— Χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί. *Homer.* Graues regum minæ.

ἄλευ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. *Suidas.* Fuge à viro maiore.

οὐκ ἀσφαλὲς παρὰ τῶν δυνατωτέρων δίκην θηρᾶσθαι λαβεῖν. *Demosthen.* Non est tutum potentiorum iniurias tentare vlcisci.

μὴ φιλονικῶν μηδὲ μάχεσθαι θεοῖς τὰ ἰσχυρά. *Vlpianus Rhetor.*

Non con-

Non contendendum nec pugnandum cum fortibus.

μήτ' ἀνεμπιεῖν ἀνέμοισι. *Phocylides.* Noli flare contra ventos.

μὴ πρὸς κέντρον λακτίζειν. Ne contra ſtimulum calces.

Phocion, Bœotius volentibus cum Athenienſibus de agris prælio decertare dixit. Συμβουλεύω, διὰ τῶν λόγων, ἐν οἷς κρείττονές ἐστε, μὴ διὰ τῶν ὅπλων, ἐν οἷς ἧττονες μάχεσθε. *Plutarch.* Conſulo vobis vt verbis quibus præſtantiores eſtis, non armis quibus inferiores, pugnetis.

ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν ἐκ ἔστιν ἐπί σοι νικῆσαι. *Epictetus.* Inuictus eſſe potes, ſi in nullum certamen deſcendas, quod vincere tui arbitrii non eſt. V. Niéroœnia mnié z roba.

Nié miéyſce ábo vrzad meſá/ álé maż miéyſce zdobić ma.

Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. *Cic.*

Epaminondas Thebanus cùm per probrum Telearchus (aquæ & ſordium in plateis curator) deſignatus eſſet, æquo animo reſpondit: ὁ μόνον ἄρχῃ ἄνδρα δείκνυσι, ἀλλὰ καὶ ἄρχην ἀνήρ. Non ſolum magiſtratus virum demonſtrat, ſed etiam vir magiſtratum .ſ. *quem bene adminiſtrando ex vili reddit illuſtrem, quod Epaminondas præſtitit. E Plutarcho. Apud eundem Ageſilaus puer at rex deſignatus, cùm vltimo loco in quodam choro à præfecto poſitus eſſet, ait:* εὖ γε ἐξεῦρες ὡς ἔστι καὶ ἀπὸ (.ſ. χώρας) ἔνδοξον γενέσθαι. Bene eſt, quòd rationem huius quoque loci honeſtandi repereris.

ἐκ ὁ τόπος ἄνδρα κοσμεῖ, ἀλλ' ἀνὴρ τόπον. *A.*

Locum vir ornat, non item virum locus. *Vel.* Non locus virum ſed vir locum honeſtat. *Ex Cic.* Oſtendam ego non virũ loco ſed locum viro honeſtari.

Nié mogę ná to patrzyć/ tego ſłuchać. Lédwiem żyw ná to.

Niémiło/ brzydko/ przykro. Cudnie kiedy śpiewa// gra; á cudniey kiedy przeſtánie ábo milczy.

ἄπαγέ με εἰς λατομίας. *Suidas. Philoxenus Dionyſio carmina ſua inepta recitare volenti, renuens ea audire dixit:* Abduc me potiùs in latomias. *ex quibus eum ad audiendum ſe eduxerat.* Vare profer typos. *apud Philoſtratum Polemo Sophiſta, cùm non eſſet ſoluendo debitum creditori Varo Pergæo Sophiſtæ iactabundo & in dicendo ineptiſſimo, opulento tamen & ex debitoribus auditores ſibi declamaturo colligenti, cùm illi creditor typos (.i. iudicium quo interdicebatur foro ijs, qui creditoribus non ſoluerent) intentaret, neceſſitate & hortatu ſodalium venit auditurus hominem, ſed eo more ſolito cum Soloeciſmis & barbariſmis ineptiſſimè declamante, proripuit ſe dicens:* ἄπαγε φέρε τοῦ τύπους .i. Vare profer typos. *ſignificans malle ſe iudicium ſubire, quàm tam ineptum declamatorem audire.*

Lapides loqueris. Cerebrum mihi excutiunt tua dicta. *Plaut.*

Occidunt me dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere. *Terent.*

Oculi mihi dolent. *Idem.* Occiditque legendo. *Horat.*

χολὴν ἐμεῖν δεῖ. *Plutarch.* Bilem vomere neceſſe eſt .ſ. *illo canente, loquente. &c.* δότε μοι λεκάνην. *Suid.* Date mihi peluim .ſ. *præ moleſtia & faſtidio ac nauſea vomituro.*

πικρότερον ἑλλεβόρου. Helleboro amarius. *Catull. ait*: Triſtius helleboro.
αὐτῆς χολῆς πικρότερον. *Alexis.* Ipſa bile amarius.
τίνι φορητὸν ἐλεύθερῳ ἀνδρὶ κἂν ὁπόσῳ ἀκὶ ἔλαφοι τὴν χολὴν ἔχουσι; *Lucian.* Cui ingenuo hoc tolerabile eſt, licet quantùm cerui bilis habeat? .i. *etiamſi minimè iracundus ſit.* Ducere ſerram *dicitur, qui ſermone cantu &c. moleſtus eſt auribus.* *Ex Varrone.* Oſcitant etiam nauſeabundi. *Martialis ait*: Lectis vix tibi paginis duabus Spectas (*finem*) Et longas trahis oſcitationes.
ἐξεμεῖν ἀναγκαῖον. Vomere opus eſt .ſ. *ob faſtidium audiendi, ſpectandi. &c.* *Suidas habet*: ὅτε μέλλω ἐξεμεῖν, τότε μοι λέγε, ῥᾷστα γὰρ ἂν μᾶλλον ἐξεμέσαιμι. Cum debebo vomere, tunc mihi dic, faciliùs enim ſic vomitum eijciam.
νηστείας ὄζει. *Ariſtotel.* Ieiunium olet. Ieiunitatis plenus, anima fœtida. *Plaut.*
Suauium mihi dat anima fœtida. *Cæcilius.*
Olet quod ieiunia Sabbatariorum .i. *Iudæorum. Martial.*
ἐγὼ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ τῆς γῆς ὑπὸ αἰδοῦς ἐδυόμην, ἕτως ἀληθῆ πάντα εἶπεν. *Apud Lucianum Philoſophia auditis ſceleribus Philoſophorum dicit.* Ego (*iſto loquente*) terram ſubire optabam (*præ pudore*) adeò vera omnia (*de illis*) dixit. Wolałbym ſie był pod ziemia widźieć.
λυπηρότερον σταλαγμοῦ. *Suidas.* Stillicidio moleſtius.
Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati. *Catul.*
Stomachus meus non fert. *Sic Cic.* Noſti, non modò ſtomachi mei, ſed etiam oculorum in hominũ inſolentium indignitate faſtidium .i. *noſti id me ferre non poſſe.*
Deſpuere in mores alicuius *Perſius* .i. *abominari.*
Deſpuere in ſinum (*conſpectare pudenda*) *Catullus.*
Apud Theocritum puella quam imitatus paſtor oſculatus eſt, ait:
τὸ στόμα μὲ πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.
Os lauo (*oſculo contactum*) & deſpuo oſculum.
ὅστις ἀπύρεκτον εἶναι βούλεται, τοῦτο ἀπαλλαττέσθω. *Theophraſt.* Quiſquis febre carere vult (*ob moleſtiam audiendi &c.*) diſcedat ab iſto.
ὅταν δὲ τούτων τῶν ζοφισμάτων ἴδω, πολὺν ἐνιαυτὸν πρεσβύτερος ἀπέρχομαι. *Ariſtoph.* Dum forte tales deprehendo argutias, Vno recedo ſenior anno protinus.
καθέαγέ μοι τὰ ὦτα. Obſurduêre mihi aures. Confregit mihi aures.
Aſſine, Sproſny. Miłéśmi.

Nie mogę to ieſt. Nie chce.

Vſitatum malè parentium vel gratificari & obſequi amicis nolentium dictum. Non poſſum.
Nolle in cauſa eſt, non poſſe prætenditur. *Seneca.*
πολλοὶς ἀβούλητόν ἐστι πλάττειν ἀδύνατον. *A.*
Quod nolumus non poſſe nos id fingimus.
Nulla eſt tam facilis res quin difficilis ſiet Quam (*velſi*) inuitus facias. *Terentius.*
Ita Velle efficit Poſſe, ſicut Nolle efficit non Poſſe. *E Chryſoſtomo.*

Nie mos

Nié motykáć to. Nié miot-éi to. &c.

Dicta ſimilia vſurpantur, cùm quis in alienam profeſſionem vel artem præſertim digniorem vel difficiliorem temerè ſe ingerit, illius imperitus. hic enim vilioris ſuæ artis vel occupationis rectè admonetur his vel ſimilibus dictis:

Non eſt hæc muſtricola, ſed penicillus. *Vel.* Non eſt iſte calceus, ſed effigies. *Ex Plinio de Apelle & ſutore eius cenſore.*

Vltra malleum loqueris. V. Czego ſie kto nié wczyt.

Aliud eſt ſubula, aliud ſica. *Ex Martiali de cerdone edente munus publicum ludorum.*

Non hîc Atridæ, nec fandi fictor Vliſſes *(ſed)* Durum à ſtirpe genus. *(Rutulorum.) Nono Æneid. Remulus exprobrat Troianis. Idem.*

Non ſunt hîc tympana & tibiæ *(quæ vos tractare noſtis) ſed ferrum & arma.* *Simile quid apud Athenæum Stratonicus citharœdus Ptolomæo regi de arte cithariſtica diſputanti reſpondit.* *Vide* Dáléko to od tego.

Nié mow hup! áż przéſkoczyß. Jeßczé nié wykrzykay.

πρὸ τῆς δὲ νίκης μὴ ᾄδης ἐγκώμιον. *Ex Platone.* Ante victoriã ne canas triumphum. πρὶν νενικηκέναι μὴ θριαμβεύσῃς. *Plato.* Ne concine triumphum priùs quàm viceris. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' ἐμοὶ πείσεται. *Menander.* Nemo viuens dicere poteſt, hoc non accidet mihi. μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τέλος ἐπιθάσας. *Cic. è Græco P.*

Ne quando iactes ni prius perfeceris. Non tu ſcis,
Cùm ex alto puteo ſurſum ad ſummum eſcenderis,
Maximum periculum inde eſſe, à ſummo ne rurſum cadas.
Nunc hæc res apud ſummum puteum geritur. *Plaut.*

Οὔπω ἐν λιμένι πλεῖς. Nondum in portu nauigas. *Ex Terentio.*

πρὸ τῶν ἔργων κηρυχθὲν, μάταιον. *Libanius.* Ante factum præconium, vanum.

ὁ μέλλεις ποιεῖν, μὴ προλέγε, ἀποτυχὼν γὰρ γελασθήσῃ. *Pittacus.* Quod facere intendis, ne prædices, nam ſi non ſucceſſerit rideberis.

Julius Cæſar cùm irridens vaticinium de cæde ſua Idibus Martij euentura, dixiſſet: Venêre en Idus Martiæ, *reſpondit Spurina:* At non præteriêre. *nam eadem die occiſus eſt. Suetoni. Pherecydes Pythagoræ magiſter cum Deli ſapientiã ſuam oſtentans, iactaret ſe nulli deorum vnquã immolaſſe, nec minus tamen cõmodè & iucundè hactenus egiſſe, quàm ij qui hecatombas offerunt, phthiriaſi correptus interijt. Apud Rhodig. meminit & Plinius.*

Nié może ſie wygdakać. Kokoßka zmoſta tayko i gdacze.

Coruus prædam nactus canit. *Apulei.* Coruus tacitus paſci neſcit. *de quo ſic Horati.* Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet.

Plùs dapis, & rixæ multò minùs inuidiæque. *Nam vt Apuleius ex apologo Æſopi: Coruus dum vulpe illum laudante crocitare vult; offa, quam roſtro tenebat illi excidit, & à vulpe deuorata eſt.*

ἡ ὄρνις πᾶς ἀποξαίνων κακκάζει. Gallina quæ peperit ſine fine glocitat. Gallinæ ſe peperiſſe teſtantur crebris ſingultibus interiecta voce acuta, *Columella.* Nos decem Rhodienſes, decem naues. V. Sam ſie chwali.

Tanquam

Tanquam ſi Argiuum clypeum abſtulerit. *ſub* Kokoßy ſie. *Affine*, Chełpliwy.

Nie możeß-li być złotnikiem / nie bądź kowalem.

ἐκ οἷός τ' εἶναι ἀετὸς, ἐν τοῖς κολοιοῖς δρεπτεύειν μὴ ἀνάσχῃ. *E Nazianzeno.* Cùm aquila eſſe nequeas, inter graculos primas habere ne ſuſtineas .ſ. *quia ſunt aliæ aues graculo meliores licet aquilâ inferiores.*

χρυσὸν ἐργεῖν ἀφυὴς, μὴ τῷ κοπρεῶν ἐπιχείρεις. *A.*

Aurum ſi nequeas, noli tractare (*vel purgare*) cloacam.

Vide O iutro niedbam.

Nie nagabuie / ale nagabanego odpowiem / oddam.

ὡς ἐκ ὑπάρχων, ἀλλὰ ὑμωρύμενος .ſ. ἀδίκημα, ὕβρεν. *Menander.*

Non lædo prior, at mox rependo iniuriam. *Simile illud Terentij.*

Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis.
Quamplurimis, & minimè multos lædere⌣,
In his poëta hic nomen profitetur ſuum⌣.
Tum ſi quis eſt qui dictum in ſe inclementiùs
Exiſtimat eſſe; ſic exiſtimet, ſciat⌣
Reſponſum non dictum (.i. *non dicterium mordax*) eſſe, quia læſit priùs. *Item.*
Hic reſpondere voluit, non laceſſere⌣.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene⌣.
Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id relatum putet.

Vide Euripidis verſus ſub Żáko gala. *&c.* εἰ κύκνοι αὐτοὶ ἐκ ἄρχουσι μάχης, ἀλλὰ καὶ ἀετὸν ἐὰν ἄρξῃται ἀμυνόμενοι νικῶσιν. *Ariſtotel.* Cygni ipſi non incipiunt pugnam, ſed & aquilam ſi inceperit defendentes ſe vincunt. *Affine*, Wét zá wét.

Nie nałem ście tem. Nie bede tem ſyt. Nie da mi to ieść.

τί πρὸς τ' ἄλφιτα; Quid ad farinas? (*quid ad victum parandum iſta res facit?*) *Ex Ariſtophane qui ait:* τί δέ μ' ὀφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς ἄλφιτα;

Quid ad farinam me iuuabunt carmina⌣?

Dictum ſtultum ſtulti vulgi eſt, corpus non animum curantis & colentis, atq; aſſernantis præclara ac honeſta ſi vtilitas ad ventrem & vitam non appareat. V. Zły głód.

Nie nawowiß.

ἐ θύσῃς τῷ λογίῳ. *Lucianus.* Non ſacrificabis Mercurio .i. *non perſuadebis.*

ἐ γὰ πείσῃς, ἐδ' ἢν πείσῃς, *Ariſtophan.* Non perſuadebis, ne ſi perſuaſeris quidem.

τ' ἐδ' ἐκ ἂν ῥᾳδίως ἔπεισεν ἢ πείθω. *Straton.* Huic ne Suada quidem (*vel Suadela*) facile perſuaſerit⌣.

Ne ſi Suadæ medulla ſis. *Sic Ennius. Cethegum oratorẽ eloquentiſſimum appellauit. Cic.*

Ingenium cui nulla malum ſententia ſuadet Vt faciat facinus. *Gellius.*

Sic Horat. Iuſtum & tenacem propoſiti virum Non ciuiũ vis praua iubentium
Non vultus inſtantis Tyranni Mente quatit ſolida &c.

ἄλλως ὕδωρ ἀναλίσκεις. Inaniter aquam conſumis. *ſuadendo ſumptum è more priſco oratorum*

oratorum ad clepſydram (propriè dictam, aquam continentem) dicentium. de quo Cic. Lucian. Demoſthe. Quintili. ἄλλως ᾠδῆς. πρὸς κενὸν ψάλλῃς. Fruſtra vel in vacuum canis, pſallis. εἰς κενὸν κρούεις τὰς χορδάς. Fruſtra pulſas chordas.

τί γὰρ ψαλάξεις εἰς κενὸν νόμους κίθαρις,
ἄπτα κἀδώρητα φορμίζων μέλη; *Lycophron.*
Cur verò tangis inaniter pulſans fides,
Ieiuna & indonata carmina occinens?

πρὸς κύματα λαλεῖς. *Euſtathi.* Fluctus alloqueris.

Scopulis ſurdior Icari, Voces audit adhuc integer. *Horati.*
Talibus orabat &c. ſed nullis ille mouetur
Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit. *Virgil.* Talibus Æneas. &c.
Illa ſolo fixos oculos immota tenebat;
Nec magis incepto vultum ſermone mouetur,
Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. *Idem de Didone.*
Illa loquebatur, nauem ſoluebat Vlyſſes,
Irrita cum vinclis verba tulêre noti. *Ouidi.*

ἀπθανώτερος κολοιός. *Plutarch.* Graculo ad perſuadendum difficilior. *nam hæ aues gregatim volant, nec alteri generi ſe miſcent.*

Citius cantharo perſuaſeris. *Vide* Nalog drugie przyrodzenie.

Si vndecim deos præter ſeſe ſecum adducat Iuppiter, Ita non omnes poterũt. &c. *Plaut.* Philoxeni Non, ſemper ab illo audies. *de quo ſub* Nie/ábo nie.

Affine, Now ty ścienię. Słucha nię ſłucháiąc. Sármo robiß. Stárécżny.

Nię nápedźiß. Nię nápedźiß mię tám.

Nunquam hercle ex iſta naſſa ego hodie eſcam petam. *Plautinus ſeruus, negat ſe domum iturum, vbi ab hero ceu piſcis in naſſa comprehendatur & plectatur.*

Cautus enim metuit foueam lupus. Accipiterque
Suſpectos laqueos. & opertum miluius hamum. *Horati.*

τὸ χρυσίον μεμιλτωμένον φεύγει. *Ariſtophan.* Funiculum miniatum fugit. *Athenienſes ſune miniato ciues ſuos ad concionem propellebant, quo qui negligens vel reſtitans contactus & notatus erat, multabatur. quare omnes illum fugiebant.*

Vi. Kto śie nã goracem. Nię drugi raz.

Nienáſycony. Nię nakarmiß go.

— Pertuſum vas Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur. *Lucreti.*
Nec tamen explemur vitai fructibus vnquam. *Idem.*
Inane lymphæ Dolium, fundo pereuntis imo. *Horati.*

ὁ τῶν Δαναϊδῶν πίθος. *Lucian.* Danaidum dolium. *quod illæ nunquam implent.*

πίθος ἄπληστος. Dolium inexplebile. *de homine edaci, vel prodigo, vel obliuioſo.*

πίθος τετρημμένος. *Ariſtotel.* Dolium pertuſum. *apud Feſtum de ventre.*

ὁ ᾅδης. .i. Orcus Tartarus. *Zenodoto, pro inſatiabili.* V. Piekło tám. Jak w pię-

 kłé.

Nié. *Sic & Prouerb. Salom. 27.* Infernus & perditio nunquam impleſtur.
Qui modus eſt dandi? nam nunquam tu quidem expleri potes.
Modò quidem accepiſti, haud multò pòſt aliquid quod poſcas paras. *Plautus Argyrippus dicit Lenæ in Aſinaria. In Truculento eiusdem, meretrices ſic loquuntur:*
Itidem vt Acherunti, hic ratio accepti ſcribitur:
Intrò accipimus: quando acceptum eſt, non poteſt ferri foras.
Mare. *Eccleſiaſtæ c. 1.* Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.
Et Plaut. Quis iſtic fluuius quem non recipiat mare?
Sides ſtagnum in India, in quo omnia iniecta merguntur, nil innatat. Cteſias. Plinius. Siliæ item fluminì nihil innatat. Strabo.
ἀχόνην σιτίζῃς. *Suidas.* Cotem alis. Żáł ßczepć/ ḋoć wiéle iáda.
λιχνότερον τ πορφυρῶν. *Athenæus.* Voracior purpura. *quod teſtatur etiam Plinius.* *Affine,* Obżárty.

Nié ná tem wßyſtko.

——Non hic victoria Teucrûm Vertitur. *Virgil.*
——Haud anima vna dabit diſcrimina tanta. *Idem.*
Non in hoc fortunæ Græciæ poſitæ ſunt. *Ex Cic. & Demoſthene.* *Vide* Nié tem wßyſtko. *& plura inde petas licet, Negatione præpoſita.*
τετῳ μὲ γὰ κλέος ἄμ' ἕψεται. *Plutarch. ex Homero.*
Scilicet illum hinc gloria ſequetur! *Callicratidas dux Laconum prædicente haruſpice exercitui victoriam, & duci obitum in prælio, dixit:* Non in vnius viri vita verti res Spartæ: *& aſſignato vicario Cleandro, conflixit, vicit, occubuit. Plutarch.*

Nié nátrzé.

ἀρχὸς παρέσης τὰ ἴχνη ζητεῖ. Cùm vrſus adſit, veſtigia eius quærit.
Ὁ λέοντος ἴχνη ζητεῖ. Leonis veſtigia quærit. *Ex Apologo Gabriæ de venatore quærente leonem, quem & eius veſtigia cùm ei paſtor oſtendiſſet, ſatis eſt inquit, & abiit.*
θηρία παρελθὼν δὴ κενὰς αὐτῶν φωλεὰς βαδίζει. *Plutarchus de venatore timido, qui* Feris præteritis ad vacua illarum luſtra pergit.
λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει. *Suidas.*
Lupus circa puteũ obãbulat. *ſ. eſca in foſſa poſita vel præda in eã lapſa, non audet deſilire.*
τὰ κυνίδια (δειλὰ) οὐ λίθους δάκνει τ βαλόντων οὐκ ἀπόμενα. *Plato.*
Catelli timidi lapides mordent, eos qui iecerunt non attingunt.
Turnus Dranci loquaci & timido Æneid. 11. dicit: Nec longè ſcilicet hoſtes
Quærendi nobis; circumſtant vndiq; muros. Imus in aduerſos? quid ceſſas?
V. Boiáźliwy.

Nié ná twey to wolá. V Boga to w rękú.

Vereor vt in te ſolo hoc ſit ſitum. *Ex Terent.*
καὶν σὺ μὴ θέλῃς, τὰ θεῶν ὅτῳ βούλονται ἔσται. *Euripides.*
Etiamſi tu nolis, tamen quod dij volunt eueniet.

Nié náo

Nienáwidźi go/ chroni śie go/ iák zégo zlego. Vtopił by go w łyżce wody.

Odiſſe aliquem æquè atque angues. *Plautus.*
Cane peiùs & angue vitare aliquem. *Horati.* Odiſſe odio Vatiniano. *Catull.*
Cautiùs viperino ſanguine vitare aliquid. *Horati.*
Septenis horis in die illum odit. *Iunius.*
μᾶλλον φυλάττεσθαι ἢ τοὺς ἔχεις. *Theophraſt.* Magis vitare quàm viperas.
τὸ μητρυιᾶς μῖσος ἔχειν πρός τινα. *Ex Euripide & Callimacho.*
Nouercali odio odiſſe aliquem. *Eſt apud Tacitum. & apud alios.*
ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς αἰδαο πύλῃσι. *Homer.*
Haud ſecus ille mihi exoſus quàm limina Ditis.
Vide Naufragum Æſopi. ſub Cudzem śie zlem ćieſzyć.
Auerſatur id vt anſer laurum. *Ex Æliano qui de anſere ſic ſcribit:* εἰ καὶ ἐξαναίνοιτο ὑπὸ λιμοῦ, δάφνης φύλλον οὐκ ἂν φάγοι, οὐκ ἂν πάσαιτο ῥοδοδάφνης &c. Etiamſi fame contabeſceret, lauri folium nõ comederet, ne rhododaphnen quidem guſtaret. Feles rutam odit. *Sotion in Geoponicis.*
μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζει. *Plutarch.* Ne via quidem eadem cum illo incedit. *Simile eſt illud.* Ne pictum quidem *vel* ne in ſomnis quidem illum libens aſpiciat. Bupali odium celebre, contra Hipponactem Pòëtam.

V. Rádźi śie widza.

Nie nawiday śie. Wárá.

Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. *Virgil.*
Illius occurſus etiam vitare memento In cuius manibus &c. *Iuuenal.*
Arietes truces nos erimus, iam in vos incurſabimus. *Plaut.*
κόρσον ἔτι & κέρατος ἔχει. *Plutarc.* Fenum habet in cornu. *Horat. vt bos cornupeta.* *In Captiuis Plauti paraſitus lætum nuntium portans hero ſuperbè proclamat:*
Eminor, interminorque, ne quis mi obſtiterit obuiam,
Niſi quis ſatis diu vixiſſe ſeſe homo arbitrabitur, &c.
Nam meus balliſta pugnus, cubitus catapulta eſt mihi,
Humerus aries, tum genu vt quemque icero ad terram dabo.
Dentilegos omnes mortales faciam, quemquem offendero. *Item.*
Qui mihi in curſu obſtiterit, faxo vitæ is extemplò obſtiterit ſuæ, &c. &c.

Nienawiść naydźie wine i do krzywdy (ábo zwády) przyczyne.

Odium facile crimen & cauſam nocendi ſuggerit. *Id probat apologus Æſopi de Lupo & agno aquam in fluminis inferiore parte bibente.*
ἔγκλημα ῥᾴστον μῖσος εὑρίσκει τάχα. *A.*
Perfacile falſum crimen odium repperit.
κἂν μὲ ἀνόσιον, θανάτου λύκος ἐλέγχει. *A.*
Quamlibet innocum, mortis lupus arguit agnum. V. Łácno Ply náléść.

Nienawiść wszystko wé złe obráca.

Odiũ omnia in deterius trahit. *Tacit.* Vas infectũ omnia infusa inficit. *Sic Horat:* Sincerum eſt niſi vas, quodcunq; infundis, aceſcit. *Et Lucret. de Epicuro.*

Intellexit, ibi vitium vas efficere ipſum,
Omniaque illius vitio corrumpier intus,
Quæ collata foris & commoda cunque venirent Partim quod fluxũ &c.
Partim quod tetro quaſi conſpurcare ſapore
Omnia cernebat, quæcunq; receperat intrò. *Allegoria eſt. & Vas, animus vitioſus,*

Quem quiſque odit, perijſſe expetit. *Cicer.*

ἔργον ἀδικίας μῖσος ἐμποιεῖ, ὅπου ἂν ἐνῇ. *Plato.*

Iniuſtitiæ opus inſerit (*ad iniuſtitiam exercendam incitat*) odium, vbi fuerit.

Nienawiść złem cudzem śie chłodźi/ choć iey to ſámey rowno szkodźi.

Thunnus ejectus in ſiccum lætus moriebatur, videns mori ſimul Delphinum ejectum quem fugiebat. Æſopus. Epimythion. ῥᾳδίως τὰς συμφορὰς οἱ ἄνθρωποι φέρουσι, σοῦ τούτων αἰτίους δυσχεραίνοντας ὁρῶντες. Faciliùs miſerias homines ferunt, videntes infeliciter agere earum auctores. (*vel* σοῦ μισουμένους. *quos oderunt.*) *Naufragus nauí iam ſubmergenda in puppi ſedens, non grauatim moriebatur, videns inimicum ſuum in prora ſedentem priùs mergendum. Idem Æſopus. Epimythion.* πολλοὶ οὐδὲν τὸ ἑαυτῶν ἕλκος φροντίζουσιν, ἐὰν σοῦ ἐχθροὺς μόνον ἴδωσι πρὸ αὐτῶν κακουμένους. Multi homines nil ſuum nocumentum curant, ſi modò videant, inimicos ſuos ante ſe malè affectos.

Nie naydźieſz pod ſłońcem lépszego/ &c. By go z świeca ſzukał.

Phraſis eſt, cui ſimilem habet Plautus in Milite cùm dicit:

Non potuit reperire ſi ipſi ſoli quærendas dares Lepidores ad hanc rem,
μηδὲ λύχνον ἅψας Διογένης εὑρήσειεν. *A.*
Ne Diogenes quidem face accenſa repererit.

Nie obiécuy czego niemaß/ albo czego niemożeß.

Nie obiécuy nigdy ſkoro: bo ſpełnić czeſto nie ſporo.

Rem tibi promiſſam, certò promittere noli. *Cato.*

ἄλλα ὑποσχόμενος σὺ ὑποίσχεο μηδενὶ πίστως. *Mylius.*

Apud Plutarchum. Φίλος ἐπαγγελία .i. Amici (*prudentis*) promiſſio hæc eſt.

εἰ δύναμαι τελεσθήσεται γε ἢ εἰ τετέλεσται ἔσται .i.

Si præſtare queam, & fieri res ipſa poteſſit (*vel poteſtur.*)

κόλακος δ': Adulatoris verò: ἄνδρα ὅτι φρονεῖς. Dicito quicquid habes in pectore. Ad omnia ſapiens cum exceptione veniet: (*dicens*) Si nihil inciderit, quod impediat. Exceptio autem ſine qua nihil deſtinat, nihil aggreditur, illum tuetur. Promiſi beneficium, niſi quid incidat. &c. *Seneca.*

Nié odnawiay bolu / rány / wrzodu zgoionego.

Ne refrices cicatricem .ſ. *iam obductam. Cic. allegorico ſenſu accipe.*

Quid minùs vtibile fuit quàm hoc vlcus tangere? *Terent.* .i. *nominare vxorem ducendam.* τί δ' ἄχρυον ἐὸν ἐγείρεις; *Callimach.* Quid lacrymas ſopitas ſuſcitas? Ne ſopitos ignes ſuſcites .ſ. *iracundiæ, offenſæ, doloris. Ex Virg. ſed tralato ſenſu.* δεινὸν μὲ τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακὸν ἐπεγείρειν. *Sophocles.* Graue eſt, pridem iam ſopitum malum ſuſcitare.

Malum benè conditum ne moueas. *Vide ſub* Day zlemu pokoy.

μὴ μνησικακήσῃς. *Ariſtophan.* Ne memineris malorum.

Omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui, Græcumque verbum vſurpaui. (.ſ. ἀμνηστία κακῶν) *Cic.* V. Nié wſpominay zlego.

Nieopowiédnié / milczkiem odeyść / odiáchać.

Vaſis non conclamatis abire. *Cæſar.* ἄκ ἐσημήνας ἀναζυγὴν ἀπῆλθεν. Non proclamata caſtrorum motione abijt.

Contrà. Σημαίνειν ἀναζυγήν. Conclamare vaſa. *Cæſar.* Rußenie nákazáć. *Paræmiatῶs vti ſi voles, transfer à bello ad alia.*

Nié oſtoi śie woda w miéchu / w rzéßécie.

Plenus rimarum ſum. hâc atque illâc perfluo. *Terent.*

Vtrumque hoc falſum eſt, effluet. — Ne hoc quidem tacebit Parmeno. *Idem.*

χαλεπὸν σιωπᾶν ἐστιν ἀνθρώπῳ λάλῳ.

Tacere difficillimum homini garrulo.

κωφίλῳ ἀνθρώπῳ σιγᾶν χαλεπώτατον ἄχθος. *Theognis.*

Garrula lingua ſilere ſibi pondus graue cenſet.

Nemo quod audierit tacebit. nemo quantùm audierit loquetur (q. d. *addet auditis ex ſuo, vt fama ſolet creſcere*) *Seneca.* Nié zátrzyma żaden ſłowá; káżdego co przyda mowá. Dolium pertuſum. *ſub* Nié zátái nic.

Affine, Żezycznego ſłowo. Trudno zátáić.

Nié oſtrożnieś ſobié poſtąpił. Nieopátrznié.

τὸ θερμὸν δ' ἀβελὸν ἔδραξας. *Zenodus.* Calidam veru partem apprehendiſti. *Sic reddo, non vt Eraſmus Veruti partem, quid enim veruto cum igne & culina?*

ἄψαντες λύχνον λυχνεῖον ζητοῦσι. *Diphilus.* Accenſa candela candelabrum quærunt. *quod priùs parari oportebat, ne eo quærendo candela conſumatur. al.* ἄψαντες λύχνα. *accepta candela.*

Nié oſtrożny.

ἀσὶ δὲ οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω ἠ ὀπίσσω. *Homer.*

Non nouit ſimul à tergo atque à fronte videre.

Plura ſi lubet pete ex Oſtrożny *addita vel ablata negante particula prout commodum eſt.*

Nié o ßkodę záiącá gonią. Nié o wodeć wilkowi rożié.

ὁ λαγὼς περὶ πολλῶν κινδυνεύει vel τρέχει. *Plutarchus ex Ariſtophane.*
Lepus propter carnes periclitatur vel currit, fugit.
Non ob aquam turbatam lupus agno indignatur. *Ex Gabria & Fædri apologo notæ.*
Vi. Káletá mu moiá wádźi. Vlié o to go bito.

Vlié oßukaß. Vlié tu dudki łowić.

Nugatori nugari poſtulas. *Plaut.* Nunquam tu mihi imprudenti obrepſeris. *Idem.*
Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. *Prouerb. SS. c. 1.*
ὁ πίθηκος οὐκ ἁλίσκεται βρόχῳ. *Lært.* Simia non capitur laqueo.

γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ,
ἁλίσκεται μέν, μὴ χρόνον δ' ἁλίσκεται. *Lærtius.*
Laqueo ſenectus ſimius non prenditur,
Subinde prenditur tamen, ſed ſeriùs. Hic locus non eſt.

Proin tu alium quæras cui centones farcias. *Plaut.* .i. *quem glorioſis mendaciis oblectes & decipias.* Difficile eſt furari quid apud fures. *Eraſm. è Gallico dicto.*
Autolycus non fallit Siſyphum .ſ. *fur inſignis inſignierem.* *Prior apud Martialem poſterior eſt apud Sophoclis interpretem. quanquam Euſtathius, Siſyphum virum ſapientiſſimum fuiſſe, ſcribit. Polyænus verò regem Corinthi vaferrimum. alij aliter.*
πολλὰ κεν εἰδείης οἷς τ' θεὸν ἐξαπαλήσαις. *Oraculum Apollinis.*
Multa ſcias opus eſt, ſi diuos fallere tentes.
πρὸς κρῆτα κρητίζεις. *Sophocles.* Cum Crete cretizas .i. *aſtutum vis dolis decipere.*
ἄλλο δ' ποίκιλμα. *Syneſius.* Aliud quidpiã exorna. *Cyclops reſpondit Vlyſſi volenti exornare ſpecum eius ſordidum, ejectis ſordibus ob Galathea aduentũ, & ſic fugam molienti.*
—— Non facile eſt tibi Decipere Vlyſſem. *Seneca Troade.*
V. Vlié tréſitéś né dudká.

Vlié o tem rzéczy.

ὐ περὶ τούτων ἐρῶμεν. *Lucianus.* Non de his loquebar.

καλῶς τρέχουσιν, ἀλλά γ' ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ.
Bene quidem currunt, ſed extra viam. Dobrzé mowiß/ ále nié do rzéczy.
Non de vi neque cæde nec veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis. *Martialis Cauſidico inepto dicit.*

Plura ſimilia vide ſub Vlié do rzéczy to. Za o páwlé. Do rzéczy przyſtepuy.

Vlié o toć go bito.

ὐ διὰ τὴν τοῦ ποδὸς περὶ τὴν λύραν ἀμετρίαν. *Plato. al.* ἁμαρτίαν. *Suidas.*
Non ob pedis à lyra diſſenſum vel errorem .ſ. *punitus eſt, ſed ob legem violatam. nam ſi pes ſaltantis ad lyram, vel ad Pœtarhythmos, non reſpondeat eius modulis vel metris, nullum eſt peccatum.* *Vi.* Vlié tego ia chce. Wiem ia czego on chce.

Vlié pámietay ábo nié wſpominay gośćiu ráno: co śie wyrzćiło piiáno.
Zápomni gośćiu poránu/ co śie dźiało po piiánu.
μισῶ μνήμονα συμπότην πρόκλε. *Martial. Plutarch. Lucian.*
Odi ma-

Odi memorē compotorem Procille. *Vel.* Conuiuā memorem odi ego Procille. *De hoc sic Martial.* Hesterna tibi nocte dixeramus &c.

Cœnares hodie Procille mecum. Tu factam tibi rem statim putasti.
Et non sobria verba subnotasti, Exemplo nimium periculoso μισῶ &c.

Namcùm ebrij multa ineptè & stultè dicere & facere soleant, iocando, minando, promittendo, dando, secreta vulgando; si ea omnia rata esse deberent; multa incommoda, damna, & absurda sequi oporteret. siquidem ij à somniantibus non multùm distant, & præterea multi obliuiscuntur eorum sobrij, quæ ebrij dixerunt & fecerunt; quare facile improbus quispiam per calumniam illis obijcere, vel ab illis exigere quiduis posset.

Rectè proinde Lacedæmonij hospitem in domum accipientes, ostensis foribus dicebant: Ταύτῃ οὐκ ἐξέρχεται λόγος. *Vel.* Διὰ τούτων ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται. *Plutarch.* Hac non egredietur verbum aut sermo. *Vel.* Per has fores sermo non egreditur. *Hæc vel similia, Lycurgi iussu ad ostium stans quispiam hospitibus intrantibus dicebat. Et Romani ἀμνησίαν à conuiuis requirebant,*

Sic Horatius inuitans Torquatum ad cœnam, inter alia dicit:
Hæc ego procurabo &c. ne fidos inter amicos (*conuiuantes*).
Sit qui dicta foras eliminet. &c. *Antholog. l. 2, Antipatri est Epigramma.*
Ἄ μοι πολὺ ἀδὼν Φοβερὴ δύσις. &c. &c.
ἀλλ' ὅταν ἀστράπτει μέγας ἀερίοις, ὡς κακὸν ἄνδρα
ταρβῶ, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας.

Non ita mihi horribilis est Pleiadum occasus (*sideris turbulenti*)
Neq; cùm fulminat magnum cælum; vt malum virum formido, & sermonum conuiualium memores aquæ potores. (ὑδροπότας *vini potores potuit ponere, sed forte quæsiuit energiam.*) *Ideo apud Romanos litera silentij tricliniaris erat S. foribus superponi solita, ad imponendum conuiuis silentium, si quid licentiùs quis dixisset. Rhodiginus. Rader.* Rosa *quoq; Harpocrati consecrabatur silentij Symbolum: & nunc apud quosdam supra mensam vel in tholo suspendi solet;*

Conuiua vt sub ea dicta, tacenda sciat. *Raderus. qui addit dictum alterum hinc ortum:* Hæc sub rosa .i. *inter pocula dicta sunto.*

Nam quæ inter vina dicuntur, æquè vt quæ vino inscribuntur irrita sunt, (*Vide hoc sub* Vliéwiesćie nić wiérz.) *Itēm* Bacchus est filius vel pater potiùs Obliuionis, *vt quidam per iocum inuertit apud Plutarchum.* Τὸν διόνυσον ὐ παῖδα λήθης ἀλλὰ πατέρα ἔδει προσαγορεύειν. *Eidem item veteres Obliuionem & Ferulam consecrabant, ἀμνησίαν dictorum in conuiuio, insinuantes. vel certè inuentes, ob aliquod peccatum inter pocula commissum, sufficere leuem castigationem, qualis est ferula puerilis. Sic Pyrrhum milites licentiùs locuti de eo eluserunt.* V. Przy pélney.

τὰς συμποτικὰς ἀπάτας οὐ χρὴ ἀπομνημονεύειν, ἀλλ' εἰ καὶ τι ἡμάρτηκε μεταξὺ τῶν συνόντων, παιδιὰν ἡγεῖσθαι, καὶ αὐθὶς ἐν τῷ συμποσίῳ καταλιπεῖν τὴν ὀργήν. *Lucian.* Conuiuales fraudes non oportet commemorare, sed si quid peccatum est inter conuiuantes, iocum putare, & ibidem in conuiuio relinquere iram.

ICti quo-

JCti quoq; minorem ebrio quàm ſobrio pœnam vel multam aſſignant, quia dolum malum à facto eius abeſſe præſumunt. Schardi. Spiegeli.

Sed hæc omnia intellige de iocis, leuitatibus, hilaritate, libertate familiari, offenſiunculis, nam ſi quid criminoſum accidat, id duriùs caſtigare prudentis viri & amici boni eſt.

Nié pátrz na poſtáwę / álé na cźiéká ſpráwę. Nié pozorny / álé wyborny. οὐκ εἰς τὴν ὄψιν, ἀλλ' εἰς τὸ νῶν διασκέπτειν χρή. *Æſopus.* Non faciem ſed animum aſpicere oportet. *Talis erat inprimis ipſe Æſopus, cui quadrat illud Ouidij.*

Si mihi difficilis formam natura negauit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.

Adde Socratem, quem apud Athenæum Critobulus dicebat, πολὺ τῶν σιληνῶν ἀισχίω. Multò Silenis deformiorem. *Alcibiades tamen ad laudem id trahit,* Socratem laudans ſimilē illum ait Silenis, quòd is foris contemptibilis videretur, intùs ſapientia & probitate ornatiſſimus. *Vnde σιληνοὶ ἀλκιβιάδου* Sileni Alcibiadis, *de re foris vili intùs admiranda dicuntur. Quid verò fuerint Sileni, habes infrà ſub* Swietych rzéczy niépoſpolitowáć. *Apud Lucianum Euangelus citharœdus rudis ſed diues & totus aureus auream citharam tenens progreſſus in certamen, vbi canere ineptè cœpit, exſibilatus & è theatro turpiter electus eſt. Eumelus verò veſte vix decem denariorum tectus, citharam lignea veteri, ſcitè & ſuauiter canens placuit, & victor præconis voce proclamatus eſt, ac præmio accepto honorificè diſceſſit.*

Equus Probi, nec ſtaturam nec formam habuit quæ eum commendaret, ſed in curſu indefeſſus & celerrimus. Rhodigin. V. Pretki.

Stultus eſt qui equum empturus ſtratum & frenos inſpicit, & ſtultiſſimus qui hominem è veſtitu & opibus æſtimat. *Seneca.*

Sic lib. 1. Regum 16. Deus Samueli de Dauide dixit: Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum (*nam paruæ ſtaturæ fuit.*) nec iuxta intuitum hominis ego iudico. &c. E cortice ne iudices de nucleo. *Infrà mox.*

Nié pátrz kto mowi / ale co / iák dobrzé mowi. Nié pátrz wymowy / ále głowy.

ἀγροίκου ῥήτορος μὴ καταφρόνει. *Diogenian.* Ruſticanum oratorē ne contēpſeris.
πολλάκις καὶ πήπωος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. *Gellius.*
Sæpe etiam eſt olitor valdè opportuna locutus.

In diſputando, non tam auctoritatis, quàm rationis momenta quærenda ſunt. *Cic.*

Ex cortice haud pronunties de nucleo, *è Gallicis.*
μὴ κρῖνε περὶ πυρῆνος ἐκ λεπίσματος. *A.*

Nié pewna to. Nié Ewánélija to. Wiérzyć możé kto chcé.

——— Sua narrat Vlyſſes Quæ ſine teſte gerit. *Ouidi.*
Solus enim hoc Ithacus nullo ſub teſte canebat. *Iuuenal.*
Nil facit exemplum litem quod lite reſoluit. *Horati.*
Poteſt (*fieri*) vt alij ita arbitrentur, & ego vt ne credam tibi. *Plaut.*

οἱ τοῦ Ια-

οἱ τ᾽ θαλάσσης χόες. Maris congij. *Platonis eſt qui ait:*
μᾶλλον αὐτῶν λέληθεν ἢ οἱ θαλαττῆς λεγόμενοι χόες .i.
Magis hæc illi ignota ſunt, quàm quot ſint in mari, vt dicitur, congij.
Non omnis auis auguratrix. Nie pewna to wroſzká. Nie każdy ptak wießczy. *Ex Homero qui ait:* ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ᾽ αὐγὰς ἠελίοιο
Φοιτῶσ᾽, οὐδέ τε πάντες ἐναίσιμοι .i. Aues multæ ſub radijs ſolis
Verſantur, nec tamen omnes fauſtæ vel augurium facientes.
Apud Plutarchum lib De ſolertia animalium, quidam diuinationem defendens dicit: Aues ſuam vim, induſtriam, celeritatem Deo accommodare vtendam, vt is eam conuertat ad motus, voces, garritus figuras & alios fines. vnde Euripides eas deorum præcones appellat.

Certum eſt muſtelæ nunquam poſthac credere⌣.
Nam incertiorem nullam noui beſtiam⌣,
Quin ipſa decies in die mutat locum⌣.

Eam auſpicaui ego in re capitali mea .i. *auſpiciũ ex ea ſumpſi falſum malũ. Plaut.*
ἀκέφαλος μῦθος. *Plato.* Sine capite fabula⌣.
ἐν λευκῷ λίθῳ λευκὴ γάθμη. *Sophocles. Plato.* In albo lapide alba linea .ſ. *nihil ſignat, quin nec apparet.*
Hæc non ex oraculo Pythij Apollinis edita ſunt. *Ex Cicer.*
Non eſt folium Sibylæ. *Vel* Non credas, tibi eum folium recitare Sibyllæ *Ex Iuuenal.*
ὃ μετέχω τούτων, ὃ γὰρ ταῦτ᾽ εἶπε Σίβυλλα. *Ariſtophan.* .i.
Noc hæc ſuſcipio, nec enim canit iſta Sibylla⌣.
Eius rei fides ſit penes auctores. *Saluſti.* Fides tantùm auctores appellet. *Plini.*
αὐτὸς ἔφα. Ipſe dixit. *Per iocum de homine nullius auctoritatis vel fidei.* *Sic de Græcis idem Plini. ait:* Nullum apud Græcos mendacium eſt quod teſte careat. *Id vſurpabis cùm aliquid incredibile auctore dubio firmat aliquis.*
αἴκα. Si. *Lacones Philippo minitanti, ſi in Laconicam veniſſet, euerſurum ſe Lacedæmonem vrbem principem regionis, reſponderunt hoc vno verbo eius repetito:* αἴκα .i. Si. q. d. *non facile hoc fiet, curabimus ne venias. Plutarch*
εἰς ὕδωρ γράφε. In aqua ſcribe. In vento & rapida ſcribere oportet aqua. *Catull.*
Grammatici certant & adhuc ſub iudice lis eſt. *Horati.*
μηδὲν ὁρίζω Nihil definio. *Scepticorum vox qui dicebant ſe* μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν. *apud Lucianum,* Neque audire, neque videre certò aliquid.
In medio relinquo. *Cicer. Saluſti.*

Nie pięknie pachnie/ kto zawſze pięknie pachnie. Nalepiey pachnie/ kto niczem nie pachnie.

Optimus odor in corpore, nullus *Seneca.* Aqua optima quæ nil ſapit. *Plini.*
Hoc mihi ſuſpectum eſt, quòd oles benè Poſtume ſemper⌣.
Poſtume non bene olet, qui benè ſemper olet. *Martial.*
Malo quàm bene olere, nil olere⌣. *Idem⌣.*

Quòd quacunque venis Coſmum *(myropolam)* migrare putemus.
Et fluere excuſſo cinnama fuſa vitro;
Nolo peregrinis placeas tibi Gellia nugis.
Sic puto poſſe meum ſic bene olere canem. *Idem.*

L. *Plotius proſcriptus fugiens & in latebra benè deliteſcens, odore vnguenti quo perfundi amabat, proditus eſt.* *Plinius.*

Veſpaſianus cuidam præfecturam contulerat, pro qua ille grates acturus vnguentatus cùm acceſſiſſet, indignatus Cæſar dixit: Mallem allium oboluiſſes, *& eum præfectura priuauit.* *Suetoni.* Mulieres ideo benè olere, quòd nil olent videntur. *Cic.*

Mulier rectè olet, vbi nil olet. *Plaut.*

Quid oleant, neſcias, niſi id vnum, vt male olere intelligas. *Idem de feminis.*

Vnguenta gratiora eſſe quæ terram quàm quæ crocum ſapiant. *Cic. Plini. .i. naturales odores adulterinis & factitijs gratiores.* *Sic Geneſis 27. Iſaac vt ſenſit veſtimentorum filij odorem dixit:* Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni &c.

Diogenes adoleſcenti vnguentato dixit: Φύλαττε μὴ τῆ κεφαλῆς εὐωδία τὸν βίον δυσωδίαν παράσχῃ. Caue ne capitis bonus odor, vitæ malũ odorem adducat.

Vnguenta, inquit Plini. materia luxus è cunctis maximè ſuperuacui, quia illicò exſpirant. Summa commendatio eorum, vt tranſeunte femina, odor inuitet etiam aliud agentes .ſ. ad ſpectandum. & à negotijs vtilibus vel honeſtis auocet.

Idcò Lycurgus vnguenta & ſimilia lenocinia voluptatum in victu & cultu, atq; artifices talium è ſua ciuitate eiecit. *Plutarch.*

Nié pierwßa mi to. Nié nowina mu to. Bywálec.

Non hoc primum pectora vulnus Mea ſenſerunt, grauiora tuli. *Senec. Octauia.*
O paſſi grauiora &c. *Virgil.* Multùm ille & terris iactatus & alto. *Idem.*
O fortes maioraque paſſi Mecum ſæpe viri. *Horati.*
πολλὰ παθὼν πολύκλας. *Ariſtophan.* Multùm nauigauit aquæ.
ἤδη γε τῶν ποδῶν ἑώραται ὁδός.
Factum eſt periclum, iam pedum viſa eſt via. *Terent.*
ἤδη γὰρ μάλα πολλ' ἔπαθον κὴ πολλὰ μόγησα,
κύμασι κὴ πολέμῳ, μὴ κὴ τόδε τοῖσι γενέσθω. *Homer.*
Iam tuli & antè mali multùm, multumque laborum,
Fluctibus & bellis, age & hoc acceſſerit illis.
τετλαθι δὴ κραδίη, κὴ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. *Idem.*
Obdures anime, & quondam grauiora tuliſti.
Non vlla laborum O virgo noua mi facies, inopinãue ſurgit.
Omnia præcepi atque animo mecum antè peregi. *Virgil.*
Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero. *Plauti Sofia ſeruus.*
Mala femina es. Manifeſtam mendacij malã te teneo. R. Solens ſum, ea eſt diſciplina .i. *id profiteor.* *Idem Plautus.*
Seruitus mihi interdixit, ne quid mirer malum meum. *Idem.*

Pro cibo

Pro cibo habes te verberari. *Idem.* Rad ták potráwe iadaß.

ἐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων ἠδὲ βολάων. *Homer.*

Non ſum ignarus plagarum & ictuum vel telorum.

Nié pitan-em-ci. Nié vpitem-ci śię.

Phraſis eſt, ſed variè & ingeniosè prolata à Plauto.

Equidem me ſiccum & ſobrium eſſe ſentio & ſcio. *Plaut.*

Quanquã ego bibo vinũ, at mandata non conſueui ſimul bibere. *Seruus apud eundẽ.*

Non ego cum vino ſimitu (.i. *ſimul*) ebibi imperium tuum. *Seruus itidem.*

Dij me infelicitent, ſi ego in os meum hodie vini guttam indidi. *Idem.*

Similia noſtri vſurpant. Nieśmiałem go w gębie. Nié widźiałem godźiś. &c.

Nié piwoć to. Nié wodáć to: nié ćienkuß / że tak ſporo puéß.

Nié tuć śie to rodźi.

Similibus dictis caſtigari ſolet auiditas eius qui pretioſum potum ceu vilem affatim haurit. Sic Martialis Sextiliano, vinum vetus optimum largè potanti, ceu ſi eſſet vile & quotidianum ac vulgare dicit: Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis,

Vua nec in Tuſcis naſcitur iſta iugis .i *noſtratibus vicinis.*

Teſta (*dolium*) ſed antiqui felix ſiccatur (*bibitur*) Opimi.

(*conſulis antiqui tempore repletum*) &c. *& addit.* A caupone tibi fex Laletana bibatur. Dobreß tobie z kárczmy &c.

Si plùs quàm decies (.i. 10. cyathos) Sextiliane bibis. *Bibebat verò is quantùm ſubſellia quinq; .i. 50. cyathos. Rader.*

μνήσθητ' οἰνοπότην σ' εἶναι ἀ ὑδροπότην. *A. Pentameter.*

Te bibere haud lympham ſed bona vina ſcias. *Conſer.* Dobra kośie brzoſká.

Nié ptact bogáty / ale wynowaty.

Non diuitem ſed debitorem creditor appellare debet.

Non opes meas aſpice, ſed chirographum exhibe.

ὁ ὀφειλέτης ἀ πλούσιος χρέος τελεῖ. *A.*

Non diuitis ſed debitoris ſoluere eſt.

Noxa caput ſequitur. *Vide* Zło przéwinił.

Niépochybny. Péwny. Nié chybi. Dogoni.

ὁ τ' πρόκελος κύων. Procridis canis, Lælaps, *quem illa à Minòé ſibi datum, donauit Cephalo marito ſuo, hic vbi quid inſequi aggreſſus erat aſſequebatur. Rhodigin. ex Ouid. 7. Metamorph.* τὸ τ' πρόκελος ἀκόντιον. *Suidas.* Procridis telum ſiue iaculum eidem Cephalo à Procride vxoré datum, *quod conieCtum nunquam iacientem fallebat, vt Suidas ait. Ouidius telum ſaxificum fuiſſe ſcribit, eodem verò Cephalus vxorem in virgulto latitantem, feram ratus traiecit. Ouidius. Seruius. Sed vt euentus iſti docent, non Procridis ſed Cephali potiùs canis & telum dici deberet.*

Aligernes Gottus ſagittarius, omnia certo ictu tangebat. Agathias. Suidas. Iudicum c. 20. Funditores ambidextri 700. fuiſſe ſcribuntur, qui lapide funda miſſo vel capillum

pillum tangere poterant. *Ligures fundis tangunt aues volantes. Ariſtotel.*

Nie podeymuy śie / czemu nie zdołaß / czego nie vmieß.

Nie podeymuy śie ßeßku legáwego pola. Czego śie kto podiał / to czyń.

——— Nec meus audet Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſant. *Horat.*
Stat contra ratio, & ſecretam gannit in aurem,.
Ne liceat facere id quod quis vitiabit agendo. *Perſius.*

——— Laudato (i. *vitupera, fuge*) ingentia rura Exiguum colito. *Virgil.* Nam agrum imbecilliorem agricolà eſſe oportet, quoniam cùm ſit colluctandum cum eo, ſi fundus præualeat, alliditur dominus. *Columella.*

τὰν ἐμπεσεῖν ἄντλει μαλαιάν. *Pindar.* Facilem tibi exerce artem.

ἀκόλυμβοι πνιγομένοις ἐπιχειρῦσιν βοηθεῖν, συνπλεκόμενοι ζυγῇ δυσπαῦ. *Plutarch.* Natare neſcientes dũ mergi incipientibus tentant opẽ ferre, ijs impliciti ſimul merguntur. Ignarus ne tractet habenas. *Ex Fabula Ouidij de Phaëtonte, cui pater dicit:*

Magna petis Phaëton. *Vide* **Wiele to nie cie.** *Et Clemens Alexandr. ex Pœta veteri Græco:*

μὴ θίγῃς ἵππων τὰ σιδήρεα ἀπειρόκων.
μηδὲ ἁνάβῃς τ' ἄρρον ἐλάυνειν μὴ μαθών.

Ne tractes habenas fili ignarus cùm ſis. nec currũ aſcendas aurigandi neſcius. *Cato Minor legitimo tẽpore petiturus Quæſturã, non antè id fecit, quàm leges quæſtorias perlegiſſet, & ex peritis ſingula cognouiſſet, & ſumma muneris illius complexus eſſet, ex Plutarcho.*

Quod potes id tentes, operis ne pondere preſſus
Succumbat labor, & truſtra tentata relinquat. *Cato.*

ὅτῳ δύνῃ τέλεσον, βαρεῖ δὲ μὴ φορτίῳ ἥπου
μόχθον ἀπαυδήσῃς ἄπρακτα πονήματα λείπων. *Mylius.*

Ludere qui neſcit, ludum ſpectando quieſcit. *Anonym. Rhythm.* *Sic & Horat.* *Vide* **Czego śie kto nie vczył. Pomierz śie.**

A Demetrio rege anus petebat audientiam, is verò reſpondit, ſibi non vacare. tum anus: μὴ βασιλεύε ἄν. *Ne ſis igitur rex. pupugit eum hoc dicto, quare ab illa exorſus, omnes alios audiuit per multos dies. Plutarch.*

Nie podobieńſtwo. Nie podobne rzeczy. Nieſłychana nieẃidána to rzecz.

Teſtudo volat. *Claudian.* Sine pennis volare difficile eſt. *Plaut.*
Simul flare ſorbereque haud factu facile eſt. *Idem.*

χρίσωνι ἡμεραίῳ ἐπεσθῖ ἢ διαθεῖν. *Plato.*

Criſonem Himeraeum conſequi aut præcurrere .i. *impoſſibile. Curſor erat celebris.*
Priùs pariet locuſta Lucam bouem .i. *elephantum.* *Ennius.*

ἀετὸς πρὸς χελώνης ἡλίσκετο. *Laerti.* Aquilam teſtudo cepit.
ἡ γῆ ἵπταται. *Suidas.* Terra volat. ἀδύνατα θηρᾶς. Impoſſibilia venaris.
ὅπωτε ποιήσῃς τ' καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν. *Ariſtophan.*

Efficies

Efficies nunquam vt cancer rectâ gradiatur.
Acanthida vincit cornix. *Calpurnius.*
ὁ καρκίνος τ λαγωὸν αἱρεῖ. *Suidas.* Cancer leporem capit.
δόιδυξ αὔξει. *Zenodot.* Piſillum creſcit. *Ironicῶς. Henric. Steph.*
ἐκ τ ψάμμυ σχοινίον πλέκειν. *Ariſtid.* Ex arena funiculum nectere.
Luſciniæ deeſt cantio. *Plaut.* Sic vincat acanthida cornix & aëdona bubo. *Calpurn.*
κοτύλῃ τὸ ἀτλαντικὸν ἅπαν ἐκφορῆσαι πέλαγος. *Simocat.* Cotyla Atlanticum totum mare exhaurire, exſorbere. Exurere mare. *Virgil.*
Fluctus ſiccare marinos. *Propertius.*
Duobus ſimul in locis vnũ hominẽ eſſe, ἀδύνατον *apud Ethnicos Philoſophos & Poëtas. Ludit in hoc argumento Plautus in Amphytruone, qui ſeruo ſuo dicit: Actu 2.*

Sceleſtiſſime, audes mihi prædicare id, Domi te eſſe nunc, qui hîc ades &c.
Tun' id dicere audes, quod nemo vnquam homo antehac
Vidit, nec poteſt fieri, tempore vno Homo idem duobus locis vt ſimul ſit.

Et plura ibidem in hanc ſententiam. Similiter in Milite Philocomaſium femina vna, gemina credita eſt, quòd vna in duobus locis eſſe non poſſit ſimul, vt illa vna furtim ſe in duobus oſtentabat. πῶ ψυχρὰ δῆτα πώποτ' εἶδες ἡρακλεια λουτρά; *Pindarus.* Vbinam vnquam frigida vidiſti Herculana balnea?
ταῦρος ὑπερκυψας τὸ ταυγετον ἀπὸ ς εὐρώτα ἔπιεν. *Plutarchus.* Taurus porrecto vltra Taygetum capite ex Eurota bibit. *quod interuallum eſt longiſſimum.*
θᾶττον ἂν ἰὼν ἐν πλοίῳ πεσὼν ἀμαύρωι ξύλῳ. *Lucianus.* Citiùs quis in naui cadens in lignum non incidat: *(quam vt oculus quoquo ſe verterit Philoſophum non aſpiciat.) ſed hoc iam aliò pertinebit .ſ. tam multi ſunt Philoſopi &c.*

Sambucam citiùs caloni aptaueris alto. *Perſius.*
θᾶττον ἀσκὸν βαπτίσαι πλήρη πνεύματος. *Philo.* Celeriùs vtrẽ vento plenũ ſubmergas.
πρόσθε γῆ ἀνεῖτ' εἰς ἀιθέρα. *Euripid.* Priùs terra ætherem conſcendet.
Apud Poëtas talia plura leges ſed vide affine huic Nigdy. *Item* Dármo robiß. & Ꝺ niepodobne rzeczy.

Nie podsypay obrupionego. Nie podżegay zapalonego.
μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ſ γέοιτ, *vel* προσθῇς. *Plato.* Ignem igni ne addas.
πυρὶ δ ζβεννῦσαι πῦρ. *Plutarch.* Igni non extinguitur ignis.
ἐλαίῳ τὸ πῦρ ζβεννυεις. *Lucianus.* Oleo incendium reſtinguis.
Oleum addis camino. *ex Horat. vel* Ne addas &c.
τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύεις. *Herodot.* Malum malo medicaris. *Vel* ne mediceris.
μὴ τῷ νοσοῦντι προσθῇς νόσον. *Euripid.* Morbo laboranti ne morbum addas.

Age ſi non ſponte inſanit, inſtiga. *Terent. Conceſſio ironica.*
πῦρ σιδήρῳ μὴ ζαλευειν. *Pythagor.* Ignem gladio ne commoueas .i. *iratum ne irrites. Plutarch. Veſpæ morſus maluæ ſucco mitigandus & ſanandus eſt; & iracundus vel furens blanda oratione. Pierius.* V. Gniewliwego hámowáć.

Nié pokázuy śie ześ-eś nié ieſt / ześego nié vmieß.

Qui hoſpites habere non vult, ſignum de ædibus tollat. *(quale ſolet in diuerſoriis publicis & cauponis poni) Garner. è Gallicis.*

Artem qui neſcit, officinam claudat. *Idem.*

μὴ ἀνοίξον ἐργαστήριον ἀγνὼς ὢν τέχνης. *A.*

Ignarus artis officinam ne aperias. *Vel* claudito.

ἀμαθὴς κιθαρίζειν, μηδαμῶς κιθάραν φορῇς. *A.*

Pulſare citharam neſcius, citharam haud feras.

Plura ſi lubet pete ex Παροιμιογρ. Promot. Wrzkomo coś.

Nie pomoże krukowi mydło / ani vmarłemu kadzidło.

Jáki pieś do kościołá / táki z kościołá.

Náméż go ty meſtem / przędźie on śmierdźi dźiegćiem.

Τὴν Αἰθίοπα ζμήχεις ἢ λούεις. *Lucian.* Æthiopem lauas vel dealbas. *Ex apologo Æſopi de mercatore Æthiopem emptum fruſtra lauante, cui hoc epimythion additur:* ὅτι μένουσιν αἱ φύσεις, ἃς προσῆλθον τῇ ἀρχῇ. Quod maneant naturæ, vt à principio prouenerunt. *Nam* Æthiops non albeſcit. *de quo item epigramma Luciani tale eſt;*

διὰ τί μάτην νίπτεις λέμας Ἰνδικὸν; ἴσχεο τέχνης,
ἃ δύνασαι νυφερῷ νύκτα καθηλιάσαι.

Cur fruſtra abluis corpus Indicum? ceſſa ab arte,
Non potes caliginoſam noctem ſole illuſtrare.

τὴν χύτραν ποικίλλεις. Ollam exornas .ſ. *quæ mox nigreſcet ad focum.*

Nequicquam exornata eſt benè, ſi morata eſt male. *Plaut de femina.*

τυφλὸς καὶ ἐν φωτὶ & ἐν σκότει τυφλὸς Ἀλαθείᾳ. *Archytas.* Cæcus & in luce & in tenebris cæcus manet. νεκρὸν μυρίζεις. Mortuum vnguento perungis.

ἀπάλαθοι, τάπησιν ὅμοιον στῶμα ἑαυτῷ. *Theognis.* Tribuli, tapetibus ſimile ſtratum mortuo. Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit ſibi. *P. Syrus.*

Balnea non proſunt cornici, nec meretrici. *Anonym. rhythmic.*

Demaratus Lacon iuſſus à Rege Perſarum poſcere munus, petijt vt more regum reſta citari vrbem inueheretur. Tum regis conſobrinus apprehenſa eius manu dixit: ἄυλη μὲ κίθαρις ἐκ ἔχει ἐγκέφαλον ὃν ἀποκαλύψει, σὺ δ' ἂν λάβῃς κεραυνὸν, ἐκ ἔσῃ Ζεύς. Hæc quidem citaris non habet cerebrum quod tegat. tu verò licet fulmen accipias, non eris Iupiter. *Plutarch.*

Fucus ex Hecuba non faciet Helenam. V. Żdob iáko chcéß.

Affine, Nié pomożé to nic. Przyrodzenie trudno.

Nié pomoże / nié zawadźi.

Duplex eſt huius ſenſus. Alter. Ani pomożé / áni záwádźi. *Sic Euripides.*

κἀδὲν γ' ἄχρηστον, ἀδὲ χρήσιμον παρόν.

Inutile nihil, vtile quoque nihil habet, *(vel non ei adeſt)*

Alea'nec

Alea nec damnum nec facit iſta lucrum. *Martial.*

Alter. Vnié pomożé! nié zawádźi .i. Jésli nié pomożé, tedy wżdy nié zawádźi.

ἂν μηδὲν ὀφελεῖ, μηδὲν ἀλλάγε βλαψεῖ. *A.*

Si nil iuuabit, attamen oberit nihil.

ἄχρηστόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀβλαβὲς ὁμῶς. *A.*

Inutile quidem eſt, at ſimul & innoxium.

Vnié pomożé to nic. Vnié poprawiſſ tem. Jéſtżéć to gorzey. Vnié temby. Vnié tegoby trzébá. Rzadka ßátá ná geſty mrózy.

πηλῷ πηλὸν καθαίρεις. *Apollonius.* Lutum luto purgas.

τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύεις. *Sophocles.* Malum malo medicaris.

ἐλαίῳ πῦρ ζβέννεις. *Lucian.* Oleo ignem exſtinguis. Oleū addis camino. *Horat.*

πῦρ πυρὶ οὐ ζβέννυται. *E Plutarcho.* Ignis igni non exſtinguitur.

ὁ μεμηνὼς σκυτίδων ἐξαρτήμασιν οὐ θεραπεύεται. *Tatianus.* Inſanus pellibus appenſis non curatur. Aurati calcei ligneos pedes nil iuuant. V. Szkodá kráſy. *&c.*

οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει καλλιγήρ: οὔτε παρωνυχίας πολυτελὴς δακτύλιος: οὔτε κεφαλαλγίας διάδημα. *Plutarch.* Nec podagrâ liberat calceolus: nec paronychiâ pretioſus annulus: nec capitis dolore diadema.

Bulbus nihil profuerit, *Vide hoc ſub* Jédno ku drugiemu.

ὕδραν τέμνεις. *Plato.* Hydram ſecas. *ſectione magis renaſcentem.*

Etiamſi perdas humeros. *Vide* Byś śie ſpukał.

Tibur in Herculeum migrauit nigra Lycoris
Omnia dum fieri candida credit ibi. *Martial. l. 4. ep. 62.*

De eadem. l. 7. ep. 12. ——— Fuſca Lycoris Venit in Herculeos colles ———
——— paruo tempore nigra redit. *putabat auræ mutatione formoſam ſe fore.*

Sic apud Senecam epiſt. 50. Harpaſte femina cæca, neſciens vel non credens ſe cæcam, ſæpe rogabat doctorem ſuum, vt migraret in aliam domum, dicens hanc eſſe valdè obſcuram.

Habeas licebit alterum pedem Ladæ (*curſoris celerrimi*)
Inepte fruſtrà crure ligneo (*loco alterius veri pedis*) curres. *Mart.*

Tibia piſces cōuocare & capere fruſtra conaris, reti opus eſt. *Ex Æſopo de Piſcatore.*

Cùm Pictores multi in pingenda Helena deſudarent; tyro quidam pinxit eam vt potuit, & tabulam totam auro cinxit & Apelli exhibuit, cui ille: καλὴν γράψαι μὴ δυνάμενος πλουτίαν πεποίηκας *Clemens Alexandrin.* .i. Pulchram pingere non potuiſti, quare diuitem feciſti .ſ. *vt quocunq; modo opus commendares.* Vnié tegoby trzébá.

Lychnum Epicteti fictilem quidam emit pretio 1000 drachmarum. al. 3000 denariorum, ſperans ſe doctum euaſurum ad eum legendo. Lucian. *Sic Neanthus Putaci Tyranni filius Orphei lyram nactus eſt, quam cum pulſaret à canibus laceratus eſt. Idem Lucian.*

Nec Marſyæ aut Olympi (*celebris tibicinis*) tibiæ efficient, vt concinnè ijs canat qui non didicit. *Lucian.* *Vide Euangelum & Eumelum ſub* Vnié pátrz ná poſtáwę.

Pro ſanitate ſacrificant & poſt ſacrificium epulis ſe replent. V. Skromny wrzſmo.

Centū coronatorū melancholia, vnius nummi debitū non ſoluet, *Garner. Gallic.*

Vnié po

Nié po oycowſku.

οὐ πατρῳϊκὰ αὐλῆς μέλη. Haud paternas canis cantiones.
Minimè patriſſas. Haud paternum iſtuc dediſti. *& talia plura ex Plauto Ter. poſui in 1. Tomo.*

Nié peryway śie do ſadu / możeſz-li inák dowśćrzadu.

Słuchay ludźi madrych rády: Możeſz wyść! nié ßukay zwády.

ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκλω. *Alcibiades.* Cum vitare licet, moneo ne quærito litem. *Vide* Nié ßukay zwády.

Stultitia eſt, cui benè eſſe licet, eum præuorti litibus (.i. *priùs ad lites confugere*) poſteriùs iſtæc te magis agere par eſt (*lenibus modis prius tentatis*) *Plaut. Et Sannio in Adelphis Terentij iniuria ab Æſchino accepta dicit:*

Vt vt hæc ſunt facta, potiùs quàm lites ſequar, Meum mihi reddat.

Nié po ſtopniu. *Vel deorſum verſus. vt* Ab equis ad aſinos. *Vide* Poprawił śie. *Vel ſurſum verſus. vt* A remo ad tribunal. V. Wroſt.

Nié poßło mu to. Nié pádło iáko chciał.

Nequiter expediuit (*al. expetiuit .i. proceſſit, ſucceſſit*) prima paraſitatio. *Plaut.*
ἀλλότρια ἔβαλεν' *Diogenian.* Aliena iecit. Hâc non ſucceſſit. *Terent.*
V. Szcześćie odmienne. Nießcześliwy. Omylił go nádźieia.

Nié potka cie to. Nié boy śie nié bedzieß doktorem / woiéwodą / biſkupem &c.

ἐλεύθερα αἴγες δρέπτων. *Zenodot.* Liberæ capræ ab aratro.
Iacitur in eum qui munus aliquod honorificum, quo alioqui indignus eſt, ſubterfugere ſe præ ſe fert, aut ſe id euaſiſſe gaudet, & ſibi gratulatur.
Ancilla ſemel, nunquam hera. *Ex Pallada Græco.*

Nié potka cie to tu. Tamßy tu bedzieß.

ἀκεῖν ἐκεῖ πᾳ ζεμνὸς ἦθ', ἐκ ἐνθάδε. *Euripid.*
Magnificus illic forte eras, non hîc item.

Nie powétnieß tego. nié poscianieß.

τᾶ πανηγύρεως διαλυθείσης, ἐκ ἔστι πραγματείας ἐμπόριμα. *Damaſcenus.*
Nundinis diſſolutis non eſt negotiationis commercium.
Si huic occaſioni tempus ſete ſubterduxerit,
Nunquam ædepol quadrigis albis indipiſcet (.i. *adipiſcetur, aſſequetur*) poſtea. *Plaut.*
Fronte capillata, pòſt eſt occaſio calua. *Cato.* V. Pilnuy czáſu.

Nié powiáday / mowi nikomu: a ſam powiáda káżdemu.

V. Jezyczneg o ſłowo.

Nié pożywiß śie tu. Nié wſtoraß. Nié zbiéß großá. Nié obiéß śie. Nié vtyiéß.

Hicho-

Hic hodie apud me nunquam delinges ſalem. *Plaut.*
Hîc quidem meliorem genium tuum non facies. *Idem.*
Nunquam hoc (*argento quod vis*) eris nummo diuitior. *Idem.*
Nunquam hercle hinc hodie ramenta (*auri, argenti*) fies fortunatior. *Idem.*
Sed antè quàm illa vnquam meis opulentijs
Ramentâ fiat grauior aut propenſior. (*i. ponderoſior. vt in bilance.*)
Mori me mauelim excruciatum inopiâ. *Idem.*
Verùm quàm illa vnquam de mea pecunia
Ramentâ fiat plumeâ (al. *plumbea*) propenſior,
Mendicum malim mendicando vincere. *Idem.*
—Quid dentem dente iuuabit Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis. *Martial.*
Ne —Vacua dentes in pelle fatiges, Et tacitus quæras quā poſſis rodere carnē. *Idē.*
At vos exiguo pecori furesque lupique
Parcite, de magno eſt præda petenda grege. *Tibull.* Do pánow śie żywić.
μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα. *Ariſtophan.*
Nil à nobis valde magnum exſpectes.
Quidam armatus egrediebatur ad prælium, crocitantibus autem coruis malum omen ratus, rediit domum. iterum exeunte illo corui crocitabant, at ille ſubſtitit & ait:
ὑμεῖς κεκράξεσθέ μὲ μέγιστον ὡς δυνάσθον, ἐμὲ δὲ ὀ γεύσεσθε. *Plutarch.*
Etſi vos quam maximè crocitetis, me non guſtabitis.
Ταντάλου κῆπον τρυγᾷς. E Tantali horto (*fictitio*) fructum colligis.
Nihil hîc abradi poteſt. *Ex Cic. Terent.* Hîc præter plorare, nihil. *Sic Horat. de haeredipeta fruſtrato.* — Inuenietque Nil ſibi legatum præter plorare ſuiſque.
Sacra nihil ſunt niſi malæ & cornua. V. Potráwć nié ſmáczna.
Paſſerinum hîc eſt prandium. *Nonius ex Pomponio.* *Affine,* Dáléy śie żywyć.

Nié prágnié/ kto wody pić nié chcé.

Gallorum dictum eſt. Non ſitit qui aquam non vult bibere. *Garner. ſiquidem & reges aquam in ſiti non aſpernantur.* ὥτιν' ἀπαρέσκῃ ὕδωρ πίειν, ὁ διψέων. *A.*
Potare quisquis aquam recuſat, non ſitit.

Nié przébierzéß Nié vßkodźiß. Ma on tego dość. Nié vbedźie tem nic.

τὸ πέλαγος τῇ κοτύλῃ μὴ ἐκροφήσῃς. *Simocat.* Mare cotyla non exhauries.
——Littoribus furaris arenas. *Ouid.*
τὸ πάσητος ἡμιοβόλιον. *Suidas.* Paſetis ſemiobolus. *De re quæ aſſiduè ſumitur nec abſumitur, vel deficit. Nam Paſes Magus habuit ſemiobolum, quo omnia emebat, à mercatoribus ſemper ad ſe redeunte.* Puteus ſæpe hauſtus fit melior. V. Cwiczenie. *S. Hermanus pauper ſub quodam lapide à Deipara oſtenſo 4 denarios quoties opus habebat reperiebat. Surius.* *S. Rumoldus Archiepiſcopus Mechlinien. tres tantùm argenteos habuit, quibus omnia comparabat, ſic vt toties expenſi nunquam deficerent. Idem Surius.* *Plura ſub* Bogáty człowiék.

Nié przégádáß/ nié przéprzéß go ábo mie. Przeroſta cie.

Conficiet iam te hic verbis, vt te cenſeas
Non Pſeudolum, ſed Socratem tecum loqui. *Plaut. argutiam ſerui indicans.*
Apud eundem duo contendentes vocem Quin, *duodecies repetunt, in Caſina.* A. *&* S.

A. Quin tu ſuſpendis te? &c. Quin ea ipſa mihi negauit.
S. Quin ea ipſa me allegauit. &c. R. Quin nihili facio. S. Quin me perdis.
A. Quin bene eſt. Quin etiam diu morabor, quin cupio tibi,
Quin aliquid ægre facere, quin faciam libens.
Nunquam tibi hodie Quin plùs erit quàm mihi.
Quin hercle dij te perdant poſtremò quidem. *Non abſimili affectu illa apud Terent. dicuntur.* Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam. *& quæ ſequuntur Item apud eundem.* Sudabis ſatis ſi cum illo incœptas homine, eâ eloquentiâ eſt.

Nié przéprzéżéć śie to. Nié odrzéć śie ſucho. Nié ſkropiß tego świecona woda.

Non hoc tibi ſic abibit. *Cic.* Næ illud haud inultum, ſi viuo, feret. *Terent.*
αἱματίδιον αἷμα. (βραδέως μὲν, ἀλλά γ' ἐκτίσει.) *Ex Plutarch.*
Æſopicus ſanguis, (*tardè quidem ſed tamen vindicabitur.*)
ἐκ ἐρήμας τρυγήσῃς. *Ariſtophan.* Non deſertam vindemiam decerpes. Non impune vindemiam facies.
ἱππάρχων πίναξ. *Zenodot.* Hipparchorum tabula, *in qua notabant equites ordinis deſertores, aut indecorum aliquid patrantes. vt Heſychius ait. Hipparchi præfecti equitum.*
Ibyci grues. V. Nayдźié Bóg. Przypłáćiß tego.
κακῶν ἔργων ἀμοιβὸν τιμωρίαν ἐκτίσῃς. *Suidas.*
Malefactorum conſentaneam pœnam lues.

Nié przydaway nedzé nedznemu. Nać dość. Nać zá ſwe.

Crudelis in re aduerſa, eſt obiurgatio. *P. Syrus.*
Parcendum eſt animo miſerabile vulnus habenti. *Ouidi.*
κακὸν κακῷ μὴ θεραπεύσῃς. *Sophocles.* Malum malo ne cures.
ἐπ' ἀνδρὶ δυσχεῦνλι μὴ πλάσῃς κακόν. Ne calamitoſo ſtruxeris viro malum.
μὴμβανε δυσχεῦντι, κοινὴ γὰρ τύχη. Caue miſero inſultare. ſors cõmunis eſt.
μὴ τὸ πῦρ ἅπτι πυρ .ſ. γένοιτο. *Plato.* Ne ignis ad ignem accedat, addatur.
Simile eſt. Vtrapionemu/ nié przyday vtrapienia.

Niéprzyiaćiel domowy nagorßy.

ὁ οἰκοθεν πολέμιος & ἀνδιωτόμενος (κάκιστος.) *Plato.*
Domeſticus hoſtis & aduerſarius peſſimus.
Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui &c. & inimici hominis domeſtici eius. *Micheæ. cap. 7.*
δεινότερον ἄλλο ἐστιν ἐχθρὸς οἰκεῖος. *A.* Terribilius nil aliud hoſte domeſtico.

ἔφη ἐκ

ὄφιν ἐν κόλπῳ θάλπειν. *Gabrias de agricola qui ſerpentem in ſinum poſuit & ab eo ictus mortuus eſt.* Serpentem in ſinu fouere .ſ. *periculoſum. nam vt idem dicit,* ὄφις ἔκτεινε θάλψαντα. Serpens occidit fouentem ſe.

Affine, Złodźiéią domowego. *& ſequens hic.*

Niéprzyiaćiélowi niédowierzay/ nié vfay.

Niéprzyiaćiélem by napodléyßem gárdźié niétrzébá.

Iratum breuiter vites, inimicum diu. *P. Syrus.*

λόγον παρ' ἐχθρῷ μήποθ' ἡγήσῃ φίλον. Ab hoſte dicta nunquam amica duxeris.

ἐχθροῖς ἀπιστῶν μή ποτ' ἂν πάθοις βλάβην. Diffiſus hoſti ſenties damni nihil.

Oues lupis pacem pollicentibus, canes tradiderunt, quibus deſtitutæ, lacerataæ ab eiſdem ſunt. Æſopus. Canis domeſticus à fure panem non recipit. *Apologus.*

Inimicum quamuis humilem docti eſt metuere. *P. Syrus.*

Illuſtrat hoc apologus Æſopi de Scarabæo, qui oua Aquilæ etiam è ſinu Iouis excuſſit.

Nihil tutè in hoſte deſpicitur. *Curtius.* *Vide & apologum de muribus & ſele pendente, ſub* Niédowierzay. *Affine,* Podárék zé złey reki.

Niéprzyiazń/ ménawiść wiélka.

πόλεμος ἄσπονδος. *Æſchines. Cic. Baſili.* Bellum ſine fœdere ſeu tam acre vt fœdus non admittat. πόλεμος ἀκήρυκτος. *Idē Æſchines.* Bellum nō indictū. ἄσπονδος ἐχθρός. *Suidæ.* Inimicus atrox, cùm quo fœdus eſſe nequit.

ἀττικὴ ἔχθρα. *Heliodor.* Attica hoſtilitas. *pro immani, & exitiali. qualia erant ſcelera prognes Philomelæ & aliarum in ea regione editæ.*

ἐμπεδοκλέους ἔχθρα. *Diogenian.* Empedoclis ſimultas, odium. *facillimè is ſimultates ſuſcipiebat & pertinaciſſimè exercebat.*

ἄγριον μῖσος. *Lucian.* Ferum odium Arundo & filix capitalis odij ſymbolum, *quia altera alteram enecat, & vulnus ab altera factum altera contrita & ſuperpoſita ſanat. Pierius ex Celſo & Plinio.*

Nié przymierzay/ bo złe wnét przytraci.

Plebis dictum non penitùs inſulſum aut falſum, docens occaſiones, cogitata, cœpta mala relinquenda, ob periculum præſens peccandi. Nam facilè talibus Cacodæmon ſe adiungit & inſerit, atq; ad opus incitat. Sic Saulis inuidiæ & melancholiæ ſeſe adiungens eum ad Dauidem occidendum toties incitauit, in Regum lib. 1.

Hinc eſt illud S. Pauli. Nolite locum dare Diabolo. V. Służ Bogu. &c.

μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνῳ δ' ἄγριον ὀργήν,
πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσεν. *Phocylides.*

Ne ſis præceps manu, frena verò agreſtem iram,
Sæpe etenim percutientes nolens, cædem commiſit.

Interdum perimit qui tantùm cædere pergit. *Garner.* *Affine,* Powodu do złego.

Nié przyſporzyß tem. Náto to pomoże.

Crœſi pecuniæ teruncium addis. *Ex Cic. qui ſic habet*: Nihil intereſt lucernam in ſole adhibere, aut teruncium addere Crœſi pecuniæ.

ποταμῷ μεγάλῳ ὀχετὸν ἐπάγεις. *Suidas.*

Magno flumini riuulum vel canalem inducis.

Ad reſtim funiculum addis. V. Złé vczyniwſzy.

βῶλον τῇ ἀρούρᾳ .ſ. προσίθεται. Gleba aruo additur.

εἰς πέλαγος ἄμετρον τὴν μικρὰν κοτύλην χέῃς. *A.*

Augere vaſtum calice vis modico mare. Interit in mari ſtilla. *Cic.*

V. Máło iáko nic. Złé wielka obráda. Złá zabmi to nie pádnie.

Złé przyſtoi mu to. Przyſtoić iák muſzę z pawiem ogonem, iák kozie w ezépku. Złé ſtroy. Jákby reż pień ábo ſtup vbrał.

Titius ſaltat. *Vel* Titium ſaltare. *Orator erat ineptè geſtibus vtens. Cic. Quintilian.*

Camelus ſaltat. *Vel* Camelũ ſaltat. *cùm quis affectat, id quod eũ non decet. S. Hieron.*

Paſtor Cyclopa ſaltare *iubetur ob deformitatem. apud Horat.*

γραῦς χορεύει. Anus ſaltat.

Anus cùm ludit morti delicias facit. *P. Syrus Mimus.*

Caluus comatus. *Martial.* Caluo turpius eſt nihil comato.

In toga (*honeſtarum & grauium perſonarum veſte*) ſaltantis perſonã inducere. *Martial.*

πίθηκος ἐν πορφύρᾳ. Simia in purpura vel purpurata.

Etiamſi fulmen arripias non eris Iupiter. V. Złé pomożé krukowi mydło.

ὄνος τῇ τοῦ λέοντος δορυφορούμενος δέρει. *Euſebius Caſarienſ.*

Aſinus pelle leonis contectus.

ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοιός τις πίθηκος. *Lucian.* Sub leonis pelle ridicula ſimia.

Omphale regina ĩ pelle leonina Herculis, & Hercules in theriſtro Omphales. *Tertull.*

οὐδὲν ἐστιν ἀναισχυντότερον κωλῦ περιπατητικοῦ. *Lucian.*

Nihil eſt impudentius claudo ambulationis ſtudioſo.

λεοντῆ δὴ κροκωτῷ. *Ariſtophan.* Leonis exuuium ſuper crocoton .ſ. *induit: vt fecit Bacchus, qui ad inferos deſcenſurus Herculis habitum & arma ſumpſit.*

κάτοπτρον καὶ ξίφος. Speculum & gladius .ſ. *non conueniunt eidem.*

μεταθέναι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τ᾽ ἀνδρεινῆς δὴ τὴν γυναικωνῖτιν.

Transferre imperium à viris ad feminas.

τὸ ὕπτιον κοσμούμενον. *Demetri. Pharelæus.* Piſtillum ornatum.

Circulus aureus in nare ſuis, mulier pulchra & fatua. *Prouerbior. SS. c. 11.*

δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. *Ariſtophan.* Seruus cùm ſis comam geris, *quod ingenuorum erat.* *Alexander Paridis lyram ſibi oblatam reiecit, ſibi indecoram & ſe indignam ratus. Plutarch.* ὁ τὴν δοκὸν φέρων. *Ariſtotel.* Trabem ferens .ſ. *ineptus eſt ad geſticulationem & ſaltum. Eraſmus.*

V. Godność nie godnemu & Złé twoią to rzécz. Káżdemu ſwoie przyſtoi.

Złé przyſtoi to ná cię. Żádne to rzéczy.

—Præter

—Præter ſpeciem ſtultus es. *Plaut.* Nié przyſtoié ták kraſnemu być głupiem.

Vacuum eſſe iſtac te ætate ijs decebat noxijs. *Plaut amatori ſeni dicit.*

Temperare iſtac ætate iſtis decebat artibus. *Idem eidem.*

Non à modeſtis nauigatur huc viris. V. Nié twoiá to rzécz.

Elephas cùm ſis, mures captas. *Pierius.*

Soloeciſmum facis in vita vel in actione .i. *peccas contra decorum.*

Sic Lucian. πολλοὶ διὰ ἀμαθείας σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἀπεδείξαντο. Multi ob inſcitiam ſolœciſmos turpes in ſaltatione committunt.

ἄνανδρ' ἆρ' εἶπας Ἰλίῳ τ' ἀνάξια. *Euripides.*

Imbelle verbum dixti & indignum Ilio. *quod decennem obſidionem ſuſtinuit.*

Ἡρακλῆς ὢν τῇ Ὀμφάλῃ ἐδούλευε. *Lucian.* Hercules cùm ſis Omphale ſeruis.

Domitianus muſcas ſtylo confodiens. *E Suetonio.*

ὥστε σκηλοφορεῖσθαι. Vt lutum ferentes. *vel* Inſtar luti buiulorum. *Apud Ariſtophan. perſtringuntur Athenienſes, quòd ad concionem non conueniant niſi dato ſingulis obolo, quæ merces eſt baiulorum luti & huiuſmodi vilium rerum. Quadrat in eos qui perſonam & operam ſuam ad abiecta deijciunt, vel functiones honeſtas vili mercede proſtituunt, & ad quæſtum abutuntur.* *Citharœdus apud Plutarch. Philippo de ſonis neruorum ſecũ differenti, reſpondit cautè.* Abſit à te rex vt huius rei ſcientia tu me ſuperes. *Diogenes Cynicus, cum ſibi Alexander M. ludens ſportulam oſſium tanquam caninam vitam profitenti & agenti miſiſſet, accepit dicens: Hic quidem cibus caninus eſt, ſed donum minimè regium.* *Ex Laërtio.*

Nié przytomnego ſadźić/ przékonáć łácno/ méſtuſza.

ῥᾴδιον ἀπόντα πάντα καὶ καταγελᾶν. *A.*

Eſt facile cuilibet dare abſentem neci.

Mortuum flagellare, conuiciari, &c. *Vide ſub* Łácno bić tego/ co śie powáli.

Item. Vmárłem day pokoy. Sad bez drugiey ſtrony.

Nié przywiązuy śie ni do kogo/ ni do czégo.

Nullius addictus iurare in verba magiſtri.

Quo me cunq; rapit tempeſtas deferor hoſpes Nunc in &c. Nunc in &c.

Et mihi res non me rebus ſubiungere conor. *Horati.* *Peripateticum hic Horatium agnoſcit Lambin qualem ſe & Cicero profitetur, dicens.*

Nos inſtitutum tenebimus, nulliſque vnius diſciplinæ legibus adſtricti, quid ſit in quaque re maximè probabile, maximè requiremus.

οἱ ἐκλεκτικοὶ *apud Laërtium*, qui ex ſingulis ſectis quæ probarent ſeligebant.

ἀναλογητικοὶ alijs, qui ratione nituntur.

μὴ δὲ λέγοντος ἴσθι. *Suidas.* Ne ſis in poteſtate dicentis.

μηδενὸς ὑπεύθυνος γίνου, πλὴν ἀνόσιόν τι ᾖ. *A.*

Viue tibi liber, nulliq; obnoxius eſto. *Noſtri dicunt.* Nié ożenitem śie z niém. *Adde illud Martial.* Nulli te facias nimis ſodalem. V. Nié wiąż śie.

Qui liber esse vult, neq; cupiat neq; auersetur quicquam eorum quæ in potestate alíorum sunt. alioqui seruire necesse est. *Epictetus Græcus.*

Nié puści ś.ę go. Chodźi za mną iák cień. *Vel vt vulgus rusticanum dicit.* iák ćiéle zá krową.

ὥσπερ σκιὰ αὐτῷ ἕπεται. Instar vmbræ illum sequitur.

Apud Plautum Chalinus seruus Olympioni riuali eiusdem sponsæ dicit.

Quid tu malum, me sequere? Rt. *Olym.* Quia certum est mihi Quasi vmbræ, quoquò ibis tu, te persequi. quin ædepol etiam si in crucem vis pergere, sequi decretum est.

Nié radby / ále muśi. Nié raóaby kozá do targu / ále muśi.

ἡ τοῦ ἀγαμέμνονος θυσία. *Zenodot.* Agamemnonis hostia *vel* victima. *quæ illi sacrificanti effugit & ægrè retracta est. Vel alluditur ad Iphigeniam filiam quam ipse in Aulide inuitus sacrificauit, oraculo sic poscente.*

διομήδεια ἀνάγκη. *Suidas.* Diomedea necessitas. *de eo qui coactus aliquid facit; vt Diomedes reiectus à suis Argyrippam condidit.*

Si illis (*seruis, herus loquitur*) ægrè est; mihi quod volupe est; meo remigio remigero. (.i. *meis seruis impero.*) Tamen id quod odiosum est (*illis*) faciundum est cum malo atque ingratijs. *Plautus.*

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Seneca. Pòèta.*

Si non it, capito (*al. rapito, Meursi.*) inquit eum; si caluitur (.i. *frustratur*) ergo Endo manum iacito. (.i. *injcito.*) *Lucili.* Nié chcé po woli! wiec po niéwoli.

ἑκὼν κἀκων πάντα φέρε δ' εἱμαρμένα. *A.*

Nolens volens; ferto quod sors obtulit. *Affine*, Co muße to rad vczyníc.

Nié rucz zan / nié przyrzekam.

Suo periculo emat qui mercabitur.

Mancipio neq; promittet quisquam neq; dabit. *Plaut.*

Similiter in lege mancipiorum scribebatur. Vadem nec poscat (*emptor*) nec dabitur. Nemo præstabit ideoq; pileatus venditur. *Ex Gellio. apud quem Cæcilius Sabinus ait:* Seruos pileatos venum ire solitos, quorum nomine venditor nihil præstaret.

Plato commendans per literas Dionysio Heliconem Cyzicenum mathematicum, in fine literarum addidit: Hæc tibi scribo de homine animante natura mutabili. *Plutarch.*

τὸν ζυγὸν σοι, ἀλλὰ βροτὸν εὐμεταβολον. *A.*

Commendo tibi virum hunc, sed esse hominem scias.

Nié roskázuy drugiemu / coć ćießko samemu.

Nulli imponas quod ipse non possis pati. *P. Syrus.*

μηδενὶ ἐπίβαλλε ἅσα σοι βλαβερὰν πάθειν. *A.*

Similia præcepta dedit Claudianus Honorio, sub persona patris eiusdem.

In commune iubes si quid, censesque tenendum,

Primus

Primus iuna tubi; tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cùm viderit ipſum
Auctorē parere ſibi &c. — Si collis iniquus Primus ini. ſi pigra palus &c.

Nié rowna odmiana / zamiana / nagrodá.

——— Pro virgine cerua .ſ. *ſuppoſita eſt. Martial.*

ἀντὶ παρθένου ἔλαφος. *Euripides. Cùm Iphigenia immolanda eſſet in Aulide, repente abrepta eſt in Tauricam, & cerua in eius loco apparens, eſt immolata.*

Aurichalcum pro auro .ſ. *accipere vel dare, ſupponere. Suetoni.*

διομήδης καὶ γλαύκου ἀμοιβή. *Homer. Plato. Ariſtot. Cic.* Diomedis & Glauci permutatio. *Iuſtinian. in Pandect. .ſ. inæqualis. Nam Diomedes ſua ærea dedit Glauco, & ab eo aurea accepit. Glauci arma centum bobus æſtimabantur, Diomedis nouem bobus. Vnde alterum dictum natum eſt .ſ.* χρύσεα χαλκείων. *ſubaudi* ἀμείβεσθαι. *Ex Homero.*

Aurea æreis permutare. *Martialis etiam luſit in Hippocratem, qui pro potione abſinthiaca mulſum ab eo petebat.*

Tam ſtupidus nunquam nec tu puto Glauce fuiſti,
Chalcea donanti Chryſea qui dederas.

Pro lignea ſalute (in tabellis) vis argenteam remittere! *Plaut.*

Quis pro diuitijs ligna retenta velit? *Propert.*

φάτταν ἀντὶ τῆς περιστερᾶς. *Plato.* Palumbem pro columba.

ἀντὶ πέρκης σκορπίον. Pro perca ſcorpium. *Sic apud S. Lucam cap. 11.*

Pro piſce ſerpentem: Pro ouo ſcorpionem .ſ. *dare alicui.*

λόγοι ἀντ' ἀλφίτων. Verba pro farina. Pileum donat vt pallium accipiat. *Eraſm.*

πίλους ἀντ' ἐρίων. *Theocrit.* Pilos pro lana. *dare vel accipere.*

Σκιὰ ἀντὶ κρεάτων. Vmbra pro carnibus .ſ. *capta ex apologo Gabriæ de Cane, poſito ſub* Ckomy chcac wiecey mieć. Σκιὰ ἀντὶ σώματος. Vmbra pro corpore. *Idem.*

ἀντὶ κακῆς κυνὸς σὺ ἀπαιτεῖς. *Diogenian.* Pro malo cane ſuem poſcis.

ἀλλ' ἡμεῖς τούτοις οὐ διαμειψόμεθα. *Theognis.*

Sed nos cum illis non commutabimus.

πόλιν ἀπολωλεκὼς τυρόκνησιν εἵλκυσεν. *Plutarch.* Vrbem amiſi, cultrum *aut aliud ferrum (caſeiteram vocat Rhodigi.)* purgandis caſeis accepi. *Dictum Calippi Syracuſani Tyranni, qui ad occupandum vicinum oppidum vrbe egreſſus, regno excidit.*

τὰ πρωτότοκια ἀντὶ ἑψήματος φακοῦ ἀπέδοτο vel ὤλεσεν. *Eſau. Geneſ. 25.*

Primogenita pro pulmento lentis dedit, vel perdidit.

Nubem pro Iunone cōplexus eſt. V. Omylitá ge nádźieiá. *Affine,* Nié ſtoi to zá to.

Niérowne rzéczy rownaß.

Magnis componere parua. *Virg. Vel* Paruis componere magna.

τὰ μικρὰ μεγάλῳ εἰκάσαι. *Thucydid.* Parua magnis conferre. *Plini.*

Æquare iacentia ſummis. *Stati.* Nanum Atlanta vocas. *Ex Iuuenali. & Martiali.*

θρασυβούλῳ διονύσιον φαῦ' εἶναι ὅμοιον. *Ariſtophan.* Thraſybulo Dionyſium ſimi-

lem

lem esse dicitis .s. *pessimo.* Fulicam cygno comparas. *Paulinus sic vocem*

Sic confers fulicas cygnis, & aëdona parræ,
Constaneis corylos æques, viburna cupressis. *Sic Virg. de Vrbe Roma.*
Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.

Quid paleis ad triticum? *Ieremia 23.*

ῥόδον ἀνεμώνῃ ζυγκρίνεις. *Suidas.* Rosam anemonæ comparas.

Martialis l. 2. ep. 77. Brutì pueri statuam paruam colosso conferens, negat hunc esse longum & illam breuem, quod diuersa prototypa exprimant inæqualia.

ἀκροθίνια πυγμαῖα κολοσσῷ ἐφαρμόζεις. *Philostratus.* Acrothinia cubitalia *vel* Pygmæorũ instar, colosso aptas, cõponis. Lux longè alia est solis & lychnorũ. *Cic.*

καρκίνῳ λαγῶπουν ζυγκρίνεις. *Theocrit.* Cancros lepori comparas. *in cursu.*

κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλεις. *Libanius.* Culicem elephanti confers. *in mole.*

Χελώνῃ πηγάσῳ συγκρίνεις. Testudinem Pegaso comparas .s. *in celeritate.*

Menestratus ex formica in qua ceu in Elephante equitabat delapsus, , iacens supinus dixit:

Sic Phaëton è cælo decidit, &c. *Inepta comparatio. Ex Anthologia.*

Pygmæus pulice occiso exclamauit. En alter Hercules!

ὁ δὲ Χοσρόης θεαν. *Cedren.* Chosrois cælum (*quod idem Cedren. vocat* μυσαρὸν εἴδωλον .i. *exsecrandum idolum*) *nil ad verum cælum.*

τέττιγι τὴν μέλιτταν ζυγκρίνεις. Cicadæ apem confers .s. *in cantu.*

ἀετὸν γλαυκὶ συγκρίνεις. Aquilam noctuæ comparas.

Τ' αἴλουρον τῇ ἀθηνᾷ. *Suidas.* Miueruæ felem .s. *confers. Affine,* Dáléko to od tego.

Nié rownia mnié z toba ábo tobié zemna. Nié zrownamy sobié.
Inßa mnié / inßa tobié.

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. *Virgil.*
Cum vestris nostra non est æqua factio. *Plautus.*
Neque factione tanta, quanta tu sumus,
Neque opes nostræ tam validæ, quàm tuæ. *Idem.* In mentem venit
Te bouem esse, & me esse asellum, vbi tecum coniunctus siem,
Vbi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto;
Tu me bos magis haud respicias, natus quàm si nunquam siem. *Idem.*
Æqua lege pauperi cum diuite non licet .s. *agere. Idem.* *Huc facit apologus de Carduo affectante affinitatem Cedri. 2. Paralipom. 25.*
Hoc ego tuque sumus: sed quod sum, non potes esse, (.s. Pòéta.)
Tu quod es, è populo quilibet esse potest. *Martial. diuiti dicit.*
——— Nec dijs nec viribus æquis .s. *certaur. Virgil.*

βέλει δρακοντοδόκῳ γηρυόνῃ τετραπίλῳ. *Suid.* Vis pugnare cum Geryone quadricipiti.

Tu gallinæ filius albæ: Nos viles pulli, nati infelicibus ouis. *Iuuenal.*

ἐν πίθῳ ἀστὴν δρῆλον, ἐγὼ δ' ἔχω ἐκ ἄλυς ὄξος. *Theocrit.*

Edoli-

E dolio tu nempe hauris, ego nec satis aceti habeo.
Hic si quid nobis forte aduersi euenerit;
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. *Terent.*

παρὰ λύδιον ἅρμα βέας. Iuxta Lydium currum curris. *Vel* παρὰ λύδιον ἅρμα πεζὸς ἰχνύεις. *Nazianzen. Plutarch. ex Pindaro.* Iuxta Lydium currum pedes incedis .i. *cum impari certas. Equiti pedes impar, præsertim Lydo. Lydi enim equitatu excellebant & ex equis pugnabant. Achilles tamen cum quadriga pedes currens vicit, apud Euripidem.*

βάτραχος ἀκρίδας ἐρίζει. *Theocrit.* Rana cum locusta certat .s. *voce & cantu.* Volsellis pugnare non gladijs. *Varro.* Volsellis pugnare cum gladio *legit Vlpius. Leonidas Rex Sparte, cuidam dicenti, nihilo nobis præstantior es, nisi quòd rex sis, respondit:* Atqui nunquam rex vester essem, nisi vobis præstarem. *E Plutarcho. Alexander interrogatus à suis, an vellet certare cursu in Olympiis, nam pernix erat pedibus, respondit:* εἰ γε βασιλεῖς ἔμελλον ἔχειν ἀνταγωνιστάς. Sanè, si habiturus sum reges antagonistas. *Plutarch. Deliberante Alexandro, an acceptare deberet conditiones à Dario victo oblatas, decem millia talentùm & filiam nuptui &c. dixit Parmenio.* Ego si Alexander essem, acceptarem. *Rex verò respondit:* Et ego, si Parmenio essem. *Idem Plutarch.*

An quodcunque facit Mæcenas, te quoque verum est,
Tantò dissimilem & tantò certare minorem? *Horati.*
Quod si cœna mihi, tibi sit prouincia merces,
Cur faciamus idē nec mereamur idem? *Martial. .i. ambo amicis patronis inseruimus, sed impar pretium laboris recipimus; ego cœnam, tu prouinciam.*

Desultorius in quadrigarum curriculum incurristi. *Cic.* Gigantum more cum dijs bellare. *Idem.* Contra retiariū ferula. *Martial. inæquale certamen intelligit Calderin.*

Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic puto Torquatus (*splendidus & locuples*) rumpet Otacilium (*vicinum pauperem æmulantem Torquati œconomiam.*) *Martial.*

ἡ κίσσα τὰν Σειρῆνα μιμεμένη. *Galenus.* Pica Sirenas imitans.

ἐ θεμὶς Λάκων ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδειν, ἐδ' ἔποπας κύκνοισι. *Theocrit.* Non fas est ô Lacon vnquam picam cum luscinia certare, nec vpupam cum cygnis.

ἀετὸν κορώνη ἐρεθιζελεῖς. Aquilam cornix prouocas.

ὁ νέβρος τ̃ λέοντα .s. προκαλεῖται. *Lucian.* Hinnulus leonem prouocat.

Non esse æquiperabiles vestras cum nostris factiones atq; opes. *Plaut. Trinummo. Apud eundem in Truculento Geta cum milite litigans ad pugnam tandem deuenit, & ait:* Tu machæram longiorem habes, sed verutum sine dum (*me*) petere, siquidem belligerandum est. Ibo domum, &c.

τὰ ἀνόμοια στασιάζει *Hippocrat.* Inæqualia seditionē mouent. Nierownośc niezgodna.

ποταμὸς θαλάσσῃ ἐρίζεις. *Suidas.* Fluuius cum mari certas.

σφὰξ βομβῶν τεττιγος ἐναντίον. *Theocrit.* Vespa cicadæ obstrepens.

χύτρα καὶ πέτρα ἐ συμφωνεῖ. Olla & saxum non consentiunt.

ὗς πότ' ἀθηναίαν ἔρν ἤρσε. *Theocrit.* Sus cum Minerua certamen inijt.
Capra contra leonem. V. Nié miec śie kotku ná niédźwiédźią.
Dares Entellum prouocas. *Ex Virgil.* Lepuſculus cum leone ludis. *Martial. l. 1. ep. 23. & 52.* *Aſinus Pollio cùm in eum Auguſtus Feſcenninos ſcriberet:* Ego, *inquit,* taceo: non enim facile eſt in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere. *Macrobius. Phauorinus Philoſophus, cùm quoddam eius verbum Adrianus Imp. reprehendiſſet, ceſſit dicens:* Cur non cedam ei, qui habet *30* legiones? *Spartian.*
Grauius erit vnum tuum verbum ad eam rem quàm centum mea. *Plaut.* Wiecey ty ſprźwiß śednem ſłowem niż ia dźieśiącią.
Aranea hirundi capiendæ telam texuit, ſed cum ea arrepta eſt ab hirundine in àërem.
Affine eſt, Nié miec śie kotku. Nié ſtrzday śie. Nié wygraß.

Nierowna to. Nié rowne to trzéby. Nié parà.

δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή. *Ariſtophã.* Regina dominaq; vxor eſt ſponſo ſeni.
βῶλος ἄρουρα. *Suidas.* Gleba eſt aruum. *de rebus inæqualibus.*
Verbis contra arma bellum gerimus non pari conditione. *Cicer.*
ὁ μὲν γὰρ εἷς, ὁ δ' ἐκ πολλῶν ἀντάξιος ἑτέρων. *Plato.*
Hic quidem pro vno, ille pro pluribus aſtimandus.
Χῖος πρὸς Κῶον. *Zenodot.* Chius ad Coum. *de rebus inæqualibus aut pugnantibus. Nam Chius in ludo talorum vnioni ſeu Cani reſpondet: Cous ſenioni. Vnde apud Perſium, Senio Dexter, & Canicula damnoſa vocatur: Et apud Martialem Senio cum cane dèpugnat in ludo teſſerarum.*
Effertur Prouerbium Græcum & ſic: ἓν πρὸς ἕξ. *Item* ἓν πρὸς ἑξήκοντα .i. Vnum ad ſex. *Vel* Vnio ad ſenionem. *ſed in priori illo* Χῖος πρὸς Κῶον. *eſt præterea alluſio ad duas gentes diſpares,* Chiã & Coam. Cubito regio ſuperat. V. Sporo.

Nié rowno śie dźielemy rzeſtuemy/ &c. Nié rowne śie zemna dźieliß.
Nihil de vitello! .ſ. *das mihi vel dediſti. Cic.* νεῦσόν μοι δόσιν. *Somniárat quidam ouum è faſcia ſui lecti pendere: coniectori id cùm expoſuiſſet, reſpondit is, theſaurum illic latére. quæſiuit ille, inuenit auri maſſam argento tectam inſtar ouí, & coniectori aliquid ex argento obtulit. Cui ille:* Nihilné de vitello? .i. *ex auro, quod ouum illud ſignificabat. Ex Cicer.*
δελφοῖσι θύτας αὐτὸς ὀψωνᾷ κρέας. *Plutarch.*
Viſcera adolens (*diis*) ipſe carnes deuorat.
Sic Prometheus, Oſſa adipe tecta Ioui offerebat, carnes hoſtiæ ſibi ſeruabat.
Nutricum more me paſcis .i. *malignè. Ex Ariſtophane, cuius verſus vide ſi lubet ſub* Nié łácno táki vryć, *&c. Apud Martialem adoleſcens proteruus Pædagogo dicit:*
Nil mihi vis & vis cuncta licere tibi! *Idem Pòèta conuiuatori ſuo dicit:*
Nos bibimus vitro, tu myrrha (*myrrhino calice obſcuro*) Pontice: quare?
Perſpicuus prodat ne tua vitra calix .ſ. *diuerſa à noſtro.*
Spicilegium mihi tantùm reliquit .ſ. *ex frugibus vel fructibus ablatis. Dictum id à dicto Antigoni Regis, qui cùm ſuis pecuniam imperaſſet, & quidam dixiſſet:* Non talis erat.

Iis erat Alexander. *ſubiecit Antigonus.* ἐκεῖνος ἐθέρισεν Ασίαν, ἐγὼ δὲ καλαμῶμαι. Ille meſſuit Aſiam, ego ſpicas lego. *Leoni apud Æſopum maxima prædæ pars & ferè tota à vulpe tribuitur. quòd is aſinum æquales tres partes facientem laceràrit.*

Affine, Lépße goſpodarzowi. Jédnemu gody. Máćoßyne dźiećie.

Nié rozcieray/ nié porußay/ bedźie barźiey śmierdźiało.

Maledictum interpretando facies acrius. *P. Syrus.* V. Przykrośći folgá ćierpliwość. *Galli dicunt.* Lutum agitatum fætidius eſt. *Garner.*

πηλὸς σαλευθεὶς δριμύτερον κακώτερον. *A.* Cœnum grauius olebit vbi commoueris. *Simile eſt.* Camarinam ne commoueas. Non mouenda ne moueas. Anagyrum, &c. *Vide,* Day ztemu pokoy.

Nié rozmyślne rzéczy/ lédáiakié. Nié rozmyślny piſarz/ rzécznik/ nié bedźie wyborny.

Φρόνημα μεθύοντος μᾶλλον ἢ ἐμοῦντος. *Philoſtrat.* Commentatio temulenti vel potiùs vomentis. *Ariſtides Orator inſignis, cùm eum M. Antonius perorantem ex tempore audire vellet, reſpondit:* οὐκ ἐσμεν ἐκ τῶν ἐμούντων. Non ſumus è numero vomentium .i. *ex tempore quidlibet garrientium* (V. Rozmyślić śie.) *Idē Philoſtrat.* ὁ γὰρ ἐνθάλπει τὸν ἔσω λόγον, ὅτῳ καθ' ἡμέραν ἐμεῖν ἀνάγκη. *Syneſius.* Non enim fouet intùs orationem, cui quotidie vomere neceſſe eſt. Orationem in aliquem euomere. *Cicero.*

Nié rußy/ gdźié némaß nic.

ὃ μηδὲν ἔστιν ἀποφέρειν, μηδὲν θίγει. *A.*

Vbi nihil eſt quod auferat, tangit nihil. *In Aulular. Plauti ſeruus dicit coquo.* Scio te Facile abſtinere poſſe, ſi nihil obuiam eſt. q. d. *arripis ſi quid ſe offerat. Eam opinionem de coquis fuiſſe apparet ex eodem loco, nam idem ſeruus dicit:*

Vbi ſi perierit quidpiam (*in domo plena ſupellectili aurea, argentea, veſte,*)
Dicant; coqui abſtulerunt, comprehendite,
Vincite, verberate, in puteum condite. V. Kucharz głodem nié vmrzé.

Nié rychło.

Celeriùs elephanti pariant. *Plini.* *nam decem annis in vtero fetum geſtant Theophraſto auctore.* Annus eſt .ſ. dum comuntur dum molliuntur feminæ. *Terenti.* Myrmicè incedere. *Catul.* Formicarum more tardè incedit. *vel vt Plaut. ait:* Formicinum gradum mouet.

Dum æs exigitur, dum mula ligatur Tota abi hora. *Horatius.*

Longa manu dare. *ex Pandect.* .i. *differre, promiſſis eludere. Eraſm.*

μελλονικιᾶν. *Ariſtophan.* Cunctari more Niciæ *ducis Athenienſium, qualis etiam erat dux Romanorum Q. Fabius hoc nomine celebris.*

ἡρακλῆς ξενίζεται. *Athenæ.* Hercules hoſpitatur, *qui voraciſſimus cùm eſſet, diu morabatur in conuiuio.* *Affine,* Nié doczékaß śie. Nié záraz to bedźie. Dáy lékо do tégo, Jéżá po dróżdże. Nié ſporo,

Nié rychło/ ale dobrzé.

Elephanti tardè pariunt (.ſ. *decimo anno. Plaut. Plini, biennio Ariſtotel.*) ſed pariunt *Elephantum .ſ. animal nobile.*

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. *Ennius de Fabio Cunctatore.*

ὄψιμον ὀψιτέλεστον ὅς κλέος οὐκ ἀπολεῖται. *Homer.*

Tarda & ſera nimis ſed fama & laude perenni. *Cic. reddidit.*

βραδέως ποδὶ .ſ. βαδίζειν. *Plutarc.* Bubulo pede progredi. *quia bos lentè ſed vtiliter per agrum arando incedit.*

μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην. Exſpecta bos olim vel quandoque tandem herbam.

Nié rychło śie począł vczyć czego. prawá/ lekárſkiey nauki/ &c. Nié onem świécić chcé być prawnikiem/ doktorem. &c.

Poſt mortem vult cauſas orare, ægris mederi. &c. *Sic Franciſco Aretino quadragenario iuriſprudentiam diſcere aggreſſo, quidam perſtringens eum dixit:* In altero ſæculo illum aduocatum fieri velle.

Simile quid dici potuit Socrati, qui iam ſenex citharam pulſare diſcebat.

Mortuus manibus pſallere vult. *Hinc Theognis.* μή με δίδασκε, ὅτοι τηλίκος ἐμὶ μαθεῖν. Ne doceas me, ætas iam facit indocilem. *Vide & dictum Eudamidæ de Xenocrate, ſub* Nié w czás. V. Stárey odmienić. & W wigilia śmierci.

Nié rychło/ w ſtaroſci chćieć poprzeſtać złoſci. Nié rychło ſędziwy/ myśli być cnotliwy.

Quidam viuere tunc incipiunt, cùm deſinendum eſt. *Seneca.*

Quidam antè viuere deſierunt, quàm inciperent. (.ſ. *benè viuere.*) *Idem.*

Nil turpius quàm viuere incipiens ſenex. *Idem.*

In ciuitate quadam voces prolatæ mox congelantur, & demum gelu ſoluto æſtate audiuntur. Antiphanis dictum de auditoribus Platonis, qui à Magiſtro dicta vix demum ingraueſcente ætate intelligunt. Plutarch.

ἀμείνονα ἀδὲν ἢ γέρων ζῆν ἐπίοιν. *A.* *Affine,* Stárego odmienić.

Nié rychło odnieść zapłáty/ karánié. Długo mu Bóg ſołgował.

ἐπ' ὀ Ζεὺς κατεῖδε χρόνῳ εἰς τὰς διφθέρας.

Tardè ſat inſpexit Iupiter in diphtheram .i. *pellem caprinam in qua fingebatur omnia acta hominum notare, & ex ea cuiq; pro merito ſoluere.*

καὶ τ' τόκον καὶ τὸ κεφάλαιον ἐξέπιε. *Dion.* Et vſuram & ſortem exſoluit. Huc etiam facit Æſopicus ſanguis. *ſub* Niéprzepiéczéć śie to. Ibici grues *ſub* Nayá dźié Bóg. *Vide* & Nié ſprawliwy Bóg.

Nierzadem Polſká ſtoi.

Dictum apud noſtrates vulgatiſſimum. Senſus eius eſt. Nié trzébá rzadu w Polßczè/ ſtoi béz niego. Gdyby Polſká rzadna byłá/ tédyby nié długo zginęłá. Lépßa ſwá wola/ nickárnoſć/ niż rzad/ kárnoſć &c.

Quæ omnia falſa improba & ſtulta ſunt. Nam quamuis negare non poſſumus, in Republica noſtra

ta noſtra, non adeò eſſe accuratam obſeruationem legum & obedientiam erga magiſtratus; ſed magnam licentiam, luxum, iniuſtitiam & ſcelera publica ſæpe impunita: non tamen hinc concludendum eſt, his malis ſtare & firmari Rempubl. ſed potiùs benignitate & patientia diuina ac protectione, quam perpetuò Eccleſia & multi probi pijq; priuati, ac cælites noſtri olim gentiles nunc tutelares implorant. Adde multorum improborum quotidianam à malo reſipiſcentiam per pœnitentiam, & vſum ſacramentorum, ac vltroneas pœnas. Adde & tot pietatis ac religionis opera, quæ perpetuò à quamplurimis fiunt. Deniq; ſtat quaſiquali ordine, & iuſtitia Politica, quam videmus in tribunalibus iudiciiſq; varijs Nobilium & plebeiorum. Eſto ſint corruptelæ, fauores, fraudes, errores, in ijſdem: ſed vbi vnquam in optimis Rebuſpublicis non fuerunt? Eſto item, detur venia coruis aliquando, & areneārum caſſes tranſmittant inſecta matora vel anicula. Sed hæc vetus eſt de omnibus Rebuſpub. Græcorum & Latinorum querela & cantilena in paræmiam etiam verſa. Leges aranearum telas eſſe. Hinc porrò rectiùs ratiocinari licet. Si non ſatis ordinata Reſpub. Polona, ſtat & viget; qualis futura eſſet, ordinata ſi foret? Nam illud nemo niſi inſanus dixerit: Iuſtitiâ, legi & principi exhibenda obedientia, pietate, modeſtia, regreſſu ab improbitate ad virtutem, deſtrui & deteriorem reddi ſtatum Reipub.

Poteſt eſſe & alius dicti Polonici ſenſus, ironicus nempe & quaſi exprobrans aut ficte excuſans ἀταξίαν genti noſtræ familiarem, cum qua tamen vtcunq; ſtat. (ponendo pro Cauſa, non cauſam vt Logici dicunt) vt cùm aliæ ſint cauſæ veræ at occultæ ſtabilitatis, vt dixi; hæc manifeſta & apparente ſtare videatur. Simili ratiocinatione ad cauſam veriſimilem ſed falſam, ex euentu apparente proceſſit Martial. l. 12. epig. 56. iocando in Polycarmum ſæpiùs in anno ægrotantem, & tot Soteria ab amicis accipientem, vt ob ea ægrotare viſus ſit. Et l. 3. ep. 52. in Tongilianum, cui poſt domum caſu incendio abſumptam, tantùm amici contulerunt, vt ſuſpicio alicui oriri potuerit, eum ideò ſponte domum ſuam incendiſſe.

Similia habet Iuuenalis Satyra 3. de Aſturio.

Polonicum dictum reddere Latinè & Græcè pretium operæ nullum eſt. ſi tamen vrgeas & exigas, dic: ἀταξίᾳ ξεῖν' ἵσταται πολωνία.

Ataxiâ (*vel* Nullo ordine) hoſpes noſtra ſtat Polonia.

Mierzadnik. Cudzoſoźnik.

Periphraſin eius continet hoc Græcum Prouerbium. πολλὰι κυνὸς ἄρσενος εἰσὶ εὐναί. Canis maſculi multa cubilia.

Mierzadnik poſpolicie nicoſzczony / roſrzuceny.

πρᾶσα φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δεδέσθαι βελέμνιον. *Plutarch.* Praſi folio ligata eſt cupidinum erumena. *quare facillimè ſolui poteſt.*

Amor enim reddit profuſos, *vt apud Comicos & hiſtoricos videre eſt.*

Plutarchus tamen in eo dicto non tantum videtur lentum & fragile vinculum ex porro ſpectaſſe, ſed etiam naturam porri calefacientem, Venerem irritantem, diuretitam, aluum inflantem &c. ex Dioſcoride.

Scorto nemo placet, niſi dextram munere placet. *Anonym. rhythmic.*

Talia multa Plautus habet, ſed noſſe ea operæ non eſt, niſi vt quidam monet ad deterrendos

iuuenes à damnosis Lupis. & Terent. de eodem argumento, ait:

Nosse omnia hæc, salus est adolescentulis.

Nié rzucay kości miedzy pſy. *Idem est.* Nié dáy powodu do zwády.

ἐκβάλε μῆλον ἔριδος εἰς μέσον βάλῃς. *A.*

Pomum iacere discordiæ in medium caue. *Ex Nicephoro.* *Confer.* Kość rzućić. *Vide Vlyssis industriam sub* Nié dáy powodu.

Nié ſéplunieć. Oto nie ſéplunie. Przac sie czego/ wydáć sie.

Sonum literæ S *in qua dicti vis & gratia est, calamo exprimere non potui: in primo Tomo sub* Széplunienie/ *conatus sum id fusiùs describere. nempe non gentis aut consuetudinis (vt vulgò putatur) sed naturæ in quauis gente & dialecto vitium, quo* S *litera non sibilo, vt deberet, sed quodam absono flatu effertur. Dictum hoc facetum paræmiacῶς iacitur in eum, qui aliquod vitium dissimulare, tegere, vel negare conatur, & interim eo ipso illud magis prodit.* ἀπαρνέομαι πρᾶγμα (vel ῥῆμα) βεβαιότερον ποιεῖ. *A.*

Negans quod illi obijcitur, affirmat magis.

Græcè ψελλὸς οὐ πιστεύει. Balba non credit .ſ. *se balbam esse, cùm tamen pro* πιστεύω *dicat* πιτεύω. *Sic si balba dicat:* οὐ ψελλίζω. *literas* ψ *&* ζ *vitiosè pronuntians. vel si dicat:* οὐ ζιγματίζω. σ *&* ζ *corrumpens. Vel si Polonus dicat* Nié ſéplunie/ *pro* Nié βéplunie. *Nam in Latina voce (Balbutio) id vitium non apparet. Simile quid habet Lucretius vitia feminarum cum extenuatione recensens.* Balba (*inquit*) τραυλίζει. *quod minus quiddam esse ait Gisanius quàm balbutit vel* ψελλίζει. *quia magis in posteriori* ζιγμαλισμὸς *apparet.*

Simile est in lib. Iudicum c. 12. Scibboleth. & Schibboleth. *Et Apud Lucianum in Pseudologiſta.* Non solœcisso dicit sæpe quidam maximè solœcissans.

Apud Aristophanem carpitur Lambdacismus (.i literæ L *loco* R *vitiosa vsurpatio) Alcibiadis, qui hoc vitio laborauit. Dicente enim illo:*

ὁλᾷς θεωλὸς; τὼ κεφαλεὼ κόλακ' ἔχει. *Debuit autem dicere.*

ὁρᾷς θεωρὸς; τὼ κεφαλεὼ κόρακ' ἔχει.

Viden' aruspex? hic habet corui caput. *Respondet alter.*

ὀρθῶς γε δῆτ' ἀλκιβιάδης ἐτραύλισεν. Hoc Alcibiades sat probè ebalbutijt.

Idem vitium familiare est Polonis qui L *loco* R *aut* v *pro* ł *polonico ponunt,* v. g. *Folnax, Letholica aut Lethołyka vel Rlethorlica. Gwautem pro Gwałtem &c.*

Sed addo lepidum factum, (non apologum, me teste.) Materfamilias quædam cœnabat pro opibus lautiùs cum suis, cùm nuntiatum est aduentare hospitem quendam ingratum; arripit illa patinam cum pulpamento lautiore & supra furnum recondit, interminans liberis ne prodant. ingresso illo & considente, vnus è pueris, Domine hospes, inquit, ne frustra sis, non est tale pulmentum supra fornacem, omninò non est, ne tu cogites sperésue quicquam ac exspectes. & sic negando prodidit, risumq; pudori mistum vtrisq; excitauit.

Asserens item negat apud Homerum & Lucian. Polyphemus cùm dicit: οὔτις μὲ ἐτύφλωσε. Nemo me excœcauit. *Dicere autem debuit,* Vlysses. &c.

Nié śiegáy przéz krupy do iágieł.

ὑπὲρ βάθμιον πόδα ῥίπτειν. *Suidas.* Ne vltra gradum pedem iacias. *ne tranſilias. Vulgare monitum eſt de decoro in menſa ſeruando illud.* Proxima tibi cape. τὰ ἐγγύτατά σοι λαβέ. *Eleganter Epictetus. quem Latinè loquentem affero.* In vita, *inquit*, vt in conuiuio agendum eſt, quod ad te circumferendo peruenit, ex eo partem modeſtè capito. præterijt! ne detine: nondum adeſt! ne longiùs appetitum extendito, ſed exſpecta dum ad te peruenerit.

Nié ſkładay śie z dworem / bo przypłáćiß worem / ábo wołem.

Nie mießay śie śiełſka ſobáko między dworſkie. *Ruſſorum eſt.*

Viue tibi quantumque potes præluſtria vita.

Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit. *Ouidi.*

Viue ſine inuidia, molleſque inglorius annos

Exige, amicitias & tibi iunge pares. *Idem.*

ἄλλὰ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. *Suidas.* A maiore viro fuge.

κίνδυνός ἐστι δ' ἰσχύϊ ἔναι φίλον. *A.*

Periculoſa amicitia potentium. *Eraſmus.*

Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper.

Propoſitique memor contrahe vela tui. *Ouidi.*

πόρρω δίος τε καὶ κεραυνοῦ. *Diogenian.* Procul à Ioue & fulmine .ſ. *eſto, vel fugito.* Semper &c. Diſparem vites. *Horati.* Noli fœnerari homini potentiori te; quod ſi fœneraueris, quaſi perditum habe. *Eccleſiaſtici 7.*

Si opulentus it petitum pauperioris gratiam, pauper metuit congredi. *Plaut.*

——— χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί. *Homer.*

Formidandæ ſunt regum minæ.

Diuites Si quid bene facias, leuior pluma eſt gratia.

Si quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt. *Plautus.*

Pondus ſuper ſe tollit, qui ſe honeſtiori communicat. Et ditiori ne fueris ſocius. *Eccleſiaſtici 13.* Aſelli & bouis impar ſocietas *apud Plautum, quo apologo Euclio utens, defugere voluit affinitatem Medagori opulenti & factioſi viri.*

Teſta ſeu olla teſtea ad lebetem non appropinquat, ſeu non natat ſimul. *Auieni apologus.* *Sic Eccleſiaſtic: 13.* τί κοινωνήσει χύτρα πρὸς λέβητα; αὕτη προσκόψει καὶ ὄστρακον συντριβήσεται. Quid communicabit cacabus ad ollam? (*ad lebetem*) quando enim ſe colliſerint, confringetur.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici Expertus metuit. *Horat.*

Fonte ex eodem cum lupo agne ne bibas. *Ex Apologo Fàerni.*

ἐν ταυτῷ ὕδατι σὺν λύκῳ ὄις ἂ πίε. *A.* Facinus audax incipit

Qui cum opulento pauper homine cœpit habere negotium Aut rem. *Plaut.*

Sic Martialis opulento & lauto conuiuatori ſe imitanti reſpondet:

Conuiuas alios cœnarum quære magiſter,

Quos capiant menſæ regna ſuperba tuæ.

Me meus

Me meus ad ſubitas inuitet amicus oſellas
Hæc mihi, quam poſſum reddere, cœna placet.

Leonina ſocietas .ſ. *periculoſa & fugienda. Caſſius apud Vlpianum, apologum Æſopi de ſocietate Leonis Vulpis & Aſini impari & aſino exitiali, de illa ſocietate accipit, in qua alter tantùm lucrum, alter verò damnum ſentit.*

Ludi ſtultorum, dominorum, his adde, luporum.
Non benè luduntur, quia ſeria ſæpe ſequuntur. *Anonym. rhythmic.*
Cum domino ceraſum res eſt mala mandare (*vel frangere*) ſeruum,
Tollit matura & tibi proijcit omnia dura. *Idem ex Germanico.*

Affine, Nie rownia mnie z toba. Nie gray myßko z kotkiem.

Nie ſkropiß tego świecona woda.

Precibus (.i. *diris quas occino*) non linquar inutilis Teq; piacula nulla reſoluent.
Archytas apud Horat. minatur ei qui ſuum cadauer inſepultum præteriret.
Vicinum illud Terentij. Ain' tu! vbi peregrè tibi quod lubitum fuit, feceris,
Venias mihi precibus lautum (*lotum*, vel *loturus*) peccatum tuum?
Credebant ethnici ſola aſperſione aquæ expiari quauis peccata. Sic apud Senecam Hercules poſt cædes in furore patratas ſibi redditus ait:
Quis Tanais aut Nilus Tigris Rhenus &c. per meas currens manus
Abluere dextram (*hanc*) poterit? &c. *Et Æneas in 2. Æneid. dicit.*
Tu genitor cape ſacra manu patrioſque penates,
Me bello è tanto digreſſum & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero. *Vbi obſerua aquam viuam aut currentem ad id fuiſſe eorum opinione efficacem, quod etiam dicit Ouid. Liui. Columel. &c.* *Cicero item de more parricidas culeo inſuendi ait:* Noluerunt (*maiores noſtri parricidas*) nudos in flumen dejcere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent. quo cætera quæ violata ſunt expiari putantur. *Idem Euripides affirmat dicens.* θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά-
Mortalium mala abluit mare omnia.
Notæ præterea ſunt lotiones & aſperſiones apud Iudæos olim piaculis expiandis frequentiſſimæ & vtiles, quas poſt Chriſti aduentum & mortem, meritò ridet Iuuenalis & aly Ethnici, vtpote iam inutiles poſt Chriſtum ab ipſis reiectum & occiſum.
Polonicum dictum tractum eſt ab vſu pio Catholicorum, qui leuiores noxas, aquæ Eccleſiæ Catholicæ ritu conſecratæ, aſperſione religioſa, verè expiant.
Vicinum ſuperioribus dictis eſt & illud Ouidij, de peccato admiſſo:
Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.
Vydźieß ſedźiego karánia/ nie ſumnienia kátowánia.

Nie ſkryieß śie przed Bogiem; nie vmkniéß śie.

Non dicas: à Deo abſcondar &c. in populo magno nõ agnoſcar. &c. *Eccleſiaſtic: 16.*
In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Prouerb. 15.*
Et non eſt quicquam abſconditum ab oculis eius. *Eccleſiaſtici 39.*

ὅταν

ὅταν τις θεῶν βλάπτῃ, οὐκ ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν. *Sophocles.*
Cùm quis deorum cœperit lædere, ne valentiſſimus quidem poterit effugere.
Homines forte celaſſet, deos nunquam celare potuiſſet. *Cic.*
Iuuenalis carpens licentiam quorundam magnorum virorum noctu flagitia patrantium & dicentium: Nocte quidem. Rt. Sed Luna videt, ſed ſidera teſtes Intẽdunt oculos.
Hoc argumento Paphnutius Thaidem nobilem meretricem à turpi vita ad honeſtam caſtam & ſanctam traduxit. dum ſimulatè locum ſceleri patrando ab illa petit occultum, in quo Deus illos non conſpiciat. quem illa talem inueniri negante, Paphnutius perſonam depoſuit & quod optabat perfecit. S. Antonin.
Θεὸς δ' πτερόεντ' ἀετὸν ἔκιχε, καὶ θαλασσαῖον δελφῖνα παραμείβεται. *Pindar.* Deus & volucrem aquilam conſequitur & marinum delphinum anteuertit.

Affine, Bóg wßyſtko widźi.

Nie ſkryćeß śie przed ludźmi: nie zátáiß. Nayda/ dowiedzą śie ludźie. Wiedzą ſaśiedźi / iáko kto śiedźi.

Iumenta loquentur .ſ. *quæ occultè facis. Sic Iuuenalis.*

Ergo occulta teges, vt curia Martis Athenis!
O Corydon Corydon, ſecretum diuitis vllum
Eſſe puras! ſerui vt taceant, iumenta loquentur,
Et canis, & poſtes, & marmora. Claude feneſtras,
Vela tegant rimas, iunge oſtia, tollito lumen
E medio; taceant omnes, propè nemo recumbat.
Quod tamen ad cantum galli facit ille ſecundi,
Proximus ante diem caupo ſciet. &c. &c. *Simile eſt illud apud Eccleſiaſten c. 10.* Et aues cæli portabunt vocem tuam.

Adde & Ibyci grues. *ſuprà ſub* Nayduie Bóg. In area latitas. V. Skryt śie.
ἤ τις ζῴων τόδ' ἔειπε θεῶν, ἢ ἔσιδον αὐτοί. *Homer.* Aut aliquis deorum hoc eis dixit, aut ipſi videre. *Cum res diligenter occultata deprehenditur.*

Nie ſkwápliwy Bóg ná karánie.

Dij laneos habent pedes. *Macrob.* .i. *leniter & lentè incedunt.*
Dij immortales lenti quidem ſunt, ſed certi vindices. *Seneca.*
Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira; ſed tarditatem grauitate ſupplicij compenſat. *Valerius. Maxim.*

Sera, tamen tacitis pœna venit pedibus. *Tibullus.*
Vt ſit magna, tamen certè lenta ira deorum eſt. *Iuuenal.*
Serò molunt deorum molæ. *Ex Plutarch. cuius verſus eſt ille.*

ὀψὲ θεῶν ἀλέουσι μύλοι ἀλέουσι δὲ λεπτά. Serò deorum molunt molæ, ſed molunt minutè .i. *quò ſeriùs eò grauiùs puniunt dij.*
Cunctabundus naturâ Deus. *ex Plutarcho qui habet hunc ſenarium Euripidis.*

μέλλει τὸ θεῖον, ἐστὶ δὲ τἄτερ φύσει. .i.
Cunctatur numen diuinum, eſt verò tale naturâ ſuâ.

Sic Eccleſiaſtic. 5. Abiſſimus patiens eſt redditor.

Simulacra deorum apud Tyrios, vincula in pedibus habebant teſte Plutarcho, vt & Saturni compedes apud Lucianum, ad tardum motum denotandum.

Lepidè Ouidius de ſuo Ioue.

Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat
Iuppiter; exiguo tempore inermis erit. q.d. *non ſemper, nec mox vt peccãt mittit.*

Rhinoceros tardè & difficulter irritatur, ſed exaſperatus ferociſſimè ſæuit. *Martialis. Pierius.*

Nie ſłuży to temu. Nic temu po tem. Nié tego by mu trzebá.

τῷ παιδὶ μάχαιραν ſ. δίδως. *Plutarch.* Puero das gladium. *cui potiùs globi, crepitacula, vt idem ait, conueniunt.*

Sambucam aptas caloni. *Perſius.*

Herculis cothurnos infanti aptas. *Quintilian.* Paruo pedi magnum calceum inducis. *Plutarch. Contrà verò.* Minor pede calceus vrit. Wielka nogá/ ćieſny trzéw wik poczuié. Ephippium boui, aratrum equo imponis. *ex Horatio.*

Libr. 1. Regum c. 17. Arma Saulis Dauid paruus induere abnuit.

Tityo ſimilis. *Theocrit. de Amyco pugile dicit.* Χώρῳ ἐνὶ στεινῷ πλυῷ ἀναλίγκιος ἀνήρ.

In loco anguſto vir Tityo ſimilis. *Tityus nouẽ iugerum longus erat. Ouid.* V. Opák 1. 2.

Nie ſłychác. Ni ſłychu/ ni widu. Jak kámien w wodę wrzućił.

Dáremna ſpodza/ czékánie/ ſpodźiewánie. Nié dowołaß ſie.

ὕλαν κεκραγάζεις. Hylam inclamas. *ex Theocrito. Virgil. Valer. Flacco. Iuuenal. Fuit is inter Argonautas puer Herculis aut Polyphemi, quem is in flumine merſum, multis & magnis vocibus fruſtra inclamauit.*

ἀδ' ἴσμεν πότερον τεθνάκαμεν ἢ ζοὶ ἐμεῖς. *Theocrit.*

Ignorat vtrum mortui an viui ſimus.

Nec iam exaudire vocatos. *Virgilius.*

Abſentem vocas. *Vide* Co zginęło/ zginęło.

Nie ſmárowny wóz ſkrzypi. Nié ſmáczno/ co nie krásno.

Nié náiadł ſie/ mérkocé/ leniwo robi.

Rota plauſtri malè vncta ſtridet. *Carol. Bouillus. Simile quid Amos c. 2.*

κείζει ἁμάξας τροχὸς ἄνευ ἀξουγίας. *A.*

Non vncta plauſtri ſtridulum ſonat rota.

In Pſeudolo Plauti leno conqueritur & indignatur quòd non habeat pulmentum vnctiuſculum, oleariorum amicas habens.

πρὸς τὴν ἐρρωγυῖαν ᾄδῃς. *Suidas.* Ad fractam (*chordam*) canis. *quæ quando non reſpondet inſuauis eſt cantus.*

Abſque citharœdo ſaltare .ſ. *ingratum, iniucundum, & ineptum eſt. Garner. Gallic.*

Cos ſicca, malè acuit. *ex Germanicis dictis.*

Sic vulgus fatur, ſitiens cos non operatur. *Anonym. rhythmic.*

Nié śnie

Nié śniło mi śie o tem. Nié wiem. Nié vświtkiem. Nié myślitem.

ἀδ' ὄναρ. vel. ἀδ' ὡς ὄναρ ſ. ἤκουσα, ἐπόιησα, ἐνόησα. &c. *Lucian. Theocrit. Plutarch.* Ne per ſomnium quidem .ſ. *audiui, feci, cogitaui, &c.*

Nie ſpać by tu trzeba. Pilności/ czuynośći tu trzeba.

ὕπνῳ δ' ἀπέσω γλυκύθυμῳ ὀμμάτων. *Ariſtophanes.*

Oculis abeſto leniens animum ſopor. Ænea vigila. *Virgil.*

Leporino ſomno hîc dormiendum .i. *apertis oculis. ex Xenophante.* κορυσανλίαν ἀσκεδαμύκλως καθεύδειν. inconniuentibus oculis dormire.

Cic. iocatur in Caninium vnius diei Conſulem, dicens: Caninius mirifica fuit vigilantia Conſul, qui toto ſuo conſulatu ſomnum non vidit.

Diligentiam ſeu vigilantiam ſonat & illud Platonis non ab oculis ſed à manibus ductum. ἀ τῇ ἑτέρᾳ λαπτέον. Non vna manu capiendum .ſ. *ſed vtraq;* Zaś śie obiemá rekomá. *Cùm Iulius Cæſar dictator oppreſſiſſet Romam, ciues ægrè illum ferentes, inſcripſerunt tribunali M. Bruti Prætoris. (oriundi à Bruto regum expulſore) hæc verba.*

καθεύδεις Βροῦτε οὐκ ἐ Βροῦτος ἀληθῶς. Dormis Brute. Non es tu germanus Brutus .ſ. *quia toleras & non tollis tyrannum. Brutus autem hoc tunc cum coniuratis maximè agebat. E Plutarcho.* *Affine.* Spáć długo. Kto ráno wſtáić.

Nieſpodzianego nic v madrego. Madry wſzyſtkiego śie ſpodziewa. Nieſpodziewałem śie tego; ſłowo ieſt cztéká głupiego.

Sapienti nihil contra opinionem accidit. quia inprimis cogitauit, aliquid poſſe propoſitis eius reſiſtere. *Seneca.* Imprudentiũ fiducia eſt fortunã ſibi ſpõdere. *Idẽ.* Non eſt ſapientis dicere non putâram, vel non putauit. *ex Cic. Terent.* Putare eius eſt qui ſimplicitate pectoris aberrauit. *Donatus.*

οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ ζῶντι, τοῦτ' ἐμοὶ πείσομαι. *Menander. .i.* Non licet homini dum viuit dicere: Hoc mihi perſuadere non poſſum .ſ. *vt accidat. Vel* Fore id haud putâram, nemo viuens dixerit:

αἰσχρὸν συμβάντος τινὸς εἰπεῖν: τίς γὰρ ἂν ᾠήθη ταῦτα γενέσθαι. *Demoſthen.* Turpe eſt cùm aliquid accidit dicere: Quis enim hæc euentura putaſſet?

τὸ μὲ γὰρ λέγειν: ὡς οὐκ ἂν ᾠόμην, τίς γὰρ ἂν ἤλπιζε τοῦτο γενέσθαι; μέγιστον εἶναί μοι δοκεῖ σημεῖον ἀπειρίας στρατηγικῆς καὶ βραδυτῆτος. *Polybius.* Nam dicere: Non putabam, quis enim ſperaſſet vnquam hoc futurum? maximum mihi videtur eſſe ſignum imperitiæ ducis & tarditatis. *Iphicrates item apud Plutarchum:* Turpiſſimam eſſe vocem ait: Non putarã. *Affine,* Comnić dźiś/ &c.

Nieſpodziane dobre przyiemnićyſze.

Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora. *Horat. hora vitæ, ei qui ſcante illam horam vel diem moriturum putabat: præceſſit enim ille verſus:*

Omnem crede diem tibi d illuxiſſe (al. *tibi diluxiſſe*) ſupremum.

Et ſic ſequens dies vitæ non ſperatæ, gratior erit.

ὃν τ' ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς,

φανεῖσα μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον. *Euripides.*
Sunt gratiora quæ minùs ſperauimus,
Conſpecta quàm exſpectata multò plùs iuuant.
τὸ προσπεσὸν τερπνὸν. *Democrit.* Caſu accidens (*bonum*) delectabile eſt.
δραχμὴ χαλαζῶσα. *Zenodot.* Drachmæ grando. *vel* Drachma grandinans .ſ. *gratiſſima. de lucro velut cælitùs demiſſo, vt ſi drachmis plueret, vel grandinaret. Nam cùm quondam theatralis ſtipis drachmarum in populum ſpargeretur, grando decidit. In Pœnulo Plauti ſeruus gratulans ſibi opem commoditatis inſperatam ait:*
Quod ego non magis ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam,
Ea nunc quaſi decidit de cælo.
Quicquid præter ſpem euenit, omne id deputare eſſe in lucro. *Terent.*
τὸ ἐρμαῖον. *Plato.* *Lucrum inſperatum opportunè oblatum, Eraſmus Mercuriale vocat.*

Niеſpodźiáne przypadki przykrzéyſze. Nagłe przygody cieżſze ſkodliwſze.
Inexſpectata plùs grauant. *Seneca.* Nouitas pondus adijcit calamitatibus, *Idem.*
Magna pars mali apud imperitos, nouitas .ſ. *rei quæ accidit. Idem.*
Periculo magis patemus auerſi. *Idem.* .i. *dum non ſperamus. tralatum à militibus.*
Grauiùs nocet quodcunque inexpertum accidit. *P. Syrus.*
ἄδηλ' ἀπροσδόκητα πλεῖον ἄγχει κακά. *A.*
Incognita inſperata plùs angunt mala.
Repentina omnia videntur grauiora. *Cic.* Non eſt dubium, quin omnia quæ mala putentur, ſint improuiſa grauiora. *Idem.* *Cerua luſca iuxta maris littus paſcebatur oculo ſano ad terram propter venatores verſo, à mari ſecura; vnde nautæ prætereuntes illam iaculo confixerunt.*
Igitur moriens lamentabatur, quòd vnde nil mali timebat, inde periret. *Æſopus.*
Affine, Przypádki przéyrzáne / znośniéyſze.

Niéſpodźiany ratunek.
θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς. *Lucian.* Deus ex machina apparens. *more Tragœdorũ, qui in rebus difficilibus & periculoſis, deũ aliquem è ſublimi oſtendebant, qui rebus perplexis modũ aut finẽ imponebat. Tangit id Horat. in arte Pòëtica & Cic. de Natura deorũ. Formicæ mergi periclitanti, columba ramũ ex arbore deïcit, quo illa arrepto euadit. Æſopus. Opportunum auxilium tulit Cicada Eunomo citharœdo cum Ariſtone certanti, quæ rupta illius chorda citharæ inſilijt, & ſonum ſupplenit ac victorem eum fecit. Strabo.*
ἡ πάγη ἀμύνει. Laqueus auxiliatur.
Sic Venenum ab vxore datum marito, ſaluti eidem fuit. apud Auſonĩ.
Auxilium domino merſa carina tulit. *Mart. nam aquam in agrum eius exundantem ex Tiberi repreſſit.* ἐκ λύκου στόματος *ſ.* ἐξαρπαθείς. *Diogenian.*
Ex lupi ore ereptus. *Sic & Horat.* Aut hœdus ereptus lupo.
ἐκ μέσου πυρὸς αἰθόμενος ἁνηρπάσθη. *Ariſtid.* E medio ignis ardens ereptus eſt.
Vide plura ſimilia ſub Trefunek pożądány.

Nié ſporo mu.

ὄκνῳ τὴν θάμιγγα ζωάγει. *Pauſanias.* Ocnus (*maritus induſtrius & laborioſus*) funiculum torquet. (.i. *rem familiarem procurat & auget, quam vxor ſumptuoſa ceu Ocni aſina abſumit.* Scilicet improbæ Creſcunt diuitiæ, tamen Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei. *Horati.*

Aduerſo flumine lembum ſubigit (*vel remigat*) *Virgil.* V. **Nießcześliwy.**

Inuita Minerua agit omnia. *Ex Cic. Horat.*

κοντῷ πλεῖν. *Suidas.* Conto nauigare .i. *lentè vt ſit cum cymba contis promouetur. Henr. Steph. Sic Ammianus.* Non conto nec ramulis *al.* remulis *vel* (*vt Henr. Steph. legit*) palmulis, ſed velificatione plena ferebatur.

Dolium Danaidum implet, vel implere laborat. *ſuprà ſub* **Dármo robiß.**

Pictus homo ſedens & ſurgere parans. *Drexelii.*

Nié ſporo z mieſcá. Ni kam z miéſcá.

Lentum negotium. *Cic.* Neque remi neque venti .ſ. *adiuuant. Idem.*

In hac cauſa aqua mihi hæret. *Idem.* Aqua hæret, vt aiunt. *Idem.*

Hæret in ſalebra. *Idem.* In iiſdem ſcopulis hærere. *Ouid.* (mus.)

πολλὰ μοχθήσαντες ὁμοίως ἐσμέν. *Lucian.* Cùm multùm laborauerimus in eodem ſu-

Nunc homo in medio luto eſt, hæret hæc res. *Plaut.* Hæret in vado. *Ambroſius.*

Hic quidem friget. *Cic.* Hîc homines frigent. *Terenti.*

ἐν φρέατι ζυχόμενος *Plato.* In puteo conſtrictus.

ἰουλοι μυρίους πόδας ἔχουσες βραδύτατά ἐισι τῶν ἑρπετῶν. *Dion Chryſoſtom.* Iuli infinitos pedes habentes tardiſſimi ſunt omnium reptilium. *Diuites turba comitum cinctos incedentes his vermibus ſimiles ait. Ob eandem ſimilitudinem naues longa multis remis inſtructæ à Lycophrone ἰουλόπεζοι. dicuntur. q. pedes iulorum habentes.*

δελφὶν ἐν χέρσῳ βία .ſ. ἀδημία. *Plutarch.* Delphinis in terra vis .ſ. *exigua vel nulla. nam is electus in aridam imbecillus & tardus eſt.*

καλλιπίδης. *Plutarch.* Callipides. *Cic. Sueton. Vide ſub* **Bedźié bedźié.**

κύκλῳ περιελκεῖσθαι. *Plato.* In orbem circumagi .i. *moueri & non progredi.*

βέμβικος δίκην. *Suidas.* Turbinis vel trochi inſtar. *qui mouetur ſed locum non mutat.*

ἀνὰ ῥῦν φέρεσθαι *vel* χωρεῖν. *Euſtathi.* Aduerſo flumine vel æſtu ferri, procedere. Quam magis te in altum capeſſis, tam æſtus te in portum refert. *Plaut.*

Niéſprawiédliwości krotka rádość.

Nemo diu gaudet qui iudice gaudet iniquo. *Cato.*

ὁ πολὺ χαίρει ἀνὴρ κρίσει ὃς νίκησε πονηρῷ. *Mylius.*

Laus impiorum breuis & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. *Iob. c. 20.*

Vidi impium ſuperexaltatum &c. & tranſiui & ecce non erat. &c. &c. *Pſalmo 36.*

Affine, **Zle nábyćie.**

Nié ſpuſczay śie ná ſąśiády, ná przyiaćioły.

Ne quid exſpectes amicos, facere quod per te queas. *Ennius.*

ἀϑλός ἢ πεάπειν ἀλωαλὸς, ἑτάρους μὴ μίνε. *A.*

Neſciit hoc agricola Æſopi qui amicos & vicinos ad meſſem ſibi auxilium pollicitos fruſtrà exſpectans, à caſſita eſt irriſus. Gellius.

Nié ſromotá tłuſtem być.

γαστέρα μοι προφέρεις κάλλιζον ὄνειδ@ ἀπάντων. *Suidas.*

Ventrem mi obiectas, quo probrum haud pulchrius vllum.

Vide hoc ſub dicto: Lżéyßy cztowiek po obiédźié.

Nié ſromotá to co mi zárzucaß. Nié ſromotá być wiérnem ßługodrem &c.

Apud Euripidem Menelaus ſeruo Agamemnonis ſe reprehendenti dicit:

ἄπελθε, λίαν γε δεσπόταισι πιστὸς εἶ.

Abſcede, namque nimis hero fidelis es. *Hic verò ei reſpondet:*

καλόν γέ μοι τὄνειδ@ ἐξωνείδισας.

Nimis eſt honeſtum quod mihi exprobras probrum.

Sic Cicero Lacerenſi obiicienti Plancio quòd gratioſus & officioſus eſſet, reſpondit: Officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. *Et pro Domo.* Iſto tuo maledicto, non modò probrum mihi nullum obiectas, ſed etiam laudem illuſtras meam. *Paraſitus apud Lucianum cuidam Paraſiticam ſibi exprobranti reſpondit:* Hoc nomine me compellans magis oblectas, quàm ſi Phidiam ſtatuarium me eſſe dicas, quippe ego mea arte non minùs gaudeo, quàm Phidias gauiſus eſt Ioue à ſe ſculpto. *Omiſſ Græcam ſententiam longiorem.*

ἄῦλη δὲ χρηστῶν ἐστὶν ἀνδρῶν ἡ νόσ@ *Ariſtophan.*

Hic optimis ſolet accidere morbus viris.

Nié ſromotá vciékać, kto wiec mé śmie dozékać.

Vćiec nié ſromotá, kto ßánuié żywotá.

Præſtat fugere quàm malè manere.

Fuga tutior. Fugere malum neminem dedecet. *Sic Homer. de Charybdi.*

οὐδέ τίς ἐσ' ἀλκὴ, φόβοιο κάρπιμον ἀπ' αὐτῆς. *al.* κάρτιζον.

Non vllum eſt robur (*contra illam*) fugere vtiliſſimum ab illa. *al. optimum.*

ἄλλὰ ἀπὸ μείζον@ ἀνδρός. *Suidas.* Fuge à viro maiore.

Non ipſa fuga, ſed cauſa turpis, eſt probro. *In Moſtellaria Plauti ſeruus virum honeſtũ & grauem operto capite fugere & Herculem ἀλεξίκακον inuocare iubet, dicens.*

Tu vt occepiſti quantùm quis fugies atq; Herculem inuocabis. Ryt. *illet*

Hercules te inuoco. *& fugit.*

Præſtat vitam melioribus actis ſeruare, quam ignauè occumbere.

ἀνὴρ ὁ φεύγων κἀμὲ πάλιν μαχήσεται. *Demoſthenes ex Pœta aliquo.*

Vir qui fugit nunc præliabitur iterum.

πολὺ λῴϊόν ἐστιν ἐκφυγέειν πολέμ@ ὁμιλέ@ ἢ ἀπολέσθαι. *Q. Calaber Ironicῶς.* Multò melius eſt fugere ex bello horriſono quàm in eo perire.

Melius eſt timidum ſe oſtendere, quò diutiùs liceat viuere. *Garner.*

ἐκ ἀισχρὸν

ἐκ αἰσχροῦ ἐστι τὸν θέλοντα ζῆν φυγεῖν. *A.*
Non turpe fugere eſt huic, cùi viuere lubet.

Niéſtátéć. Niéſtátéćgność.

ἡ λήκηθις καὶ πάντα ἄνεμον. *Nazianzen.* Euannatio ad omnem ventum. *Potes etiam reddere.* Diligentiam & captationem occaſionis aut cõmoditatis ad aliquid.

Niéſtátéć wiélki z niego. Odmienny / lékki człowiéć. Raz ták drugi raz owák.

Aliud ſtans aliud ſedens loquitur. *Saluſtius de Cicerone.*
Modò palliatus, modò togatus. *Cic. Pallium Græcorum erat, toga Romanorum.*
Maritimi mores, vel maritimis moribus homo. *Plaut.*
Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem. *Horat.* Si toga diſſidet impar
Rides. quid mea cum pugnat ſententia ſecum?
Quod petijt, ſpernit; repetit quod nuper omiſit;
Æſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto;
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. *Idem.* Szyć/ porzć.
Scio quo pacto ſoleatis perplexarier:
Pactum, non pactum eſt: non pactum, pactum eſt, quod vobis lubet. *Plaut.*
Quid vos, malum! ergo me ſic ludificamini
Inepti veſtra puerili ſentẽtia? Nolo, volo; volo, nolo; rurſum cedo, cape.
Quod dictum indictum eſt; quod modo erat ratum irritum eſt. *Terenti.*
Nil æquale homini fuit illi. Nil fuit vnquam Sic impar ſibi. &c. *Horatius de Tigellio Muſico, cuius mores lepide depingit. l. primi Sat. 3. Et Seneca in epiſtolis.*
περιφορικὸς ὄργανον. Nauticum inſtrumentum verſatile. *Item apud Anacreontem* homo ſui diſſimilis & varijs moribus, *qualis fuit Alcibiades Catilina. alij ad alios transferunt.* Deſultorius. Deſultoria leuitas. *Martian. Capella. Budæus.*
γιγλύμος πολυτροπώτερος. *Suidas.* Cardine verſatilior.
μεταβλητότερος μήτρας ἐριτίχθονος. *Palæphatus.* Mutabilior Metra Eriſichtonis filia. *fabulam hanc habet Ouid. 8. Metam. ſed allegoricè intelligenda eſt.*
κόραβος ὀφρύεσσι τε καὶ κοιλαύχεσι. *Strabo.* Alibi tumet Corinthus & alibi deprimitur. *de homine varijs moribus.*
πρωτέως ποικιλώτερος. *Lucian.* Proteo magis varius ſeu mutabilior.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? *Horat.* Mille adde catenas,
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.
Fiet aper, modò auis, modò ſaxum & cùm volet arbor. *Idem.*
Vertumno mutabilior. *qui ceu Proteus varias formas ſumebat. vt Ouid. deſcribit l. 14. Metamorphos. & Propert. l. 4. Similis* Priſcus *apud Horat. de quo ille Satyr. 7. l. 2. ait.*
——— Vortumnis quotquot ſunt natus iniquis .i. *mutabilibus vel iratis.* Vertumnum *etiam mercibus & rerum permutationi præeſſe credebant.*
ἄνεμος πεδίον. *Diogenian.* Venti campus. *Vel* Ventoſus .i. *inconſtans, mutabilis.*

Romæ

Romæ Tibur amo ventoſus, Tibure Romam. *Horati. de ſe. Idem illi exprobrat Dauus.* Romæ rus optas. &c.

Sed ſtultum eſt venti de leuitate queri. *Ouid.*

ἄλλοτ' ἄλλα πνέων, ὄπποτ' ἀτρεκὲς καθέβα ποδί. *Pindarus.* Alias aliud ſpirans, nunquam verò ingreſſus eſt pede. Luna *inconſtantis & mutabilis hominis typus.*

V. Polakom kdzdy ſtroy wolny.

ἀλλοπρόσαλος: *Homer. quaſi,* aliud *vel* alius ad alium, *vel* apud alium.

ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐκπνεῖν. Ex eodem ore calidum & frigidum efflat. *Ex apologo Aueni de Satyro, qui miratus ruſticum flatu priùs manus frigidas calefacientem, deinde mox cibum calidum refrigerantem, illis verbis (*Ex eodem ore &c.*) prolatis, eum dimiſit.*

ἐυμεταβολώτερος κοθόρνου. *Suidas.* Mutabilior verſatilior cothurno.

φελλοῦ κουφότερος: *Strabo.* Subere leuior. ὁ φελλώδης. Subereus. Tipulla leuior. *Plaut.* Cortice leuior. *Horati.* φλοιώδης ἀνήρ. *Dionyſ. Longin.* Corticeus vir. Hyæna nunc mas nunc femina. *Similiter* Ichneumon. *apud Plinium.*

Polypus: συγῶ μεταβαλλόμενα πολύποδα χρόας: *Athenæ.*

Odi colores commutantem Polypum. Comica perſona. *pro mutabili. quia in Comœdia vnus varias perſonas ſuſtinet.*

ἡ πρὸς πάντας ἐρῶσα σοῦ παρμένιδας εἰκών. *Nazianzenus.* Statua viatores omnes intuens. Hamaxobio inſtabilior. *Tertullian.*

μυρμηξὶ ἢ κάμηλος: *Lucian.* Formica camelus. q. d. *Formica & camelus ſimul. vel* Nunc formica, nunc camelus: nunc paruus, nunc magnus.

τίθ' ὧδε πηδᾷς, ἄλλοτ' εἰς ἄλλας τρόπους;
μισεῖς δὲ λίαν κἀφιλεῖς ὃν ἂν τύχῃ. *Euripides.*

Ecquid ita mores in alios alius ſalis? Odiſti amaſq; quiſquis occurrit nimis.

τὸ μὲν ἀγαθὸν ἁπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολύμορφον. *Ariſtotel.* Bonum eſt ſimplex, malum multiforme. πρὸς πάντα ἄνεμον λημᾷ. *Nazianzen.* Ad omnem ventum euannat. *Prohibetur id Eccleſiaſtici 5.* Ne euannes ad omnem ventum.

Chimæra, *de homine variis moribus. quomodo vſurpat Cic. illum verſum Homeri:*

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χιμαίρα. *i.*

Ante leo, poſt terga draco, medioque chimæra. *vel* capella.

Idem Cic. ait: Chimæra eſt ex ijs quæ nunquam omninò fuerunt, neque eſſe potuerunt. talis & Scylla Hydra Sphinx. &c. *Reuera autem, Chimæra eſt mons Lyciæ in vertice ardens, circa quem erant leones, in medio paſcua capris apta, in imo dracones; quem montem quia Bellerophontes habitabilem reddidit, fingitur occidiſſe Chimæram, quæ vox capram propriè ſignificat, ſed vſurpatur pro re confuſanea, & ex multis parùm ſibi cohærentibus conflata: item pro homine mutabili, verſipelli, perfido.*

ποικιλώτερος ὕδρας. Magis varius hydra.

κέπφος: *Euſtathi.* Cepphus, *auis leuiſſima, plumoſo quidem ſed exiguo ac ſtrigoſo corpore, quæ facile à vento huc illuc rapitur.* De ſtatu demigrare. *Cic.* V. Státeczny.

ἔνθ' ἂν

ἔνθ' ἂν αἱ πόδες φέρωσιν. Lucian. Quocunq; pedes tulerint. ſ. Gadiſq. vadit.
γνώμη διχωλος. Zenodot. quaſi δις χωλ. bis claudus. Vtroque pede claudicans ſententia. *vel* vtroque inclinans.
ἐμπούσης ἐυμεταβολώτερος. Empuſa mutabilior. *quàm Lucianus appellat,* ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην .i. in mille formas tranſeuntem.
ὁ εὔριπος. Euripus, *pro inconſtante. apud Cicer. Boëthium.*
Vagari miſerum. *Vide* Bieģun.
πλάγια. Φρονεῖς, τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ πάλαι, τὰ δ' αὖθις. *Euripid.*
Obliqua vel varia ſapis vel ſentis, alia nunc, alia olim, alia mox.
χαμαιλέοντος ἐυμεταβολώτερος. *Ariſtotel.* Chamæleonte mutabilior.
ὁ φαῦλος ἐ ἄφρων ἐ ταὐτὸ ἔοικεν ἑωθεν ἐ ἑσπέρας. *Ariſtotel.*
Malus & ſtultus non idem videtur eſſe mane & veſperi.
ἡ κίττα φωνὰς πολλὰς μεταβάλλει, καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἄλλην ἀφίησι. *Ariſtotel.*
Pica multas voces commutat, & ſingulis diebus aliam emittit.
λιβυκὸν θηρίον. *Diogenian.* Libyca fera. *de homine vario & verſipelle. quales eſſe ſolent Libycæ feræ ex variis ſpeciebus miſtæ. hybridæ, monſtra.*
Tarandus *fera hirſuta ad omnes locorum vel virgultorum mutationes, mutat pilorum colorem. Ariſtotel. Philo. Plinius.* Naſus cereus. *recentiorum dictum eſt huius loci.*
Ad omnem ventum chlamydem obuertit. *Iunius.* *Affine,* Oboietny. Vlieźczery.

Vlieſiątkowi trudno dogodźić.

ἐυθῆτα μήνη τὶς δ' ἐφαρμόσῃ μίαν; *A.*
Aptare Lunæ nemo veſtem vnam queat. *Luna petebat à matre, veſtem; cui illa: Et quomodo id fieri poteſt, cũ varia ſis & perpetuò muteris? Cleobulus apud Plutar.*
πλὴν ῥᾳμένην στρώσειν τῷ κυνὶ δέρμα λέοντος. *A.*
Sternere difficile eſt velle cubile cani. *Nota eſt conſuetudo canum in hac re.*

Vlié ſtoi to zá to. Vlié waż wiéla / dla máłá. Igły ſukáiąc świecą ſpalił.

Aureo hamo piſcaris. *Sueton. vſurpatur id, cùm quis mediocris commodi cupiditate, magnæ iacturæ periculo ſe exponit.* *Simile eſt apud eundem:* Aurato reti & purpureis funibus piſcari. *quod Nero faciebat.*
ζητῶ τόγ' ὄψον ἱμάτιον ἀπώλεσα. Opſonium dum quæro, veſtem perdidi. *Suidas ex Ariſtophane qui ait:* διὰ ταῦτα δῆτα καὶ ἱμάτιόν ἀπώλεσας.
Hæc propter ipſa veſtis interijt tibi. Sukmia záſtáwił/ koßule wykupił.
Si poſt fata venit gloria, non propero. *Martial. .i. non tanti æſtimo gloriam, vt eius cupiditate velim quamprimum mori. Iacob. Pontanus legit:* non pereo. *ſed hoc diuerſum habet ſenſum.*
Nihil omnibus actum Tantorum impenſis operum. *Virgil.*
Pluris remedium conſtat quàm periculum. *Seneca.*
Ridiculum eſt odio nocentis perdere innocentiam. *P. Syrus.*

Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quòd [illegible] laudes. *Virgil.* *Apud Plaut.* *equus percuſſus ait:* Numimo con[illegible]ctus ſum, plùs iam medico mercede opus eſt.
[illegible] mihi contumeliam,
Venias mihi precibus lautum peccatum tuum? *Ex Terentio.*

λόγοι ἀντὶ χρημάτων. *Plato.* Verba pro rebus.
λόγοις γὰρ ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. Verborum mercaturam exercet Hermodorus, *Platonis erat auditor, eiusq; commentarios in Sicilia vendens, & hoc dicto perſtringebatur, nam pro verbis argentum accipiebat.* Drogie to słowá. *Alluſit Cicero.*
πολλάκις ἀναλωσαμένοις τὰ φανερὰ τῶν ἀδήλων ἕνεκα, ἃ μὴ ἔμελλεν ἂν ἔλαβον, ἃ δὲ εἶχον ἀπέβαλον. *Demetrius Phaler.* Frequenter certis incertorum gratia conſumptis, quæ ſe capturos ſperabant, non ceperunt, quæ verò habebant abiecerunt vel amiſerunt. Hoc, eſt ſpem pretio emere. *vt ait Terent.*
Φάτταν ἀντὶ πελειτρᾶς ſ. ἔδωκεν *vel* ἔλαβεν. *Plato.* Palumbem pro columba. *dedit. accepit.* Dumum cædam vt tu capias aues? *Regis Anglorum dictum.*
Vibem perditis, dum caſtellum defenditis. *Cicero.*
Pauperis exſtruxit cellam ſed vendidit Olus Prædia. *Martialis.*
καρκίνους ἐσθίειν. Cancros edere. *Ariſton comparabat Philoſophos, edentibus cancros, qui ob exiguum alimentum circa multas cruſtas frangendas occupantur.*
τὴν δίψαν ἔσβεσεν. Seruitute ſitim exſtinxit. *Vel*
τῇ βασιλείᾳ ὕδωρ ὠνήσατο. Regno aquam emit. *Vel*
τὴν βασιλείαν τῷ ὕδατι ἐπέδοτο. Aqua regnum vendidit. *de Lyſimacho rege, qui ſitim non ferens hoſtibus ſe dedidit. ex Plutarcho.* V. Oroż robié byśku mázija.
Ixion nubem pro Iunone comprehendit. V. Omyliłá go nádzieią.
Affine, Vlié rowna odmianá. *& ſequens mox.*

Vlié ſtoi zá moie.

Nunquam vidi iniquiùs Certationem comparatam, quàm hæc hodie inter nos fuit.
Ego vapulando ille verberando vsque ambo defeſſi ſumus. *Terenti.*
Si rixa eſt, vbi tu pulſas, ego vapulo tantùm. *Iuuenal. Simile præcedens.*

Vlié ſtoie o twoą taſke/ przyiazń rozumieme, *&c.*

Ego tuam amicitiam expetam! aut te viſum aut auditum velim! *Terent.*
— Satis eſt Equitem mihi plaudere. &c. Me moueat cimex Pantilius? *Horati.*

Vlié ſtraßny. Vlémaß śie cźego bać. Vlié ſrog-és mi.
Srogi iéż miſá ryb/ ébo grochu.

κανθάρου σκιαί. *Diogenian.* Scarabæi vmbræ.
ταυτὶ λέγεται μορμολύττεσθαι δοκεῖς. *Suid.* An hiſce verbis me terreri exiſtimas?
Haud anima vna dabit diſcrimina tanta. *Virgili.*
μήλιος ἡρακλῆς *Suidas.* Pomarius Hercules. *cui pomo loco bouis ſacrificabant Bœotij. Non ineptè etiam Pomarius Hercules vſurpabitur de terriculo hortorum aut po-*

mariorum

mariorum. *quod volucres tantùm vel pueros abſterret, non item maturos & prudentes.*
Nitedula ex veptetis. *Cic. de eo qui nocere vellet ſed nequit. Ian. Gulielm.*
T. *Quintius Romanorum dux ſuos milites animans contra exercitum numeroſum Antiochi dixit apud Plutarchum.* πάντες ὅτι σύροι εἰσίν. Omnes iſti Syri ſunt .i. *imbelles, ſeruiles & hortorum cultores.* V. Syrorum multa olera. *ſub* Nié iákome to rzécsy.
ὥσπερ αἱ ταῦδες μάχαιραν μὲ ἔχεται, καρδίαν δὲ οὐκ ἔχετε. *Apud Plutarchum Lycurgus militi loquaci dixit.* Vos ſicut loligines, gladium habetis cor non habetis. *Apud eundem hoſtis minitans hoſti, manum pronam extendebat, eamq; ſupinam mox vertebat, addens minas ſe talem illius vrbem agrum domum &c. redditurum. Alter ſi contemnebat minantem, eodem modo manum ſupinam & pronam oſtendebat minas prioris contemnens.* Cælum territat armis. *Virg. fruſtrà.*
πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα. *Ariſtophan.*
Multorum ego thriorum (*foliorum ſiculnorum*) ſtrepitum (*dum vruntur*) audiui.
Nulla minantis auctoritas apud liberos eſt. *Cicero.*
κωφὸν γάρ ἐστι τὸ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος. *Suidas.*
Sunt ſurda tela ſemper imbellis viri .i. *hebetia.*
οὐ μάλα κυκᾷς. Non admodùm miſces. *quod faciebat Pericles qui Ciceronè ſeſe tonabat, fulgurabat, & permiſcebat Græciam.*
ἀστραπὴ ἐκ πυέλου .ſ. ὀ φοβερὸν, ὅτι ἀβλαβές. *Diogenianus.*
Fulgur ex pelui .ſ. *non metuendum, quia innoxium.*
μορμολυκίου ἐκφοβεῖς τ' λέοντα. *Idem.* Laruis terres leonem.
ἔνος τῇ τοῦ λέοντος δορᾷ ὀπικρυπτόμενος. *Euſebi.* Aſinus pelle leonis intectus.
ἀσκίῳ μορμολύττη. *Suid.* Vtre (*me*) terres. Olla me terres. V. Stráchowáczińſki.
ἐν ξυνῷ ἰχθύες ἁλίσκονται οὐκ ἔνεισι. *Democritus apud Plutarch.* Vulgari piſci, nõ inſunt ſpinæ. q. d. *Vulgaris homo nõ multùm obeſſe vel ledere poteſt. Iunius interpretatur.* ἀεὶ τοιοῦτοί με πολέμιοι διώκουσιν.
Semper me tales hoſtes perſequantur. *Nam vt ait Seneca,* quibuſdam diſplicuiſſe laudabile eſt, & quos magis inimicos expediat, quàm amicos. *Dictum quadrat in eos qui irati vel infenſi nobis nihil nocere poſſunt.*
Legatos Germanorum Alexander M. interrogauit: Ecquid in rebus humanis metuerent. ratus nominis ſui magnitudinem illis maximè formidoloſam eſſe. illi autem reſpondérunt: Nihil ſe metuere, niſi ne forte cælum rueret. *E Curtij ſupplemento.*
Quadrat hoc & in illum locum. Znáczey ludźié o nas rozumiéia/ niż my o ſobié.
Amictu euitare tela alicuius. *Catull.* .i. *facile eludere & irrita reddere.*
Vide Strách głupi. Vgrożiß mi.

Nié ſtroi śie. Nié oba o ſtroié.

Mediocriter veſtita. Sine auro ornata, vti quæ ornantur ſibi.
Nulla mala re muliebri expolita. *Terent. .ſ. fucis, ceruſſa, purpuriſſo, &c. Sic in Plauti Moſtellaria actu 1. ſcena 3. feminæ formoſæ negat ornatrix ceruſſam, purpuriſſum, vnguenta, aurum, &c.* *Columella villico præcipit, vt* Cultam veſtitamque familiam

miliam, magis vtiliter quàm delicatè habeat, munitamque diligenter à vento & frigore pluuiáque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel ſagis cucullis.

Niéſtworny. Niéżbyty. Przykry w nálegániu. Niéſtworá muchy.

ἡ τ᾽ μύας ἐπιξὶς ὀλλημένα. Improbitas muſcæ moleſtæ. *de importuno ſæpe repulſo iterum redeunte.*

καὶ οἱ μύης θάρσος ἐνὶ στήθεσιν ἐνῆκεν,
ἥ τε καὶ ἐργομένη μᾶλα περὶ χροὸς ἀνδρομέοιο ἰχανάα δακέειν. *Homer.*

Et ei muſæ audaciam in pectus immiſit, quæ quamuis ſæpe repulſa à corpore humano, appetit mordere tamen.

Eadem Muſca importunitatis & impudentiæ ſymbolum *erat apud Ægyptios Sacerdotes & apud Horum. Pierius. Apud Cic. item Vargula cinctus ab importunis candidatis dicit puero:* Puer abige muſcas.

Niefigery. Obłudny. Inſze mowi inſze myśli. Y ſrzyżéi goli.

Aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingua habet. *Saluſti.*

Aliud in titulo, aliud in pyxide. *Seneca. tralatum à malis medicis.*

Introrſum turpis, ſpecioſus pelle decora. *Horat.*

Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem. *Idem.*

Malè corde conſultat, benè loquitur lingua. *Plaut,*

——— Summa nequicquam pelle decorus. *Perſius.* Fronte politus

Aſtutam vapido ſeruat ſub pectore vulpem. *Idem.*

Ij ſunt inimici peſſimi fronte hilaro, corde triſti. *Cæcilius apud Gellium.*

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma. *Virgilius.*

Præfica. *Plaut. Lucil. Horat. quæ conducta in funere fictis lacrymis plorat.*

διπλᾶς ἀνὴρ. Duplex vir. *de quo ſic Homer.*

ὃς χ᾽ ἕτερον μὲ κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ .i.

Qui ſub corde aliud celans, aliud ſonat ore.

ἄλλα μὲ λάκων λέγει, ἄλλα δὲ λάκωνος ὄνος φέρει. *Zenodot.*

Alia Lacon dicit, alia aſinus eius fert. *Lacon mel vehens, ob portorij compendium finxit ſe frumentum vehere, ſed aſino caſu lapſo & melle effuſo, fraus apparuit.*

μιῇ γλώσσῃ δίχ᾽ ἔχει νόον. *Theognis.* Vna in lingua duplicem animum habet.

μισῶ τ᾽ ἄνδρα τὸν διπλᾶν πεφυκότα,
χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις. *Zenodot.*

Exoſus ego ſum duplicem ſemper virum. Sermone blandū, hoſticis ſed moribus.

—κακαὶ φρένες, ἀδὺ λάλημα. *Moſchus.* Mala mens & dulcia verba.

ἃ γὰρ ἴσον νοεῖ ἐς φθέγξεται. *Idem.* Non enim idem ſentit quod dicit.

θέλγε δὲ θυμὸν μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα. *Homer.*

Mulcebat animum lenibus dictis, mens verò illius diuerſa verſabat, optabat.

τοῦ ἑταίρους τραγῳδοὺς ἀγωνεῖται. *Suidas.* Tragicis amicis ſe accommodat.

inſtar

inſtar hiſtrionum, qui leuiſſimi cùm ſint, tamen dei, regis, probi & grauis viri ſumunt perſonam, & aliàs aliam, etiam contrariam aptè effingunt.

Comede & bibe dicet tibi, & mens eius non eſt tecum. *Prouerb. SS. c. 23.*

Sub perſona viuit. *Seneca.* Alia dicere ac ſentias. *Cic.* Græca fide. *Plaut.*

Θεσσαλικὸν νόμισμα. *Suid.* Theſſalicum numiſma .ſ. *adulteratum vel mali cõmatis.*

ὑπόχαλκον χρυσίον. Aurum ſubæratum. *Sic apud Plautum,* Aurum Comicum. *quo ad iocandum vel decipiendum aliquem vtebantur, vt & nunc.*

Caracallæ nummi .ſ. *inaurati, argentati. ex Dione.* Bifrons Mercurius.

ἀμφιπρόσωπος ἑρμῆς, τὸ μὲ πρόσω, ἄλλο δ' ὀπίσω. *Nazianzen.*

Bifrons Mercurius, aliud quidem antrorſum, aliud verò retrorſum.

ὁ κατ' νῶτον ποικίλος. *Lucian.* A tergo varius .i. *qui coram blanditur, abſens lacerat. Rhodigin.* *Legato Ceorum canos obſcuranti Archidamus Laconum rex dixit. Quid ſanum dicere poteſt, qui non in anima modo ſed & in capillis mendacium circumferit? Rhodig.*

Mentiens capillos, multò magis alia mentietur. *Philippus Macedo quendam ex Antipatri familiaribus iudicem fecit. quem mox vbi barbam tingere cognouit, remouit dicens:*

Non eſt dignus cui in rebus grauibus fidatur, qui in capillis fidus non eſt.

Sic Martial. in Lentinum

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis
Tam ſubitò coruus qui modo cygnus (.i. *canus*) eras.

Θεσσαλῶν σόφισμα. *Suidas.* Theſſalorum commentum. *ab Arato Theſſalo qui Apollini vouerat Hecatomben nec ſoluit.*

ἐσχάτης ἀδικίας ἐστὶ, δοκεῖν δίκαιον, μὴ ὄντα. *Plato.*

Extremæ iniuſtitiæ eſt, iuſtum videri & non eſſe.

Bilinguis *apud Virgil. pro infideli falſiloquo & vafro accipiunt interpretes, vt* δίγλωσσος *Heſychio eſt* δίλογος .i. duplicis animi. *Et Firmic.* Bilinguis animus. *Plaut.* Pœnum *vocat* Proſerpentem beſtiam biſulca lingua.

Pica ſymbolum hominis ficti & beneuolentiam ſimulantis. nam hæc auis ante eſt candida, pòſt nigricat. Porrò Pythagoras abſtinendum cenſet ab ijs quæ nigra ſunt cauda.

Totius iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quàm eorum, qui tum cùm maximè fallunt; id agunt, vt boni viri eſſe videantur. *Cic.* Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm eæ quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. *Idem.*

δίχωλοι γνώμαι. In vtramque partem claudicantes ſententiæ.

ἐσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδομεύων. *Homer.*

Qui bona dicentes, mala plurima mente tegebant. *Talibus Theognis dicit.*

μή μ' ἔπεσιν μὲ τέρπε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλη.

Ne me verbis ames, animum verò alibi habeas.

Σαίνεις δάκνουσα, καὶ κύων λαίθαργος εἶ. *Suidas.*

Adularis cauda mordens, & canis clam mordens es.

ὁ αὐτὸν γράφη τε καὶ Λευκαῖος: Non idem ſunt ſcriptura & Leucæus. .i. *aliud ſcripſit Leucæus & aliud ſentit, dicit, facit.* Lingua iurauit,

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. *Euripides.*
Linguâ iurauit, animus iniuratus est.
μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κὲ χώρην ἀμείβῃ,
πᾶσιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τὰδ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε. *Phocylides.*
Ne aliam celes in corde sententiam, aliam proferas,
Neque vt saxis adhærens Polypus pro loco muteris,
Sed omnibus simplex esto, & ex animo loquere.

Vulpes lignatori, qui venatoribus eam insequentibus & interrogantibus digito indicans prodebat, & lingua se scire negabat, dixit: Linguæ gratias ago; manum verò præcisam velim. *Apologus Æsopi.* κηκὰς γλῶσσα. *Nicander.* Vulpina lingua.

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς κ' ἕτερον μὲν κεύθῃσι νόῳ, ἄλλα δὲ βάζῃ. *Homer.*
Exosus mihi ille velut Orci portæ, qui alia tegit animo, alia loquitur.

ἔμπορος εἶναι σκήπτεται. *Ex Aristophane.* Mercatorem se simulat. *ne scilicet cogatur ire ad bellum, à quo negotiatores erant liberi. Quidam ergo interrogatus, an agricola esset, negauit: an verò negotiator, respondit.* Simulo vbi & quando opus, me negotiatorem esse. Vmbra amantum magis es quàm amator. *Plaut.*

Martialis Gargiliano hæredipetæ senibus & viduis munera mittenti dicit post alia:
Et potes insidias dona vocare tuas?
Sic auidis fallax indulget piscibus hamus,
Callida sic stultas decipit esca feras.

ἄρχεις ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατᾷς. *Lysandri Laconum ducis dictum improbum apud Plutarchum.* Viros iuramento, pueros talis fallendos.

Depinxit εἴρωνα Theophrastus in Characteribus c. 1.

Cùm quidam apud Alexandrum laudarent Antipatri vitam ceu frugalem sine luxu & austeram, respondit Rex Antipater extrinsecus est candidis vestibus indutus, intùs purpureis. *Vide* Zgadzay sie z ludźmi.

Cum dijs duodecim. *Vide sub* Chełpliwy. Inuertit vestem. *Vel* Inuersa veste homo. *Galli pro duplici versipelli vsurpant.* *Hîc licet vsurpare & illa alibi posita:* Proteus. Chamæleon. Vulpes. Simia. Pardalis *& similia.* *Adde illud vulgare.*

Nulla fides est in pactis. Mel in ore verba lactis. Fel in corde fraus in factis.
Pelle sub agnina latitat mens sæpe lupina. *Anonym. rhythmic.*

Vide Chytry. Oboietny 2. Máßkárá. Przyiaciel niéßczery. Stodkiś iáko chrzan.

Niéßczęścia, nędze, przygody, często k-dobremu powody.

Et calamitas virtutis est occasio. *Seneca ex P. Syro.*
πολλὰς ὁ καιρὸς ἄνδρας ἐκ ὄντας ποιεῖ. *Menander.*
Ex non viris occasio viros efficit.
ἀπὸ πάσης τῆς τύχης ζυμφοραὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια. *Maximus Tyrius.*

A fortuna

A fortuna calamitates ad philoſophiam viatica. *Sic Zeno naufragiũ paſſus gratias egit fortunæ, quod ſe ad vnum pallium redegiſſet, & ad Philoſophiã compuliſſet. Laértius.*

Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet?
Publica virtuti per mala facta via eſt. *Ouidi.* V. Przygody.

Nieſzczęście ſzczęśliwe

Nunc bene nauigaui cùm naufragium feci. *Vide* Dobre ze złego.
Vulnus Telephi. Venenum ſalutare. V. Zabłkodźić chcąc pomogł.
Opera & oleum perijt. Scæuolæ dextra errans. V. Trefunek niespodźiány.

Nieszczęśliwe mieysce

Acherũtis oſtiũ in noſtro eſt agro. &c. Hoſpitiũ eſt calamitatis, quid verbis opus eſt? Quamuis rem malã quærens, illic reperias. *Plaut Trinummo de agro malo multa talia.* μαλαφία. *Ariſtoph.* Beata. *de palude quadam noxia per Antiphraſin vel* εὐφημισμόν. ἀπὸ λατρείας. *Plutarch.* Lapicidinæ. *quarum cruciamenta Acheronticis grauiora eſſe ait Tyndarus in Captiuis Plauti in fine.*
Ἄργους λόφος. Argi collis. *de loco vel negotio calamitoſo. à loco latrociniis, infeſto.*
τὸ Χαρώνειον. *Laérti.* Charonium, barathrum fœtorem exhalans, *vel porta quæ educebantur Athenis ſupplicio afficiendi.* Χαρώνειον θύρα. *Polluci.* *alii* Orcus. Catomium *al.* Catonium. *Cic. Gelli. idem cum Charonio eſſe quidam volunt.*
ἀεὶ τῷ Ἰλίῳ κακά. *Euſtathi.* Semper Ilio mala .i. *Ilium ſemper infelix. Celebres item ſunt clade bellica apud Romanos Cannæ & Allia. Liui. Ouid. Cic. & apud Græcos Thermopylæ Marathon &c. Strabo. Pauſan. Plutarch.*

Nieszczęśliwemu nalepiey domá śiedzieć.

Nil agere ſemper infelici eſt optimum. *P. Syrus.*
μηδὲν ἐπιχειρεῖν ἐς ἄριστον δυσμόρῳ. *A.*
οἴκοι μένειν κακῶς πράσσοντα, *iubet Æſchylus.* Domi manere infelicem.
ἀναπαυτὶς ἐστι τῶν κακῶν ἀπραξία. Requies malorum eſt otiũ infelicibus.
οἴκοι βέλτερον εἶναι ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύραζε. *Heſiod.*
Domi eſſe optimum, porrò foris noxium.
ἐλάττω πράττων, ἐλάττω ἐξαμαρτάνει. *Plato.* Pauciora agens, rariùs peccat. *Huc accerſere potes, ex 3. libro Regum c. 2.* exemplum Semei, *qui ſi ſediſſet domi vt iuſſus erat, & fatalem ex vrbe egreſſum non cogitaſſet, occiſus non fuiſſet.*

Nieszczęśliwy człowiek. Mizerny. Nic mu śie nie powodzi. Nieszczęśliwie. Nie po szwie mu śie porze.

Aurum habet Toloſſanum. *Gellius. Meminit & Cic.* V. Kościelny zbior. *Helenes & Eriphiles ſegmenta Delphico theſauro dicata, & inde rapta omnibus poſſeſſoribus erant exitialia. Rhodigin. ex Diodoro.*
Equum Seianum habet. *Gellius* *Equus Seij laudatiſſimus fuit, ſed ipſi poſſeſſori imprimis, deinde Dolabellæ, tum Caſſio, denique Antonio exitialis exſtitit.*

Seiani

Seiani *item* miſerabilis & luctuoſus exitus *celebris eſt apud Tacitum. Iuuenal. Sueton.*
ἐν τετράδι γεγενημένος. *Euſtathi.* Quarta luna natus. *vt Hercules, qui tota vita cum monſtris luctatus eſt.* *Vnde etiam* Pyrrhus Rex *apud Lucium Florum*, ſe Herculis ſidere natum *dicere ſolebat.*
ὄμμα κρόνιον εἰς αὐτὸν ἐνέσκηψε *vel* ἐνέβλεψε. *Heliodor.* Saturni oculus in illum incubuit, vel aſpexit. *Nam hoc ſidus maleficum & infauſtum habetur.*

νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν οὔτ' ἐλαύνομεν. *Ariſtophan.*

Nunc neque currimus neque remigamus vel equitamus.
Ventis iturus non ſuis. *Horat.* .i. *aduerſis infelicibus. Lambin. Cerda.*
Vadimus haud noſtro numine. *Virg.* .i. *infeliciter.* Deus non meus. *Tibull.*
μανίας σε ἔωρακε. Mantis te vidit. *de ijs dicitur, quibus faſcinator oculus aliquid mali obiecit. Rhodigin. nam haec locuſta inquit Ariſtarchus* ἀπέλαβες γὰ κακὸν ὁρῶσα. noxij & grauis aſpectus eſt. *& ſi quem aſpexit, aliquid mali illi accidit. Sed & locuſta aduentantes penuriae ingruentis praſagium ſunt.*
γαλῆν ἔχει. *Diogenian.* Muſtelam habet. *quia domi alere hoc animal inauſpicatum credebatur. In Sticho etiam Plauti è muſtela infelix auſpicium cepit Gelaſimus Paraſitus.*
δεινότερα Σαμβίκα πάσχει. *Plutarch.* Atrociora Sambico patitur. *Expilator hic Eleus ſacrorum & profanorum vno anno cruciatus eſt, vt proderet ſocios, nec tamen prodidit, & crudeliter interemptus eſt.* πασῶν κακοξήτων πόδα ἔχει. *Alcæus.* Omnium malorum pedem habet .i. *oppreſſus malis vt pes montis vel pes nauticus.*
ἐπ' ὄνῳ πονηρᾷ ὀχεῖται. *Suidas.* Malo aſino vehitur.
τῶν μονομάχων ἀθλιώτερος. *Athenaeus.* Monomachis miſerior. *neci expoſitis.*
ἀλλότρια ἀεὶ βάλλει. *Diogenian.* Aliena ſemper iacit, ſ. *in teſſeris, talis.*
Hodie nihil ſuccedit. *Plaut.* Non ſuccedit ſub manus negotium. *Idem.* Niepo
ßwié śie porzé. Aduerſo vento nauigat. *Cæſar.*
Aduerſo flumine lembum ſubigit. *Virgil.* Aduerſis auibus ſoluit. *Cic.*
Aduerſis auſtris ætatem ducit. *Horat.* Aduerſa tempeſtate vtitur. *Terent.*
Aduerſos habet deos. *Propert.* Dijs iratis natus. *Horat.*

Omina non albæ concinuiſtis aues. *Ouidius.*

Maleuolente Genio natus. *Plaut. vt legit Boſius Palmer. Meurſi. pro ingenio.*
Aut ego profectò genio egregio ad miſeriam natus ſum. *Terent. vbi etiam aliqui malunt legere ingenio egregio.* Niger, pro infelici vſurpatur *(vt albus pro felici) ſic Ouid. Atris lapillis reos damnabant. Horat. ait* Carbone notandus. *ſimiliter Perſius.*

Niéßczęśliwy / podéyrzliwy.

ἡ δυσκολία ταχύποπτος *vel* κακύποπτος. Infelicitas citò vel malè ſuſpicax eſt; facilè & malè ſuſpicatur. *Eleganter id licet pluribus verbis expreſſit Terent. dicens.*

Omnes quibus res ſunt minùs ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo
Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis,
Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.

Ad tri-

Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio. *P. Syrus. al.* ſuſpectio. Podeyrzliwy źlé wßytko wykłáda.

εὐπιῶν ἀτυχῶν ἐστιν ἄνθρωπος φύσει. *Menander.*

Sunt calamitoſi ſponte creduli ſua. (*Thyeſte.*

Proprium hoc miſeros ſequitur vitium Nunquam rebus credere lætis. *Sene.*

Nié ßkodá go. Nié żaluy go. Bogu go mé żal.

γέρων βοῦς ἀπένθητος ὀλόμοιο. Bos ſenex non lugetur à domeſticis. *quia ſatis iam laborauit, nec amplius vtilis eſt. idem de homine ſene vulgo iudicium.*

ἐν καρῇ κίνδυνον σ' ποιεῖν. *Plato. Ariſtides.* In Care (*vili gente*) fac periculum. Si quid cum periculo experiri velis, id in Care potiſſimum eſſe faciendum. *Cic.*

νῦν θεοὶ μάκαρες. Nunc dij beati. *Dicebant cùm malis mala accidebant, quaſi diis ſit dignum & gratum cùm improbi dant pœnas. Contrà.*

Θεῷ δ' ὄνειδος τοῦτ' κακὸς εὐδαιμονεῖν. Probrũ eſt Deo, cùm res malo ſunt proſperæ.

De improbis viris auferri præmium & prædam decet. *Plaut.*

De præda prædam capio. *Idem.* — De fluuio qui aquam deriuat ſibi,

Niſi deriuetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare. *Idem.* q.d. *ſatius eſt aliquid commodi percipere ex eo, quod, licet non percipias, peribit.*

λαφυροπωλεῖν *apud Plutarchum eſt.* prædam vel ſpolia hoſtibus detracta ſub haſta vendere. *quæ velut aliena & facile parta paruo pretio diſtrahi ſolent. Vide ſimile eiusdem dictum ſub* Nieć śie kurzy. *Sed hæc non ad perſonam ſed ad rem referas dicens.*

Nié ßkodá tego. Bello parta. *apud Eraſmum. quæ parui æſtimantur.*

κακὸν κακῶς νιν ἄμοιρον ἐκτρίψαι βίον. *Suidas.*

Vitam malus vir tranſigat malam malè.

ἢ μᾶλλον φειδόμεθα ἢ λύκων. *Ariſtophan.* Non magis parcemus quàm lupis. *Qui enim catulum lupi occidebat apud Atticos, talentum è publico præmium accipiebat, qui adultum lupum, duo talenta.*

—κἂν αἶξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. *Diogenia.* Mordeat vel capra nocentem.

φασὶ παροιμιακῶς κἂν μὺς δάκῃ ἄνδρα πονηρόν.

Vulgò dicitur, vel mus mordeat improbum.

καὶ ζῶν τε καὶ θανὼν κολάζεσθω κακός.

Viuensq; mortuusq; plectatur malus. Qui domi compluitur. V. Zły gospodarz.

Nemo eius vicem flet, qui ſe temerè in periculum præcipitauit. *Garner.*

οὐδεὶς κακὸς θεοφιλής. *Charondas.* Nemo improbus à Deo diligitur.

οὐδεὶς τ' ἀνοήτων καὶ μαινομένων θεοφιλής. *Plato.*

Nullus ſtultus & inſanus Deo carus gratus.

Nié ßukay zwády/ maß-li dość rády.

ἐξὸν φυγεῖν μὴ ζήτει δίκην. *Alcibiades.* Cùm licet fugere, ne quæras litem. *Senarius erit ſic.* ἐξὸν φυγεῖν σε, μηδαμῶς ζήτει δίκην.

Cum fugere liceat, mitte lites perſequi. V. Nié goń tégo co vćiéka.

Nié ták-emći frogi. Jużemci nié on. Vtártoć mi rogow.
Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis. *Virgil.*
ἐκ εἰμὶ τότων τ ἡρώων. *Zenodot.* Non ſum ex illis heroibus .ſ. *ad nocendum prōpenſis, quales mali genij.* Nié tákem ći zły.

Nié ták ći mnié zowią. Nié Jánay ſe mi. Nie Piotray mi/ bom ia SKI, ábo CKI. Jego mość. Pan Stároſtá/ &c.
——Gaudent prænomine molles Auriculæ. *Horatius .i. libentiùs audiunt cùm ſalutantur prænomine quàm nomine aut cognomine. quod etiam Cic. indicat epiſtola ad Volumnium.* Quod ſine prænomine familiariter epiſtolam ad me dediſti, dubitabam, &c. *Nam Romanorum ingenuorum tria erant nomina.*
1. *Nomen familiæ cuiuſq; proprium, vt Cornelius.* 2. *Agnomen gentis vel cognationis, vt Scipio.* 3. *Prænomen quod differentiæ cauſa nomini præponebatur. vt Lucius. Publius. Acceſſit poſtea quartum ex euentu aliquo inſigni, Agnomen dictum. vt Africanus. Serui & libertini carebant prænomine, ſed Nomen tantùm & Cognomen ex ſeruitute tractum habebant. vt apud Perſium, Marcus Dama. Honorificentius ergo habebatur ſalutari prænomine & cognomine; familiarius nomine. Sic Martial. l. 2. epi. 68. In Ollam.*
Quod te nomine iam tuo ſaluto Quem regem & dominum priùs vocabã.
Ne me dixeris eſſe contumacem. &c. *(quia aduerti te vilem & inopem eſſe.)*
Simile eſt ep. 113 lib. 1. in Priſcum. Apud Ciceronem etiam C. Cæſar ſcribens P. Clodio Pulchro tantùm ſcripſit. Cæſar, Pulchro. quod carpit Cicero, quòd amoris eſſet ſignum nominibus tantùm familiariter compellare. Idem patet ex Tacito Sueton. Ammiano. Noſtrates etiam Nobiles plerunq; reſpuunt nomen proprium, (niſi à familiaribus vel amicis æqualibus) ſed amant compellari familiarum aut dignitatum nominibus.
Sed & familiarum ſuarum cognomina à plebeiorum cognominibus diuerſa & diſſimilia eſſe volunt. Referam fabulam cuius ſpectator & actor ipſemet fui.
Ante annos ampliùs triginta, Illuſtris quædam femina, filios ſuos ad ſcholas noſtras miſerat, cùm pædagogo, qui ſibi cognomen (omiſſo paterno) à ditione illius feminæ vnde oriundus erat, in IVS, vt mos eſt plebeiorum, deſinens, adſciuerat: filij verò heriles eadem cognomine, ſed SKI ſyllaba Nobilitatis indice terminato, vocabantur. quos illa, dum in ſcholis Latinè terminata ſed plebeia ſimili voce, & eadem cum pædagogi cognomine (vt puriùs vel cultiùs Latinè loquentes ſine cuiusquam iniuria vel inuidia faciunt) vocari intellexit; indigniſſimè tulit, & cum magiſtris filiorum expoſtulauit ac contendit, vt inter pædagogum & filios ſuos cognominis diſcrimen eſſet. Porrò mulieri graue conuicium erat audire, Mulier. patet ex Plauto Terentio.

Nié ták-em o tobié trzymał. Wiecey-em o robié rozumiał.
Jużeś v mnié ráńby. nié drogi. nié ſrogi.
πρὸ τότε σὲ ὤμην κεραὸν ἔχειν. Antehac te putabam habere cornua.
Jacitur in eum, qui antea fortis acris timendus vel ſtrenuus putatus, ignauus & abiectus apparuit. Nam cornua ad robur vel ferociam denotandam pertinent. vt Horat. Parata illo cornua. *in malos. Et Plaut.* Cornutam beſtiam petis.
mile eſt illud Martialis in Priſcum. Cum te

Cum te non noſſem dominum regemque vocabam .i. *patronum diuitem liberalem.*
Cum benè te noui, iam mihi Priſcus eris .i. *vilis, plebeius, aut ſeruus.*
Semper aliquem virum magnum & pulchrum putabam fore, Nunc paruus & imbellis ac vilis me excœcauit. *Cyclops apud Homerum dicit:* ἀλλ' ἀιεί τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην. *&c. Vtitur Cicer.*
λαγῶ ϛίον ζῇς, ὁ πρὶν ἄγριος λέων. Olim leo ferox, leporis æuum nunc agis. *In timidum & delicatum, olim ferocem & rigidum.*

Nié ták hárdźié / ábo ſroco. Nié do kordá / pánié, hordá.
Mity ieżu nié kol.

Bona verba quæſo. *Terent.* .i. Meliora loquere rogo *Donat* εὐφημα φώνει δέομαι σου. Ah ne ſæui tantopere. *Terent.* Ah, tam ſæuiter! *Plaut.* Faceſſas dictum elatũ. *Idẽ.* Eia Lyde leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis. *Idem.*
Tolle minas, fatus, medium procedit in æquor. *Virgili.*
Non agnoſco veſtrum tam ſuperbum. *Terent. .ſ. animum, morem, inſtitutum. Donat.*
Nié ßeść / ábo nié ſto koni cie iéżdżi. Aſinus de puteo Æſopi modò venis & iam exclamas. *Tertulli. In eum qui indoctus recens veniens inter præſtantiores vel doctos ſe extollit.* τῶν δυνατῶν τι κέλευε, ἃ γὰρ παρὰ κενταύροισι. *Teleclides.* Iube factu poſſibilia, non enim inter Centauros es.
ζῶντα ἄφες ξεῖνον. *Theocrit.* Viuum dimitte hoſpitem. Sine incolumis abeat. *ſed ironicῶs proferendum hic eſt.* Si Laconum. V. Dáléko do tego.
μὴ μεγάλα λέγε. *Ariſtophan.* Ne magna loquaris.
ἢ φρονεῖν ἔλαττον, ἢ δύνασθαι δεῖ μεῖζον.
Aut minùs animoſum eſſe, aut plùs poſſe oportet.
ἢ τῇ δυνάμει πρόσθες, ἢ τὸ φρονήματος ὕφελε. *Plutarch.*
Aut adde viribus, aut animoſitati detrahe. *Sic Iſaiæ 16. de Moab.*
Superbia & arrogantia & indignatio eius plùs quàm fortitudo eius.
μήποτε κύρν' ἀγορᾶσθαι ἔπος μέγα, οἶδε γὰρ οὐδεὶς
ἀνθρώπων ὁ, τι νὺξ κ' ἡμέρα ἀνδρὶ τελεῖ. *Theognis.*
Verbum Cyrne caue magnum ne dixeris vnquam.
Neſcis quidnam homini noxúe diéſue ferat.

Nie ták ſrogi lév, iáko go máluia. Nié ták ßpétny cżart. *&c.*
Mowy luckie záwße ináczey rzéczy vdáia / niż ſą.
Vtá vdániu wiele należy. Inßa ſtyßeć: inßa widżieć / doznáć.

Oratione res augentur. Rumor ſemper in maius narrando creſcit A.
Fama loquax quæ veris addere falſa
Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit. *Ouidi.*
Fama malum —— quæ magnas territat vrbes. *Virgil.*
—Plùs nominis horror Quam tuus enſis agat. Minuunt præſentia famã. *Claudiã.*

ἄγνωστα κακὰ φοβερώτερα τὸ δεῖν ποιεῖ. *A.*

Ignota mala terribiliora facit metus. Viſu non re terribile. *Seneca.*

Sic Vulpes apud Æſopum, Leonem nunquam viſum, primò ita timuit, vt viſo eo propè exanimaretur, ſecundò viſum minùs timuit, tertiò acceſſit & allocuta eſt.

μάλα πολλὰ διαφέρει τό γ' ἀκοῦσαι τοῦ ἰδεῖν. *A.*

Audire conſpicereque multùm differunt.

Leo item apud eundem Æſopum, audito ranæ coaxantis ſono extimuit, viſam verò adijt & pede obtriuit. Epimythion Planudis eſt tale.

μὴ δεῖν πρὸ τῆς ὄψεως δι' ἀκοῆς μόνης ταράττεσθαι.

Non oportere antequam videas ob auditum ſolum perturbari.

Gallicum illud eſt. Non tam niger diabolus eſt vt pingitur. *Garner.*

ὁ τοῖον ὡς γράφει ἐστι διάβολος μέλας. *A.*

V. Stuch rzéczy odległych/ wiekſzy niż ſą bywa. & Nie wſzyſtko prawdá co ludźie trzeſą.

Nie tak wiele o ſobie trzymam.

——— Haud equidem tali me dignor honore. *Virg. Ex Homero apud quem Vlyſſes Alcinoo putanti ipſum eſſe Deum, ait:* ὁ γὰ ἔγωγε

ἀθανάτοισιν ἐοικα τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν

ὁ δέμας, οὐδὲ φυὴν, ἀλλὰ θνητοῖσι βροτοῖσι. Non enim ego

Immortalibus ſimilis ſum, qui cælum latum incolunt,

Neque corpore, neque indole, ſed mortalibus hominibus.

ὅτι ἐγὼ θεός εἰμι, τί μ' ἀθανάτοισιν εἰσκεις; *Lucian. & Plutarc.*

Nullum ego ſum numen, quid me immortalibus æquas?

Quadrat & illud Virgilij. Non ea vis animo. *& Cic.* Non noſtrum onus.

Hæc tamen mea pro Senatus conſulti auctoritate haberi minime velim. *Turnebus.*

V. Nie twoią to rzeczą.

Nie tego ia chcę. Nie o to proſę. Nie tego mi trzebá.

Quod peto da Cai. (ſ. *nummos*) non peto conſilium. *Martial. l. 2. ep. 30. lege totum. Sic in Pſeudolo Plauti Calidoro argentaria inopia oppreſſo dat conſilium Ballio:*

Eme die cœca (i. *pecunia promiſſa*) hercle oliuum, id vendito oculata die. (i. *pecunia parata.*) Et *Calidor.* Perij. Metuunt omnes credere.

Item Truculento. Magisque adeò ei conſiliarius hic amicus eſt quàm auxiliarius.

Falces petebam &c. V. Za o Páwle.

Nie tem tego zbyć. Słowo złkody nie nágrodzi.

Vbi tu peregrè tibi quod lubitum eſt feceris, Venias nunc precibus lautum peccatũ tuum! *Terenti.* Nunquam tu mihi verbis ſolues, quod re male feceris. *Idem.*

Non eſt fas, re peccantem ob verba (*preces*) dimitti, vt rectè agentem ob verba perire. Verbum enim linguæ, res animi peccatum. *Antiphon. Græcus.*

Nietoć

Nié toć to ieſt. Nié toć wádźi.

ἀπαίδευτοι τὸ μὴ ἄιλιον ὡς ἄιλιον ἀιλιῶνται. *Iſocrates.* Imperiti ea cauſantur, quæ in cauſa non ſunt. πέδιλα χωλὸς ἄνιτα ψοδῆ μεμφεται. *A.*

Falsò impares gemit eſſe claudus calceos.

Spinas habens infixas pedibus, per ſpinetum ſe ambulare putat vel queritur. Harpaſte anus cæca tenebroſam eſſe domū aiebat & migrare toties volebat. *Seneca.*

Nié to złodźiey co krádnié / álé co przyymuié. *Vel potiùs:* **Ták to złodźiey co przyymuié / iák ten co krádnié.**

ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ κλέψας. *Phocylides.*

Ambo ſunt fures, & qui recipit & qui furatur. *Et apud ICtos puniuntur receptatores.* Nam faciens & conſentiens ac adiuuans pares ſunt.

Bis peccas, cùm peccanti obſequium accommodas. *P. Syrus.*

τὰ αὐτὰ ἐστι ζημίας ἄξιοι οἱ συγκρύπτοντες τοῖς ἐξαμαρτάνουσι. *Iſocrates.* Eadem pœna ſunt digni occultantes qua peccantes. ὁσῷ ἧττον ἠσεβήκασιν οἱ βεβουλευκότες, τοσῷ χερσὶ πεπραχόντων. *Demſthenes.* Non minùs impiè egerunt qui conſilium dederunt, quàm qui manibus ſuis facinus patrarunt. *Ita in Rudente Plauti Trachalio ſeruus, qui viderat Piſcatorem ſaccum alienum merſum, ex aquis extrahentem, argumentatur.* Si veniat dominus cuius hic ſaccus eſt,

Quî minùs ego, qui inſpectaui procul te hunc habere, fur ſum, quàm tu?

Quo argumento ſocius non ſum? *(ob conſcientiam tantùm facti.) Vide apologū de fure & furtum receptante. ſub* Złodźiéią domowego. *Affine,* Przyzwaláiacy.

Nié toś obiécował. Nié tegoſmy śie ſpodźiewáli. Nié toś począł.

Pro amphora vrceus. *Sic Horatius.* Amphora cœpit.

Inſtitui, currente rota cur vrceus exit? *Simile eſt & illud eiuſdem.*

Incœptis grauibus plerunque & magna profeſſis

Purpureus latè qui ſplendeat vnus & alter Aſſuitur pannus. &c. .i. *Quidam Pòëtæ aggreſſi grandia ſcribere, ad leuia deſcendunt & pueriliter ſplendida affectant, licet non cohærentia, vt arbores, ſyluas, flumina, irides &c.*

αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι. *Homer.*

Heu turpe eſt manſiſſe diu vacuumque redire. *Vt ex Academia ignarum, ex mercatura inopem, vel diu fruſtra vixiſſe.* *Affine,* Omylitá nádźiéią. Wiekßy huk.

Nié toż mácochá co matká. Co mátka to matká: a co mácochá / to mácochá.

Omni nouerca mater omnis gratior. τεκοῦσα πάντων μητρυιῶν χαριεστέρα. *A.*

ὅσον μητρυιῆς γλυκερώτερον ἔπλετο μήτηρ,

τόσσον ἅλος πολιῆς γαίας πολυηνεστέρη. *Antipater in Antholog.*

Quantò mater eſt nouercâ dulcior, Tantò terra mari cano optatior. *Nouercæ apud Græcos & Latinos ſcriptores malè ſemper audierunt, eo nomine, quòd priuignis infeſtæ admodùm eſſe ſoleant.*

ἐχθρὰ γὰρ ἡ τεκοῦσα μητρυιὰ τέκνοις,
τῆς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἡπιωτέρα. *Euripides.*

Hoſtis nouerca eſt antè natis liberis, Nihilq; mitior nocente vipera.

——— φθονεῖν γὰρ φασι μητρυιὰς τέκνοις. *Idem.*

Aiunt nouercas inuidere filijs. Iniuſta, ſæua, mala nouerca. *Virg.*

παίζομένην θυγατέρα μητρυιῆς ὑπὸ χερσὶν ἀλασθαλίῃ. *Apollonius Rhodi.*

Percuſſam filiam nouercæ manibus improbæ.

πάντες οἰόμενοι εἶναί τι μισοῦσι τοὺς τῶν προγόνων πάντας μητρυιᾶς, κἂν χρηστοὶ ὦσι. *Lucian.* Omnes arbitrantur omnibus nouercis ineſſe odium erga omnes priuignos, etiamſi probæ ſint.

In vita Æſopi olitori quærenti, cur herbæ ſponte è terra prodeuntes, nullo cultore adiuuante, celeriùs & uberiùs creſcant; quàm quæ ab olitore inſeruntur, etiamſi is magnam diligentiam in his excolendis & irrigandis adhibeat? Reſpondit Æſopus: quòd illarum ſit mater, harum nouerca. Vt ſit, cùm mulier habens liberos ſuos, nubit viro habenti viciſſim ſuos, ex priori vxore liberos. hæc enim ſuos amat & bene alit, alienos odit & malignè paſcit, quin cibum eis ſubtrahit. *Vide* Mácoßyne dźiećie.

Nié trafiés. Nié zgadźés.

οὐδ' ἴσως ἔβαλες. *Plato.* Longè à ſcopo ieciſti.

τῆς θύρας ἥμαρτες. *Ex Ariſtot.* Ab ianua aberraſti.

οὐ κατὰ θύρας ἀπήντησας. *Idem.* Haud contra oſtium occurriſti.

τῆς θήρας ἥμαρτες. *Ariſtid.* A fera aberraſti, *in quam iaculum conieciſti.*

ἀλλότρια ἔβαλλες. *Diogenian.* Aliena ieciſti. *vt in ludo aleæ.*

τοῦ σκοποῦ ἀπέτυχες. *Lucian.* A ſcopo aberraſti. οὐκ ἔστι ταῦτα οὐδ' ἐγγύς, *Ariſtides.* Non ſunt hæc ne prope quidem .i. *multùm abſunt.* V. Tráfił podlé celu.

Nié trafiés ná dudká. Nayđzi ſobié blazna.

Quære peregrinum .ſ. *quem ignotus illi decipias. nam* ego te noui. *Horat.*

Alium poſthac inuenito, quem tu habeas fruſtratui. *Plaut.*

Abi ſis nugator, nugatori nugari poſtulas. *Idem.*

Non reperiſti adoleſcens tranquillum locum,
Vbi tuas virtutes explices, vt poſtulas.
Nam ſtrenuiori deterior, ſi prædicat Suas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ. *Idem.*

βάλλεις εἰς ἐχόντα τὴν πυκτικήν. Impetis peritum artis.

Haud ſibi cum Danais rem faxo & pube Pelaſga
Eſſe putent, decimum quos diſtulit Hector in annum. *Apud Virg. Turnus Troianis dicit. Apud eundem Camilla Orphito venatori à ſe occiſo inſultans ait:*

Syluis te Tyrrhene feras agitare putaſti!

Juuenal. de Pollione nepote quodam luxurioſo qui abſumptis omnibus,

Circuit, & fatuos non inuenit .ſ. *qui illi velint credere pecuniam.*

Confer. Tráfił ſwoy ná ſwego. Nié oßukaß.

Nié trus

Nié trudno o to. Nié drogie to rzéczy. Sroká zé krzá/ á dwié w kierz.

Fungus vnas nocte naſcitur ſeu erumpit è terra. *Pierius.* *Apud Plautum etiam, fungus de homine nihili.* Tanti eſt quanti fungus putidus.

Inueniam alium. ἐκμαξαι, μὴ κλαιε τέκνον, χ' ευρήσομεν ἄλλον. *Epigr. Rufini.* Abſterge te, Ne plora filia, inuenietmus alium.

Sic Virgil. Inuenies alium ſi te hic faſtidit Alexis. *Ex Theocrito id, qui dicit.*

εὑρήσῃς ἑλατειαν ἴσως καὶ καλλιον ἄλλην.

Inuenies Galateam forte etiam pulchriorem aliam.

Si mola clauſa vna eſt, alia inuenietur aperta. *Garner. Gallic.*

παρὰ τὰς θύρας ἐστί *Plutarch.* In foribus eſt. *Affine,* Poſpolite i wolne rzéczy.

Nie trzeba głupich ſiać, ſami ſie rodzą.

ἅπαντα πλήρη ἐστιν ἀφρόνων βροτῶν. *A.* Stultorum plena ſunt omnia. *Cic.* Stultorum infinitus eſt numerus. *Eccleſiaſtes c. 1.*

Meneni vel Meneniorum fecunda gens. *Horat. à Menenio quodam ſtulto, qui filios item ſtultos habuit. Vel alluſio poteſt eſſe ad vocem Græcam μαίνεσθαι inſanire, vel ad μεμηνὼς inſanus. Laum. Turneb.*

τῶν πλιθιων ἄπειρα γένεθλα. *Plato.* Stultorum infinita ſoboles.

Nié trzébá go maczyć/ ſam ſie zaraz wyda.

Erubuit, ſalua res eſt. *Terent.* Labaſcit victus vno verbo, quam cito! *Idem.* Erubuit. vis enim magna eſt naturæ. *Cic. Item l. 2. ad Herenni.* inter ſigna conſcientiæ vel nocentis vel innocentis eſt erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe. &c.

Confeſſus ſecreta pudor (*eſt.*) *Claudian.*

τ' νῦν ἐρυθῆ φανερὸς βασάνων ἄτερ. *A.*

Corda manifeſtat abſque tormentis rubor.

Nié trzébá go wiele námawiáć. Nié trzébá mu przynaglać. Jédno népomknąć. Námowiß ſnádnié. Sam ſie tego domyśli. Domyśli ſie oſtátká.

Currentem tu quidem. *Cic. ſ. hortaris vel incitas.* Ἐπιδιδοντα παραναλεῖς *Lucian.* Currenti calcar addis. *Plini. iuni.* Memorem mones. *Plaut.*

Potin' vt taceas? potin' ne me moneas? memini & ſcio & calleo & cõmemini.

Satis fuit indoctæ, immemori, inſipienti dicere toties. *Idem.*

Ter tanto peior ipſa eſt, quam illam tu eſſe vis. *Idem.*

Impulit in latus ac venti velut agmine facto Quâ data porta ruunt. *Virg.* Sufficit aperire fores. *Ex Cic.* Vel patefacere feneſtram. *Ex Terent.*

Non opus admiſſo ſubdere calcar equo *Ex Ouidij verſu modicè mutato.*

ἐιδότι λέγεις. *Plato vſurpauit & Cic.* Scienti loqueris.

Ἀτρείδη κύδιστε τί μὲ σπεύδοντα χ' αὐτὸν ὀτρύνεις;

Homer. Atrida celebris quidnam me vltrò properantem Impellis?

Γινώσκω,

Γινώσκω, φρονέω, τά δε δὴ νοέοντα κελεύεις. *Idem.*

Cognosco, sapio, quin narras ista scienti.

Male trahit huc Erasmus illud ex Theocrito. Suade lupis, vt insaniant, qui inquit sponte naturæ id faciunt. *falsum enim id est. Vide* Wymowá wielka.

ἡ σφαῖρα κατὰ πρανοῦς. *Eustathi.* Sphæra vel globus per decliue .s. *vltrò labitur.*

τὸν ἵππον εἰς πεδίον ſ. προκαλεῖς. *Lucian.* Equum in planitiem prouocas. *qui in ea maximè gaudet currere.*

κεκυλισται ὁ πίθος: Prouolutum est dolium. *quod leuissimo impulsu promouetur.*

Musas hortaris vt canant. *Auſoni. quæ nullo hortante id faciunt.*

θάλπει ἐπὶ τὸ πῦρ. *Zenodot.* Titio ad ignem .s. *mox concipit ignem.*

πῦρ ἐπὶ θάλπον ἐλθόν. *Diogenian.* Ignis ad torrem admotus.

γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττεις. *Zenedot.* Nudo excubias vigilias imperas. *qui etiam inuſſus vltrò quin necessariò ob nuditatem vigilabit.* Béz roſkazánia to vczyni.

Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς. Lydum in planiciem prouocas. *Lydos optimos equites fuisse scribit Herodotus.* ἡ χύτρα τὸ φακέας ἥψετο. *Athena.* Olla lenticulam attigit. *cui destinata est* ἥψετο *ab* ἕψομαι *format hîc Henr. Steph. & coquebatur, reddit. sine adagio vllo, non ab* ἅπτομαι *apprehendo, capesso.*

——— ἕλκει τε δὲ ἄνδρα σίδηρος. *Homer.* Ferrum (*conſpectum*) virum trahit. (*ad prælium*) *vſurpauit id Tertullian.*

Concitato nauigio, cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen nauis ipsa motum & cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum. *Cic.*

Tié trzébá mowi / á przédśie biérzé / üje / pijé. Wrzkomo niechcé.

ὁ Σκύθης τὸν ἵππον βδελύσσει vel μυσάττεται. *Zenodotus. Suidas.* Scytha equum fastidit .s. *fieltè.*

Σιγᾷ μὲ ἐχθαίρει τε, βούλεται δ' ἔχειν. *Suidas.*

Tacet odiumq; fingit, tamen habere vult.

ἀκκίζειν *Græci vocant* (*Accissare*) *cùm quis fieltè recusat id quod maximè cupit. vsus est Cicero verbo* ἀκκιζόμεθα .i. *dissimulamus. Tractum volunt aliqui à femina Acco quæ hunc morem habuit.* Σκύθης ἀκκιζόμενος τὸν ὄνον. *Suidas.* Scytha accissans asinum. Candidatus Cæsaris. *Vel,* Tanquam candidatus Cæsaris petis .s. *munus aliquod vel magistratum, de eo qui confisus fauori & commendationi Cæsaris negligenter vel dissimulanter petebat, quasi obtinere nollet. Cic. Suetoni. Quintilian.* Canditatus principis. *Vlpian.* *Simile illud Ciceronis apud Gellium:* Prudentis & cauti patrisfamilias est, quod emere velit, empturum se negare, propter competitores emptionis,

Et Martial. de Lupo hæredipeta ad Vrbicum.

Hortatur fieri quod te Lupus Vrbice patrem .i. *adoptare filium.*

Ne credas, nihil est quod minùs ille velit.

Ars est captandi, quod nolis, velle videri,

Ne facias optat, quod rogat vt facias.

τῇ αὐλείᾳ

τῇ αὐλείῳ ἀποκλείσῃ, τῇ δὲ παραθύρῳ εἰσάγῃ. *E Plutarcho.*
Veſtibulo excludere, poſtico inducere & recipere .ſ. *munus vel aliquid priùs reiectum.*
Eſt etiam in vulgari prouerbio: Medicorum recuſatio. *ſed ea non in omnes quadrat, ſed in proletarios & triuiales, multi verò ſunt honeſti minimèque cupidi.*
Eleganter in Milite Plauti conuiuas fictè recuſantes lautitiam, deſcribit Periplectomenes dicens:

Nam ij ſolent quando accubuêre, vbi cœna appoſita eſt, dicere:
Quid opus fuit hoc, hoſpes, ſumptu tanto noſtra gratia?
Inſaniiſti hercle: nam idem hoc hominibus ſat erat decem,
Quod eorum cauſa opſonatum eſt, Culpant & comedunt tamen.
Sed ijdem homines nunquam dicunt, quanquam appoſitum eſt ampliter:
Jube illud denuò tolli, hanc patinam remoue, pernam nil moror,
Aufer illam offam penitam, probus hic conger frigidus,
Remoue, abi, aufer: neminem eorum hæc aſſeuerare audias Sed. &c.
Qui nimium multis Non amo, dicit, amat. *Ouidius.*
Fictè recuſat quod quis accipere cupit. *Garner.*

Nié trzébá z góry popychác/ ſámo śie toczy.

Facilis in procliuia decurſus eſt. *Seneca.* Cylindrũ protrudere. *Cic. .ſ. non eſt opus.*
ἡ ζφαῖρα αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν κυλίνδεται. *A.*
Per prona ſphæra ſponte voluitur ſua.
In procliui eſt imber cùm pluit. *Plaut. Vide ſuprà ab hoc tertium.*
Læuis & pronus eſt progreſſus ad ea quæ volumus. *E Plutarcho.*

Nié tu śie popiſować/ zalecác.

πᾶυε ποικίλων πρὸς ἡμᾶς. *Plutarch.* Deſine iſta apud nos variegare.
Ad populum phaleras, ego te intùs & in cute noui. *Perſius dicit homini improbo ſplendorem externum fortunæ oſtentanti.*
ἄλλό τι ποίκιλε. *Syneſius.* Aliud quidpiam exorna. Atticus in portũ. *infrà mox.*

Nié tu tego miéſce. Nie tu potem.

Non quærit æger medicum eloquentem, ſed ſanantem. *Seneca.*
Piſcari in aére, venari rete iaculo in medio mari me iubes! *Plautus.*
Sed nunc non erat his opus, & fortaſſe cupreſſum Scis ſimulare. *Horati.*
Delphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum. *Idem.*
ἀττικὸς εἰς λιμένα. Atticus in portum .ſ. *venit ſe oſtentatum, vbi nil eſt periculi.*
πόκον εἰς γναφεῖον φέρῃς. *Galenus.* Lanam in officinam fullonis fers,
Fullo enim non lanam rudem, ſed veſtes ex lana confectas mundat, candefacit.
ἵππους δ' οὐκ Ἰθάκην δὲ κ' ἄξομαι. *Homer.* Equos in Ithacam non ducam.
Telemachi eſt dictum. quia ea inſula petricoſa cùm ſit, equos non alit, nec iis vtitur.
O domus Anti (*vel* Anci) *vel* Antiqua quam dominare domino diſpari!
Cic. Philippica 2. *loquens de villa Varronis honeſtiſſimi & doctiſſimi viri ab Antonio helluone turpiſſimo occupata, addit:* At, quàm multos dies in ea villa turpiſſimè es per-

bacchatus! ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. O tecta ipſa miſerâ, quàm à diſpari domino (quanquam quomodo ille dominus?) ſed tamen quam à diſpari tenebantur! Studiorum enim ſuorum M. Varro voluit eſſe illud, non libidinum diuerſoriũ. *Idem 1 Offic: dicit.* Odiosũ eſt cùm à prætereuntibus dicitur. O domus antiqua, heu quam diſpari domino dominaris! *ſed hunc verſiculum Ennij vel potiùs Lucilij varii variè legunt & metiuntur.*

Bos in ciuitate. *rectè hic vſurpes. Lege ſequens caput.*

Lucius cauillator videns famulum Herodis Sophiſtæ lauantem rhaphanida dixit: Abſurdum eſt in funeſta domo alba rhaphanide veſci. *Nam Herodes homo opulentus domum ſuam alioqui ſplendidè ornatam, velis nigricantibus ob luctum obtexerat. Rhodiginus.*

Nié twoiá to rzécz abo dźiełó. Nié twey to głowy. Nié twoyſkie to rzéczy. Nic tobié po tem. Nié potrébuię w to. & Nié moiá to rzécz.

μὴ μάχαιραν ἄιρε θῆλυ. Ne ſumas mulier gladium.

μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. *Plutarch.* Ne puero gladium .ſ. *des.*

Nihil graculo cum fidibus. *Gellius.* Nil cœco cum ſpeculo.

τίς γὰρ κατόπτρῳ ϵ̓ τυφλῷ κοινωνία; *Epiphram.*

Quod namque cœco cum ſpeculo conſortium?

βοῦς ἐν πόλει. Bos in ciuitate. *dicimus, cùm rem vrbanam aggreditur homo agreſtis & ineptus. Ianus Gulielm.*

τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, μηδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Socrates apud Lactantium.* Quæ ſupra nos ſunt, nihil ad nos .ſ. *pertinent.*

ἕτερόν ἐστι Κιθάρα, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. *Stratonicus citharœdus Ptolomæo regi de Muſica ſecum diſputanti dixit apud Athen.* Aliud eſt ſceptrum aliud plectrum.

Aquila teſtudini volare affectanti reſpondet: πόρρω ἔστ᾽ τ᾽ φύσεως αὐτ᾽ εἶναι. Procul id eſſe à natura eius. *quæ tamen inſtitit vt tolleretur in altum, & delapſa in petram contrita eſt. Æſopus.*

ἡ κάμηλος πυρρίχαν μανθάνει. Camelus pyrrhicham diſcit.

λημῶν ὀφθαλμὸς ἡλίου ἀκτῖνας καθαρῶς ϵ̓ δέχεται. *Proclus Conſtantinopol.* Lippiens oculus ſolis radios purè non recipit. Sowa ná ſtońcé.

Bos ad certamen .ſ. *mittitur vel pergit. S. Hieronym. athletarum enim id eſt non boum.*

ἐνδύσατε με τὴν λεοντήν. Induitis me leonis exuuium. *alluditur vel ad ſinum Cumanum in Apologo: vel ad Bacchum ad inferos deſcenſurum apud Ariſtophanem.*

Herculis cothurnos ne infans induat. *ex Quintiliano.*

γυνὴ οὐκ ἡρακλέους ϵ̓ φοιτᾷ. *Suidas.*

Mulier Herculis *(ædem)* non intrat. *(eò quòd Hercules Omphale reginæ ſeruiuit) Dictũ in eos, qui rei alicui cui pares non ſunt, vel indigni ea ſunt, manus iniicere aggrediuntur.*

ἀλώπηξ τ᾽ βοῦν ἐλαύνει. *Suidas.* Vulpes bouem impellit .ſ. *agrum colendo.*

Non noſtrum inter vos tantas componere lites. *Virgil.*

τέκτων

τέκτων γὰρ ὢν ἔπραξες ἐ ξυλεργικά. *Euripides.*

Fabrilia, faber cùm haud fores, aggreſſus es.

Euſtathius explicans illum verſiculum Sophoclis (qui etiam huic loco ſeruit)

ἐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς .i.

Non cuilibet fas eſt Corinthum appellere. *addit ſequentem.*

ἐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σωφρόσι βροτῶν. .i.

Non à modeſtis nauigatur huc viris .ſ. *Corinthum.* q.d. *Tu modeſtus es, non debes adire ciuitatem luxui deditam, ne corrumpare.*

ὄνος πρὸς αὐλόν *Suidas.* Aſinus ad tibiam .ſ. *inflandam vel audiendam, ineptus eſt.*

ὄνος πρὸς λύραν. *Athenæ.* Aſinus ad lyram. *Dictum hoc lepidè detorſit Stratonicus citharœdus ad perſtringendum Cleonem cui nomen erat* Bos, *qui voce quidem ſcitè canebat, lyra non item. ergo audiens hunc Stratonicus dixit:* Olim dicebatur: Aſinus ad lyram, nunc verò verum eſt dicere βοῦς πρὸς λύραν Bos ad lyram. *non ſolum hiſtorico ſenſu, ſed & ironico & prouerbiali ac carpente. Ex Athenæo.*

Stulti ad cribrum. *de eo ait Pierius vſurpari, qui rem aliquam aut negotium viribus ſuis maius attentat. tunc autem ſenſus erit.* Stulti ad cribrum inepti. *Vide* Rozſądek wyborny. *aliter.* V. Dobrzé drugiemu kozy páść.

Ne ſambucam caloni. *ex Perſio qui ait:* Sambucam citius caloni aptaueris. *muſicum inſtrumentum intelligi vult Caſaubon. potiùs quàm bellicum vt Eraſm.*

Apud Gabriam Lupus aſino clauum è pede extrahens percuſſus ab eo dixit:

μάγειρος ὢν πάλαι ἰατρικῆς μεῖζον ἔργ' ἀνηξίωσ .i.

Cocus cùm pridem fuerim, indignè aut ſtultè medicinæ opera attentaui. *Idem Lupus apud Æſopum agno deuorando canens, à canibus deprehenditur & ait:* Cocus ego natus ſum, cantor eſſe non debui. Żáchćiáło śie wilkowi pleść/ śpiewáć. *Simius findentem ruſticum ligna imitans, haſit & dixit.* Non faber ego natus ſum.

Non noſtrum onus: bos clitellas .ſ. *ferat!* *Quintilian.*

Clitellæ boui impoſitæ ſunt. non eſt noſtrum onus, ſed feremus. *Cic. Non enim boues ſed muli & aſini clitellas geſtant: Sic cùm alicui munus non accommodatum imponitur.*

ὄνος αὐτολυρίζων. *Lucian.* Aſinus ipſe lyram pulſans.

Affine, Wiele to ná cie. Nié podeymuy śie. Dobrzé drugiemu. Nié przyſtoi. Nié motyká to Nié znaß śie ná tem.

Nié twoia to wina.

Mihi dolebit non tibi, ſi quid ego ſtultè fecero. *Plaut.*

Mei non tui tergi hoc facio fiducia. *Idem.*

Nie twoiey to gęby kaſek. Nié twych to zębow koſtká.

Nihil cum amaracino ſui. *de quo ſic Lucretius.*

Denique amaracinum fugitat ſus, & timet omne Vnguentum &c.

Patina plebeia non capit aprum. *ex Martiali. qui de eo ſic habet:*

Sed coquus ingentem piperis conſumet aceruum,

Addet & arcano miſta Falerna garo.

Ad dominum redeas; noſter te non capit ignis,
Conturbator aper. viliùs eſurio. Non eſt tui ſtomachi. *ex Cic.*

ὐ πρέπει ἄφρονι τρυφὴ, οὐδὲ δοῦλῳ ἐξουσιάζειν ἀρχόντων. *Prouerb. SS. 19.*

Non decent ſtultum deliciæ, neque ſeruum dominari principibus.

Simile eſt Martialis epigr. 77. lib. 6. in Aſrum, qui vilis homo cùm eſſet & ſanus, à ſex tamen ſeruis lectica geſtabatur. Et eodē libro epi. 84. In Philippū qui octophoro geſtabatur,

τι κοινὸν κυνὶ ϗ βαλανείῳ; *Lucian.* Quid commune cani cum balneo?

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Boletus domino. *Iuuenal.*

ἡ λεκάνη τ̓ δελφῖνα ὐ χωρεῖ. *Plutarch.* Delphinum patina non capit. *Amphicrates Rhetor Athenienſis arrogans, cùm exul Seleuciam Tigranis regem ingreſſus eſſet, & à ciuibus rogaretur, vt artem ſuam profiteretur, reſpondit:* Delphinum, &c. q. d. *Maior & nobilior ego ſum, quàm vt apud vos me oſtentem vel à vobis audiar.*

Malè manſum reiicias. *Ex Suida qui ait:*

εἴθε φάυλως ὥσπερ εὗρες βοῦβαλος τὸν ἔνδεν.

Vtinam velut male inueniſti reiicias bolum vel buccellam, manſum.

In eum dici volunt, qui inſplendidam conditionem malis artibus aut fortunâ immeritus & indignus inuolauit. aptè ad dictum Polonicū. Aſſine, Dobra kośić brzozá. Szkodá tu tego.

Nié tykay tego.

πάρες τ̓ μάνλιν. Ommitte vatem .ſ. *in prælio. Nam augur coronatus ante aciem incedebat, quem petere telo nefas erat.*

ἀλεκτρυόνα λευκὸν μὴ ἅπτεσθαι. *Pythagoras.* Gallum album ne tangas. *quòd ſacer ſit Menſi & horarium nuntius. Plutarch. interpretatur. Saluti cuiusq; fauendum.*

Nié tykay go tu/ ábo wto. Wrzod tu.

In hac re ille eſt Suffenus, *ex Catullo.* .i. Valdè ſe in hoc amat. *vt Cicer. loquitur.*

Hoc hulcus eſt, *ex Terent. & Cic.* Sic τὸ ἕλκος *apud Platonem & Sophoclem.*

Porrò Plaut. crumenam pecunia plenam hulcus vocat in Perſa.

TOX. Quid hoc hîc in collo tibi tumet? SAG. Vomica eſt, preſſare parce.
Nam vbi quis mala tetigit manu, dolores cooriuntur. &c.

Diuerſo ſenſu Auguſtus apud Suetonium liberos ſuos Agrippinam & Iuliam filiam ac Iuliam neptem tres vomicas & tria cartinomata ſua vocabat .i. res odioſas moleſtas & probri ac dedecoris plenas. Res eſt moleſta quæ dolent contingere. *Garner.*

ἅπτεσθαι ἕλκος ἐστὶ λυπηρὸν μάλα. *A.* Tangere hulcus moleſtū.
Tangi recuſant oculus & fama ac honor. *Garner.*

βίγεσθ̓ ἁπτῆς δόξα φήμη τ̓ ὄμμά τε. *A.*

Nié vzeſtnieß go ábo mie tem.

τῇ φάτνῃ προστάγεις τ̓ κύνα. *Suidas.* Ad præſepe ducis canem.

κυνὶ μὲν ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστέα. Cani das paleas, aſino verò oſſa.

Non facit ad ſtomachum veſtra lagena meum, *Ex Martiali.*

τὸ καινὸν

τὸ καρικὸν θῦμα παρέθης. Caricam victimam appoſuiſti .i. inſipidam. Nam Cares canem immolabant. ὑποδήματα Σικυώνια Σωκράτῃ προσήνεγκας. Sicyonios calceos (elegantes) Socrati (viro graui) attuliſti. Ex Cicer.
βατράχοις οἶνον ἔχεις. Zenodotus. Ranis miſces vinum .ſ. quæ malunt aquam.
Caninum prandium. V. Skromne życie. ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν. Veneri ſuem immolauit. ingratam victimam, ob Adonidem à ſue interfectum.
Vulpes iuſculo ſuper lapidem effuſo gruem ad edendum inuitat. Grus viciſſim vulpem ad offam in vaſe anguſti oris poſitam. Æſopus.
Ego bonum, malum quod accedit, mihi dari haud deſidero. Plaut.
Alexander M. Abulitum præfectum, qui loco commeatus 3000 talentum attulerat, equis ea abijcere iuſſit, ijſq; ea non guſtantibus, in vincula compegit. Plutarch.

Affine, Było ná co pátrzyć.

Niemczony człowiek / tylko iest połczłowiekā.

Otium ſine literis, mors eſt & viui hominis ſepultura. Seneca.
Inſtrue præceptis animum, nec diſcere ceſſes.
Nam ſine doctrina, vita eſt quaſi mortis imago. Cato.
σὺν ῥᾳθυμίᾳ διδάγμασι νῦν, καὶ μήποθ' παυσῇ,
ἐκεῖνον γὰρ θανάτου βίον ἄμμορον ὧν διδαχάων. Plautides.
ἃ ζῶσιν οἱ μὲ μὴ ζωοῦντες φρονεῖν. Charemon.
Hos viuere nego qui ſapere nihil ſciunt.
ὁ γραμμάτων ἄπειρος ἃ βλέπει βλέπων.
Qui literas ignorat haud videt videns. Docti ab indoctis tantùm differunt, quantùm viui à mortuis. Ex Ariſtot. Laërtio. Vi. Gruby.

Nie vkáśi cie. nie boi śie.

Num tibi nam amabo ianua eſt mordax mea Quò introire metuas? Plaut.
Alludit vel ad canem viuum vel pictum vel ad inſcriptionem ianuæ. V. Niegościnny.
Putas te elephanto aſſem dare. Auguſtus dixit cuidam, qui ſibi timidè libellum offerebat. Macrobius. Aſſes porrò aut ſtipem a populo Elephanti dari ſolitam ſcribit Plin.

Nieulecżona rāna / choroba / rzecz.

χειρώνειον ἕλκος. Zenodot. Chironium hulcus vel vulnus, de malo immedicabili.
Immedicabile vulnus. Horati. Chiron ab Hercule vulneratus ſanari non potuit ſed perijt. Alia Periphraſis. Virgilij. Vulnus Quod Chironia nec manus leuaret, Nam Chiron medicus quin medicinæ inuentor habebatur.
ἡράκλειος νόσος. Zenodot. Herculanus morbus. idem ſacer quo Hercules laborauit, inſanabilis eſt, nec vlla opera medicorum ſuperari poteſt, vt Hercules inuictus fuit.

Nie vragay śie z nędznego / z vbogiego.

μηδέποτ' ἀλομένῳ πενίῃ θυμοφθόρον ἀνδρὶ
πέτλαθ' ὑπεδρίζειν, μακάρων δόσιν ἀίδιον ἔντων. Heſiodus.

Nec vnquam miſeram pauperiem animum vorantem, homini
Suſtineas exprobrare, deorum munus æternorum.

μηδενὶ ξυμφορὰν ὀνείδιζε. *Iſocrat.* Nemini exprobres calamitatem.

Coram claudis non eſt claudicandum. *ſ. ne ſe rideri putent & offendantur. Garner.*

Alterius damnum gaudium haud facias tuum. *Idem.*

Caue miſero inſultare. ſors communis eſt. *Vide* Nie przydaway nedzę.

Nie vrodzi ſowá ſokolá. Oyca zlego, zły ſyn. Jakie drzewo, táki owoc.

κακὸς κόρακος κακὸν ὠὸν. *Suidas.* Mali corui malum ouum. *Gellius.*

Nec imbelles ferocem Progenerant aquilam columbæ. *Ex Horatio inuerſum.*

Ad ſemen nata reſpondent. *Seneca.* E ſquilla non naſcitur roſa.

ὅτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὐδ' ὑακινθος,
οὐδέποτ' ἐκ δμώης τέκνον ἐλεύθερον. *Theognis.*

Non etenim è ſcilla roſa naſcitur, aut hyacinthus,
Sed nec ab ancilla filius ingenuus.

Troia non producit Thracem. *Ex Stephano qui tale carmen habet:*

ἀνίερα δὲ τροίη θρηίκιον οὔτι φορήσει.

Threijcium non Troia virum produxerit vnquam. *i. effeminata fortem & bellicoſum quales Thraces. Idem in 9. Æneid. quidam exprobrat Troianis.*

ἐκ δ' κακῆς γὰρ ἡ φύσις τίκτει κακόν,
ὡς ἐξ ἐχίδνης πάλιν ἔχιδνα γίγνεται. *Stobæus.*

Ex improbo natura gignit improbum, Ex vipera ceu vipera iterũ naſcitur.

ταῦρος δράκοντας ἔτεκε λευκὸν ταῦρος πάλιν. *Clemens Alexandr.* Taurus draconem genuit & taurum draco. *Habet idem Arnobius Iouis libidinoſi fabulam referens.* Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ. *Properti.*

ἵπποι μέν θ' ἵπποισι βόες δέ τε βουσὶν ὁμοῖοι. *Xenophanes.*

Semper equo alter equus ſimilis, ſimiliſque boui bos.

ἐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. *Euripid.*

Ex improbo non naſcitur probus (*filius*) patre.

——— ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως
εὕροις ἂν ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. *Idem Euripid.* Vnum in multis forſitan Reperire fas, qui patre non ſit nequior.

Qualis erit radix, talem ſpera arbore fructum. *Garner.*

V. Syn oycu podobny. Oycá dobrego.

Nie vſnąłby, gdy by ſie nie poſwarzył, nie pomścił.

Żyw by nie był, by czégo nie zbroił. Trzy żywoty iego złość wyrzadźić.

——— Quibuſdam Somnum rixa facit. *Iuuen. i. conciliat; nata turbare potiùs & arcere ſomnum aliis hominibus.*

Et ſi non aliquâ nocuiſſes mortuus eſſes. *Virgil.*

ἦν μ' ἠὼ δ' πρώτῳ καθίζηται ξύλῳ,
ὕπνου δ' ὁρᾷ τὸ κυκλοῦς ἐδὲ παπαλλῶ. *Ariſtophan.*

Niſi ia

Niſi in priore forte ligno ſederit,
Somni nec vnam nocte micam conſpicit, *vel* percipit.

ὁ γὰρ μὴ κακώσων, ἐὰν μὴ κακοπραγήσωσι. *Prouerb. SS. c. 4.* Non enim dormiunt, niſi malefecerint. *Non multùm abſceſſit hinc illud ſerui Plautini dicentis.*

Tribus hodie conduci non poſſum libertatibus, (nič wiem co.
Quin ego illis hodie comparem magnum malum. *Potes etiam reddere.* By

Nieuſtrašony. Nič zlekniè ſię ledá czego.

ἄκμων μέγιστος ὁ φοβεῖται σὸν ψόφον.
καὶ νοῦς ἐλεύθερων πᾶσαν ἔλκασαν βίαν.

Non metuit incus maxima ſtrepens quidpiam,
Menſque ſapientis vim trahentem quamlibet. *Sic & Horatius.*

Iuſtum & tenacem propoſiti virum Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis Tyranni Mente quatit ſolida &c.
Si tractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinæ.

Similiter & Iuuenalis. Phalaris licet imperet, vt iis
Falſus, & admoto dictet periuria tauro,
Summum crede nefas animam præferre pudori.

Claudiana hæc tonitrua ſunt illi .ſ. *non vera. Ex Feſto.* Máchárzynáć to: nič oſtrá Bydź go tem. *Numæ ſacrificanti cùm nuntiaretur hoſtes adeſſe, interritus reſpondit* ἐγὼ δὲ θύω. Ego verò ſacrifico. *Plutarch.*

Nič vßkodźił Turkow, Tatarow, Moſkwy &c.

κορινθίοις δ' ὁ μέμφεται τὸ Ἴλιον.

Corinthijs non indignatur Ilium. *quòd nullam inſignem cladem in bello Troiano ab illis acceperit. Vt ſit ſenſus contemptum ſonans Corinthiorum. Plutarchus verò interpretatur, Troianos non indignari Corinthijs licet contra ſe pugnauerint, quòd olim benè de illis meriti fuerint, & ſic poſteriorem offenſam, priori beneficio obruerint. qui ſenſus gratitudinẽ & amicitiam ſonat. Vide ſimile dictum Seneca ſub dicto* Brzywdź od dobros dźiéią. *Ceſtreus ſeu mugil nulli animanti nocet, nullum viuens edit. Athenæus Diogenian.*

Nieżyty. Kamienia-by rychley wżył.

Byś krwią płakał nič da / nič wczyni.

κἂν μὲ αἵματι κλαίῃς ſ. ὁ πείσῃς. Etiamſi ſanguine fleueris, non perſuadebis.
ὁ γὰρ πείσῃς, ἂν δ' ἦν πείσῃς. *Ariſtophan.* Non perſuadebis, etiamſi perſuaſeris.

ἔλαιον δὲ κ ἔνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ. *Ariſtophan.* Oleum non ineſt lecytho. *ſed alluſit ad* τὸ ἔλεος .i. *miſericordia.*

Aquam à pumice poſtulas. *Plaut.* Negârit ipſi Ioui. *Idem.*
Negato eſſe quòd dem nec mu nec mutuum. *Idem.*

——Σιδήρειος θυμὸς ἐν στήθεσιν αἰωρεῖ. *Homerus.*

Eſt animus inpectore ferreus illi. *vel vt Horat.* Robur & æs triplex Circa pectus.
ἀτεγκτος, ἀτέραμνος, ἀμείλικτος. *Ælian.* Rigidus, incoctilis, molliri neſcius.

ἀδαμάστος

ἀδαμάντινος. *Hesiod.* Adamantinus. ἀδαμαντίνεος ἔχων. *Idem.*
πᾶς λίθος. *Theocrit.* Totus saxum vel saxeus. *Affine,* Nieślucki. Skapy.

Nie wadzi potrosic sie / sprobowac.

ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον βαλεῖς. *Aristotel.*
Si sæpe iacias, aliud aliàs ieceris.
Quid tam incertum quam talorum iactus? tamen nemo est, quin sæpe iactans aliquando Venerem iaciat, nonnunquam etiam iterum ac tertium. *Cic.*
Cuius rei euentus incertus est, id vt aliquando procedat, tentandum est. *Seneca.*
εἰς Τροίλον πειρώμενοι ἦλθον Ἀχαιοί. *Theocrit.* Tentantes Græci Troiam adierunt.
πείρῳ πάντα τελεῖται. *Idem.* Experientia omnia perficiuntur.
Vidi petere miluium (*prædam*) etiam cùm nihil auferret tamen. *Plaut.*
In magnis & voluisse sat est. *Propert.*
Mittere lineam. *Plaut. ait.* Doctè atque astutè captandus mihi est. &c.
Non ego illi extemplò meum ostendam sensum. mittam lineam. Dissimulabo me horum quicquam scire .i. *Iaciam hamum cum esca in lino appensum. Lambin. Taubman.*

Nie wadzi podczas zażartować.

Misce consilijs stultitiam breuem, Dulce est desipere in loco. *Horat.*
Aliquando & insanire iucundum. *Seneca ex Anacreonte.*
Interpone tuis interdum gaudia curis. *Cato.*
ἔσθ' ὅτε παιδολάδην φρονίοισιν μίγνυε τέρψεις. *Planudes.*
Ludo & ioco vti quidem illo licet, sed sicut somno & quietibus cæteris, tum cùm grauibus seriisque rebus satisfecerimus. *Cic.*
Posthabeas quandoque licebit seria ludo. *Ex Virg.*
τὰ φλύαρα παιδαίοις παρένθες ἐνίοτε. *A.*
Ludicra subinde serijs misce tuis. V. Nie zawsze frásunki.

Nie w czas. Nie rychło. Już po haropie.

Serò atque stultè priùs quod cautum oportuit,
Postquam comedit rem, pòst rationem putat. *Plaut.*
Miserum est opus, demum fodere puteum, vbi sitis fauces tenet. *Idem.*
Apud eundem Charmides re familiari perdita dicit seruo. Tene me.
Syr. seruus. Visne aquam? (*vt solet infundi deficientibus animo*)
Charm. Res cùm animam agebat, tum esse offusam oportuit.
Serò respicitur tellus, vbi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum. *Ouidi.*
——Tecum priùs ergo voluta Hæc animo ante tubas. Galeatum serò duelli
Pœnitet. *Iuuenal.* Frustra commisso claudetur ianua furto.
Nil iuuat amisso claudere septa grege. *Garner.*
κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἦλθες. *Plato.* Post festum venisti.

πυθίων

πυθίων ὕστερον ἦκες. *Diogenian.* Poſt Pythia veniſti. *Pythia erant Ludi Gracorum celeberrimi in honorem Apollinis ob Pythonem ſerpentem ab eo occiſum. Strabo. Ouid.*
παναθηναίων κάλλιον. Poſt Panathenæa. *Conuentus erat Athenis celeberrimus ad ludos in honorem Minervæ quinto quóque anno celebrari ſolitos. Suidas.*
κατόπιν καιρῶ ἦκε. *Suidas.* Poſt tempus venit.
Duodecima hora ædificas. *dixit M. Craſſus Deiotaro ſeni vrbem nouam molienti. Cui ille.* Nec tu ſatis matutinus Imperator (*ſexagenarius erat*) in Parthos ducis exercitum. *Plutarchus.* *Eudamidas videns Xenocratem ſenem cum diſcipulis, quæſiuit quiſnam is eſſet, & audiens ſapientem eſſe vnum ex iis qui virtutem quærunt, reſpondit:*
Et quando virtute vtetur, ſi eam etiámnum quærit? *Plutarch.*
Mortua re, verba facis. *Plaut.* Serò reuocas lapſum. *Properti.*
τῆς παιγνίας διαλυθείσης ἐκ ἔστιν ἐμπόρευμα. *Damaſcen.*
Nundinis diſſolutis non eſt negotiatio.
Serum eſt cauendi tempus in mediis malis. *Seneca Thyeſte.*
Medicina mortuorum ſera eſt. *Quintilian.*
Cineri gloria ſera venit. *Martial.* .i. *mortuo vel poſt mortem.* *Medicus apud Æſopum mortuo agroto, dixit:* Non moriturum fuiſſe, ſi cliſterem accepiſſet. *Cui quidam reſpondit:* antè id dixiſſes, non nunc vbi nil prodeſt.
νεκρὸν μυρίζεις. *Laerti.* Mortuum vnguento perungis. q. d. *viuum oportebat.*
Aquas cineri infundis .ſ. *poſt incendium. Ex Quintiliano qui ait:*
Quid quod aquas nemo infundit in cineres?
ὀψὲ δ' ἦλθες καὶ παρ' ὥραν κόπτεις θύραν. *Plutarchus.*
Serò veniſti & intempeſtiuè pulſas ianuam.

Affine, Po ßkodźié. Po obiédźié. Dopiero mu owſá. Zábiegay.

Niéwczésne rzéczy nié przyiemne.

τὸ ἄκαιρον παντάχοῦ λυπηρόν. *Iſocrat.* Intempeſtiuum vbíque moleſtum.

V. Dobrodźiéyſtwo nié wczéśne.

Nié wdáy mie w to. Nié chce o tem wiédźieć.

Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas. *Terenti.*

Nié wday śie w niebéſpiéczeńſtwo.

μὴ εἰκῆ τ' Ἄβυδον. *Suidas.* Ne temerè Abydum nauiges. *videlicet ob improbitatem, & corruptelam hominum illorum luxui deditorum.*
τ' αἰγαῖον (κόλπον) μὴ πλῆς. *Athenæ.* Ne Ægæum ſinum nauiges .ſ. *periculoſum.*
μὴ θέλε εἰς κίνδυνον ἀπεκέας μηδεμίας ἀνάγκης ἐούσης. *Herodot.*
Ne velis adire pericula nulla neceſſitate exiſtente.
μὴ ἀνάλιτος ἔρχεο εἰς ὄρος. *Theocrit.* Montes non calceatus ne adeas .ſ. *ob aſperitatem ſpinarum tribulorum, &c.*
Ne intres naſſam è qua exire difficile eſt. *Ex Cicer.* *Huc accerſas licet, multa ſub* Nieśpiéczno ro *poſita, leuiter commutata. vt*
Ne per extentum funem ite tentes,

tentes, &c. *Et ex Apologo.* Ne vulpes in antrum leonis. Ne mus in cameram anguſto foramine .ſ. *intret.*

Timeat grus in fauces lupi caput immittere. Ne prius hirce in puteum deſcendas quàm exitum animaduertas. V. Powodu do ziego.

Niewdzięcznemu dobrze czynić prożno.

κύνα ξένον τρέφειν. Canem peregrinum nutrire. *qui eum loro fugit.*

χελιδόνας ὑμωροφίους ἔχειν. *ex Pythagora.* Hirundines ſub tecto fouere. *quæ inutiles ſunt & hyeme fugiunt.*

Niewdzięczny człowiek brzydki.

Ingrato homine nihil impenſius eſt. *Plautus* .i. *nil iniquius, vel contemptius, vel damnoſius, quòd in eum omnes impenſæ fruſtra fiant.*

Malefactorem amitti (*eſt*) ſatius, quàm relinqui beneficum. *Idem* .i. *præſtat malefactorem non retinere ad pœnas, quàm benè meritum negligere: vel præſtat non vlciſci iniuriam, quàm non rependere beneficium. quod Cicero Poſt reditum ad Quirites 1. exaggerat.*

Nimiò præſtat impendioſum (*prodigum*) te quàm ingratum dicier.

Illum laudabunt boni, hunc etiam ipſi culpabunt mali. *Idem Plaut.*

Fieri malignos (.i. *parcos*) maximè ingrati docent. *P. Syrus.*

In ingratitudinis vitio nihil mali non ineſt. *Cicero.*

Philippus Macedo militi ſuo caro, ob ingratitudinem in Macedonem hoſpitem ſuum humaniſſimum, inſcribi iuſſit ſtigmata ingratitudinis facinus teſtantia. Seneca qui hoc deſcribit 4 de Beneficiis. longius eſt ſed dignũ lectu. Omnes immemorẽ beneficij oderunt. *Cic.*

Mulus ingrati ſymbolum. *quia hic vbi lac ſuxit, matrem calce percutit. Sic Plato Ariſtotelem diſcipulum ſuum vocauit mulum. quia is doctrina à Platone accepta eundem oppugnauit. Athenæus. Ingrati typus coturnix.* V. Zazdrościwy.

Omne dixeris maledictum, cùm ingratum hominem dixeris. *P. Syrus.*

Nil homine terra peius ingrato creat. *Auſoni.*

μηδὲν χερεῖον γαῖα ἀχαρίστου φύσῃ. *A.*

Officiperda (al. *officiperdus*) *vocatur à Catone, qui, vt ait Seneca,* beneficia haurit perforato animo .ſ. *quia omnia ceu è cribro mox effluunt.*

Nihil amas, cùm ingratum amas. *Plaut.*

φαῦλόν ἀνὴρ πιθός ἐστι τετρημένος, εἰς ὃν ἁπάσας
ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξεχέας. *Lucian.*

Malus vir dolium eſt perforatũ, in quod omnes immittens gratias, in vanũ effudiſti.

Improbus eſt homo, Qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. *Plaut.*

Athenis ſancitum erat vt libertus ingratitudinis conuictus à patrono libertate exueretur, & rurſus ſeruus eſſet. Valer. Maxim.

Niewdzięcznych wiecey, niż wdzięcznych.

ἀχάριστοι αἰὲν ὀχαρίστων πλείονες. *A.* Ingrati vbiq; plurimi, grati haud item.

μὴ τιὼ δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις. Poſt data, repente conſeneſcit gratia.

Sic apud S. Lucam ex decem mundatis à lepra, vnus tantùm gratum ſe oſtendit.
ἀλλ' ὁ σωθεὶς ἐστιν ἀχάριστος φύσει. Seruatus, ac ſi ita natus, ingratus manet.
Apud Romanos ſeruatus in bello ſeruatorẽ coronabat & tota vita vt parentẽ colebat. ex Polybio.
Παλαιὸν δοκοῦσι πάντες οἱ παθόντες εὖ.
Affectus vt quiſque eſt bonis, ſit immemor. *Furnius ab Auguſto receptus in gratiam dixit.* Hanc vnam à te Cæſar habeo iniuriam, vt viuam & moriar ingratus .i. *tanto ſum beneficio affectus à te, quantum rependere dum viuam non potero. Rhodigin.*
V. Dobrodźiéyſtwo wnét śie zápomni.

Niéwéſoły. Kwáśny. Mélankolik Ponury. Zaſępił śie.

Wéſoły iák świniá w dębcz.

In fermento tota iacet .ſ. *vxor offenſa. Plaut. aliqui iratam intelligunt.*
Conſulcauit frontem. *Idem Plaut.* Caperat illi frons ſeueritudine. *Idem.*
Caperata fronte homo. *Pacuuius .i. rugoſa, contracta.* Συνεσταλμένῳ τὼ ὄψιν.
Obducta fronte homo. *Iuuen. Horat. Quintil.* Frontem obduxit. *Seneca.*
κἀβλεψε νάπυ, κἀ τὰ μέτωπ' ἀνέστασε. *Ariſtophan.*
Et aſpexit vt is qui ſinapi edit, & frontem contraxit. Sinapi victitat.
Si ecaſtor hic homo ſinapi victitet, Non cenſeam tam triſtem eſſe poſſe. *Plaut.*
ἀγέλαστος. Agelaſtus. *Cic.* ἀγέλαστος πέτρα. *Zenodot.* Irriſibile ſaxum. *in quo Ceres filiam quærens reſedit.* ἀρεοπαγίτης. Areopagita.
Σκυθρωπότερος ἀρεοπαγίτου. Triſtior Areopagitâ.
Θυμβροφάγος. *Suidas.* Thymbra victitans, *quæ herba amara eſt.*
νάπυ, κάρδαμα, ὀρίγανον βλέπει. *Ariſtophan.* Sinapi, naſturtium, origanum tuetur. *quia hæc omnia, acrimonia ſua vultum hominum contorquent.*
Βάκχης τρόπον. *Diogenian.* Bacchæ more: tetricus.
Alter Craſſus, *quem ἀγέλαστον dixit Cic. & Plin. quòd nunquam riſerit. Semel eum riſiſſe, cùm aſinum ficus comedentem videret, ſcribit Lucillius.*
Gratiis & Muſis nunquam ſacrificat. V. Gruby.
Illic homo eſt, qui ipſus ſe comeſt, oculis malis, triſtis. *Plaut.*
Mœſtus quaſi dies ſi (ei) dicta ſit. *Idem.* Hem ſpecta, rideo. Pet.
Vtinam malè qui mihi volunt ſic rideant. *Idem.*
ὃν θυμὸν κατέδων, πατον ἀνθρώπων ἀλεείνων. *Homer.*
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitat. *Cic. reddidit.*
Pallet Ceu Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram. *Iuuenal. timebat enim ſi non placuiſſet infamiam aut pœnam vel mortem.*
κρόμμυον ἐδήδοκε κρομμύου ὀσφρήσατ'. *Ariſtoph.* Cepas comedit. cepas olfecit.
ἡττήθη τινὸς ἀλεκτρύονος. *Eudemus.* Superatus eſt à gallo quopiam. *Nam gallus à gallo ſuperatus victorem triſtis ſequitur, Cicerone teſte.*
ἰαλέμου ψυχρότερος. *Euripides.* Ialemo frigidior. *de cantione oratione ioco aut re alia admodùm frigida vel ingrata. Nam Ialemus lugentis vox fuit, vel homo in cantu*

ingratus, vel nullius pretij. ἰαλέμου οἰκτότερος: Ialemo miſerabilior? *Similia ſunt illa.* Carica Muſa. Admeti melos. Mariandinus tibicen. V. Żáłoſna rzécz.

Euripides dictus eſt μισογέλως *&* μισογύνης *.i. oſor riſus & mulierum,* ἐμφακίας. *Ariſtophan.* ὀμφάκιος. Omphacinus. *pro triſti.*

—φιαρώτερος ὀμφακος ὠμης. *Theocrit.* Acerba immitior vua.

ἑαυτ πιμωρέμενος. Heauton timorumenos. *Terent.* Se ipſum crucians. *Horat.*

Obſtipo capite & figentes lumine terram. *Perſius de Philoſopho.*

αἰγοκέφαλος ἑλως σπλῆνα οὐκ ἔχει. *Ariſtoteles.*

Ægocephalus (*quaſi Capriceps auis*) omninò ſplene caret. *Agelaſti ſymbolum. nam Splen ſedes riſus. Perſio & Plino. & Vetus dictum,* Splene ridemus.

Lignus cui dicatur illud. *Horatij.* Deme ſupercilio nubem, *aut illud Platonis,* Xenocrates ſacrifica Muſis vel Gratijs. ὦ Ξενόκρατες θυε Ϟ χάρισι. *Laërti.*

Et illud Alexandridæ. διασκέδα τὸ νέφος ὦ σεσιωπακώς. Diſcute nubē vultus.

τρέπεται τὰς ὀφρῦς. *Ariſtophan. .i.* ζκυθρωπάζει. Inſtar arcus ſupercilia curuat, contrahit .i. *tetrico eſt aſpectu vel vultu.* ζκύτη βλέπει. *Ariſtophan.* Tergora vel lora ruetur .i. *mœſtus eſt inſtar ſerui ſcuticam cernentis.*

συγνῷ σεσιώπῳ κ) συνωφρυωμένῳ. *Euripid.* Triſti vultu & contracto ſupercilio.

Galba nunquam riſit. *teſte Apollonio.*

ἐν τροφωνίου μεμαν)ότας. In Trophonij antro vaticinatus eſt. *Vel* Ex antro Trophonij prodijt. *quia hoc ingreſſi amittebant ridendi lubidinem.*

Varia varij de hoc antro referunt apud Eraſmum, ſed meræ nugæ & ineptiæ ſunt omnia.

Affine, Ponuro patrzy.

Niewiaſt niénawidzi. *V.* Bézżeniec.

Niewiaſtá iédna iáko druga.

γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει.

Diſcriminis nil eſt ferè inter feminas. *De iiſdem Terent. ſic.*

Prò deûm atque hominum fidem! Quod hoc genus eſt, quæ hæc coniuratio?

Vt omnes mulieres eadem æquè ſtudeant nolintque omnia.

Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio vllam reperias, &c.

In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.

Vna inſania omnium mulierum. *Ex Luciano qui ait:* κοινὴν μανίαν γυναικείαν μαινόμενα. Communem mulierum inſaniam inſanire.

Niewiaſta kárnośći potrzébuie.

Vulgo hîc vſurpatur diſtichon illud ex Nuce Ouidij formatum.

Nux, aſinus, mulier, ſimili ſunt ſorte creati (*al.* lege legati)

Hæc tria nil rectè faciunt ſi verbera ceſſent. *Habet id Pierius.*

Vel breuiùs. πληγῶν δέονται τὰ τρία, κάρυον, ὄνος, γυνή. *A.*

Nux, mulier, aſinus verberari crebrò amant (*vel egent.*)

Niewiáſ

Niewiáſtá kázda wielomowná.

Multùm loquaces meritò omnes habemur,
Nec mutam profecto vllam repertam eſſe
Hodie dicunt mulierem vllo in ſæclo. *Apud Plautum femina loquitur.*
Magnæ parti mulierum vitium eſt, vbi ſaburratæ ſumus,
Largiloquæ extemplò ſumus, plùs loquimur quàm ſat eſt. *Apud eundē altera.*
Mulieri deſunt verba. *Antiphraſis ex Plauti Bacchidib. vbi femina ait:*
Metuo mihi ne defuat oratio. *Altera verò reſpondet:*
Pol ego quoque metuo, luſciniolæ ne defuat cantio.

Garrienti & rixanti mulieri apud Plaut. & Terent. dicitur: Mulier es. Oh pergin' mulier eſſe.

Item. Satis dicacula es. Pet. Mater, is quæſtus eſt mihi. *Plaut.*
Muliebris ſupellex clamor clarus ſine modo. *Plaut.*

Poteſt etiam dici Lingua mulieris gladius. *vt Heraclitus de Epheſiis dixit eos* τὰ ὅπλα ἐν ταῖς γλώσσαις ἔχειν. Armaturam in lingua habere.

γλωσσάσπιδας etiam Heſychi. vocat mulieres. *quod lingua vice ſcuti vtantur.*

Idem habet Prouerb. γυναικὸς λαλίστερος. Muliere loquacior.

Sedemus deſides domi mulierum ritu inter nos altercantes. *Liuius.*

μεῖζον μία τῶν νηάδων. *Ælian.* Vna Neadas (*animalia clamoſa*) ſuperat. (*clamore.*)
Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ (.i. *in eclipſi, quod fiebat æris ſtrepitu*)
Tot pariter pelues tot tintinnabula dicas Pulſari. *Iuuenal.*

Apud Caſangas in Guinea Indiæ prouincia, mulieres ne loquaces ac voraces ſint, iubentur aquam in os mane ſumere, & vſq; ad prandium vel ientaculum tenere, nec deglutire aut exſpuere licet. Petrus Iarricus. γυναικῶν μὲν τὸ λαλεῖν, ἀνδρῶν δὲ τὸ πράττειν. *Euſtathi.* Mulierum eſt loqui, virorum autem agere.

Afrania ad lites contrahendas prompta ſemper pro ſe cauſas apud Prætorem agebat tàm impudenter vt nomen eius probri vice improbis feminis obiiceretur. Valer. Maxim.

V. Swiégotliwy. & Jezyk broń.

Niewiáſtá ná zle/ rozumna/ pámiętna: ná dobre/ głupia/ zapámiętliwa.

Plerunque muliebre conſilium deterius eſt. *Tacitus.*

Mulieri nimio malè facere, leuius eſt onus, quàm benè.
Nimis quam paucæ ſunt defeſſæ, malè quæ facere occeperunt:
Nimis quam paucæ efficiunt, ſi quid occeperint benè facere. *Plautus.*
Si quid faciendum eſt muleri malè atque malitiosè;
Ea ſibi immortalis memoria eſt meminiſſe & ſempiterna:
Si benè quid aut fideliter faciundum eſt; eò deueniunt,
Obliuioſæ extemplò vti fiant, meminiſſe nequeunt. *Idem.*
Malè quod mulier facere incepit, niſi id efficere perpetrat,
Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſeræ miſeria eſt:
Si benè facere incepit, eius eam citò odium percipit. *Idem.*

γυναῖκες ἐς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώτατα
κακῶν τε πάντων τέκτονες σοφώταται. *Euripides.*

Inefficaces ad bona omnia feminæ, Mali sed omnis artifices industriæ.

δεινὰὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρέσθαι τέχνας. Reperire fraudes mulieres industriæ.

Malo consilio feminæ vincunt viros. *P. Syrus.*

Mulier cor nulla habet. *Plaut.* Niewiáſtá ſzáſta głupia.

Niewiáſtá nie ma abo nie zna niwczym miary.

ἄμετρόν ἐστι πρᾶγμα πάμπαν ἡ γυνή. *A.*

Seruare nullum scit mulier vsquam modum.

Vehemens in vtramq; mulier partem est nimis. *Ex Terent. qui Menedemo id dicit.* Femina aut minùs quàm canem, aut plùs quàm senionem iacit. *Iulius Cæsar Scaliger ex Prouerbio Italorum. Canis in talis vnitatem continebat, senio sex puncta. Femina igitur aut minùs quàm minimum, aut plus quàm summum iacit vel facit. Hoc est quod vulgò triuiales dicunt:* Per extrema procedere. Extrema sequi. *Rectiùs dices.* πάντα ἄγαν. Omnia nimis .ſ. *agere. Et amare & odisse &c.*

Aut amat *(nimis)* aut odit mulier, nil est tertium. *P. Syrus* .i. *nihil est mediocre, medium, moderatum apud illam.*

Hinc Seneca in Medea: Ardet & odit .ſ. *mulier.*

3. Esdræ c. 4. Apeme concubina sedet ad dextram regis & diademate eius suo capiti impositio cædit palma faciem eius. V. Zbytéczny ná obié ſtronié.

Niewiaſtá odmienna rzéczy / niéſtáłá.

——Varium & mutabile semper Femina. *Virgil.*

——Mens est mutabilis illis .ſ. *feminis. Tibull.* Mobilior vētis femina. *Calpurnius.*

γυναικὸς ἐδὲν ἄλλ' ἀιολοτροπώτερον. *A.* Nihil aliud mutabilius est feminâ.

Niewiaſta tá / iéſt wielomowna á máło trzezwia.

In triclinio choa, in cubiculo nola. *Quintilian.* .i. *In conuiuio vbi temperantia feminam maximè decet, multibiba est, (nam χόα est congius) in cubiculo, vbi opus aliquod serium agendum est, garrula & instar nolæ tinnientis. vt etiam apud Plautum vxori loquaci dicit maritus.* Iam satis vxor est, comprime te, nimium tinnis,

Relinque aliquid orationis cras quod mecum litiges. *Vbi Gruterus legit.* Iam satis vxor es .i. *mulier loquax. vel absolutè,* mulier. *appellatio probrosa feminarum & ingrata eisdem. Apud eundem Plautum est illud.*

Vtrumque hæc & multiloqua & multibiba est anus,

ἀμφότερόν ἐστι πολυλόγου καὶ πολύποτος. *A.*

Dictum Quintiliani explicat Rhodigin. sic In cubiculo nola .i. *domi vbi silendum est garrit: in senatu vel foro vbi loquendum est silet.* In triclinio choa .i. *bibax.*

Niewiaſta vrodźiwa álé gniewliwa ábo złośliwa

ἔνδοθι τὴν ἐκάβην, ἔκτοθι τὴν ἑλένην. *Nazianzen.*

Est Helena exteriùs, vtrùm Hecuba interiùs .i. *Exteriùs est formosa, qualis Hele-*

lis Helena fuit, interiùs maledica; qualis, canis ideò dicta, Hecuba, teſte Plauto qui ait:
Non tu ſcis mulier Hecubam quapropter canem Graij eſſe prædicabant?
Omnia mala ingerebat quemquem aſpexerat. Muliebre eſt furere in ira. *Seneca.*

Νιέωιάſτά ζια τζέζ. ζmüά. &c.

Haud facul femina inuenietur bona. *Afranius ex Pacuuio.*
Quid peius muliere atque audacius? *Plaut.* *Apud eundem mulier dicit.*
Nimiò minùs perhibemur malæ, quàm ſumus ingenio. *Alia item.*
Ego quòd mala ſum matris opera mala ſum & meapte malitia.
Femina alia aliâ peior eſt. Optima nulla poteſt eligi. *Idem Plaut.*
Mulier olitori nunquam ſupplicat ſi qua eſt mala,
Domi habet hortum & condimenta ad omnes mores maleficos. *Idem.*
Ter tantò peior eſt quàm tu illam eſſe vis. *Idem de muliere mala.*
Apud eundem mulieri dicit quidam. Merx mala es tu.
Mala res. *apud eundem maritus, conſpecta vxore ſibi infeſta, dicit:*
Blandè mihi hæc mala res eſt appellanda: Vxor mea, mea amænitas. &c.
Mulieres duas peiores eſſe quàm vnã res ita eſt. *Idem.* Quaſi dicas, mulierẽ nullã eſſe bonam. *Idem.* In omni genere ferarũ ferociores feminæ. *Pomponius Sabinus.*
ὡς οὐκ ἀνώτερον καὶ κυνῶτερον ἄλλο γυναικός! *Homer.*
Vt nil grauius & peius eſt aliud muliere!
πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ κακὰ τρία.
Ignis, mare, atque mulier, hæc mala ſunt tria.
οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον οὐδὲ τ' ἀγαθῆς. Muliere nil eſt peius vt quoq; ſit bona.
θησαυρὸς ἐστὶ τ' κακῶν γυνὴ κακή. Theſaurus eſt omnis mali mulier mala.
θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα γυνή. Mulier feris eſt omnibus ferocior.
χειμὼν κατ' οἶκους ἐστὶν οἰκοδέσποτιν γυνή. Mulier domi cuiq; tempeſtas viro.
δεινὰι γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας. *Menander.*
Reperire technas mulieres idoneæ,
δεινὰ δὲ πεῖρα, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία,
πάντων δ' ὀδὲν ὕπερ δεινὸν ὡς γυνὴ κακή. *Euripides.*
Grauis eſt inopia, grauia multa alia mala,
Sed nihil ita graue veluti mulier eſt mala.
Omnis mulier intra pectus celat virus peſtilens. *Vetus Pòèta apud Lipſium.*
Apud Plautum Hecuba. Omnia mala ingerebat quemquem aſpexerat,
Itaque adeò iure cœpta appellari eſt canis. *De eadem Iuuenal.*
—— Torua canino Latrauit rictu quæ poſt hunc (*Priamum*) vixerat vxor.
Mulier *item* mala *apud Plaut. dicitur* Excetra: *apud Virg.* Erinnys.
Aperte mala cùm eſt mulier, tum demum eſt bona. *P. Syrus.*
ἴσον λεαίνης ἠ γυναικὸς ὠμότης. Par eſt leænæ & mulieris crudelitas.
Illa dolos dirumque nefas in pectore verſat. *Virg. de Didone.*

κακὸν

——κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας Ζεὺς ὑψιβρεμέτης δῶκε. *Theognis.*
Rem malam mortalibus mulieres Iupiter altitonans dedit.

γραῦς ἔριφος Anus eriphus. *dicitur mulier mala & faſcinatrix. à locuſta agreſti cuius aſpectum infauſtum credebant. quæ ſimiliter anus eriphus vocabatur. Sed Suidas habet* ζέριφος *&* σέριφη. *quare anus Seriphus legit Leopardus. Sic legit & Henric. Stepha.*

Hæc tamen omnia non de omnibus feminis intelligenda ſunt; nam multæ ſunt bona indole & moribus ac virtutibus præſertim apud Chriſtianos ornatæ; Ethnici verò proximè allati de ſuis improbis quales pleræq; omnes erant locuti ſunt. Sed ita fermè ſit vt vnius aut alterius perſonæ vitium toti eiuſdem ordinis cœtui tribuatur. Meritò id Soſtrata in Hecyra Terentij queritur dicens.

Ædepol næ nos ſumus mulieres iniquè æquè omnes inuiſæ viris
Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ vt videamur malo.
Nam ita dij me ament, quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam.
Sed non facile eſt expurgatu: ita animum induxerunt; ſocrus
Omnes eſſe iniquas. &c. *Affine*, Nie drażni.

Niewiáſte zwyćiężyć / nád niewiáſtą dokázować / nie męztwo.
Viro forti feminæ nocere indecorum. *Plato.*
γυναῖκας ἀποκτείνειν φθόνος *Euripid.* Feminas occidere odioſum ſeu vituperio dignum. *quia iniquum & ſtolidum eſt, (inquit Ariſtot. in problematis quærens cur grauius ſit occidere feminam quam virum) niti contra imbecilla, & turpe, validiorem vires ſuas extentare vel oſtentare circa ea quæ iniuriam non faciunt.* Hinc apud Virgilium.
— Nullum memorabile nomen Feminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem.
Propertius etiam, vbi dixit ſe non læſurum quandam feminam percutiendo lacerando &c. ſubdit: Ruſticus hæc aliquis tam turpia prælia quærat.
Teleſilla Pœtria Argiua contra Lacedemonios Argos inuadentes exercitum mulierum produxit, quo viſo hoſtes retrò abierunt, turpe rati cum feminis pugnare, quas vincere nulla gloria eſt, vinci verò ab eisdem ſummum dedecus. quare Teleſillæ poſita eſt publicè ſtatua, in capite habens galeam & ad pedes libros ſparſos. Suidas. Pauſanias.

Niewiaſty długo śie ſtroią / vbieráią. Jak kaźdy śie płócza.
Noſti mores mulierum Dum molliuntur, dum comuntur, annus eſt. *Terent.*
φιλόκοσμον γένος γυναικῶν. *Chryſoſt.* Studioſum ornamentorũ eſt genus mulierũ.

Apage ſis, negotij quantùm in muliere vna eſt!
Quæ noctes dieſque omni in ætate ſemper
Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur. *Plaut.*
Negotij ſibi qui volet vim parare, Nauem & mulierem hæc duo cõparato.
Nã nullæ magis duæ res plùs negotij Habent, forte ſi occeperis exornare.
Neque vnquam ſatis hæ duæ res ornantur. *Idem.*
Mulier profecto nata eſt ex ipſa mora, Nam quæuis alia mora
Minor ea videtur, quàm quæ propter mulierem eſt. *Idem.* *Apud eundem mulier dicit:* Poſtremò modus muliebris nullus eſt,

Neque

Neque vnquam lauando & fricando ſcimus Facere pauſam.
Multa ſunt vitia mulierum; ſed hoc è multis maximum eſt,
Cùm ſibi nimis placent, nimiſq; operam dant vt placeant viris. *Idem.*

Apud eundem item mulier dicit: Ita me Venus amœna amet.
Vt ego huc iam dudum exiſſem ſimitu vobiſcum foras,
Niſi me vobis exornarem. Nam ita eſt ingenium muliebre,
Benè cum lauta eſt, terſa, ornata, ficta eſt; infecta eſt tamen.
Piſces, ego credo, qui vſque dum viuunt lauant,
Minùs diu láuere, quàm hæc lauat Phroneſium. *Ibidem.*
Nos quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur (*viri: femina dicit*)
Niſi multa aqua & diu macerantur,
Olent, ſalſæ ſunt, tangere vt non velis. *Ibidem.*
Mulieres ſunt inſulſæ Admodum & inuenuſtæ ſine munditia & ſumptu. *Ibidem.*
Poſtquam aurora illuxit, nunquam ceſſauimus Lauari, fricari, tergeri, ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi, & vnâ
Binæ ſingulis quæ datæ nobis ancillæ. *&c.*
Aggerundáque aqua ſunt viri duo defeſſi. *Ibidem.*
κόσμος γυναικὸς ἀδένα λέχεται τρόπον. *A.*
Nullum muliebris mundus admittit modum.

Niéwiáſty nabárzley w ſwem iezyku wymowne/ ábo nalépiey mowią.

Faciliùs mulieres incorruptam antiquitatem (*ſermonis*) conſeruant, quòd multorum ſermonum expertes, ea tenent ſemper, quæ prima didicerunt. *Cic. qui id probat exemplo Læliæ. Idem alibi laudat Mucias, Licinias, & Corneliam, quæ Gracchum filium eloquentiam docuit. Hortenſia item paternæ eloquentiæ hæres exſtitit. Valer. Max. l. 8. 3. vbi & alia muliebris eloquentiæ inſignia affert exempla.*
Lælij etiam filia patris eloquentiam elegantiorem reddit. Quintilian.
Filiæ inſuper Hortenſii oratio apud Triumuiros habita eſt. Idem.
ἰδιώματος ζῴων θήλειαι φυλακτικαί. *A.*
Idioma proprium feminæ obſeruant benè.

Niéwiáſty rzadzić trudno.

Feminarum curam gerere, deſperare eſt otium. *P. Syrus Mimus.*
γυναῖκ' ἔχειν δεῖ πεφροντικυῖαν χρόνῳ. *A.*
Qui non habet quod agat, gubernet feminas.
Qui poteſt mulieres vitare, vitet. *Plaut.* *Vide eiusdem ſuprà.* Negotij ſibi &c.

Nié wiaż śie ni zkiem. Swobodnem bądź.
Towárzyſtwá zbytniego vchodź.

μὴ Φορεῖν στενὸν δάκτυλον. *Pythagor.* Arctum annulum ne geſtes .i. (*Plutarcho interprete*) *ne te in ſeruitutem coniicias, néue talem ſtatum vitæ arripias, in quo anxiè viuas.*

Stomacho ſuo viuere. *Plini. iuni.* .i. *ad placitum & arbitrium ſuum.*
Præclarum eſt illud monitum Martial.

Si vitare velis acerba quædam, Et triſtes animi cauere morſus,
Nulli te facias nimis ſodalem: Gaudebis minùs, at minùs dolebis.

Nam nimia familiaritas parit contemptum. & familiariſſimus quoq;, poteſt alienari diſcedere & tua intima prodere. Huc aliqui accerſunt illud Biantis Ama olurus. *quod reiicit Scipio in Lælio Cicer. & Seneca.*

ἀλλα δοκεῖ μὲ πᾶσιν ὁσὸ γλώσσης φίλος ἔναι,
χρῆμα δὲ συμμίξῃς μηδενὶ μηδοπῶν. *Theognis.*

Sed videaris lingua quidem amicus eſſe omnibus, Negotium verò cum nullo miſceas vllum. *Mala eſt doctrina, niſi intelligatur, de fortuita obuiorum quorumuis etiam ignotorum ſalutatione, cum quibus nihil habemus negotii, quos tamen humaniter ſalutare conuenit. Quare & idem Pòéta aliud docet alio verſu quem vide ſub* Przyiaćiel nießczery. *Affine,* Nie przywiezuy śie. Wolność rzécz nieoßácowána.

Nie wie co mu śie śniło. Nie wieß coć śie śniło.

τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγῆμαι. *Suidas.* Tuum tibi narro ſomnium. *Vel* ὸν αὐτῷ ὄναρ διηγῆμαι. Suum ſibi narro ſomnium.

Vigilans propè dormis vel dormit. *ex Plauto.*

ἆρ' ἐστὶν; οὐκ ἔστιν, ἡ γνώμη πλανᾶ. καὶ φημι, κἀπόφημι, κοὐκ ἔχω τί φῶ. *Suidas.* Nunquid eſt? non eſt. mens mea errat. Et aio & nego. nec habeo quid dicam.

Nie wie co trzyma/ co wiérzy.

πυῤῥώνειος ἀποσία. *Galenus.* Pyrrhonia hæſitantia aut dubitatio. *à Pyrrhone Philoſopho, qui de omnibus dubitabat, Sectatores eius dicti ſunt Pyrrhonij, & ἐφεκτικοὶ, quaſi ſuſtinentes, & cohibentes aſſenſum: & ἀπορητικοὶ, dubitantes. & Σκεπτικοὶ, Sceptici, quaſi conſiderantes ſemper. Et ζητητικοὶ, inquirentes veritatem. Vicini his erant Academici, qui nihil affirmabant, nihil percipi & ſciri poſſe dicebant; ſed quod magis veriſimile videretur, id ſentiebant, vt Cicer. ſæpe teſtatur.*

Pyrrhoniis autem ſimiles ſunt illi Chriſtiani, de quibus S. Paulus Timotheo ſcribens ait: Semper diſcentes & nunquam ad ſcientiã veritatis peruenientes. Tales verò cumprimis ſunt hæretici doctiores & hæreſiarchæ potiſſimùm, qui vt idem Paulus ait, dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Et verò is error faciliùs doctis obrepit, vt in Actis Apoſtolicis S. Paulo Feſtus licet falsò obiecit. V. Nauká wielka.

Nie wiédzieć co pierwey czynić/ abo mowić.

τί πρῶτον ἢ ὕστατον; *Lucian.* Quid primum aut vltimum .ſ. *agam, dicam.*
Et Homer. τί πρῶτον, τίδ' ἔπειτα, τίδ' ὑστάτιον κτλέξω;
Quid primò, quid deinde, quid at poſt omnia dicam? V. Animie tám.

Nie wiédzieć kędy to ieſt/ abo on ieſt/ gdźie śie podział.

ὅπου ὁ

ὅπου οἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. *Ariſtotel. Plutarch.*
Vbi cornua cerui abiiciunt. *quia in locis abditis & inacceſſis ea defodiunt. Plini. Plutarc.*
Vbi Atridarum ſcapha. *Vide* Dworne rzéczy.
ἐν ἀφάνας. *vel* εἰς ἀφάνας. *Stephan.* In aphannis .i. *in loco non apparente, vt vox ipſa ſonat, quod eſt dicere.* Nuſquam.
οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτε ἐν ναυσίν. *Pindar.* Nec apud homines, nec in mari .i. *Nuiquam.* V. Nigdźié. *Affine,* Skryćié.

Nié wiédźieć kiedy to bedźié. Odwłoká ábo przyczyná odwłoki błazeńſka.

ἐν τῇ ἀκεσταίᾳ σελήνῃ. Aceſſæi lunâ. *vel* Cùm Aceſſæi luna orietur. *quæ incerta erat, quia is nauta piger erat, & ſemper Lunam nauigationi commodiorem exſpectabat. vt & Lacedæmonij* παυσέληνον. *plenam lunam.*
Hinc λακωνικὰς ζελήνας προσδοκᾶν. Laconicas lunas exſpectare. *dicebantur, quinulla vel incerta aut exigua cauſa aliquid differebant.*
ὁπότε δὶ Ἅρμα ἀστραπῇ. *Strabo.* Vbi per Harma fulgurârit.
Harma vicus fuit in quo fulgur commodum aliquot menſibus vates Pythici obſeruabant; plerunq; fruſtrà, quia ibi rarò fulgurabat. Bunas iudex. *Vide ſub* Odwłoká podczás poſzytéczna. ὅτ' ἂν νίβας κοκκύσῃ. *Heſychi.* Cùm Nibas coccyſſauerit. *Nibades capræ criſtatæ erant, à quibus, ob ſimilitudinem cum capite galli, quiſpiam ſperet & exſpectet ſonum ſimilem, ſed fruſtrà. Aliàs Nibas erat vicus in quo galli vocem nunquam edebant, niſi arte adiuti. Plinius.*
Anno magno Platonis expleto .i. *tardiſſimè vel forte nunquam. Eraſm. id enim aut nunquam fiet, aut tardiſſimè, cùm annus hic incredibilis magnitudinis eſſe fingatur. Macrob. 15000 annorum ſpatio eum deſinit & Mundanum appellat. Magnum annum Cic. vocat. eundem alij 36000 annorum circuitu deſcribunt.*
Simile prouerbium eſt apud Rhodiginum: Annum milleſimum exſpectare.
πτολεμαὶς δίκη. *Suidas.* Ptolemaidis iudicium. *Ptolemais anus vſque ad obitum dilationibus quæſitis litẽ in iudicio traxit. Affine,* Bedźié/bedźié. Nigdy. Nié doczékaß śie.

Nié wiédźieć komu téraz wiérzyć. Zdrády wßędy pełno.

Rara fides. *Cato.* Nuſquam tuta fides. *Virgil.* Fidei rarum fœdus. *Manil.*
Satin' vt quem tu habeas fidelem tibi, aut cui credas, neſcias! *Plaut.*
Attamen vbi fides (*data cum promiſſis*) ſi roges, nihil pudet. *Terent.*
Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. *Idem.*
Perpol quam paucos reperias —— Fideles euenire amatores ——
Vel hic Pamphilus quoties iurabat ——
Quam ſanctè vt quiuis facilè poſſet credere, Nunquam ſe ducturum &c. *Idem.*
Omnes lenæ ſunt leui fidæ. Neq; tipulæ leuius pondus eſt quam fides lenonia. *Plaut.* παῦροί τι πολλῶν πιστὸν ἔχουσι νόον. *Theognis.*
Paucis è multis fidus adeſt animus.

ἀπανταχῆ ἄπαντα πλήρη ἀπιστίας. *A.* Perfidiæ vbiq; plena ſunt prorſum omnia.

ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει. Φυλάττου μή σε δάκῃ. *Suidas.*

Sub omni lapide ſcorpio dormit, caue ne te mordeat.

ὑπ παντι γάρ τε σκορπίος φρουρεῖ λιθῳ. *Sophocles.*

Saxo ſub omni ſcorpio vigil excubat.

Σκορπιος ἀπριὶδὴς ὀλίγῳ ὑπὸ λαι λοχήσας. *Nicander.*

Scorpius inſidias parua ſub caute tetendit.

ὑπὸ λιθῳ γὰ παντί πῳ χρὴ, μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀθρεῖν. *Ariſtoſtel.*

Sub omni enim lapide, oportet conſiderare, necubi mordeat rhetor.

Affine, Nie wierz: Nie dowierzay.

Nie więdziec kto to zbroił.

κυνὲς δίκην ὑπέχῃ. Canis vindictam dependit. *Ortum dictum ab interitu Euripidis à canibus vlciſcentibus eadem alterius canis, vel potiùs à canibus per æmulos Poëtæ immiſſis diſcerpti & deuorati: alij à mulieribus quarum oſor erat laceratum hunc aiunt. alij aliter apud Suidam. Meminit Valer. Max. & Gellius. Vſurpatur dictum hoc quoties auctor illati mali ignoratur & rumor diuerſus falſus ſpargitur.*

Germani Eraſmo teſte dicunt. Canis morſu accidiſſe. *vel* Canis eum momordit.

Preſſa eſt inſignis gloria facti, nec ſe iactauit quiſquam. *Virgil.*

Nie więdziec z kąd co nā ezłeka przypądnie.

Quid quiſque vitet, nunquam homini ſatis Cautum eſt in horas *Horat.*

κωφὸν κῦμα. *Homer.* Mutus fluctus Cæcus fluctus *Senec.* .i. *tacitum periculum.*

Ευντυχάνοντα πάντα τοῖς θνητοῖς τυφλά. *A.*

Euenta cuncta cæca ſunt mortalibus. *vel* Ignota nobis cuncta contingentia.

Sic Fabius Senator lac hauriens vno pilo ſtrangulatus eſt. Plinius.

Terpandro canenti ficum quidam per iocum in os iniecit & eum ſuffocauit. Suidas.

Anacreon vno acino ſtrangulatus eſt. Valer. Max. quì li. 9. c. 12. plura talia affert.

Vide Przyßłe rzeczy niepewne.

Nie wie kiedy przeſtać.

Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. *Horatius, de recitantibus ſua ſcripta ad oſtentationem, cum moleſtia & faſtidio audientium.*

Talis erat Ligurinus apud Martialem, de quo ille ſic:

Et ſtanti legis & legis ſedenti; Currenti legis & legis cacanti;

In thermas fugio, ſonas ad aurem; Piſcinam peto, non licet natare; &c.

Ad cœnam propero, tenes euntem; Ad cœnam venio, fugas edentē (ſedentē)

Laſſus dormio, ſuſcitas iacentem; *&c.*

Idem de cœna eiusdem —— Cœnam fugimus nos Ligurine tuam.

Illa quidem lauta eſt, dapibuſque inſtructa ſuperbis,

Sed nihil omninò te recitante placet. &c. *Idem de Pompeio.* Ille leget, nolis licet; &c. Et cui, iam ſatis eſt, dixeris, ille leget.

ἀνὴρ

ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγειν ἀεί,
λέληθεν αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς. *Sophocles.*

Quicunq; gaudet continenter dicere, Oblitus eſt grauem eſſe ſe præſentibus. Montanus ſententias ſuas repetendo corrumpit, dum non eſt contentus vnam rem ſemel benè dicere, efficit ne benè dixerit. *Seneca.* Scaurus dicebat: Non minùs magnam virtutem eſſe, ſcire deſinere, quàm ſcire dicere. *Idem Seneca.*

μακρότερα τ' Ἰλιάδ' λαλῶν. *Pollux.* Prolixiora Iliade loquens.

ἀπεραντολόγ': qui ſine fine loquitur. *Talis Pædotriba Martialis de quo ille ſic:*

Diſcipulos dimitte tuos. Vis garrule, quantùm
Accipis vt clames, accipere vt taceas? *Sic Demoſthenes corruptus muneribus gloriabatur ſe plùs lucratum tacendo quàm ſi peroraſſet. Plerius.*

Ἀράβιος αὐλητὴς & [illegible]ία αὐλός. *Ex Menandro, Polluce.*

Arabius tibicen & Arabia tibia. *pro garrulo. Nam olim tibicines ſoli ſerui erant inter quos plurimi Arabes, qui leuiſſimo pretio conducti ſine fine ſonabant. vt Senarius ille teſtatur.*

δραχμῆς μὲ αὐλεῖ, τεττάρων δὲ πάυεται.
Drachma canit (*vna*) at quatuor vix deſinit.

τῇ ῥύμῃ & πάθους ἀκολουθήσας ὁ λόγ', ἀπορεῖ ποίαν τελεύτην ποιήσηται. *Vlpian. Rhetor.* Affectus impetum ſecuta oratio, dubium & incertum vbi finem faciat.

Affine, Swięgotliwy. Sługa mową.

Vlé wiele dba o vczciwe Ten co ciáło ma pięknie.
Komu názbyt mile ciáło/ Ten wiec cnoty mieywa máło.

τὸ καλὸν ἄτιμον, ᾧ τὸ σῶμα τίμιον. *A.*
Honeſtum ei vile, cui corpus eſt nimis carum. *Seneca.*
Molliter viuit. hoc eſt dicere: malus eſt. *Idem.*

V. Koſtoßy śie maß wiárowáć.

Vlé wiele mu trzebá.

εἶδε πῦρ ἀφύα. Vidit ignem aphya. *Piſciculus hic vix contacto igne coquitur. De ſalſamentis eſt vetus Senarius apud Rhodigin.*

τάριχος ὀπτὸς ἐνθυς ἐὰν ἴδῃ τὸ πῦρ.
Sunt cocta ſalſamenta vbi ignem viderint. *Nec mirum, ſiquidem & abſq; igne aliqua comeduntur.* V. Łácno vniego. & Vlié trzebá z góry popyſchć.

Vlé wiele tám ſtáli/ co poſpolſtwo chwali. Poſpolſtwá rozſadek glupi.

Eſt turba ſemper argumentum peſſimi. *P. Syrus.*
Sæpe oculi & aures vulgi ſunt teſtes mali. *Idem.*
Vulgus peſſimus rerum interpres. *Seneca.* Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant. *Idem.* Argumentum peſſimi eſt turba, vbi ſecundum plures lis datur. *Idem.*
Ex veritate vulgus pauca æſtimat. *Cicer.* Eſt vbi peccet vulgus. *Horat.*

οἱ πολλοὶ πολλῶν ἁμαρτήκασι τὰ βέλτιστα κρίνειν. *Demoſthen.* Vulgus plerunq; errat, neſciens quæ ſint optima iudicare.

Vide Poſpolſtwá rozſądkiem. Mow luckich.

Nié wielka ábo proſta to Filozofia. Dzieci to umieią. Cantilena è ſcholis. *Cic.* *Plura pete ex* Jeſna rzécz. Jéwna rzécz.

Nié wielka godnośc Wóyt na wſi.

Alpha pænulatorum. *Martial.* .i. *primus inter homines vilis conditionis. qualis* Codrus inter mendicos. *apud eundem.*

Regulus ſutorum cerdo. *Idem Martial.* Inter cæcos luſcus rex. *Eraſm.*

ἐν τοῖς τοπους τ τυφλῶν λάμων βασιλεύει. In regione cæcorum ſtrabus regnat.

ἐκ ἀρίστευε ἐν τοῖς κολοιοῖς ἀετός. *Ex Nazian.* Negligit principatū inter graculos aquila.

ἀρχὴ σκυρία. *Zenodot.* Principatus Scyrius. *de munere vel dignitate è qua præter inanem titulum cum plurimis moleſtiis nil emolumenti prouenit. Scyrus inſula petricoſa & ſterilis. Suidas.*

Nié wielka obrádá. Podárek bláhy. Obdárzyłéś mie ábo go. *Ironicῶs.* Calabri hoſpitis munuſcula. *Ex Horat.* .i. *vilia vt pyra quibus ipſe abundabat ſic, vt ſi accipere nolles, porcis illa ſe daturum diceret.* Inani me lance muneras. *Seneca.*

ὑπολυσιμία τίκτει. Subuentanea parit. *Ariſtophan.*

Munus leuidenſe *aut* leuidenſæ. *Cic.* Nummus plumbeus. *Plaut.*

αἱ τ λαχάνων προτθῆκαι. *Diogenian.* Olerum appoſitiones, additamenta.

ἡ δ Σκορόδε κεφαλή. *Ariſtophan.* Allij caput. Φρουρεῖν ἐν ναυπάκτῳ. *Suidas.* Excubias agere in Naupacto. *vbi ſtipendium exiguū & annona cara erat.* Nié vtyięß tám. ἐδ' ἂν τέττιγι σίαν παρέχοι. *Xenophon.* Ne cicadam quidem inumbret.

ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν ζωήγαγον. E multis paleis modicū fructū collegi.

ὅπι θύραις τὸν ὐδαῖον. *Ariſtot.* In foribus vrceum .ſ. *nemo aufert, rem vilem & obuiam vbiq;.* *Sic Eraſm. interpretatur. ſed Vide* Omylić ſię nędźnéy.

ἀφύας λιπὴ τέλαιον. Aphyæ honos oleum .i. *non datur huic piſciculo aliud condimentum niſi hoc vulgare. intellige apud illos, non apud nos vbi oleum oliuarum magno pretio venit.* Guttam aſpergere. *Cic.* In ſomnis diues. V. Omylić ſię nędźnéy.

σίκελος ὀμπακίζει. *Zenodot. Suid.* Siculus omphaciſſat .i. *omphaca ſeu vuas immaturas aufert. dicitur de eo qui res viles furatur: vel qui ob lucrum commodumué ſuum exiguum, damnum alijs magnum infert.*

τ Σελήνης ἀκτῖνες βότρυν. *Ex Plutarcho.* Lunæ radij botro. *ſcilicet, parùm vtiles, nam ab ijs non matureſcit. vt alio Prouerbio dicitur.*

μέλας γὰρ ἀκτῖσιν ὁ πεπαίνεται βότρυς. *Ion. Plutarch.*

Nec enim his (ἀκτῖσιν radiis) niger maturus efficitur botrus.

Lege ſi lubet apud Martialem lepida epigrammata in munuſcula leuia, alterum 33. libri 8. & Pauli phialam; alterum 19. libri 11. In rus vel prædium à lupo ſibi donatum.

Simul

Simul aperuit & clauſit theatrũ. *Ex Heliodoro.* Nié obrédowélíſmy śie. V. Kryć śie.
Lacon luſciniam vocalem audiens, magnam aliquam auem ratus cepit & deplumauit, videns autem exiguam carnem dixit. Φωνά τυ τις ἐσσὶ καὶ οὐδὲν ἄλλο. *Vox tu es, & nihil præterea. Plutarch.* *Lycurgus pro pecunia aurea, argentea, area, ferri pondere Spartam introduxit, cuius fruſtum æſtimatum decem minis, duo boues in plauſtro trahebant & loci multùm domi occupabat. Idem.* *Affine,* Podla rzécz. Nié przyſporzyć rem.

Nié wiélka pociécha ábo popráwá.

μετὰ τὴν μαραθῶνα μάχην. Poſt Marathonem prælium .i. *Poſt calamitatem non multò melior ſucceſſus. Marathon fuit campus in Attica cladibus bellicis celebris, præſertim Darij cui Miltiades centum millia Perſarum ibi profligauit. Strabo.*
μετὰ πόλεμον τάραχη. *Herodotus.* Poſt bellum tumultus.
Ab aſinis ad boues tranſcendere. *Plaut. non magna dignitas & diſtantia.*
Quid te exempta iuuat ſpinis de pluribus vna? (*ſi multæ aliæ corpori infixæ hærent.*) *Horat. loquitur de vno è multis vitio expulſo.* Dedi malum & accepi. *Plini. iuni.* Debilis in debilem incidi. V. Omylitá go nádźićiá.
Cædimus inque vicem præbemus crura ſagittis. *Perſi.*
Pugionem recepit, vrbem amiſit. V. Nié rowna odmiéná.
Ex citharœdo Pòéta tragicus factus eſt. *Ex Suida.* V. Poſtapił.

Nié wiélka ſzkodá. Niemaſz czégo żałowáć. Máła ſzkodá/ równy żal.

Littori furari arenas. *Ex Ouid.* Furari glandes: *apud Græcos.*
Vitrea fracta abſtulit. *Ex Petronio.* Car perijt. V. Nié ſzkodá go.
τὸ Πάρνης σκαφίδιον. *Diogenian.* Parni ſcaphula. *In eos dictum, qui ob res minutulas, querelas & lites mouent, vt fecit Parnus ob ereptam ſcaphulam.*
κακὸν ἄγκος ἀπόλωλε. Malum vas fractum eſt.
Ignem ſinens accendi, nihil perdis è tuo. *Prometheus apud Lucianum dicit Mercurio purgans furtum ignis.* ἆρ' ὅτι θεοὶ τοῦ πυρὸς ἀπολωλέκασιν, ἐξ ὅτου καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐστίν; Num ex igne dij aliquid perdiderunt, poſtquam ille apud homines eſt? Conſilium ſi des alteri, haud ideò ſapies minùs. Nié vbedźićé nic. *Ad lampadem diuitis nocte pauper graditur ſine damno ipſius.*

Nié wielka táiemnica.

οὐκ ἔστι τὰ ἐλευσίνια .i. Non ſunt Cereris ſacra. *quæ vulgari nefas erat. teſte Horat. Iuuenal. Lucian. & Cic. qui ſcribit; Craſſum indignatum eſſe Athenienſibus quòd ea myſteria ipſum celárint. & Alcibiades accuſatus eſt quod ea enuntiaſſet. Plutarch. quare* ἄῤῥητα ἱερά. .i. *non dicenda ſacra vocat Ariſtophan.*
Epiſtola nihil habebat, quod non vel in concione rectè legi poſſet. *Cic.*

Nié wiélki to ieſzcé zbyték.

In herba luxuries. *Aliter quàm Cic. protulit, accipe .ſ.* In eſu herbæ, non eſt luxuries. ſicut & in olerum eſu. *Vide Olerum appoſitiones, ſub* Nié wielka obrádá. *in quibus luxus non facilè etiam locum habet. Nam aureo ſæculo hi erant cibi; herbæ, oleræ,*

glandes

glandes, mel, lac. ex Ouid. Tibull. Senec. Auſonio. adde Pythagoram Epicurum & alios Philoſophos Græcos & ciues Romanos priſcos rapiphagos pultiphagos, polentarios.

ἐν ᾧ ἀφύαις τὸ λαιον. In aphyis oleum .ſ. *non magnus luxus vel ſumptus; vbi oliuarum magna eſt copia.*

Nié wielkie bolu vlżenie/ toż cierpiacych zgromadzenie.
Nié luckie w nedzy cießenie/ widżieć drugich vtrapienie.

Maleuoli ſolatij genus eſt, turba miſerorum. *Seneca.*

Miſerum eſt ſolatium habere calamitatis ſocium. *Vulgare dictum. (Oppoſitum dixit Seneca Pòèta.* V. Lżey nedznemu.)

πλῆθος ἅμα πασχόντων κενὴ παραμυθία. *A.*

Turba patientum vana conſolatio. Nihil leuat dolorem idem multos pati.

πολλοὶ παθόντες ταὐτό, ἀπάνθρωπος χαρά. *A.*

Multos pati idem, inhumana ſunt ſolatia.

Nié wielkie zálecenie/ być lepßem nád nagorßego.

Non eſt bonitas eſſe meliorem peſſimo. *P. Syrus.*

οὐκ ἔστιν ἀγαθὸς ὁ τῶν κακίστων βελτίων. *A.*

Non es crede mihi bonus. quid ergo? Ryt.

Vt verum loquar, optimus malorum. *Martial. Atqui Optimo & primo malorum, melior eſt bonorum vltimus.*

Nié wielkiś Orator/ Poetá

Non admodum miſces. *Vt ſolebat Pericles Orator.* V. Nié ſtráßny.

Paupere vena manat ingenium. Paupere vena fluit carmen. *Ouidi.*

Neronianas is refrigeret thermas (*quæ erant calidiſſimæ.*) *Martial. de Rhetore frigido.* ψυχρολογεῖ. *Quintilian.* Frigidè loquitur.

Nec fonte labra proluit caballino.

Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo Meminit. *Ex Perſio.*

χαμαιπετὲς ἔπος ἀπέρριψεν. *Pindar.* Humilem ſermonem effutiuit.

Serpit humi. & Rẽpentes per humum ſermones. *Horati.*

Fanum te eſſe oportebat, non ambroſia ali. *Ex Cicerone.*

ἀκανθὶς τεττιξ. *Stephan.* Acantia cicada .ſ. *muta. Mutas etiam cicadas Rheginenſium ſcribit Strabo. Pauſan. Plini. quæ tamen apud Locrenſes flumine ab illis diremptos, ſtatim trans flumen ſunt vocales.*

ῥήτορος ἄδε εἰκών, ὁ δὲ ῥήτωρ ῥήτορος εἰκών,
Ἐ πῶς; ὁ λαλεῖ. οὐδὲν ὁμοιότερον. *Ammian. Anthолog.*

Rhetoris eſt icon, & rhetor rhetoris icon (.i. *imago*)
Quinam id? non loquitur. nil magis eſt ſimile.

θρηϊκία χελιδὼν χείλεσιν αὐτὸ ἐπιβρέμεται. *Ariſtophan.*

Threicia hirundo (*agreſtis*) labijs eius inſtrepit.

Nié wiém

Niéwiem kogo bárźiey boli: kto bárźiey ćuié.

Ego vapulando ille verberando vſq; ambo defeſſi ſumus. *Terent.* Lapidem verberas. τ λιθον τύπτεις. Noli amabo verberare lapidē (*ſeruū ſtupidū*) ne perdas manū. *Plaut.* *Exaggeratio eſt hyperbolica, vt & illa apud eundem de ſeruis ſimiliter:*

Neque ego homines magis aſinos vnquam vidi, ita plagis coſtæ callent.

Quos dum ferias, tibi plùs noceas. *Apud eundem meretrix decoſtori dicit:*

Tu ſapiens à nobis nihil habes (.i. *nil obtinuiſti, quin amiſiſti apud nos omnia*) nos nequam (.i. *male tuo iudicio*) abs te habemus. Niéwiem kto lépßy: czyić lépßa.

V. Tobićć to gorzey.

Nié wiem kto wygra. Nié wiedźieć komu śie pierwey w łeb doſtanié.

Mars communis (eſt) *Liui.* Anceps Mars. *Idem.* ἄρης κοινός.

Omnis belli Mars eſt communis. *Cic.* Semper incerti ſunt exitus præliorum. *Idem.*

ξυν⊙ ἐνυάλι⊙ κὴ τ κλανέντα καλύπτα. *Homer.*

Communis Mars inque vicem perimit perimentem.

Incertus eſt exitus & anceps fortuna belli. *Cic.* Reſpice res bello varias. *Virg.* Varius eſt euentus belli, & nunc hunc nunc illum conſumit gladius. 2. *Regum* 11. ἐςὶν δ' ἀφάνεια τύχας ἐ μαρναμένων πρὶν τέλ⊙ ἄκρον ἱκέσθ. *Pindar.* Eſt autem incerta fortuna etiam pugnantium, priùs quàm ad ſummum finem perueniatur.

——— νίκη δ' ἀπαμείβεται ἄνδρας. *Homerus.* Victoria commutat viros .i. *nunc illi nunc alteri contingit.* κοιναὶ αἱ τύχαι ἐ πολέμ. *Plutarch.* Communis alea vel fortuna belli.

Nié wiemy podczás co mamy / y ſwego ſzczéścia nié znamy.

ὐδ' ἂν ζωμέμεν ηλίκα εὐδαιμονέμεν. *Lucianus.* Non intelligimus quantùm felices ſumus. Aſinus portans myſteria. V. Ma / á nié zażywa & *alia ibidem.* Gallus vnionem repertum contemnit. ἀλεκτὼρ μαργαρίτιν εὑρήσας χ Φρονᾶ.

Nié wie nikt co mie dolega.

Piękny trzéwik widźiß / á nié wieß gdźié mie ćiśnié.

καλὸν ὑπόδημ' ὁρᾶς, μ' ὅπ⊙ πρύει δ' ὐχ ὁρᾶς. *A.*

Pulchrum vides calceum, at vbi premat me haud vides.

Paulus Æmilius Papyriæ vxoris ſuæ malis moribus formam laudari audiens, nouum calceum oſtendens dixit: Vos nouum & bellum calceum videtis, verùm qua parte pedem meum torqueat, ego ſentio. *E Plutarc.*

Quis ſcit qua parte hic pulcher me calceus vrat? *vel* angat.

Quis dicet qua parte meus me calceus vrget?

ὕδρ⊙ ἐν πίθῳ. *Sabellicus.* Hydrus in dolio .ſ. *latens vinum abſumit.* *Antigonus rex vetulæ felicitatem eius admiranti reſpondit:* Si noſſes, mater, quot quantaque mala hoc panni fruſtum contegat (*diadema monſtrans*) *ne è fimo illud tollere dignareris.* *Pierius.*

Nié wierz mu by przyśiegał. Nié wiérze iá temu.

Si aram tenens iuraret, crederet nemo. *Cic.* Fidem venalem habet. *Idem.* Punica fides. *Vel* Punica fide vir. *Salustius. Capitolinus.* Perfidia plùs quàm Punica. *Liui.* Ne iurato quidem credendum. *Plaut. Cic.* Heredis fletus, ſub perſona, riſus eſt. *P. Syrus.* An vlla putatis Dona carere dolis Danaûm? *Virgil.* Neque tipulæ pondus leuius eſt quàm fides lenonia. *Plaut.* Auctor (*ſponſor*) illi nullus eſt & ipſe nulli. *Idem.* Eine aurum crederem, Cui ſi capitis res ſiet, nummum nunquam credam plumbeum? *Idem.* Nunquam tu mihi diuini quicquam credas poſt hunc diem Niſi ego. *Idem.* Si oret vt nihil credã, id non auſim credere. *Idem.* Egóne vt ab ijs quicquã Mancupio accipiam, quibus ſui nihil eſt, niſi vna lingua Qui abiurent, ſi quid creditum eſt. *Idem.* Me ille mendacij manifeſtò prehendit. Quem ſi orem vt mihi nihil credat, id non auſit credere. *Idem.* Si tu ſolem illum, ſolem mihi eſſe dixeris, ego illum lunã credam eſſe. *Idem.* Deos abſentes teſtes memoras, quî ego iſtuc credam tibi? *Idem.* *Dixerat alter priùs:* Dij ſciunt culpam iſtanc meam non eſſe vllam. *Ethnici loquantur.* Græca fide vir. *Ex Plauto.* ἕλληνες δ' ἀνάγκας τηρεῖν τὴν πίστιν. *Polybius.* Græci non poſſunt ſeruare fidem, *(addit)* *etiam adhibitis decem antigraphis totidemq; ſigillis & duplo pluribus teſtibus.* ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε. Aquis ſceleſti inſcribe iurandum viri. πάρδαλις θάνατον ὑποκρίνεται. Pardus mortem ſimulat, *vt ſimias ſibi ceu mortuo inſultantes capiat.* *Sic* Vulpes eſuriens ſomnum fingit. *Diogenian.* Fronti (*al frontis*) nulla fides. *Iuuenal.* Nolito credere fronti. *Martial.* πρὸς τ' μητρυιᾶς τάφον δακρύει. *Suidas.* Ad nouercæ tumulum plorat .ſ. *non veris ſed fictis lacrymis. quia priuigni odêre nouercas vt iſtæ priuignos.* Præficarum more plorat. *de quibus Lucillij & Horatij verſus. vide ſub* Płácz iáłowy. *Ibidem.* Crocodili lacrymæ. ἐκ τετρημένης κύλικος πίει. *Suid.* E perforato calice bibit. *de eo qui fidem fallit vel in religione errat.* ὁ κρὴς τὴν θάλασσαν. *Strabo.* Cretenſis mare .ſ. *neſcit aut metuit, fictè.* Ne Fidei quidem (*deæ*) ſatis credit. *Euclio Plautinus.* Etiamſi Cato dicat. Vni teſti ne Catoni quidem credendum. *Ex Plutar. qui ait;* εἰ μὴ δὲ κάτωνος λέγοντος πιθανόν ἐστι. Iſtuc etiamſi Cato aſſerat, credibile non eſt. *Et tamen is Ciceroni fuit pro centum millibus. Similem auctoritatem & fidem apud Græcos habuit Ariſtides, Xenocrates, Demonax teſte Plutarcho, Suida, Luciano.* ἐπ' ἄκροις χείλεσιν ὅρκος αὐτῷ. *Lucian.* In extremo labro eſt illi iuramentum .i. *facile iurat, & peierat.* ἄνεμος πιστεύειν καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος. *Nazianzenus.* Ventis & ſcripturæ in aqua credere .ſ. *ſtultum eſt.* κίλιξ δ' ῥᾳδίως ἀληθεύει. *Dionyſi.* Cilix haud facile verum dicit. οἷσιν ὅτε βωμὸς, ὅτε πίστις, ὅθ' ὅρκος μένει. *Ariſtophanes.* Quibus nec ara, nec fides,

fides, nec iuramentum eſt. Οὔτε ἀδυνὶ πρόπω, ἀλλ' ἂ βῶς μοι φθέγξαιτο, πειθοίμαν ἄν. *Alciphron.* Hoc nullo pacto crediderim, ne ſi bos quidem fuerit locutus. *Leges apud Valer. Max. Iulium Obſequentem Liuium, Boues locutos, quæ voces ab Ethnicis religiosè accipiebantur, & quod monebant credebatur ac expiabatur. Similiter Plato dixit:* μηδ' ἂν ἡ δρὺς φθέγξαιτο ἄν. Neque ſi quercus loqueretur. *Apud Lucianum.* Φηγὸς ἐν Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύετο. Ficus in Dodona ipſa per ſe loquens vaticinata eſt. *Item.* Argi carina, *apud eundem.*

ἀεὶ τὰ Θετταλῶν ἄπιστα. Semper Theſſalorum res infidæ.

θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. *Suidas.* Thraces fœdera neſciunt.

Credam fallacibus auſtris Et cæli toties deceptus fraude ſereni? *Virgil.*

Mus conſpectus in domo cuiuſdam expulſus ſtatim eſt, licet diceret, ſe habitationem tantùm apud illum hoſpitem non alimenta quærere. Antholog. l. 2.

Capra in alto ſtans non aſſenſit leoni, ſe ad prati læta paſcua inuitanti. apud Gabriam.

Vulpes ad leonem ægrotantem & inuitantem propiùs accedere abnuit. apud Æſopum.

Dicis formoſam dicis te Baſſa puellam,
Iſtud quod non eſt dicere Baſſa ſolet. *Martial.*

Femina dum plorat, dum ruſticus ebrius orat,
Dum luſor iurat, nemo iſtis credere curat. *Ex Anonymo rhythm.*

Acciſſat & Scytha recuſat equum. *Vide ſub* Nic trzebá mowi.

Affine, Niebezpieczny. Niedowierzay.

Niewieścia ozdoba, cnota y dobre obyczaie.

Bono ingenio me eſſe ornatam quàm auro malo.

Bonam ego quàm beatam me eſſe nimiò dici mauolo. *Femina apud Plautum.*

Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant. *Ibidem.*

Pulchrum ornatum turpes mores peiùs cœno collinunt. *Ibidem.*

Mulier nequicquam exornata eſt benè, ſi morata eſt malè. *Ibidem.*

Pulchra mulier nuda (*non ornata*) erit quàm purpurata pulchrior. *Ibidem.*

Purpurâ ætas (*ſenecta*) occultanda eſt, auro turpe (*deformitas*) mulieris *Ibidē.*

Sic legit Lambin. Alij vt Taubman. legunt. Aurum turpe mulieri. *bono etiam ſenſu.*

Nam ſi pulchra eſt (*mulier*) nimis ornata eſt. *Idem Plaut.*

Mulier rectè olet, vbi nihil olet. *Idem & Cic.*

γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, κ' ὁ χρυσία. *Menander.*

Aurum mulierem haud ornat, aſt mores boni.

ῥῶς γυναικὶ πῶϕυκεν ἠργυρωμένη. *Idem.*

Sordes ab argento oboriuntur mulieri. *Phocionis vxor plebeio amictu quali & maritus eius vtebatur; mulieri Ionicæ, offerenti ſibi mundum muliebrem ex auro gemmis ac monilibus, recuſans eum reſpondit:* Meus mundus eſt Phocion viginti iam annos dux Athenienſium: *Plutarch.*

Ideam laudatiſſimæ fœminæ omnibus numeris abſolutæ effinxit Lucian. libro inſcripto Imagines, congerens in eam omnes animi & corporis dotes, vt formam, vocis & morum ſuauitatem,

tatem, modeſtiam, grauitatem, prudentiam, eloquentiam, pudicitiam, afferens exempla ex hiſtoricis pòëtis & ſtatuis ac picturis inſtar Zeuxis Helenam pingentis.

Niewieścia rzecz kądziel.

Colus & lana mulieris ſupellex. *Ex Cicer apud quem l. 2. de Oratore in iocis, iuueni cuidam elegantiori dicit quidam:* Quando ad me venies cum tua colu & lana? *hoc dicto muliebres eius mores & cultum perſtringens. Nam mos erat vt noua nuptæ viro parata, in pelle lanata conſideret, hoc geſtu ſe viro ad lanificium paratam oſtendens. Plutarch. & Feſtus. Eidem propinqui offerebant colum fuſum ſtamen acum forſicem rutabulũ & ſimilia inſtrumenta, his eam officij ſui ad virũ euntem admonentes. Plutarc. Plini. Apud Plautum Menachmus Pater ſenex filiæ de marito ſuo conquerenti, poſt alia dicit:*

Seruiren' tibi poſtulas viros? dare vna opera penſum poſtules
Inter ancillas ſedere iubeas, lanam cárere (*al. carpere*) q. d. *abſurdum id eſſe vt maritus lanam trahat è colu. quod quidem Iuſtino teſte non erubuit rex Sardanapalus cum ſempiterno ſuo probro & dedecore.*

ἐστὶ γυναικῶν ἔργα κ' οὐκ ἐκκλησίαι.
Eſt tela femineum opus & non concio (.i. *non comitia nec ſenaculum.*)
ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
ἠδ' ἐπίτελλε τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ἔργον ἐπιστρέφεσθ' πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει *Hector. Andromachæ vxori ſuæ dixit apud Homerum.* Sed in domum vadens tua ipſius negotia cura, Telam colum & ancillas iube opus percurrere. bellum autem viris curæ erit. *Penelope ſcribens Vlyſſi ait:* Forſitan & narras quam ſit tibi ruſtica coniux.
Quæ tantùm lanas non ſinit eſſe rudes .i. *lanam tantùm carere & nere nouit. Et Briſeis Achilli.* Eſt mihi quæ lanas molliat apta manus. data penſa trahemus. *&c.*
τοὔνεκα δηϊστῆρες ἀποσχόμενοι κελαδεινῆς,
ἰσὸν ἐπισσεύεσθε ἑῶν ἔνδοθι μελάθρων. *Q. Calaber.*
Idcircò clamoſa deſiſtentes pugna, telam inſtruite veſtris in ædibus. *Horat. l. 3. Ode 27. de Europa.* Suſpende te vel præcipita te, *inquit*, niſi humile mauis Carpere penſum Regius ſanguis. *Hic reginam terret penſo trahendo, tanquam ſeruili munere, cùm tamen reginarum & nobiliſſimarum feminarum ea fuerit honeſtiſſima occupatio, vt apparet ex ſupra allatis Andromache & Penelope, quibus adde Lucretiam apud Liuium, Thetin reginam apud Catullum, Omphalen Lydorum reginam apud Donatum, quod munus viro indignum non erubuit etiam apud eandem Hercules, & Sardanapalus multò indignius inter ſcorta, teſte Iuſtino.* τὴν σικυὸν τρώγουσα γύναι τὴν χλαῖναν ὕφαινε. *Athenæus.* Dum ſicyon mulier comedis contexe lacernã i. *Tenui victu contenta peragas opus tuũ. Eraſm. Vel. Dum pepones delicatos edis, muneris tui memento Iunius. alij aliter.*

Niewieście milczeć przyſtoi.

Tacita bona (.i. *melior*) eſt mulier ſemper quàm loquens. *Plaut.*
Matronæ tacitæ ſpectent, tacitæ rideant. *in ſpectaculis, comœdiis. Idem.*

πάσῃ

πάσῃ γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. *Sophocles.*
Exornat omnem feminam silentium.
μῦθος δ' ἀνδρεσσι μελήσῃ. *Homer.* Oratio viris curæ erit, *non feminis.*
Mulier in silentio discat. Mulier in Ecclesia taceat. *S. Paulus.*
οἱ τέττιγες ἀχεταὶ seu ἠχῆται ᾄδουσιν, αἱ δὲ τεττιγονίαι σιγῶσι. *Ex Aristot. & Hesiodo.* Cicadæ Echetæ *(seu mares)* canunt, settigoniæ autem *(seu feminæ)* silent & mutæ sunt. *Plini. Dalecamp.*

Niewiéście nié wierz.

Nec mulieri nec gremio credendum. *Festus.*
Muliebris fides. *apud Plaut. prouerbium:* Muliebri fecisti fide.
γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ' ἂν ἀποθανῇ. *Diogenian.*
Ne mortuæ quidem mulieri habe fidem.
γυναικὶ πείθου μηδὲ τ' ἀληθῆ λέγων. *Euripides.*
Ne vera dicentem quidem audi feminam.
ἐν γὰ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν. *Menander.*
Inter mulieres inuenire haud est fidem.
—— Mulier cupido quod dicit amanti In vento & rapida scribere oportet aqua.
Catull. quia mox euanescunt omnia. Nihil periuria curant *(feminæ.) Idem.*
Nihil metuunt iurare nihil promittere parcunt. *Idem.*
ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποιεῖ: *Plato.* Venereum iuramentum seu periurium non punitur, *licet cognoscatur.* Periuria ridet amantum
Iuppiter, & ventes irrita ferre iubet. *Tibullus.*
Nec iurare time. Veneris periuria venti
Irrita per terras vt freta summa ferunt. *Idem.*
ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω. *Athenæus.*
Inscribo aquis iurandum ego omne feminæ.
Ταχυδάμονες ὅρκοι ἐραστῶν. *Suidas.* Volaticum iuramentum amantium.
τὴν γὰ γυναικὸς ὅρκον εἰς οἶνον γράφω Inscribo vino si qua iuret femina.
Huc facit & illud quod præcipiunt prudentes. Ne mulier sola cum viro nō suo loquatur.
Sic de Penelope Homerus. οὐκ οἴη ἄμα τῇ γε κὰ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο.
Haud sola, sed illam famulæ binæ comitatæ.

Niewiéście rządzić nié przystoi.

γυναικὶ δ' ἀρχὴν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις. *Athenæ.* Natura nō dedit imperare feminis.
ἰσὸν γυναικὸς ἄρχεσθαι ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. *Democritus.*
A muliere regi dedecus extremum viri.
παῖς μοι τριγένης εἴη, μὴ τριτογένεια. *Suidas.*
Tritogenes mihi sit proles non Tritogenia.
Deprecatur femineum imperium ait Iunius. aliter alij. V. Woli Oyćiéć synú.
Mulierem item subditam esse viro tanquam capiti suo propter quem est facta præcipit S. Paulus sæpe.

lus ſæpe. Hoc ſonat illa allegoria. Bieda temu domowi/ gdźie krowa dobodźie wołowi.

Niewieście śiedźieć domá przyſłoi.

μὴ γυνὴ βαλλέτω τἄξωθεν, ἔνδον ἔσα. *Æſchylus.*
Mulier non conſultet de rebus extraneis, domi ipſa manens.
γυναικὸς ἐσθλῆς ἐστι σώζειν οἰκίαν. Seruare domum ſuam mulieris eſt bonæ.
S. Paulus mulierem domus ſuæ curam habere iubet, nec circuire alienas. Phidias Eleus finxit Venerem ex auro & ebore, quæ τῷ ἑτέρῳ ποδὶ χελώνης ἔβηκε .i: altero pede teſtudinem calcabat. *Pauſanias. quo ſymbolo vt Plutarchus explicet, docere volebat:* Virgines domi cuſtodiendas eſſe: matronas verò domus curam habere debere: & ſic vtrisque domi in ſilentio manendum eſſe. *Addit Pierius, Teſtudinem fuiſſe geſtamen mulierum, quod ligneum filo appenſum geſtaſſe mulieres Theſſalas docet.*
Eundem Phidiam ſcribit Rhodiginus Palladis ſimulacro addidiſſe draconem, vt doceret virgines cuſtodiendas eſſe; ſicut etiam ædibus ſacris, adytorum, oraculorum, & theſauris idem draco peruigil apponebatur. Apud Ægyptios calceorum vſus prohibitus fuit feminis, vt ſic nudis pedibus foras prodire erubeſcentes, facilius domi continerentur. Pierius ex Laërtio. Apud Sinenſes item, mulieres breuibus admodùm ſunt pedibus, idq; magni decoris & ornamenti loco habetur: ideoq; dum infantes ſunt, crura earum ita ſtringuntur ne in longum creſcant. Eædem domi perpetuò ſe continent.
Thucydides mulierem optimam ait eam, de cuius laude & vituperio quàm minimus apud extraneos ſermo eſt. Meliorem ait Plutarch. eſſe Gorgiæ ſententiam κελεύοντος μὴ τὸ εἶδος, ἀλλὰ τὴν δόξαν τῆς γυναικὸς πολλοῖς γνώριμον εἶναι.
Statuentis, non formam, ſed famam mulieris multis notam eſſe debere.
Propertius de Penelope pudica ſic ſcribit: Nec fruſtra (*.ſ. Vlyſſes tandiu ſecurus abfuit domo*) quia caſta domi perſederat vxor. *Idem de Calypſo.*
Multos illa dies incomptis mœſta capillis Sederat.
Spartanæ virgines aperta facie in publicum prodibant, nuptæ velata, ὅτι τὰς μὲν κόρας ἀνδρας εὑρεῖν δεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας σώζειν τοὺς ἔχοντας *Charilaus.* Quia virgines maritos ſibi proſpicere debent, mulieres verò quos habent cuſtodire.

Niewieścuch.

Sardanapalus. *Iuuenal.* Σαρδανάπαλος *Ariſtophan. pro molli & effeminato.*
Pepo. ὦ πέπονες, κακὰ ἐλέγχε, ἀχαιίδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. *Homer.*
O pepones, mala probra, & Achiuæ, non enim Achiui.
τοῦτλιον. Beta, *pro molli & delicato ex Laërtio apud quem Diogenes adoleſcentibus comptis canem ſe vocantibus, & ab eo cauendum dicentibus reſpondit:* Bono animo eſſent, nam canis betis non veſcitur. *Sic apud Virgil. de Troianis.*
O veræ Phrygiæ, nec enim Phryges. *Sophocles verò tales ſimpliciter*
Mulieres *appellat dicens:* γυναῖκες αἵδ' ἀνδρῶν Feminæ loco virorũ. q.d. *non viri.* οἱ ἄνδρες γεγόναμι γυναῖκες. *Herodot.* Viri facti ſunt feminæ.

γυναῖκὰ

γυναικὸς φρένες. *Diogenian.* Muliebris animus. *Sic Ennius.*

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres, Illáque virgo viri.

——— Digito ſcalpit caput vno. *Iuuenal. effeminati ſignum.*

Impudicum inceſſus oſtendit, & manus mota, & vnicum interdum reſponſum, & relatus ad caput digitus (*vnus.*) *Seneca Et hoc poſtremum ab obtrectatoribus obiectum Pompeio ſcribit Ammian. Vnguentatos & bene ſemper olentes, carpit Martialis dicens.* Poſtume non bene olet, qui bene ſemper olet.

Male item audiebant etiam apud Ethnicos. Cincinnati. *Et* Calamiſtrati. *Cic.* Cirrati. *Perſi. Martial.* Frangentes in gradus comam. *Quintilian. &c. De Comatis celebris eſt Senarius Syneſij. quem Vide ſub* Gálánt. *Idem Syneſius de comato ait:* παιχητῶν μειρακιον ταῖς θριξὶ σημαινόμεθα. .i. Pathicum adoleſcentem è capillis (*cincinnatis*) cognoſcimus. Laxæ & talares tunicæ mollem notant *Sic Cicero.* Quos pexo capillo nitidos & imberbes aut bene barbatos videtis, manicatis ac talaribus tunicis, velis amictos non togis. *Et Plaut.*

Sanè genus hoc mulieroſum eſt demiſſitijs tunicis.

Nié winien mi nic. Nic mi złego nié vczynił.

Winien mu / iák báran wilkowi.

ὃ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μ' ἵππους. *Homer.*

Nunquam meos boues aut equos abegerunt .i. *Nunquam me damno aut iniuria affecerunt. dictum ex more priſci ſæculi quo opes & diuitiæ erant pecora.*

ὅ μ' ἠδίκησεν ὅσσον λύκος τὸν ἀρνειόν. *A.*

Quantùm lupo agnus nocuit, is tantùm mihi. *Huc facit & illud.* Corinthiis non indignatur Ilium. *Sub* Nievßrodźił.

Nieźwinnego krzywdźić / abo trapić śie nie godźi

Male meteri de immerente inſcitia eſt. *Plaut.* .i. *ſtultitia. Feſtus.*

τὸ ἀναίτιόν τ' ἄνδρ' ἀδικῆσαι ἀθέμιτον. *A.* Nefas nocere eſt innocentibus viris.

Quid immerentes hoſpites vexas canis Ignauus aduerſus lupos? *Horat.*

Innocentiæ Symbolum apud Ælianum Capito piſcis, qui licet animatis viuat, nullum tamen viuum attingit, ſed & cùm in mortuum incidit, caudâ priùs commouet, & ſi viuere adhuc aduertit, relinquit.

Nieźwinnego wypuśćić / winnego ſkarać.

ἀντὶ παρθένου ἔλαφος ἀπεκτάθη. *Ex Euripide.* Pro virgine (*Iphigenia immolanda*) cerua (*miraculo ſuppoſita*) occiſa eſt. *Statius. Alluſit & Martial.*

Nieźwinnemu przy winnem śie doſtać.

ἁιρεῖ πελαργὸν σὺν γεράνοις πάγη ὁμή. *A.* (*vel* γεράνοις. *Gabrias produxit a ſimplex.*) Cum gruibus vna capit pedica ciconiam. *Apologus Gabriæ eſt. Capta eodem laqueo cum gruibus ciconia, orabat aucupem vt ſe innoxiam quin vtilem dimitteret. reſpondit ille:* Tu quidem innoxia es, ſed idem laqueus te qui noxias conſtringit. *Addo epimythion huic loco aptum, nam ipſe aliud habet;*

ζὺν αἰτίοις

ζὺν αἰτίοις κἀναίτιος κολάζεται. *A.* Innoxius cum noxiis pœnas luit.

Niéwinny śmiele mowi / i pátrzy.

Decet innocentem qui ſit atque innoxius
Seruum ſuperbum eſſe apud herum potiſſimùm. *Plaut.*

Quæ non deliquit, decet audacem eſſe & confidenter pro ſe & proteruè loqui. *Idem.*

ξὺν τῷ δικαίῳ γὰρ μέγ' ἔξεστι φρονεῖν. *Sophocles.*
Cum iuſtitia enim plurimùm ſapere licet. *Vel*
Vbi cauſta iuſta eſt, tollere licet ſpiritus.

οἱ ἄνδρες ἀγαθοὶ ὀρθοῖς βλέπουσιν ὄμμασι. *Xenophon.*
Viri probi erectis oculis aſpiciunt.

τὸ ζωσθὸς ἀγαθὸν φιλεῖ παῤῥησιάζεσθαι. *Pauſanias.*
Bona conſcientia ſolet loqui liberrimè. *Philippus Rex apud Lucianum.* Dignus eſt, *inquit*, Demoſthenes qui liberè loquatur. Nam ex omnibus Græciæ Oratoribus huic nil expenſum fertur in meis rationibus. V. Śmiátość pokrywká złości.

Nié winnia go iéść / á iuż śie wymawia / oczyśćia.

Priùs antidotum quàm venenum ſ. *ſumit. S. Hieron. quanquam antidotus propriè ante venena ſumitur, vt a Mithridate factitatum eſt. quare rectiùs diceretur.* Priùs remedium, &c. ἀπηγορεῦε ἔνοχος πρὶν ἐγκλήματος. *A.*
Se nemine accuſante mox purgat reus.

οἱ φῶρες προσεγκαλοῦσι. *Ariſtides.* Fures ipſi accuſant. *Vel* Fures priores aliquem alium accuſant. *Dictum hoc quadrat in reos aſtutos, qui criminis conſcii, priores crimen propalant, & in aliquem transferunt, vt ſuſpicionem culpæ vel noxæ, mentita innocentia & audacia euadant. Simile eſt* Winniéyßy pierwßy do woytá. Wymawia śie.

Niéwola dobrowolna ſproſna.

Nulla turpior ſeruitus quàm voluntaria. *Seneca.*

ἐλεύθερῳ αἴσχιον ἐθελοδουλία. *A.* Seruum eſſe ſponte libero turpiſſimum.

Quid intereſt magna ſint an parua quæ ſeruire te cogunt. *Seneca.* Máłe mowiß noße peto. Coż ná tem kiedy cie ieto?

λεων κρόκῃ δεθείς. *Lucian.* Leo filo vinctus. *de viro docto in aula degente ſpe lucelli cuiuspiam.* Emori potiùs quàm ſeruire *(liberum)* præſtat. *Cic.*

Niewola dowćip zátłumia.

ἡ δουλεία τῆς ψυχῆς γλωττόκομον. *Dyoniſi. Longinus.*
Seruitus animæ theca, ſcrinium, carcer, retinaculum.

ἥμισυ τε ἀρετῆς ἀποαιρεῖ δούλιον ἦμαρ. *Homer.*
Dimidium virtutis adimit ſeruilis dies, vita, conditio.

δουλεία τοῖς ἐλευθέροις ἀφορητοτάτον ἐστι. *Philo.*
Seruitus libero homini intolerabilis maximè eſt.

Multa in hanc ſententiam habet Cic. vt illud. Seruitus eſt obedientia fracti animi, *Itē.*

Aliæ na-

ἥμισυ τ' ἀρετῆς ἀποαιρεῖ δούλιον ἦμαρ. *Homer.*
Dimidium virtutis adimit ſeruilis dies, vita, conditio.
δουλία τοῖς ἐλευθέροις ἀφορητοτάτον ἐστι. *Philo.*
Seruitus libero homini intolerabilis maximè eſt.
Multa in hanc ſententiam habet Cic. vt illud. Seruitus eſt obedientia fracti animi, *Itē.*
Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt; Populi R. propria eſt libertas. *Item.*
Serui, quorum vis & conditio fortunæ infima eſt.
ἡ ἀηδὼν ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδῃ. *Philo.* Luſcinia non canit in cauea. Niéwola nié wéſota. *Sed Chriſtiani & præſertim religioſi viri, ſi ſunt vt eſſe debent, liberè & libenter obediunt ſuis principibus & antiſtitibus: neque hæc obedientia eſt carcer ſerinium vel vinculum ingenii vel animi generoſi.*

Niéwola nárabi dréw. Niéwola wßyſtkiego náuczy.
Potrzébá náuczy ßukáć chlébá.

Neceſſitas ignauiſſimum quemque ad ſolertiam reuocat. *Seneca.*
Ignauiam neceſſitas acuit. *Curtius.* Ingenium mala ſæpe mouent. *Ouidi.*
Durum vel ingens telum neceſſitas. *Cic. Liui.*
Neceſſitas Clauos trabales & cuneos manu Geſtans ahena. *Horat.*
Si figit adamantinos Summis verticibus dira neceſſitas Clauos. *Idem.*
—Grande doloris Ingenium eſt, miſeriſque venit ſolertia rebus. *Ouid.*
Et labor ingenium miſeris dedit; & ſua quemque
Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo. *Manilius.*
δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύει πλέον. *Euripides.*
Dura neceſſitate fortius nihil.
ὑπὸ τ' ἀνάγκης πάντα δηλοῦται τάχα. Neceſſitas mox cuncta ſubiicit ſibi.
χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσον ἢ σοφόν. *Suidas.*
Neceſſitas magiſtra ſapere facit rudem.
παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερον. In malis prudentior.
Longè violentiùs ſemper ex neceſſitate, quàm ex virtute corrigimur. *Seneca.*
ἡ θλῖψις εἰς πᾶσαν ἐπανάγει, κἀπεπλανημένην ἔξω, κἀκεῖ πολλὰ τὴν διάνοιαν κεχηνέναι, πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφει. *S. Chryſoſtom.* Calamitas ſedulitatem vel ſolicitudinem adducit; & vagantem foris ac circa multa hiantem animum ad ſe conuertit. O quantùm cogit egeſtas! *Martial.*
μέγα κάρηνον ἀνάγκη. *Q. Calaber.* Ingens robur neceſſitas.
χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε. τί δ' ἃ χρειὼ κεν ἀνεύροι; *Archytas.*
Neceſſitas omnia docuit. quid autem illa non inueniret?
εὑρετὶς ἄρα ἐστὶ λογισμῶν ἀνάγκη. *Heliodor.* Inuentrix conſiliorum neceſſitas.
Efficacior in rebus aduerſis neceſſitas quàm ratio. Efficacior eſt omni arte imminens neceſſitas. *Curtius.* οὐδὲν δὲ πάσχειν εὑρετικώτερον. *Nazianzen.*
Nil tam ad inueniendum confert quàm dolor, cùm quis aliquid patitur.

Pater ipſe, colendi haud facilem eſſe viam docuit, &c.

—Curis acuens mortalia corda, Vt varias vſus meditando extunderet artes. *Virg.*

πάντα δὲ πάντ' ἐδίδαξε πικρὴ πάντολμος ἀνάγκη. *Epigram.*

Omnia hæc docuit amara omnia audens neceſſitas.

οὐδεὶς ἀνάγκης κρείσσων ἐστὶ διδάσκαλος. *Xenophan.*

Nullus magiſter melior quam neceſſitas. *Affine,* Oëſpërácya. Zły głód.

Nié wołay/ ták bárzo. Nié wołay węzmać gębą na ratuß.

Scio bona te eſſe voce, ne clama nimis. *Plautus in Moſtellaria.*

Euge, ſtrenuè. Beatus verò es nunc cùm clamas. *Idem ibidem.*

Quid tu te hominum teterrime veniſti huc extentatum? (*ſ. vocem, latera. Lambinus*) *Ibidem plura in eandem ſententiam.*

Stentora vincere poſſis. *Iuuenal.* *Aut* Polyphemum, *10 Odyſſeæ vel 3. Æneid. vbi ille:*

Clamorem immenſum tollit, quo pontus & omnes

Intremuêre vndæ, penitusque exterrita tellus.

Poſtes & columnas rumpit. *apud Ælian.* *Sic apud Iuuenalem. Satyra 1.*

Conuulſaque marmora clamant Semper, & aſſiduo ruptæ lectore columnæ.

Et 7. fregit ſubſellia verſu. *ſ. recitator vel declamator.*

μὴ λαρυγγίζῃς. Ne validè clames. *ne dilatato gutture totâ vocē effundas.* V. Wołá bárzo.

Niewolnik ma tęzyk wolny.

Seruam (*.i. ſeruilem*) operam, linguam liberam herus meus me iuſſit habere. *Plaut.*

εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος. *Sophocles.*

Seruile corpus, mens at ingenua eſt mihi. *Vel*

Sum corpore quidem ſeruus, aſt liber animo.

Licebat etiam teſte Plutarcho ſeruis mutare dominos, poſtulando vt ſe vendant mitioribus.

Niewolnik rządki dobry.

δούλῳ δὲ χεῖρον οὐδὲν οὐδὲ δ' καλῷ. Seruo nihil deterius vt quoq; ſit bonus.

ἥμισυ τε δ' ἀρετῆς ἀποαμείρεται εὐρύοπα Ζεὺς

ἀνδρῶν, ὃς ἂν δὴ κεῖ δοῦλιον ἦμαρ ἕλῃσι. *Homer.*

Dimidio priuat virtutis Iuppiter illos,

Seruilis quoſcunque viros ſors ceperit vnquam. *Huc poteſt trahi,* Seruilis capillus. *quia ſerui manumittendi capillos radebant Athenis.* V. Gruby.

ὁ γὰρ ὑγιὴς οὐδὲν ψυχῆς δούλης, οὐδὲ δεῖ πιστεύειν αὐτοῖς τὸν νοῦν κεκτημένον. *Plato.*

Nihil enim ſanum habet animus ſeruilis, neque credere oportet eis hominem qui ſapit. Spartani ſerui, maximè ſerui. V. Takiem badź/ zá iákiego chcéß być mianem.

Nié wrodźił-im z ogoná wypadł. Jiáć też mię ſrocé.

Et ego deus ſum & genus mihi vnde tibi. V. Co pan pánu wczyni e

—Et nos aliquod nomenque decuſque Geſſimus. *Virgil.*

—Et mi genus ab Ioue ſummo. *Idem.*

θεῖον ἀληθῶς αἷμα καὶ γένος. *Plutarch.*

Non ego pauperum Sanguis parentum. *Ex Horatio qui id non negante ſed affirmante ſenſu protulit, addens Obibo. cum quo Non, iungit. Lib. 2. Regum c. 3. Abner ait:* Nunquid caput canis ego ſum?

In Milite Plauti Periplectomenes commendans ſuos mores addit & genus dicens:

Poſt Epheſi natus ſum non in Apulis, non in Vmbria .i. *in ciuitate eleganti, benè morata, facetiisq; dedita; non inter ruſticos ſtupidos inurbanos quales Apuli & Vmbri. Vnde & Catullus ait:* Aut porcus Vmber. *Sic Douza.*

οὐκ ἐκ κόπρου δ' ὥνθ' ὥσπερ κάνθαρος ἐτέχθην. *Ex Suida.*

Non è ſtercore aſini vt ſcarabæus prodij.

Nie wſpominay zlego.

Ne refrices obductam cicatricem, vulnus, dolorem. *Ex Cic.*

Facta cicatricem ducere noſtra ſine. *Ouid.*

μὴ κίνησον ἕλκος λόγου κρυφίου. *Plutarch.* Ne moueas hulcus abſconditi ſermonis.

μὴ μνησικακήσῃς. *Ariſtophan.* Ne mentionem facias malorum.

ἀλλὰ τὰ μὲ παθέειν ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. *Homer.*

Verùm hæc acta quidem mœſti licet ire ſinamus.

——ἐπὶ δ' ἄνεμος ἦν, βεβαλεῖν

δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέρειν ἁρπάξασα ἄελλα. *Idem Homer.*

Verbum ſi dictum eſt durius, extemplò id ferant abreptum procellæ.

γλυκὺς ἀγκών. *Plato. Suidas.* Dulcis Ancon. *vox eſt abominantis aliquid κατ' ἀντίφρασιν vel εὐφημισμὸν. q. d.* εὔφημα φώνει Bona verba. *vel,* Bene ominata loquere. *Ancon enim eſt cubitus & illi ſimilis locus in fluminibus circa ripas qui ſolet eſſe periculoſus; item ſumma montium iuga; Item Carthagine carcer obſcurus & profundus; item Sardis voluptatum plenus locus ſed naufragiis crebru infamus & periculoſus. Plura Paræmiographi.* Lyſandrum ne eruas è ſepulchro. *Apud Plutarchum mortuo Lyſandro Ageſilaus reperit eius ſcriptum de mutanda forma Reipub. quod cùm ad oditum mortui euulgare vellet, Lacratidas Ephorus vetuit dicens.* δεῖ ἀνορύττειν τὸν λύσανδρον, ἀλλὰ καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ συνορύττειν πανούργως καὶ πιθανῶς συγκεκαγμένον. Non eſt eruendus è ſepulchro Lyſander, ſed & oratio eius conſepelienda, vafrè & ad perſuadendum aptè compoſita.

δὲ ὄνομα εἴη ἔτι. *Theocrit.* Ne nomen quidem ampliùs ſit vel audiatur .ſ. *belli.*

In Aſinaria Plauti facta ab hero mentione piſtrini, ſeruus dicit:

Neque hercle ego iſtuc dico, nec dictum volo.

Teque obſecro hercle, vt quæ locutus, deſpuas.

Dictum id ex more Ethnicorum exſpuere ſolitorum ad mentionem alicuius mali. Varro. Plini. V. Wypluń. *Sed & Chriſtiani aliqui hanc ſuperſtitionem vſurpant, præſertim vetulæ piatrices. Quanquam & ſine ſuperſtitione ad res abominandas viſas vel auditas naturali impulſu exſpuimus. hinc illæ locutiones:* Reſpue quod non es. *Perſius.* Deſpuere in mores. *Idem. exſecrari, abominari. & ſuprà Plaut.*

Apud Plautum item, cùm dixiſſet quidam: Perijmus. Rt. *alter.* Principũ inimicis dato.

Sic apud Terentium. Sic inimicis noſtris ſiet.

καὶ τ Σκελλίᾳ βδελύττομαι. *Ariſtophan.* Et ipſum Scellij (*filium*) exſecror. *qui Ariſtocrates dicebatur. dictum eſt Ariſtocratiam exſecrantis.*

——ἀπ' ἀνδρὸς ἄγγελος ἐλθοι. *Suid.* Procul abſit nuntius aure.

Athenienſes Phrynicum Pòëtam mille drachmis multárunt, quòd Miletum ſocialem vrbem captam publicè repræſentans, quòd quaſi domeſticũ malum refricaret; & ipſi in theatro illacrymati ſunt. Herodotus. κυθωνύμου αἴσχος. *Zenodot.* Cythonymi probrum. *In hominem infamẽ & fœdi nominis, quod tacere ſit melius, vt vox Græca indicat à celando nomine ducta.* *Vi.* Złego zápámietáć nalépiey. Vlić odnawiay bolu. Vlić rozćieray.

Vlićwſtydliwy. Pſi oczy przédał. Vlwſtydu ni Bogá.

Os canis. *Vel.* Os canis ferreum. *Catull.* κυνὸς ὄμματ' ἔχων. *Homerus.* κυνώπης. *Idem* .i. Canino aſpectu. *Idem.* κυνόλωψ. *Heſychio.* κυνῶν κύντερος. *Suidas.* Canibus impudentior.

ἀναξάρχου κύνειον μένος. *Plutarc.* Anaxarchi canina vis animi.

κύνειον ἦθος. Canini mores. κυνοκέφαλος *Ariſtophan.* Cynocephalus. Caniceps. *Sic Diogenes*, Cynicus, κυνικὸς (.i *mordax. impudens*) & κύων (*canis*) *dictus eſt. ob impudentiam & dicacitatem ſcurrilem, qua obuios quoſuis allatrabat & mordebat; Item ob ſordidam & immundam vitam ac mores. Ab eo philoſophi quidam ſimiles mores habantes Cynici dicti ſunt. Cic. Horat Petroni. Làèrti.* ἀναίδεια αὐτῷ θεός. *Ex Zenodoto, Diogeniano.* Impudentia illi dea. V. Wſtyd nié záwßé pożytéczny.

Perfricuit os. *Cic.* ἔτριψε μέτωπον. *Athenæ.* Perfricuit frontem. *Seneca.* Perfricuit faciem. *Plini. iunior.* Frons perijt de rebus. *Perſius.*

Os habet, linguam, perfidiam malitiam atq; audaciam Confidentiam &c. *Plaut.*

Os hominis inſignemq; impudentiam cognoſcite. *Cic.* Os hominis. *Martial.*

Os durum. *Terent.* Oſcum & Opicum os. *Feſto Auſoni. idem quod Spurcum Lucretio, qui ait:* Prætor adhuc noſter quam ſpurco eſt ore!

κότυος θιασώτης. *Syneſius.* Cotyos ſodalis. *dea erat impudentiæ præſes.*

ὅτι δ' ἀναισχύντου τ' ἐστὶν ἀττικὸν βλέπος. *Ariſtophanes.*

Aſpectus eius Atticum vultum refert .ſ. *impudentem. quales Attici erant.*

Luxuriantur etiã inoperto capite.i. *impudenter. Senec. Nã erubeſcentes operiebant caput.*

Muſca ſymbolũ impudentis *apud Ægyptios. Horus.* V. Vlieſtworny. Bup ſobié wſtydu.

Vlié wſtydź śie tego / cym-éś ieſt / co robiß &c.

Ne pudeat artem proloqui quam factites. *Vetus dictum apud Cicer. qui in Oratore ait:* Me peruulgatiſſimus ille verſus:

Artem pudere proloqui quam factites; diſſimulare non ſinit.

ἐκ αἴσχους ὁμολογεῖν τέχνην ἣν ἀσκεῖς. *A.*

Artem fateri quam colis nullum eſt probrum.

Exſurge præco, fac populo audientiam, Exerce vocẽ quam per viuis & colis. *Plaut.*

Quod

Quod ſis, eſſe velis. *Martial.* *Sic Agathocles Rex Siciliæ filius figuli non erubeſcit genus & conditionem patris dicens:* Rex ego qui ſum.

Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus. *Auſoni.*

Benedictus XI. Pont. Max. matrem ſuam ſplendidè ornatam agnoſcere noluit, vili verò ſuo cultu lotricis reuerſam, amplexatus eſt. Albert. Crantzius.

Nié wßyſcy ná wóz / drudzy podlé wozá.

Non omnibus dormio. *Dictum Galbæ (al. Calbæ) cuiuſdam, qui in gratiam Mæcenatis hoſpitis ſimulabat ſe dormire, vt ille liberiùs ageret: cùm verò famulus quiſpiam ratus eum verè dormire, acceſſiſſet vini poculum ablaturus, reſpondit ille:* Se non omnibus ſed ſoli Mæcenati dormire. *Sic Rhodiginus ex Plutarcho.*

Forrò Cic. & Feſtus hoc tribuunt Cepio cuidam, qui Pararhenchon (.i. ſtertens) dictus eſt, quòd ſimularet ſe dormire, cùm vxore eius hoſpes abuteretur. Meminit & Lucil. huius poſterioris. De tali marito dixit etiam Iuuenal. Doctus ſpectare lacunar,

Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.

Ad formam huius dicti eſt illud Ciceronis huic loco aptum. Non omnibus ſeruio.

ἐ πᾶσι καθεύδω. ἐ πᾶσι ὀκλεύω. *Ad dictum Polonicum habes Senarium hunc.*

πεζοὶ δ' ἄλλοι, πάντας ἐ χωρεῖ τ' ὀχος. *A.*

Non omnium eſt curru vehi, aliqui ire pedites.

Nié wßyſcy zá ſtół / drudzy przed ſtół.

Ἐνὲς ἀνάκειντ', οἷς διακονῶσιν οἱ ἕτεροι. *A.*

Quidam recumbant, queis miniſtrent cæteri.

Poteſt huc trahi illud ex Suida, Ab alno cæteri. *(explicatum infrà ſub* Zá oknem.)

μαιρόθεν ἀπ' αἰγείρου θεάτωσαν ἕτεροι. *A.*

Quidam è theatro, quidam ab alno cernite, (*vel plaudite: de ſpectaculis.*

ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἄρχον μὲ τῇ φύσει καὶ δεχόμενον, διὰ τὴν ζωτηρίαν. *Plato.*

Inter homines eſt imperans & parens naturâ, propter conſeruationem.

Vi. Nié wßyſtko ßie káżdemu zeydzié.

Nié wßyſcyśmy mądrzy. Mądrych nié wiéle.

ἀμήχανον ἅπαντας εἶναι ζοφός. *Lucianus.* Difficile eſt omnes eſſe ſapientes.

Nié wßyſtkie rozumy ſam potadł.

ἐχ οἶος πέπνυσαι. Non ſolus ſapit. *Apud Homerum & Macrobium Tireſiæ, & apud Laértium Chryſippus, ſolus ſapere dicitur.*

Apud Ciceronem quidam magiſter egregio viro dicit: Non multa peccas; ſed ſi peccas, te regere poſſum. *Scit aliquid, non omnia. Lucianus ſic.*

ὁ τὸ ὅλον εἰδὼς, εἰδείη ἂν καὶ τὸ μέρος· ὁ δὲ μόνον τὸ μέρος, οὐκέτι καὶ τὸ ὅλον.

Qui totum ſcit, ſcit & partem. qui verò tantùm partem, nequaquam & totum.

Affine, Jéſt nád cie. Jéſt rozum nád rozum. Nié wßyſtko iednemu.

Nié wßyſtkiego wßody doſtánié.

Non omnis fert omnia tellus. *Ex Virg.* Nec tellus eadem parit omnia. *Ouidi.*
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. *Virg.*
ἐδεμία χώρη καθ᾽ αὑτὴν πάντα ἑαυτῇ παρέχεται, ἀλλὰ ἄλλο μὲ ἔχει, ἑτέρου δὲ δεῖται. *Iſocrates.* Nulla regio cuncta ſibi ipſi ſuppeditat, ſed aliud quidem habet, alio verò indiget. *Idem dicit:*
τὴν χῶραν ἐκ αὐτάρκη κεκτημένων ἑκάστων, ἀλλὰ τὰ μὲ ἐλλείπουσαν, τὰ δὲ πλείω τ᾽ ἱκανῶν φέρουσαν. Regio (*quamis*) non eſt ſufficiens ad omnia neceſſaria; ſed quibuſdam caret, quædam verò idonea ſibi plura fert.
ὃ πάντες τόποι τὰ αὐτὰ φέρουσι βοηθήματα. *Hippocrates.* Non omnia loca eadem ferunt auxilia. Magni piſces in mari capiuntur. *Godefredus.*
Non omnis fluuius fert ſecures. *Ex Apologo Æſopi de Lignatore & Mercurio, paululum commutato. Nam ibi dicitur.* Non ſemper fluuius &c. *In Myrono inſula nullæ ſunt apes, & ſi inferantur, moriuntur. Rhodigin.*
Vulgare dictum eſt: Alia alibi proueniunt. V. Káżdy kray ma ſwoy obyczay.

Nié wßyſtkiemu trzébá wiérzyć. Nié wßyſtko prawdá co on powiáda.

μὴ πάντα πειρῶ πᾶσι πιστεύειν ἀεί.
Ne cuncta credas moneo ſemper omnibus.
Noli tu quædam referenti credere ſemper,
Exigua eſt his danda fides qui multa loquuntur. *Cato.*
ἀιεὶ καινολάλοις πιστεύειν ἀπρεπὲς ἡγοῦ.
τὴν πίστιν δ᾽ ὀλίγην ἴσμεν πολέσιν πολέα λεγόντων. *Planudes.*
——πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. *Ariſtot.* Multa mentiuntur cantores, pòétæ, *quia ſolùm ſpectant vt delectent audientes, ſiue veris, ſiue falſis.*
Vi. Nié wierz. Nié dowierzay. Nié pewna to.

Nié wßyſtko iédnemu Bóg dał. Jéden to ma / drugi owo. Żaden wßyſtkiego nié vmie / niema. Nié wßyſtko iédney głowié vmieć dano: drugiem też niéco zoſtáwić kazano.

Nemo poteſt omnia ſcire. *Varro.* Non omnia eidem dij dederunt. *Liui.*
Supra mortalē facultatē eſt, eundem & ſapientiſſimū eſſe & valentiſſimū. *Valer. Max.*
Vniuerſæ diſciplinæ vix aliquem conſultum, plurimos partium eius inuenias magiſtros, per quos efficere queas perfectum villicum. *Columella de agricultura.*
——ὃ πᾶσιν πάντα δέδωκε θεός *Euſtathi.* Non cunctis cuncta Deus tribuit.
ἐδεὶς δ᾽ ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός. *Theognis.*
Nullus hominum ipſe in omnibus ſapiens eſt. Nemo ſolus ſatis ſapit. *Plaut.*
Σπάνιόν ἐστι τὸ τυχεῖν ὁμοῦ πάντων, ὡς εὐγενῆ τε καὶ πλούσιον εἶναι & καλὸν ἅμα τὸν αὐτὸν. *Galenus.* Rarum eſt omnibus ſimul potiri, vt idem & nobilis & diues & formoſus (*bonus*) pariter ſit.

πάντοθι

παύροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ κλέος ὀπηδεῖ,
ὄλβιος ὃς τούτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν. *Theognis.*

Paucis hominibus virtus & fama adeſt, felix qui horum vtrumque ſortitus eſt.

ἀλλ' ἄρα πῶς ἦν ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι. *Homer.*

Nec enim vllo modo fieri poteſt, in omnibus operibus peritum virum eſſe.

ἀλλ' ὁ μὲν οὖτος πάντ' ἀπίστως βροτῶν
πέφυκεν, ἄλλῳ δ' ἄλλο προσκείμενος γέρας. *Euripides.*

At cuncta ſcire nemini mortalium Accidit, at alia dos viro adiacet alij.

τυχεῖν δ' ἓν' ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἅπασαν. *Pindar.*

Conſequi vnum omnem felicitatem impoſſibile.

ἐν ἅπασι τὸ τέλειον ἀδύνατον. *Plutarc.* In omnibus perfectum eſſe impoſſibile eſt.

Cicero de Zeuxe pulchritudinem in pluribus vultibus virginum formoſarum venante, ait:
Neque enim putauit, omnia quæ quæreret ad venuſtatem, vno in corpore ſe reperire poſſe. ὁ παντελὴς ὁ φρόνιμος ἁρμόττειν δοκεῖ.

Non omne ſapiens aptus ad negotium eſt.

ἄλλαι δ' ἄλλων ἐπιτεχνήσεις. *Pindarus.* Aliæ aliorum inuentiones.

Alius in alia re præſtantior. *Eraſm. ex Homero, qui ait:*

ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.

Hic verbis, ille aſt multò præſtantior haſta.

ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα. *Theognis.*

Æqualiter omnes varia ſcimus. *Affine,* Jeſt rozum nád rozum.

Nie wſzyſtko możemy co chcemy.

τοιαῦτα τὰ ἡμέτερά ἐστιν, οὐχ οἷα βούλεταί τις, ἀλλ' οἷα δύνανται. *Plato.*

Eiuſmodi ſunt res noſtræ, non quales quis optet, ſed quales eſſe poſſunt.

βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.

Diteſcere omnes cupimus, at non poſſumus.

πάντες καλῶς ζῆν θέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.

Bene viuere omnes volumus, at non poſſumus.

οὐκ αἰσχρὸν τὸ μὴ πάντα δύνασθαι. *Plutarc.* Non turpe eſt non omnia poſſe.

οὐχ ἅπας ἅπαντα δύναται. *Syneſius.* Non quiuis omnia poteſt.

Non omnia poſſumus omnes. *Lucret. Virgil.* *Affine,* Nie wſzyſtko ſie wyiáwi.

Nie wſzyſtko prawda co ludźié mowią. Ludźié pod czás lżą co mowią/ trzeſą/ ſplotą.

Eſt vbi peccat vulgus. *Horàt. de iudiciis & ſermonibus populi loquens.*

Mimum fama Deum fecit. *Seneca. Et Virg. de fama.*

Tam ficti prauique tenax quàm nuntia veri. *Ouidi. item de eadem.*

Quæ veris addere falſa Gaudet. *Item.*

Miſtaque cum veris paſſim commenta vagantur.

πάμπολλα

πάμπολλα δῆμος κενεόφρων ψεύδη λέγει. *A.*
Permulta falsa vulgus insipiens ferit.

Gallus Luciani referens ad Troiam acta & à se visa ait:
μήτε Αἴαντα ὅτω μέγαν, μήτε τὴν Ἑλένην ὅτω καλὴν ὡς ὀίονται. *&c.*
Neque Aiacem tam magnum, nec Helenam tam pulchram fuisse quàm vulgò putatur & fertur. V. Pospolstwá rozsadkiem. Mow luckich.

Nie wßystko razem (wydáy, pokázuy) Schoway ná drugi raz: ábo od przygody.

Rerum natura, sua sacra non simul tradit. *Senec.*
Eleusina (*Attica locus fano Cereris celebris*) seruat quod ostendat reuisentibus. *Idem.*
τὴν χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. *Plutarch.*
Manu oporret serere, & non toto thylaco seu corbe.
Ne integrum fasciculum in ignem .i. *parcendum.* *Pythagor.*
ἀ πάντα κύβον ἅπαξ ἀναρρίψας. *E Luciã. Euripid.* Non omnis alea simul iaciẽda.
εἷς ὑπὲρ πάντων κύβος ἀνερρίπτει, σωμάτων, χρημάτων, δόξης, ἡγεμονίας. *Aristides.* Vna de omnibus alea iaciebatur, de vita, opibus, fama, principatu.
μηδέποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν πινόντων. *Hesiod.*
Ne cratera super potantum pone lagenam .i. *Non omnia simul exponas prodigenda. Godofrid. Vel ne vaces assiduis perpotationibus. ad quas inuitat calix crateri vasi vini maiori impositus. alij aliter explicant.* Pecunia sine peculio fragilis. *Pandect. Peculium est quod subsidii causa in tuto reponitur, diuersum ab eo quod in vsu est. Aptiùs ita afferes ad Polonicum dictum. Ne pecunia tibi sit absq; peculio.*
Ne vni naui facultates omnes committas. *ex Hesiodo qui ait:*
μήδ' ἅπαξ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι.
Neue cauis ratibus pariter tua tradito (*veteredito*) cuncta.
μελανδὴν ὁ λύκος ἐσθίει τὸν ἄρνιον. *A.*
Nie wßystko rázem. *alio sensu.* Frustatim agnum comedit lupus. *Ex Iure Pontificio. Affine,* Obczaday. Ogladay śie.

Nie wßystko śie káżdemu zeydźie, służy, przystoi.

ἀ πάντα πᾶσι συμφέρει. *Ecclesiastic. 37.* Non omnia omnibus conueniunt. *Vulgare dictum.* Non omnia omnibus apta. Omnia non pariter rerũ sunt omnibus apta. *Properti.* ἀ πάντα πᾶσιν ἐστι. *Plutarch.* Non omnia sunt omnium.
Aliud alios decet. *Quintilian.*
Non in omnes arbitror omnia conuenire. *Cicero.* Alexander non nisi ab Apelle pingi & a Lysippo fingi volebat. *Idem.*
Hoc licet facere impune huic, illi non licet:
Non quòd dissimilis res sit, sed quòd is qui facit. *Terent.*
Plurima sunt quæ Non audent homines pertusa dicere læna. *Iuuenal.*
Arcta decet comitem (*diuitu*) sanum (*cautum*) toga (*libertas loquendi*) *Horat. Lauin.*

Caput

Caput artis eſt, decere quod facias. *Quintilian.* *Minerua tibiam inflabat, ſed videns in aqua buccas tumidas & deformes, eam abiecit. Ex Plutarcho.*

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore. *Laberius.*

ἀλλοῖ σὺ μὲ εἶναι ἀλυσχέις σὺ δ' ἀτυχεῖς. Alij beati ſint opu'ſt miſeri alij.

Elige quid nolis. quis enim pudor, omnia velle!

Et ſi quid nolis Tucca relinque mihi. *Martial.*

Non omnis ætas Lyde ludo *(literario)* conuenit. *Plaut.*

Non quælibet vitis inſitionem patitur. *Seneca.*

μία δ' ὐχ' ἅπαντας ἄμμε θρέψει μελέτα. *Pindarus.*

Vnum nos omnes non alet ſtudium.

Ætatem aliam aliud factum conuenit (.i. *decet.*) *Plaut.*

τοῖς ἀνίσοις τὰ ἴσα ἄνισα γίγνοιτ' ἄν *Plato.* Inæqualibus, æqualia fiunt inæqualia. *Mel venenatum quod apes Ponticæ, Perſidis & Mauritaniæ conficiunt, ipſis eſt innoxium. Plinius.* Cicuta ſturnis alimentum, homini venenum. *Rhodigi. ex Galeno.* *Coruo lacerante dorſum aſini & paſtore ei arridente, lupus ait:* Si ego hoc facerem, omnes me cum canibus, telis, ſaxis, clamore inſectarentur. *Æſopus.*

Similis apologus apud Plutarchum de lupo & paſtoribus ouem comedentibus, hos enim ille videns è longinquo dixit: εἰ ἐγὼ ταῦτ' ἐποίουν, πόση κραυγὴ ἐγίγνετ' ἄν; Si ego id facerem, quantus clamor tolleretur? *Suidas.*

Item alius cuiuſdam, de aſino, qui videns catellum in ſinum heri ſui inſilientem, idem tentauit, & fuſte abactus eſt. Item de cera, quæ dureſcere more argillæ volens, in ignem ſe coniecit, & liquefacta eſt. In conuiuio Dionyſij Ariſtippus rogante rege ſaltauit purpuratus, dicens: Qui pudicus eſt, nec inter Bacchanalia corrumpitur. *Plato autem ſaltare noluit, dicens, ſe id dedecere. Vide dictū Antigoni ſub* Wymowke łácno náléżć.

Nié wßyſtko śie wyłáwi co ſen przéd oczy ſtáwi.
Nié káżdemu bedźie gmyśli/ ná co iédno wiec pomyśli.
Nié wßyſtko tuż otrzymamy/ czégo od Bogá żądamy.

Non quiduis contingit quod optâris. *Eraſm.*

οὐδὲ τῷ ἀνθρώπῳ παραγίνεται ὅσα ἐθέλῃσι. *Theognis.*

Non cuncta eueniunt homini quæcunque peroptat.

ἀλλ' ὐ Ζεὺς ἀνθρώποισι νοήματα πάντα τελευτᾷ. *Homer.*

Sed nec Iuppiter ipſe hominum ſenſa omnia adimplet.

Non quacunq; manu victima cæſa litat .i. *grata eſt diis & impetrat. Martial.*

Alterum conceditur alterum negatur. Alia dantur, alia negantur. *Eraſm.*

τῷ δ' ἕτερον μὲ ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε. *Homer.*

Hoc conceſſit ei diuûm pater, abnuit illud. *Sic & Virgil.*

—— Voti Phœbus ſuccedere partē Mente dedit, partē volucres diſperſit in auras.

πολλὰ δοκηθέντ' ὐκ ἐτελέσθη, τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον ἑῦρε Θεός. *Euripid.*

Multa ſperata non euenerunt. Inſperatis autem viam reperit Deus.

ξεῖν', ἤ τοι μὲ ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι

γίγνετ', ὅσσι τε πάντα τελείεται ἀνθρώποισιν. *Homer.*
Hoſpes, ſomnia quæ perfici nequeunt & quaſi ſine iudicio prolata
Accidunt, nec omnia implentur vel ad effectum deducuntur hominibus.

Si ea dormiẽtes agerẽt, quæ ſomniarẽt; alligandi eſſent omnes qui cubitũ eunt. *Cic.*

By wßyſtko czynić miał co wé ſnié przyydźié: Wiezáć by trzébá cźłéká gdy ſpáć idźié. *Affine,* Niédźiéié czeſto omyla. Nié wßyſtko możemy. Sen máré. Przéſtanieß né &c.

Nié wßyſtko śie zawße zgodźi.

σῦκον μετ' ἰχθῦν, ὄσπρεον μὴ κρέα. *Athena.*
Poſt piſces ficum, poſt carnes eſto legumen .i. *edito.*
τρώγε μετ' ἰχθύδιον κάρυον, μὴ τὰ κρέα τυρόν. *A.*
Poſt piſces nux ſit, poſt carnes caſeus adſit. *Anonym. Rhythmic.*

Nie wßyſtko też trzéba powiádać. Prawdy podczas zamilczeć nié wédźi/ ébo lépiey.

Alia euulganda, alia celanda. *Sic Homer.*
ἀλλὰ τὸ μὲ φάσθ, τὸ δὲ γ' ἂν κεκρυμμένον εἶναι.
Sed hoc quidem dicendum, hoc verò abſconditum eſſe.

Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem. *Eccleſiaſtic. cap. 32.*
ὅτι ἅπασα κερδίων φάνωσα πρόσωπον ἀλήθι' ἀτρεκὴς, ἢ τὸ σιγᾶν πολλάκις
ἐσὶ σοφώτερον ἀνθρώποις νόησαι. *Pindarus.* Non omnis veritas vtilis (*eſt*) patefaciens faciem exactè, ſed tacere ſcire ſæpe ſapientiſſimum inter homines. *Sed tamen citra mendacium. Iudici verò legitimo & in Sacramentali confeſſione ſacerdoti nefas eſt veritatem celare. Affine,* Miey iezyk. wiedz nié wiédzac. Milczéć lépiey. Milczenie.

Nie wßyſtko też trzébá vmieć/ wiédzieć.

Nec ſcire fas eſt omnia. *Horat.* Sapientis eſt quædam velle neſcire. *Iuli. Scalig.*
Neſciri facienda, tutiſſimum in expeditionibus creditur. *Vegetius.*
ἐ πάντα πάντας γνῶναι ἐν βίῳ δέον. *A.* Non omnia omnes noſcere in vita decet.
χειρονομέιν ἐπίσταμαι, ὀρχεῖσθαι δὲ κ' ἐμάθον. *Xenophon.*
Geſtus edere vel cantum manu regere ſcio, ſaltare non didici.
Neſcire vellem literas: *dixit Nero nondum corruptus, Præfecto poſtulanti, vt ſubſcriberet decreto in duos latrones lato. Seneca.* μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν. *Lucian.*
Neque audire neque videre *ſe profitebantur certò aliquid Sceptici. Eorundem dictum* μηδὲν ὁρίζω. Nil definio. Scias iſta, neſcias, fient. *Seneca.*
Affine, Głupi. Nauká wielka. Głupiem być nalépiey.

Nié wßyſtko zá iédno. Niédzy wiela/ iédno drugiego lepßé naydźié. Możé/ ébo godźi śie obráć.

ἐστὶ γὰρ ἄλλαι ὁδῶν ὁδοὶ κρείσσονες. *Pindar.* Aliæ viæ alijs faciliores tranſitu.
Seruus ſeruo: Vir viro præſtat. *& ſimilia vide ſub* Jéſt nád ćie. & Jéſt rozum.
Mihi laudatius videtur quod deligitur, & ad quos delectus adhibetur. *Cicero.*
εἰ πάντα ἴσα, μηδεμί' ἔστ' ἐκλογή. *A.* Si paria cuncta, quis locus delectui?

ἔξιστι

ἔξεστιν ἐκλέγειν, ὅπου πολλὰ τὰ ὅμοια. *A.* Vbi multa ſunt ſimilia, deligere licet.

Nie wßyſtko zdrowo/ co ſmakuie.

ὁ πάντα γ' ἐσθὶ τὰ γλυκάζοντ' εὐτροφα. *A.*

Non cuncta quæ benè ſapiunt, benè nutriunt.

Voluptas contra valetudinem perpetuò militat. *Petrarcha.*

ἐχθρὸς μέγιστος τ' ὑγείας ἡδονή. *A.* Hoſtis voluptas ſanitatis maximus.

Impia ſub dulci melle venena latent. *Ouid. vide hoc ſuprà.* Nie wßyſtko ſie każdemu.

τὴν τῶν Σειρήνων μουσικὴν ἀκροώμενοι ἀπόλωλαν. *Demoſthen.*

Sirenum muſicam (*ſuauiſſimam*) audientes intereunt.

πολλοὶ τ' οἰκίων τοῖς ἡδίστοις μᾶλλον ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίρουσι. *Iſocrates.*

Multi cibis ſuauiſſimis potiùs quàm ſaluberrimis delectantur.

Futile eſt illud dicterium, quòd tanquam ex adytis Medicinæ depromptum vulgò iactatur: Quod ſapit, nutrit. *Quam multa enim ſunt ſaporis grati, valetudini noxia? & quam multa nullius vel ingrati ſaporis eidem admodũ conducentia? Leges ſæpe apud Plinium herbas flores radices dulces & mella ipſa varia venenata, quòd ſuprà attigi. Refutat hoc dictum Ludouic. Cornerus Venetus. Quod verò Rhodiginus lib. 9. c. 15. ex Hippocratis & Galeni auctoritate affert: (Potum & cibum paulò deteriorem ſi ſuauiter ſumatur, vtiliorem eſſe ſtomacho, quàm alium paulò meliorem qui inſuauis eſt, quòd is nauſeam, inflationem, fluctuationem in ventriculo faciat.) non obſtat id dicto Polonico. Non enim hi Medici dicunt: Omnes cibos ſapidos eſſe ſalubres, ſed comparant cibos vtiles & inutiles, ſapidos & inſipidos, non tamen penitùs malos & ſapidos, ſed minus bonos aiunt aliquando vtiliores melioribus inſipidis. Sunt quidam cibi inquit Plutarchus (de differentia adulatoris & amici) qui neque ſanguini, neque ſpiritibus, neque neruis, neque medullis, quicquam proſunt & carnem putridam ac morboſam generant: tales adulatores, &c. Sed Polonicum dictum latiùs vſurpatur, ſenſu etiam ad animum tranſlato.* V. Smák zdrowia niéprzyiaćiel.

Nie wßyſtko złoto/ co śie świeci. Luckie mnimánie omylne często y fałßywe. Piękność zwierzchnia zdrádliwa.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis & vmbra. *Iuuenal.*

Ne qua ſub ærato mendoſum tinniat auro .ſ. *attende. Perſi.*

ὁ πᾶν τὸ στίλπνον εἶναι ὅσιν χρυσίον. *A.*

Non omne quod ſplendeſcit aurum credito. *E Gallicis.*

πολλάκις —— τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. *Theocrit.*

Sæpe quæ pulchra non ſunt, pulchra videntur.

πολλάκις γὰρ γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδέαι. *Theognis.*

Sæpe etenim mentem decipiunt ſpecies. Decipimur ſpecie recti. *Horat.*

ὁ πᾶσα λίθος λιπαρὸν προσκυνεῖν. *Ex Clement. Stromat.*

Non omnis lapis vnctus adorandus eſt.

Sigiſmundus Imperator famulo non contento ſua ſorte, & alius feliciorem inuidenti, duas pyxides paris formæ & ponderis alteram auro alteram plumbo plenam exhibuit, & eligere præmonuit de incluſis metallis iuſſit: cumque ille plumbo repletam elegiſſet & aperuiſſet. En

inquit Imper. non per me ſtetit quo minùs diues euaſiſſes. ſed Deus ita voluit. Gaſpar Peucer. Simile exemplum vel apologum potiùs habet Damaſcen. in hiſtoria Barlaam & Ioſaphat.

Nie wtykay palcá między drzwi bo śie vſtrzymeß.

φίλων κριτὴς μὴ γίνε. *Pittacus.* Amicorum iudex ne fueris.

μηδέποτε πειρῶ δύο φίλων εἶναι κριτής. *Menander.*

Inter duos ne ſis amicos arbiter. *Solon ciuitate in tres factiones diuiſa, nulli adhæſit ſed omnibus concordiam ſuaſit. Plutarch.*

Bias dixit: Malle ſe inter inimicos, quam inter amicos eſſe iudicem; nam ex amicis alterum inimicum, ex inimicis alterum amicum habebo.

Fratrum rixæ ſimiles ſunt peſſulis palatij. *Garner. Gallic.*

Fratres ambulantes lapidem in medio non debent admittere: & canem inter medios tranſiurrere, malti ominis eſt. Apud Plutarchum.

Nie wyſigluieß śie. Nie wyślizneß. Nie wykraciß śie śianem. Nie vmkncß śie.

μέσος ἔχῃ. *Ariſtoph.* Medius teneris.

μέσον λαβών σε ἄφυκτον ἔχω. *Idem.* Medium te teneo ne effugias.

τῷ θέλῳ ἔχελυς κρατεῖται, vel τὴν ἔγχελυν κρατῶ.

Folio ſiculno anguilla tenetur, *vel* anguillam teneo. *hoc enim ob aſperitatem facile anguillam lubricam detinet.*

Ne ſi ad aulam quidem Iouis fugias, euades. V. Smierć nieuchronna.

Quadrigas ſi nunc inſcendas Iouis, atq; hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium. *Plaut.* χελώνην μετόπισθε διώκει ταχὺς ἵππος. *Plutarch.*

Teſtudinem inſequitur celer equus.

ὁ λύκος τὸν ἀετὸν φεύγει. *Suidas.* Lupus aquilam fugit .ſ. *fruſtrà.*

Ego premo fauces defenſionis tuæ. *Cicero.*

In tuo foro res vertitur. *Plaut. quare non potes recuſare iudicij actionem.*

Apud eundem quidam deprehenſus in mendacio, dicit:

Nec ſubdolis mendacijs vſquam mihi integumentum eſt meis,
Nec ſycophantijs, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt,
Neque deprecatio perfidijs meis, nec malefactis fuga eſt,
Nec confidentiæ vſquam hoſpitium eſt, nec diuerticulum dolis. &c.

ἰφαιστείοις δεσμοῖς ἐδέθης. *Ex Homero Suid.* Vulcanijs vinclis ligatus es.

Ex his laqueis ſi te exueris, ac te aliqua vi ac ratione explicâris, in plagas maiores incidendum eſt. *Cic.*

Ita illum hodie intricatum dabo, vt ipſe, quâ ſe expediat, neſciat. *Plaut.*

Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid
Siue animis ſiue arte vales; opta ardua pennis
Aſtra ſequi, clauſumque caua te condere terra. *Virgil.* .i. *non euades.*
Nunquam hodie effugies. *Idem.* *Affine*, Mam śie.

Nie wy-

Nié wygraß z niem / ábo ze-mną.

πρὸς κέντρα λακτίζεις. *Euripid. Pindar.* Contra ſtimulum calces iactas.
Si ſtimulos pugnis cædis, manibus plùs dolet. *Plaut.*
Sudabis ſatis ſi cum illo inceptas homine. *Terenti.*
Cornutam beſtiam petis. *Plaut. Eraſm.* laceſſis *legit Lauinus* .i. *eum qui ſe poteſt vlciſci prouocas.* ἀρχίλοχον πατεῖς. *Diogenian.* Archilochum calcas, laceſſis: *maledicum Pòétam qui rependet. Eius dictum eſt illud:* Cicadam ala corripuiſti. V. Rozdrażnić kogo. εἰς τ' ἠέρα νύξεις. *Zenodot.* In cælum iacularis.
χρὴ δὲ πρὸς θεὸν θεὸν ἐκ ἐρίζειν. *Pindar.* Non oportet cum Deo contendere.
——— ἐκ ἔστιν πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι. *Homer.*
Non eſt homini pugnandum cum Deo. *Vi.* Nié rownia mnié. Vgroźiß.

Nié wyieżdżay przéd ſwáty. Nié bądź madrem przéd láty.
Nié wylatay gdyć ſkrzydłá nié vroſły.

Te mihi crede memento Nunc in pelliculâ cerdo tenere tua. *Martial.*
Alluſum aliqui volunt ad aſinum Cumanum qui leonis pellem induerat, ſed malo ſucceſſu. alij ad Cleonem Athenienſem, qui ex coriario dux factus, tandem malum exitum habuit, quòd non in propria pelle quieſſet. (vt ait Horat.) Sed planior erit ſenſus proprius, ſi dicamus, moneri à Pòéta Cerdonem ludos gladiatorios ſuo ſumptu populo dantem, vt opificio ſuo attendat, nec quod tanto labore parauit, ſtultè effundat; ſed dignioribus & opulentioribus tam ſplendida relinquat.
——— Intra Fortunam debet quiſque manere ſuam. *Ouidi.* W ſwoiem pierzu.
ἔστω τ' οἰκείων ὅρων ἐντὸς. *Italian.* Intra proprios limites conſiſtendum.
ὁ παρ' ἡλικίαν νοῦς μετ' ἐξεργάζεται. Odioſa præter ætatẽ eſt ſapientia.
χῆμα καὶ βῆμα. *Etymologus.* Habitus & gradus .ſ. *concordent; ne, pannoſus cùm ſis, velis ſedere altiùs.* ἐπ' ἐπιπροσθίαν πόδα ῥίπτειν. *Suidas.* Ne vltra gradum pedem iacias vel ponas. *ſeu* Ne vltra terminum ſalias.
μὴ προεξορμᾶν. Ne præcurras. Ne extra calcem excurras. *Ammian.*
κέρδιστον, εὖ φρονεῖν τα, μὴ λίαν φρονεῖν. *Æſchyl.*
Sapere, & videri nil ſapere, nimis vtile eſt.
μὴ ἐπαρθῇς μέγα, ἵνα μὴ μεῖζον καταπεσῇς. *Nazianzen.* Ne efferaris valde, ne magis deprimaris. Prudentiæ tuæ pone modum. *Prou. SS c. 23.*
Vulgare dictum eſt. Icare noli altè volare. *Ex Ouidio.* *Vide* Szczęśćie pobłaża *&c. Sed præter Icarum Pòétarum, apud Suetonium Icarus Neronis decidit & cruore Cæſarem reſperſit. itemq; alter Agarenus apud Nicetam. Adde Simonem Magum qui à S. Petro ex àére deiectus eſt. teſte S. Maximo.*
Atque his quæ fuerat fabula pœna fuit. *vt ait Martial. de Laureolo.*
Adijce teſtudinem volare cupientem & ab aquila ſurſum ſublatam ac demiſſam, confractam. apud Aulenum.

Nié wykrzykay.

Iritare eſt calamitatem, cùm te felicem vocas. *P. Syrus.*

Gallus apud Æſopum, poſt pugnam cum altero gallo, cùm victor euaſiſſet, altum locum aſcendit, & clarè cecinit, moxq; ab aquila raptus eſt; victus verò ſaluus latuit. Epimythion ibidem additur planè ex epiſtola S. Iacobi c. 4. ſumptum: ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀνθίσταται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Vnde conſtat Epimythia fabularum Æſopi à Chriſtiano eoq; Planudo Monacho ſcripta: id quod ex multis aliis locis colligere licet.*

Tacitus corue paſcere. V. Milcz kiedy dobrzé. Nié mów hup.

Nié zabaczy gruſzki w popiélé.

Suam quiſque homo rem meminit. *Plaut.* Sapit ad rem ſuam. *Idem.*

Ad ſuum quæſtum eſt callidus. *Idem.*

εἰ μέν γ' ὀφείλεταί τ' ἐμοί, μνήμων πάνυ,
ἐὰν δ' ὀφείλω ἐγὼ τούτῳ, ἐπιλήσμων πάνυ. *Ariſtophan.*

Si quid mihi debetur, id memini nimis, Sin debeo ipſe, obliuioſus ſum nimis.

Nié zábrnié daléko / gléboko. Nié gléboki / miáłki rozum.

Repentes per humum ſermones. *Horat.* λόγοι χαμαιπετεῖς. *Pindaro.*

Quintilianus. Oratores qui nihil ſupra quotidianum ſermonem attollere audent, humiles & velut terram ſpectantes *appellat.* χθαμαλά τε ἕρπει καὶ περὶ γῆν νήχεται. *Proclus Conſtantinopol.* Humi ſerpit & circa terram natat.

Sic Columella dicit: Radices vitis ſumma terræ parte natare.

κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται. *Pindar.* Graculi humi verſantur paſcũtur: *(aquila in nubibus.)*

λευκὰς φρένας ἔχει. Alba præcordia habet. *Ex Pindaro qui ait:*

λευκαῖς πεποιθὼς φρεσίν. Albis fretus præcordijs. *Tralatum ab aqua quæ cùm minùs profunda eſt albeſcit & pellucet,* *Poteſt huc trahi illud Plutarchi, ſed cum ironia:* Nauigatio iuxta terram iucundiſſima. *ſub* Odmieną ſłodżi rzéczy. V. Proſtak.

Nie żal mi tak vmrzeć. Nam-li zginąć / mech zginie vczciwié / wéſoło.

Nam-li wiśiéć / wole ná iédwabnem powrożié / ńé żiélonem drzéwié.

Speciosa quæro Paſcere tigres. *Europa apud Horatium, cupit lacerari à tigridibus dum forma priſtina integra eſt.*

ἐν ᾗ φαεσί γ' ὀλέσθαι. *Homer.* Luce perire liceat.

ἰδόντα τὰ φίλτατά, με λίποι αἰών. *Idem.* Spectantem me iucunda, deſerat vita.

Vulpes cùm ad patibulum duceretur, rogabat vt per plateam anſerum tranſiret. Apolog.

Oſtátni raz śie poćiéßyć / nápátrzyć / pożégnáć.

καλὸν γ' ὀποθανεῖν πρὶν θανατᾶν δρᾶν τ' ἄξιον. *Ariſtotel.* Mori eſt honeſtum priùs quàm morte dignum quid commiſeris.

τὸ γὰρ θανεῖν οὐκ αἰσχρόν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.

Nec enim mori eſt turpe, turpiter at mori. Pulchrũ mori in armis. *Virg.*

ὀποὶ καλὸ ξύλο κρέμασαι ἀπαγχόμενον. De pulchro ligno vel ſtrangulari libet.

Tangit

Tangit hoc dictum Aristophan. Simile affert Erasmus Gallis familiare:
Si mergendus sum, in pura aqua demergar .i. *Si pereundum est, honesta morte perire praestat. Georgius Clarentia dux, à fratre Eduardo IV Angliæ Rege, ob suspicionem affectati regni, iussus mori, data mortis optione; in labro Cretico vino pleno sensim sedenti influente suffocari elegit. Drexel. in Prodromo.*
γλυκὺ μέλι με κἂν πνίξατω. *Suidas.* Dulce mel vel me suffocet. *Terpandri Pòëtæ & Musici carmen, cui canenti quidam ficum in os apertum iniecit & suffocauit. Epaminundas transfixus iaculo non priùs illud extraxit (videns se moriturum statim) quàm audijt victisse suos, & telo extracto latus obijt victor. Diodor. Æmil. Prob. Ælian. Sic apud Virgilium perituro solatium datur ab auctore cadis: Æneid. 10.*
Æneæ magni dextra cadis. *Item 11.* Nomen non leue telo cecidisse Camillæ.
Et apud Homerum Achilles optat ab Hectore se interfici. Thudippo deploranti calamitatem suam quòd iniustè occideretur, Phocion dixit: Et non præclarè tecum agi putas, quòd cum Phocione occidaris? *Plutarch.*

Nié żal robic, gdy iest dla gégo.

βοῦς ἀλοῶν. Bos triturans, *cui os non alligabant Iudæi.*
βοῦς ἐν ἀμητῷ. Bos tempore messis .s. *gaudet & alacriter laborat, quia triturans benè pascitur, non item arans. Suidas hoc aliter interpretatur.*
Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor .s. *fructuosus. Martial.*
Vide Niédźiéią pracy.

Nie żáłuy dáć kedy trzéba: nié vbedźieć tem nic chlébá.

Fac sumptum properè, cùm res desiderat ipsa.
Dandum etenim est aliquid, cùm tempus postulat & res. *Cato.*
ἀσμενέως δαπανᾶν, δαπάνης ὅτε πρᾶγμα πόθησεν.
χρὴ τότε γὰ δαῆναι, ὅταν αἰτῇ πρᾶγμα ἑ ὥρη. *Mylius.*
In bono hospite atque amico quæstus est quòd sumitur (.i. *insumitur.*)
Et quod in diuinis rebus sumas, sapienti lucro est. *Plaut.*
Alexander M. puer adhuc, aris sacrorum causa admotus, thura largè satis focis ingessit, quem Leonidas Pædagogus reprehendit dicens: Sic sacrificabis cùm Arabiam ceperis. Cuius vocis Rex adultus memor, subactis thuriferis regnis, nauem thure onustam Leonidæ misit præcipiens; ne cum dijs parcus esset. Philippus de Berlaymont.

Nié záraz śie człowiék zépsuié. Pomálu śie człowiék psuié.

Nemo repente fuit turpissimus, accipient te Paulatim &c. *Iuuenal.*
κάκιστος ἀθρόος ἐγένετ' ἐν σμικρῷ χρόνῳ. *A.*
Momento in vno nemo fit nequissimus.
Declarat id egregiè in Plauti Mostellaria Philolaches, ædium nouarum exemplo, quæ ignauum habitatorem nactæ, immundæ primùm fiunt, tum tegulis vento deiectis tectum perpluit, vnde parietes paulatim putrescunt, & tandem totæ ædes corruunt. Sic adolescens benè natus & educatus ac institutus, vbi se segordiæ & voluptati dediderit, sensim ad alia & alia sce-

alia ſcelera prolabitur, donec pereat. Vſus eſt hac ſimilitudine ante Plautum Eccleſiaſtes c. 10. Adde apologum Æſopi de puero furace poſitum ſub, Kogo rodźicy nié karza.

Nié záraz to bedźié, ábo może być. Nié záraz Kráków zbudowano. Nié rázem wßyſtko zrobić, vmieć.

Nihil eſt ſimul & inuentum & perfectum. *Cic.* Non poteſt quiſquam noſtrum ſubitò fingi, neque cuiuſquam vita repente mutari aut natura conuerti. *Idem.* Seris venit vſus ab annis. *Ouidi.*

Primo quoque die, nemo magiſter erit. *Iunius ex Ioa. Girardo.*

Simile eſt illud. Nemo repente fit ſummus.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem. *Virgil.*

Solus Sardanapalus Anchialem & Tarſum vrbes vna die condidit, teſte Suida. non ille effeminatus, ſed alter ſtrenuus & militaris vir. nam duos fuiſſe idem ſcribit. alij verò vnum.

Primis imbribus non augetur amnis, quia terra eos combibit. *Seneca.*

——— εἰς Τροίαν πειρώμενοι ἦλθον ἀχαιοί. *Theocrit.*

Tentando Græci ad Troiam peruenêre.

πρὸς παρὸν μήτις ἀεξέτω ἀνθρώποις. *Ariſtoteles ex Empedocle.* In præſens (.i. *ſingulis momentis*) conſilium augetur hominibus.

Nonumq; prematur in annum .ſ. *carmen, quod placere hominibus velis, diu domi detineatur & poliatur. Horati.* *Pictores priùs quàm abſoluant opera ſua, per interualla temporis ea contemplantur, vt abducto ab ijs viſu, nouum iudicium ſemper de ijs faciant. ſicq; exigua diſcrimina notant, quæ aſſidua inſpectione occultarentur. Plutarch.*

Artes cum tempore incrementum accipiunt & perficiuntur. *Ex Martiano Celſo ICtis. Et plerique docent, artes & artifices noſtri ſæculi præſtantiores eſſe antiquis adeò, vt ſi Bias vel Dædalus (& ſic de aliis) reuiuiſceret, ridiculus haberetur teſte Plinio.*

ἐκ χρὴ παῖδας πρώτιστα διδάσκειν σοφούς. *Ariſtotel.*

Non eſt opus Pueros docendo mox philoſophos reddere.

εὖ εἰρῆσθαι· μὴ ἅμα ἀρχὴ τὸ τέλος καταφαίνεσθαι. *Herodotus.*

Rectè dictum eſt: non ſtatim cum initio apparere finem.

δηλοῖ δ' ἔοικεν ἐκ ὀλίγων χελιδόνων.

Indigere (*id*) videtur non paucis hirundinibus. *id eſt. multis diebus vel annis. Alluſit ad id Horat. ex quo licet formare dictũ:* Opus eſt Zephyris & hirundine multa. *Simile illud ex Virg.* Poſt aliquot ariſtas .i. *annos, id fiet.*

πολλοῖσι πλήγαις δρῦς στερρὰ δαμάζεται. *Diogenian.*

Multis ſubigitur (domatur) rigida quercus ictibus.

Ad primos ictus non corruit ardua quercus. *Garner.*

Arbor poſt primum ſubitò non corruit ictum. *Anonym. rhythm.*

Singula capientur ſic omnia capta tenentur. *Idem.*

Gutta cauat lapidem, non vi, ſed ſæpe cadendo. *Verſus vulgaris ex Ouidiano.*

Et fungus vna nocte vix enaſcitur.

Paulatim nidum conſtruit auicula. *Garner.*

Huc facit

Huc facit apologus positus sub Począł naćiężey. *Leopardus cicuratus venationi aptissimus est, sed si tertio aut quarto saltu feram non assequatur, despondet animum & efferatus recedit, donec carne aut sanguine placetur. Anonymus.*

Affine, Dáléko do tégo. Wielkie rzéczy. Pomátu.

Nié záraz do twárdych słow.

Bona verba quæso .s. *priùs quàm mala. Ex Terentio. apud quem hero indignante & minitante, seruus ea verba protulit.*

Piscator Æsopi priùs tibia occinuit piscibus, post retì traxit. (priùs. &c.

Omnia priùs experiri quàm armis sapientem decet. *Terent. al.* Consilio omnia

Quî scis an quæ iubeam sine vi faciat? *Idem.*

Cuncta priùs tentanda, sed immedicabile vulnus Ense recidendũ est. *Ouid.*

μήδ' ἄϋλως ἀλκῇ περι ἔπεσιν πειρηθῆναι. *Apollon. Argonaut.*

Robore non primùm sed verbis experiamur.

τῷ λόγῳ μᾶλλον ἄρεσον ἢ τῷ ξύλῳ. *Lucian. .s.* Διαδικάζεσθ.

Melius est lingua (*sermone*) quam ligno (*fustibus*) rem gerere, disceptare.

Vicinum, Vápominánie. Pierwey fuki.

Nieżártowny człowiek. Niéncićśny.

Nulla est in toto hoc corpore mica salis (.i *vrbanitatis, facetiarum.*)

Ex Catullo qui sic habet. Quintia formosa est. &c.

Totum illud, Formosa, nego: nam nulla venustas,

Nulla in tam magno corpore mica salis. *Quintilian. interpretatur, nil in eo ridiculum. Sed vide* Vrodá bez vkładności.

ἅλμη ἐκ ἔνεστιν αὐτῷ. *Zenodot.* Salsitudo illi non inest .i. *lepos facetiarum.*

ἔοικε ἐστὶν οἶνῳ αὐστηρῷ, ᾧ πρὸς μὲ Φαρμακοπόλαι χρῶνται, πρὸς δὲ πρὸ πότων ἐ πάνυ. *Lucretius de homine studioso vel philosopho.* Similis est vino austero, quo in pharmacopolis conficiendis vtuntur, in compotationibus non item. Neq; Gratijs pecudibusq; sacrificat. *Vide sub* Grubý. *Affine*, Niéluckí. Niéz...ły.

Nié záśpi on tu, abo tego.

—Haud tanto cessabit cardine rerum. *Virg.* .i. *hanc occasionem vel commoditatem non prætermittet.* Anserem vel Gruẽ dices. Abscedet oculis somnus &c. V. Czuyny.

Nié záśtapiß ty mnié.

Mihi dolet cùm ego vapulo. *Seruus Plautinus.* Ni doleres tu, ego dolerem. *Itidem.* ...te mei tergi misereret, si hoc non hodie effecissem. *Idem.*

Non ...dam ...quum tuum stultitiæ meæ (*peccato*) succedaneum. *Ex eodem Plauto.* ...rat. ...pies verbera pro peccato meo.

Nié zát... ...ema táiémnicé. Jak morze wßystko wyrzuci.

Plenus rimarum est hàc atque illàc perfluit. *Ex Terent.*

Futilis & rimarum plenus. *Apulei.* Seruon' fortunas meas cõmisisse futili? *Terent.*
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures. *Horati.*
ἐκ τετρημένης κύλικος πεῖ. *Suidas.* E perforato calice bibit.
μηλιακὸν πλοῖον. *Suidas.* Meliaca nauis .s. *rimosa & perfluens. Melia Cariæ ciuitas.*
ὡς φελλὸς ἀβάπτιστον. *Pindar.* Suberis instar immersabilis.
Dolium pertusum. *hoc quoq; sensu vsurpant Paræmiographi, & ad hoc videtur alluisse Terent. suprà initio.* Dicenda tacenda loquitur. *Ex Horatio.*

V. Nié oſtoi śie. Trudno zátáić.

Nié zátái śie ſzydło w miechu.

Afekt/ nałog/ przyrodzenie/ zátáić trudno / wnet śie wyda.

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu! *Ouidi.*
ὀλίγον χρόνον δύναιτ' ἄν τις πλάσασθαι τ αὐτὸ τρόπον. *Lysias.* Breui tempore possit quis fingere mores suos. θᾶττον ἂν πέντε ἐλέφαντας ὑπὸ μάλης χρύψειας, ἢ ἕνα κίναιδον. *Lucianus.* Citiùs quinque elephantes sub ala celes, quàm vnum cinædum. ῥᾴδιον ἀεὶ λανθάνειν κακὸν ὄντα. *Plato.* Non facile est vt qui malus est semper lateat. Exseritur opere nequitia non incipit. *P. Syrus.*
.i. *qui peccat, iam malus fuit, sed nunc malitiam latentẽ prodidit. Nam opus, mentis effectus.*
Non est facilis virtus, quam verò difficilis eius diuturna simulatio? *Cic.*

χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος,
κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μίᾳ. *Sophocles.*

Solum tibi probum tempus ostendet virum,
Porrò improbum vel vnica agnosces die.

ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ Συγγενὲς ἦθος. *Pindarus.* Difficile est occultare congenitos mores. *Achilles femineo habitu in gynæceo latens, agnitus est ab Vlysse, dum classico audito, omissis muliebribus ornamentis, clypeum & hastam ibidem positam arripuit. Lycophron Tzetzes, Plinius.*
ὅτε πῦρ ἱματίῳ περιστεῖλαι δυνατὸν, ὅτε αἰσχρὸν ἁμάρτημα χρόνῳ. *Plutarch.*
Nec ignem tunica, nec turpe delictum tempore occultare possibile est.
ὁ κρυβήσεται ἐν κακοῖς ὁ ἐχθρός. *Ecclesiastici cap: 12.*
Non abscondetur in malis inimicus.
Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. *Horat.*
Tolle periclum Iam vaga prosiliet frenis natura remotis. *Idem.*
Difficile est iustum dolorem temperare. *Papinian.*
Amor tussisque celari non potest. *Gallorum dictum addit Garner fumum & pecuniam.*
——Quis enim benè celet amorem? Eminet indicio prodita flamma. *Ouid.*
——Quis enim celauerit ignem? Lumine qui semper proditur. *Idem.*
Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta eius non ardeant. *Salomon Prou. 6. de eodem argumento tractans.*
Sic in Casina Plauti Staleno amator improbus suum negotium alieno sub nomine agens, non

potest

poteſt celare ſuum affectum, ſed frequenter prodit dicens. me, mihi &c. pro illum, illi &c. Horologium ſonans furatus eſt. V. Wyiáwi śie to.

Nie záwße bedźieß pánem / królem / przełożonem.

Nie záwße bedźieß przebarßczał. Obroći śie koło fortuny.

οὐκ ἀεὶ ἔσται τὰ κρόνια. Non ſemper erunt Saturnalia. *Seneca in Ludo, inſultans Neroni mortuo, ait.* Dicebam vobis: Non ſemper erunt Saturnalia. *Seruorũ hæc feſta erant, quibus publicitùs dabatur ſeruis licentia etiam in dominos impunè peccandi. quod ſatis apparet ex Dauo Horatium herum ſuum his diebus caſtigante. ei verò aliquantùm id aggredi reformidanti dicit Horat.* Age, libertate Decembri,

Quando ita maiores voluerunt, vtere. *Et Seneca epiſt. 47. ſcribit: Seruos his diebus, non ſolùm cum dominis ſuis epulari, ſed etiam honores gerere, & ius in domo dicere ſolitos, idq; habitu dominorum. vt Dion teſtatur. qui ſcribit; Narciſſo Claudij Cæſaris liberto, ex ſuggeſtu incipiente alloqui milites, reclamatum ab eisdem his verbis;* Io Saturnalia; *conditionem eius perſtringentibus.*

Similia feſta apud Athenienſes erant Antiſtheria *dicta: vnde illud dictum, huic loco etiam aptum:* βύεσζε κᾶρις οὐκ ἔτ' ἀνθιστήρια.

Foras Cares, non amplius anthiſteria .i. *licentia ad tempus ſeruis conceſſa iam exſpirauit. Plura Lucian. Macrobi.*

Miſcet hæc (*aduerſa*) illis (*proſperis*) prohibetque Clotho
Stare. Fortunam rotat omne fatum. *Seneca Thyeſte.*

Affine, Szczęśćie odmienne.

Nie záwße ſzłéku wßyſtko g-myśli / powoli.

Non licet hominem eſſe ſæpe ita vt vult. *Terenti.*
Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus & mens. *Horati.*
Multa eueniunt homini quæ vult, quæ ne vult. *Plaut.*
πολλὰ δὲ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσον. *Pindar.*
Multa hominibus præter animi ſententiam euenerunt.
οὐδὲ τῷ ἀνθρώπῳ παρεγίνεται ὅσ' ἐθέλῃσι. *Theognis.*
Non cuiuis aderit ſubitò quodcunque cupiuit.
ἀλλ' οὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νόημα πᾶσι τελευτᾷ. *Homer.*
Sed nec Iuppiter ipſe facit quæ cogitat omnis.

Nie záwße frąſunki / kłopoty / mélánkolia.

Interpone tuis interdum gaudia curis. *Cato.*
Φροντίσι δεκτὰ τέῳ θὴν καιρῷ χάρματα μίσγε. *Mylius.*
—Quondam cithara tacentem Suſcitat Muſam, neq; ſemper arcum Tendit Apollo. *Horat.* Non ſemper imbres nubibus hiſpidos Manant in agros;
Aut mare Caſpium Vexant inæquales procellæ Vſque:
Nec Armenijs in oris ſtat glacies iners Menſes per omnes. *Idem.*
οὔποτε πάγκακον ἦμαρ. *Heſiod.* Nunquam omninò malus eſt dies. V. Odpoczynęć.

Nié záwſze przy dworzé gody / czeſtſze głody.

In aulis non ſemper Bacchanalia, ſæpiùs Eſurialia.

ἡ πεῖν' ἐν αὐλαῖς ἢ κόρος ϑαμινωτερος. *A.* Fames in aulis ſatietate crebrior.

In aulis non quilibet eſt Saturio, vix non quilibet Eſurio. *Ex Plauto.*

Plures in aula Pinarij, quàm Potitij *Ex Virg. Liuio. Potitij a potiundo dicti ſunt Cerda. Pinarii. ἀπὸ τοῦ φαγεῖν Plutarch. i. ab eſuriendo. Erant vero in ſacris Herculis miniſtri vtrique. Potitij quidem qui priùs ad epulas acceſſerunt, & eis potiti ſunt: Pinarii verò qui tardius aduenerunt & ab eis excluſi eſurire coacti ſunt.* V. Dworſki ży wot.

Nie zawſze śie tedna ſtrona powodzi. Nié zawſze tedno ſłuży.

ἀλλ' οὐκ ἀεὶ πᾶσιν εὐτυχὲς, ἀεὶ δ' εὐτυχές. *A.*

Non ſemper id erit proſperum, quod ſemel erat.

Aſinus ſalferens, caſu in aqua lapſus, liquefacto ſale, onere leuatus eſt: idem ſpongias ferens, ſimile leuamen ſperans, ſponte lapſus, & ſpongijs aqua impletis leuare ſe non valens ſuffocatus eſt. Apologus Gabriæ. Aſinum hunc fuiſſe Thaletis & hanc eius aſtutiam ab hero deprehenſam ſcribit Plutarch. Vulpes ad cortem gallinarum ingreſſura optabat foramen dilatari, vt quam plurimas efferret: canibus autem excitatis & vrgentibus, optabat idem coarctari. Apologus Faërni, qui addit Epimytion tale.

Pro commodis mutare vota homines ſolent.

Vide Apologum Æſopi de Lignatore. ſub Nié iednákie záwſze beześćie. *vbi habes dictum.*

Fluuius non ſemper fert ſecures.

Nié záwſze to wznidzié co záśieieſz.

Non ſemper ad ſemen nata reſpondent. *Ex Seneca. qui id affirmante ſenſu protulit.*

πολλάκις ἄλλο μὲ ἔσπαρκας καὶ ἄλλο ϑερίζω. *A.*

Sæpe aliud metitur, quàm quod concreditur aruo. *Sic Virgil. ait:*

Grándia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis,
Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ. &c. *Item.* Sed illos
Exſpectata ſeges vanis eluſit ariſtis, *al.* auenis.

ἀντὶ πυροῦ ἄρα ἐξέλθοι μοι κνίδη, ἀντὶ δὲ κριθῆς βάτος. *Iob. cap. 31.*

Pro frumento proueniat mihi tribulus, & pro hordeo ſpina.

Συχνὰ δοκοῦν θήσειν ἐσθλὸν, ἔθηκε κακόν. *Theognis.*

Sæpe bonum credens, ſponte malum poſuit.

Nié záyrzeć. Nié záyrzyć nikt. Niémaß czégo záyrzeć.

——Sine riuali teque & tua ſolus amabis. *Horati.*

Licebit eum ſolus ames, me æmulum non habebis. *Cic.* Pompeius quàm ſeipsũ amans ſine riuali! *Idem.* Liuor ſumma petit .ſ. *non infima. Ouidi.*

Horum Semper ego optârim pauperrimus eſſe bonorum .ſ. *timere & inuigilare opibus aſſiduò. Horati.* Eius ingentes oculo irretorto Specto ego aceruos. *Ex Horat.*

——Miſerere tu felicium. *Mart. tantùm abeſt vt inuideas illis, qui ſe putant beatos, quòd opibus abundent & à vulgo ſuſpiciantur ac prædicentur, cùm miſeri ſint.*

τοῖς δ' ἐν δόμοις δοῦλε εἰς ὅλως φθονεῖ. *Euripides.*

Qui penitùs homo nihili eſt, quid inuideas ei?

ἥλιος ἑσπέρᾳ μὴ φθονεῖ *Ex Philoſtrato.* Sol non inuidet veſperæ.

Aſinus onera portans, viſo equo bellico pulchrè ornato inuidebat ei, poſtea occiſum cernens, ſuam ſortem magis adamauit. Æſopi apologus.

Scythia non inuidet Ægypto. *Rhodigin. quia diſſimiles & diſtantes multùm ſunt. Confer.* Przeſtań ná ſwem.

Nie zażyieß tego.

Rape, congere, auſer, poſſide: relinquendum eſt. *Martial.*

ἄλλοισιν συνάγῃς αὐτὸς γυμνὸς ἔνθεν ἀπείσῃ. *A.*

Accumulas alijs, aſt ipſe hinc nudus abibis.

Linquenda tellus & domus & placens Vxor, neque harum quas colis arborum

Te præter inuiſas cupreſſos Vlla breuem dominum ſequetur.

Abſumet heres Cæcuba dignior. &c. *Horati.*

In titulum ſepulchri laboraſti. *Seneca in eum qui ſerò dignitatem aliquam conſecutus eſt: Sic diuiti apud S. Lucam c. 12. dicitur.* Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te; quæ autem paraſti cuius erunt? *Plura talia ſunt apud Eccleſiaſtem, Eccleſiaſticum, in Prouerbijs ſacris & Pſalmis paſſim obuia.*

κρητικὴ θυσία. *Zenodot.* Cretenſe ſacrificium: *de eo qui non fruitur iis quæ parauit. Vt Agamemnon in Creta ſacrificio inchoato illud reliquit ob tumultum fugientium captiuorum cum nauibus. Dicitur & de negotio imperfecto vel tumultuario.*

Nieźgodá. Nieźgodni. Nie zgodza śię te rzeczy. Przećiwne rzéczy śię nié zgodzą. Poki świát świátem/ wilk owcy/ ábo piés kotcé/ nigdy nié będźié brátem.

Dwá koći w iédnem worzé. Trudna zgodá/ ogień wodá.

Lupis & agnis quanta ſortitò obtigit, (*tanta*) Tecum mihi diſcordia eſt. *Horati.*

Iungere gryphes equis, canibus damas. *Virgil.* Vulpes cum leonibus. *Martial.*

Diuertunt longè mores virgini & lupæ, i. *meretrici. Plaut.*

Non benè conueniunt nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor. *Ouid.*

Diſſimilitudo morum, diſtantia vitæ, & ingenia contraria, ſoluunt amicitiam. *Cic.*

τί κόθορνος χὴ ῥόπαλον ξυμπλέκεται; *Ariſtophan.* Quid cothurno (*delicatorum & hiſtrionum calceamento*) cum claua Herculis commercij?

τίς δ' κατόπτρῳ καὶ ξίφει κοινωνία; *Ariſtophan.*

Quódnam mucroni atque ſpeculo conſortium?

Faciliùs inter horologia quàm inter eos conuenit. *Seneca de Philoſophis.*

ἄμπελος καὶ κράμβη .ſ. ἀνταπαθοῦντα. *Suidas.* Vitis & braſſica diſſident. *Sic quercus ſi iuglandi vicina ſit emoritur. Plinio teſte. Item olea & quercus diſſident & plura huiusmodi in plantis herbis lapidibus apud eundem. In animalibus quoque multa diſſident. Aquilarum pennæ aliarum volucrum pennis miſtæ eas deuorant. aut Plini. Pantherinæ pelli pili decidunt, ſi prope ſuſpendatur pellis Hyænæ, cum qua etiam viua odium exercet. Idem Plini. Sic pelles lupinæ adeò inimicæ ouinis, vt tympana lupina pelle*

obiecta, obtundant alia tympana ouinis aliisue pellibus tecta. Oppian. Addit Pierius fides ex intestinis lupi factas, reddere absonas & mutas fides ex oue vel alio animali factas.

οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσι.
ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισι. *Homer.*

Neque lupi & agni concordē animū habent. Sed malè cogitat perpetuò alter alteri,
μιγνύς τὰ ἄμικτα. *Cyrillus Alexandri.* Miſces quæ miſceri recuſant.
τί δελφῖνι καὶ βοὶ κοινόν; *Suidas.* Quid delphino & boui commune?
ἐκ διαμέτρου. ἢ κατὰ διάμετρον ἀντικείμενα. *Athanaſi.* E diametro vel iuxta diametrum oppoſita. Diametro diſtant.
Suilla harmonia. V. Káżdy w ſwą. In alia omnia diſcedere. *Cicer.*
Quid barbito cum crocoto! Quid lyræ cum vitta? Quid ampulla & ſtrophium? *Ex Suida.* Duo Echini. *Vide* Nigdy.
ἡρακλῆς καὶ πίθηκος. Hercules & ſimia. *diſſident. hæc dolis ille viribus vtebatur.*
Amphion & Zethus fratres. *moribus admodùm diſſimilibus & diſſentientibus apud Platonem Euripidem Pacuuium.*
τὰ ἀκόλλητα κολλᾶς. Inſociabilia glutinas.
Amicus vt oleum plantis. *Rhodigin. per antiphraſim dictum accipe.*
πῦρ ὕδατι μιγνύναι. *Plutarch.* Ignem aquæ miſcere.
Fullo noluit migrare in carbonarij domum licet amplam, ne à ſe candefacta, ille denigraret. *Epimythion Planudis. Æſopi apologus.*
ὅτι πᾶν τὸ ἀνόμοιον ἀκοινώνητον. Quod omne diſſimile ſit inſociabile.
Conuenit illis vt cani & feli. *Garner. ex Gallico. noſtrates idem vſurpant.*
Diſparibus bobus nunquam trahitur bene currus. *Garner.*
Affine, Káżdy w ſwo. Przećiwna rzécz.

Nié z iem-ći go.

Similis phráſis eſt 2 Regum 19. vbi Tribus Iuda prior occurrit Dauidi & eum honorificè deduxit: ob quod Iſrāélitis indignantibus reſpondit: Nunquid comedimus aliquid ex rege? .i. *ſaluum illum etiam abſque vobis adduximus.*
Potes hic vſurpare ex ethnicis illa. Non ſum Saturnus, qui filios ſuos vorabat, aut Polyphemus aut Lamia, aut Anthropophagus, Pāphagus, *& ſimilia; qualia ſub* Obżárty *non pauca habes.* ἐκ πάμφαγός εἰμι, *&c.* *Quadrat & illud;*
Num Charadrium vendis? *vel* Non charadrium vendis. *Vide ſub* Zazdrościwy.

Nié z każdego żaka bedzié/ abo bywa kśiądz.

Vulgò hic vſurpatur illud. Non ex omni ligno fit Mercurius.
ἐκ ἐπὶ παντὸς ξύλου ἑρμῆς ἂν γένοιτο. *Pythagoras apud Apuleium inquit:*
Non enim ex omni ligno Mercurius exſculpi debet. *Huius enim ſigillum è buxo ſculpſerat Apuleius ad magicæ artis vſum; & alioquì lignum hoc durabile admodum eſt, & igni ipſi reſiſtit Plinio teſte.* Non quælibet vitis inſitionem patitur.

Nié z każdey reki przyiemna Bogu ofiará.

Nos

Non quacunque manu victima cæsa litat .i. *Deo grata est vel impetrat. Martial.*
Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius; ad Cain verò & ad munera illius non respexit. *Genes. 4.* ὐ πασᾶ χεὶρ θύουσα θεὸν ἱλάσκεται. *A.*
Non quæque sacrificans placat manus Deum.
Alexander ab Apelle pingi & a Lysippo fingi tantùm volebat. *Cic.*

Niezná̋ome rzeczy/ niétákome. Czégo niézname/ tego niézádamy.
ὃ ἀγνώστ ἐδεὶς πόθος. Ignoti nulla cupido. *Passeratius.*
Quæ ignoramus, aspernamur. *Lazar. Bayfius.*

Niezná̋omego śie strzeż.
Lupus est homo homini non homo cùm qualis sit non nouit. *Plaut.*
ἄγνωστος ἄνθρωπος ὁμότροπός ἐστιν λύκῳ. *A.*
Ignotus homo quiuis mihi instar est lupi.

Niezná̋omy. Niézname śie.
Quem ego hominem nullius coloris noui. *Plaut.*
Nuper vsque albus an ater esses ignoraui. *Apuleius.*
Ne pictum quidem illum vnquam vidi. *ex Cic.* Quem nemo natum nouit. *ex Cic. qui ait:* Quos omninò natos nesciebam. *Et Plaut.* Non magis me respicias, quàm si natus nunquam siem.
ὃς ἐμὲ οὐδ' ἂν ζῶντ' ἤδει. *Aristophan.* Qui me ne viuere quidem sciat.
οὐδ' ἔγνω πότερον τεθνάκαμεν ἢ ζοὶ ἐμές. *Theocrit.*
Non nouit vtrum mortui an viui simus. Nomine tantùm notus. *Horat.*
Me nihilo minùs respicit, quàm si ducentos annos hinc fuerim mortuus. *Plaut.*
Quia egens relicta est misera, ignoratur parens, negligitur ipsa. *Terent.*

Nie znáß śie na tem. Znáß śie na tem/ iák kozá na pieprzu/ iák wilk ná gwiazdách.
ὄνος λύρας ἀκροάτης. *Varro. Gellius.* Asinus lyræ auditor.
τί κοινὸν τῇ λύρᾳ χ̀ ὄνῳ. *Lucian.* Quid commune asino cum lyra?
ὄνος λύρας ἤκουσε, κὰι ζάλπιγος ὗς. *Suidas.*
Asinus lyræ, sus audiit sonum tubæ.
ὄνος ἐν μύρῳ. *Diogenian.* Asinus in vnguento.
ὡς εἰ τ̀ μῦθον ὄνῳ τις λέγῃ. *Galenus.* Velut si asino narret quis fabulam.
In aures asini canere *se dixit Musicus Ægyptius excellens, qui Syrorum regi musices ignaro canens ab eo contemptus & tacere iussus est. Ex Dione.*
Sic Antheas Scytharum rex Ismeniam tibicinem inter pocula canentem audiens, cæteris applaudentibus dixit: Suauiùs se equum hinnientem audire solere. *Plutarch.*
ὄνος πρὸς αὐλὸν, πρὸς λύραν. *Athenæ.* Asinus ad tibiam, vel ad lyram.
Nil graculo cum fidibus. *Gellius.* Gallus vnionem repertum contemnit. *Apolog.*
τί τυφλῷ χ̀ κατόπτρῳ; *Stobæus.* Quid cæco cum speculo?

Cæcus

Cæcus monſtrat iter. *Horat.* Cæco nil coloratum.
Cæcus de coloribus diſputat. *Ex Ariſtotel.*

τὴν σοφίην σοφὸς ἐυδίνει, τέχνας δ' ἐμότεχνος. *Phocylides.*
Sapientiam ſapiens diiudicat, artes verò artifex.

νηπίη δὲ τό γ' οἶδ', ἑκατὸν ξύλα τε δίφρου ἁμάξης. *Heſiodus.*
Stultus ne hoc quidem ſcit, centum eſſe ligna plauſtri.

δειπνεῖν με δίδαξε. Cœnare me doce .ſ. *non pœtari.* *Apud Ariſtophanem hoc dicit Bacchus Herculi voraci, de Pœtæ iudicium ferenti, cùm ille ciborum quàm Tragœdiarum peritior eſſet.* Sus amaracinũ fugit. Cantharus vnguentũ. V. Δρτεκά gnoyĸowi.

Affine, Wrzkomo rozumie. Proſtak. Nie twoią to rzęcz. Rozſądek gruby.

Nie żołnierz. Nie wiele ich pobił.

Nemo per tuum latus ſauciatus eſt. *Cic. in Vatini. id verò accidere ſolet ſtrenuis, qui ante aciem prouolant, vel ſuo corpore aliquem tuentur.*

Aptè hic vſurpabis illud Turni apud Virg. ironicum. Quando tot ſtragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, paſſimque trophæis Inſignis agros.

φόβος διεπόησε πρὶν λόγχλυ θίγειν. *Euripid.*
Perculſus eſt metu antè quàm haſtam tangeret.

πολεμίας σάλπιγγος δὲ ἐν ὕπνοις ἀκοῦσαι ὑπομένων. *Phylarchus.*
Bellicam tubam ne in ſomnis quidem audire ſuſtineat.

ὁ μὲ λόγος θαυμαστός, ὁδὲ λέγων ἀ πώποτε σάλπιγγος. *Plutarch.*
Oratio quidem admiranda, ſed qui dicit nunquã tubæ ſtrepitũ audiuit. *vel,* nunquã eum tuba circumſonuit. Ante tubam tremor occupat artus. *Virgil.*

πρὸ δ' μάχης ἑάλωκεν. *Appian.* Ante pugnam captus eſt.

τί φεύγεις Διόνυσε; τί σοι φόβος ἄρτι κυδοιμοῦ; *Nonnus.*
Quónam Bacche fugis? quiſnam hic timor ante periclum, aut tumultum?
V. Boiáźliwy.

Nie zoſtáwuymy nic nieprzyiacielom / ziem potomkom / po[illegible]em.

Proſuſorum nepotum eſt oratio, qua ſuum luxum tanquam honeſta & iuſta tue[illegible]

τάδε Μῆδος ἐ φυλάξει. *Lenodot.* His Medus (*hoſtis*) non inſidiabitur; *vel* [illegible]e non obſeruabit, non cuſtodiet. *Græcorum dictum eſt, qui aduentante Xerxe [illegible] ſua conſumpſerunt, ne ſolatium hoſti relinquerent.* *Noſtro more diceres.* Ži[illegible]my / niech niema Tátárzyn poćiechy / ábo co bráć.

Poſſent etiam hoc dicto perſtringi ijdem luxuriosi, ironicõs prolato.

Nie zow ſwoiem własnem tego co ſnac maß z dáru cudzego / ábo Bożego / ébo cokolwiek maß odbytnego.

Non eſt tuum fortuna quod fecit tuum. *Seneca.*

ἂν ἔστι σὸν, ἴδιον δ' ἅπαν τύχης δόμα. *A.*
Dari bonum quod potuit auferri poteſt. *Seneca.*
Nil proprium ducas quod mutarier poteſt. *P. Syrus.*

Nie

Nié ztadby poczać / abo poczynáć.

Non ab vnguibus incipiendum, *S. Basilius ait:* καταγέλαστόν ἐστιν, ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι. Ridiculum est, ab vnguibus incipere. *& non à capite negotium aliquod vt medicinam, picturam, reipublicæ vel communitatis alicuius emendationem.*

Simile est illud Aristidis. δοῦναι κεφαλὴν χιτῶνι ἀνεξαρτήτου. A limbo tunicam absoluere .ſ. *absurdum est.* *Et Platonis:* τὸν λέοντα δοῦναι ἐκ ὄνυχος ἀνεξαρτήτου. Ab vngue leonem elaborare, perficere.

Nigdy. Nié będźié to nigdy. Ná zielone świątki.

Pierwey świát opák poydźié. Muśiáło by ſtońce ináczey chodźić.

Poki świát świátem nié będźié to. Kiedy mi ná dłoni włoſy wroſną. *&c.*

Apud Latinos & Græcos ſimiliter multa ſunt in hanc ſententiam. vt: θᾶττον ἄνδρα τῶν πάντων ψάμμον ἐξαριθμήσεν. *Suidas.* Citiùs quis omnem arenam dinumerârit.

θᾶττον ἔλεν λευκὰς κόρακας, πλωτάς τε χελώνας
εὑρεῖν, ἢ σόκιμον ῥήτορα καππαδόκην. *Ammian.*

Citiùs albos coruos, & volantes teſtudines
Reperias, quàm probum Rhetorem Cappadocem.

Ad Calendas Græcas. *Augustus apud Sueton. Nam Græci Calendas non habent ſed* νουμηνίας .i. *nouilunia. quæ obſeruabant quocunq; die menſis inciaſſent. Calendæ autem Latinorum ſemper prima die menſis accidebant.*

ἐπὴν ἡμίονοι τέκωσι. *Herodot.* Cùm mula pepererit. *Galba apud Sueto. nam ſterilis eſt.*

Ne per ſomnium quidem .ſ. *id fiet. ſic Theocrit:*

μὴ τύγε μεῦ κύσῃς τὸ καλὸν στόμα, μήδ' ἐν ὀνείρῳ.

Nunquam tu oſculaberis meum pulchrum os, ne in ſomnis quidem.

Priùs vnda cum flamma redibit in gratiam. *Cic. ex Vet. Pœta.*

πρώτερον χελώνη παραδραμεῖται τὰ λασύποδα. *Diogenian.* Priùs teſtudo leporem *vel* cuniculum curſu præuerterit.

Vbi mula pepererit .ſ. *capies ciuitatem. Sic Babylon obſeſſa reſpondit Dario. interim mula portentosè peperit, & capta eſt ciuitas. Pierius.*

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces, Quàm &c. *Virgil.*

πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναίοις. *Ariſtophan.* Priùs lupus ouem ducat vxorem.

τὸ πέλαγος πρότερον ὅσον ἄμπελον. *Diogenian.* Priùs mare vitem tulerit.

πρὶν δύο ἐχῖνοι εἰς φιλίαν ἔλθοιεν *Suidas.* Priùs duo echini, *(terreſtris & marinus)* amicitiam ineant. πρὶν ἐνθένδε φύσαι τρίχες ἢ σὺ ὄψει σελευκείαν. *id eſt:* Priùs in hac manu naſcentur ſetæ, quàm tibi Seleuciam conſpiciendi poteſtas ſit futura. *Apud Plutarchum legatus Parthorum manus ſupinæ vola oſtenſa, reſpondit M. Craſſo, qui dixerat, ſe mandatis Parthorum Seleuciæ reſponſurum.*

In caput alta ſuum labentur ab æquore retrò
Flumina, conuerſis ſolque recurret equis.

Terra feret ſtellas, cælum ſcindetur aratro,
Vnda dabit flammas & dabit ignis aquas. Quàm &c. &c. *Ouid.*

Scarabæus citiùs faciet mel. *Palladas.*

βάτιον ποιήσῃ μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ.

Producet citiùs mel cantharus, atque culex lac.

Priùs Apulis iungentur capreæ lupis. *Horat.* Maria priùs exuras quàm &c. *Virg.* *ſub* Oniépodobne rzéczy. *Vide Poëticam Georgij Fabricij, qui talia multa iſtuc congeſſit ex variis Poëtis, ſub Titulo Nunquam & ſequenti.*

Φωκέων ἀρά. *Zenodot.* Phocenſium exſecratio. *qui communi conſenſu ex Ionia patria migrantes, lapide ignito in mare conjecto diris deuotionibus & exſecrationibus additis, iurarunt ſe nunquam in patriam redituros, niſi ille lapis è mari enataret .i. nunquam. Apud Horatium l. Epodon 16. ſic hi loquuntur.* Eamus omnis exſecrata ciuitas. &c. *Hinc aliud dictum ortum eſt.* μὴ πρὶν ἢ τὸν μόλιβδον Φωκέων ἀναφῆναι. Non priùs quàm lapis ignitus Phocenſium enatârit, *quem illi iuramento ſtabiliendo in mare conjiciebant. Herodot. quod alios etiam populos factitaſſe ſcribit Plutarch.* Cùm ferrum, plumbúmue natabit ſuberis inſtar. *Hoſpitalius.* *Affine,* Niépodobieńſtwo.

Nigdzié. Byś zwiedźił wßyſtek świát, nie naydźieß.

Si ipſi ſoli quærendum des, reperire non poſſit. *Ex Plauto.*

ὅτε δὴ κερείων τὰ τιτυβαμυθολογούντων ἀκούοις. *Lucian.* Ne in tonſtrinis quidem (*vbi garrulitas dominatur*) talia fabulantes audies. Niéſtychána to.

Recentiores aliqui iocantes dicunt: Sub concauo lunæ aliquid eſſe. *quod dictum alludere videtur ad fabulam Luciani lib. 1. de Vera Hiſtoria, vbi in globo Lunæ nouam terram & alia multa ridiculè & abſurdè ineſſe fingit.*

Huc facit Pindari & Stephani dictum ſub Niéwiédźieć kedy.

Nikt.

Latini dicunt. Bona fortuna. *Vide plura in 1 Tomo ſub eodem Verbo* Nikt.

His adde illud Horatij. Non dii non homines non conceſsêre columnæ.

Et Pindar. Nec Deus nec homo. *Sub* Bogá niéoßukaß *ſuprà.*

Ni mnié, ni tobié. Ni tobié, ni mnié. Ni temu, ni owemu. Niémáß śie czem dźielić.

λεπτὰ ξαίνειν aut ξέειν. *Suidas.* Tenuia radere, diuidere.

καταπρίειν τὸ κύμινον. *Theocrit.* Concidere vel diuidere cyminum.

σῦκα μερίζειν. Ficus diuidere. *Martialis cuidam, qui Equitem ſe cum fratre iactabat, cùm tantùm quadringenta .i. vnum cenſum equeſtrem haberet, dicit:*

Quadringenta ſecat qui dicit σῦκα μερίζε *.i. perinde facis, cum 400 tantum in cenſu habens, eques haberi cum fratre vis, atq; ſi ficum diuideres, quæ nec vnum ſatiat.*

Simile apud nos illud, Jágodo śie dźielić. *Adde ſi lubet crudele dictum falſæ matris*

l. 2. Regum c. 3. de infante dubio: Nec mihi nec tibi ſit, ſed diuidatur.
Quadrat & illud Iſaiæ c. 28. Coangustatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat. & Pallium breue vtrumque operire non poteſt.
Et Matthæ. 25. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis.

Ni pachnié/ ni śmierdzi. Barßczyk. Mickki cztowiek.

Neque amicus, neque inimicus. Neque amat, neque odit. *Sic Theognis.*

ἐργαλέως μοι θυμὸς ἔχει πρὸς σῆς φιλότητος·
οὔτε γὰρ ἐχθαίρειν, οὔτε φιλεῖν δύναμαι.

Difficili quodam modo affectus ſum erga tuam amicitiam.
Nec enim odiſſe te nec amare queo. *Et Martial.*
Difficilis, facilis; iucundus, acerbus es idem.
Nec tecum poſſum viuere, nec ſine te.

οὐδ' ἔμψυχος οὐδ' ἄψυχος. *Ex Platone.* Nec animans, nec inanime.

κἀδύνατ' ἄχρηστον ἀδὲ χρήσιμον παρόν. *Euripides.*

Inutile nihil, vtile nihil ei adeſt.
Lentus & patiens nimium videor. *Cic.* Neminem adhuc offendi qui hæc tam lentè, quàm ego fero, ferat. *Idem.* Non iraſci nonnunquam eſt lentitudinis. *Idem.*
Nunc tu lentus es, ſuſque deque fers. *Laberius.* *Simile eſt illud:*
Teneris illa (.i. *Antonius, effeminatus vel fidei ambigua*) lentum negotium. *Cic.* .i. *tergiuerſatur & diem ex die ducit, tardus ad debitum ſoluendum.*
νόμος τοὺς σύλλους κολάζει οὐκ ἐν τάσει μηδετέρῳ μέρει προσγενομένους. *Plutar.*
Solonis lex punit eos qui in ſeditione neutri parti ſe adiungunt.
ζωτλιον ἡμιέφθον. *Iſaiæ 51. apud LXX.* .i. Beta ſemicocta.
Qui languidus eſt & animo remiſſo, inter virtutes & vitia fluctuans, eſt beta ſemicocta. *Cyrillus, Hieronym.* Vltra betam ſemicoctam inſipidi ſumus. *S. Paulin. tralato ſimiler ad animum ſenſu.* *Vappa etiam dici poteſt homo nullius animi & conſilii tanquam ſaporis nullius vinum. item qui neutram partem ſequitur probat vel improbat.* Neque calidus neque frigidus. *Apocalypſ. 3.*
Non laudo florem qui nullum ſpirat odorem. *Anonym. rhythm.*
Affine, Ni to/ ni owo. Oboietny. Náćiagnićß gdźiè chcéß.

Ni przez ni zaz.

Quo iure quáue iniuria. *Terent.* Słußnié/ nié ſłußnié.
Temerè, nulla cauſa. *Cic.* Bés żadney przyczyny.
ἀπολέμως πολέμιος. Citra bellum hoſtis. *Vel* Non hoſtis, hoſtis.

Ni to/ ni owo.

Nec caput nec pedes habet .ſ. *res, vel negotium, aut oratio. Cic.*
Garriet Quò neque pes vſquam neque caput compareat. *Plaut.*
——Quin nec caput nec pes ſermonum apparet (.i. *nec initium nec finis.*)
Nec quid dicatis, nec cur me ludatis ſcire poſſum. *Idem.*

—Vt nec pes nec caput vni. Reddatur (*respondeat*) formæ. *Horat. de pictura inepta.*

καὶ πῶϛ τελϛτὰ καὶ καραϊϛται λόγ☉; *Æschylus.*

Vbi terminatur incipiṙque oratio?

Nec vola nec vestigium apparet. *Varro.* Scopæ dissolutæ. *Cicer. de mandatis absurdis. & de oratione inconcinna.*

νῦν μὲν γὰρ ὅτε θέομεν ὅτ' ἐλάυνομεν. *Aristophan.*

Nec remigamus nunc quidem nec currimus.

κόρακι λευκῷ ἔοικε, μήτε αὐτοῖς τοῖς κόραξιν ἀναμιχθῆναι δυναμένῳ διὰ τὴν χρόαν, μήτε τ☉ περιστεραῖς διὰ τὸ μέγεθος. *Galenus de Lyco.* Coruo albo similis esse videtur, qui nec coruis admisceri potest ob colorem, nec columbis ob magnitudinem. ὔτε γῆς ὔτε θεμῶν ἅπτεται. *Luciã.* Neq; terram neq; cælũ attingit. Vir, non vir; auis, non auis; lignum, non lignum; lapis, non lapis. *Clearchus.* .i. Eunuchus, vespertilio, ferula, pumex. *Rhodigin.*

πλοῖον ἢ κωπῆ. *Aristophan.* Nauis aut galerus. *de re incognita vel ancipiti.* Arenam sine calce & Comissiones meras *Caligula vocabat scripta Senecæ apud Sueton. al.* Commissuras. Anguilla nec mas nec femina est. *Pierius ex Aristotel.* Neque caro neque piscis. *Erasm. è Gallicis.*

Si legis, cantas; si cantas, male cantas. *Fului. Peregrin.*

Vulgare illud est. Neq; ad chorum neq; ad forum. *Affine,* Ni pachnié ni śmierdźi.

Ni z gośćią.

Barbarũ hospitem mihi in æde nil moror. *Plaut. Lepidè Martial. l. 9. ep. 8. in Afrum.*

Dicere de Libycis reduci tibi gentibus Afer
Continuis volui quinque diebus aue.
Non vacat, aut dormit, dictum bis terque reuerso.
Iam satis est: non vis Afer auere, Vale. *Item. l. 5. ep. 68.*
Sæpe salutatus, nunquam prior ipse salutas.
Sic erit æternum Pontiliane Vale. *Vide & lib. 11. epi. vltimum.*

Χαίρειν ἀπείπων, κλαιέτω, ὅσ' ἐρρέτω. *A.*
Gaudere non vult, tum fleat siue pereat .i. *abeat.*
Χαίρειν ἀπείπεις, διό σ' ἐγὼ ἔρρειν λέγω. *A.*
Saluere non vis? ergo tibi dico Vale. *Affine,* Rozbrát.

Nocą wicle sprawiś.

νυκτὶ φωνὴν, νυκτὶ βελὴν, νυκτὶ τὴν νίκην δίδε. *Plutarch.*

Nocti vocem, nocti consilium, nocti victoriam tribue.

Multa sunt quæ in lucubratione rectè aguntur, tam vespertina quàm matutina. *Columella. qui enumerat multa Catonem secutus.* *Gellius librum eruditum, quem in agro terræ Atticæ per hyemis noctes longas elucubrauit, hibernarum vigiliarum Noctes Atticas inscripsit.* *Philostratus Scopeliani Sophistæ nocturnas lucubrationes miris laudibus effert; eumq; scribit vsurpasse crebrò, scitum illud dictum:*

ὦ νὺξ, σὺ

ὦ νὺξ, σὺ γὰρ δὴ πλεῖστον σοφίας μετέχῃς μέρος θεῶν. .i. O nox, tu quidem ſapientiæ diuinæ obtines partem plurimam vel maximam. *Huc facit illud.* Nocte conſilium. *ſub* Rozmyślić śie. *Conſer.* Spáć długo gośpodarzowi.

Nos-ći śie krzywi/ znáć niéprawdá to.

Mendacij te naſus arguit tuus. *Eraſm. è Gallico dicto.*

ψεύδεαξ ἡ ῥὶν δή σ' ἐλέγχεται τεά. *A.*

Græci autem dicunt: ψυδάκεμα ὅτι ῥινὸς ἔχῃς. Puſtulas in naribus habes. *indices hominis mendacis. quas etiam* ψύδρακας *&* ψδύσμαλα .i. *mendacia ipſi appellant. Sic apud Theocritum amator volens affirmare ſe non mentiri puellæ, ait:*

ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀρηϊᾶς ἐκ ἀναφυσῶ.

Mendacij ſigna nulla ſupra patentem naſum emittam vel oſtendam.

Nots tylko vmiem.

Ex apologo Polonico de anicula, quæ precandi formulam, quam precationem ordinariam & legitimam Tertullianus appellat, nos Dominicam, dicere iuſſa, reſpondit. Notkeć go tylko vmiem. *Sic apud Virgilium Lycidas de quadam cantilena olim audita dicit:* Numeros memini ſi verba tenerem. Numeros, ſ. *modos:* νόμους *Græci dicunt, quòd pueri eorum, leges diſcentes cantando eas diſcere ſoliti eſſent.*

τὸ γὰρ ἆσμα ἐκ ἐπίσταμαι. *Plato.* Modulos aut concentum neſcio. *Abÿce negationem, quadrabit.*

Nowego śie tám co záwße vrodźi.

Semper aliquid noui Africa affert. *Plmi. loquitur autem de animalium nouis formis, quæ ibi quotannis generantur ex miſtione ferarum variarum ad riuum aliquem (nam arenoſa eſt regio) potus cauſa concurrentium & laſciuientium.*

ἀεί τι καινὸν λιβύα τίκτει θηρίον. *Athenæ.*

Libya quotannis beſtiam gignit nouam. *Simile eſt illud.*

ἀεί τι καινὸν ἡ λιβύα φέρει κακόν.

Quotannis Africa quidpiam profert mali.

Nic dobrego ábo wéſołego ztámtąd nié czékay.

Nowe rzéczy przyiemnićyßе/ chociá podczas ſą podléyßе.

Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſſima rerum. *Ouid.*

τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,

ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. *Homer.*

Eam enim cantilenam magis celebrant homines, quæ audientibus recentiſſima accidit. ἄινει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. *Pindar.*

Lauda vinum vetus, ſed hymnorum nouorum flores. *Sic Horati.*

Indignor quicquam reprehendi, non quia craſsè
Compoſitum illepidéue putetur, ſed quia nuper. *Quidam enim veteres tantùm ſcriptores mirantur; recentes licet pares vel meliores contemnunt.*

Contra Plautus laudat veteres, *& addit:* Nam nunc nouæ quæ prodeunt comœdiæ.
Multò sunt nequiores, quàm nummi noui.
Omnis principio res noua grata suo. *Garner.*
μέγα τὶ ἄγγελ& ἐσθλός. *Suidas.* Magna res bonus nuntius. *Simile* Swieże rzeczy

Nowin nie śiey. Nowiniarzá vrzad nie poczęsny.

Rumores fuge, ne incipias nouus auctor haberi. *Cato.*
Φεύγε τὸ ἀτερμελόγον, μηδὲν νεοποιὸς ἰδέσθ. *Mylius.*
Rumorum auctorem sæpe necesse est falli & fallere alios, indeq; erubescere & fide ambigua vel nulla esse.

Nowin rad słucha. Ždécht ná nowiny. Miło słyszeć co nowego.

Surgentem auenam auscultat. *Carol. Bouillus ex apologo quodam. Dictum in eum qui tam auidus est nouorum vt tenuissimos rumusculos captet & auscultet minimos sibilos, sic vt vel crescentes segetes aut herbas exaudire velle vel posse videatur.*
καλέσαν ἀλλήλας ὥσπερ οἱ κίκονες ἐπὶ τὸν θέατρον. *Ex Homero & Synesio.* Conuocant se inuicem Ciconum instar ad spectaculum .s. *noue alicuius & inaudite rei. vt Cicones faciebant.* Athenienſis vel Athenis natus, *pro curioso. S. Lucas in actis c. 17. dicit:* Athenienses omnes & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. *Tales 2. ad Timoth. 4. S. Paulus vocat* κνηθομένους τὴν ἀκοήν. prurienres auribus. Coci pecorum, piscatores piscium prouentum, & curiosi malorum ceu rerum nouarum commotionem optant. *E Plutarcho.* In auribus habitat animus. V. Miło co vmieć.

Nowiná dobra rychley śie niż zła odmieni.

Nuntius lætus rarò verax. *Sic Cic. Attico.* Attulit mihi à te literas hilariores, nec tamen firmas. Omnia facilùs credere possum, quàm quod scribis.
Idem Philippica 1. Fit enim plerunque, vt ij qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quò faciant, id quod nuntiant lætius.
Stratocles falso nuntio de victoria Spartanis allato sacrificia & lætitiam illis persuasit, post biduum autem vero nuntio de clade accepta allato, cùm ei succenserent dixit: quid iniuriæ passi estis, quòd mea opera biduum læti transegistis? *Plutarch.* τί πεπόνθατε δεινὸν, εἰ δύο ἡμέρας ἡδέως γεγόνατε;
καλὰς ἄγγελ& ψεύδεται, σπανίως κακάς. *A.*
Bona sæpe fallunt nuntia, at rarò mala.

Nowina to. Niesłychana / niewidana rzecz.

κύων τὸν πτωχὸν ἐπιβοηθῶν. Canis mendico auxilians. *s. cui infestus esse debuit vt solet.*
ἤ τις ἤ οὐδεὶς. *s.* ἐπείρασεν, ἐποίησεν. *Xenoph. Herodot.* Aut vnus aliquis, aut nullus, *s. simile quid tentauit, aut fecit.*

Nowina zła.

Σκυτάλη ἀχνυμένη. *Diogenian.* Scytale tristis. *de nuntio ingrato.* V. Piśmo trudne.

Nowiná

Nowiná zła / niéprzyiemna iéſt.

στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἑτῶν. *Sophocles.*

Nemo hunc amat qui verba nuntiat mala.

Sic 2. Regum 18. Cuidam, occiſum Abſalonem Dauidi nuntiare volenti, dicit Ioab. Non eris boni nuntij baiulus. filius enim regis mortuus eſt.

Neſciſſe cupies, noſſe quæ nimium expetis. *Seneca Oedipo. nam mala erant.*

Si mala fors portare *(narrare)* cupis, noli properare. *Anonym. rhythm.*

Ille minus properat, qui non bona nuntia portat. *Garner.*

ἀπ' ἄκρης ἄγγελος ἐλθοι. *Suidas.* Procul abſit nuntius aure .ſ. *malus.*

Tardè, quæ credita lædunt, credimus. *Ouidi.*

Nowiná zła rzadko śie odmieni.

ὀλίγαν συγηρὸς ἄγγελος ἀληθὴς ἐλω. *A.*

Plerunque triſtis nuntius verus fuit.

Dedi ad te literas triſtes, & metuo ne veras. *Cic. Attico.*

Nowin záwße ludźié przyczyniáią / gdy ie powiádáią.

Fama, Mobilitate viget viresque acquirit eundo. *Virg.* *De eadem Ouid.*

— Quæ veris addere falſa Gaudet & è minimo ſua per mendacia creſcit.

— Menſuraque ficti Creſcit & auditis aliquid nouus adijcit auctor. *Idem.*

Artibus his ſemper cœnam Philomuſe mereris,

Plurima dum fingis ſed quaſi vera refers. *Martial.*

Facile mentiri poteſt *(quin ſolet)* qui è longinquo venit. *Garner.*

Fama eſt velut porticus Olympia heptaphonos .i. *vocem ſepties reddens. Plini.*

ἠχὼ ἑπτάστομος. *Nonnus.* Echo ſeptem ora habens. *Et.* Φημὴ πολύστομος. *Idem.*

Fama multa ora habens. Nemo quantùm audierit loquetur. *Seneca .i. plùs addet.*

Nowy pan / nowy rząd.

Vulgare dictū eſt. Nouus rex, noua lex. νέος ἄρχων, νέος νόμος. *Vel.* ὁ ἄρχων, ὁ νόμος.

O domus Antiqua quam domino dominaris diſpari. *Ennij Senar. Iambicus. alij heroicum faciunt verſum ſed durè. Alluſit ad hunc Cic. dolens domum honeſtiſſimam M. Varonis à M. Antonio comeſſationibus violari.* O tecta *inquit* miſera! quam à diſpari domino tenebantur!

Nowy ſtroy.

ἄλλο γένος κώπης. *Plutarch.* Aliud genus remi *vel* κωπηλάσίας, remigationis. *Herculem nouo modo nauigantem videntes accolæ, exclamarunt illa verba. Habuit enim is pro naui lebetem; clauam loco mali; leonis exuuium carbaſi vice; pro rudentibus, neruum arcus; pro remo, arcum. Fabulæ!* *Idem dictum:* Nouum genus remigationis, *ſeruit Nautilo piſci, quod vide ſub* Oboietny 1. *Et* Sciuro *qui ligno arrepto & cauda erecta nauigat vt deſcribit Oppianus.*

τὶς τρόπος ἱππων; *Simile priori dictum, in equites nouo modo equitantes.* Quis modus equitum? πλοῖον ἢ κιὼν. *Aristophan.* Nauis aut galerus. *In nouum cultum vt si quis pallio philosophico balteum addat.*

Σαμιακὸς τρόπος Samiacus mos .i. *nouus. à nouo genere nauis à Samijs excogitato. Huc faciunt & illa.* Leonina pellis super crocoton. Togam saltanti personæ inducere. Simia in purpura &c. *sub* Nić przystoi mu.

Nożká pan.

Dicto hoc cum Ironia prolato, perstringitur fuga timidi vel cauti. V. Wyśiekł śie. Vniknął. Pocáłuićß nóżki.

O

Obádwá pówni. Jéden głupi drugi nie wiéle rozumu má. Jeden zá ośmnaśćić / drugi zá dwádźićśćią béz dwu.

κρὴς πρὸς ἀιγινητίων. Cretensis cum Ægineta .i. *ambo fallaces & improbi. quo nomine gentes hæ malè audiebant.*

ὁ μὲ τράγον ἀμέλγει, ὁ δὲ τ' κόσκινον ὑποτίθησι. *Lucian. de Philosophis ineptis.* Alter hircum mulget, alter verò cribrum supponit.

Pastillos *(odoriferos effeminatorum)* Rufinus olet, Gorgonius hircum. (.i. *fœtorem subalarem aut hircinum*) *Horat. vtrumq; honestis viris odiosum est.*

Hinc defioculus *(luscus)* & inde lippus *(basiator) Martial.* **Obá piękni.**

Vtrosque vtrobidem percognoui. *Plaut.* *Idem innumeris, vt & Poloni iocatus est sic.* B. Iam vendidi. C. Vendidisti? B. Valdè, viginti minis. C. Viginti minis? B. Vtrum vis: vel quater quinis minis.

ἑκάτερος ἢ ἀμφότεροί εἰσιν δοῦλετερος. Vterque est neuter. *apud Plutarchum Philippus iocatus est in seruos.* *Simile est Epigramma Ausonij in duorum fratrum nomina.*

Germani fratres sunt Chrestus, Acindynus alter,
Falsum nomen vtrique, sed vt verum sit vtrique,
Alpha suum Chresto det Acindinus, ipse sine alpha
Permaneat, verum nomen vterque geret. *Idem.* δίγλωσσος.

Χρῆστος, Ἀκίνδυνος εἰσὶν ἀδελφοὶ, οἰκτρὰ δὲ τέκνα.

(.i. *Chrestus & Acindynus sunt fratres, miserabiles porro filij.*)

Moribus ambo malis nomina falsa gerunt.

nam Chrestus sonat bonum, vtilem; Acindynus, periculo carentem.)

οὐδ' ὅδε χρήστος, οὐδ' ὅδ' ἀκίνδυνός ἐστι

(*nec hic vtilis, nec hic periculo carens, sed ambo mali.*)

Vna potest ambos litera corrigere.

ἄιπερ Χρῆστος ἔλῃ, καὶ Ἀκίνδυνος ἄλφ' ἀπολέσῃ.

(.i. *Si Chrestus accipiat α, & Acindynus illud amittat.*)

κάδυ

κίνδυνος hic fiet, frater ἄχρηστος erit. (i. *ille periculum, damnũ, noxa verè dicetur, iſte inutilis, quod verba mutata iam ſonant, facta apta ex non aptis.*) *Sed Græcis in* κίνδυνος *longa eſt* υ. ἄμφω ἐρρεῖτε. Ambo pereatis. *Philoſophus quidam apud Antonium in Meliſſa & Maxim. duos diſcipulos ineptos habens, alterum ingenioſum ſed ſegnem, alterum cupidum ſcientiæ ſed ſtupidum, dixit eis:* Ambo pereatis, tu quidem, quia vis & non potes; tu verò, quia potes & non vis.

Θεόπομπος χαλινῶ δεῖται, ἔφορος δὲ κέντρου. *Suid.* Theopompus freno indiget, Ephorus ſtimulo. *Iſocrates porrò Cicerone teſte dicebat,* ſe in Ephoro *(diſcipulo)* calcaribus, in Theopompo frenis vti ſolere. *Item.* Alter frenis alter calcaribus eget.

ὁ μὲν ἡνίας ὁ δὲ κέντρου ἐστὶν ἀνδρός. *A.* Frenis opus huic eſt, at hûic calcaribus. *Philippus duos improbos iudicans, alterũ è Macedonia excedere iuſſit, alterũ perſequi priorẽ. Plutar.* δύσκωφος δυσκώφῳ ἐκρίνετο, ὁ δὲ κριτὴς ἦν κωφότερος. *Ex Anthologio.* Surdaſter cum ſurdaſtro litigabat, iudex autẽ vtroq; ſurdior erat, *& ineptam ac ridiculam tulit ſententiam.* κροβύλου ζεῦγος. *Suidas.* Crobyli iugũ. *Leno is ſcorta duo improbiſſima alebat, & multos corrumpebat.*

τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. Cæcus cæco dux. *Affine,* Jéden ſlépo drugi.

Obcieto mu ſkrzydła. Vrarto mu rogow.

Pennæ illi inciſæ ſunt. *Ex Cic. qui ait:* Qui mihi pennas inciderunt; nolunt eaſdẽ renaſci. *Sic & Horat.* Deciſis humilis pennis. *Eraſm.*

Accidere alicui alas. Detonſus *vt* Samſon *vel* Niſus.

Trahe huc & illud è Virgilio, de apibus prolatum. Duris in cotibus alas attriuit.

Inciſi ſunt ei neruĩ. *ex Cic.* Admutilatus eſt vſque ad cutem. *Ex Plauto.*

Attonſus eſt vſque ad viuam cutem. *Item ex eodem.*

Ambuſtus Phaëton *Horat.* Ogorzały mu ſkrzydłá.

Exarmatus eſt. *tr. Lamprid. Budæ.* Edentatus. *tr. è Macrobio.*

ἐξωνυχισμένος *cui vngulæ præciſæ ſunt.* Exungulatus. *quod verbum aliqui Plautinum eſſe volunt.* Detrahere alicui criſtas. *è Græcis. Sic Ariſtophan.*

ἡμῶν σοῦ λόφους ἀφεῖλεν. Quæ nobis criſtas detraxit. *à gallis tralatum. Noſtri dicunt* Zedrzeć pyſkę komu.

ὄνου ἀποδαρείσης τὴν λεοντήν. Aſino detracta eſt pellis leonis, *in qua ſe pro leone gerebat. Lucian.* ὁ καλλίας πτεροῤῥοεῖ. *Suidas.* Calliæ pennæ decidunt .i. *opes amittit, ad inopiam redigitur.*

ἀφαιρεθεὶς τὴν ζώνην. *Iuſtinian.* Zona priuatus. *more militari.*

Obcowánie ſnadno dáie/ zle i dobre obyczaie.

Z táḱiemi wiec nákładamy/ táḱiemi ſie wnét ſtawamy/

Sumuntur à conuerſantibus mores. *ſiue boni, ſiue mali. Seneca.*

τοιοῦτός ἐστιν οἵοισπερ ἡδέως ξυνών. *Euripides.*

Talis eſt *(quiſq;)* cum qualibus libenter verſatur. *Vel*

Fit quiſque talis qualibuſcum eſt perlubens,

τ χρηστῶν ὁμιλία, ἄσκησις τ δρετῆς. τ δὲ πονηρῶν, καλάλυτίς ἐστι. *Xenophon.*
Bonorum consuetudo, exercitatio est virtutis: malorum verò, destructio.

ἐσθλῶν μὲ γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, ἢν δὲ κακοῖσι
ξυμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τ ἐόντα νόον. *Theognis.*

A bonis namque bona discès, si verò malis
Coniungaris, perdes etiam quem habes animum (*bonum.*)

Βότρυς πρὸς βότρυα πεπαίνεται. *Suidas.* Botrus iuxta botrum matureſcit. *Sic Iuuenalis.* Vuaque conspecta liuorem ducit ab vua.

ἑνὸς χασκοντος μέλεχηκεν ἕτερος: Oscitante vno, oscitat alter.

σὺν χασμωμένοις κάτωθεν ὁρῶντες, ταὐτὸ αὐτοὶ ξυμπάσχουσι. *Plato.*

Qui oscitantes ex aduerso vident, idem ipsi patiuntur, vel similiter afficiuntur. *Apud Platonem educatus puer, relatus ad parentes, vociferantem (& iratum) videns patrem ait:* Nunquam hoc apud Platonem vidi. *Seneca.*

Qui in solem venit, licet non in hoc venerit colorabitur. Qui in vnguentaria taberna resederunt diutiùs, odorem loci secum ferunt. Et qui apud Philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prosit etiam negligentibus. *Idem Seneca.*

Affine, Towárzyſtwo z dobremi. Towárzyſtwo zé zlemi. *Vide* & Towárzyſtoſć.

Obeyda sie béz ćiébié / abo béz tego.

ἡ θάλαττα ἐ δεῖται τ εἰσρεόντων ποταμῶν. *Nazianzen.* Mare non indiget influentibus amnibus. ἡ θάλασσα ἔ ὕδατος ἐ δεῖται, ἢ σὺ ἔ ξυμβουλεύσοντος: *Idem.* Mare aqua non eget & tu consultore.

Cedrus Libani contemnit amicitiam & affinitatem Cardui. *Apologus 4. Regum 14.* *Sic* Oliua Ficus Vitis respuunt imperium à vulgo lignorum oblatum. *Apologus est in lib. Iudicum c. 9.* Abdera pulchra Teiorum colonia .i. *est quo me recipiam si pergis molestus esse.* V. Wolność rzécz nićoßácowána.

κάλλιστ' ἐνδοῖ πᾶσαι *Theocrit.* Optimum est omnes sunt intùs. *respondetur pulsanti fores, qui non sit nobis necessarius. vel ambienti nostram familiaritatem, amicitiam.*

Obiad abo bánkiet kośtowny.

Mensa Sicula. Mensa Asiana. *Macrob.* Σικελικὴ τράπεζα. *Plato.* Συρακουσία τράπεζα. *Idem.* Syracusana mensa. μηδικὴ τράπεζα. *Synesi.* Medica mensa .i. *Medorum. qui Persis vicini ab eis corrupti sunt.* περσικὴ τράπεζα. *Thucydides.* Persica mensa. Persici apparatus. *Horat.* *Hæc & his similia sumpta sunt à gentibus luxui deditis. His adde illa alia.* Cerealis cœna. *Catul. qua dabatur Cerealibus festis.* Adijcialis sacerdotum. *Varro.* Pontificalis cœna. *Hor.* Cœna dubia. *Horat. ita instructa vt dubites quid primùm sumas.* Dapalis cœna *Var. ex dapibus emptis sumptuosè.* Popularis cœna *Plaut. qualis dabatur populo lauta & magnificè instructa.* Alcinoi mensa. *Nazianzen.* ἀλκινόου τράπεζα. *Sed hæc & plura posui quoq; in primo tomo.*

Empedoclis bos. *pro epulo lautissimo. Rhodig. Nam Empedocles cum vicisset equis in Olympijs.*

Olympÿs, quòd ab animatis abſtineret, epulum populo in panegyri congregato exhibuit ex boue ex aromatibus conditnato.

Obiécuié wiéle / á máło ábo nic nié dáié. Obiétnicámi karmi.
Złote gõry obiécuié / á otowiánych nié da / ábo nie ma.
Mowi pięknié / á mießéć trzyma / ábo ßciſka.

Ἀντιγόνα ὑποχέσεις. Antigoni promiſſa .ſ. *liberalia prolixa ſine effectu.*
Demetrij is nepos erat, Doſo a Graeco verbo δώσω .i. *dabo, dictus. nam facillimè quiduis cuiuis promittebat & nil præſtabat. Plutarch.* *Similis fuit Titus Imperator, qui monentibus amicis ne plura polliceretur quàm præſtare poſſet, reſpondit:* Non oportere quenquam à colloquio Principis triſtem diſcedere. *Suetonius.*
Eundem morem promittendi tenuit Chares dux Athenienſium, de quo eſt prouerbium apud Suidam: αἱ Χάρητος ὑποχέσεις. Charetis promiſſa.
Ex horum & ſimilium mente eſt illud Ouidij.

Promittas facito. quid enim promittere lædit?
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

De his item rectè vſurpes illud Eudemonidæ apud Plutarchum.
ὁ μὲ λόγος θαυμαστός, ὁ δὲ λέγων ἄπιστος .i. Oratio quidem eſt admiranda & magnifica, ſed qui dicit non eſt fide dignus.
Quid te retulit beneficum eſſe oratione, ſi ad rem auxilium emortuum eſt? *Plaut.*
Lingua largitur. *Idem.* Dapſilia dicta largitur. *vel* Largitur dictis dapſilis. *Idem.*
Dapſilis in Recto aut in Sexto caſu à dapſilus vel à dapſilis,
Dictis facta non ſuppetunt. *Idem.* Obiétnic nic. Maria monteſque pollicetur. *Saluſt.* Modò non montes auri pollicens pellexit &c. *Terent.*
χρυσᾶ ὄρη ὑποσχεῖσθαι. Aureos montes polliceri. Magnos promittere montes. *Perſi.* χρυσέα πόντον ὑποσχεῖται. *Athen.* Mare auri pollicetur.
Cùm montes auri pollicitus fueris, ne ſcorteum quidem nummum, de theſauris tuis profers. *S. Hieronym.* *Lepidè Mart. vt ſolet.*

Si donare vocas promittere, nec dare Cai,
Vincam te donis muneribuſque meis.
Accipe quicquid — quicquid — quicquid. &c.
Quicquid habent omnes accipe, quo modo das .ſ. *verbis.*

ὅλας ἁμάξας ὑποσχέσεων. Plauſtra plena promiſſis .ſ. *dabit. Ex Luciano.*
Verba cupreſſis ſimilia. *Phocion ſic vocauit promiſſa Leoſthenis magnifica ſed vana, vt cupreſſus eſt arbor ſpecioſa, ſed fertilis & infructuoſa. Plutarch.*
φῂς μοι πάντα δώσειν, τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἄλα δώσῃς. *Theocrit.*
Cuncta daturũ mihi te dicis, mox poſtea nec ſalẽ das. *qui communis & vilis eſt.*
Nubes & ventus, & pluuiæ non ſequentes vir glorioſus & promiſſa non complens. *Prouerb. SS. c. 25.* κύπρος ὠδίνει. Cepphus parturit. *de vano promiſſore.*
Simile illud: Parturiunt montes.

Nil credo auguribus, qui aures verbis diuitant (.i. *diuites faciunt.*)

Alienas, ſuas vt auro locupletent domos. *Accius apud Nonium.*
Quæ præſtare potes, ne bis promiſeris vlli. q d. *ſtatim da.*
Ne ſis ventoſus, dum vis vrbanus haberi. *Cato.*
πᾶν ὸ λίνῃ ἰνὶ λῆναι, μήποθ' ἅλις καθυπόσχῃ,
μή τι καλὸς λοχέειν ἐθέλων, ἀνεμώλιος ἔσῃς. *Planudes.*
τὰ λῶβα δ' ἀλυβαντὸς ξεινα. ἢ τὰ δ' ἀλυβαντὸς ἑταίρου ξένια. *Euſtathi. ex Homero.* Alybantis hoſpitis dona. *vel* Alybantis amici xenia. *In eum qui falsò iactat ſe magna largitum eſſe, quod feciſſe Alybantes fingitur apud Homerum. Vel in eum qui verbis non re ipſa eſt beneficus.* λεύκην μάζαν φυρῶ σοι. Album panem ſubigo vel pinſo tibi. *quia is in pretio & in deliciis fuit apud Græcos, vt ex Luciano conſtat. Vſurpatur dictum de magnarum rerum promiſſore.*
Res vana & ſtulta eſt, dare nil, promittere multa. *Garner.*
Adde vulgare illud. Verborum ſatis eſt. *Item.* De verbis, quantum vis.

Obierać dáć.

λόγχην καὶ κηρύκειον παρέχω Polybi Haſtam & caduceum offero.

Obieśić ſię.

Phraſis eſt, Latinè non vulgariter reddita.
Literam longam ex ſe facere .i. *ſuſpendere ſe. Plauti Staphila anus.* Neq; quicquam melius eſt mihi vt opinor, quam ex me vt vnam faciam literam longam, meum laqueo collum quando obſtrinxero. *Literam hanc longam aliqui L eſſe volunt, quos refutat Lambin. & intelligendam eſſe ait cum Turnebo literam magnam cubitalem quæcunq; illa ſit ex alphabeto, Mauſcula nobis dicta. Rhodiginus T literam intelligit, & probat ex Luciani Iudicio Vocalium, quia hanc repræſentat ſuſpenſus è trabe, & alioqui patibulum & crux priſcis eadem erant. Sed meliùs Lipſius, & Ioſephus Scaliger intelligit literam longam, I eminens ſupra cæteras literas, vt vIuus, dI pro dij. alluſit & Auſonius ad Iota longum eodem ſenſu. alij aliter legunt & interpretantur apud Taubmanum.*

Obiętnicá niepewna / błazeńſka.

Si habeam pollicear lubens. Verùm aliquid, aliquâ, aliquando, ab aliquî, aliqua tibi ſpes eſt, fore mecum fortunam. *Ridicula promiſſio cuiusdam apud Plautum, cui alter æque ridiculè & ineptè reſpondet:* Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo, alicunde, ab aliquibus blatis .i. blateras, nugaris. *Non multùm abſimile eſt Martialis epigrãma 16. lib. 10. In Caium vanum promiſſorẽ poſitum ſuprà ſub* Obiécuié wiele.

Oblec ábo vbráć kogo w maſzkárę w kápturek. /

Imponere alicui turpiſſimam vel improbam perſonam. *Cic.*
Propinare aliquem deridendum. *Terent.* *Vide* Szydźić z kogo.

Obłow dobry bodźić. Obérwieß.

Plures adnabunt thunni & cetaria creſcent. *Horati. heredipetam allegoricè inſtruit, & thunnos intelligit orbos ſenes diuites.*

Euentus

Euentus velut horna meſſis fuat .i. *vberrimus. Plaut.*

Obmawiáć & Obmowcá.

Rodere abſentem. *Horat.* Quem rodunt omnes libertino patre natum. *Idem.* Inuident, in conuiuijs rodunt. *Cic.* Dente maledico carpere. *Idem.* Dente Theonino circumrodere. *Horat. Fuit Theon Pòéta maledicentiſſimus de quo Auſoni.* Bonorum mala carminum Lauerna. Dentem Theoninum infigere. *Hieronym.* Loligo vel Succus nigræ loliginis. *Horat.* .i. *ſermo inuidia & malewolentiæ plenus. Lambin.* Bionæi ſermones. *Hor. quibus vtebatur Bion mordax Pòéta.*

Diogenes rogatus cuius animalis morſus eſſet pernitioſiſſimus, reſpondit: Ex feris, obtrectatoris; ex cicuribus, adulatoris. *Laérti.*

Ζωίλος *Suidæ.* Zoilus. *Ouid Martial. Vitruui. pro inuido obtrectatore. Fuit is Sophiſta qui ſcripſit duos libros contra Homerum ſe illi præferens: idem dictus* Homeromaſtix. *Plini. Vitruu.* ὁμηρομάστιξ, *quaſi Homeri flagellum vel caſtigator. qua vox etiam pro inuido obtrectatore vſurpatur vel ſimpliciter vel addito nomine eius cui detrahit, vt* Virgilio-maſtix *&c. Porrò Zoilus ob ſcelera ſua fertur in crucem actus vel lapidibus obrutus vel exuſtus Vitruuio auctore.* τὴ γοργείας κεφαλὴς ἀπόγονοι. *Ariſtides.* Gorgonei capitis poſteritas. *qui ſerpentinis linguis aliorum vitam impetunt. Eraſm.*

Contra obtrectationes remedium Alcibiadis apud Plutarchum eſt tale. Alcibiades cani ſuo magno, pulchro, ſeptuaginta minis empto & omni populo voto, caudam abſcidit, & reprehendentibus id familiaribus, ac in ore populi futurum dicentibus reſpondit: γένεται ὃ βέλομαι. Βέλομαι γὰρ ἀβλωβέως ὑπ' ἀλλήλων, ἵνα μὴ ἐν χείρονι τύχῃ ἐμοῦ λέγωσι. Fit quod volo. volo enim Athenienſes hoc loqui, ne quid deterius de me loquantur. *Hinc tale dictum formare licet:* καταλάλιον ἄρα κυνὸς *.ſ.* προβαλεῖν. Obtrectatoribus cauda canis *.ſ. obijcienda.*

ὁ σῶφρων ἀφεύξεται ὅτε λέγειν πρὸς ἀλλήλους, ὅτε ἀκούοντας ὑποδέχεσθαι. *Thucydides.* Non eſt decens honeſtum calumnias narrare alijs, nec audiendo ſuſcipere. *Veſpa venenum à vipera ſugit & in alios effundit, Item ſmum non magnum edit, ſed telum acerrimum aculeo infligit. Obtrectatoris ſymbolum Pierius.*

Obmawiáć niéprzytomnego / rowno iák bic vmarłego.

ὀπίσω καταλαλεῖν, ἰσοῦται τῷ ὑποκλαύειν. *A.*

Iugulare mortuum, & obloqui abſenti, eſt idem.

Surdo maledicere eſt abſenti & non audienti derogare. *S. Gregor.*

Plura ſimilia habes ſub Okázowáć nád vmárłem. Mowić o tych co nieſłyßą.

Obmowce pokątnego / żmij piß podobnego.

Serpens in ſilentio mordens eſt, qui occultè detrahit. *Eccleſiaſtes c. 10.*

λῆγμα ἀσπίδος *Apoſtolius.* Morſus aſpidis *.ſ. lingua detrahens.*

ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου λήγματος *.ſ.* φάρμακον. *Ariſtophan.* Non eſt contra ſycophantæ morſum remedium, Vipera eſt lingua detractoris. *Bernard.*

κύων λαίθαργος. Canis clanculùm mordens .ſ. *ſycophanta, detractor.*

Ζαίνεις δ' ἄκνυσα, καὶ κύων λαίθαργος εἶ. *Suidas.*

Mordes adulans, eſque clam mordens canis.

—— Abſentem qui rodit amicum Qui non defendit alio culpante ——

— Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. *Horat.*

Obmowcé ſłuchaß / grzechu mu pomagaß

Suſurro coïnquinabit animam ſuam, & qui cum eo manſerit, odioſus erit. *Eccleſiaſtici c. 21.* Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire. *Ibidem c. 28.*

Irritat linguas auris iniqua malas. *Garner.*

κατάλαλε ἀκούων, ἴσον ἐστὶ καταλαλοῦντι. *A.*

Detractorem audiens, auribus eſt detractor.

Aùſcultans maledicum, facit. *Garner.* Carnes ad comedendum conferre, eſt in proximorum vitia dicere. *Hieronym.*

Detractor & libens auditor, vterque Diabolum in lingua portat. *Bernardus.*

Obmowcy ſtaw twarz ſurowa: wnét poydźié préż z ſwą złą mową.

Ventus aquilo diſſipat nubes; & facies triſtis linguam detrahentem. *Prou. SS. c. 25.* Per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. *Eccleſiaſtes c. 7.*

Σκυθρωπὸν ὄψιν παρέχε καταλαλῶ. *A.*

Vultum ſeuerum detrahentibus exhibe.

Difficilem oportet habere aurem ad crimina. *P. Syrus.*

Auguſtus cùm eſſet puer, ranas in ſuburbano obſtrepentes ſilere iuſſit, & non amplius illic coaxarunt. Suetonius. Huc facit dictum Domitiani, ſub Pánowié dáléko ſtyßa.

Obmyśl cie Bóg. Bożé cię wſpomoż.

Parcorum aut egenorum vox, qui mendicis ſtipem petentibus reſpondent:

Deo curæ ſis. Superi te reſpiciant. *aut Ethnicorum more,* Dij benefaciant tibi. *Plaut. ait.* Hoc dijs dignum eſt (vt) ſemper mendicis modeſti ſint.

Theocritus indignabatur ſuis ciuibus, quòd Pòëtas ſimilibus verbis à ſe ablegare ſolerent. Quilibet, *inquit,* ſub ſinu manum habens, circumſpicit vnde ipſe auferat argentum: ac ne æruginem quidem abſterſam dabit, ſed ſtatim ait: Longiùs abeſt tibia quam genu: mihi modò ſit quod habeam: θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς. Dij honorent Pòëtas. *Vel vt Xylander vertit:* Dij benefaciant Pòëtis.

Simile eſt illud S. Iacobi c. 2. Nudis & egentibus dicere: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini; & non dare quæ neceſſaria ſunt corpori. *Aſſine,* Dáley śie żywić.

Obotetny albo oboſtronny (bez przygány.) Powolny. Obrotny.

Do wßyſtkiego człowiek. Vczyniß z niego co chcéß. Każdemu chcé dogodźić.

Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res. &c.

Perſonamque feret non inconcinnus vtramque. (*& aulici & Philoſophi, & veſtem ſumet nitidam & vilem*) *Horatii.*

De eodem

De eodem Plato vel Strato apud Laërtium. Σοὶ μόνῳ δέδοται ἡ χλαμύδα φορεῖν καὶ ῥάκος .i. Tibi ſoli datum eſt & chlamydem ferre & pannum lacerum.

De eodem item Laërt. ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ καὶ πᾶσαν σχῆσιν ἁρμονίας ὑποκρινάσθαι .i. Erat autem (*Ariſtippus*) idoneus ad accommodandum ſe & loco & tempori & perſonæ, & omnem ſtatum aptè & decenter ſimulandum. καθάπερ ἐν τοῖς ὀργάνοις ἡ μαγάς. *Philoſtrat.* Vt in organis magas .ſ *acuto & graui ſono conſtans medium facile ex vtroq; conflatum elicit. vel vtrumuis cùm opus eſt ſonat. Ita vir ſapiens (qualis erat Dion) Platonicam ſimplicitatem cùm vehementia Demoſthenica concinnè iungebat. Dici poteſt de eo qui immodica exceſſu vel defectu laborantia temperat. vel qui ſe moribus & temporibus aptè accommodat, grauitatem & facilitatem ſeu lenitatem cùm opus eſt ſumens.*

Morigeri ſunt illæ voces: Tuus ô regina quid optes Explorare labor, mihi iuſſa capeſſere fas eſt. *Virg.* σὸν λέγειν, τολμᾶν δ' ἐμόν. *Euripid.* Tuũ eſt dicere, meũ audere.

Te imperia regere, me decet iuſſa exſequi. *Seneca Hippolyto.*

ἄνδα ὅτι φρονέεις, τελέσαι δέ με θυμὸς ἀνώγει, *Homer.*

Dic quod videtur, me perficere animus impellit.

πρόσταξον ὡς ἔοικε γε, πείθομαι: πλεῖν κέλευσον, ἐμβαίνω. πληγὰς ὑπομεῖναι, κάρτερῶ: ῥῖψαι τὴν ψυχήν, ἐκ ὀκνῶ. δραμεῖν διὰ πυρὸς, ἐκ ἀναίνομαι. *Philoſtrat.* Impera vt lubet, pareo: nauigare iube, conſcendo: plagas ſuſtinere, tolero: proijcere animam, non moror: per ignem currere, non abnuo.

οἶδ' ὅτι δεξιὰ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βοῦν. *Homer.*

Scio ad dextram, ſcio ad ſiniſtram mouere bouem (*ſcutum è corio bouis conſtans.*)

Conſtans atque leuis ceu res expoſtulat eſto,
Temporibus ſapiens mores ſine crimine mutat. *Cato.*

πρᾶγμα καθὼς κέλεται, σὺ γενοῦ τρεπτὸς, ἀτρεπτος,
ζώφρονος ἐκ ἀνοχρὸν μεταβάλλειν ἤθεα καιρῷ. *Mylius.*

πολύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη. *Theognis Plutarc.*

Mentem habeas vafri Polypi, qui protinus illa,
Se quibus admôrit ſaxa colore refert.

Alter Alcibiades. *de quo Satyrus ſic ſcribit. Apud Ionas deliciabatur ſic vt illos quoq; vinceret: apud Theſſalos equeſtri ſtudio ſuperabat omnes: apud Lacedæmonios temperans & patiens plùs quàm ipſi: in Thracia Thraces vinolentia ſuperabat.*

Similis Clodius & Catilina *à Cicerone deſcribitur.*

Similis item in Plauti Milite Periplectomenes. *de quo ibi quidam dicit:*

Tui quidem ædepol omnes mores ad venuſtatem valent. *Mox ipſe de ſe:*
Opus erit tibi aduocato triſti, iracundo? ecce me.
Opus leni? leniorem dices, quàm mutum eſt mare.
Vel hilariſſimum conuiuam, vel primarium paraſitum &c. &c.

βέμβιξ

στρεπτικὸς οὐδὲν διαφέρει· εὐκίνητος καὶ εὔτροπός ἐστι. *Suidas.*
A trocho nihil differt: agilis & verſatilis eſt, Obrotny.
Sic Plaut. Scitne in re aduerſa verſari? ℟. Turbo non æquè ſcitus eſt. *Vſus eſt & Virg. ac Tibullus hac comparatione.*
Rota figularis. *Plaut.* Verſutior (.i. *verſatilior*) es quàm rota figularis.
Vtroque verſum rectum eſt ingenium meum,
Ad te atque illum, pro rota me vti licet:
Vel ego huc, vel illuc vertar, quò imperabitis. *Idem Plaut.*
Vtcunque in alto (*mari*) eſt ventus, exin (.i. *ita*) velum vertitur. *Idem.* .i. *homines ſuas voluntates & cupiditates prout res & occaſio tulerit mutant.*
Cuia vox prope me ſonat? ℟. Tui beneuolentis, ſi ita es vt ego voſo.
Sin aliter es, inimici atque irati tibi. *Plaut.* Vżąb czy nie nąb? Jáko wy chcećić Chcećićli / wąb: niechcećićli / nić wąb.
ὑπὸ δεξιότητος δ' ἐμῆς δύναμαι ποιεῖν (λινα) εὐρὺν καὶ στενόν. *Ariſtophan.*
Ob dexteritatem meam poſſum facere quemcunque latum & anguſtum.
Nautilus piſcis mari tranquillo concham ſuam duobus pedibus ceu remis promouet, & ſi ventus flat, duos alios cum membrana erigit veli inſtar. orta tempeſtate fundum petit. Deſcribit eleganter Oppianus & Callimachus. In vtrumque paratus. *Virgil.*
εἰς ἀμφότερα δυνάμενος. *Plato.* In vtrumq; valens. Remo vtar & aura. *Ouid.*
θυμὸν λέων, μῆτιν ἀλώπηξ. *Pindar.* Animo leo, conſilio vulpes.
ἡρακλῆς καὶ πίθηκος: Hercules & ſimia .i. *viribus & conſilio valens.*
Duplex Vlyſſes. *Horat.* πολυμήλης, ποικιλομήτης, πολύτροπος ὀδυσσεύς. *Homero.* .i. multi vel varij conſilij, & morũ. διπλοῦς ὀδυσσεύς. *Euripid.* Duplex Vlyſſes.
μηλυμῦ πολυστροφώτερος: *Suidas.* Cardine verſatilior.
Aſteropæus. Ambidexter. V. Oboreczny. *Elephas duplex cor habet, altero irritatur, altero placatur. Ælian.* *Confer.* Kiedy przydźieß między wrony. *Affine eſt ſequens. nam aliqua hinc illuc transferre potes, & illinc huc aliqua, quæ in malam & bonam partem vſurpari poſſunt.*

Oboietny ábo oboſtronny (z przygána) J z tem y z owem nakłáda.
Vłáobić ſtrony człowiek. J ſtrzyżć i goli. Trudno go zrozumieć.
Z kążdem przéſtánić. Kążdemu śie vmie przymilić.
Veſpertilio. *Ex Varrone qui ait:* Factus ſum veſpertilio, neque in muribus planè, neque in volucribus ſum. *de eo qui nec huius nec alterius eſt partis, ſed cum vtrąq; ſe eſſe ſimulat. Sic in Apologo Æſopi, Veſpertilio ſemel captus, negauit ſe auem, ſed murem ait eſſe; iterum captus, negauit ſe murem ſed auem eſſe aſſeruit; & ſic bis euaſit. Item alia conſideratione. Veſpertilio volat & dentes habet; & ſic apud aues, auem ſe vocat: apud feras feram.* Struthio *item, qui partim fera, partim auis eſt pro homine vtrarumq; partium vſurpatur ex apologo quodam, in quo fertur, bello inter aues & feras orto, ſtruthionem vtriq; parti pollicitum auxilium, & neutri adfuiſſe, ſed euentum exſpectaſſe.*

classe. post prælium verò utriq; parti se excusasse; feris, quòd auis esset caput ostendens: auibus, quòd fera esset, pedes exhibens. Gabrias.

τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη,
ἠὲ μετὰ τρωέσσιν ὁμιλέοι ἢ μετ' ἀχαιούς. *Homer.*

Tydidem non agnoscas vtris adsit, an cum Troianis versetur an cum Græcis.

Ingenia atque animos eorum non possum noscere,
Ad amici partem an ad inimici pertineant (al. perueniant) *Plaut.*

δίαυλα κρέειν. *Aristides.* Geminas chordas ferire. *aut* binis fidibus (*lyris*) canere.

μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν. *Alexandrides.*

Grande atq; tenue magade proloquar simul. μαγαδίζειν *Aristoteli est acutam & grauem vocem iuxta diapasῶn tonum sonare.*

Quod accommodari potest ei qui eandem rem laudat & vituperat.

τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν ἀνδρὸς κακοῦ.

Laudare eundem carpereque viri est mali.

Adde Circes virgam, *qua illa nunc adimebat nunc reddebat mentem hominibus. Plutarch. Item* Fons Dodonæus *frigidissimus, faces ardentes mersas exstinguens, & exstinctas accendens, Plinio teste, quadrat in Oratores & Iurisconsultos qui eandem causam nunc opugnant nunc defendunt: vel qui eandem rem nunc extollunt nunc deprimunt.*

Affinia his sunt oracula multa Ethnicis à Cacodæmone etiam Pythio Apolline reddita duplicem sensum continentia. vt illud Cræso. de euentu belli consulenti, datum:

κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Cræsus Halyn (montem) penetrans magnam peruertet opum vim .s. *alienarum vel suarum.* ὁ χῖος ἀλλὰ κῖος: *Ex Aristophane.* Non Chius sed Cius. *aliter* κῶος. Cous .i. *inconstans, tempori seruiens & ad potiorem partem se applicans, qualis fuit Theramenes patria Cous.*

ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγει. Ex eodem ore calidum & frigidum emittit. *Apud Auienum Satyrus hoc dixit, videns hominem halitu oris calfacientem manus frigidas, & mox calidum cibum refrigerantem.*

δεξιὸν εἰς θ' ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδονιπτῆρα .s. πόδα βάλλει. *Suidas.*

Dextrũ (*pedẽ*) in calceũ, siniſtrum in peluim, mittit, vel in calceo, pelui tenet. *quadrat in eum qui in vtrumq; est paratus, & qui se scit tempori, loco, rei accommodare. Plutarchus de eo intelligit qui ad publica est expeditus, & vestitus.*

Duabus sellis sedere. *est vtriq; parti fauere. Apud Macrobiũ Laberius hoc dicto perstrinxit Ciceronẽ.* πολύποδος νόον ἔχει. *Ex Theognide.* Polypi mentem obtinet.

πολύποδός μοι τέκνον ἔχων νόον Ἀμφίλοχ' ἥρως,
τοῖσιν ἐφαρμόζων ὧν καὶ πρὸς δῆμον ἵκηαι. *Clearchus.*

Polypi mihi sis ingenio nate Archiloche heros, accomodans te populo adquẽ veneris.

ἀνὴρ πολίτης πολύπους ἐστὶ τὸν τρόπον. *Eupolis.*

Polypo similis est ciuicus vir moribus.

ποντίᾳ θηρὸς χρωτὶ μάλιστα τὸν νόον προσφέρων, τῷ πάσαις πολίεσσιν ὁμιλεῖ. *Pindar. apud Plutarch.* Marinæ beluæ (*Polypo*) colori maxime mentem accommodans, cum omnibus ciuitatibus conſuetudinem habet.

Iſtuc eſt ſapere, qui vbicunque opus ſit, animum poſſis flectere. *Terent.*

Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati
Cum quibus erat cunque vnâ, his ſe dedere,
Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini Nunquā præponens ſe illis &c. *Idē.*

Vt homo eſt ita morem geras. *Idem.* Vt homines ſunt ita morē gerit. *Plau.*

Ita ſeruum frugi par (*eſt*) ſe inſtituere. Proinde heri vt ſint, ipſe item ſit: Vultum è vultu comparet: Triſtis ſit, heri ſi triſtes; hilarus ſit, ſi gaudeant. *Idē Plau.*

Nullus frugi poteſt eſſe homo, niſi qui & bene & male facere tenet.

Improbis—cum, improbus ſit, harpaget; furibus furetur quod queat.

Verſipellem conuenit eſſe hominem, pectus cui ſapit.

Bonus ſit bonis, malus ſit malis. Vt cunq; res ſit, ita animum habeat. *Idē.*

Omnium horarum homo. *Suetoni. qualem deſcribit Ennius apud Gellium. l. 12. c. 4.*

Ad aliorum arbitrium & nutum totos ſe accommodant. *Cicer.*

Quando agis Lacedæmone illorum more viuas. Cœnatum eas in Phiditia, ius nigrum ede, fer myſtacas, caue quid aſperneris aut boni quid inſuper requiras. *Antiphan. apud Athenæum, ſed Græcos verſus longiores omiſi.*

ἀλωπεκίζει πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. Vulpinatur cum altera vulpe. *Vel* ἀλωπεκίζῃ. *&c.* Cum vulpe vulpinarier decet altera.

Σμυρναίου τρόπου. *Ariſtides.* Smyrnæi mores. *De gente vel homine bellicoſo & tempore pacis voluptario ac diſſoluto, quia tales erant Smyrnæi.*

κυζικηνοὶ στατῆρες. *Suidas.* Cyziceni ſtateres. *de homine verſipelli & moribus varijs in vtramq; partem. Cyziceni nummi habebant altera parte ſculptam Cybelem muliebri forma, altera leonem.*

ἀλλοποδαλλος. *Homer. quaſi,* alius ad alium. *qui ſe omnibus accommodat.*

κόθορνος. Cothurnus: *calceus vtriq; pedi aptus, de homine vtrarumq; partium.* Theramenes Rhetor verſipellis, *apud Lucianum vocatur* Cothurnus.

De eodem Plutarch. θηραμένης κόθορνον ἐμβεβλημένος ἀμφοτέροις ὁμιλεῖν, καὶ μηδετέροις προσίεσθαι. *i.* Theramenis cothurnum indutum cum vtriſq; verſari & neutris adhærere. *Item.* Θηραμένης μὴ μόνιμος, ἀλλὰ ἐφαμφοτερίζων. *Plutarch.* Theramenes non ſtabilis, ſed in vtramque partem vacillans.

ὁ κοινὸς τῶν ἀμφοτέρων ποδῶν κόθορνος. *Nazianzen.* Communis vtrique pedi cothurnus. Ægyptius Sophiſta. *de eo qui hominibus ſe accommodans Proteum agit. Rhodigin.*

ἐν παισὶ νέοισι πᾶις, ἐν δ' ἀνδράσιν ἀνήρ. *Pindar.* Inter pueros teneros puer, inter viros vir.

ἐν παισὶ νέος, ἐν δ' βουλαῖς πρέσβυς. *Idem.* Inter pueros iuuenis, in cõſiliis ſenex.

πλάττειν τρόπον. *Lyſias.* Fingere mores. διπλοῦς ἀνήρ. *Zenodot.* Duplex vir.

διπλῆ

διπλῆ καρδία πέρδίκων παφλαγόνων. *Theophr.* Duplex cor eſt perdicibus in Paphlagonia. τρικέφαλος ἑρμῆς. Triceps Mercurius. *qualis ſtatua ponebatur in viarum diuortiis.* λύκαινα θηρίον. *Diogenia.* Lybica fera .i. *homo variis moribus & ingenio. Affine,* Vniéſtátéć. Vniébczery. Kiedy przyydźieß miedzy wrony. *& præcedens proximè.*

Oborecżny. Oboprávnéc.

ἀστεροπαῖος ἀμφιδέξιος: Aſteropæus ambidexter. *vel ſeparatim.* Aſteropæus: Ambidexter. *Ex Homero. qui ait:* ἥρως ἀστεροπαῖος ἐπεὶ πέρ δεξιὸς ἦεν. Heros Aſteropæus ſiquidem dexter erat. *Sed hoc tralato ſenſu vſurpari debet, qui ad adagia pertinet. Talis erat Iudicum c. 3. Aod qui vtrag manu pro dextra vtebatur. & cap. 20. ſeptingenti milites ſimiles illi.*

Obrázá/ krzywdá/ podczás powod do przyiázni/ miłośći.

Sæpe ex iniuria poſtmodùm gratia orta eſt. *Liui.*

ἐνίοτε τῷ ἀδικήματι ἀκολουθεῖ χάρις. (*vel* ἔρως.) *A.*

Iniuriam ſubinde ſequitur gratia. Iniuriam perſæpe ſubſequitur amor.

Sæpe ex huiuſmodi re quapiam & ex malo principio, magna familiaritas conflata eſt. *Terent. Sic apud Statium Adraſtus rex de duobus hoſpitibus Tydeo & Polynice caſu illuc delatis & pugnantibus inter ſe, dicit:*

Non hæc in caſſum diuisque abſentibus acta,
Forſan & has venturus amor præmiſerit iras. *Affine,* Poiédnáni bárżiéy śie mituią.

Obrázić tacno/ przéiédnáć trudno.

Litæ, Aten (.i. *preces, noxam*) tardè ſequuntnr. *ex Homer. qui ait:* αἱ γὰρ λιταί, &c.

κυλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπες τ' ὀφθαλμώ,
αἳ ῥά τε καὶ μετόπισθεν ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι. Etenim Litæ &c.

Claudæque, rugoſæque, ſtrabæque oculis, quæ & poſt Aten currunt euntes. *Addit idem.* Noxa vero omnes longè antecedit lædens homines, illæ verò medētur. &c. *Quo cōmento docet.* Offenſas eſſe citas & faciles, reconciliationes verò tardas, & difficiles. ἡ μὲν ἀποστολὴ ταχεῖα, βραδεῖα καταλλαγή. *A.*

Offenſa celer eſt, tarda ſed placatio.

Conturbare caue, non eſt placare sùáue: (wróblem.
Infamare caue, nam reuocare graue. *B. Ioan. Cantius.* V. Słowko wyléći

Obrázíwßy leczyć. Vdáiąwßy/ vdérzywßy pogłaſkáć. Vniéladá nagrodá.

ἀλμυρὰν ἀκοὴν, πειθοῖ λόγῳ ἀποκλύσασθαι. *Plato.*

Marinam (*ſalſuginoſam, ingratam*) auditionem, potabili (*dulci*) ſermone diluere. *Plutarchus dictum Platonis ad hunc ſenſum traxit. vt curemus voluptates ex laſciuis cantilenis ortas, lectione vel auditione rerum feriarum & grauium obruere. Idem præcipit, Ne amico verbis caſtigato, colloquium verbis moleſtiam afferentibus abrumpentes diſcedamus, ſed inſtar medici prudentis, poſt ſectionem placidis aſperſionibus partem affectam leni-*

entis, nos geramus. δεῖν ἁλμυρὸς λόγος γλυκέσιν ὑποκλύτεσθ ὕδασιν. *Athenæ.* Oportet amaros, falsos sermones dulcibus aquis abluere.

Acum & filum sume ac serisa consue. Co śie rosproto zábyy *Vi. hoc sub* Mita zgodá. *Similia sunt illa Terentij.* Repudiatus repetor. Exclusit, reuocat, redeam? non si obiecret. *quem locum transtulit prope omnibus verbis in satyram suam Horat. & Persius.*

Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo
Tres facile contriuisti corios bubulos (.i. *tria bubula coria, lora, tres taureas*)

seruus Plautin. hero loquitur. Vbi tu nouo modo fecisti mihi contumeliam,
Venias mihi precibus tantum peccatum tuum. *Terent.* V. Niech mie nié gtaßczé.

Obrážony leda czemu wierzy.

In exulcerato animo fictum crimen facile insidet. *Cicer.*

ἔγκλημα ψεῦδος πιστὸν ἡ ὀργὴ ποιεῖ. *A.*

Credibile falsum crimen ira mox facit.

Læsi omnia ad contumeliam accipiunt. *vt ait Terent.* Sub Niebeześliwy podéyrzliwy.

Obrázy, groby pśewáć, nié cudna rzécz.

Cum Protogene mortuo bellum gerere. *Gelli adde Verbum commodum, v g. Non magna laus est &c. Rhodij sic cohibuerunt Demetrium Poliorcetem ne aboleret ædem in qua nobilissima imago Protogenis seruabatur.* Vide ácno bié tego.

Obyczáié pośpolite, rozumienie miey zákryte.

λέγε καθὼ πολλοί, φρόνει δὲ καθ' ὀλίγους. *A.*

Loquendum vt plures, sapiendũ vt pauci. Loquendũ cum multis, sentiendũ cum paucis. *Cic dicit:* Vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui. *Et Seneca:* Frons nostra (*Philosophorum*) populo conueniat; intùs omnia dissimilia sint. *Item.* Id agamus vt meliorem quàm vulgus vitam sequamur, non vt contrariam. *Affine,* Zgadzay śie z ludźmi.

Obżárty. Żárłok. Wilk. Rosomak. Brzuch. Vtonał w brzuchu.

Tylko ieść á pić. Żák w piekło wrzucił, pożárł.

Abdomen insaturabile. *Cic.* Abdominis minister. *Iunius.*

γναθὸς δὲ δοῦλος, πηδὺς δ' ἡγεμών. *Euripides.*

Buccæ vel maxillarum seruus, à ventre victus vel ventris mancipium.

Tibi Pinguis aqualiculus propenso sesquipede exstat. *Persius.* Brzuchacz. Otyły.

Homo cum ventre collatiuo. *Plaut.* .i. *magno & turgido, in quem omnia edulia conferuntur, vt Festus interpretatur.* Ventri operam dat. *Idem.*

Quasi lupus esuriens, metui ne in me quoque faceret impetum,
Ita frendebat dentibus. *Idem de Parasito penum ingresso.*

——— Rarum ac memorabile magni Gutturis exemplum. *Iuuenal.*

Χαραδρίου βίος. *Plato.* Charadrij vita. *auis est voracissima, quæ ἅμα τῇ ἐδέσθαι ἐκκρίνει.* simul edit & egerit, *vel* simul ac ederit excernit.

Nomen

Nomen habet à Charadra, quòd in præruptis rupibus & voraginibus habitet. Vnde Gaza apud Aristotelem reddit Rupicem & Hiaticolam, quòd hiatus rupium incolat: sed & à voracitate rectè Charadrios deducitur, quasi vorago in rupibus omnia absorbens. Est alia auis Charadrius, sub Sléepy targ.

Sic de guloso Seneca. In quem omnia influunt vt rursus effluant.

Barathrum Festo, locus præceps vnde emergi non possit. Seruio autem, immensæ altitudinis. transfertur ad hominem edacem, bibacem, rapacem denotandum vt supra Horat. vsurpauit. Et Aristophanes similiter.

Barathro *vel* Balathro. *Varro. qui in ventrem ceu in barathrum omnia mittit Lauinus.*

Sic Horat. de Menio: Pernicies & tempestas barathrumque macelli,
Quicquid quæsierat ventri donabat auaro. *Item.*
——Patinas cœnabat omasi Vilis & agnini, tribus vrsis quod satis esset.

Leo etiam voracissimus est. Et quidem sine sectione dentium integra & solida frusta magna & multa vorat, ideoq; aliquot deinde diebus abstinet, & ob cruditates fœtidum halitũ habet. Pierius. *Apud Plautum anus vinosæ & multibibæ quidam vinum offerens dicit:*

Age effunde hoc citò in barathrum, properè elue cloacam.
καὶ τελώνιον ἧς φάραγγα ἐς χάρυβδιν ἁρπαγῆς.
Et telonem tum barathrum tum rapinæ gurgitem *(vel voraginem.)*

Sic Cic. Charybdin bonorum, voraginem potiùs dixerim. *Item.* Quæ Charybdis tam vorax, tot res, tam citò absorbere potuisset? *de profuso decoctore.*

Anima illi pro sale data, vt suillo pecori, vt edat ne putrescat, *Varro.* Os porci. *Pierio. de homine omnis generis cibos vorante. vt facit sus, etiam sordida & carnem humanam seu cadauera vorans.*

Viuit vt edat. *Ex Quintiliano qui ait:* Non vt edam viuo, sed vt viuam edo.
θαλαττὶς πνεύμονος βίον ζῇ. *Plato.* Pulmonis marini vitam viuit. *Zoophyton est, & ferè nullum sensum habet, nisi quod alimentum capiat, & crescat vt arbor: vagatur tamen per mare motu fluctuum agitatus. Plini.*

Vnde Plotinus homines ventri deditos dixit ἀποδενδρῶσ .i. *arborescere. & instar arborum alimenta solùm attrahere.* Epicuri de grege porcus. *Horat.*

νεκύες μεταωλένες. *Aristophan.* Collo tenus medio cadauera.

λάρος κεχηνώς. *Idem.* Larus hians. *auis est piscivora voracissima.*

Autumnalis appetentia .i. *voracitas. Rhodigin.*

λιχνότερος ἢ πορφυρᾶς. *Athenæ.* Voracior purpurâ, *animante quàm panno potiùs.*

βάθος πείρας. *Zenodot.* Buthus obambulat. *athleta vorax & stolidus.*

Venter ei solarium. *Ammian.* Vmbram decempedem obseruat. *Vel.* Vmbra decempes ei gratissima .s. *in horologio solari, quæ indicabat horam cœnæ. Sic Lucian.* ζωικὲς ἀπισκοπῶν ὁποσαπὲν τὸ σκιάειον εἴη.

Assiduò inspiciens quanta vel quot pedum linea sit. *Et Aristophan.*
ζοὶ δὲ μελήσῃ, ὅταν ἡ δεκαπὲν τὸ σκιάειον, λιπαρῶς χαρεῖν ἐπὶ δεῖπνον.
Tibi verò sit curæ, cùm fuerit decempes linea *(vmbra)* lautam properare ad cœnam.

πιεῖν γὰρ ἄμμες καὶ φαγεῖν μὰ ἀνδρικοί. *Bœotij apud Athenæum.*
Sumus ad bibendum atque ad vorandum ſtrenui.

Apud eundem eſt illud. ἀθύτα δ' ἱερὰ πολλάκις καταθίει. Perſæpe ſacra haud immolata deuorat. *In eum qui ſine vſitatis ceremoniis, precibus, conſenſu omnium decoro, & modica exſpectatione, vbi vix etiam ſedit, ſtatim inurbanè manus in epulas injicit.* *Simile eſt illud Suidæ.* πρὶν λαχεῖν τὰ κοινὰ καταθίει. Priùs quàm ſortitio ſeu partitio fiat *(ab inciſore aut conuiuatore)* communia deuorat.
ἀθυτῶν τρόπον καταφαγῶσιν, ἕτως ὡς καὶ τὰ ὀστᾶ ἀπιπραλεῖν. *Philo.* Mergorum inſtar opſonia abliguriunt, ita vt & oſſa inuadant.

μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρως μάζαν ἐσθίοντες. *Oraculum de Sybaritis.*
Menſura (.i. *modicè*) aquã bibentes, ſine menſura autẽ (.i. *immodicè*) mazã vorantes.
τραπεζοποιὸς καὶ μαγείρους πρέπει. *Baſilius.* Structores & coquos mente agitat.
λάβραξ μιλήσιος. *Suid. Athenæ.* Labrax Mileſius. *piſcis ore vaſto ſemper aperto, obuia mox deuorans. Lupus marinus idem.*
Edere de patella in ſacrificijs deorum aſotorum & non religioſorum hominum erat. *apud Cicer.* Mens illi eſt in popina. *Sic Plato Comicus Græcus:* ὑμῶν ἐν τῷ καπήλῳ νοῦς ἐνεναί μοι δοκεῖ.
Veſtra in caupona mihi nunc mens eſſe videtur,
Sic & Terent. Iam dudum animus eſt in patinis.
ὁ νοῦς γάρ ἐστι τ' τραπέζης πλησίον. *Athenæus.* Mens eſt enim propinqua menſæ.
βοῦν ἀπὶ γνάθοις φέρει *Suidas.* Bouem in faucibus vel in maxillis portat. *alludit ad Theagenem athletam Thaſium, vel ad Milonem Crotoniatam, qui vno die ſolidos boues ſingulos comederunt.* ἀχρὶ χείλους. Vſq; ad labium. Do gérdlá *Ex Zenodoto.* μεχρὶ τ' ἀμφωτίδων πλήρης. *Suidas.* Ad ambas vſque aures repletus. Po vßy. ἀχρὶ κόρου. Ad ſatietatem. πέραν κόρου. *Pollux.* Vltra ſatietatem.
Hectorem imitatur ab Ilio nunquam recedit. *Marull. vel Ennius. ab Ilio, pro ab ilio ſeu ab ili inteſtino, dictum per alluſionem iocoſam.*
ἐντερατελόγαστρος. *Epicharmo Comico .i. monſtroſæ magnitudinis ventrem habens.*
Vultur poſt inediam *quam Epiphanio auctore 40 diebus fert, poſtmodùm voraciſſimè comedit.* ἑτερόγναθος. Vtrâque maxilla ſimul mandens.
Martialis de Cæciliano qui ſolus ſemper cœnabat & aprum ſibi apponebat, ait:
Bellum conuiuam Cæcilianus habet .i. *aprum inſtar ſodalis alterius.*
λάρος· ὁ ἕλειος. *Suidas.* Larus *vel* Gauia in ſtagnis. *vorans & ſimul deuorata egerens.*
Gallam illum bibere oportet. *Ex Lucilio qui apud Nonium & Feſtum ait:*
Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri
Farre aceroſo, oleo decumano, pane *(al pane)* cògégit Cumano.
Monet Lucilius, inquit Feſtus parſimonia eſſe vtendum, nec gulæ indulgendum, ventremq; coarctandum. Id autem optimè præſtat galla quæ vim habet adſtringendi; item oleum deterius ex decimis collectum & miſtum; deniq; panis aceroſus minimè delicatus.

ἀλεκτρυών·

ἀλεκτρυόνος μέμφεται κοιλίαν. *Ex Ariſtophane.* Conqueritur de galli ventre. *Vel* Queritur ſe galli ventriculum habere, *qui omnia citò concoquat.*

Vide Graphicam imaginem Philoſophi guloſi apud Lucianum in Timone ſub finem Dialogi in perſona Thraſycli. longior eſt, ideò huc non attuli.

Totus venter eſt. *è Plutarcho. Vide* Páſobrzuch. *Illud Democriti.* Vulgari piſci non inſunt ſpinæ. *Guloſi hominis eſſe dictum vult Rhodigin.*

Alcman πολύβρωτος .i. *multi cibi homo dictus eſt, & phthiriaſi periit. Giraldus. Phago in menſa Aureliani vno prandio comedit aprum integrum, centum panes, veruecem & porcellum; bibit vero infundibulo ori appoſito plùs orca. Vopiſcus. Mithridates inſtituit certamen polyphagiæ & polypoſiæ .i. edendi & bibendi, præmiis propoſitis in quo omnes ipſe ſuperauit, ideoq; Dionyſius dictus erat. Plutarchus. Heraclides pyctes, conuiuas alios ad ientaculũ, alios ad prandium, alios ad cœnam, alios ad comeſſationem nullo interpoſito interſtitio ſibi ſuccedentes vocabat, & omnes edendo ac bibendo ſuperabat. Idem.*

Hyemalis refectio. *pro larga, quia hyeme melius cibus digeritur. Rhodigin.*

Lupus ceruarius guloſi imago, *qui teſte Solino & Plinio, cibum vorans, etiam fameliecus, ſi oculos ab eo auertat, ſtatim eo relicto, it quæſitum alium prioris oblitus.*

Polypus *item* typus voracis abliguritoris *Pierius. Vnde illud apud Athenæum.* ἔδω δ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. Comedo meipſum vt Polypus. *Idem de illo ſcribit Ælian. Oppian. Heſiodus.* Crocodilus *etiam voraciſſimus eſt, & cibo multo auidiſſimè hauſto repletus, eum euomit, cùm abſceſſu careat. Pierius.* Muſtela *piſcis vbi multa auidè deuorauit, euomit & rurſus eadem vorat. Idem.*

τῷ ὄνῳ ἐοικώς. Aſello piſci marino ſimilis. *qui Athenæo & Ariſtotele auctore.* κῆρ ἐν τῇ κοιλίᾳ *vel* ἐν τῇ γαστρὶ ἔχει. Cor in aluo, vel in ventriculo habet. Τὸν ἐγκαρδύξας τῇ κοιλίᾳ, τῷ ἰχθυϊ τῷ καλουμένῳ ὄνῳ τὰ μάλιστα ἐοικώς. *Clemens Alexandr.* Qui animum in ventre defodit, piſci aſello dicto maximè ſimilis.

Cor habet in ventre, guloſus: laſciuus, in libidine: cupidus, in lucro. *Hieronym.*

Phyſalus piſcis *caput & oculos infra ventrem habet vix notabiles. Ælian.*

Gulo piſcis *in pelago Noruegiæ piſciuorus voraciſſimus, caput ventri iunctum habens, omnibus piſcibus infeſtus & odioſus. Olaus Magnus.*

Gulo *item ſeu* Roſomaca *fera voraciſſima, vbi ſe impleuit, inter duas arbores vicinas ſe trudit, & ingeſta eijcit, rurſusq; vorat. Idem Olaus.*

ἡμερόκοιτος (*.i. die dormiens*) *aliter* νυκτερὶς (*noctua, veſpertilio*) *marinus piſcis, vorat vſq; dum rumpatur. Oppianus.*

Hirudo non dimittit cutem niſi plena cruoris. *Horati.*

Idem de Ricino verme *ſcribit Plini. qui affixus animali ſugit ſanguinem donec rumpatur. His adde* Gnathones, Phagones, Gurguliones, Manducones, Apicios *& alia poſita 1. Tomo ſub* Žárlok / Obžárty / Łákotliwy.

Ochłodziłeś mię. Pocieszyłeś mię. Duszá w mię wstąpiłá.

Aſperſiſti aquam .ſ. *mihi. Plaut.* .i. *animum mihi reddidiſti, recreaſti me. animo defectum & pæne exanimatum recreaſti.* Obſipaſti aquulam. *eodem ſenſu apud eundem.*

Item,

Item. Animo male eſt. currite atque afferte aquam. *Item.* C. Animum adimit mihi ægritudo. S. Viſne aquam? .ſ. *offundi tibi. Item.* Animus redijt mihi. *Item.* Animus remigrat nunc demum mihi. *Plaut.*

Porrò in exemplis Plauti aquam intellige frigidam. hæc enim deficientibus animo inſpergi ſolet, vt notauit Rhodigin. Reddidiſti animum. *Terent.*

Me mihi reddidiſti. *ex Cic. qui ait:* Noſmet nobis reddidiſtis. P. C. *Vicino ſenſu.*

Ochotnego pobudźić śie godźi / abo / nié ßkodźi.

Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo. *Ouid.*

ὰ χρὴ ἐφ' ἵππῳ κέντρ' ἐλαφρῷ προσέχειν. *A.*

ὄβολον ἔυρε παρνοίτης. Obolum reperit Parnœtes *dux Athenienſium, qui inſtituit vt in concionibus & iudicijs nummuli diſtribuerentur, quò alacriores & frequentiores conuenirent.*

——Flumine ſæpe ſecundo, Augetur remis curſus euntis aquæ. *Ouidi.*

καὶν πλέρόεν πλοῖον ἀέρχῃ ἐρετμὰ δλαμεῖν. *A.*

Remi vrgent celeres ocyus ire ratem.

Ochotnié.

Obuiis manibus. *Hieron.* Obuiis vlnis excipere. *Quintilian.*

ἀμφοτέραις χερσίν. *Baſilius.* Ambabus manibus.

O śie też idźié. Jtobié śie doſtánié.

In eadem naui es. *Cic.* .i. *in eodem communi periculo. Sic Ariſtophan. ciuitatem vocat nauem.* περὶ πόλεως γὰρ ἐν ὃ σκάφος ὅλο .ſ. φόβος, De ciuitate vt naue de tota eſt timor. De tuo capite aguntur comitia. *E Plauto.* Vlá śie śie zmawiáia. *Et apud S. Marcum 4. cap.* Magiſter, non ad te pertinet quia perimus?

ἐν ᾧ κὴ αὐτὸς πλεῖς διατρέεις σκάφος. *A.*

In qua rate ipſe nauigas hanc perforas. *Ex Cic. qui ait:*

Hoc miror querorque, quenquam hominem ita peſſundare alterum velle, vt etiam nauim perforet, in qua ipſe *(ſimul cum illo)* nauiget.

Non multùm abſimilis eſt apologus Æſopi de duobus inimicis ſimul nauigantibus ſuprà ſub Vlienawiść zlem cudzem śie karmi. Tibi luditur. *Perſi.* .i. *ad te damnum aleæ huius ſpectat. Cornutus & Caſaubon. Vel (vt alij)* De tuo corio luditur.

Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet. *Horat.*

εἰ πλὴ τοῦ γείτονος οἰκίαν εἶδες ἐμπυριζομένην, εἰ καὶ πάντων πολεμιώτατος ἦν ὁ γείτων, οὐκ ἂν ἔδραμες ὅπὶ τὸ ζέεται πλὴ πυρὰν, δεδοικὼς, μὴ τὸ πῦρ ὁδῷ βαδίζον καὶ τ σῶν ἅψηται προθύρων; *Chryſoſtom.* Si vicini domum videas ardere, etiamſi omniũ inimiciſſimus ſit vicinus, nónne accurreres ad exſtinguendum incendium, veritus ne ignis recta via progrediens & tua limina tangat vel corripiat?

Te nunc delicias extra communia *(mala)* cenſes Ponendum! *Iuuenal.*

Ocukrowáć przyprawić to trzebá. Sámo to nié pachnié / nié ſmakuié. Béz ſoli rybá / béz korzenia zwiérzyná / nic nié iéſt.

Ganeò

Ταριχὸς τάριχος, τῷ ὀρίγανον φιλεῖ. *Clearchus.*

Putre ſalſamentum, amat origanum. *Vel* Putris tarichus addito garo ſapit. *Sic acetaria, oxygarum, muriam, oxalmen & his ſimilia carnibus vetuſtis vitiatis putentibus adduntur. Tralato autem ſenſu.* V. Ztemu zálécenia potrzébá. *Sic apud Cicer.* Vatinij ſtruma (*.i. deformitas corporis vel potiùs infamis vita*) dibapho ſacerdotii tegitur. *Et apud Terent. Phadria mittens cuidam munera non ſplendida, ſeruo præcipit dicens:* Munus noſtrum ornato verbis quod poteris *.i. quoad poteris. P. Nannius.*

Oczy chcą/ nié brzuch. Oczy chcą/ gebá nié chcé.

οἱ ὀφθαλμοὶ τ̃ ἀνθρώπων ἄπληστοι. *Prouerb. Salom. c. 27.* Oculi hominum inſatiabiles. Fallunt nos oculi vagiq́; ſenſus Oppreſſa ratione mẽtiuntur. *Petroni. Hîc habet locum illud, quòd Cicero de Dario aquam turbidam in ſiti bibente dixit.* Nunquam (*antea*) ſitiens biberat. *Et de Ptolomæo famelico panem ruſticum ſuauiter edente:* Nunquam (*antea*) eſuriens comederat. *ſed inuitante colore, odore, ſapore, condimentis, nouitate & pretio cibi. quod ethnici ipſi Seneca, Horat, Iuuenal. & alij, grauiter reprehendunt, Et tales cibos maximè probant, ad quos non condimenta ſed fames inuitat.* V. Smák zdrowia niepryiaćiel. *Huc facit illud Varronis. lib. 7. linguæ Latinæ quærentis, qualem oporteat eſſe victum cultum & habitationem hominis, & reſpondentis:* Aliud ſatis eſſe homini (*.i. neceſſitati vel vtilitati hominis, nempe minùs*) aliud humanitati (*.i. elegantiæ, curioſitati, oblectationi, ac voluptati, nempe plùs multò.*) Oculis guloſos *vocat Seneca eos,* qui ad popinam non ſunt contenti dentibus ventre & ore (*niſi & oculos oblectent.*)

πολλάκι, ἀνορέκτως καὶν ἔχων, γλυκερὰ φάγῃ. *Α.*

Nullo appetitu, dulcia intrant os tamen.

Oczy mu dobrzé nié wypádną. Nié możé śie nápátrzyć.

Expleri nequit, atque oculos per ſingula voluit. *Virgil. de Æneæ, vbi ei arma à Vulcano fabrefacta mater Venus obtulit.*

Imitatus eſt Homerum qui ſimiliter de Achille dicit.

τέρπετο δ' ἐν χείρεσιν ἔχων δῶρα θεῦ ἀγλαὰ ἔργα.

Oblectabatur in manibus habens dei ſplendida dona .ſ. *arma bellica.*

Expleri mentem nequit: ardeſcitque tuendo

Phœniſſa, & puero (*ficto Iulo, Cupidine*) pariter doniſq́; mouetur. *Virg. de Didone.* ἀλγηδόνας ὀμμάτων τὰς περσίδας .*i.* dolores oculorum, *apud Plutarchum vocat Alexander Perſides ſeu Perſicas feminas formoſas. Latini de re oculis ingrata id vſurpant. Simia fœtũ ſuum contemplatur mirifica cũ voluptate V. id ſub* Káżdému śie ſwoie podoba.

Oczy páść. i pátrzyć ná co vćiéßnego.

Paſcere lumina. *Ouid.* Reſtabat aliud nil, niſi oculos paſcere. *Terent.*

Animum pictura pascit inani. *Virgil.* τὸ ζωγραφήματα ἐναύχεν ὀφθαλμός.
Non animum modo vti pascat prospectus inanem. *Virgil.*
Cruciatu atque supplicio alicuius pascere oculos, animumq; exsaturare. *Cic.*
Oculis epulas dare. *Plaut. pro pascere.* *Affine,* Było ná co pátrzyć.

Ogy słoia zá vſy. Pátrzac ſtłá poymieſz/ choć nie ſłyſzac.

Audio quæ facis. *Apud Lucianum Saltator seu histrio Neronis, tam dextrè agebat Comœdiam solis gestibus, vt Demetrius Stoicus Philosophus exclamârit:* ἀκούω ὦ ἄνθρωπε σου χειρονομοῦντος ἃ μόνον ὁρῶ. Audio homo quæ agis non tantùm video. *Eundem histrionem petijt à Nerone legatus è Ponto, vt esset interpres ad vicinam gentem alterius linguæ; adeò aptè omnia gestu exprimebat. Et vulgus rude libenter spectat actores in theatris, lingua ignota sibi loquentes, & qui, licet intelligant linguam, à longe stantes non exaudiunt quæ dicuntur. Posset dicto Luciani respondere dictum aliud Polonicum .ſ.* Aktor wyborny.

Ogyścił śie.

λοτὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων. *Suidas.* A bis septem fluctibus vel vndis .ſ. *ablutus. Nã aquis credebant Ethnici homicidium & alia scelera expiari. Exemplo est Pilatus. Meminit & Cicer. pro Sexto Roscio.*

Odbiegł mis wé zlem rażić/ kiedy ábo gdźié nagorzey.

Sub cultro me reliquit. *ex Horat. qui ait.* Fugit improbus, ac me Sub cultro liquit. *Tralatum est à victimis iamiam feriendis.*
Inter sacrum saxumq; me reliquit. *Ex Plauto Apuleio. similiter à victimis sumptum.*
μεταξὺ τοῦ σφύρας καὶ ἄκμονος. Inter malleum & incudem.

Od Bogá/ ábo z Bogiem poczynay.

Omnium rerum magnarum à dijs immortalibus principia ducenda sunt. *Cic.*
Ab Ioue surgat opus. *Ouid.* ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα. *Aratus.*
Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena. *Virgil.*
ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς δία λήγετε μοῦσαι. *Theocrit.*
Ab Ioue incipiamus, & in Iouem desinite Musæ.
Θεὸς ἡγεμόνευε πάντος ἔργου καὶ λόγου. *Synesius.*
Deus sit auspex dicti & operis omnibus.
διὸς ἐκ προοιμίου. *Pindarus.* Ab Iouis proœmio .ſ. *ordiendum.*
Θεὸς ἐμοὶ ἄρχων, οὐ θνατῶν οὐδὲ εἷς. *Philo è Sophocle.*
Deus mihi dux, nemo sed mortalium. *Apud Lacedæmonas qui Senator creabatur, inprimis omnia deorum templa coronatus statim obibat. Plutarch.*

Oddam cí to. Oddamy sobié. Nie zborguieć.

Eodem poculo, quo ego bibo, bibes. *ex Plauto. Ductum aliqui volunt ab iis quibus per iocum poculum amarum hauriendum datur, quod illi vicissim eidem qui dederat dextrè obtrudunt.*

obtrudunt. ἴσον ἴσῳ κεραννύσω. *ex Euripide.* Æquale poculum tibi miſcebo.
ἴσ' ἀπ' ἴσον ἴσῳ φέροντ' ἐγώ γ' ἐκτίσομαι. *Athenæus.*
Par pari referentem ego vlciſcar. *Braſidas apud Plutarchum haſtam è corpore ſuo extractam in eum qui eam iecerat coniecit & eum occidit.*
Erit vbi te vlciſcar ſi viuo. *Plaut.*
Quam malè dicendo cepiſti voluptatem, eam malè audiẽdo amittes. *Idem.*
Quod conuiuaris ſine me tam ſæpe Lupercę,
Inueni noceam qua ratione tibi. &c.
Quid facies? inquis? quid faciam? veniam. *Martial. lepida & bona vltio.*
Remorſurum me petis. *Horat.* ἀναδήξονται δάκνες. Caue, caue namq; in malos parata tollo cornua. *Horat.* *Affine,* Wétzá wét. Jáko gało. Kto mowi co chcé.

Od déſki do déſki/ przéczytáć kśięgę.

Explicitum nobis vſque ad ſua cornua librum (.i. *totum lectum refers.*) *Martial.*
Iam peruenimus vſq; ad vmbilicum (.ſ. *libri: à fronte exorſi.*) *Idem. qui etiam frontis & vmbilici libri aliás meminit.* *Sic & Horat.*
Inceptum carmen ad vmbilicum ducere .i. *ab initio ad finem.* V. Od końcá do końcá.

Od dźiécińſtwá. Od młodośći.

ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων. A teneris vnguiculis. *Cic.*
ἐξ ὀνύχων ἀγαπῶσι τέκνα. *Plutarch.* Ab vnguiculis amant liberos.
De tenero meditatur vngui. *Horat.* Ab incunabulis imbutus odio. *Liu.*
A cunabulis vſque ſapit. *Plaut.* ἐκ νέων. *Ariſtot.* A iuuentute.
ἐκ νηπίων. *Idem.* Ab infantia prima. *Tacit.*
ἐκ νέων παίδων. *Plato.* A pueris. *Plura in 1. Tomo habes.*

Odédniá do dniá. Od iutrá do iutrá/ áż śmierć zaydźie.

In diem viuimus. *Cic.* Non ſolùm de die, (.i. *ab initio diei, ſummo mane*) ſed etiam in diem (.i. *ex tempore, ſine cura futuri*) viuere. *Idem.*
In poſterum diem ſemper differre. *Idem.* *Sic Iudicum 19. Leuites quotidie diſceſſuriens ab hoſpite ſe retineri paſſus eſt per plures dies.*
Cras hoc fiet, idem cras fiet. *apud Perſium dicit dilator ſegnis.*
Dicimus aſſiduè: Cras quoque fiet idem. *Ouidi.*
ὁ πάντων βίος μελλησμῷ παραπόλλυται. *Epicurus.* Omnium vita cunctatione pertranſit, vel perit. Malè viuunt qui viuere (*bene*) ſemper incipiunt. *Seneca. quia differendo bonam vitam mali vel minùs boni moriuntur.*
Dum differtur vita tranſcurrit. *Idem.*
μή μοι λέγε, ὅτι χρὴ μικρὸν, μηδὲ εἰς τὴν ἄυριον ἀναβάλλου, ἡ γὰρ ἄυριον οὐδέποτε λαμβάνει τέλος. *S. Chryſoſtom.* Ne dicas mihi, poſt modicum tempus, nec in craſtinum reijce. craſtinum enim nunquam finitur. Zwłoki końcá niemáß.
Affine, Odwłoká ßkodliwa. Co dźiś opuśćiß.

Od kolká do kolká. Od málego do wielkiego.

ἀπὸ Ϛ φαλακρῦ, μέχρι Ϛ φαλακρῦ. *Dion.* A caluo ad caluum .ſ. *omnes trucidentur. Caligula cuſtodias recognoſcens omnes iuſſit ſine diſcrimine occidi, à caluo qui in altera parte extremus erat, ad caluum in altera parte extremum. Hermola. Beroald. Lauin.* ἅπαντας ἐν κύκλῳ πελεθών. *Lucian.* Omnes in circulum obiens .i. *omnes ad vnum.*

Od końcá do końcá. Od przodku do oſtátku.

A capite vſque ad calcem. *Recentiorum eſt. loquuntur ſic Græci & Latini.*

ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας. *Homer.* A capite ad pedes. *Contrà Ariſtophan.*

ἐκ Ϛ ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν ζοι πάντ' ἐρῶ. .ſ. πράγματα. A pedibus ad caput tibi cuncta narrabo. A carceribus ad oleas. *Rhodigin.*

Ab ouo vſque ad mala citare vel canere. *Horat. Tralatum à cœna cuius principium erant oua, finis poma .i. toto tempore, colloquio, opere. &c.*

A fonte ad oſtium. *Sic Seneca:* Fluminum decurſus & amnes magni, à fonte ad oſtium (*quo in mare intrant*) veſtri ſunt.

A cælo ad terram. *Plaut. ſic:* Licétne percontari? ℞. A cælo ad terram, quod lubet .ſ. percontare. ἀπὸ θεῶν μέχρι γῆς.

ἐκ παρόδου ἐς δέχης ἄχρι κορωνίδος. *Plutar.* Ab ingreſſu & initio vſq; ad coronidem.

ἀπὸ βαλβίδων ἀποδείξω. *Ariſtophan.* A carceribus tibi declarabo. *Tr. à ſtadio.*

V. Wßyſtćk.

Od kozika / do nożyká: od nożyká / do konika. &c.

Od mátá do wiela.

Alludit dictum hoc ad apologum de puero fure, poſitum ſub Kogo rodzicy nie karzą.

Parua peccata impunè commiſſa, animos ad maiora audenda addunt.

νηπιον ἁμαρτών, μείζονα τἀκὺ τολμάει. *A.*

Impune peccans, maxima audebit citò. V. Nie záraz śie cztek zępſuie.

Od łáſkawey ręki ábo nátury bárzicy boli.

Grauior pœna videtur quæ à miti viro conſtituitur. *Seneca. quia à leni & placido ingenio ac moribus, nil offenſionis proficiſci poſſe omnes exiſtimant. quare ſi id accidat, vt rem nouam & inopinatam grauiùs accipiunt & ſentiunt.*

πληγεὶς ὑπὸ πραέος ἀνδρὸς ἀλγέει πλέον. *A.*

Percuſſus à miti viro dolet (*vel ſentit*) magis.

Affine, Bárzicy boli od ſwego. Nieſpodźiáne przypádki.

Od łaſkáwey ręki ábo natury nie tak boli.

πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χέρσιν ἡδύγε. *Timocles. Athenæ.*

Non eſt moleſtum percuti à leni manu. *Seu à manſueto homine. vel quia talis non facile ſeuit nec grauiter ledit, vel quia amatur.*

Apud Lucianum Vulneratus quidam à Timone diuite dicit: ἴασαι τὸ τραῦμα, μικρὸν ἐπιπάσας Ϛ χρυσίου. δεινῶς γὰρ ἰχαμοῦ ἐσι Ϛτ φάρμακον. Medere vulneri, paululùm

paululùm auri inſpergens. valde enim hoc remedium præſentaneum eſt (*ſanguinem ſiſtens.* *Sic quidam vir religioſus & ſimplex, lapſa ſuper ipſum menſæ accumbentem è pariete tabula grandiuſcula Chriſti effigiem pictam continente, ſatis benè percuſſus & perculſus, quæſijt ex aſſidentibus, quidnam eſſet? cumq; hi dixiſſent: Domini effigiem eſſe, ille ſuauiter ſubdidit*: Benignum verò percutientem! quid mirum quòd mihi non doleat? *Adde & id quod Seneca dicit*: Poſt beneficia lædenti, plùs veniæ debetur. nam beneficio vis iniuriæ exſtinguitur. *Dicas.* Od dobrodźiéiá nié boli. *Sic Leno Plautinus ait*: Facile ego ictus perpetior argenteos. Srebrny / złoty guz nié boli. V. Niech táié / kiedy dáié. Krzywdá od dobrodźiéiá nié cieżka.

Odmian ná świécie pełno. Odmiány vſtáwiczne ná świécie.

Omnium rerum viciſſitudo eſt. *Terent.* Cras cerdo, hodie nihil. *Varro.*

νῦν ἐστιν ἀδεὶς, ἄυριον δὲ μεγαλεύς. *Ariſtophan.*

Nunc nullus ille eſt, craſtina at magnus die.

τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Mortalium res plurimas vices habent.

τὰ θνητὰ τοιαῦτ', οὐδὲν ἐν ταυτῷ μένει. *Euripi.*

Mortalibus nihil ſtatu in eodem manet.

Χ' ὁ ζεὺς ἄλλοκα μὲ πέλει αἴθρη, ἄλλοκα δ' ὗει. *Theocrit.*

Interdum eſt pluuium cælum, interdumque ſerenum.

τροχῶ πεπτεύχοντος, ἄλλοτ' ἠτέρα ἄψις ὑποζυγίνετ', ἄλλοτ' ἠτέρα. *Plutarc.*

Rotæ dum vertitur apſis, nunc altera fit ſuperior, nunc altera.

κύκλος τὰ ἀνθρώπινα. *Pindarus.* Circulus res mortalium.

πάντα ἐναλλὰξ πεπόρευται. *Ariſtides.* Omnia vicißim in orbem mutantur.

δεῖ δέ σε χαίρειν, καὶ λυπεῖσθαι θνητὸς γὰρ ἔφυς, κἂν μὴ ζῆν θέλῃς, τὰ θεῶν οὕτω βουλόμενα ἔσται. *Euripides.* Oportet te gaudere & dolere, mortalis enim es, quamuis nolis, hæc enim voluntas deorum eſt.

ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος ἄνεμος πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει. *Pindar.* Aliàs alius ventus in omnes homines irruens eos impellit.

Non annis anni, non menſes menſibus vſque
Conueniunt, ſeque ipſe dies aliumque relinquit,
Horaque non vlli ſimilis producitur horæ. *Manilius.*
Omnia vertuntur, certè vertuntur amores.
Vinceris aut vincis, hæc in amore rota eſt. *Properti.*

Vi. Nic trwáłego. Nié iednákie záwße. Szcześćie odmienne.

Odmiáná dalekich kráiow / nié náprawi obyczáiow.

Mieyſc rozmáite odmiány / nié vlecza dußney rány.
Gdźiekolwiek iedno bedźieß / ſiebie nigdźié nié pozbedźieß.

Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt. *Horat.* *Nam ait idem*:

—— Ratio & prudentia curas Non locus effuſi latè maris arbiter aufert.

Sic Cic. de Nauio: Trans alpes vſq; transfertur. Fit magna mutatio; loci nō ingenij.
Et Æſchines in Cteſiphontem: τόπον ἀ τρόπον μεθέαλε .i. Locū non mores mutauit.

Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
Stultus vterque, locum immeritum cauſatur iniquè,
In culpa eſt animus, qui ſe non effugit vſquam. *Horat. dicit Villico.*

— Quid terras alio calentes Sole mutamus? patriæ quis exul Se quoq; fugit? *Idem.*
τίς πατρίδ' φύγας ὢν ἑαυτὸν πώποτ' ἔφυξεν;
Quis patria pulſus ſeſe vnquam ſuffugit ipſum?

— Nauibus atq; Quadrigis petimus benè viuere. quod petis, hîc eſt.
Eſt Vlubris, *(oppido ignobili)* animus ſi te non deficit æquus. *Horat.*

Immò adde ex Cicerone: In externis minor eſt ad facinus verecundia.
Animus æger vbicunque ponatur, malum ſuum illum ſequitur. *Seneca.*
Medicina ægro non regio quærenda eſt. *Idem.*
Eudamidas dicenti, Lacones peregrinando deteriores fieri! Rñt. *At vos Spartam venientes, meliores abitis, ob leges bonas & diſciplinam. Plutarch.*
Huc trahe illud Virgilij de cerua ſagitta confixa:

——— Illa fuga ſyluas ſaltuſque peragrat — hæret lateri lethalis arundo. (ié.

Aſinus Pariſijs nō fiet equus. *V.* Poiéchał ćiélećiem. *Affine*, Kto rad wiele piélgrzymuie

Odmiana ábo przemiana / rozmaitośc ſłodzi rzéczy.

Przéplátáć cudniey / miley.

— Voluptates commendat rarior vſus. *Iuuenal.* Varietas occurrit ſatietati. *Cic.*
Iucundum nihil eſt niſi quod reficit ſatietas. *P. Syrus.*
Alternis dicetis. amant alterna Camœnæ. *Virgil.*
Non vno contenta valet natura tenore
Sed permutatas gaudet habere vices. *Petron.*
μονῳδία ἐν ἅπασιν ἐστι πλήσμιον, ἡ δὲ ποικιλία τερπνόν. *Plutarch.* Vnius tenoris cantilena ſatietatem parit. varietas delectat.
τὸ μεταβάλλειν, ἡδύ *Ariſtotel.* Permutare iucundum *ſeu*, Viciſſitudo grata eſt.
μεταβολὴ πάντων γλυκύ *Idem.* Viciſſitudo omnium rerum ſuauis.
Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietates, fortunæq; viciſſitudines. *Cic.* Ad aures noſtras & ſermonis ſuauitatem, nihil eſt viciſſitudine varietate & commutatione aptius. *Idem.*
Natura humani ingenij ita agilis & velox eſt, vt ne poſſit quidem aliquid agere tantùm vnum. *Quintilian.* Reficit & reparat animos varietas ipſa: Contraque difficilius eſt aliquando in labore vno perſeuerare. *Idem.* Cur ipſi aliquid forenſibus negotijs, aliquid deſiderijs amicorum, aliquid rationibus domeſticis, aliquid curæ corporis quotidie damus? quarum nos vna res quælibet nihil intermittentes fatigaret. Adeò facilius eſt multa facere, quàm diu. *Idem.*
πλεῖς μὲ παρὰ γῆν, πεζὸς δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος. *Plutarch.* Nauigatio iuxta terrata, ambulatio verò iuxta mare iucundiſſima. *nempe, ob diuerſarum*

rerum

rerum admiſtionem. Luſciniæ cantus ſuauiſſimus ob varietatem, *quare eam Heſiod. vocat* ποικιλόδειρον. *vario gutture.* *Affine,* Przyie śie kážda rzécz. Stodkość.

Odmienić zdánie. Rozmyślić śie. Cofnąć śie w zad.

Vertere ſtylum. *Terent. Cic.* Funem reducere. *Perſi. tr. à nautis.* Calculum reducere. *tr. à ludo latronum. Nonius.* Calculũ reducas ſi te pœnitet. *Cic.* τὸν πέτον ἀναλίθεμαι. *Antiphanes.* Talum repono.

ὀρθὰς μεταπεσόντες. *Lucianus.* Teſtulâ commutata .i. *ſententiâ mutatâ.* Dare lintea retro .i. *vela. Virgil.* Dare vela retrorſus. *Horat. ſic:*

——— Nunc retrorſum Vela dare atque iterare curſus Cogor relictos.

πρύμναν δ' λόγῳ κρούειν. *Suidas.* πρύμναν ἀλαικρούειν. *Nazianzen.* .i. Puppim percutere. *Seu verſus puppim remis nauem agere. Cic. & Quintil. dicunt.* Inhibere remos. non ſubſiſtendo, ſed contrario motu eorum, nauem retrò pellendo. *Nicephoro* πρύμναν ἀλαικρούειν, *idem eſt quod,* τἀναντία λέγειν. Mutare in diuerſum ſententiam. ſeu oppoſitum loqui. *Rectè hîc vſurpes Plaut.* Imitari nepam. *quia retrò graditur.* V. Inßa rćraz śpiewa.

Odmienito śie ßczęśćie. Obrocito śie koło.

Nunc nauem noſtram ſubitò ventus deſeruit. *Plaut.* ἐστρέφετο τροχός.

Vertit ſeſe rota (*fortunæ*) viciſſim. *Idem. vt legit ex Vet. Cod. Lambin. Taubman. alij legunt.* Verterunt ſeſe memoriæ. *præceſſere autẽ illa verba feminæ inſultantis amatori:*

Dum fuit, dedit: nunc nihil habet: quod habebat, nos habemus (*opes*)
Iſte nunc habet, quod nos habuimus (*egeſtatem*)
Actutum fortunæ ſolent mutarier. varia vita eſt

Nos diuitẽ eum meminimus, atq; iſte pauperes nos. Verterunt ſeſe memoriæ. ἀδράστεια νεμέσις. *Zenobio.* Adraſtia Nemeſis. *de mutata fortuna proſpera in aduerſam, vt Adraſto accidit.* *Item de rota fortunæ vide dictum Soldani capti. ſub* Szczęśćie odmienne. Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. *Plutarc. Cic.* Dionyſius Corinthi. *Siculorum is antea Tyrannus pulſus ab illis, Corinthi ſcholam aperuit, in qua literas & Muſicam mercede pueros docebat.*

ὀρθὰς τροπή. *Suidas.* Teſtulæ conuerſio. **Odmiáná pretka.** *à more Athenienſium ſuffragiorum.* Haſta refrixit .ſ. *Cæſaris. Cic.* .i. *imperium crudele vel ſordidum ceſſauit. Rhodigin. ſub haſta enim vendebantur bona occiſorum & proſcriptorum.*

Odmłodniał. Ożył.

Aquilæ ſenectus .ſ. *renouata, reuirceſcens. Sic Pſalmo 102.* Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. *Et apud Terent. Syrus hero ſuo Chremeti dicit:*

Viſa verò eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus. *ſignificans, eum in conuiuio hilariorem præter ætatem, ob vinum largiùs hauſtum fuiſſe.*

Viuacem eſſe aquilæ ſenectam, *docet & illud Prouerb.* ἀετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης .i. Aquilæ ſenecta, corydi iuuenta .ſ. *præſtantior vel par illi eſt.* Quanquam aliqui

aliqui Syrum Terentianum aiunt reſpexiſſe, non ad vigorem ſenis aquilæ, ſed ad viuendi ſolo potu rationem. (hæc enim, vt ſcribit Plini. ob roſtrum adũcum nullo ferè cibo vtitur, ſed potione vel ſuctu ſuccorum ſe ſuſtentat.) vt ſic perſtringeret Chremetis πολυποσίαν vel vinoſitatem (quod commune ſenum vitium vulgò habetur) aut inſolitam hilaritatem. Aliter de aquila iuuentutem reparante ſcribit Epiphanius, eam nempe ſenem, roſtrum aduncum cibi capiendi obſtaculum ad petram allidere, eoq; decuſſo cibum capere & reuireſcere. Alij item aiunt, ſenem aquilam tam altè in aërem ſe ſuſtollere: vt æthereo calore pluma eius accendantur & conflagrent, tum ipſam in aquam gelidam delabi & reiuueneſcere. Albert. M. Rabbi Sadaias. & Aratus Diacon.

νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ. *Euripides. de Iolao.*

Rurſum ex vetuſto iuuenis eſt factus ſene.

ἅμα τῷ Αἴσονι ἀνανεᾶσθαι. Pariter cum Æſone, *vel* Inſtar Æſonis reuireſcere. *Iaſonis is pater fuit, in ſumma ſenectute, herbarum decocto iuuentuti per Medeam reſtitutus vt Palæphatus & alij fabulantur. De eodem Syneſius.* ὃν φασὶ δὶς ἀναβῆναι νέον ἐκ πρεσβύτου γενόμενον .i. *quem ferunt bis repubuiſſe iuuenem è ſene factum. Alii veriùs tradunt eum coctura à Medea necatum. Plaut verò id Peliæ tribuit, incertum iocóne, an obliuione, an errorem vulgi, ſtudio ſecutus, ſic enim dicit:*

Item vt Medea Peliam concoxit ſenem,
Quem medicamento & ſuis venenis dicitur
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum. *Cicero ſimiliter dicit:*

Haud facile ſanè quis me retraxerit, vel tanquam Peliam recoxerit. *Vide* Poprzé wić chcąc pogorßył. *Hinc etiam Prouerbium:* Peliam recoquere. *Et Catul.* Recoctus ſenex .i. *cultu, habitu, alacritate iuueni ſimilis.*

κατὰ Φοίνικα ἀνεβιώθη. Phœnicis inſtar reuixit.

Ariſtides de Smyrna per M. Aurelium reſtituta ait: ἡ πόλις ἀναφύεται μεταβάλλουσα τὴν ἡλικίαν &c. νέα γενομένη, ὥσπερ τὸν Φοίνικα ἀναβιώσεως αὐτὸν ἐξ αὑτοῦ λόγος ἐστί. Ciuitas renaſcitur commutata ætate. &c. noua facta, vt Phœnicem reuiuiſcere ipſum ex ſe ſermo eſt. *Sed de hac opinione aliter alij ſentiunt. quos habes in 1. Tomo ſub* Ogniwaczék, *inſpice ſi lubet. Item Cic. habet:* Quod ſi quis deus mihi largiatur vt ex hac ætate (*ſenili*) repueraſcam, & in cunis vagiam, valde recuſem. Nec verò velim quaſi decurſo ſpatio à calce (*vitæ*) ad carceres (*pueritiæ*) reuocari. Serpens item & Leberis eius, *eſt typus hominis iuuentuti redditi, vel à morbo aut calamitate aliqua emerſi. Pierius.* Serpens leberida depoſuit.

Odmowić ći nie mogę / ábo nic nie mogę.

Quid opus eſt verbis? Lingua nulla eſt qua negem quicquid roges. *Plaut.*

Odmowić záraz / miley proßacemu.

Pół dobrodźiéyſtwá ieſt záraz odmowić.

Minùs decipitur cui negatur celeriter. *P. Syrus Mimus.*

Pars

Pars beneficij eſt, quod petitur ſi citò neges. *Idem.* Nam omnis mora (odioſa, *ait idem.*
ἥμισυ ἀπαρνεῖσθαι χάριτός ἐστιν ἥμισυ. *A.*
Statim negare gratiæ eſt pars maxima.

Od niewoli ſługá &c.. gruby / plugáwy / álé pilny ábo ſprawny. *Vide.* Złý álé mi cie trzebá. & Dobrý é to kiedy lépſzego niemáß.

Odpoczynek od prac potrzebny. Vſtáwiczność wßelka ciężká.

Poſt multa virtus opera laxari ſolet. *Seneca Herc. Furente.*
Quod caret alterna requie, durabile non eſt,
Hæc reparat vires, feſſaque membra leuat. *Ouid.*
Otia corpus alunt, animus quoque paſcitur illis,
Immodicus contrà carpit vtrumque labor. *Idem.*
Et galea miles caput & latus enſe reſoluit. *Idem.*
ἀνάπαυσις τῶν πόνων ἄρτυμα ἐστι. *Plutarch.* Requies laborum eſt condimentum.
ἀνάπαυσις ἐν παντὶ ἔργῳ γλυκεῖα. *Pindarus.* Requies in omni negotio dulcis.
———Detur aliquando otium Quiesque feſſis. *Seneca Herc. Furente.*
Danda eſt remiſſio animis, meliores acrioresque requieti ſurgent. *Seneca de Tranquillitate, vbi plura talia dicit.* Danda eſt iuuenibus remiſſio, quia nulla res eſt quæ continuum laborem perferre poſſit. *Quintil.*
Interpone tuis interdum gaudia curis,
Vt poſſis animo quemuis ſufferre laborem. *Cato.*
ἔσθ' ὅτε παρσολάδην Φροντίσιν μίγνυε τέρψις,
ὡς Φρεσὶ πάντα δύνῃ Φιλοεργὸς μόχθον ἐνεγκεῖν. *Planudes.*
Liber non eſt qui non aliquando nihil agit. *Cicero.* Quando nihil ages? *Idem.* Me hoc ipſum, nihil agere & planè ceſſare, delectat. *Idem.* Homines quamuis in turbidis rebus ſint; tamen ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur. *Id.* Quod velis prolixè facere, aliquando ne feceris. *S. Ambroſius.* Expedit interdum nihil agere, vt cætera rectè agamus. *Eraſm.* Arcus aſſiduò tenſus rumpitur. *ex P. Mimo. qui ait:*
Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.
Æſopus nucibus ludens cum puero, cuidam ſe irridenti arcum tenſum exhibuit, & ait.
Citò rumpes arcum ſemper ſi tenſum habueris
At ſi laxâris, cùm voles erit vtilis.
Sic luſus animo debet aliquando dari
Ad cogitandum melior vt redeat tibi. *Phædrus.*
———Arcus Si nunquam ceſſes tendere mollis erit. *Ouid.*
———Neque ſemper arcum Tendit Apollo. *Horat.* Maior poſt otia virtus. *Stat.*
δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ εἶναι ἀναγκαῖον. *Ariſtotel.*
Videtur autem requies & ludus aut iocus in vita eſſe neceſſarius.
Seruorum eſt nunquam quieſcere. ἀ σχολὴ δούλοις *Ariſt.* Non eſt otium ſeruis.

Studium eſt lima ſurda. ſ. *ſine ſenſu atterens vires animi & corporis. Italorum dictum.*
Sic Seneca: Ingenij laſſitudo, non minor eſt quàm corporis, ſed occultior.
Stare diu neſcit, qui non aliquando quieſcit. *Garner.*
Affine, Przeſtań też kiedy.

Od porády bym go chował. Nie ſłuchay porádnik.

Ioco vel ſeriò vſurpes licet, tam Polonica, quàm Latina & Græca.
χρησμὸν ἢ γνώμην ἀκούσεις. *ex Plutarch.* Oraculum non ſententiam audies.
Apollo non meliùs conſuluerit. Oraculum ab Apolline tibi editum puta. *ex Cic.*
ὡς ἐκ τρίποδος φησί. Tanquam ex tripode loquitur.
ὥσπερ ἐξ ἀδύτου τινὸς χρησμὸς ἀποφθέγεται. *ex Galeno.* Tanquam ex adyto quodam oracula edit. *Adytum locus templi ſacratior, ſolis ſacerdotibus adeundus, in quo oracula edebantur. Ex Cæſare.*
Senatum conſiliarium in corde habet, vel conuocat ſtatim. *ex Plauto.*
Ἀρχιλόχου ἀλώπηξ σοφωτάτη. Archilochi vulpes ſapientiſſima. *De homine, qui ex tempore prudens conſilium reperit, vt vulpes in aliquot apologis Archilochi & Æſopi, ad quos alludit etiam Plato, Themiſtius, Baſilius.*

Od potrzeby taka rzecz.

Σαλαμινία ναῦς. *Plutarch.* Salaminia nauis. *de re quæ non ſemper & vbiq; obuia eſt, ſed ad neceſſaria & difficilia tempora ſeruatur. Luiſin. & Calcagnin.*

Odpuśćmy ſobie. Odpuſzczać oni ſobie.
Gdźie wſzyſcy błędzą / z żadnego śie nie śmieią.

Mihi. Ignoſcent ſi quid peccauerò ſtultus amici,
Inque vicem illorum patiar delicta libenter. *Horat.* (*Pictorũ.*
Scimus & hanc veniam petimusque damusque viciſſim. *Idem de licentia Poet.* &
Quis tumidum guttur miretur in Alpibus? (*vbi ferè omnes gutturoſi*) aut quis
In Meroè (*inſula Ægypti*) craſſo maiorem infante mamillam? *&c.*
Nempe quod hæc illis natura eſt omnibus vna. *Iuuenal.*
Nimirum inſanus paucis videatur, eò quòd
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem. *Horat. de ſordidè parco.*
Inter cauſas malorum noſtrorum eſt, quòd viuimus ad exempla: nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur. Quod ſi pauci faciunt, nolumus imitari: cùm plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, quia frequentius, ſequimur, & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus eſt. *Seneca.*
ἃ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας μὴ νεμεσᾶν. *Ariſtotel.*
Quæ quis ipſe facit, ob hæc dicitur vicinis non indignari. Bo to śie ſam w czemkolwiek czynię; drugiego w tem nie winuię. V. Z iam ci taki.

Odpuſzczay tácno drugiemu / nie tácno ſobie ſámemu.

Ignoſcito ſæpe alteri, nunquam tibi. *P. Syrus.*
χαρίζου ἑτέροις πολλὰ, σαυτῷ μηδέν. *A.* Ignoſce multa cæteris, nihil tibi.

Odpuſzcze

Odpuſczenia nie otrzymaß/ poki cudzego co trzymaß.

Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. *S. Auguſtin.*

οὐκ ἀφίεται ἁμαρτὰς, πρὶν ἀποδιδῶς κλοπήν. *A.*

Od ſiebie rzad pocznj.

ἀφ' ἑστίας ἄρχε. *Plato. Plutarch.* Ab ipſo lare *(tuo)* incipe. *vel* Ab ipſa Veſta.

ἰατρὲ θεράπευτον σεαυτὸν. *apud S. Lucam c. 4.* Medice cura te ipſum.

ὁ καλῶς ἄγων ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἕπεσθαι. *Plutarchus.*

Bonus dux, bonum reddit comitem. *Seu.* Qui bonum ducem præſtat, facit vt eum cæteri benè ſequantur. *Affine,* Kto ſie ſam mocno hámuie.

Od ſtow do mieczow. Od ſárcow do prawdy.

Od ſtowá do ſtowá / áż boli głowá.

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram,
Ira truces inimicitias & funebre bellum. *Horatius.*
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit. *Cato.*

πολλάκις ἐκ μύθων ὀλίγων ἔρις ἦλθε μεγίστη. *Mylius.*

ἐκ μὲν τῶν πληγῶν τραύματα παραγίνεται, ἐκ δὲ τῶν τραυμάτων φόνος. *Demoſth.*

Plagas vulnera conſequuntur, vulnera verò cædes ſeu occiſio.

Vide Zwadá koncá nie ma.

Od ſtrachu az popuſcit.

—— Si trepidum ſoluunt tibi cornua *(tuba bellicæ)* ventrem
Cum lituis audita. *Iuuenal. i. ſi bellum adeò times vt non poſſis audire tubam quin aluum deijcias.* Naturale eſt φοβουμένοις λύειν τὴν κοιλίαν. timentibus ſolui aluũ, *ait Ariſtot. in Problematis. 27. ob calorem fugientem à partibus corporis ſuperioribus ad infimas. Macrobius etiam l. 7. Saturnal. ait: Laxamentum ventris comitatur timorem, quia muſculi claudentes retrimentorum meatus, fugientis introrſus animæ virtute deſerti, laxant vincula, quibus retrimenta vſque ad digeſtionis opportunitatem continebantur.*

Odważył ſobie. Na ſtrácona / ná wſzyſtkie puścił.

Aleam iecit. *Ammianus dicit:* Aleam omnium periculorum iecit.

Et Cæſar. ad Rubiconem amnem poſt deliberationem dixit: Iacta eſto alea.

Lucanus de eodem agens inquit: Placet alea fati
Alterutrum merſura caput. ſ. *Cæſaris aut Pompeij.*

πᾶς ἀνερρίφθω κύβος. *Plutarch. de eodem Cæſare.* Omnis iacta ſit alea.

εἷς ὑπὲρ πάντων κύβος ἀνερρίπτετο. *Ariſtides.* Vna de omnibus alea iacta eſt.

διεδογμένον τὸ πρᾶγμα, ἀνερρίφθω κύβος. *Menander.*

Decreta res eſt, eſto iacta iam alea. *Quidam apud Plutarchum dicit:* Multos vel omnes vni ſeruire, eò quod vnicam ſyllabam N O N pronuntiare nequeant. Nullus pernicior hoſtis, quàm quem audacem faciunt angustiæ. *Seneca.* Vincit nos fortuna, niſi tota vincatur, *(niſi contemnatur) Idem.*

Nauem in qua ipſe nauigat perforat, vt alterum poſſit peſſundare. *Cic.*

ὕδωρ παρρεῖ. *Zenodot.* Aqua præterfluit aut perfluit. *De eo dicitur qui vel transmittentem aquam nauem conſcendere audeat.* In neruum ibit potiùs. *Terent. i. patietur potiùs ſe vinciri & in carcerem rapi. Eraſm. Marſus.*

Pontem à tergo rupit. *vt fecit Iulianus contra Perſas pergens, Ammiano teſte.*

Pelopidas verò Thebanus, à Theſſalis in fugam verſus, alio conſilio pontem ſuperatum incendit, ne ſe hoſtes ſequerentur. Frontin. qui inter ſtratagemata ponit ruptum vel incenſum tranſitum, pontem. quò fugiendi poteſtate & cogitatione omiſſa, neceſſitate milites ad fortiter pugnandum compellantur, vt fecit Iulianus. Sed & naues quibus traiecit Q. Fabius Max. ob eandem cauſam prius quàm iniret prælium, incendi iuſſit. Idem Frontin.

Similiter fecit Agathocles traiectus in Africam. Et Alexander Mag. ſæpe vbi poterat, curabat vt à tergo ſuis pugnantibus ſtamen eſſet. Diodor. Sicul.

Quò Deus & quò dura vocat Fortuna ſequamur. *Virgil.*

Subiecit pedibus Acherontem. *Turneb. ex Virgilio & Lucretio accommodat homini improbo in omne flagitium ruenti nullo Deinec inferorum metu. De talibus etiam S. Paulus ad Epheſios 4.* Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ. *&c.*

Acheronta mouere. *Virgil.* Φωκέων ἢ Φωκικὴ ἀπόνοια. *Plutarch.* Phocenſium ſeu Phocica deſperatio. *Phocenſes pugnaturi cum Theſſalis, opes ſuas omnes cum vxoribus & liberis in vnum locum congeſſerunt eo conſilio, vt ſi in prælio viri ipſi caderent, omnia mox incendio abſumerentur, ne quod hoſti ſolatium relinqueretur. Accidit vt vincerent. Sed conſilium ipſorum damnarunt prudentes.*

Vitam pro laude paciſci. *Virgil.* i. *pactum facere de vita pro laude perdenda.*

Affine, Deſperácya. Abo ßách/ ábo mét.

Od wielkich rzéczy poczynáć / ábo do wielkich śie záraz rzéczy rzucić/ głupſtwo. Od málych ábo tácnych rzeczy poczynay.

ἐν πίθῳ κεραμείαν μελετᾶν vel μανθάνειν, λίαν ἀνοήτων ἐστί. *Plato. Theon. Nazian.* In dolio figlinam exercere aut diſcere, valde inſipientium eſt. *Timotheus Muſicus diſcipulos ad ſe venientes, priùs ad ineptos magiſtros remittebat, vbi ruditatem deponerent, & faciliora craſſioraq; diſcerent.*

Tritor colorum priùs ſit, qui pictor eſſe vult. *ex Plinio. apud quem Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris, adeò egregius pictor euaſit, vt celebrem diſcipulũ Paſiã reliquerit.*

Odwłokà leniwego przyſładá.

Lenti agricolæ eſt Fauonium exſpectare. *Columella.*

Dicit piger: Leo eſt in via. *Prouerb. SS. c. 26.* Dilatio ignauiæ indicium. *Simplicius.*

μέλλησις ὀκνῆ σημεῖον ζαφέστατον. *A.* Certiſſima nota ignauiæ cunctatio.

Pigrorum item vox *apud Perſi. Ouidi.* Cras hoc fiet. V. Odédniá do dniá.

Odwłokà czeſto ßkodliwa. Téraz ćießko / potem będźie ćiężey.

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis. *Lucan.*

Mora ſemper obfuit, diligentia profuit. *Plaut.*

Non

Non bene diſtuleris videas quæ poſſe negari. *Martial.*

ἡ δὲ μακρὰ ἀναβολὴ τῶν ποιησαντα κακίων. *Ariſtotel.*

Noxia permultùm eſt operis dilatio longa.

ἀιεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄζηλον παλαίει. *Heſiodus.*

Cum damnis dilatori certamina ſemper.

ἐχῖν Θ τὸν τόκον ἀναβάλλει. *Suidas.* Echinus partum differt, *magno ſuo malo. nam ſpinæ in fœtu aſperiores & duriores factæ, maiorem parienti cruciatum afferunt.*

Qui dicit: οὐδέπω καιρὸς (*Nondum eſt commodum*) ſæpe elapſa commoditate dicit: οὐκέτι καιρὸς (*Non amplius eſt commodum.*) *Thales.*

μέλλων γὰρ ἀιεὶ δρᾶν τι, τὰς ἅμας τέ μου
καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν *Sophocles.* *Sed Suidas in prima perſona* (*poſuit* διέφθορα.

Dum facere ſemper prorogat, quæ adſunt ſimul
Simul & futuras perdidit mihi ſpes meas.

Qui blandiendo dulce nutriuit malum,
Serò recuſat ferre quod ſubijt iugum. *Seneca Hippoly. de amore inhoneſto.*

Vidi ego quod fuerat primò ſanabile vulnus,
Dilatum longæ damna tuliſſe moræ. *Ouid.*

Opprime dum noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi. *Idem.*

Nam mora dat vires. *Idem.* Serò medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuêre moras. *Idem.*

Sed mora damnoſa eſt. *Idem.* — Mora ſæpe malorũ Dat cauſas *Manilius.*

Miſericordiæ quoddam genus eſt, citò occidere. *Seneca.* Si flagellat, occidat ſemel. *Iob 9.* Maximũ impedimentũ viuendi eſt, exſpectatio quæ ex craſtino eſt. *Seneca.*

Qui non eſt hodie cras minùs aptus erit. *Ouidi.*

Ruſticus exſpectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum. *Horati.*

Multa amittuntur tarditate & ſocordia. *Accius. Noni.*

δεῖν ἀμέλητον εἶναι τὸν πρὸς τὰ καλὰ ὁρμήν. *Lucian.* Oportet non cunctantẽ eſſe ad honeſta impetũ. *Alexander M. rogatus quomodo potitus eſſet Græcia, reſpondit:*

μηδὲν ἀναβαλλόμενος. Nihil procraſtinans. *Interpres Homeri.*

Qui protrudit horam ipſum hora protrudit. *Caſaubon. ex Prouerb. Hebræorum.*

Affine, Odcdnią do dnią. Co dźiś opuśćiß. Lépicy to záraz. Źebiegay wczás ziemu.

Odwłoka podczas pożytéczna.

Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam. *P. Syrus.*

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. *Ennius de Q. Fabio Maximo qui differendo conflictum cum Annibale eum eluſit & amouit. Eadem de illo ſcripſit Virgil. Ouid. Q. Serenus. & Valerius Maximus de eodem ait:* Cuius non dimicare, vincere fuit. *Item Manilius:* Inuictuſq; mora Fabius. *Et Silius:* Lento Pœnum moderamine luſit.

Differ, habent paruæ commoda magna moræ. *Ouidi.*

Quod ratio nequijt, ſæpe ſanauit mora. *Seneca Agamemn.*

Inſulſa audacia in exitium ducit, prudens verò cunctatio ſeruare apta eſt. *Procopius.*
Plerumq; ſera dilatio, cùm ſe opportunè obtulerit, plurimùm vtilitatis affert *Idem.*

Φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πρᾶγμ' ἀνὴρ πράσσων μέγα. *Sophocles.*

Cunctarier amat magna quiſque moliens.

χρήσιμον πρᾶγμα ἐν πολλοῖς ἐ ἦκιστα ζφαλερὸν ἀναβολή. *Halicarnaſſ.*

Vtilis eſt res in multis & minimè periculoſa, dilatio.

βοῦνις δικάζει. *Zenodot.* Bunas iudex eſt. *qui inter Calydonios & Eleos litigantes electus iudex, ſæpiùs partes audiebat, ſed decernere nil volebat conſultò & prudenter, varias cauſas dilationis comminiſcens, quòd intellexiſſet conuenisſe inter partes, vt à manibus ſibi viciſſim temperarent, donec ipſe de negotio pronuntiaſſet.*

Aut rex aut ego aut elephas interim morietur. *Antonius Marinus à Turcis captus Sultano promiſit ſe intra decennium facturum vt Elephas loquatur, cumq; quidam promiſſum, vt temerarium damnarent, reſpondit: Sinite, interim aut rex &c. G. Ens. qui aliud exemplum affert de Abule, qui morti addictus, rogauit vt ludum aleæ perficeret, quo protracto diutiùs conſultò, viuus & ſaluus remanſit.*

Affine, Skwápliwość ſkodliwa. Pomátu.

Od wracania głowá boli.

Omitto ſenſum proprium. Notum enim ſatis eſt, Vomitu caput valdè fatigari. *Paræmiacum expreſſit Plaut. in Moſtellar actu 3. ſcena 1. vbi Tranio vrgetur à daniſta vt fœnus det, qui multùm & diu tergiuerſando varia comminiſcitur.*

Comes æris alieni atque litis miſeria eſt. *Chilo apud Plinium, qui hanc ſententiam Delphis aureis literis inſcriptam fuiſſe teſtatur.* Mutuum petentes ſunt ſoccati, (i. *humiles, placidi:*) appellati vt reddant, cothurnati (i. *tumidi & ſuperbi*) *Ex Seneca.*

ἀηδὲς ἥκεις, ἀπόδος ὀφλάνεις. *A.*

Nimis moleſtè, redde quod debes, ſonat. V. Dłużnik wéſoło bierzé.

Od złego dłużniká, płaycé, y płéwy bierz.

ζῶον πράκλεον ἐκ λύκου λαιμοῦ φέρων,
μηδ' ἄλλο μηδὲν μισθὸν ἢ ἔτ' σώπει. *Gabrias, ex Æſopo.*

E faucibus lupi efferens ſaluum caput,
Ne præter iſtud poſcito aliud præmium. *Lupus grui dicit, quæ os lupo in gutture fixum extraxerat & mercedem pactam repoſcebat.*

Simile quid Cic. dixit Antonio: Sed ſit beneficium (*quod me non occideris*) quandoquidem a latrone accipi maius nullum potuit.

Dimidium donare Lino, quàm perdere totum.
Qui mauult, mauult perdere dimidium. *Martial.*

Sed Polonicum dictum dignum eſt quod Græci & Latini vſurpent.

κακοῦ ἐκ χρεώστου κἂν τὰ γ' ἄχυρα λάμβανε. *A.*

A debitore capito vel paleas malo.

O ſráßke

O fráßke káráć / ábo karánie ćierpieć.

κύδε πίνειν ἀποτίειν vel ἐκτίσαι. Ob temerè dictum pœnas exigere.
κύδε πίνειν ὀφείλειν. *Suidas.* Maledicti reum peragi, *vel* pœnas luere.
πίνειν ὑφέξει κἂν ὄνος πάπῃ κύνα. *Suida.*
In ius trahetur si canem asinus mordeat. *Volsius.*
Pœnas luet si asinus quoq; canem mordeat. *Henr. Stepha. De ijs qui ob res paruas calumnias sustinent. Suidas.*
βόλιτε πίνειν .i. ἀποτίειν. *Idem Suidas.* Boliti seu bubuli stercoris pœnas exigere. *Dicitur de ijs qui ob res exiguas & viles reum aliquem peragunt. Nam Solon tulerat legem, vt puniretur etiam qui bubulum stercus furatus esset, ait idem Suidas. In aliquibus enim regionibus vtile est non agris solùm impinguandis, sed & lignorũ vicem supplet in casis compingendis, & igne fouendo in focis, caminis &c.* Ranula calcatur. &c. V. *in sequenti.*

O fráßke śie kłopotáć / burdy stroić.

De lana caprina rixari. *Horat.* Armatus propugnat nugis .i. *pugnat pro nugis. Idem.* Tragœdias in nugis agere. *Cic.* In simpulo fluctus excitare. *Idem.*
περὶ καπνῦ στενολέσχειν ἢ λεπτολογεῖν. *Aristophan.* De fumo disceptare vel anxiè & solicitè torqueri. περὶ ὄνου σκιᾶς μάχεσθαι. *Demosthen.* De asini vmbra pugnare. *Ex apologo Demosthenis, de adolescente, qui cum agasone, cuius asinum conduxerat, de vmbra in æstu rixabatur.* περὶ ὄνου παρακύψεως πολεμῆσαι. *Lucian.*
De asini prospectu vel introspectu litigare. *Origo dicti talis est.*
Asinus negligenter eum seruante agasone, in officinam quandam capite inserto vasa confregit, ob quam causam agaso in ius raptus est, & de inspectu asini lepidam & ridiculam causam dicere debuit. ex Luciano & Apuleio licet hic paulò aliter narret, & ob vmbram asini transeuntis litem hanc ortam dicat.
Magno conatu magnas nugas dicere. *Terenti.*
Ranula calcatur, tantùm, quòd vociferatur. *Anonym. rhythm.*

Ogień buduié.

Sensus est. Post incendium meliora ædificia excitari sæpe solent.
Sic Neronis domus post incendium aurea facta est. teste Suetonio.
Φοίνικας ἐκ πυρὸς ἀναφύεται πυρὶ πόλις. *A.*
Phœnicis instar igne noua fit ciuitas. *Ex Aristide qui Smyrnam collapsam Aurelij Imperatoris beneficio restitutam, Phœnici aui igne reuiuiscenti comparat, dicens:* ἡ πόλις ὥσπερ Φοίνιξ τῷ πυρὶ ἀνανεωσαμένη ἐκ παλαιᾶς νέα γενομένη. Ciuitas Phœnicis instar igne reuiuiscens è veteri noua facta.
Multa occiderunt vt altiùs & in maius surgerent. *Seneca.*
Sic Martialis l. 3. ep. 51. dicit, Tongilianum post exustam casu domum constantem ducentis millibus sestertium, seu quinq; millibus Philippæorum, erexisse nouam ex stipe amicorum vel principis, 25 millibus Philippæorum æstimatam.
Simile quid Iuuenal. Satyra 3. de Asture quodam refert.

Romana

Romanæ item vrbis incendium celeberrimum, Neronis opera factum desiderio nouæ excitandæ aliqui scribunt, in his Tacitus ait: Videbaturque Nero nouæ vrbis condendæ & cognomento suo appellandæ gloriam quærere.

Ogladay śie na poślédnie koła / ná przyßłe czaſy.

Pátrz by śie koło Fortuny nié obrociło.

——— Caueto, Versatur celeri Fors leuis orbe rota. *Tibullus.*

Pone superbiam Ne currente rota *(Fortunæ)* funis eat retrò. *Horati. vt in curru sufflaminato. Lauin. vel, vt in trochleis, ergatis, tollenonibus periculosè & damnosè accidit. Canter.* Fortunæ rotam pertimesce. *Cic.*

Adde exemplum Soldani capti rotæ conuersionem ridentis sub Szcześćie odmienne.

Quid serus vesper vehat, *ſ. obserua. Virgil.*

Nescis quid serus vesper vehat. *Varro.* Exitum spectare debemus. *Cic.*

Nostri consilij debet esse in posterum quàm longissimè prouidere. *Idem.*

ὄρα τέλος μακρᾶς βίου. *Solon.* Specta finem longæ vitæ.

Quicquid agis prudenter agas & respice finem.

θνητὸς πέφυκας τὰ πίσω πρόσθε βλέπων. Cùm sis homo quæ sunt futura prospice.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est

Videre, sed etiam illa quæ futura sunt Prospicere. *Terenti.*

In secundis rebus, nihil in quenquam superbè ac violenter consulere decet, cùm quid vesper ferat incertum sit. *Liuius.*

ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας ἀεὶ καταθοῦ. Semper senectuti viaticum para.

——— Friguſq; tamemq; Formicâ tandem quidam expauêre magistra. *Iuuenal.*

Glires quercum effodere volebant, vt ea prostrata glandibus affatim sine labore saturarentur; sed seniores obstiterunt dicentes, in futurum esse consulendum.

Affine, Obßczaday. Szcześćie odmienne.

Ogniá do ogniá przydáć / kto młodemu wino dáć.

μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γένηται. *Plato vetabat adolescentibus vinum dari,* Ne ignis ad ignem accederet. *Plutarchus ait:* μὴ ἄκρατος, ἐπὶ ἀκράτῳ γένηται. Ne merum mero addatur.

Ogniá káżdemu z wody Vzyć / bo w tem niémáß ßkody.

Facile est inuentu. Datur ignis tamenetsi ab inimicis petas. *Plaut.*

Homo qui erranti comiter monstrat viam,

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit.

Nihilominùs ipsi lucet, cùm illi accenderit. *Ennius apud Cicer. Lambin.*

Addit Cicero. Ex quo sunt illa communia: Non prohibere aqua profluente: pati ab igne ignem capere, si quis velit: consilium fidele deliberanti dare: quæ sunt ijs vtilia qui accipiunt, danti non molesta. — Et quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuique, vel ignoto. *Contra verò sceleratis hominibus apud eundem Cic. & alios multos scriptores, interdicebatur igni & aqua, vice pœnæ capitis, nam sine his non viuitur. Lege si lubet apud Plutarchũ problema pulchrum in quo disputat,*

tat, Igniſné an aqua ſit vtilior? *Apud Plautum inbum inus Euclio cuſtodi domus dicit:*

Quod quiſpiam ignem quærat, exſtingui volo.
Tum aquam aufugiſſe dicito, ſi quis petet.
πᾶς ἔστι δότω δωρεὰν πῦρ καὶ δ' ὕδωρ. *A.*
Gratis aquam & ignem quiſque tribuat cuilibet.

Ogrod dobry / ſpiżarnia nié zła. ábo zá ſpiżárnia ſtoi.

ἡ λαχανιὰ ἴση τῷ χρειωπωλίῳ.

Hortus altera ſuccidia. *Cic.* Expedita res & parata ſemper, neque egent igni, qui hortos habent & parcunt ligno. Romæ quidem per ſe hortus, ager pauperis erat. Sed & reges ipſi Romani hortos coluêre. Hinc primùm agricolæ æſtimabantur priſci; & ſic ſtatim faciebant iudicium: Nequam eſſe in domo matremfamilias (etenim hæc cura feminæ dicebatur) vbi indiligens eſſet hortus, quippe è carnario aut macello viuendum eſſe. *Hæc omnia ex Plinij l. 19. c. 4. Similia habet Columel. in præfatione l. 10.*

O intro nié dbam / gdy śie dźiś dobrzé mam.
O iutro nié ſtoie wiéle / gdy ſobié dźiś podwéſéle.

Stultum Ethnicorum dictum. vtinam non etiam multorum Chriſtianorum!

Lætus in præſens animus, quod vltra eſt Oderit curare. *Horat.*
Vixi, cras vel atra Nube polum pater occupato. *Idem.*
Quid ſit futurum cras, fuge quærere, &
Quem ſors dierum cunque dabit, lucro
Appone, nec dulces amores Sperne puer neq; tu choreas. *Sententia Epicuri de grege porci .i. Horatij vt ipſe ſe appellat & verè. Itemq; alio loco ſe,* Conſultum inſanientis ſapientiæ .i. *ſectæ Epicureorum, vocat.*

τὸ σήμερον μέλει μοι, τὸ δ' ἄυριον, τίς οἶδε; *Anacreon.*
Hodierna dies mihi curæ eſt, Craſtinam autem, quis ſcit?
Noſtrum eſt Quod viuis. cinis & manes & fabula fies. *Perſius.*

φάγωμεν καὶ πίωμεν, ἄυριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. *Iſaiæ 22.*
Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

νῦν μὲ πίνοντες τερπώμεθα καλὰ λέγοντες,
ἄστα (.i. ἄπινα) δ' ἔπειτ' ἔσται, ταῦτα θεοῖσι μέλει. *Theognis.*
Nunc oblectemur potando & pulchra loquendo,
At quæ poſtmodùm erunt, cura ſit iſta dijs.
εὐφραίνε ζαυτὸν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν
βίον λογίζου σὸν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης. *Euripides.*

Exhilara teipſum, bibe, diurnam puta eſſe tuam vitam, cætera verò fortunæ. *Hoc verò eſt,* In horam viuere *vt ait Cic. vel vt Perſius* Ex tempore viuere.

οἱ θνατοὶ πελόμεθα, τὸ δ' ἄυριον οὐκ ἐσορῶμες. *Theocrit.*
Mortales ſumus, haud ſunt nobis craſtina curæ.

νήπιοι, ἀγρομῶται, ἐφημέρια φρονέοντες. *Homer.*
Agreſtes, ſtolidi, tantumque diurna ſcientes.

S. Chryſoſtom. vehementer indignans caſtigat illud dictum ſuo tempore iactari ſolitum. δίδε μοι τὴν σήμερον, καὶ λαμβανε τὴν ἄυριον. Da mihi hodiernum diem & ſume tibi craſtinum. *Affine*, Ζάξυναν.

O iutrzé nié myśl. Nie frasuy sie o iutro.

Χοίνικι μὴ ἐπικαθίσαι. *Pythagoras.* Chœnici ne inſideas .i. *vt S. Hieronym. interpretatur.* De victu in craſtinum ne ſis ſolicitus. *more ſeruorum quibus chœnice cibus tribuebatur. Sic & Chriſtus apud Matthæum.* μὴ μεριμνήσητε εἰς τὴν ἄυριον. Ne ſolliciti ſitis de craſtino .ſ. *nimium & primariò; ſed moderatè & ſecundariò. Dictum Pythagoræ Pierius interpretatur dicens: eo nos moneri ne nos deſidiæ tradamus & ſpem in aliis figamus, ſed nobis ipſi conſulamus & nobis viuamus.*
Lucianus iubet Philoſophũ. μηδὲν πρὸ τῆς πήρας φρονεῖν. Nõ vltra peram ſapere, vel ſollicitum eſſe. *In pera verò diurnus ferè tantùm victus ferri ſolet. Affine præcedens.*

Oká ſtrzéł. Oko pobudka do cudzołoſtwá / do złoſći.
Vyrzał / záchćiał. Oczy go vwiodły.

ἀρχὴ δ' ἔρωτος ὄρασις. *Plato.* Viſus eſt amoris initium.
Oculi ſunt in amore duces. *Propert.* Ex aſpectu naſcitur amor. *E Græco.*
ἐκ δ' ὄσσων γὰρ γίγνετ' ἀνθρώποις ἐρᾶν.
Oculus amorem gignit atq; prouocat. Vritq; videndo femina. *Virg.*
Creſcit enim aſſiduè ſpectando cura puellæ. *Propertius.*
Qui videt, is peccat; qui te non viderit ergo,
Non cupiet, facti crimina lumen habet. *Idem.*
ἀρχὴ γὰρ φιλότητος ἀναιδέος ὄψις ἀναιδής,
τὴν καὶ ἀπὸ φεύγων καὶ κακότητα φύγοι. *Nazianzen.*
Impudentis amoris, impudens aſpectus eſt; quem qui fugerit, ſcelus etiã effugiet.
ὄμμασι γὰρ κραδίη ἕπεται οὐκ ὀτίως. *Idem Nazianz.*
Oculos enim cor nefariè ſequitur.
Non adeò leuiter noſtris puer hæſit ocellis. *Properti.*
Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error. *Virg.*
Vt vidi, vt perij, nec notis ignibus arſi. *Ouidi.*
ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. *Theocritus.* Vt vidi, vt inſaniui.
γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος.
Mulieris oculus ſpiculum iuuenibus eſt.
ἅμα τῇ θέᾳ τῷ σῷ τέθολμαι κάλλει. *Ariſtænetus.* Simul in aſpectu tua me ſauciauit pulchritudo. Oculis captus eſt. Oculos cupiditatis adiecit ad hoc. *Cic.*
οἱ ὀφθαλμοὶ ξυμβουλοι δ' ἐρᾶν. *Philoſtrat.* Oculi ſuaſores conciliatores amoris.
ἡ γὰρ ὄψις δ' παθῶν ἐστιν λαβή. *Plutarch.* Aſpectus amoris anſa eſt.
ἔρως κατ' ὀμμάτων στάζει πόθον. *Euripid.* Amor per oculos inſtillat deſiderium.

Tunc

Tunc ego te vidi, tum cœpi ſcire quis eſſes,
Illa fuit mētis prima ruina meæ. *Ouid.* Inſpexit oculiſq; comedit. *Martial.*

ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστιν, ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἔπι φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει. *Muſæus.*

Oculus via eſt, ab oculi ictibus Vlcus illabitur, & in præcordia viri viat.
Oculi ſunt tota noſtra luxuria. hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiſcunt. *Quintilian.*
Oculi ſunt irritamenta vitiorum duceſque ſcelerum. *Seneca.*

Multa ſunt in SS. libris in eandem ſententiam. Vt Ieremiæ 9. Aſcendit mors per feneſtram. *Threnorum 3.* Oculus meus deprædatus eſt animam meam. *Iob 31.* Pepigi fœdus cum oculis meis. *Matthæ 5.* Qui viderit mulierem &c.
Diogenes videns Dioxippum ex Olympico certamine victorem curru vehi & in mulierem formoſam oculos fixos etiam retrò vertere dixit: Videte athletam, cui puella ceruicem intorquet. *Apud Plutarchum. Cyrus Pantheam mulierem laudatiſſimam videre noluit & addente Araſpe, forma illam ſpectatu dignam eſſe, reſpondit: Tantò magis abſtinendum eſt. Apud eundem. Hyperides orator Phrynem meretricem impietatis accuſatā defendens, productam iudicibus detexit, & ob pulchritudinem abſolui fecit. Idē. Pericles Prætor, cùm collega eius Sophocles pueri prætereuntis formam laudaſſet, dixit:* δεῖ ὦ Ζοφόκλεις τ' ταμίαν ὐ μόνον χεῖρας ἀλλὰ κ' ὄψεις καθαρὰς ἔχειν. *Plutarch. Stobæus.* Oportet ô Sophocles prætorem non ſolùm manus (*à pecunia*) ſed etiam oculos (*à libidinoſo aſpectu*) continentes habere. *Cic. Valer. Maximus.*

V. Vrodź wielki orator.

O kiem inſzem mowi/ á o ſobié myśli.

Swoie rzęcz w máſzkárzé cudzey ſpráwuié. Vá kogoś przymowká/ á ná śie ni ſtowká.

πάτροκλον προφάσιν. *ſ.* πθέναι *vel* ποιεῖσθαι. Patroclum prætexere .i. *ſub Patrocli prætextu aliquid agere. Diogenian. Plutarch. ex Homero apud quem mulieres Patrocli necem deplorantes ſuas magis calamitates deplorant. Dictum de ijs vſurpatur qui ſub prætextu alienæ laudis vel vtilitatis ſibi conſulunt.*

ὄνομα γ' ἀλλάξας σὸς ταυτὸν μῦθον ἐνίσσει. *A.*

Fabellam de ſe mutato nomine dicit. *Ex Horatio qui de Tantalo fabula narrata, auarum perſtringit, & dicit:* Mutato nomine, de te Fabula narratur.
Sic 2 Reg. 12. Nathan apologo de raptore ouis alienæ, Dauidem crimen agnoſcere fecit. Et Menenius Agrippa apud Liuium plebem rebellem apologo de ventre & membris ad officium reuocauit. Tales ſunt Apologi Æſopi & aliorū qui eius exemplo eoſdem confinxerunt. Sed dictum Polonicum ad illos ſpectat, qui ſuam, non auditoris nec alterius cuiuſpiam cauſam, apologo fingendo & narrando agunt. Talis apud Plautum in Mercatore pater & filius, qui vnam ancillam ſub alieno nomine ſibi depoſcentes aiunt:

Pater: Eſt ſenex quidam qui mandauit mihi vt emerem &c,
Filius: At mihi adoleſcens quidam mandauit &c. *longior eſt dialogiſmus.*

Sic in Caſina Staleno fingit ſe Olympioni villico vxorem expetere & procurare, ſed ex impotente affectu lingua errante ſæpe ſe prodit.

Item in Sticho, Antipho ſenex dicit Pamphilippo adoleſcenti:

Fuit olim quaſi ego ſum ſenex: adoleſcens quaſi tu. &c.

Rſp. *Pamphilip.* Præſens hic quidem eſt apologus (.i. *apparet ſatis, te tuam cauſam agere.*) *Itē poſt aliqua dicta ſenis quærit Pamphil.* Quis iſtuc dicit, an ille quaſi tu?

Rſp. *Anti.* Quaſi ego nunc dico. &c. *Pa.* Quis iſtuc quæſo? an ille quaſi ego?

Anti. Is ipſe quaſi tu. *Pam.* Videlicet illum parcum fuiſſe ſenem, qui &c.

Anti. Videlicet fuiſſe illum nequam adoleſcentem &c. *plura ſunt ſed non adeò ad honeſtos mores faciunt: ex his fruſtis, dicti ſententia cognoſci ſatis poteſt ſanè lepida & acuta.* Apologum agere, *id vocat Plaut.* .i. *apologum dicere in præſentia vtriusq; perſonæ cui ſeruit apologus dramatis inſtar.* ἀπόλογον ἐρεῖν. λόγον αἰσωποποιῆσαι vel αἶνον εἰπεῖν. ἀπολογίζεσθαι. *vel potiùs* παραλογίζεσθαι. *aſtuta ratiocinatione vel narratione decipere.* Præſens hic quidem eſt apologus. *Plaut.* .i. *de alio te prætefers loqui, & tuum negotium agis.*

Morem fuiſſe veteribus de ſe loquentibus tertia perſona loco primæ vti oſtendit Biſciola l. 2. c. 13. ex Homero, Heſiodo, Pindaro, Herodoto, Xenophonte, Cæſare, &c.

Apud Plautum Dæmones dicit: Non faciet hoc noſter Dæmones .i. *ego.*

Oko do ſércá okno. Oko vmyſłu zwierciádło. Oko wnét wyda.

Animus in oculis inhabitat. *Plini.* Animo cernimus: oculi ceu vaſa quædam viſibilem eius partem accipiunt atque (*foras*) tranſmittunt. *Idem.*

Oculi animi indices. *Cic.* Oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti ſimus loquuntur. *Idem.* ἔστι νοὸς ἑκάστου ἔσοπτρόν ἐστι τ' ὄμματα. *A.* Mentem hominis oculi ſpeculi ad inſtar exhibent.

Amphytruo Plauti volens agnoſcere ex vultu & oculis ſerui Soſiæ an vera narret, dicit ei: Soſia age, me huc aſpice. *So.* Specto. *Amphi.* Vera volo loqui te, nolo aſſentari mihi. Audiſtin' tu hodie. &c.

In Andria Terentij Dauus docens Pamphilum, quomodo compoſito ad innocentiam & audaciam vultu poſſet eludere patrem ſeuerum, dicit ei: Tu face apud te vt ſies.

Hem ſerua. *Simo.* Pamphile. *Dauus.* Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. *Pamph.* Ehem pater. *Dauus.* Probè — hem obmutuit .ſ. *pater.*

In Phormione ſimiliter Geta ſeruus docet Antiphonem criminis reum & conſcium, qualt vultu debeat ſe exhibere patri ſeuero, vt ſe probet innocentem.

Oko nic nié przéwini / gdy śie myśl nié przyczyni.

Nil peccant oculi, ſi animus oculis imperet. *P. Syrus.*

τῶ νοὸς ἀπόντος οὐκ ἁμαρτεῖ τ' ὄμματα. *A.*

Peccare lumina non queunt, vbi mens abeſt.

Simile eſt illud apud S. Matthæū c. 15. Quæ de corde exeunt, coinquinant hominem.

Oko páńſkie koniá tuczy: goſpodárſtwo trzyma.

Lépſze iédno oko ſwoie / niżéli cudze oboie.

Lépiey

Lepiey doyrzeć ſámému / niż wiérzyć drugiemu.

Fertiliſſimus eſt oculus domini in agro. *Plin.* Frons domini plùs prodeſt agro quàm occipitium. *Idem.* Frons occipitio eſt prior. *Cato de agro ſimiliter loquitur. nam præceſſit:* Si ſæpius venies, fundus melius erit, minùs peccabitur, fructi plùs capies. Præſentia domini prouectus eſt agri. *Palladius.*

ποία κόπρος ἀρίστη; τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνη. *Ariſtoteles.*

Quod ſtercus (*agro*) optimum? heri veſtigia. Dobrzé śie w tem polu rodźi/po ktorem goſpodarz chodźi. Mala frequens locatio fundi, peior colonus vrbanus, qui per familiam mauult quàm per ſe agrum colere. *Columel.* ——— πολὺ λώϊον ἀνδρες
ἔργῳ ἐποίχονται, ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτας. *Q. Calaber.*

Longè meliùs homines operi incumbunt, cùm aſpiciunt principes, reges.

——— ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν. *Æſchylus.*

Præſentiam domini puto eſſe oculum domus.

Ita fit vbi domini abſunt. *Terent. i non rectè ſe gerit familia.*

εἷς ἐστι δοῦλος οἰκίας ὁ δεσπότης. Vnus miniſter optimus domi eſt herus.

Dominum videre plurimùm in rebus ſuis, *ait Phædrus.*

Frequens recognitio ſupellectilis, veſtium, familiæ, nec peccandi locum, nec impunitatis ſpem præbet. *Columella.* Vrget præſentia Turni. *Virgil.*

οὐδὲν οὕτω παίνει τὸν ἵππον, ὡς βασιλέως ὀφθαλμός. *Plutarch.*

Nil ita pinguem facit equum, vt oculus regis. *Idem habet Ariſtotel.*

ἵππον παίνει δεσπότου παρουσία. *Demetr. Phaler.*

Equum ſaginat proprij heri præſentia.

Eques corpulentus ſtrigoſo *equo inſidens, rogatus* cur ipſe equo habitior eſſet, *reſpondit i* quia ego me ipſe paſco, equum verò ſeruus meus. *Gellius.* V. Pewnieyſze oko.

Oko ſąśiéckie złe/ zazdrośćiwe. Zazdrość ſąśiecka rzéż/ abo wáda.

τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν δηλοῖ. *Ariſtotel.*

Cognatio inuidere ſcit. *vel* Scit inuidere (*vel ſuis*) affinitas.

δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός. *Alcippus apud Ariſtot.*

Maleuolus & inuidus eſt vicinorum oculus.

Nullus eſt qui non inuideat rem ſecundam obtingere (*alteri*) *Plaut.*

——— ζηλεῖ δὲ τε γείτονα γείτων. εἰς ἄφενον σπεύδοντα. *Heſiodus.*

Æmulatur vicinus vicinum ad opes properantem, ſ. *diteſcentem.*

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. *Idem.*

Et figulus figulo indignatur, & faber fabro,
Et mendicus mendico inuidet, & cantor cantori. *De malis viris hoc verum eſſe ait Plutarchus, non de bonis.*

Φύσει δυσφθονον χρῆμα ἀνθρώποις. *Philoſtr.* Naturâ inuidiæ obnoxia res eſt homo. *Sic Geneſis c. 26. Abimelech dicit Abrahamo:* Recede à nobis quia potentior nobis es valde. Edentulus veſcentium dentibus inuidet, *S. Hieronym.*

Themiſtocles Hydrophoræ Nymphæ imaginem dedicauit ex mulctis eorum, qui aquam, ne in publicum emanaret, detinebant. Plin.

μὴ τί τ' ἀδελφῷ σε καλόν; *Syneſius. Inuidum cum ſale mordaci interrogat:* Num rectè agitur cum fratre tuo? Num quid boni fratri tuo accidit? ſ. *quia triſtius es.*

Vide Cudze rzeczy.

Oko wſtydu rozſadnik. Gdzié oká niemaß, tam i wſtydu.

Ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς. *Ariſtot.* In oculis pudor eſt.

Nam videntes rem pudendam vel cùm videmur ab aliquo parùm decorè quid agentes erubeſcimus. Sic Socrates apud Platonem de amore dicturus oculos tegit. Pueri etiam cùm erubeſcunt, idem faciunt, Ruſticani verò manum ad frontem, ad oculos, ad caput tendunt. Noſtri dicunt Przépiè ſie ſtoć go nié ſwierzbi.

Quem mirari ſatis, quibus oculis aſpicias, non queo. *Cicero dicit Clodio,*

Cupido item Pœticus, vtpote impudentiſſimus, oculos tectos habet.

Hinc noctem, in qua oculus nihil videt, pudore vacare dixit Ouidius:

Nox & amor vinumque, nihil moderabile ſuadent,
Illa pudore vacat. &c. ſ. *nox.*

Ideò & cæci non erubeſcunt. vt Oedipus apud Senecam. qui vbi conſcius ſibi ſcelerum pudendorum oculos ſponte eruit, gratulatur ſibi dicens:

Bene habet, peractum eſt, iuſta perſolui patri *(occiſo)*
Iuuant tenebræ, conſcium euaſi diem. &c. *Quin & Areopagitæ Luciano teſte iudicia in tenebris exercebant ideò, ne aliquo aſpectu perſonæ à recto dimouerentur.*

Sed & abſentes non erubeſcimus. *Sic Cic:* Epiſtola, *inquit,* non erubeſcit. ſ. *exponere ea quæ coràm exponere deterruit pudor, quæ nunc inquit exponam abſens audactiùs.*

Vide Wſtyd mie.

Okrutny ſrogi niézbożny człowiek, rzéz, poſtępek.

T. Manlius & Manliana imperia. *Cic. Liu. T. Manlius Conſul & Imperator exercitus Romani. filium ſuum, edicti paterni, quod vetabat extra ordinem omnem pugnam, pugnantem & victorem, virgis more Romano cædi & ſecuri ferirì iuſſit.*

ἀτεώτερος ὑβριμώνης. *Diogenian.* Magis impius Hippomene, *qui filiam vitiatam equo deuorandam obiecit.* Catilina. Sylla. Rex. *nomina Romanis exoſa, apud Cic. Iuuenal.*

Phalaris, *pro crudeli. Cic. Ouidius.* Phalariſmus. *Cic. i. crudele imperium.*

Φαλάριδος ἀρχή. Phalaridis imperium, *qui Perillum artificem tauro æneo ab ipſo inuento incluſit & ſubiecto igne combuſſit.*

Ἀρχιδάμιος πόλεμος. Archidamicum bellum. *quo Archidamus dux Laconum decem annis tracto Atticam vaſtauit. Syneſius. Vnde aliud dictum:* Grauiora patitur quàm ab Archidamo Athenienſes. *Idem.*

Ἔχετος ἀρχή. *vel* ἀπανθρωπία. Echeti imperium vel immanitas. *Eunapius. Nazian. hunc Homerus ait fuiſſe,* Βασιλῆα βροτῶν ὀλοήμονα πάντων, i. Regem mortalium omnium teterrimum, *qui viatores truncabat auribus, naribus, &c.*

Buſiris alter. *Rex hic Ægypti hoſpites diis immolabat. Gelli. Sipontin. illaudatum hunc*

vocat Virg. ſ. omnium deterrimum in quo nil ſit quod laudari poſſit. Gellius. Et tamen Iſocrates eum laudauit oratione eleganti, quam aliqui improbant, ſed fortè ille ſcripſit eloquentiæ oſtentandæ gratia, quæ in materia ignobili vel improbata magis apparet, vide ſuprà Máte rzéczy chwalić. *Simile quid apud Lucianum eſt hiſtoria vera. i. exercitatio vel ratio hiſtoriæ ſcribendæ in materia & narratione fabuloſiſſima.*

Mæotide ſæuior ara. *Iuuenal. vbi rex Thoas aduenas immolabat. Ouid.*

Sicula non mitior aula. *Idem. in qua tot reges & tyranni crudeliſſimi fuerunt.*

Antiphates trepidi laris *(Siculus Laſtrigonum immanium rex)* ac Poliphemus. *Idem Iuuenalis.* Orba tigride peior Gaudet acerbo Plagarum ſtrepitu, & nullam Sirena flagellis Comparat. *Idem.* i. *magis oblectatur plagarum & flagrorum ſtrepitu, quàm Sirenum cantu ſuauiſſimo.*

Tum felix quoties aliquis tortore vocato Vritur. *Idem.*

Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula, carcer. &c. *Idem,*

Quænam te genuit ſola ſub rupe leæna?

Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vaſta Charybdis?

Quod mare conceptum ſpumantibus exſpuit vndis? *Catullus.*

Sæuus & indomitus. ah nimis fero corde! *Idem.*

Quæ te belua ex vtero non hominem fudit? *Cic.* Quid intereſt vtrum ex homine conuertat ſe quis in beluam, an in figura hominis immanitatem gerat beluæ? *Idem,* Hominem ex homine exuit: Humanitatem exuit. *Idem.*

Duris genuit te in cotibus horrens

Caucaſus,, Hyrcanæque admôrunt vbera tigres. *Virgilius.*

ἐκ δρυὸς ἢ πέτρης γεγενῶς, *Plato* E quercu vel ſaxo natus.

Hominem exuit. *Quintil.* πάντ' ἀνδρ' ἀπεσκύλευσεν. *Archilochus.* Omnem hominem excoriare. *adde ſolet. &c.* Taurorum crudelior ara. *Manil.* i. *Taurica Mæotidis. vbi homines immolabantur.*

βυδόρῳ vel βυδόρων νόμῳ. Budori vel budororum more vel lege. *Budorus eſt qui boues excoriat, Suidæ. aut vectis quo boues excoriantur, Heſychio.*

δρακόντος νόμοι. *Athenæ,* Draconis vel Draconis leges, *quæ ſeueræ erant & pleræq; omnes capitis ſupplicium inferentes. quare ſanguine non atramento ſcriptæ dicebantur.*

κυκλώπου βίος *Strabo.* Cyclopica vita. κυκλώπειον τέρας. *Suidas.* Cyclopicum monſtrum *notum ex Homero, Virgilio.*

κύκλωψ τυφλωθείς. *apud Homerum, Euripid.* Cyclops excœcatus *Rhodigin.*

κυκλωπικῶς. *Ariſtot.* Cyclopum more. Ochus *Perſarum rex ob crudelitatem Mochera dictus eſt. Plutarch. Rhodigin. Pierius.*

μαρσύου θάνατος. *Eunapius.* Marſyæ mors. *Tibicen is erat, & ab Apolline, quem in certamen prouocárat victus, & excoriatus viuus eſt.* Poteſt huc trahi illud: πρὶν ἐσφαχθαι δέρης. Priùs quam iugulatus *vel* iugulatum ſit, excorias. *quo modo Henric Stephani correxit Eraſmum. malè ira vertentem.*

θυέστου τράπεζα ἢ δεῖπνον. *Oppian.* Thyeſtæ cœna. *cui frater Atreus, filios eiuſdem cœſtos epulandos appoſuit. quod Seneca Tragicus deſcripſit,* Tereos

Tereos cœna. *Martial. cui filium eiuſdem, Progne vxor ob Philomelam ſororem vitiatã epulandum coxit.* λημνία χεὶρ. Lemnia manus. *pro crudeli, quia in ea inſula vxores maritos omnes, & poſtea mariti vxores occiderunt. Herodotus.*

Neptuni vel maris filius. *Gellius. Plutarchus. Homerus.*

μηδείας ἀπηνέστερος. *Simocat.* Medea immanior. *quæ Abſyrtum fratrem diſcerptum per viam ſparſit, vt patrem ſe perſequentem colligendis artubus remoraretur: quin & ſuos liberos ex Iaſone in oculis eius interfecit, & regiam Creontis incendit. Cic. Seneca.*

Roboam alter. *qui 3. Regum 12. reſpondit ſupplicibus:* Pater meus cecidit vos flagellis; ego autem cædam vos ſcorpionibus.

κιλίκιος ὄλεθρος. *Heſychi.* Cilicium exitiũ. *de crudeli & immani quales erant Cilices.*

ὁ τιτάν. Titan. *Plaut.* Quid ego faciam? dijſné aduerſer quaſi Titani?

Cum dijs belligerem, ſat quibus eſſe non queam?

Plato, è genere Titanum ſtatuit eos, qui aduerſantur cæleſtibus. *Cic.* *Similes his ſunt* Gigantes, *apud ſacros & prophanos ſcriptores celebres.*

σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστί. *Homer.*

Aſt tibi non vnquam placanda in pectore mens eſt.

πηλὸν αἵματι πεφυρμένον. Lutum ſanguine maceratum, *vocabat Neronem Alexander Ægæus Philoſophus magiſter eiuſdem, apud Suidam. Luto ſtupiditatem, ſanguine crudelitatem eius notans.*

Okrutny / wymówki abo prośby nie przyymuie: niewinnemu nie folguie.

πᾶν ἀπολόγημ' ὀλιγωρεῖ ὁ ἀπηνὴς ἀνήρ. *A.*

Crudelis excuſationes negligit. *Seu* Apud crudelem nulla valet excuſatio. *Sic apud Æſopum Gallus fruſtra ſe Feli excuſat multis, nam auditis omnibus ait felis:* Etſi tu multis ſpecioſis argumentis abundas; tamen ego ideò non ieiunabo. *Item apud Gabriam & Phædrum Agnus purgans ſe lupo nihil proficit. Nam*

πεινάλεος ἀμελεῖ πειθοῦς πάσας λύκος. *A.*

Non recipit argumenta lupus vlla in fame.

Item Accipiter luſciniam captam & querula voce clamantem fortiùs comprimebat, dicens: Putas me tuum clamorem timere aut curare? Vbi lubido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt. *Cic.* *Vide* Niewżyty.

Olßowy Ligneus.

ξυλόξυλος. Ligneus. i. *ineptus, ſtupidus. Hermogenes de Sophiſta.*

ἀκρος ἴτυος, τὸ δ' ἄλλο σῶμ' ξυλόξυλοι. *Alexis.*

Foris nitiduli, at corpore intùs ligneo.

ξυλοκύμβη. *Euſtathi. i.* Lignea ſcapha, *de muliere inconcinna, ineleganti, inepta. Sic Catullus Furij coniugem* Ligneam *vocat, & corpora omnibus ſicciora cornu eſſe ait. Apud Lucretium item.* Neruoſa & lignea Dorcas *vel* δορκάς. *Inter vitia mulierum ponit ſtrigoſam, quod vitium qui excuſant, vocant* δορκάδα, *capream.*

Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός.

ὁς ξύλι

ὡς ξύλιν Δάφνην, ὡς λίθιν Νιόβην. *Palladas.*

Daphnen & Niobē ſaluauit Memphis ſimus. Vt ligneus Daphnen, vt ſaxeus Nioben. *Et videtur illum laudare quòd hæc dramata aptè repræſentârit, interim tamen irridet, quòd ſaxeo & ligneo ſimilis in motibus videretur. Erat autem Daphne virgo venatrix Dianæ cara, quæ fugiens laſciuiam Apollinis, verſa eſt in arborem cognominem. Niobe autem vxor Amphionis, occiſis ſimul ab Apolline ſeptem filiis & totidem filiabus, præ dolore obmutuit, & in ſaxum diriguit. Ouidi.*

Ζύκιν ἀνήρ. *Theocrit.* Ficulnus vir. *à ligno fragili & operibus inutili. Vnde* & συκίνη γνώμη. *Luciano.* Ficulna mens vel ſententia. *Et Horat.*

—— Truncus ficulnus & inutile lignum. *Simile eſt & illud:* κέραμον *vel* κεράμινον ἄνθρωπον: Fictilis homo, teſta, lutum. *vel* Luteus. *vt Cic. vſurpat pro vili.*

Affine, Gruby.

Omamtics mie. Omamić kogo. Zámydlić oczy.

Ceu torpedo me obſtupefeciſti. *ex Platone qui ait:* ναρκᾶς μοι ὁμοιότατος εἶναι τῇ νάρκῃ θαλαττίᾳ, καὶ γὰρ αὐτὴ τὸ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ. καὶ σὺ ναρκᾶς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι ναρκᾶν. *i.* Videris mihi ſimillimus eſſe torpedini marinæ. etenim ipſa appropinquãtem ſibi & tangentem ſe, obſtupefacit: & tu videris nunc mihi ſimile quid feciſſe, nempe me ſtupidum reddidiſſe.

Glaucoma obijcere alicui. *Vide* Oßukáć kogo. *& alia ibidem.*

Omyliá go / ábo mie nádzieią. Jákby mu pśi obiad zśedli. Spádło mu z grzanki. Chucha w garść.

Crucior bolum tantum mihi eſſe ereptum ſubitò è faucibus. *Terent.*

ἄγει τὸ πέλθος, οἷος αὐτῷ ὁ θύννος ἐκ μυχῶν τ σαγήνης διέφυγεν. *Lucianus.*

Luget quòd talis thynnus è ſinu ſagenæ ipſi effugerit.

Rem abſtulit, ventum reliquit pignori. *Scaliger ex Propertio.* Nucleum amiſi. *Plaut. Apud eundem in Sticho paraſitus cœna ſperata fraudatus dicit:* Certum eſt muſtelæ poſthac nunquam credere Incertiorem nullam noui beſtiam &c.

Eam auſpicaui (*auſpicium ex ea ſumpſi*) in re capitali mea. *ſ. cibo.*

ἀπόλωλεν ὗς καὶ τάλαντον καὶ γάμος.

Perijt mihi ſus & talentum & nuptiæ. *De opera vel ſumptu fruſtrà impenſo. ab eo ſumptum, qui parárat ad nuptias omnia, quas non eſt aſſecutus.*

Nec ferre videt ſua gaudia ventos. *Virg.* ἀέρι φερόμενον οἰκεῖαι. *Euripides.* Cum vento abit. ἀπ' ὄνου ἐξέπεσεν *Ariſtophan.* Ab aſino decidit. i. *commodis quibus fruebatur ob ſtultitiam vel ignauiam priuatus eſt.* Dobry byt vtráćił. *Simile eſt illud ex Ariſtophane & Platone.* ἐξημαξωμένος: De curru delapſus. *vt Phàëtonti accidit, de quo Ouidi. in Metamorphoſi.*

Manus præciſæ. *irritas cogitationes, ſpes, opera inefficacia ſignificant. Pierius.*

Amiſſum eſt præter ſpem, quod erat ſpe deuoratum lucrum. *Cic.*

Caniciemq; ſibi & longos promiſerat annos, *quidam ab Æneа occiſus. Virg.*

Illos Exſpectata ſeges vanis eluſit ariſtis. *Idem Virgil.*

Coruus hians deluſus. *Ex Horatio, qui ait:* Plerunque recoctus
Scriba ex quinqueuiro, coruum deluſit hiantem. *Scribæ nomine intelligit Coranum, qui Naſicæ ſocero captatori hereditatis ſuæ, moriens in teſtamento præterplorare reliquit nihil. Alluſit autem Pœta, ait Acron & Porphyrio, ad Coruum Æſopi qui laudatus à vulpe crocitare cœpit & caſeum ex ore dimiſit.*

κόρακα χάνουσα ἔσφαλεν. *aut* λύκον χανοῦσα ἔσφαλεν.

Coruum aut lupum deluſit hiantem.

λύκος χανὼν μάτην κενὴς γέγονα. *Dionyſi. Sophiſta* Lupus fruſtrà hians factus ſum.

λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει. *Zenodot. Plutar.* Lupus circa puteum ſaltat, obambulat ſ. *deſcendere non audens in profundũ: vel cùm præda illi in puteũ vel foſſam delabitur.*

ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς πέφηνεν. *Lucian.* Theſaurus carbones apparuêre.

ὁ θησαυρὸς σποδὸς ἐγένετο. *Alciphron.* Theſaurus cinis factus eſt.

In caducum parietem inclinauimus. *dicit Adrian. apud Spartian. Simile eſt illud apud Iſaiam c. 36.* Confidis in baculo arundineo contracto—cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum eius & perforabit eam. *Item.* Infractus vel tractus eſt paxillus. *Polydor. Virg. ex Iſaiæ c. 22.* ἔρα ὅπως μὴ ἐναρ πλούτου λαμπρὸς ἀνεγρόμενος *Lucian.* Vide ne in ſomnis diues, eſurias euigilans.

εἰς ἀσθενῆ ἀσθενὴς ἐλήλυθα. *Suidas.* In debiles ipſe quoque debilis incidi.

Ixion pro Iunone nubem amplexatus eſt .i. *falſum pro vero arripuit. ex Plutarcho qui ait:* ἰξίων τὴν ἥραν διώκων εἰς τὴν νεφέλην ὤλισθεν. Ixion Iunonem perſequens in nubem incidit .i. *aliud quàm quod conſectabatur & quidem vilius obtinuit.*

ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν *Ariſtotel.* In foribus aqualem vel vrceum.

In eum dictum eſt, qui voti compos eſſe non potuit, inſtar eius qui aquatum iuit & rediens vrceum in foribus fregit. Sic interpretatur Franciſc. Luiſinus & reijcit interpretationẽ Eraſmi.

Multa præter ſpem ſcio multis bona euenìſſe. Plt. *alter.*
At ego etiam qui ſperauerint ſpem decepiſſe multos. *Plaut.*
Hilarus eſt fruſtra iſtic homo. *Idem.* Occidit ſpes. *Idem.*

ἀλλ' ἀντέπεσεν τὴν ἐπ' ἄγκυραν θεός.

Sed anteuertit anchoræ iactum Deus.

Nautæ ſæpe anchoram parant in portum progreſſuri, & à vento abripiuntur.

ἀύτη μὲ ἡ μήρινθος ὅδ' ἔσπασεν. *Ariſtophan.*

Nobis quidem iſte funis attraxit nihil. ἔνθα λῆστὴν ἥλπισεν εὑρεδεδυκώς. *Lucian.* Vbi prædaturum ſe ſperabat, præda factus vel captus eſt.

Σὺ δὲ ὥς χρυσολήστην. *Ex Eubulo.* Aurum tu te fuſurum credebas. *Athenienſi vulgo obijciebatur, qui aurum quæſiturus exierat & vacuus redierat.*

ἐλπίσας μεγάλα μικρεῖς ἐνέτυχεν. Sperans magna in parua incidit.

ἀντὶ παρθένου ἔλαφος *Ex Euripide.* Pro virgine cerua. *Martial.*

Piſcatores ſaxum in reti, læti trahebant, ſed eo in littore conſpecto triſtati ſunt. Æſopus, Lucianus. *Affine,* Przéſtánieß ná nádzieie, vżądźieniá ezyſto omyłá,

O niépoz

O niépodobne rzéczy śie kuśiś / ábo nié kuś.

Vlie miéc śie z motyka ná ſtonce.

ἰσθμὸν μὴ ὀρύσσῃς. Iſthmum ne fodias. *Ex Oraculo Apollinis, tali:*

ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργῶτε, μήδ' ὀρύσσετε.

Neque cingite Iſthmum mœnibus, neque fodite.

Iſthmum perfodere aliquot reges & Imperatores Romani tentárunt irrito conatu, vt ſcribit Dion. Philoſtrat. Pauſan. Plini. Sueton. Hinc prouerbium Iſthmum perfodere ortum, quod vſurpatur de ÿs quidem quampiam arduam & difficilem inauſpicato aggrediuntur, vel aggreſſi vano conatu turpiter relinquunt. θάλασσαν ἀντλεῖς. Mare exhauris.

ἀρχὴν δὲ θηρᾶν ἃ πέφυκε τ' ἀμήχανα. *Sophocles.*

Tentare penitùs impoſſibilia non decet.

μή ποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισι νόον δὲ ἔχε, μηδὲ μένοινα

χρήμασι, τ' ἄνυσις γίγνεται ἀδρηία. *Theognis.*

Nunquam impoſſibilibus animũ adijcias, nec incumbas rebus, quarũ vtilitas nulla.

ἀδεὴς τ' ἀδυνάτων φανομένων ἐφίεται. *Ariſtoteles.* Nemo eorum cupiditate tangitur, quæ fieri non poſſe animaduertit.

τῶν ἀδυνάτων μὴ ἐπιθύμει. *Pittacus.* Impoſſibilia ne deſideres.

Si quidem id ſapere eſt, velle te id, quod non poteſt contingere. *Terent.*

Sine pennis volare haud facile eſt. *Plaut.* Age ſis ſine pennis vola. *Ironia. Idē.*

—— Maria ante exurere Turno Quàm ſacras dabitur pinus. *Virgil.*

Tu priùs & fluctus poteris ſiccare marinos

Altaque mortali detrahere aſtra manu. *Propertius.*

Cauum à conuexo priùs vel facilius diſiunxeris. *Budæus ex Ariſtotele.*

μὴ πῦρ σιδήρῳ διακόπτειν. *Pythag. Baſili.* Ne ignem gladio diſſeces.

τῷ ἀρότρῳ τοξεύειν καὶ τῷ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν θέλεις. *Plutarch.* Aratro iaculari & boue leporem venari vis.

— Et quæ Deſperat tractata nitescere poſſe, relinquat .ſ. *Pòéta. Horati.*

ἀνέφικτον ὑποτρέχειν τὴν ἰδίαν ἐν τῷ ἡλίῳ σκιὰν πολλαμβάνεσθαι ἀεὶ καὶ λίαν σπεύδοντα. *Agapetus.* Non poteſt fieri vt tranſſiliat quis in ſole vmbram ſuam, præuenientem ſemper & nimis properantem vel fugientem.

Philippus cùm puer noctu ſagittis ſtellas impetere ſoleret, ab Aſtere ſeu Stella milite altero oculo priuatus eſt. Ptolomæus Epheſtion.

Teſtudo inſtar aquilæ volare non appetat, niſi perire velit. Ex Æſopo.

Affine, Dármo robiß. Vlépodobieńſtwo. Pomierz śie. Vigdy

Opák ci to. Opák ci by to było.

Ruſſi dicunt. Sokérá pływáiét/ roporyßcze vtonulo.

ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἐλαύνει. *Lucian.* Currus bouem trahit.

σπάρτον ποτὶ λίθον διαπλάττειν. *Gregor. Palama.* Funiculum lapidi accommodare, conformare .ſ. *curuo, informi ſtultum eſt.*

τὸν κύνας ὦλαφος ἕλκει. *Theocrit.* Canes ceruus trahit vel ducit venatum.

ἀὶξ ὅπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἤδη δώματα πάιζει. *Zenodot.*

Nondum enixa capra eſt, cùm in tectis ſaltitat hœdus.

ἀλώπηξ τὸν βῶν ἐλαύνει. *Suidas.* Vulpes bouem agit, pellit.

ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωρεῖσι παγαί. *Euripides.*

Surſum verſus fluminum ſacrorum feruntur fontes. *Vſurpatur & ſic:* ἄνω ποταμῶν χωρεῖν. *Lucian.* Surſum verſus fluminis curſum procedere. *Et præcisè.* ἄνω ποταμῶν. *Diogenes apud Laërtium* .i. inuerſo modo.

ἀπ' ἀρχῆς ἐπὶ τὸ τέλος μεταγειν. *Plutarch.* A cauda ad os transferre .i. *à fine ad initium. vt quod poſtremò ponendum erat primò ponatur, & viciſſim.*

Aufidus Adriacas retrò fugit vndas. *Virgil.* ἐπεὶ βόας ἀπώλεσας λευκειμονεῖς. *Suidas.* Poſtquam boues perdidiſti, alba veſte indueris.

πρὶν ἢ πίσαι, τὰ ἄλευρα .ſ. πάσεις. *Suidas.* Prius quam pinſueris (.i. *excuſſeris grana*) farinam ſubigis. πρὶν ἰχθῦς ἑλεῖν, σὺ τῷ ἅλμῃ κυκᾷς. *Idem.* Priùs quàm capti ſint piſces, muriam aut ſalem aquæ miſces.

κύων ἐπὶ λύκους μὴ δάκνων, καὶ τὰ πρόβατα καθεύδων. *Demoſthen.* Canis lupos non mordens, & oues deuorans .ſ. *quas tueri à lupis debebat.*

πρωθύστερον. ὑστεροπρωτον. ὕστερον πρότερον. *Cic.* Præpoſterum. Inuerſa ratio.

τὸ παρεργον μεῖζον ἢ ἔργον. *Galenus.* Acceſſorium maius opere.

Sordidior cœno — toga, calceus autem Candidior prima — niue. *Martial.*

Nil eſt intra oleam, nihil eſt extra in nuce duri. *Horat. abſurdum & falſum id.*

Fulmenta lectum ſcandunt. *Varro.* Vagina aptetur cultro (*non contrà*) *Garner.*

Omiſſa hypera pedem inſequeris. V. Pilnieyßa to.

σκιὰ προηγεῖται σώματος, ἐξόπισθε τὸ φῶς ἔχοντος.

Vmbra præcedit corpus, quod à tergo lumen habet. *Plutarch. de Ariſtodemo, qui cum Socrate inuitato ad conuiuium, ipſe non inuitatus vadens prior Socrate ingreſſus eſt. Hinc Vmbræ dicti conuiuæ non vocanti ſponte venientes. Affine ſequens.*

Opák wßyſtko czyni. Nogámi wzgore obráca wßyſtko.

Surſum deorſum fortuna miſcet omnia. *Seneca.*

Bene merenti, mala es; malè merenti, bona es. *Plaut.*

Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro Baſſa, bibis vitro. *Martial.*

ὁ κορυφαῖος ἰὼν κατόπιν τοῦ χοροῦ. *Ariſtotel.* Coryphæus retrò chorum ſequens. *quem præire & ducere debuit.*

πρὶν ἐκφαγεῖν δέρεις. *Ex Homero.* Priùs quàm occiſum ſit excorias.

ἐκ τῶν ὀνύχων μὴ ἐκ κεφαλῆς ἄρχεσθαι. *Baſilius.* Ab vnguibus non à capite incipere.

ἀπὸ κορμοῦ ἐπὶ θώμαλιον ἀποδύεσθαι. *Ariſtides.* A limbo tunicam abſoluere.

Vlić zrod by poczynáć.

τῖς ποσὶν χειρονομεῖν. *Herodot. de Hippoclide.* Pedibus *(ſurſum eleuatis)* geſtus edere, geſticulari. In re frigidiſſima cales, in feruentiſſima friges. *Cicero.*
Albati ad exſequias, pullati ad nuptias. *Hoſius ex Synodio. hoc tamen in ſacerdotibus noſtris vituperari non debet nec poteſt.*
ἄνω καὶ κάτω πάντα μεταβάλλει. Surſum & deorſum omnia inuertit, mutat.
πάντα ἄνω & κάτω ἐγένετο. *Plato.* Omnia ſurſum deorſum facta ſunt .i. *inuerſa.*
τὰ μὲν ἄνω, ἔθηκεν κάτω, τὰ δὲ κάτω, ἄνω. *Herodotus.* Summa poſuit in imo, & ima in ſummo. Ima ſummis mutat. *Horat.*
κυνὶ μὲν δάφνας ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστέα. Cani das paleas, aſino verò oſſa.
τῇ κνήμῃ τὸ κράνος, καὶ τῇ κεφαλῇ τὰς κνημῖδας ἐπιδῆται. *Lucian.* Tibiæ caſſidem & capiti ocreas inducere.
τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζειν, τῇ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρᾶς. *Plutarch.* Claue ligna ſcindere, & ſecuri fores aperire tentas.
ἅψαντες λύχνον λυχνεῖον ζητοῦσι. *Diphilus.* Accenſa candela candelabrum quærunt, *quod iam oportuit eſſe paratum. Alij legunt.* ἅψαντες λύχνα. *acceptæ candelæ.*
περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζειν, περὶ τὰ σπουδαῖα τῖς γελοίοις χαίρειν. *Iſocrat.* In ridiculis ſerium eſſe, in ſerijs ridiculis gaudere.
ἔργον πάρεργον ποιεῖ, πάρεργα ζηλεῖ. *Ex Platone.* Serium opus ſuperuacaneum facit, cenſet; ſuperuacaneum æſtimat, æmulatur.

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ἡγούμενοι,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐπιτελοῦμεν. *Agathon apud Clementem.*
Operis modo cõficimus acceſſoriũ; Opus ſed ipſum ad inſtar acceſſorij.

Apud Æſopum piſcator tibia canens piſces conuocabat, fruſtrà: ergò reti miſſo extraxit multos, quos ſaltantes videns ait: Nunc ſaltatis! cùm canebam, nolebatis.
Piſcari in àére, venari in mari. *Plaut.*
Poculo non præparato dolium aperit. *Carol. Bouillus.*
Remum equiti, calcaria nautæ .ſ. *aptare. Ex apologo Polonico.*
Χέρσον τὰ ῥεῖθρα, τελμάτεσι δὲ τοὺς λιθους. Flumina facit humum, ſaxa mutat in lacus. *vt fecit Xerxes, Athon montem nauigabilem & fluuios ſiccis pedibus peruios reddens.*
Affine præcedens & ſequens. & Vſié iáko ludźié.

Opák żyié. Opák śio/ nié po ſucku ſprawuié.

Antipodes, tales *vocat Seneca.* Sunt, *inquit*, quidam ex eadem vrbe Antipodes, qui vt M. Cato áit, nec orientem vnquam ſolem viderunt, nec occidentem. *Item.* Non conuiuantur, ſed iuſta faciunt .ſ. *noctu epulantes. Item.* Totam vitam in noctem transferunt. tàm infauſti ominis, quàm noctuæ aues. retrò viuunt. contra naturam pugnant. &c. *Apud eundem luxurioſorum illa vox eſt:* Non oportet id facere quod populus. Res ſordida eſt, trita & vulgari via viuere. Lucet! ſomni tempus eſt. quies eſt! nunc prandeamus. &c.
Noctes ebrietatibus & libidinibus, dies ſomno & ludo conſumunt. *Columella.*

οἱ μὲ ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες. *Xerxes apud Herodotum audita virili virtute Artemisiæ dixit:* Viri quidem facti sunt mihi feminæ, feminæ autem viri.

Præposteris vtimur consilijs. *Cic.* Ad faces & cereos viuit. *Senec.*

Postquam comedit rem, pòst rationem putat, Priùs quod cautum oportuit. *Plaut.*

μέτρῳ ὕδωρ πίνουσι, ἀμέτρως μάζαν ἔδουσι. *Zenodot.*

Mensurâ potant aquam, edunt ast absque modo offam.

Panthera effigiem hominis odit & lacerat vbi offendit, stercus amat & vorat. Solinus. Maander fluuius εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖ .i. in se recurrit, retrò currit. Xenophon. Onyx fera syluestris aduerso pilo .i. versus caput surrecto, crescente tegitur. Plini. Merops auicula retrò & versus caudam volat. Ælian. Ellops piscis secundum fluxum aquæ, non contra, vt alij pisces, natat, & squamas ad os versas habet. Plutarch. Apud Photium in insula Tule, est ciuitas, in qua omnes homines Nyctoblepæ sunt. νυκτόβλεπαι *.i. noctu videntes, interdiu cæcutientes.*

λυχνόβιος. Ad lucernam viuens. Lichnobius. *Seneca, qui præposterè viuit nocte agens, quæ homines interdiu agunt & è contrà.*

Opiera sie tak kot na ledzié.

Jocus in eum qui manibus pedibusq; & omnibus neruis adhibitis connititur vel obnititur sed frustrà, vt apud Virg. Nisus Conatur plurima frustra, *cinctus ab hostibus vndiq;.* ἡ ἀντίστασις ἀνυπόστατος *vel* ἀνθίστασις ἀνυποστάτως. Ita obsistere vt non subsistes.

ἄιλιξ δὲ πὶ κρυστάλλῳ ἀκ ὑφίσταται. *A.*

Firmare plantas felis in glacie nequit. *Ex Polonico.*

Megapenthes diues mortuus, ingressurus cymbam Charontis, mirè tergiuersatur, & varia prætendit ac pollicetur, & vi tandem trahitur. Lucian. in Tyranno.

Oriem lowi .i. podárkami robi idzié na kogo kupnem.

πλαὺξ ἵπταται. *Zenodot.* Noctua volat .i. *Pecunia spargitur: muneribus spargendis studetur. Ab Atheniensibus sumptum dictum, apud quos nummi noctua effigie signabantur, vt nostri aquila signantur. quare non absurdè dixeris:* Aquila volat.

ἀργυρέοις λόγχῃσι μάχεσθαί φασι. *Ex Oraculo Apollinis.* Argenteis hastis pugnat quispiam .i. *argento donando, quod facilius vincit quàm hastæ vulgares.*

καπηλεύειν μάχην. *Æschylus.* Cauponari bellum. *Ennius. Cic. id est:* Auro non ferro cernere vitam. *vt idem Ennius ait: .i. corrumpere vel corrumpi auro.*

Labefactare muneribus aliquem, *est apud Catullum.*

πλήσσειν δῶρα λάροις. *Apud Herodotum.* Percutere, vulnerare muneribus.

Ergo muneribus quiuis mercatur amorem. *Propertius.*

Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas. *Idem.*

At in Phormione Terentij Geta feriatur alio munere, intellige, non accipiet, sed dabit inuitus munus heræ vbi pepererit.

δωρικὴν μῶσαν ἀείδει. Doricam Musam vel cantionem carmen canit.

δωροδοκητὴ

δωροδοκητὴ ψάλλει, ἄδει. Doricè (*vel potiùs propriè: vt* δωροδοκᾶντες .i. *munera dantes canere seu placere solent*) canit. *Lusit Aristophan. alludens cantu Dorico ad* δῶρα *munera & munerum corruptelam. Ex vsu nostro dicit posset:* Żydowską pioſnkę komu śpiewa. Żydowſkiem oręzem nań idźie.

πυρὸς εἰς δῆμον ſ. διανέμειν. *Cic.* Frumentum in populum diſtribuere.

Sed tamen & ſeruo (leuis eſt iactura) roganti.

Porrige fortunæ munera parua tuæ.

Porrige & ancillæ, *&c.* Fac plebem mihi crede tuam. *Ouid.*

μήλοις βαλεῖν τινά. *Diogenian.* Malis (*aureis*) ferire aliquem. *vt fecit Hippomenes curſu certans cum Atalanta celerrima. poma enim aurea in terram coniecit, quibus colligendis illam occupatam remoratus eſt, & præcucurrit ad metam, ac vicit.*

Mercurij virga vtitur. i. *caduceo de quo ſic Homerus.*

εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
ὧν ἐθέλει, οὓς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. *i.*

Sumpſit virgam qua hominum oculos demulcet quorum vult, alios rurſus & dormientes excitat. *Sic muneribus iudices prudentes vel minùs fauentes deliniuntur & cæcantur, negligentes verò excitantur.*

Orzech/ Oſieł/ Niewiaſta/ rownego przyrodzenia/
To troie potrzebuie czeſtego vderzenia.

Nux, Aſinus, Mulier, ſimili ſunt lege ligata,

Hæc tria nil rectè faciunt ſi verbera ceſſent. *Recèntiorum eſt. placet illud reddere Græcè:* θήλεα, ἀνθ', χάρυον τε θ' ὁμοιοπαθῆ τρία ἐστὶ,
ἄπτῃ ἂν μὴ πλήσσοις, ἢ μή ποτε καρποφορῇσι. *A.*

Et quidem de Nuce, verum eſſe dictum docet experientia, itemq; Nux Ouidij. De Aſino itidem licet nobis non ita familiari, ſatis multa in eandem ſententiam audimus & legimus. mitto alia. Cicero ait: Aſino non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. *Adde tot adagia de ſtupiditate, pigritia, duritie aſini hic paſſim ſparſa. De Muliere verò præſertim apud Chriſtianos nequaquam idem ſentiendum eſt. Nam quamuis Plutarchus libro de inſtituendis mulieribus adhibet ferulam in ijs admonendis, id tamen non omnibus neceſſarium eſt, vt ſuprà ſub* Niewiaſtą zła *dictum eſt. Accipe aliud Epigramma Bernardi Bauhuſij priori ſimile.*

Nux, aſinus, campana, piger ſine verbere ceſſant,

Hæc dura, hic tardus, hæc tacet, ille iacet.

Sed ſimul vt ferri plagam ſenſêre vel vlmi,

Hæc cadit, hic pergit, hæc ſonat, ille ſtudet.

Oſiodłáć kogo.

Latini dicunt: Inijcere frenos alicui. *Cic.* Infrenare. *Plin. Iun.*

Et Græci: ψάλιον ἐμβάλλω: χαλινόω. χαλινά τινι ἐμβάλλω. *Plura tralata habes in 1. Tomo ſub* Vzdzić kogo w ſłuſzność. Podbiiam pod moc. *Vide & ſequens.*

Oſiodłano go.

Accepit

Accepit frena. *Virg.* Frenum recepit. *Horat. in Apologo de Equo & Ceruo.* Subiit leges & frena momordit. *Statius.* — δαμεῖν τὸ τόμιον ὡς νεοζύγης πῶλος διάζῃ, καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ. *Aeschylus.*

Frena mordens instar recens iuncti pulli ferocis, (*verbum, à ferocio*) & contra habenas pugnas. Argyrippus Plautinus factus est. *In Asinaria, Argyrippus adolescens ob argentum, per seruum suum acquisitum, ab eodem obtinendum, eundem tergo suo instar equi pueriliter & indignè sibi insultantem pro eius arbitrio vexit. id quod vox ab argento & equo dicti sonat.* Encotylen ludit. *vel* In cotyla gestat aliquem. *V.* Sam nié swoy.

Oſiwiał od kłopotu. Frasunki ſtwiſzne/ſtárość/przed czáſem przynoſą.

αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ γηράσκουσι. *Homer.*

Subitò in calamitatibus homines conſeneſcunt. *vel vt Eraſmus vertit.* Rebus in aduerſis venit accelerata ſenectus. *vel.* Accelerant ſenium mala.

πολλάκι τὸ γηράσιον ἐπαπατᾷ κακά. *A.*

Ante tempus ſenectam adducet cogitatus. *Eccleſiaſtici c. 30.*

—— οἱ δὲ πεθεύντες ἐν ἄματι γηράσκουσι. *Theocrit.*

Valde aliquid cupientes vna luce caneſcunt. *Hinc quidam in Antholog.* φροντίδας πολιοχροτάφους. Curas tempora cana habentes vocat, *quòd inde canities incipiat.* Cura facit canos, quamuis homo non habet annos. *Garner.*

Sic iuuenis capite damnatus à Ferinando Rege, vna nocte totus incanuit, ob quam rem inſolitam ab eodem eſt abſolutus. Iunius. Alter è rupe alta pendens præcipitij metu ſubitò canuit. Rhodigin. Item Vipertus Racenburgi Epiſcopus annorum veniam ſibi à Pontifice negatam dolens, vna nocte incanuit, & mox conſecratus à Pontifice eſt. Krantius.

κύκνου πολιώτερος. *Suidas.* Cygno magis canus vel candidus.

Sic Virgil. Candidior cygnis.

Oſiwiał / ſtárzał ſie przed czáſem.

ἐργῖνος πολιός. Cani Ergini. *qui athleta inter Argonautas celebris iuuenis incanuerat.* φύονται δὲ καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμὰ καὶ παρὰ τ' ἀλικίας ἐοικότα χρόνον. *Pindarus.* Naſcuntur & in iuuenibus cani ſæpe & præter ætatis conueniens tempus. γραῦς σέριφος. *Suidas.* Anus Seriphus. *puella quædam quæ inmupta adhuc conſenuit, & ſic anum facies oſtendebat, anni puellam virginem teſtabantur.*

Oſłábić kogo / albo co.

Neruos mentis vel corporis frangere. ſ. *alicuius. Quintilian.*

νεῦρα κόπτειν. Neruos incidere. νευροκοπεῖσι τὴν ψυχήν. *dixit Hermias.* i. animi neruos incidunt. *Et Cic.* Incidere neruos virtutis, item Reipublicæ.

ἐκνευρίζειν. Eneruare. *Suidas.* ἐκνευρισθεὶς ψυχήν. Eneruatus animo. *Et Petron.* Corpus orationis eneruare.

Oſła choć ſamá przéż ſie nic nié kráść / iédnak żelázem tepym oſtroſć dáić.

Drugiem czeſto ten pomożé/ ktory ſam tégo nié zmożé.

Cos nihil

Cos nihil acuminis habet & tamen ferrum acuit. *Sic potest quis docere alium, quod ipse facere non potest nec vult.* *Hoc modo Isocrates apud Plutarchum rogatus, quomodo ipse oratoriæ facultati impar, vtpote qui nunquam peroraret, alios Oratores optimos efficeret, respondit:* ἀὶ ἀκόναι αὐταὶ μὲν τεμεῖν ὰ δύνανται, τ δὲ σίδηρον τμητικὸν καὶ ὀξέα ποιοῦσι. *i.* Cotes ipsæ quidem scindere non possunt, ferrum autem sectioni aptum & acutum reddunt. *Hunc imitatus Horatius in Pòètica dixit:*

— Fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet exsors ipsa secandi.
Munus & officium (*Pòètæ*) nil scribens ipse docebo.

De Origene item Nazianzenus dixit: ὠριγένης ὁ πάντων ἡμῶν ἀκόνη. Origenes omnium nostrum cos. *Suidas.* *Simile est & illud apud S. Matthæum c. 23. de doctoribus improbis, qui tamen recta dicunt & docent, licet eadem non faciant.* *Hinc verum est illud:* Multi discipuli præstantiores magistris. *Vide* Vczeń podczás mistrzá przechodźi.

Sic & Gallina ducat pullos anatum quos incubando excluſit, ad aquas, eusq; natantibus præest, ipsa natare non valens.

Oślép iść / albo co czynić. Zámrużywßy oczy.

ἀνταβάτων δίκην. Antabatarum more. *s. ire, agere aliquid. Varro. Cicero.*
al. Andabatarum more. Antabatarum more in tenebris gladium ventilans. *Hieron.* Clausis oculis *vel* noctu Antabatarum instar pugnare. *Turneb. Iunius.*

Simile est illud Homeri de Aiace ardente in prælio.

πᾶν δὲ τ' ὀπιτκύνιον κατὰ ἕλκεται, ὅσσε καλύπτων.

Totum verò supercilium deorsum trahit, oculos tegens. *i. oculis clausis.*
ὡς ἐν νυκτομαχίᾳ. *Basilius.* Tanquam in nocturno prælio.
ἐν τῷ σκότῳ ὀρχεῖσθαι. *Lucian.* In tenebris saltare. *de ijs qui arte philosophiæ destituti viuunt.* In montes offendere. *Augustin. i. res magnas & apertas non aduertere.*

Osobność powod do złego. Ná osobności / tacno o złości.

Solitudo omnia mala persuadet. *Seneca.* Nemo est ex imprudentibus, qui sibi relinqui debeat. *Idem.* Nemo est cui non sanctius sit cum quolibet esse, quàm secũ. *Id.* Magna peccatorum pars tolletur, si peccaturis testis assistat. *Idem.*

Mulier quæ sola cogitat, malè cogitat, *P. Syrus.*
Cùm quid turpe facis, quod, me spectante, puderet;
Cur spectante Deo, non magis ore pudet?

Malum quod nemo videt, nemo arguit: vbi autem reprehensor non timetur, licentiùs iniquitas perpetratur. *Bernardus.*

Quisquis amas, loca sola nocent, loca sola caueto,
Quò fugis? in populo tutior esse potes. *Ouid.*

ἡ αὐθάδεια φυσικός ἐστι τῇ ἐρημίᾳ. *Plato apud Plutarc.* Peruicacia contubernalis est solitudinis. Solitudo eorum qui minus emendati sunt, vitia non solùm seruare sed etiam exaggerare consueuit. *Cassian.* *Crates solitarium adolescentem videns rogauit quid ageret, cui ille:* Mecum loquor, *ait:* *Tum Crates:* Vide ne cum malo homine loquaris. *Seneca.*

ἐρημία ἐστὶ τῶν κακῶν εὐκαιρία. *A.* Est solitudo maxima mali occasio.
Homo solitarius vel angelus vel dæmon vel brutum est. *Garner. Gallic.*
Sic & Arist. ὁ μὴ δυνάμενος κοινωνεῖν, ἢ θηρίον ἢ θεός.
Qui non potest in communitate viuere, aut fera est aut Deus.

Ospały. Jak śpiący śpi.

Somnolentior glire. *ex Plinio. & Martialis de eodem ait:*

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Vitulus etiam marinus *seu* Phoca somni plurimi. *Plini. Virg. Iuuen. Homer. ideoq; somniculosi typus. Pierio.* Dormitis nimium glires vituliq́ue marini. *Versus vulgaris.* πολλὴν μανδραγόραν πέπωκεν. *Demosth.* Multùm mandragoræ bibit.
Nam ea soporem inducit, vt & papauer, quod Soporiferum vocat Virgil.
ὑπὸ δὲ μανδραγόρᾳ καθεύδεις. *Lucian.* Sub mandragora dormit. *Etiam vitis iuxtà quam mandragora crescit, vinum dat faciens bibentes illud suauiter dormire. Plutarch.*
Sic Annibal vino mandragora medicato, Afros eo sopitos trucidauit.
ὕπνου μεστός. *Aristides.* Somni plenus. *Cic.* Endymionis somnum dormit. *ex Cic.*
ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις. *Aristotel. ex Pòëtis. aliter de eo Plinius scribit.*
ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κοιμᾶν. *Lucian.* Vltra Epimenidem dormire. s. *annis 57. Làërtii. Plini. Gellius.* ἅλας ἄγων καθεύδεις. Salem vehens (*naui*) dormis. *qui facile ab aqua influente liquescere potest.*

ἀνὴρ καθεύδων ὅτις ἀδενὸς ἄξιος. *Platò.*
Nullius est vir dormiens dignus rei.
Qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt. *Plaut.*

Ostátek / niestátek. Ostátek / rzeczy napodłéyszy.

Fæx. *& proprio & tralato sensu hìc vsurpari potest. Sic Cic:* De fæce hauris. s. *vilia, sordida profers. Item.* Fæx ciuitatis. Infima fæx populi. τρύξ *similiter apud Græcos. Aristophan. Plutarch. &* τρυγόδης. *Polluci. i.* Fæce viuens. *de eo qui miserè & sordidè viuit.* In ímo non solùm minimum sed etiam pessimum remanet. *Seneca.*
κάρφων ἐλάχιστόν τι μένει ἐν τῷ βυθῷ. *A.*
Sic paucæ oliuæ vel vuæ post vindemiam *Isaiæ 24.* & spicæ post messem *Ruth 2.* remanent & negliguntur à messoribus. *Quadrat & illud Martialis de anate:*
Cætera redde coco.

Ostátká śie domyślay / ábo domyśli.

Non morabor in parte hac. nimium est quod intelligitur. *Quintilian.*
Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo. s. *latro. Iuuenalis de Romulo pastorum & latronum duce ac fratricida.*
Tu cætera cura & de meis venator verbis. *Plaut.*
Vbi te aspexerit, narrabit vltrò quid sese velis. *Idem de seruo sagaci, qui ex vultu heri sui animum statim cognoscat.*

Qui

Qui quando principium prehenderit: porrò ſua virtute teneat, quid ſe facere oporteat. *Idem de eodem.* ἐιδότι λέγῃς. *Plato. Cic.* Scienti dicis.
λαλῶ πρὸς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην. Loquor ſcienti.
νοέντι κελεύεις. *Homer.* Intelligenti mandas. *Simpliciter Cicero dixit:* De cæteris ex hoc coniecturam facere debetis. *Item.* Hoc in opinione tua relinquo. *Item.* Apud animum tuum teſtatum relinquo quid ſenſerim.

Demoſthenes cùm Pytheæ diceret eius orationes lucernam olere, reſpondit: ἐ ταῦτα ἐμοὶ καὶ σοὶ ὁ λύχνος σύνοιδε. *Plutarch.* Non eorundem mihi & tibi lucerna conſcia eſt. *ſignificans illum aliquid inhoneſtum noctu patrare. Affine,* Ś máley rzéczy.

Oſtatki.

ςαχύολογία. Spicilegium. *tralato ſenſu. vt illud: Spicilegium relinquere alicui vel alijs. Sic Antigonus cùm ſuis pecuniam imperaſſet, & illi dicerent,* Non talis fuit Alexander. *reſpondit:* ἐκεῖνος ἐθέρισε τὴν ἀσίαν, ἐγὼ δὲ καλαμῶμαι. Ille demeſſuit Aſiam, ego ſpicas lego. Acini poſt vindemiam. *ſ. relicti. Eccleſiaſtici 33.*
ταῦτα ὡς ἀπὸ καταδυομένης. Hæc tanquam è naue mergenda, vel è naufragio. *Henric. Steph. ex Suida.*

Oſtatki wyborney iáktéy rzéczy.

κολοσσοῦ παράγματα. *Herodes Atticus apud Philoſtratum.* Coloſſi fragmenta, *i. nobilis alicuius operis reliquiæ in ædificiis. & tralatè in alijs. vt fragmenta nobilis alicuius ſcriptoris, puta Ennij, Lucilij, Cicer. Varronis, & Græcorum quam plurima, quæ collegerunt multi poſteriores. Eraſmus hoc vſurpari poſſe ait etiam de viris inſignibus, qui ex ſobola alicuius celebris magiſtri velut ex equo Troiano prodierunt. quo ſenſu apud eundem Philoſtratum quidam Sophiſta Herodi Attico dixit:* Ἰεμμάλια σε ἐσμὲν οἱ σοφισταὶ πάντες. Fruſtula tua ſumus omnes Sophiſtæ. *Æſchylus verò non abſimili ſenſu dicebat:* τὰς αὑτοῦ τραγῳδίας τεμάχη εἶναι τῶν μεγάλων ὁμήρου δείπνων. *i.* Suas tragœdias eſſe fruſtula de magnis Homeri cœnis. Cygnea cantio. V. Wymowá wielka.

Oſtatni do kośćiołá bywáią co pod dzwonnicą mießkáwa.

Proximus Eccleſiæ ſemper vult vltimus eſſe. *Boſquer. & Anonym. è Germanico.*
ἐγγύτατος ναοῦ ὡς πολλὰ παύεται ἐπειοι. *A.* (guntur.
Sic ſæpe ſecuritas reddit pigros. Et res proximæ, velut præſentes putantur ac negli-
Porrò in voce Eccleſiæ ſecunda ſyllaba longa, hìc correpta eſt. qua de re dixi in Tomi ſecundi indice poſteriori, ſub Capite Quantitas exorbitans. quod ſi & excuſare aut etiam defendere lubeat, lege triſyllabam. Ec cleſ ix *& longa erit. qualia multa ſunt apud Plaut. Terent. Lucret. Lucil. & alios. Sæpe verum eſt & illud alterum Polonicum dictum (huic affine)* Náy Jutrznią nabożny. Náy Mßa pßny. Náy Nießpor piiány .ſ. przychodźi.

Oſtatni niema pochwały. podczas hánby godzien.

Extremos pudeat rediiſſe. Hoc vincite ciues .ſ. *ne extremi ſitis, in certamine & curſu nauali. apud Virgilium 5. Æneid.*

νίκη ἐν ἁπάσῃ ἔσχατος ἄδοξος πέλει. *A.*

Inglorius in omni vltimus victoria eſt.

Occupet extremum ſcabies, mihi turpe relinqui eſt. *Horati. tralatum à puerorum more, in curſu ludicro ſcabiem vltimo currenti imprecantium. Acron. Porphyrio.* *Noſtri dicunt.* Boday wrzod w nogi / kto oſtátni / ábo kto zoſtánie.

Apud S. Matthæum c. 20. Operarij nouiſſimi contemnuntur à primis. Ibidem c. 25. Virgines fatuæ nouiſſimæ venientes excluduntur à nuptijs. *Non modò poſtremus ſed ne ſecundus quidem eſſe vult Achilles in pugna contra Hectorem, ſic apud Homer. dicens:* μή τις κύδος ἄροιτο βαλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι. Ne quis gloriam præripiat iaciens (*in Hectorem*) ipſe verò ſecundus veniat.

Oſtrość by nawietſza zá czáſem ztępićié.

Vulgare in ſcholis Philoſophorum dictum, eſt: Omne agens agendo repatitur, i. *retunditur, ſeu vim & aciem paulatim deperdit, reſiſtente eo in quod illam exſerit.*

πᾶν τὸ σῶμα κοπτόν ζωσχὲς, ἀμβλύνεται. *A.*

Omnis acies ſciſſu perenni obtunditur.

Sed & agentium animatorũ motus in fine tardior eſt. *Ariſtot.* Idem de calore ſentiendum, qui ſenſim à frigore ſuperatur. *Vide* Początki czeſto gorące bywáią.

Oſtrożność nigdy nié ſkodźi.

Animus vereri qui ſcit, ſcit turò ingredi. *P. Syrus.*

Non citò perit ruina qui rûinam timet. *Idem.*

Vel vt Scalig. legit. Non citò ruina cadit is qui primam timet, ſ. *ruinam.* *Vetus lectio eſt:* is qui rimam timet. *Aliter Eraſmus legit, ſed reijcitur.*

ἡ εὐλάβεια παρέχεται ἀσφάλειαν. *A.* Securitatẽ præſtat omnis cautio.

Satiùs eſt vt canes allatrent etiam innocentes, quàm vt non allatrent etiã nocentes. *Ex Cic. qui ait:* Canes aluntur in Capitolio, vt ſignificent, ſi fures venerint. At fures internoſcere non poſſunt: ſignificant tamen ſi qui noctu in Capitolium venerint. & quia id eſt ſuſpicioſum, tametſi beſtiæ ſunt, tamen in eam partem potiùs peccant, quæ eſt cautior. *Item.* Sapientia cautioribus vtitur conſilijs, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior. *Item.* Nemo me minùs timidus, nemo cautior.

οὐδεὶς ἄγαν φυλακτικὸς ἦν πώποτε. *A.*

Non vllus vnquam cautus exſtitit nimis.

καθάπερ ἐν τῷ περιπατεῖν φυλάττεις, μὴ σκόλοψ ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸ σκέλος, ὅτω φυλάττει, μὴ τὸ ἡγεμονικὸν τὸ σαυτοῦ βλάψῃς. *Epictetus.* Quemadmodum in ambulando caues, ne clauum calces, aut diſtorqueas pedem; ſic caue ne gubernatricem (*actionum mentem*) lædas.

Oſtrożny. Opátrzny. Oká byſtrego. Przéd ſobą i zá ſobą widźi.

Argus eſt. Oculeus totus. In occipitio quoque oculos habet. *Plaut.*

ὄπιθεν κεφαλὴν ὄμματα ἔχει. A fronte & à tergo videt. *Cic.*

πρόσω καὶ ὀπίσω βλέπει. *Plato. Et Homerus de Polydamante.*

——— ὁ γὰρ οἶος ὁρᾷ πρόσσω καὶ ὀπίσσω.

Solus enim hic à fronte ſimul tergoq; tuetur. Phengitem lapidem habet: *inſtar Domitiani, qui lapis omnia quæ geruntur à tergo exhibet. Suetoni.* Vides hominem ferreum & inſomnem, perſpicaciorem ipſo Lynceo vel Argo, & oculeum totum. *Apuleius.* Anteuorta & Poſtuorta .i. *præterita & futura cernentes comites diuinitati adhibebantur. Macrobi.*

Quatuor aures habet. V. Stárych ſłucháć dobrzé.

Ianus *vel* Ianus bifrons. *ob perſpicaciam ſic dictus eſt. de quo Ouidius.*

Stulta, videt Ianus quæ poſt ſua terga geruntur,
Nil agis & latebras reſpicit ille tuas. *Nympham alloquitur.*

ὄφεως ὄμμα. Serpentis oculus. *vt eſt apud Horatium .i. acutùm cernens.*

Γοργὼν βλέπει. *Lucianus.* Acribus oculis Gorgonis inſtar intuetur.

γοργοῦς ὄμματα ἔχει. *Homer.* Gorgonis oculos habet.

λεπτολὴς λαγωός. *Nicander.* Lepus oculis apertis dormiens.

οὐκ ἀλαοσκοπίην ἔχει. *Idem.* Non cæcam ſpeculationem habet. i. *acutè videt.*

Vranoſcopus piſcis *vnum oculum in ſummo capitis vertice habet, quo inſidias vndiq; proſpectat. Iſidorus. Symbolum cauti & circumſpecti. Item Echinus duas cubilis ſui habet feneſtras vel foramina, ad Notum & Boream; & qua parte ventum flaturum præuidet, eam claudit, oppoſitam aperit. Plutarch.*

Mus vni antro non fidit. *Ex Plauto.* *Affine,* Madry.

Oſtrzkiem trzébá przyłożyć.

τὰ ἡμαρτημένα τμητέα. *Euſtathi.* Malum ſectionis egens.

— Immedicabile vulnus Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur. *Ouidi.*
Vlcera poſſeſſis altè ſuffuſa venenis
Non leuiore manu, at ferro ſanantur & igni. *Claudian.*

ἐν χρῷ ξυρεῖν δεῖ. *E Sophocle.* Ad cutem radere oportet, *Idem eſt,* Ad viuum reſecare. *Cic.* ἀπὸ τῆς ἀλοιφῆς πολὺν τμητὸν ταυτὶ χρεών. *A.*

Non vnctione at ſectione eſt hîc opus.

Oßczaday/ dłużey bedźié. Oßczaday wczás. Nié ná dźiś tylko trzébá. Oßczadáć gotowego lépiey / niż ßukáć nowego.

Res familiaris conſeruari debet diligentia & parſimonia, ijſdem etiam augeri. *Cic.*

Cogitato quam longa ſit hyems. *Cato.* Dáléko do ziniwá / ébo do nowego.

Nullus tantus quæſtus quàm quod habes parcere. *P. Syrus Mimus.*
Ne tibi quid deſit, quæſitis vtere parcè.
Vtq; quod eſt ſerues, ſemper tibi deëſſe putato. *Cato alius .ſ. Dionyſius.*

μὴ ζῆε λάθῃ χρεία, μετρίως σέο χρήμασι χρῆσαι.
ὡς τὸ παρὸν σώζῃς, ἀπορεῖν τινὸς αἰὲ λογίζου. *Mylius interpres.*

Conſerua potiùs quæ ſunt iam parta labore. *Idem Cato.*

ὄλβον σὺν μόχθῳ κεκλημένον ἐνδόθι τηρεῖν. *Mylius.*

οὐκ ἱππολαίτας πολλὰς πλῶμες. Non nauigamus ad Hippolaitas (*al.* Hippobotas) *abundantes omnibus rebus. quare parcè vtendum ijs quæ adſunt.*

Tuendi maior cura eſſe debet, quam quærendi. *Cic.*

Mihi quidem te parcere æquum eſt, vt tibi durem diu. ſ. *dando. Plaut.*

Qui homo maturè (.i. *tardè*) quæſiit (*acquiſiuit*) pecuniam.

Niſi ei maturè (.i. *tempeſtiuè*) parſit (*pepercerit*) maturè (.i. *citò*) eſurit. *Idē.*

δέχόμενος Φειδὼ πάντων, μὴ τέμε ὕπιδεινης. *Phocylides.*

Principio parcas cunctis, ne pòſt ſit egendum. (*eget.*

Neceſſitatis (*indigentiæ*) eſt remedium parcitas. *P. Syrus. nam qui parcit, non*

δέχομενος δὲ πίθος, καὶ λήγοντος κορέσασθαι,

μεσσόθι Φειδεσθ. ἀλεινὴ δ' ὕπι πυθμένι Φειδώ. *Heſiodus.*

Incipiente dolio & deficiente ſatiare (*vino*)

Medio (*dolio*) parce. Miſera verò in fundo parſimonia. *Stultè enim parcitur vino cùm iam deterius in fundo eſt.*

Χοίνικι μὴ ὑπικαθίσας. *Pythagoras.* Chœnici non inſidendum. *Plutarchus & Demetrius Byzantius interpretantur, vt ex eo quod adeſt ſemper aliquid in futurum relinquamus & craſtini diei hodie meminerimus: Item, Ne inerti otio torpentes alienam menſam ſpectemus, ſed labore & induſtria noſtra viuamus. Sic Plutarch. Aliter* V. Proznowánie ßkodliwe.

Parca manus, labor aſſiduus, me fecit habere.

Larga manus, ceſſanſq; labor, me fecit egere. *Anonym. rhythmic.*

Qui plùs expendit quam rerum ſumma rependit,

Non admiretur, ſi paupertate premetur. *Idem.*

Parce futuro. *Virgil. de moderata vindemia mellis & caſtratione aluearium dicit,*

Sin duram metues hyemem, parceſque futuro *ne apes fame intereant.*

Affine, Vlić wßyſtko rázem. Skromnić záżyway.

Oßczędność wielki dochod.

μέγας ὁ πορισμὸς Φειδώ. Magnum vectigal parſimonia. *Cic.*

Nullus maior quæſtus quàm quod habes parcere. *P. Syrus.*

Oßczędność z ßczodrobliwością / ßczodrość mießay z oßczędnością.

Vlić wyrzucay nic choć podłego/ nić żáłuy dáć gdżić trzebá i drogiego.

Quod vile eſt, carum; quod carum, vile putato,

Sic tibi nec parcus, nec auarus habeberis vlli. *Cato.*

εὐελὲς, ἔνλιμον, τὸ δὲ τίμιον, εὐελὲς ἡγῶ,

ὡς ἄγλιχρος ἔσῃ ζωτῷ, ἀφιλάργυρος ἄλλοις. *Mylius.*

ἔλπιζε ὡς θνητὸς, Φειδὼ ὡς ἀθάνατος. *Periander.* Spera velut mortalis, parce tanquam (*ſis futurus*) immortalis.

Oßukáć

Oſukáć kogo. Oſukat go abo mie. Pſá zá liſá vdał.

Subleuit os mihi peniſſimè. *Plaut.* i. *arte decepit & illuſit mihi. Tractum à pueris qui per ludibrium, dormientibus aut imprudentibus per officium os colore aliquo ridiculo depingunt. Nonius.* Ὑπαλλεῖν τινι τόμα. *Græcu. Item.* ἀπομύξαι τινὰ. *i. emungere aliquem ſeu lucri cauſa decipere. Vt apud Terent.* Emunxi argento ſenes.

Lambinus Sublinere os, *à mulierum fuco trahit. nam &* Fucum facere eſt os ſublinere. *vt idem Plaut. ait:*

Ita mihi ſtolido ſurſum vorſum os ſubleuêre offucijs. Ὑπαλείφειν, *vel potiùs, in poſteriori exemplo Plauti* περιείφειν. Circumlinere. *ſed Lambinum caſtigant alij. Simile illud Plauti, in Milite.* Subleuit os illi. i. *decepit miles lenam.*

Fucum facere alicui. i. *impoſturam. Terenti. Cicer.*

Obijcere glaucoma ob oculos alicui. *ex eodem Plauto qui Milite ſic habet:*

Ei nos facetis fabricis & doctis dolis
Glaucomam ob oculos obijciemus, eumque ita
Faciemus, vt quod viderit, non viderit. Zámydlemy mu oczy.

Obtrudere alicui palpum *Plaut.* i. *arte ſucoq; decipere adulando & palpando ſeu palpo percutiendo vt equiſenes ſolent equos.*

His affine eſt illud S. Hieronym. Puluerem oculis alicuius offundere. *vt apud Plutarchum fecit Sertorius contra Characitanos pugnans: obſeruato enim vento illis aduerſo, è regione illorum cineris aggeres congeſſit, quibus equitum curſitatione commotis, ventus fauces & oculos hoſtium compleuit & ad deditionem compulit.*

νέαν χελιδόνα δεικνύναι. *Ex Suida.* Nouam hirundinem oſtendere. i. *decipere. Ductum à more puerorum qui nouam hirundinem ſibi inuicem oſtendunt, & interim in eo ſpectaculo occupatos aliquo modo ludunt vel decipiunt,*

Sic apud Ariſtophanem quidam gloriatur ſe fefelliſſe coquos dicens illis:

Ψευσάσθε παῖδες, ἦρ οὐχ ὁρᾶθ', ὥρα, νέα χελιδών,
οἱ δ' ἔβλεπον, κἀγὼ 'ν τοσούτῳ τ' κρεῶν ἔκλεπτον.
Aſpicite pueri, non videtis? ver, noua hirundo,
Illi ſpectabant, ego verò interim carnes furabar.

μὴν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε. *Syneſius.* Murem pro leone oſtendit. *vt aliquando facere ſolebant beſtiarij ioci cauſa in ſpectaculis.*

Affine illud. Pro virgine cerua ſuppoſita eſt. *Martial.* Pro nucleo putamina. *Plaut.*

Proque viro nebulam & ventos obtendere inanes. *Virgil.*

Adire alicui manum. *apud Plautum aliquoties (ſic potiùs lego cùm Mureto & Taubmano, quàm addere manum, cum Eraſmo) pro decipere, oſtenſa re quapiam alteri, & illo manum ad accipiendum protendente, ſubtraſt.*

Verba pro farina. ſ. *dare.* V. Słić rowna odmiáná.

Coruum deluſit hiantem. V. Omylitá go nádźićiá.

Oſukáć ſwego. Odſtąpić domowego. Zá cudzem ſtáć.

ἐξηπάτησεν ἡ κάρυξ τὴν ἄμπελον. *Ariſtopha.* Palus vitem (*quam fulcire debebat*)

debebat) decepit, deſtituit. ὁ κύων τῷ πτωχῷ βοηθῶν. Canis (*domeſticus*) mendico (*quem impetere debuit*) auxilians.

In Menæchmis Plauti vxor contra maritum iniurium, patris ſui opem implorauit, qui cùm eam morigeram viro eſſe iubet, reſpondet mulier lepidè!

Non equidem mihi te aduocatum pater adduxi, ſed viro.
Hinc ſtas (*iuxta me*) illinc cauſam dicis. (*pro viro.*) *Hedera arborem à qua fulcitur arefacit. Sic Laberius ait*: Vt hedera ſerpens arborum vires necat.

Oſukał mię. *Ironicῶs.*

Callidus impoſuit nuper mihi caupo Rauennæ,
Cùm peterem miſtum, vendidit ille merum. *Martial.*

Huc faciunt illa: Aurea pro æreis mihi dedit. Primogenita pro pulmento dedit mihi: dixerit *Iacobus de Eſau. & alia ſub* Vię rowna odmiáná.

O taki bánkiet nię dbam / gdźię ſpołśiędzących nię znam.

Sam śiędze choćia goſći ieſt wiele. z nieznáiomemi co zá węſele.

Solus cœnat qui cum ignotis cœnat, *ex Martiali qui ait*:

Ignotos mihi cum voces trecentos, Quare non veniam vocatus à te,
Miraris, quereriſque, litigaſque, Solus cœno Fabulle non libenter.

Ζωὸ τὶς ἀγνώστοις ἐσθίων, μόνος ἐσθίει. *A.*

Cui nemo notus aſſidet ſolus ſedet. ſ. in conuiuio.

Ζωεσθίειν ἐρῶ, ἀνδὲς ἐστι μονοφαγεῖν. *A.*

Inſuaue ſolum eſt eſſe (.i. *edere*) conuiuor lubens.

Apud Plutarchum Chilo imitatus à quopiam, non priùs promiſit, quàm interrogàſſet de ſingulis conuiuis futuris ſimul.

O tobięć to gadká. Vá ćieć to przymowká.

Tobięć to w brzéw / ábo Mnię to w brzéw.

—Quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. *Horat. poſt narratam fabulam de Tantalo auaro, auarum alloquitur.* quid rides? &c.

Fabula (*nec ſentis*) tota iactaris in vrbe. *Ouidi.*

Ὑπ' ἀλλοτρίῳ ὀνόματί σε ὁ μῦθος βάλλει. *A.*

Te ſub alieno hic ſermo tangit nomine.

Simile eſt illud aliud eiuſdem Horatij, poſt narratam fabulam de ranis.

——— Hæc à te non multùm abludit imago.

Sic Plautinus Philto, vbi caſtigauit luxum adoleſcentis alieni, alloquitur filium ſuum.

Sed ego hoc verbum cùm illi cuidam dico, præmonſtro tibi.

Item Demea Terentij, vbi retulit facinora Æſchini à Mitione adoptati, addit: Hæc cùm illi Mitio Dico, tibi dico: tu illum corrumpi ſinis.

Æſchino dicitur quod audit Mitio. *S. Paulin.*

Præſens hic quidem eſt apologus. *Plaut.* i. *de alio te loqui ſimulas & me graphicè deſcribis.* Vá mię to przymowká. Meus (*pater*) per alium mihi ſuam oſtendit ſententiam,

centiam, astutus. *Clitipho Terentij loquitur de patre suo Chremete, qui reprehenderat dissolutum Cliniam, & patrem eius durum laudárat audiente Clitiphone.*

Otem rzecz. To sie dzieie/ swieci / toczy.

Ea tela texitur. *Cic. i. eiusmodi negotium est in manibus, is status rerum.* In manibus nobis hostiarum sermo versatur. *Arnobi.* Vindemiæ sunt in manibus *Plin. iuni.* In manibus sunt terræ. *Virg. i. sermo est de terrenis.*
τὰ ἐν χειρὶ καταστήσατες. *Nazianz.* Intelligite quæ sunt in manibus.

Otoż tobie. Schoway cos vtápił. Vchwycíłés. zć.

Hem leno tibi. Hem tibi pro maledictis tuis. Sic dedero. Vapula. Hoc te macto infortunio. Sic datur, si quis herum seruus spernit. Sic datur. properato absente me comesse prandium. Hem serua rursum. Ignaui, quibus nisi ad hoc exemplum (*seruos alloquitur percutiens eosdem vt & in præcedentibus & sequentibus fit*) experior, non potest vsurpari vsura. *s. nisi percutiam vos, nullam capio ex vobis vtilitatē,* Hem ergo hoc tibi. Hoc est postremum tibi. *ex Plauto omnia.* Sic dabo. age nunc Phormionē qui volet lacessito. Faxo cum tali mactatū atq; hic est infortunio. *Terēt.*

Hæc præmia qui me Ferro ausi tentare ferant. *Virg.*

Habes, *vel* Habet. Hoc habe, *vel* habet. *verbum gladiatorum est cùm aduersario vulnus inflixerunt, apud Terent. Virgil. Senecam, Prudentium, &c.* ἔχε.

ἄυλη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἱ ὄλυμπον ἔχουσι. *Homer.*

Hæc iustitia (*vel pœna*) est diuûm cœlum incolentium. *Vsurpatur cùm pœnas luit promeritus.* *Affine,* Maß czégoś chćiał.

Otoż tobie byśku mázika.

Rusticanum est dictum, sumptum ex apologo Polonico omnibus noto. Vsurpatur in perstringendis ijs, qui ob breuem & vilem, qualis est in bibendo, voluptatem, amiserunt solidam aliquam & honestam ac diuturnam vtilitatem vel oblectationem.

ἔπιεν ἀγροῖκος (θαῦμα!) βῶν κύλικι μικρῇ,
καὶ ἔπεν, οἰνοπότης ἦεν μισῶν ὕδωρ. *A.*

Hausit pusillo rusticus poclo bouem. Dixitq; merobibus erat, & aquas oderat.

πολυτελές ἐστι κακὸν μέθη καὶ πολυβλαβές. *A.*

Damnosa sumptuosaque est res crapula.

Potest huc trahi illud boui dictum: Super te hæc omnia Leparge. *sub* Vlá ćie śie to obáli. *Item illud Herodoti de Hippoclide, qui cùm Clisthenis filiam inter alios procos genere insignis ambiens, indecorè saltasset, à Clisthene audijt:* ὀρχήσαο τὸν γάμον. Desultasti nuptias. *s. saltatione sponsa vel vxore excidisti.* Otoż tobie raniec/ plesy/ &c.

Similius est illud apud Plutarchum de Lysimacho duce, qui cùm ob sitim, se Getis tradidisset, postquam bibit captiuum se videns, exclamauit: Heu me! qui ob tantillam voluptatem tanto regno excidi! *Huic aptè dixisset quis:* Otoż tobie pićie.

Otruto go.

In digito mortuus eſt. i. *veneni tactu occiſus eſt. Rhodigin. ex Cic. & Plinio. Plinius dicit*: Hinc illa atrox M. Cæcilij accuſatoris peroratio dicentis: In digito eas mortuas. *Cic: autem ait:* Libertus patronū non occidit, ſed duobus digitulis gulā obliuit.

Owce párſzywa odlacz od ſtadá / bo wnét wé wßytkich táż bedźie wádá.

ἐὶν λεπρὰν ἀφορίζειν. Ouis ſcabioſa ſeparanda. *Eandem Ouium ſimilitudinem vſurpant Græci & Latini, cùm ſuadent improbos ſegregandos à probis ne eos inficiant, vt in ouibus fieri ſolet. Sic Chryſoſtom. Theophylact.* τοὺς μεγίστα ἐξημαρτηκότας, ἀνιάτους δ' ὄντας, μεγίστην δ' ὅταν βλάβην πόλεως, ἀπαλλάττειν ἔωθεν *Plato de Legislatore.* Eos qui maxima peccata patrârunt, ſi inſanabiles ſint, & ciuitati plurimùm noceant, remouere conſueuit. Nam — Mala vicini pecoris contagia lædunt, *vt Virg. de ouib: ait.* Facito contagia vites. Hæc etiam pecori ſæpe nocere ſolent. *Ouid.*

Continuò culpam ferro compeſce, priùs quàm
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus. *Virg. de oue ægra loquitur.*

—Immedicabile vulnus Enſe recidendū eſt ne pars ſincera trahatur. *Oui. de corpore. Eandem ſimilitudinem de membro corrupto præcidendo à ſano corpore, vſurpat Cic. & SS. Auguſtin. Cyprian. alijq; de Excommunicatione in Eccleſia vſitata agentes.*

Immo S. Paulus Galatis ſcribens, ait: Vtinam abſcindantur qui vos conturbant! *Et Corinthiis de fornicatore loquens,* Auferte, *inquit,* malum ex vobis ipſis. Nam modicum fermentum totam maſſam corrumpit. ὥσπερ μέλος ἀνιάτως ἔχον δοτέον πρὸς ἡμῶν, ἵνα μὴ κοινωνίᾳ καὶ τὸ ὑγιαῖνον συμφθείρηται. *Syneſius.* Vt membrum incurabile reſcindendus à nobis ne conſortio etiam quod ſanum eſt corrumpatur.

Adde Separationem leproſorum *ex Leuitico. Item* Anathemata *ex lib. Ioſue & alijs.*

Χώρις ἀπ' ἀγέλης ὑγιέος οἶν τὴν λεπρέαν. *A.*
Remouebis à ſano grege ſcabioſam ouem.

O wilku gadká / a wilk w ſieći.

λύκος ἐν τῷ μύθῳ. Lupus in fabula. *Terent. Cicero etiam*: De Varrone loquebamur. Lupus in fabula. venit enim ad me.

Plautus item: Atq; eccum tibi lupum in ſermone, præſens eſuriens adeſt. ſ. *paraſitum.*

Origo dicti ſumpta dicitur ex Apologo Æſopi de Nutrice puerum flentem, lupi terrore minante. qui ſorte fortuna ſuperuenit & minas latus audijt. ſed cùm puer ſiluiſſet, nutrix minas in lupum vertit. Seruius & Donatus, à lupi natura ductum vult, qui conſpectus ab homine vocem ei terrore adimit. (vt etiam Theocritus ſentit. vide Milczy od ſtrachu.) *nam ſta ſuperueniens is de quo fuit ſermo, adimit loquendi amplius de ſe facultatem. Et hunc vſum huius dicti eſſe volunt, cùm interuenit is de quo fuit ſermo: ſed quod addit Seruius, ſuperuenientem hoſpitem auferre loquentibus de ſe facultatem ſermonis, & Donatus, hoc dicto ſilentij eſſe ſignificationem & indictionem; id neceſſarium non eſt, ſatis eſt hoc dicto ſignificari, adeſſe illum de quo ſermo fuit; obmuteſcere verò non eſt opus ſemper quin ſæpe conſpecto hoſpite exclamant illi loquentes*: Lupus in fabula, *fatentes illi de ipſo ſe locutos.*

Simile

Simile eſt quod Suidas habet: εἰ καὶ λύκος ἐμνήσθης. *i.* Quamuis lupi mentionem feciſſes. ſ. *ſupervenisſet. Vel.* Tanquam ſi lupi mentionem feciſſes. ſ. *ita ſupervenit. De iis inquit Suidas, quorum facta eſt mentio, & ipſi ſtatim adſunt. Vt apud Virgilium Æneas.* Coram quem quæritis adſum. *Et apud Homerum*:

ἔπω πᾶν ἔιρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ ἦλυθον αὐτοί.

Nondum omnis ſermo eſt finitus, & ecce tibi adſunt.

Venturos ad nos ait Rhodigin. præſentimus occulto ſenſu vt in funè extento mota ſumma parte ſentit infima, id verò provenit ex continuatione naturæ in vniverſo. Sic loquens in vno extremo trabis longiſſimæ, vel in arcu angulato muri ſubmiſſè, intelligitur in altero extremo, vt experimur.

Owo ia też.

Vulgò hîc illud vſurpatur: Nos poma natamus. *Huc illud Archimedis ironicῶς prolatum*: εὕρηκα. *i.* Inueni, *ex Vitruuio.*

Egregium quiddam volumus rarumque videri. *Marbodæus.*

Os populi merui & cedro ſum digna locutus. *ex Perſio.*

Nitedula ex vepribus. ſ. *prodiit, Vel* Ecce me nitedulam è vepribus. *ex Cicer.*

Plura ſi voles trabes huc ex Chełpliwy. Sam śie chwali.

Oycá dobrego / dobry ſyn. Oyćiéc dobry złego ſyná nié vrodźi.

εἰκὸς βελτίους εἶναι σὺν ἐκ τῶν βελτιόνων. *Ariſtoteles.*

Conſentaneum eſt meliores naſci è melioribus.

ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα. *Euripides.*

Probi creantur liberi è viris probis.

Fortes creantur fortibus & bonis. —— Nec imbellem feroces

Progenerant aquilæ columbam. *Horat.* q. d. *ſed fortem. Feroces hîc ad laudem pertinet. i. generoſæ, fortes.*

Generoſioris arboris planta ſtatim cum fructu eſt. *Quintilianus.*

Oycá dobrego / zły ſyn. Oyćiéc dobry złego ſyná podźás vrodźi.

Przodkow zacnych potomek / czeſto bywa wyrodek.

Mądry oyćiéc ſyná ma mieć głupiégo / á bogáty vbogiego.

Syn w rozumié (w cnocié) nié dźiédźiczy / worki tylko dobrzé zliczy.

φύεται καὶ ἐξ ἀμπέλου βάτος. *Nazianz.* Naſcitur & ex vite rubus.

ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα, vel λώβαι, ὕβριδες.

Heroum filij noxæ, vel probra, dedecora.

πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς, εἰσὶν κακοί. *Euripides.*

Plerique nati nobiles, fiunt mali.

παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,

οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. *Homerus.*

Pauci filij ſimiles patri exſiſtunt, plures peiores, pauci patre meliores. *Vel*

Rara ſuum ſoboles æquat (*ſuperat*) probitate parentem.

—— χρύσεοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο χειροτέρην. *Aratus.*

Aurei patres ſobolem reliquerunt deteriorem.

Vtcunque defecêre mores Dedecorant benè nata culpæ. *Horat.*

τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἱμαρμένη ἔστι, φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱέας. *Demoſth.*

A viris egregijs, quaſi quodam fato id accidat, improbos proficiſci filios.

Quaſi naturali lege, crebrò tanquam ex induſtria, malos è bonis, agreſtes è doctioribus, & cæteros huiuſmodi è contrà gigni videmus. *Aurel. Victor.*

Neminem prope magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquiſſe, ſatis claret. & tales pleriq́ue habuerunt, vt melius fuerit de rebus humanis ſine poſteritate diſcedere. *Spartian. in Seuero, vbi id multis clarorum virorum Græcorum & Romanorum exemplis probat, qui liberos obſcuros, ſtupidos, improbos, pudendos & infelices habuére.* Acetum vini filius. *Caſaubon. ex Hebræorum prouerbiis.*

Huc facit illud Horat. Aetas parentum peior auis. *&c. ſub* Co dáley to gorzey.

Ex ouo albo ſæpe nigri pulli prodeunt. *Garner. è Gallico.*

Oycá zlego/ dobry ſyn. Oyćiéc zły dobrego ſyná podczás vrodźi.
Z czarna kokoß/ biale iáycá niéśié.

Inter vepres roſæ naſcuntur. *Ammian.* E ſpinis roſæ prodeunt.

καὶ ῥόδον ἐκ τραχέος καὶ ἐβλάστησε φυτοῦ ἐστὶ ῥόδον μέν. *Nazianz.*

Et roſa quamtumuis hanc protulit aſpera planta, Eſt tamen ipſa roſa.

ἐκ βραδυσκέλων ὄνων ἵππος ἔφυσε. E tardigradis aſinis equus prodijt.

Ficus arbor amara, dulcem fructum edit. *Rhodigin.*

Et gallina nigrans alba dare oua ſolet. *Garner. è Gallico. Etiam noſtri idē vſurpant.*

Oycowſka łágodność ábo łáſkáwość ſyná pſuié.

τὸ πρᾶον παίδων διαφθείρειν τέκνα πέφυκεν.

Exitium natis creat indulgentia patrum.

τὸ λίαν φιλεῖν (τέκνα) ἢ μὴ φιλεῖν ἄδικον. *Plutarah.* Nimis amare filios, cauſa eſt odij eorundem. ſ. *quando indulgentia corrupti corrigi non poterunt.*

Sic apud Terent. Demea ſeuerus pater Mitioni leni ait: Tu illū (*filium*) corrumpi ſinis. *Damnatur ab omnibus Demænetus in Aſinaria Plauti, qui Libano ſeruo conquerenti de egeſtate filij aſoti & flagitioſi, reſpondet: Me fraudato (.i. furator quod illi des) Quâ me, quâ vxorem, quâ ſeruum Sauream, circumduce, aufer, promitto tibi non obſuturum.* Mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnes mentis & corporis frangit. *Quintilian.* Simia fœtum ſuum amplectendo ſubinde necat. *ita parentes liberorum nimis amantes. Ex Plini.*

Sic lib. 1. Regum Heli leniter tractans filios, & illis & ſibi cauſa mortis exſtitit. Rectè in Trinummo Plauti Megaronides caſtigat Calidem quod is adoleſcenti prodigo pecuniam multam dediſſet, dicens: Dediſti hoc pacto ei gladium quî ſe occideret.

Gello amans liberorum, *vel* ἡ γελλὼ παιδοφιλόεσσα. *Sappho.* Puerorum amantior Gello.

Gello. *in eos qui liberos nimiis amantes indulgentia corrumpunt. quia huius virginis ſpectrum pueros infeſtabat, & ſi citò moriebantur ei imputabatur.*

Oyczyzna ſwoiá kaʒdemu namilſza.

Ʒéka táka oyczyzne wola ludʒié niʒ wyborna goſcine.

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. *Ouidi.*
—— Amor patriæ ratione valentior omni. *Idem.*
ἡ πατρὶς ὡς ἔοικε φίλτατον βροτοῖς. *Euripides.*
Cariſſima meritò eſt patria mortalibus.
τί γὰρ πατρῴας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός; *Idem.*
Quid enim paterna gratius terra viro?
ὡς ἥδιον γλυκίων ἦς πατρίδος, ἠδὲ τοκήων
γίνεται! εἰσὰς καὶ ἐς ἀφνειὸν πίονα δῆμον
γαίῃ ἐν ἀλλοδάπῃ ναίει ἀπάνευθε τοκήων. *Homerus.*
Vt nil dulcius propria patria, neque parentibus
Eſt! etiamſi quis procul diuitem domum
Terra in aliena habitet procul à parentibus. *Martialis laudans*

Hiſpaniam patriam ſuam, poſtquam aliqua locorum nomina in ea ignobilia recenſuit, addit:

Hæc tam ruſtica delicate lector — Rides nomina? rideas licebit
Hæc tam ruſtica malo quàm Britannos. ſ. *celebres vel cultos.*

Anacharſis Scytha audiens Athenis Toxarin lingua Scythica loquentem, lacrymatus eſt præ gaudio. Lucian. φιλῶ τέκνα ἀλλὰ πατρίδ' ἐμοὶ μᾶλλον φιλῶ. *Plutarc.*
Amo liberos at patriam plùs amo meam.

Sal patriæ pluris faciendus eſt quàm peregrina menſa. *Æſchines Græcus.*

ὁ τῆς πατρίδος καπνὸς λαμπρότερος ἐφάνη μοι παρ' ἄλλοις πυρός. *Lucian.*

Patriæ fumus luculentior videtur igne alieno.

ἱέμενος τὸν καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι ἦς γαίας. *Homer. de Vlyſſe.*
Exoptans oculis ſurgentem cernere fumum — Natalis terræ.

De eodem Cic. Patriæ tanta vis eſt ac tanta natura, vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam, ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.

Item Ouid. eodem modo. Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat
Fumum de patrijs poſſe videre tocis.

—— ἀναγκαίως ἔχει πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας, ὃς δ' ἄλλως λέγει,
λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει. *Euripides.*
Neceſſe eſt patriam vt ament omnes, qui verò aliter dicit,
Verbis ille gaudet (.i. *ſimulat ſe gaudere extra patriam*) mentem verò illic habet. i. *in patria.* *Patriæ Encomium ſcripſit Lucianus.*

Sylla dux Romanorum tam in ſuos quam in hoſtes furiosè ſæuiens, Prænestinorum plùs quàm 12. millibus occiſis, hoſpiti ſuo pepercit, & vita illum beneficij loco donauit. Hic verò cùm liberè reſpondiſſet, ὡς δὲ πόλει σωτηρίας χάριν εἰσεῖναι τῷ φωτὶ τὴν πατρίδα:

.i. nunquam ſe ob ſalutem ſuam gratias acturum homicidæ patriæ ſuæ, *mox ſe damnatis immiſcuit, & cum illis trucidatus eſt. Plutarch.* *Affine*, Mite domá.

Ozłocić by go. Odważyłbym go złotem. Złoty to człowiek, ſługá. &c. Hunc hominem decet auro expendi. *Plaut.* Huic decet ſtatuã ſtatui ex auro. *Idem. Magnus hic honor fuit.* χρυσῆς ἐν ὀλυμπίᾳ στάθηι. *Lucian.* Aureus in Olympia ſtato. *videlicet loco celeberrimo & inter illuſtres viros ſ. ſi hoc feceris.* Παιῶνίσμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομετρητὴν εἰς δελφοὺς ἀναθήσειν. *Plato.* Polliceor me ſtatuam auream æqualem tuæ ſtaturæ Delphis collocaturum.

Nunc te marmoreum pro tempore ponimus; at tu
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. *Thyrſis Virgilij Priapo dicit.*
Nunc te marmoreum pro ſumptu fecimus; at cùm
Auguſtus frater remeauerit, aureus eſto. *Auſonius imitatus Virgilium.*
χρύτεοι ἀμφότεροι κ' ἀναχείμεθα. *Theocrit.* Aurei ambo ſtaremus.

Simile illud Perſij. Præcipui ſunto, ſitque illis aurea barba. *Nam diis quos multùm venerabantur, aut à quibus aliquid ſperabant, auream barbam apponebant. vt Ioui apud Sueton. quam Dionyſius tyrannus iocabundus ei detraxit Lactantio teſte.*

Huc ſpectant illi modi loquendi. Non eſt carus auro contra. *Plaut.* Cedo mihi tres homines aurichalco contra cum iſtis moribus. *Idē. Apud eundē herus dicit ſeruo.* Auro contra cedo modeſtum amatorem, à me aurum accipe. Rſp. *ſeruus.* Cedo mihi contra orichalco cui ego ſano ſeruiam. *Certantes pignoribus ingenui deponebant aurum vel argentum, ſerui vero aurichalcum.*

Talento contra carus non eſt. *Idem Plaut.*

P

Pálcem go ſobié ludźié pokázuią. Wßyſcy o niem mowią.

In vtramq; partem hoc dictum vſurpatur, laudando vel vituperando.

Laudem & commendationem illa ſonant.

Monſtror digito prætereuntium. *Horati. de ſe.*

At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier: Hic eſt. *Perſius.*

Sumptum id eſt à Demoſthene, qui, vt ait Cic. illo ſuſurro aquam ferentis mulierculæ, inſuſurrantiſque alteri: ὅτος ἐκεῖνος δημοσθένης. hic eſt ille Demoſthenes, delectari ſe dicebat. *De eodem Laërtius ita ſcribit:*

Cùm hoſpites quidam Athenas veniſſent vt Demoſthenem conſpicerent, Diogenes. τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας, ὅτος ὑμῖν ἔφη ἐστὶν ὁ ἀθηναίων δημαγωγός. i. Medio digito (*infami*) extenſo, Hic eſt vobis inquit ille Athenienſium concionator. *notans eum & gloriæ auidum & malæ famæ.*

Lucianus item ait: Pulchrum eſſe, θαύσιμον εἶναι ἐν πλήθει καὶ δεικνυσθαι τῷ δακτύλῳ. inſignem eſſe in populo & monſtrari digito. Rufinus demonſtrans me.

Vides

Vides hunc inquit! Plinius eſt. *Plini. iunior de ſe.*
Martialis quoq; de ſe ait: Turba ſemper in omni Monſtramur digito.
Item. Hic eſt quem legis ille quem requiris
Toto notus in orbe Martialis. *Sed hæc vaniſſima ſunt omnia.*
Vera illa commendatio & indicatio eſt, quæ à Deo vel à diuinis viris proficiſcitur. vt: Hic eſt filius meus. Hic eſt propheta. Ecce agnus Dei. *& ſimilia in diuinis libris nota ſatis.*

Ad vituperium & contemptum illa pertinent.

Eecum adeſt communis corruptela noſtrûm liberûm. *Terenti. de patre indulgente.*
Ecce homo vorax & potator vini. *Matthæ. c. 11. de Chriſto improborum vox. Itemq; illa* Hic eſt, *vel* Nonne hic eſt fabri filius. *c. 13.*
Plurima illum à tergo ciconia pinſit. *ex Perſio. quod ſit digitorum motu.*
Vicina ſunt & illa: In ore eſt omni populo. *Ter.*
Per vrbem ſolus ſermo eſt omnibus. *Plaut.*
Omnibus in triuijs vulgatur fabula paſſim, *Catull.*
Populus illum ſibilat. *Ex Horatio.* V. Szydzą z niego.

Palec na kogo zakrzywić.

Eſt ridiculo aliquo geſtu, vt digiti inflexu, per contemptum vel per ludibrium aliquem lacessere aut irritare. Latini aliter hoc dictum efferunt. V. G. Minimo (*digito*) prouocare. *Horati.* Medium digitum porrigere. *Martial.*
Medium vnguem oſtendere. *Iuuenal.*
Sed aptiora ſunt huic loco illa Perſij, infrà, ſub Szydźić z kogo *poſita.*

Pámiatká wiécżna. Pámiatkę wiécżną zoſtáwić.

Immortalitatis & æternæ memoriæ ac gloriæ cupidiſſimos eſſe & ſemper fuiſſe ſponte naturæ omnes homines, omnia retrò ſecula teſtantur. Hic enim erat finis tot factorum inſignium, in vtramq; partem, etiam cum fortunarum & vitæ diſpendio. ob id ædificatæ vrbes, turres, pyramides, templa, coloſſi, monumenta. ideò pictæ & ſculptæ imagines, ideò ſcriptæ hiſtoriæ, libri, inſcriptiones parietum, nummorum, monumentorum. ob id ſuſcepti liberi & longa poſteritas expetita quæſitaq;. ob id incenſæ ædes, templa, ciuitates, ob id cædes inſignes factæ & vita vltrò proiecta, morſq; manu propria accerſita.
Quia enim omnes ſe morituros aduertebant, & immortalitatis capacem animum ſe habere ſentiebant, ſed veræ immortalitatis & gloriæ ignari erant; quoquo modo, vt poſt obitum in poſteritate vel in monimentis variis æternùm vt putabant durarent, quærebant.
Vide quid de ſe dicat Horatius.
Exegi monumentum ære perennius
Regaliq́ue ſitu pyramidum altius (*ſ. librum carminum*)
Quod non imber edax, non aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis Annorum ſeries —
Non omnis moriar, magnaq; pars mei, Vitabit Libitinam &c. Creſcam.
Dicar quâ, quâ &c. *Idem.* Non ego — obibo Nec Stygia cohibebor vnda.
Superbius etiam & impiè (ſaltem in ſua ſuperſtitione) Ouid. de ſua Metamorphoſi.

Iamque

Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas. &c.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, nomenque erit indelebile noſtrum.
Quaque patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perque omnia ſæcula famà — Viuam.

Modeſtius Plini. iunior: Beatos eſſe iudicat qui poſſunt aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda, beatiſſimos qui vtrumque. *Phryne meretrix Thebas reſtaurare ſuo ſumptu voluit cum hac conditione, vt inſcriberet muro ἀλέξανδρος μὲ κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη.* Alexander euertit, reſtituit Phryne *Rhodigin. Sed huiuſmodi cupiditate gloriæ immortalis & memoriæ apud poſteritatem, vel maximè arſit Cic. quod etiam ipſe de ſe epiſtola ad Luceium ſcripta, fatetur. & vt tacuiſſet, omnia propè alia ſcripta eius ſatis id teſtantur maximè Orationes, item Officiorū libri, Cato, & alij.*

Non poſſum hic tacere puerorum noſtratium literatorum morem, ab eadem cupiditate profectum. qui vagabundi nomen ſuum vbi commodum eſt inſcribunt vel exſculpunt in libris, parietibus, arboribus, ære campano templorum, in hunc ferè modum. HIC FVIT N. N. *Non procul hinc abit mos priſcus, quem apud Ariſtophanem obſeruauit Suidas nomina carorum inſcribendi parietibus arboribus ſolitu hoc modo.* Ὁ ΔΕΙΝΑ ΚΑΛΟΣ. i. N. pulcher. vel Iſte vel iſte *(nominatus)* pulcher eſt. *Sic Virg. ecloga 10.*

Certum eſt ——— teneriſque meos incidere amores
Arboribus, creſcent illæ creſcetis amores. *ad quem locum multos affert Cerda è Græcis & Latinis. Ad eum prope modum Æneas apud Virg. 3. Æneidos dicit:*

Ære cauo clypeum magni geſtamen Abantis
Poſtibus aduerſis figo, & rem carmine ſigno:
ÆNEAS HÆC DE DANAIS VICTORIBVS ARMA. *ſ. poſuit. Apud Plautum Curculio paraſitus ait:* Militem herum ſuum, curaſſe fieri ſtatuam auream ſolidam ſeptempedalem,
FACTIS MONVMENTVM SVIS. *quæ ibidem nugator recenſet. Hoc item titulo (ÆTERNITATIS, aut ÆTERNI) ornabantur docti & magni viri ac reges, hoc ſalutabantur. vt 2. Eſdræ 2.* REX IN ÆTERNVM VIVE. *3. Reg. 1.* VIVAT DOMINVS MEVS DAVID IN ÆTERNVM. *Itemq;* VIVAT REX SALOMON.

Sic Horat. Auguſto. Quæ cura — tuas Auguſte virtutes in æuum —
Per titulos memoreſque faſtos Æternet? ἀιωνίζειν.

In nummis item eiuſdem Auguſti erat ſculptum templum cum inſcriptione hac.
ÆTERNITATI AVGVSTI.

Hoc deniq; ſibi volebant Apotheoſes regum apud Perſas, & Cæſarum apud Romanos, qui peſſimos quoſq; principes in deorum numerum adulatoriè & vaniſſimè ac ſtultiſſimè referebant. qua de re ſcripſit Herodian. Plin. iuni. Suetoni. Tacit. & Seneca in Apocolocyntoſi, vbi rem hanc per ludibrium ſed quaſi ſeriò in Claudij Cæſaris exemplo & perſona deſcribens, deridendam omnibus legentibus propinauit.

Soſtratus

Soſtratus Gnidius architectus iuſſus à rege exſtruere pharum in Paretonio, nomen ſuum intùs in ſaxis ſculpſit, regis autem ſuti in calce foris ſuperſcripſit, ratus nomen regis breui cum calce perituru, ſuum verò æternùm manſurum. Lucianus auctor.

Sed vt ad dictum ipſum in capite poſitum redeamus, cauendum Chriſtianis ne id more Ethnicorum vſurpent dicentes: Relinquam nominis mei memoriam ſempiternam; neu gloriam humanam ſpectent & vocari ſua nomina optent in terris, nam hoc vaniſſimum eſt, & optima quæq; facinora inania reddit. Spectanda porrò eſt inprimis gloria Dei, tum patriæ vel Reipub. ſalus commodum aut ornamentum; atq; etiam ciuitatis & poſteritatis habenda ratio, non vt ab ea laueris, ſed vt exemplo tuæ virtutis aut doctrina illi proſis; ſed & opus ipſum, bonum ſit neceſſe eſt; & inſuper ipſe vſq; ad obitum virtutem & veram religionem colas.

Pámiątkę czyię zmieść.

Albo iudicum eradere. *Sueton.* E faſtis euellere. *ex Cic. qui ait:* Improbos & contaminatæ vitæ homines, quos monſtra veriùs & pecudes dixeris, è faſtis euellendos eſſe. *Idem.* Memoriam alicuius obliuione ſempiterna delere. obliuione poſteritatis exſtinguere nomen alicuius. Nõ parua litura ſed imis ceris eradere. *Hierony.* ἐξαλείφειν ἐκ τῶν καταλόγων. *Xenophon* Expungere ex albo.

τὴν μνήμην τινὸς παντελῶς ἀφανίζειν. *Philo.* Memoriam alicuius penitùs abolere.

Pámiętam to dobrzé. Nie nagorſza pámięć mam. Pamiętno to będźie. Pámiętliwy.

Trabali clauo figere beneficium. *Cic.* Adamante notaui *ex Claudiano.*

ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην μνημονικός. *Philoſtrat.* Supra Simonidem memor.

Is enim Pòéta Memoriæ artem ex locali ordine reperit, quod Cicero de Oratore teſtatur.

Mira ſunt quæ de Portij Latronis Oratoris memoria ſcribit Seneca in præfatione libri 1. Controuerſiarum, & ibidem de Hortenſij & Cyneæ memoria. Ipſe verò Seneca, (quod ipſe de ſe ſcripſit) 2000. nominum ab aliquo recitata ſtatim repetiuit, & ducentos verſus à fine incipiens. Vide ſi lubet ſtupendæ memoriæ adoleſcentis exemplum apud Muretum lib. 3. Variarum lect. c. 1. qui 36 millia verborum qualiumcunq; audita, ſtatim ordine recto, vel inuerſo, itemq; tertium quintum & deinceps verbum reddere poterat, Mureto ipſo auditore, eamq; artem alios docebat. Scripſère & recentiores aliqui (vt Raymundus Lullus Cornel. Agrippa) artem memoriæ, & ſunt ſcholæ vbi ea docetur, ſed diſcentibus valdè laborioſa & periculoſa tam animo quàm corpori. Quidam apud Senecam Pòéma alienum audiens, ſuum eſſe dixit, & mox recitauit, quod ipſe Pòéta non potuit.

Memoria matutina, *apud Rhodigin. pro firma qualis iuuenum.*

Memorem mones. *Plaut.* Obtundis tametſi teneo. *Idem.*

Satis fuit indoctæ, immemori, inſipienti dicere toties. *Idem* q.d. *qualis ego non ſum.*

Mora mera eſt monerier quæ memini. *Idē.* Potin' vt taceas? Potin' ne moneas?

Non ego cum vino ſimitu (*i. ſimul*) ebibi imperium tuum. *Idem.*

Quanquam ego vinum bibo, at mandata non conſueui ſimul bibere. *Idem.*

Memorem immemorem facit, qui monet quod meminit, teneo omnia.

In pectore condita ſunt, meditati ſunt doli doctè. *Idem.*
Etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo. *Terenti.*
Memini tametſi nullus (.i. *non*) moneas. *Idem.*
θᾶττον δ' πατρὸς ὄνομα ἕκαστος αὐτῶν ἐπιλάθοιτο. *Lucian.*
Citiùs nominis patris ſui quilibet eorum obliuiſceretur.
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo. *Virg.*
Scriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino. *Ieremiæ cap: 17.*
——— ἐγγράψῃ τι μνήμοσιν ἐλτοῖς φρενῶν. *Æſchyl.*
Inſcribere aliquid pectoris memori libro.
Sic locutus eſt & Pindarus. Et Cicero ait: Inſculpere in mente.
ἐν δακτυλίῳ φορεῖν εἰκόνα τινὸς ἢ ὄνομα. In annulo ferre effigiem vel nomen alicuius. i. *amare aliquem & eius ſemper meminiſſe. Nam antiqui in annulis ferebant eorum imagines quorum memoriam colerent, vt ſic eos cordi ſibi eſſe oſtenderent. ſiquidem à digito annulari ſiniſtro neruus ad cor pertingit. (quare is annulo ceu corona cingitur) Docent id Anatomici, inquit Macrobius, & præterea Ægyptij ſacerdotes, qui in hoc digito annulum, (fortè Dei imagine aut nomine ſignatum) ſacris operantes vnguentis odoriferis imbuebant. Cicero quoque Nonio teſte ſcripſit, Epicuri imaginem non modò in tabulis, ſed & in poculis & annulis ſculpere ſolitos veteres. Idem habet Plinius. Plura Alexander Neap. & Pierius. Addo Trebellium, qui in familia Macrinorum Alexandri M. effigiem viros in auro & argento, mulieres in annulis & omnibus ornamentis geſtaſſe ſcribit. addit idem Pateram electrinam effigiem eiuſdem Alexandri in medio, in circuitu verò hiſtoriam paruis ſignis ſculptam continentem, Romæ à ſe viſam.* Mnemoſynes è fonte bibit, *de eo qui memoria excellit. nam in Trophonio ſpecu erant duo fontes Lethes, obliuionis & Mnemoſynes memoriæ, qui è priori bibiſſet, memoriam amittebat, qui è poſteriori memoriam confirmabat. Rhodig.*
Crebro mihi cantilenam illam ſuam inſuſurrat Epimarchus, νῆφε (.i. *ſobrius eſto.*) *Cic. i. ſæpe mihi obuerſatur animo Epimarchi monitum, memini.*
Totum memoriæ dolium exhauſit. *Ammian. de Iuliano Apoſtata.* Pámietliwy.
——— Manet alta mente repoſtum. *Virgil.*
ἐκ εἰς τέφραν, οὐδ' εἰς ὕδωρ, ἀλλ' ἐν τῷ μαρμάρῳ ἐγεγλυφα.
Non in cinere, nec in aqua, ſed in marmore ſcripſi. *Huc ſpectat & illud Iſaiæ 49.* In manibus meis deſcripſi te. *Et Deuteron. 6. de decem verbis:* Scribes ea in limine & oſtijs domus: ligabis ea in manu, erunt ante oculos tuos. *Adde fimbrias palliorum ex l. Numer. c. 15.*

Pan dobry za oyca ſtoi.

ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. *Xenophon.*
Princeps bonus nihil differt à bono patre. *Cicero Q. Fratrem Aſiæ præfectum hortatur,* vt ſe Aſiæ parentem diei & haberi velit. *Seneca* Principem patrem patriæ dictum ait ob temperatiſſimā poteſtatem. *Sic libro 4. Regum c. 5.* Naaman ducem exercitus regis Syriæ, ſerui eiuſdem vocant Patrem. *Et in Captiuis Plauti Tyndarus (ſictus) captiuus ait nuntio ad patrem ituro.* Dicito patri ac matri,

Me hic

Me hic valere & ſeruitutem ſeruire huic homini optimo,
Qui me honore honeſtiorem ſemper fecit & facit.
Nam equidem, niſi quod cuſtodem habeo, liberum me eſſe arbitror.

Meritò Seneca epiſtola 47. laudat Lucilium comiter & humaniter ſeruos ſuos tractantem, eoſq; vocat contubernales, conſeruos, humiles amicos, familiares, quorum herus pater familias: eoſdem in ſermonem, in conuictum, in conſilium admittendos & menſæ herili adhibendos cenſet. Digniſſima non Ethnico ſed Chriſtiano auctore & lectore ſententia, & aduerte illum loqui, non de famulis noſtratium ſimilibus ingenuis, ſed de veris ſeruis mancipiisq; captiuis aut emptitiis. Similia leges apud Macrob. l. 1. Saturnal. c. 11. ſed pleraq; omnia ex Seneca verbis quoq; eius tranſtulit. addidit porrò inſignia ſeruorum & ſeruarum fidei ac beneuolentiæ in dominos exempla; item ingenii ac induſtriæ, per quam etiam docti & clari multi euaſerunt. Vide & dictum Homeri ac Xenophontis ſub Pánom nié trzébá nauki. *ὡς ἡδὺ δέλῳ δεσπότε χρηστὸν τυχεῖν. Philemon.* Seruum beatum cui bonus herus obtigit.

Pan ktory śie ſługi boi/ ten zá niéwolniká ſtoi.

Minùs eſt quàm ſeruus dominus qui ſeruum timet. *P. Syrus.*
δέλε ἐλάσσων δεσπότης δοῦλον δέων. A.

Pan vbogiego gdy ſpánuié/ iuż péwnié coś v niégo czuié.
Vlié dármo chłopká pan czéſtuié/ dobrzé to nedznik wnét poczuié.

Apud Plautum Euclio pauperem ſe fingens, diuiti Megadoro poſcenti ſibi filiam eius vxorem ait: Aurum huic olet. Dij immortales aurum quid valet!
Credo ego iam illum inaudiuiſſe, mihi eſſe theſaurum domi.
Id inhiat, ea affinitatem hanc obſtinauit gratia. &c. *Item.*
Nemini credo qui largè blandus eſt diues pauperi. *Item.*
Non temerarium eſt vbi diues blandè appellat pauperem.
ἄπιστε πένης πλουσίῳ θωπεύοντι. A Ne crede pauper blandienti diuiti.

Pan ſłudzé nié Mośćiwa/ nie Máſimośćia. Pácholek Jáś/ Stáś/ Jáśiek/ Janek.

πᾶς δεσπότης δέλῳ ἑαυτοῦ μονοσύλλαβος. Monoſyllabus herus omnis eſt ſeruo ſuo. .i. *vna ſyllaba vtitur ſeruum alloquens. vt, νὶ. ὰ.* Sic. Non. Hoc volo, ſic iubeo. *Iuuenal.* & noſtri, Słyß. Sám. Idź. Bieź. Stoy. &c. *Quin & nomina ſeruorum apud Græcos & Latinos paucarum ſyllabarum vel vnius vt & apud nos. Sic μῦς.* Mus. *ſeruus Epicuri.* Dauus. Dromo. *Terent.* Pax. Harpax. *Plaut. Item ſæpe victarum vel vilium gentium nomina, vt* Car, Thrax, Geta, Lydus, Syrus, Myſus, &c.

Contrà verò nomina dominorũ & principum polyſyllaba. vt Ariobarzanes. Nabuchodonoſor. Polypyrgopolinices, Polymachæroplacides &c. Ita ſunt Perſarum mores, nomina longa contortiplicata habemus. *Plautinus Perſa ficti miles loquitur. Apud Lucianũ* Simon *quidam* Simonides *vult dici longiori voce. Quocirca huic adagio: πᾶς δεσπότης δέλῳ μονοσύλλαβον. additur, τὸ δὲ ἰκετεύειν μακρόν.* Omnis herus

ſeruo monoſyllabus (.i. *imperioſus*) at ſupplicare longum. ſ. *ſupplicando dominis, multis & longa dictis ſerui & ſubditi eisdem vtuntur.* *Sic Prouerb.SS. c. 18.* Cum obſecrationibus loquetur pauper, at diues effabitur rigidè.

Cæterùm hoc adagium aliter & aptiùs ad noſtrum ſenſum, ſic cum Caſaubono efferes.

πᾶς δοῦλός ἐστι δεσπότῃ μονοσυλλαβῷ. Monoſyllabus hero ſeruus eſt omnis ſuo. *.i. verbo paucarum ſyllabarum ab hero ſuo compellatur.*

Simile quid eſt apud Oppianum & Columellam de Canibus, qui iubent eis imponi nomina breuia, nec longiora quam duarum ſyllabarum, vt ſunt: Scylax, Lacon, Alce, Nape, Thous, &c. *vt celerius illa & diſcant, & dum vocantur exaudiant ac percipiant & adſint, quæ eadem ferè eſt in ſeruis ratio.* ὀνόματος δὲν ἐπὶ χεῖρας φέρων. *Cratinus.* Ad manum nil fert nominis. i. *breue & leue habet nomen, cuius pondus manu vt exiguæ pecuniæ non ſentitur.*

Pan ſzczodrobliwy / ſługa życzliwy.

Seruos fideles liberalitas facit. *Plaut. in Suppoſitis.*

Φιλόφρονα δοῦλον κύριος δεσπότης ποιεῖ. *A.*

Pan z nędznika ćieſźki / nić, nośny. Szczęście gdy trafi na głupiego: wſzytkim go czyni nieznośnego.

Sowá gdy ziáſtrzebićić / wyżey niż Sokoł chcé látáć.

Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum
Cuncta ferit, dum cuncta timet; deſæuit in omnes
Vt ſe poſſe putent. *Claudian.* Fortunato inſipiente nil intolerabilius. *Cic.*
Nil inſolentius nouitio diuite. *Seneca.*
ἢ βαρύ φόρημ' ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων. *Æſchylus.*
Pondus graue nimis ſtultus & felix homo.

In ſeruili genere intolerabilem eſſe maſtigiam fortunatum, *dixit Seneca.*

ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας. *Dion.* Seruus vbi diues ſit, ſit intolerabilis.
Cùm ſurgunt miſeri nolunt miſeris miſereri. *Anonym. rhyth.*
τὸ γὰρ εὐπραγῆσαι παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ δι' κακῶς φρονεῖν ἀνοήτοις γίνεται. *Demoſth.*
Proſperitas præter meritum, occaſio inſaniæ ſtultis efficitur.

ᾧ δὲ θεὸς κακῷ ἀνδρὶ βίον καὶ πλοῦτον ὀπάσῃ,
ἀφραίνων κακίην δ' ἐνέπασε κάλεσεν. *Theognis.*

Si Deus malo viro victum & opes præbeat. Inſipiens malitiam nequit continere.

Affine Szláchćić nowy wtaz. Szczęście podnoſi.

Paná ſobie takiego chcé ſługá vczyni.

Vt ſerui volunt eſſe herũ, ita ſolet. Bonis, boni ſunt; improbi, qui malus fuit. *Plaut.*
ἀγαθὸν κακόν τε δεσπότην δοῦλος ποιεῖ. *A.* Bonum malumq; facit herũ ſeruus ſibi.

Páni bráćić. Páni ſwágrzé. *&c.*

Appellationes gratioſas à cognatione ſumptas, quibuſuis etiam ignotis, per officium & concilianda

conciliandæ gratiæ causa cõpellandis, Romani quoq; more nostro vsurpabant. Sic Horatius, instruens Candidatũ quemuis, quo pacto compellare debeat obuios ait: Frater, Pater adde,

Vt cuique est ætas, ita quemque facetus (.i. blandus) adopta.

Græci etiam hîc vsurpant cognatum vocabulum ἀδελφίζειν. .i. *fratris vel fraterno aliquem nomine compellare. Simile est illi Horatiano illud Homeri.*

πατρόθεν ἠδὲ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον. *Homer.*

Compellans patris ac gentis cognomine quemque.

Apud Plautum herus blandiens seruo suo ait: Dic vtrũ matrem an patrem te resalutem. *Apud eundem quidam ignotum hominem quem nominare non sciebat vocat* Hospitem. *Terent. dicit:* O noster. Domini *etiam nomen hîc vsurpabant. Sic Martial.*

Cum voco te Dominum, noli tibi Cinna placere,

Sæpe etiam seruum sic resaluto meum. *Et Seneca.* Obuios cùm nomen non succurrit, dominos vocamus. *Claudius item Cæsar conuiuas suos ad hilaritatem excitans,* Dominos *appellabat Suetonio teste.*

Pánom wielkiem mé trzéba náuki.

Dictum hoc, simile est illi. Bogátemu nié trzéba rozumu / *vtrumq; falsum & stultum: ortum habet ex stulta quorundam opinione, qui eruditione emolliri ingenia nec apta esse bello & iustitiæ auctoritatusq; tuendæ sentiunt. Ita Gothorum legibus cautum fuisse scribit Rhodiginus, ne literis reges imbuerentur, quod illis multùm è fortitudine & magnanimitate per has decedat, & effeminati ac timidi hoc pacto reddantur. quod latiùs exponit Suidas in Amalasyntha. Huc facit illud Senecæ de Claudio Cæsare dictum:*

Aut regem aut fatuum nasci oportere. *Item.* Tam fatuus vt regnare posset. *quòd sicut fatuus omnia pro arbitrio facit impunè, & tantùm risu spectantium excipitur, ita aliqui principes præsertim barbari & indocti, quorum illa vox est.*

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. *Et* Oderint dum metuant. *Ex eadem opinione profectum est illud Aristophanis,*

ἡ δημαγωγία γὰρ ἐστὶ πρὸς μουσικὴν
ἔστ' ἐστὶν ἀνδρὸς, ὃς χρηστὸς οὐκ τρόπους. i. Respublica nil ad musicũ & probum virum. *Vel.* Rem publicam moderarier non est viri
Qui Musicus sit ac probatis moribus.

Hoc dicto quidam apud Pòëtam hunc, refellit quendam recusantem principatum, eò quòd Musices ignarus esset. i. omnis liberalis eruditionis.

Ideò & Agrippina mater Neronis deterruit eundem à studio Philosophiæ, quòd vulgò id putaretur principatum gesturo inutile. Sic Neoptolemus apud Ennium, vt refert Cic.

Decreui *ait* philosophari, sed paucis. nam omninò, non placet. *Refutat id Cic. & Bisciola l. 3. c. 1. Et eadem est opinio politicorum nostri temporis.*

Huc facit dictum Aristippi apud Làërtium, qui carpenti se Dionysio & exprobranti quòd Philosophi limina diuitum tererent, non item diuites Philosophorum, respondit: Quia philosophi nôrunt quibus egeant, non item diuites.

Pánom wielkiem náuki trzebá.

Rex fuit potentiſſimus & opulentiſſimus Salomon, qui tamen à Deo optionem illi dante, nil aliud petijt quàm Sapientiam. 3. L. Regum. c. 3. Idem Sapientia L. c. 9. repetit. Et c. 6. aliis idem ſuadet, dicens: Si delectamini ſedibus & ſceptris, ô reges populi, diligite ſapientiam vt in perpetuum regnetis. *Item in Prouerbiorum eiuſdem libro c. 8. Sapientia dicit:* Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant & potentes decernunt iuſtitiam.

Olim etiam apud pleraſq; gentes cultiores, iidem erant reges & philoſophi ac etiam ſacerdotes & augures, quod multis declarat Philippus Boſquerus in Concione 8. de tribus Magis, è ſacris & profanis ſcriptoribus. Plato Ethnicorum ſapientiſſimus in optima Republica ſtatuit; ἢ τοὺς φιλοσόφους βασιλεύειν ἐν τῇ πόλει, ἢ τοὺς βασιλεῖς ἐκ δυνάστας γνησίως καὶ ἱκανῶς φιλοσοφεῖν, ὡς ἐις ταυτὸν ξυμπίπτη δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία. i. Vt, aut philoſophi imperent in ciuitatibus, aut reges & dynaſtæ legitimè & ſufficienter philoſophentur, vt in idem concurrant & ciuilis potentia & philoſophia. *Cicero Q. Fratrem præfectum Aſiæ inſtruens hanc ſententiam ita reddidit:* Plato tum deniq́ue beatas Reſpub. fore putauit, ſi aut docti & ſapientes homines eas regere cœpiſſent; aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina & ſapientia collocaſſent.

Homerus quoq; Regem vocat Paſtorem populorum, quare tantò prudentior eſſe debet populo, quantò paſtor ouibus eſt. vt etiam vult Ariſtoteles. Idem Poëta Vlyſſem vocat Mitiſſimum patrem. *Xenophon autem* Regem patrem bonum *appellat.*

Regis ſymbolum Elephas prudentiſſimus animalium *pictus ſimul* cum ariete, *quem ille nec aſpicere poteſt, vel cum ſue cuius vocem fugit. aries porrò ſtulti, ſus immundi ſymbolum. Hor—apollo. Apud Ægyptios item regis* ſymbolum ſceptrum oculatum. *Nam quod oculus eſt in corpore, hoc rex debet eſſe in regno. Item* vt ſol in cælo, ita princeps in populo illuſtrare omnia debet. Nullus eſt *inquit Vegetius* quem oporteat vel plura vel meliora ſcire quàm principem, cuius doctrina omnibus ſubiectis prodeſſe debet. Prudentia propria virtus principis eſt, *inquit Ariſtot. Hinc Plutarch. ſcripſit librum in quo docet in principe maximè requiri doctrinam, & quod Philoſophum inprimis cum principe degere oporteat.*

Seneca quoq; Philoſophum iubet capeſſere Rempublicam.

Sed ſatis ſit de re clariſſima & multorum ſcriptis illuſtrata, etiam recentiorum quorum tot iam libri exſtant de Inſtitutione Principis ſed cauendi Politici ſeu potius Pſeudopolitici.

Exempla ſi quis deſideret illuſtrium virorum regum principum ducum belli & magiſtratuum doctrina conſpicuorum non longè petenda ſunt, vel ſola Polonia, qua remotior à Muſis, & Martii ac barbaris gentibus vicinior habetur, tam multa ſuppeditabit, vt iuſto volumine recenſere ea neceſſarium foret, quod egregiè nuper præſtitit Rotgerus Liuon. in ſuo Cancellario. Vnum hic addere placet.

Alexander magnus teſte Plutarcho omnes diſciplinas & ſcientias vſq; ad Methaphyſica & medicinam ab Ariſtotele dedicerat. idem Iliada Homeri ab Ariſtotele correctam, ceu rei militaris magiſtram, cum pugione ſemper ſub puluino repoſitam habebat, vt ſcribit

Oneſicritus.

Oneſicritus. libros quoq; multos egregios ſecum circumferebat. & pretioſiſſimum ſcrinium è Darij opibus, Homeri operibus aſſeruandis deſtinauit. Idem Plutarch.

Pánom śie wßyſtko powodźi. Panom záwßé koſtká dobrzé padnié.

ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι!

Quam ad vota ſemper res cadunt felicibus!

τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

Felicibus ſunt & trimeſtres liberi. *Hic Senarius Græcus iactatus eſt Romæ cùm Liuia intra tertium à nuptiis menſem peperit Druſum. nam ſuſpicio erat ex vitrico per adulterij conſuetudinem procreatum. vt ſcribit Suetoni. ſiquidem trimeſtris partus inauditus eſt, ſeptimeſtris etiam & octimeſtris rarus, ſed noni menſis vſq; ad vndecimum frequentior & felicior, teſte Plinio. Scribit tamen Ferdinandus Mena in Hiſpania viſos fœtus vitales quinto menſe editos.*

ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ διὸς κύβοι. *Æſchylus.*

Semper cadunt feliciter tali Iouis. *Dicebantur verò Iouis taxilli, quando quis præfabatur iactui nomen Iouis, quod putabatur proſperum, vt & Veneris.*

ἀτρωτοί γε μὲ θεῶν παῖδες. *Pindar.* Deorum liberi inuulnerabiles.

Erici pileo venti obediunt. *Ericus rex Suecorum erat magiæ deditiſſimus, qui quocunq; vertebat pileum, inde ventus fauens Cacodæmonis opera ſpirabat. Olaus Magnus.*

Pánom śie wßyſtko zeydźié.

Pan choć co źlé vczyni / nikt go w tem nié obwini.

Inuidia ſummus ordo (Senatorius) caret. ſ. *etiamſi quid peccat. Cic.*

Homines nobiles ſeu rectè ſeu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo noſtro loco natus aſſequi poſſit. *Idem Cic.*

Aranearum telas valentiora animalia perrumpunt. *Anacharſis apud Valer. Maxim.*

Rete non accipitri nec milvio tenditur, ſed &c. *Plaut.* V. Tá vbogiego wßędy kápié.

——— ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα. *Theocrit.* In beato beata omnia.

Simile eſt illud Eccleſiaſtici c. 13. Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum eius vſque ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic?

θεῶν ἀγορή. *Heſychius.* Deorum concio. *In opulentos, quorum ſermones etiam ſtultiſſimi pro oraculis accipiuntur. Huc trahit Eraſmus illud Platonis.* Diuinum excipio ſermonem. *Vide* W dobry czás mowić.

ἀργύρῳ ῥηῶναι λαλοῦσιν. *Suidas* Argenti fontes loquuntur. *de ijs qui opibus nixi, audacter licet ſtolidè loquuntur, & à vulgo approbantur.*

Magnorum fluminum fontes nauigabiles. *Quintilian.* i. *præpotentum quantulacunq;, plus pollent, quam tenuiorum vniuerſæ opes.*

ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμοῦ ἀγαθῶν τε κακῶν τε. *Heſiodus.*

Eſt enim in his pariter ſita ſumma boniq; maliq;.

τί δ' ἐστ' ἀθηναίοισι πρᾶγμ' ἀπώμοτον; *Eupolis.* Quid eſt Athenienſibus lege vetitum? i. *potentibus.* *Rectiùs Antigonus dicente quodam,* Regibus omnia eſſe

esse honesta & iusta. *respondit:* ναὶ μὰ Δία τῶν τ βαρβάρων. ἡμῖν δὲ μόνα καλὰ, τὰ καλὰ, καὶ μόνα δίκαια, τὰ δίκαια. Per Iouem (*ita est*) sed barbaris (.s. *regibus*) nobis verò ea modò honesta, quæ honesta; & iusta, quæ iusta.

αὐτίκ' ἔπειτά γε μῦθος ἔλω, τετέλεσο τὸ ἔργον. *Plutarch.*

Mox vbi prolatum est verbum, factum ilicet exstat.

δεινὰς γὰρ ἕρπειν πάλιν πρός τε τἄβατα ⁊ πρὸς τὰ βατά. *Sophocles.*

Potentes sunt opes in repetando vel adeundo, tam accessa quàm inaccessa.

Quadrat apprimè & illud Iuuenalis.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas .i. *magna scelera, quæ plerunq; magnorum sunt, impunita relinquuntur, & parua tenuiorum puniuntur. Nam præcessit versiculus,* De nobis (*inopibus*) hæc tristis sententia fertur. *Vide Citharœdi dictum sub* Każdemu w swem rzemieśle wierzyć.

Confer. Mále złodźiéyki. & Wszystko śie iemu zeydźie.

Panom trudno prawdę mowić.

δεῖ τοὺς βασιλεῦσιν ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν. *Plutarchus.* Oportet cum regibus, aut quàm minimè, aut quàm suauissimè agere, colloqui.

Æsopus hoc dixit Soloni, cùm is à Cræso spretus est, eò quòd nimis liberè veritatem regi dixisset. Sed Solon melius respondit Æsopo dicens: μὰ Δία, ἀλλ' ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα. Non per Iouẽ, sed potiùs quam pauciſſimis aut quam optimè (.s. *agendum cum regibus.*

παρύσατις ἐκέλευσε τὸν βασιλέα μέλλοντα μὴ παῤῥησίας Δημοτικοῖς χρῆσθαι ῥήμασι. *Plutarch.* Parysatis (*mater Cyri*) iubebat eum qui regem liberiùs erat allocuturus, byssinis vti verbis .i. *blandis.*

Sic & Aristoteles monuit Callisthenem, vt cum Alexandro aut rarò aut iucunda loqueretur. Nam idem Rex Clitum sibi omnium carissimum interfecit, quòd multis audientibus eum reprehenderet. quod describit fusè Curtius. Meminit & Seneca.

At pater eius Philippus Macedo veritatem sibi dici facile patiebatur, cuius rei exempla aliquot affert Lipsius in Politicis exemplorum.

Diuites, *inquit Seneca*, cum omnia habeant, vnius rei laborant inopia: nam eis deest qui verum dicat. Et cùm in clientelam potentis peruenimus aut veritas aut amicitia amittenda est. *Rectè Demetrius Phalereus suasit Ptolomæo*, vt libros principi vtiles legeret, quod in ijs inuẽturus esset ea quæ amici suggerere nõ audent. *Malè cessit Præxaspi, qui Cambysen regem ebriosum temperatiùs vt biberet admonuit. siquidem is filium eius sagitta traiecit, vt scribit Seneca 3. de Ira. vbi Harpagi. Oebazi. Pythij & alia exempla affert.* Causam verò cur reges offendantur veritate, dicit esse *Seneca lib. de beneficiis tertio*, quia adulatoribus cincti sunt, quorum blandis fallacijs delectantur. τοῖς ἄρχουσι χαλεπὸν ἐστι σύμβουλον περὶ ἀρχῆς γενέσθαι. *Plutarch.* Difficile est imperantibus consilium de imperio dare .s. *quia pudet eos doctrinæ potentiam suam subijcere.* *Plato rogatus à Cyrenæis vt eis leges scriberet, noluit quòd* difficile sit rebus eorum lætis & felicibus existentibus, leges eis scribere, quibus felicitas reluctatur. *Plutarchus.* *Affine,* Prawdá kole w oczy. Prawdá pokorá / niema mieścá v dworá.

Pánow

ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. *Idem Homer.*

Quin in tecta abiēs, tua propria munia cura. Hoc ad te pertinet Ole. *Mart.*

μὴ τὸμὸν ἀλλὰ σὸν τὸ σὸν φῦλον σκόπει. *Plutarch.*

Non tu meum at tuum quoq; inſpicito genus. ſ. *obſcurum vel ignobile.*

Cura viris leuibus rerum ſolet eſſe nouarum.

Cura viris grauibus rerum ſolet eſſe ſuarum. *Mantuan.*

Huc affero illa Epicteti Græci Latinè reddita: Signa proficientis ſunt, neminem reprehendere, neminem laudare, neminem culpare, neminem accuſare; nihil de ſeipſo prædicare, quaſi aliquid ſit, aut aliquid ſciat. Cùm aliqua re impeditus fuerit, ſeipſum accuſat. Si ab aliquo laudatur, ſecum ipſe laudatorem deridet. Si reprehenditur, non ſe defendit. Omne deſiderium à ſe dependens habet. Affectu ad omnia remiſſo fertur. Siue ſtolidus ſiue indoctus habeatur, non curat. Deniq́ue vt inſidiatorem & inimicum ſeipſum obſeruat.

μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν, ἔχεις γὰρ οἰκίαν.

Ne mente maneas in mea, tuam habens domum. *Suidas ex Euripid. qui ait.*

μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν, ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

Ne pectore habites in meo, ego nam ſum ſatis. *vel* ſatis ero.

Tuam ipſius terram calca. *Ex Theocrito qui ait*: τὰν σαυτᾶ πατέων ἔχε τὰς δρύας.

Tuam (*terram*) calcans tene (*tuas*) quercus. *Plato indecorè ſe gerentes conſpicatus, abiens dicebat*: μή τοι ἆρ' ἐγώ τοιοῦτος; Númnā ipſe quoq; talis ſum? *Plutarc.*

Moſes abbas vocatus ad ſententiam in monachum reum dicendam, venit ſaccum arenæ in tergo geſtans, ſua peccata ea vocans, & ſic cæteros à ſeueritate auocauit. Marullus.

Affine, Pilnuy káżdy swego. Drugich opátruiéß. Pomierz śie swa piedźia.

Pátrz wésoło. Badź wesół. Nie tak kwaśno / ponuro.

θύε μὴ σκυθρωπῶς. *Laërtius.* Lita Gratijs. *dicebat Plato Xenocrati diſcipulo tetrico & ſeuero ſemper vultu, nulla hilaritate, affabilitate, lepore.* Exporrige frontem. *Terent.* Explica frontem. Diſcute nubem fronte. &c. V. Dobrey myśli.

Pátrzyć á nie záżyć / máta obradá.

Quid iuuat aſpectus, ſi non conceditur vſus? *Garner.*

τί βλέψαι τ' ὄφελος δ', ὃ μὴ ἐς' ἀπολαύειν; *A.*

Vide, Było ná co pátrzyć.

Páwié poyrzy ná swe nogi / gdy roztoczyß ogon drogi.

Diuitibus & felicibus hominibus, pauonis more ſeſe circumſpectantibus, præcipiunt viri ſapientes reſpicere ſubtùs latentia mala, finemq; diuitiarum, qui inſtar pedum pauonis plerunq; turpis eſt. Nam pauo pulchritudine caudæ ſuæ oblectatus, vbi pedes inſpicit, erubeſcit & aſperè vociferatur, quòd reliquo corpori ſimiles non ſint. Sic Philes de illo ſcribit:

πτεροῖς ὁ ταὼς γαυρεῖται πολυχρόοις &c. &c.

ζυσέλλεται δὲ καὶ καταστᾷ τὸν τύφον

ὁρῶν ὑποδῆς ἐν ῥυπίδων σοῦ πόδας .i.

Pauo pennis ſuperbiens variegatis &c. &c. Contrahitur ſeu triſtatur & deponit ſuperbiam, Vbi conſpicit deformes rugis pedes. *Addit Epiphanius illum ideò clamare. & Petrus Aponen. Cardanus item, & Auctor de Natura rerum, qui ait: Pauonem etiam noctu ideo clamare quod ſe putet ſuam pulchritudinem amiſiſſe. Caudam verò expandere dicitur oblectationis ſuæ cauſa, item cùm ſpectatur & laudatur ab hominibus, item cùm ſe refrigerare vult (Philes) deniq; cum libidinem ſentit (Columella) quodſi negligatur vel reprehendatur, demittit (Oppian.)*

Huc illud Auſonij: Fortunam reuerenter habe. &c.

τὰ ἄλλα περιγνῶθι. *Theophraſt.* Alia *(circa te poſita)* conſidera, *non ſola quæ oblectant & extollunt: nam ſic pauonis more caudam demittes.*

Olim hoc mandatum eſt homini primo Geneſ. 3. γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Terra es & in terram abibis ſeu reuerteris. *quod Eccleſia ſolenni ritu adhibito quotannis ſingulis hominibus inculcat, dicens*: Memento homo &c.

Idem documentum etiam Ethnici variis modis inculcabant. vt Romani ſuis Conſulibus. de quo more ſic Tertullian. Hominem ſe eſſe triumphans ſublimiſſimo curru admonetur. *Suggeritur enim à tergo*: Reſpice poſt te. Hominem te eſſe memento. *Et Iuuenal. de eodem.* Et ſibi Conſul *(triumphans.)*

Ne placeat, curru Seruus portatur eodem. *Item Plinius*: Et cùm corona aurea ſuſtineretur à tergo, annulus tamen in digito *(ſerui eam tenentis)* ferreus erat, æqua fortuna, triumphantis & ſerui coronam ſuſtinentis.

Philippus rex vitiis Athenienſibus, ne ſucceſſu efferretur, conſtituit puerum qui ſibi mane quotidie occineret: Φίλιππε ἄνθρωπος εἶ. Philippe homo es. *Ælian.*

Δόξθεις νόον, γίνωσκε γῆν ναίειν ξείλιν. *Pythagoras apud Suidam.*

Cum effereris animo, cognoſce te peregrinam terram incolere.

Affine, Szcześćie odmienne. Znay ſie ſam. Człowiekiem ſie być pámietay.

Páznogieć ábo zanokćica legły / á noga wywiniona ábo złamána.

Cùm capiti mederi debeam, reduuiam curo. *Cic.*

περὶ τῆς παρωνυχίας μεμφέσθαι, ὁ τῷ μείζονι ἐνοχῷ κακῷ. De reduuia queritur, maiori obnoxius malo. *Ex Plutarcho, apud quem quidam hepaticus conſuluit medicum de vitio vnguium: medicus verò, ex aſpectu alium eius morbum maiorem cognoſcens, ait*: Nihil tibi periculi eſt à reduuia, ſed grauius intùs vrget malum.

Pétnić ábo ſpétnić / wiéle pić / nie wielka chwalá.

τίς δ' ἀρετὴ πίνοντ' ἀπροίνιον ἆθλον ἐλέσθαι; /

πολλάκι τοι νικᾷ καὶ κακὸς ἀνδρ' ἀγαθόν. *Theognis.*

Quæ virtus vinum potando præmia ferre? *vel*, vincere quenquam?

Vir malus hîc ſæpe vincere ſæpe bonum.

Hanc tamen laudem iactabat Darius rex, cuius ſepulchro inſcriptum erat epitaphium hoc. ἠδυνάμην οἶνον πίνειν πολὺν, καὶ ἔτον φέρειν καλῶς. Potui bibere multum vinum, & hoc benè ferre. *Athenæ.* *Fuêre & alij non pauci qui multum*

multum bibentes vinum, ebrietatem non ſentiebant, & ad negotia conſueta idonei erant, vt Alcæus, Ariſtophanes, Cratinus, Anacreon, Poetæ. L. Piſo, Bonoſius, Phago.
De talibus licet illud vſurpare. τὸν ἀμέθυσον ἔπινε. Amethyſtum bibit. *Amethyſtus vitis eſt, è qua vinum temulentiam non inducit, vt vox ipſa Græca ſonat. Columella.* Inerticulam *eandem appellari ait idem, quòd iners & innoxia ſit neruis. Eſt etiam gemma eiuſdem nominis & effectus, ebrietatem nempe arcens, apud Plinium, & Ariſtotelem. Diotimus Athenienſis per probrum dictus eſt* Infundibulum, *quod infundibulo in ore poſito vinum infuſum abſq; interuallo biberet. Athenæ.*
In certamine potationis ab Alexandro M. inſtitutæ, vnus & 40 vino læſi periére, victor verò accepta corona triduò tantùm ſuperuixit. Plutarch. Egregiam laudem & præmium! Damnatur apud prudentes ſcriptores etiam Ethnicos πολυποσία, *cùm magnis poculis, &* ἀκρατοπότι *Græco vel Scythico adeoq; barbaro more bibitur, atq; etiam certatur. qua de re vide ſi lubet plura in 1. Tomo ſub* Piie przé zdrowie. *Rectè obſeruauit Plutarchus potum auidè & copiosè haustum, ſtatim in veſicam labi, (torrentis inſtar) ſenſim verò (inſtar pluuiæ minutæ) remanere in ventriculo & cibis permiſceri. Ideò Paraſitus Plautinus Saturio, ius vult habere craſſum inſtar collyræ, quod non in veſicam ſed in ventrem eat.*

Péwna nowiná / bywßy láto / bedźie zimá.

Æſtatem autumnus ſequitur pòſt acris hyems fit. *Ennius. Priſcian.*
Diuinum hoc decretum eſt Geneſis 8. Cunctis diebus &c. æſtas & hyems nox & dies non requieſcent. *Dictum Polonicum nil habet peculiare præter rhythmum.*
Poteſt & allegoricῶs vſurpari, de perpetua rerũ viciſſitudine, & præſertim de rebus aduerſis & triſtibus quæ proſperis & lætis ſuccedunt. V. Vlié záwßé bedźié láto. Wéſele w plácz.

Péwna to. Jakbyś na to pátrzył. Ták to péwna/ iák to ſtońcé świeci. Prawdá ßczera.

αὐτὸς ἔφα. i. Θεὸς. Ipſe dixit. ſ. Deus. *Pythagoras ſic fidem ſuis dictis faciebat.*
Certiora hæc ſunt illis quæ ad Sagram acciderunt. *Cicero. Sagra eſt fluuius Italiæ, quæ magna Græcia dicitur, iuxta quem Locrenſium 10 millia, profligarunt Crotoniatarum 130 millia, & eodem die rei geſtæ nuntius Olympiam Spartam Athenas Corinthum longiſſimo interuallo diſtantẽ peruenit.* ἀληθέστερα τ ὄπι σαγρα. ſ. γεγενημένων. Veriora ijs quæ ad Sagram geſta ſunt. *Strabo. Euſtathius, Suidas.* Arietinum oraculum: Iouis Ammonis (*qui forma arietis colebatur*) indubitatæ fidei. *Turnebus.* τὰ ἐπὶ κοτινίνῳ. ſ. λεχθέντα. *Ex Luciano.* Ad cribrum dicta. *nempe diuinantium. vbi religio & metus mentiri vetabat ſuperſtitioſos Ethnicos.*
Bacidis dictis veriora. V Wiáry godźien. Videre mihi videor.. *Cic.*
Aut erit aut non. *Horat.* O Laértiade, quicquid dicam, aut erit aut non.
Tireſias Vlyſſem alloquitur dicens ſe vera locuturum. Sic Homer.

ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκε, κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν.

Viuit is aut perijt, me dicere vana nefas eſt.

Sed ſic loquenti reſpondendum eſt, quod reſpondit Demipho Terentian. amicis quos conſulebat: Incertior (*nunc*) multò ſum quã dudum. *Aſſine,* Jáſna rzécz. Wiary godźien.

Pewnemu-ś zlecił. Wilką-ś do obory wpuścił.
Nic wßyſtko tám w célé bedźié.

Ouem lupo commiſiſti. *Terent.* τῷ λύκῳ τὴν οἶν .ſ. ἐπέτρεψας.
Vt mauelis lupos apud oues linquere, Quàm hos domi cuſtodes. *Plaut.*
O præclarum cuſtodem ouium vt aiunt lupum! *Cicer.* Agninis lactibus fugitiuam canem alligaſti. *Plaut. quæ & lactes deuorat & fugit duplici damno herili.*
Huic tu mandes ſi quid rectè curatum velis. *Terent. Ironia eſt.*
Ædepol mandatum pulchrè & curatum probè. *Plaut. Ironia ſimiliter.*
Ad mandata claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis (es) Promittebas, ego
Credidi me homini docto rem mandare, is lapidi mando maximo. *Idem.*
Ædepol fidei adoleſcentem mandatum malæ. *Idem.*
Crede huic tu te: ſuam iam meliùs rem geſſerit. *Idem.*
Bono ſuppromo & promo cella credita .i. *ſeruo vinolento. Idem Ironicῶς.*
Cuſtos ipſe cuſtode indiget. *Ex Iuuenali qui ait:* Sed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes? *Videtur tractum à Platone qui ita habet:*
γελοῖον γὰρ ἦν τ φύλακα φύλακος δεῖσθαι. Ridiculum fuerit cuſtodem (*Reipublicæ*) cuſtode indigere. Aurum monedulæ commiſiſti. *Cic. quæ auri argentiq; auidiſſima & faraciſſima eſt Plinio teſte.*
In agrum ſurcularium capras immiſiſti. *Ex Varrone.*
κακὸς πυλωρός. *Plutarch.* Malus ianitor. *Corinthij mali cuſtodes Iſthmi dicti ſunt, qui eam occupare Philippum permiſerunt*

Pewnéyßé oko / niż vcho. Pewney mierzyć / niż wierzyć.
Wole widźieć / niż ſłyßeć.

Acrior eſt oculorum quàm aurium ſenſus. *Quintilian.*
Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè ſciunt. *Plaut.*
Non placet cùm illi plùs laudant, qui audiunt, quàm qui vident. *Idem.*
Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem. *Idem.*
Manus vetat, priùs quàm penes ſeſe habeat, quicquam credere. *Idem.*
Oculatæ manus bonæ *Plaut ait:* Oculatæ noſtræ ſunt manus, credunt quod vident. Plùs homines oculis quàm auribus credunt. *Seneca.* Oculata fides. *Iuſtinian. cùm res præſens exhibetur.* Secundæ notæ teſtes, *vocat idem, qui vidiſſe ſe negant, ſed audiſſe tantùm aſſerunt.* ἡ ἀκοὴ ἡμῶν ἀμαθεστέρα τ ὄψεως ἐστίν. *S. Chryſoſtom.* Auditus noſter rudior vel craſſior eſt viſu.
τὰ ὦτα τ ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. *Herodot.* Aures minùs dignæ fide quàm oculi. *Vel* τ ὠτίων ὀφθαλμοὶ πιστότεροι. Viſus auditu fidelior. Oculis magis habenda fides quàm auribus.
Quadrat & illud M. Catonis. Frons occipitio prior .i. *certior eſt.*
ὁμμάτα τ ἀκοῆς δυσπειθέστερα, κ πλείονος δεόμενα ἐνεργείας. *Dio Chryſoſtom.* Oculi auribus difficiliores ad perſuadendum, & maiori indigent euidentia.
Aures alijs credũt, oculi ſibi, *Garner.* Credimus quæ coràm intuemur. *Gallorũ eſt.*

Per portam

Per portam corneam (.i. *per oculos*) vera ſomnia exeunt ab inferis ad ſuperos; per eburneam (.i. *per dentes*) falſa. *quòd ſæpe falſa ſint, quæ dicta ab alijs audimus, certa quæ ipſi conſpicimus. Seruius ex Homero & Virgilio.*

τῳὶ σπάρτην πρὸς τὸ λίθον ἄγειν. *S. Baſilius.* Funiculus lapidi admouendus. *vt ſolent architecti, non ſatis credentes opinioni, donec exactè videant.*

Abſque circino & regula nil rectè fit à Mathematico. *Carol. Bouillus.*

—— An tibi mauis Inſidias fieri, preciumque auellier ante
Quàm mercem oſtendi? *Horati.* Ad oculos migrauit ab aure voluptas. *Idem Horatius .i. malunt ſpectare ludos, quàm audire Pœtas.*

Affine, Oko páńſkie. Kto wiérzy/ ſwoim domiérzy. Bárźiey to czuiemy/ co widźiemy.

Péwnych rzéczy dla niépéwnych nié odſtępuy.

W nádźićie wiela/ mátá nie vpußczay.

Incerta pro certis ne captes, vel, ne mutes. *Ex Saluſtio.*

νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν, ἀέτειμα διώκει. *Heſiod.*

Stultus qui paratis relictis, imparata perſequitur.

Certa amittimus dum incerta petimus. *Plaut.* Spem precio non emas. *Ex Terentio.* Certis conſumptis ſperata non ceperunt & habita amiſerunt. V. Vićſtoi to zá to. *Canis Æſopicus, dum carnis, quam dentibus tenebat, imaginem in aqua arripere conatur, etiam veram carnem amiſit. Certa incertis poſthabens. Gabrias. Lupus canem dormientem cùm deprehendiſſet, polliccntem ſe breui in nuptias heri pinguiorem fore, dimiſit; & poſt aliquot dies promiſſum exigens, ab eo irriſus eſt. Æſopus. Gallinam ouis incubantem vulpes deprehendit; & roganti, ne ſe macram comederet, ſed expectaret dum pullus excluſis pingueſceret, reſpondit: Vulpes non eſſem, ſi ob ſpem incertam rem paratam relinquerem, quo dicto, eam deuorauit. Sic luſcinia ab accipitre capta, fruſtra ſe ſuauitate cantus & exiguitate prædæ excuſauit.*

Tranſuolat in medio poſita, & fugientia captat. *Horatius.*

Affine. Lépßa trochá péwnego. Dla ścießki gośćincá nić opußczay. Liſa w worzć. Co maß nić vpußczay.

Piatéł gośćié rozgania.

Dictum hoc videtur ortum. Vel à pio more veterum Polonorum, qui, nobis hac in parte religioſiores, die hac, qua cruciatus & mortem acerbam Domini noſtri Eccleſia ieiuna & mœrens recolit, nefas ducebant conuiuijs & compotationibus vacare; ſed omnem hilaritatem hac recordatione, ceu frigida offuſa reſtinguere, doloris inſuper alicuius ſenſu corpori adhibito, cuius ne pueri quidem teneri & innocentes expertes erant.

Vel à gulonum & bibonum ingenio, qui ſcientes ſe hoc die, pro pio patriæ more, parciùs habendos, aut etiam heluari hoc, inſtar aliorum dierum erubeſcentes; facilè hoſpitium relinquebant, re ipſa quodam modo clamantes: Dies Veneris compotationibus & hilaritati inimica. *ſeu tanquam audirent illud ſimilibus dictum:* βύρσζε Κᾶρες, ἐκ τῶν ἀνθιστηρίων. Foras Cares. non amplius anthiſteria .i. *feſta, quibus ſerui, (qui plurimùm Cares erant) ad conuictum dominorum admittebantur, quibus finitis audiebant:* Foras Cares &c.

vel Romano more. Foras ſerui, non amplius Saturnalia. Ex Macrobio. Quadrat in hos *& illud Horatij.* Diffugiunt cadis Cum fæce ſiccatis amici Ferre iugum (ieiunij) pariter doloſi. *Vel deniq; dictum hoc, ortum potuit habere, ex attenuato vel euacuato penu & cellario patris familias. Nam pluſculis diebus in cella penaria & vinaria, etiam non malè inſtructa, parùm aut vix aliquid, hoſpites, multi præſertim & lauti, minimeq; (vt noſtri ſunt) parcentes, relinquunt. vt proinde dictum illud, Conuiuatoris partes agere & hoſpitibus moderationem inſinuare videatur, vt tandem tot diebus exhauſtam domum deſerant, & ceu mures è vacua in plenam aliam demigrent.*

Ad eum ferè modum Chremes Terentianus Heautont. A. 3. ſc. 1. cum Bacchidem cum ancillarum commitatu hoſpitio accepiſſet, in craſtino conquerens dicit:

Senſi. nam ei vnam cœnam atq; eius comitibus
Dedi. quodſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet.
Nam vt alia omittam; pitiſſando modò mihi
Quid vini abſumpſit? &c. Releui omnia dolia omnes ſerias &c.
Atque hæc vna nox, &c. *Sed lege totum elegantem locum.*

Idem. Actus 5. ſce. 1. dicit: Menedeme occidi; decem dierum vix mihi eſt familia .i. *victus alendæ familiæ. Calphurnius. Leuinus.* *Item.* Menedeme, mihi illæc verè ad raſtros res redit .i. ad ruſticum opus exercendum.

Atq; ego hanc meam tertiam dicti huius interpretationem confirmo experientijs paſſim obuijs, & nemini ignotis. Addo his inſignem Plauti ſententiam, quam poſui ſuprà ſub Goſć czeſty i długi. *& plura ibidem. Dictũ ipſum Polonicum, ſi quis forte cupiat eloqui Græco & Latinò ſenario, habeto.* ἕκτη (ſ ἡμέρα) ἀποχωρεῖν οἴκαδε κελεύει ξένους. *A.*
Domos abire ſexta lux iubet hoſpites. *Vel*
Abire Veneris lux iubet domum hoſpites.

Piątkowe śpiewánie/ niedźielne śniadanie/ rzadko na dobrezwyydźié.
Kto w piątek śpiewa/ ten w niedźielę płáczé.

Etiam hæc, qualia qualia ſunt, pietatem & reuerentiam maiorum noſtrorum erga dies aliqua religione contactos redolent. qua in re quam fuerint diligentes Ethnici Græci & Latini (mitto Iudæos) vel vnus Liuius leuiter inſpectus docet. vanè & ſuperſtitiosè fateor, ſed tantò magis pudeat veræ religionis cultores incuriæ & negligentiæ ſuæ in re eadem.

κυριακὴν ἀλγεῖ ὅστις ἕκτην ἥδεται *A.*
Luget Dominico qui hilaris eſt Veneris die.
Flebit Dominica qui canit Veneris die. V. Kto ráno śpiewa.

Płć po obiedźié. *Vide.* Spáć po obiedźié.

Płeczé abo płćki ráki. .i. Żaplonat śie od wſtydu.

ἐρυθρώτερος καρίδος ὀπῆς. *Athenæ.* Rubicundior aſſa ſquilla. *Ex cancrorum genere ea eſt.* *Similiter Eupolis ait:*

ἔχων πρόσωπον καρίδος μαλθακῆς.
Squillæ faciem habens punicani aut calcei. *Vicinum illud Horatij.*
Mordear opprobrijs falſis, mutemq; colores. *Et Virgil. licet de alia re:*

—Nam

—Nam ſæpe videmus Illius in vultu variòs errare colores.

Βάμμα Σαρδονικὸν. *Heſychi.* Tinctura Sardonia. *de iis qui ob verecundiam rubent inſtar purpuræ Sardoniæ celebris.*

Apud Iſaiam c. 13. de damnatis Orco capitibus dicitur, vt LXX. *habent:* τὸ πρόσωπον αὐτῶν ὡς φλὸξ μεταβαλεῖον. Facies ſuas inſtar flammæ immutabunt. *Vel vt Latina vulgata editio habet.* Facies combuſtæ vultus eorum. *Verùm non à verecundia ſed ab igne rubentes.* V. Czerwieni ſię.

Piéczony i warzony.

Idem ferè eſt quod Powolny. Cierpliwy. Oboietny. *Propriè tamen vſurpatur de ſeruo aut famulo vel quouis homine libero, qui ſponte ſe ſubiecit alteri:* & Digna indigna pati callet ac poteſt. *ſeu* qui benè fert ſeruitutem.

Item. Elixus & aſſus *rectè dicetur. Sic Plaut. Aſinaria.*

Quaſi piſcis itidem eſt amator lenæ, (*Datiuus eſt Communis*) nequã eſt niſi recens.
Is habet ſuccum, is ſuauitatem, eum quo vis pacto condias,
Vel patinarium (.i. *in patina cum iure elixo*) vel aſſum, verſes quo pacto lubet.

Alluſſit ad idem dictum apud eundem Pœtam in Moſtellaria ſeruus, qui plagarum metu ad aram confugerat, nec abſcedere volebat, hero enim ſarmenta & ignem circumponere parauit (nam vi abſtrahere religio & piaculum erat) iocabundus reſpondit:

Ne faxis, nam elixus eſſe quàm aſſus ſoleo ſuauior.

Piędźia mię odſtępuy.

Digitum *vel* Digitum latum. Digitum tranſuerſum. Vnguem latum. Vnguem tranſuerſum diſcedere *vel non.* Pedem nuſquam: digitum nuſquam .ſ. *abſcedam.* *Plaut. Cic.* Ne punctum quidem recedere. *Hieron.* *Hæc & ſimilia poſui in 1. Tomo ſub* Piędźia. *& ſub* Pilnuie *2. Vbi inſignis eſt locus è Pſeudolo Plautina.*

Piękło tám.

In Captiuis Plauti Tyndarus ex ergaſtulo eductus, cum Orco illam comparans ait:

Vidi ego ſæpe multa picta quæ Acherunti fiunt
Cruciamenta, verum enimuerò nulla adæquè eſt Acheruns,
Atque vbi ego fui in lapicidinis: illic ibi demum eſt locus
Vbi labore laſſitudo omnis eſt exigenda è corpore. &c. &c.

In Trinummo item ſeruus agrum herilem quem alienari nolebat, vituperans, dicit:

—— Acheruntis oſtium in noſtro eſt agro. &c.
Nam fulguritæ ſunt hîc alternæ arbores,
Sues moriuntur angina hîc acerruma,
Oues ſcabræ ſunt, tam glabræ, hem! quam hæc eſt manus, &c.
Hominum nemo exſtat qui ibi ſex menſes vixerit.
Ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt, &c. Hoſpitiũ eſt calamitatis. quid
Quamuis malam rem quæren, illic reperias. (verbis opus eſt?

De Latomijs Siculorum carcere. Seneca dicit: Latomiæ minimè lauta res eſt.

Piękne rzęczy piękrzyć. Rzęczy przez śio piękne piękrzydłá nię potrzębuią.

Ebur candefacere atramento poſtulas. *Plaut.*

Noua pictura vis interpolare opus lepidiſſimum. *Idem.*

Naturæque decus mercato perdere vultu (.ſ. *vis, vel abſurdum eſt.*

Nec ſinere in proprijs membra nitere bonis. *Propert.*

Vt natura dedit ſic omnis recta figura eſt. *Idem.*

Nam τὸ κάλλος, Φυσικὴ ζωγραφία. *Vet. Gloſſ.* Pulchritudo, naturalis pictura.

At nos —— Sincerum cupimus vas incruſtare. *Horat.* .ſ. *abſurdè.*

—— κάλλος ἐμοὶ μόνον ὁ δῶκε Φύσις. *Nazianz.* Pulchritudo mea ſola quam natura dedit. *Archidamus, cùm Dionyſius Siculus veſtes pretioſas filiabus eius miſiſſet, eas recuſauit dicens:* Vereri ſe, ne filiæ ſuæ tam ſplendido amictu turpes redderentur. *Plutarch. quòd naturalis pulchritudo ſine fuco pudicitiam & honeſtatem redoleat; luxus verò veſtium inhoneſtæ mentis ſignum ſit & intuentes ad inhoneſta prouocet.* ὑπὲρ πάσας ἔφυν ἀστράπτω. *Philoſtrat. de veſte Paſiphaës.* Super omnẽ irin ſplendet.

Piękne rzęczy przyiemne.

ὅτι καλὸν φίλον ἐστί, τὸ δ' ὃ καλὸν ὃ φίλον ἐστί,
ὅτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων. *Theognis.*

Quod pulchrum eſt gratum eſt, non pulchro gratia nulla,
Dictum immortali fluxit ab ore deûm.

καλὸν παρὰ τὸ καλεῖν, ὅτι πάντας ἐφ' ἑαυτὸ καλεῖ *Muret. è Græcis.* Pulchrum ab inuitando (*dicitur*) quòd omnes ad ſe inuitet. *Sed Græcæ alluſionis gratia verbis Latinis exprimi non poteſt.* φιλεῖ δὲ πρὸς τὰ χρυσᾶ πως ὁρᾶν. *Suidas.* Quiuis libenter intuetur aurea .i. *ſplendida, pulchra.*

Aliquis loco τὰ χρύσια *legit* χρήσια .i. *utilia diuerſo ſenſu.*

Pulchriorẽ fumus perſequitur. *Vide alio ſenſu poſitum. ſub* Zazdrość z cudzego dobrá.

Nil poteſt placere quod non decet. *Quintil. igitur quod decet placet.*

Horis conſecratum. *de re pulchra & iucunda. Nam horæ ſunt deæ pulchritudinis filiæ Solis Heſiodo: & Theocrit: ait:* ὡρᾶν πεπλῦσθαί νιν ἐπὶ κρήναισι λοκασᾷς. Horarum in fontibus ablutum dicas. *de pulchro poculo loquitur.*

Piękne rzęczy trudne.

δύσκολα τὰ καλὰ. *vel ut Plato* χαλεπὰ τὰ καλά. Difficilia quæ pulchra. Quid præclarum eſt quod non idem arduum? *Cicer.* ἀεὶ γὰρ τέχνη καὶ ἀρετὴ περὶ τὸ χαλεπώτερον. *Ariſtotel.* Semper ars & virtus circa difficilia verſatur.

—— πάντα τὰ ζητούμενα δεῖσθαι μερίμνης φασὶν οἱ ζοφώταλοι.
Cuncta expetenda egere ſolicitudine. Dixêre ſapientes viri.
Ardua per præceps gloria vadit iter. *Ouid.* V. Cnotá nię ná pięcu lega.

Piękné á daley nic. Piękny á niepożytęczny.

Piękny kwiatęk á nię pachnię / ſmáku nię pytay.

Luxurioſa vitis in frondes effunditur. *Columella.*

Vites

Vites quæ fructu carent, fronde luxuriant. *Palladius.*
Ad oculos magis quàm ad veſicam pertinet. *Varro* .i. Oblectationem habet ſine vtilitate. *Veſicam accepit pro marſupio, quòd ex veſica fieret.*
Salpa piſcis pulcher; at inſipidus. *Belloni. Geſner. ex Ariſtotele & Plinio.*
Vultu pulchro magis quàm venuſto. *Suetonius de Nerone.*
Poma Iudææ (*iuxta Sodomam & Gomorrham*) *aſpectu pulchra, ſed leniter tacta, fuliginem effundunt. Solinus. Ioſephus.*
Inodora *apud Herbarios eſt viola grata aſpectu, odore nullo.*
τῇ κυπαρίσσῳ ὅμοιον. Cypariſſo ſimile. *Rhodigin. ex Plinio. nam hæc arbor aſpectu eſt ſpecioſa, ſed fructu deformi, folio amaro, odore violento, materie rara, nec umbra grata.*
ἀδώνιδος κῆποι. *Pauſanias.* Adonidis horti. *qui flores tantùm in teſtu breui vernantes ferebant.* *Effertur hoc & ſic:*
τῶν ἀδώνιδος κήπων ἀκαρπότερος: Adonidis hortis infructuoſior.
Pulchritudo ſine Gratijs. V. Vroda bez vkládnoſti.

Piekność w potrzébie niepożytéczna.

τὸ καλὸν ἐν κινδύνῳ ἀχρεῖον πέλει. *A.*
Eſt in periclis forma inutilis bona.
Nil pictis timidus nauita puppibus Fidit. *Horat.* ***Nam in tempeſtate picta nauis non prodeſt quicquam. ſiquidem vt Ouid. ait:*** Puppi
Inſilit, & pictos (*inea*) verberat vnda deos.
Et Horatij Nereus Paridi eleganter & delicatè compto, ait:
Nequicquam Veneris præſidio ferox Pectes cæſariem, grataque feminis
Imbelli cithara carmina diuides, &c. ſ. *inſtante tibi Pyrrho. Ex Homero id qui ait:*
οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' ἀφροδίτης.
ἥ τε κόμη, τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.
Non tibi proderit cithara, & Veneris dona, coma, forma, cùm in terram deiectus miſtus puluери fueris. *Ornatu ſplendido conſpicui in bellis magis cæteris periclitantur, quia ab omnibus hoſtibus maximè petuntur, vel ſpe prædæ, vel victoriæ è proſtratis ijs quos aut duces inſignes aut imperatores exercitus ex ornatu ſuſpicantur eſſe. Sic l. 3. Regum c. 22. Ioſaphat ſplendidè ornatum Syri petebant, Achab regem putantes: & Scæuola ſcribam Porſenæ pro rege occidit. Martialis.*
Vagina item aurata aut manubrium gemmatum nil iuuat pugnantem, ſi gladius hebes aut fragilis ſit. χρυσὸς ὁ κολεὸς ἐν μάχῃ ἀνωφελής. *A.*
Inutilis vagina prælio aurea.

Piekność zwierzchnia omylna. V. Nie wſzyſtko złoto co świeci.

Piekny-ś. *Ironicè.* Piekný ták koczkodan.

πίθων καλός. Pithon formoſus. *Vox puerorum ſimiolo blandientium. Ex Pindaro.* χαρίεις ὥσπερ νεκρός. *Ariſtophan.* Venuſtus cadaueris inſtar.
Plura habes ſub Szpétny.

Pielgrzymowanie wiele náuczy.

πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον.

Vagatio vitam reddit moratam magis vel prudentiorem.

Aliter. Plurima peregrè discitur prudentia, *vel* modestia. *Hinc illa laus Vlyssis apud Homerum.*

ὃς — πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Qui multorum hominum vidit vrbes & mores cognouit.

Eandem Horatius exemplo Virgilij transtulit ad Æneam, dicens:

Dic mihi Musa virum, captæ post mœnia Troiæ
Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

Pieniądzé licá nie maią.

τὰ χρήματα ἀδιάγνωστα. Pecunia dignosci non potest ex se. *Vide in 1. Tomo* Lice ż.

οἱ νόμοι *vel* νόμισμα τετυπωμένους οὐκ ἔχουσι. Nummi notam certam non habent, quia eadem nota omnes signantur. *Hanc vel illam pecuniam nemo dicere potest suam certò esse, sed marsupium cistam &c.*

Pieniądzé niczem nié traca. Każde pieniądze pachną.

χρυσὸς ὁθενοῦν πεπόρισται, εὐοδμεῖ πάλιν. *A.*

Aurum vndecunque sit paratum, olet benè. *Vide dictum Vespasiani simile sub* Zyść zkądkolwiek.

Pieniądzé okrągłe są/ toczą się. Wyda się rychło/ co się zębrało nié rychło.

Pecunia οἴχεται. *Plautus & Cic.* .i. *abit, perit.* Vapulat peculium, *Seruus Plautinus expendens prodigè pecuniam in conuiuium, loquitur.*

πλεῖστοι δὲ ὀλιθηρεῖς καὶ ὀλισθάδεις καὶ διαφευκτικοὺς, ἀδεμίαν ἀντιλαβὴν παρεχόμενοι βεβαίαν, ἀλλ' ὥσπερ ἐγχέλεις ἢ ὄφεις διὰ τῶν δακτύλων ὀλισθαίνουσι οὐκ οἶδα ὅπως. *Lucian.* Diuitiæ leues & lubricæ & retentu difficiles ac fugaces, nullam ansam certam qua prehendantur habentes, sed instar anguillarum vel serpentum inter digitos nescio quo modo elabuntur.

ὥσπερ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾴδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα. Velut echinum capere vtcunque facile est, retinere difficillimum; sic & pecunias. *Apud Rhodigin.* χρήματα συναγείρασθαι χαλεπὸν, χαλεπώτερον δὲ φυλαχθῆναι τυχεῖν πεφυκέναι. *Anaxagor.* Pecunias congerere facile est, difficillimum verò easdem custodire. Pecuniã qua via iuerat (*al.* venerat) eâdem semita reuertisse. *Cic.* Consit (.i. *conficitur, consumitur pecunia tam*) citò, quàm si tu obijcias formicis papauerem. *Plaut. quæ repente illud distrahunt. Cito quàm: pro,* citiùs quàm, *vel tam citò quàm, vel citò quasi si.*

Nisi tu immortale rêre esse argentum tibi. *Idem.* i. *quod vsu absumi nequeat. Potes etiã dicere ex Suida:* Non est hic Paseris semiobolus. *de quo vide* Nieprzebierzeb.

Pieniądzé wiele mogą/ abo/ wszędy miésce máią. Wszystkiego dołażą.

Miészk pan, Złoty orzét wszędy doléci.

Pecuniæ

Pecuniæ obediunt omnia. *Eccleſiaſtæ c. 10. Vel vt LXX. interpr. habent:* ὁ ἀργυρίῳ ταπεινώσει ὑπακούσεται τὰ πάντα. Argenti vilitati obedient omnia. *Symmachus autem ibi legit:* ἀργύριον δὲ εὐχρηστήσει εἰς πάντα .i. Argentum autem pecunia vtilis erit ad omnia.

Pecunia ingens generis humani bonum. *Seneca è Gracis.*

τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι ἁμιώτατα,
δύναμίν τε πλείστην τ' ἐν ἀνθρώποις ἔχει. *Euripides.*

Mortalibus nil carius pecunia. Et inter homines vna plurimùm valet.

χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. *Heſiod.*

Pecunia namque eſt anima miſeris mortalibus.

ἅπαντα τῷ πλεῖν γάρ ἐστ' ὑπήκοα. *Ariſtophan.*

Namque obſequuntur omnia penitùs opibus.

χρυσὸς γὰ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς. *Euripid.*

Vel mille dictis præſtat aurum apud homines.

Dij immortales obſecro, aurum quid valet! *Plaut.*

Scilicet vxorem cum dote, fidemque & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat. *Horat.*

χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, καὶ ἅδ' πύλας. *Menander.*

Aurum recludit cuncta, & Orci limina.

Nihil eſſe tam ſanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit. *Cic. Simile eſt Oraculum Apollinis Philippo redditum.*

ἀργυρέοις λόγχαισι μάχου & πάντα κρατήσεις. (*al.* νικήσεις, *non rectè.*)

Argentèis haſtis pugna, ſic omnia vinces. *vel* ſic cuncta tenebis.

Philippus omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modò aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere. *Cic.* Hoc verò eſt καπηλεύειν τὸν μάχλον *apud Æſchylum.* & Cauponari bellum *apud Ennium.* i. *hoſtem donis corrumpere. vel ab eo corrumpi, quod Pyrrhus recuſat apud Cic. ex Ennio.* Non mi aurum poſco &c.

Pecuniæ peruia omnia, auroque vel adamantinas perfringi fores *ſcribit Apulei.*

τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σοφίαν νικᾶσθαι χελώναις. *Pollux.* (*neſo.*

Vincitur à teſtudinibus Sapientia, Virtus. i. *à pecunia teſtudine ſignata in Pelopo-*

ἀ φιλοχρηματία σπάρταν ἕλοι ἄλλο ἢ ἀδέν. *Oraculum.*

Nil capiet Spartam niſi fors auri vna cupido.

Aurum per medios ire ſatellites Et perrumpere amat caſtra, potentiùs
ictu fulmineo. *Horati. oda 16. l. 3. vbi plura in eandem ſententiam habet.*

Videte quæſo quid poteſt pecunia! *Plaut. ſ. vbi dives factus ſum, nactus ſum protinus amicos. Apud eundem ſeruus tribus nummis conductus ad ſingendum ait:*

Argentum hoc facit.

Pecuniosum quamuis ſit nocens, neminem damnari poſſe, *ait Verres apud Cic.*

ὡς μέγα δύναθ' οὗτος πανταχοῦ δύο ὀβολώ! *Ariſtophan.*

Quam magnus eſt binis vbique obolis valor!

χρυσᾶ λαλεῖν πᾶς ἀπραξίαν λόγος,
πείθειν γὰρ οἶδε, κἂν πέφυκε μὴ λέγων. *Nazianzen.*

Auro loquente oratio omnis inefficax,
Suadere nouit enim, licet nequeat loqui. Tinnulæ rationes facillimè perſuadent. *Eraſm.* Dowody ſrebrne/ ſydowſkie namocnieyſze.

τ' ὀβολὸν ὑπὲρ τοὺς θεοὺς αἴρουσι. *Nazianz.* Obolum ſupra deos extollunt.

——— Quidã memoratur Athenis Sordidus ac diues populi contemnere voces,
Sit ſolitus: Populus me ſibilat! At mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca. *Horat.*

——— Quid enim ſaluis infamia nummis? *Iuuenal.*

Idem Satyra 5. fingit diuitem quempiam in cœna bene tractantem Trebium quendam vilem ſed pecuniosum & orbum, ac miniſtro menſæ dicentem:

Da Trebio, pone ad Trebium, vis frater (*Trebium alloquitur*) ab ipſis.
Ilibus? (*inter coxã & ventrẽ caro eſt Celſo*) O nummi! vobis hũc præſtat honorẽ.
Vos eſtis fratres. &c. *Idem de ſeruis & libertis beneficio pecuniæ ad alta euectis agens, alloquitur diſpenſatorem:* Da Prætori, da deinde Tribuno,
Sed libertinus prior eſt. prior, inquit, ego adſum &c. ego poſſideo plùs
Pallante & Licinis. (*Pœta indignans ironicẽs reſpondet.*) Exſpectent ergo Tri-
Vincant diuitiæ, ſacro nec cedat honori (buni,
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis (i. *cretatis. nam ſeruorum tranſmarinorum pedes creta colorabantur, teſte Plinio.* Gypſatos pedes hos vocat. *Ouid.*)
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum Maieſtas &c. *Hæc Iuuenal.*
Pecunia omnium dignitatem exæquat. *Cic.*
τὰ χρήματα νεῦρα πολέμου. *Demoſthen.* Pecuniæ nerui belli.
Sic Cic. Vectigalia neruos Reipub. vocat.
T. Quintius dux Romanus dixit: Philopœmenem ducem Græcorum habere manus & pedes ſed ventre carere .i. *equitibus & peditibus abundare, ſed pecunia deſici.*
νεῦρα δ' ἡγεμονίας τὰ χρήματα ἀεί ποτε εἶναι ἔλεγον. *Dion Nicæus.* Pecunias neruos imperij eſſe ſemper dixerunt.
Martialis l. 1. ep. 11. Petit Gemellus nuptias Maronillæ:
Et cupit, & inſtat, & precatur, & donat.
Adeóne pulchra eſt? immò fædius nil eſt.
Quid ergo in illa petitur & placet? tuſſis *vel* tuſſit .i. *breui morietur & diues eſt.*
Pecunia vel cum periculo quærenda eſt nobis. eſt enim effectrix multarum & magnarum voluptatum. *Cic.* τὸ νόμισμα τῇ ἐπῳδῇ ἴσον. Pecunia incantationi par. quòd omnia efficeret. *Demonactis dictum apud Lucianum.*
τ' ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς. *Antiphanes.*
Argentum & anima & ſanguis eſt mortalibus.
Bacchus & argentum mutat mores ſapientum. *Anonym. Rhythmic.*
Si te deficit æs, miſer es, nam pinguia non es. *Idem.* *Sed hæc omnia ex vſu & falſa vulgi opinione, non ex veritate & iudicio ſapientum dicta intellige. vt & illa ſimilia.* Bogáctwá wiele mogą. Podárki wiele mogą. Pienię

Pieniędzmi bogáctwy mądry władnie / głupi iem służy.

Diuitiæ apud ſapientem in ſeruitio, apud ſtultum in imperio (*ſunt.*) *Seneca.*

ὁ πλοῦτος (*vel* τὰ χρήματ') ἄφρονι μὲν ἄρχει, σοφῷ δὲ δουλεύει τρόπῳ. *A.*

Opibus obedit ſtultus imperat ſophus. *Vel.*

Stulto imperant ſapienti obediunt opes.

Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique. *Horat. ſed de ſe, idem ait.*

Et mihi res, non me rebus ſubiungere conor.

Pieniędzy pilniey niż cnoty.

Pieniądzé głupi we przod kładźie / nie przéſtáy ná iégo rádźie.

Stultorum dictum, vt & illud apud Horat. cum ironia prolatum.

O ciues, ciues! quærenda pecunia primùm. Virtus poſt nummos.

πλοῦτος δοτέον, ἀρετὴ δὲ ὅταν βίος ἐῇ. *Diogenian.*

Quærendus victus, virtus vbi victus abundat.

ὅταν τῷ ἤδη βίος ἐῇ, τότε δεῖ καὶ ἀσκεῖν. *Plato ex Phocylide.* Vbi iam alicui victus eſt, tum virtutem colat, exerceat.

Protinus ad cenſum, de moribus vltima fiet Quæſtio. &c. *Iuuenal.*

Sine me vocari peſſimum, vt diues vocer. *Seneca ex Euripide.*

οὐδεὶς ἐμοὶ ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. *Sophocles.*

Nullum puto eſſe cum lucro verbum malum.

Et genus & virtus niſi cum re vilior algâ eſt. *Horat.*

κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον. *Suidas.* Lucrum pudori præſtat.

Sic apud Terentium quidam Lenoni dicit. Non te pudet vanitatis? Rt. *ille.* Minimè, dum ob rem. *Et apud Plautum dicenti:* Promiſiſti. Rt. *Leno.* Qui promiſi? M. Lingua. L. Eadem nunc nego.

Dicendi, non rem perdendi gratia hæc nata eſt mihi.

πλοῦτε πατὴρ κάλλιστε καὶ ἱμερόεντατε πάντων,

ζωὸς σοὶ ἐσθλὸς ὢν γίγνομαι αὐτὸς ἀνήρ. *Theognis.*

Plute pater pulcherrime & optatiſſime diûum,

Tecum qui malus eſt mox bonus efficitur. *Meliùs Saluianus,*

laudat eos qui ſparſis nummis redimunt crimina .i. contemptis pecuniis in vitia non incidunt.

Pierwey ſiłki niż pukli.

Tonitru imbrem antecedit .i. *priùs verba & minæ, quàm verbera adhibenda ſunt.*

Sic Socrates cùm vxor eius poſt maledicta, aqua ipſum perfudiſſet, amicis iocabundus dixit: Nónne hoc futurum dixeram, ὅτι Ξανθίππη βροντῶσα καὶ ὑδωρ ποιήσει; quod Xanthippe tonans & aquam dabit?

Alioqui etiam plerumq; tonitrua imbres præcedunt. ideoq; inquit Seneca. huiuſmodi tonitrua imbris venturi prænuntia ſunt. *Sed inſuper*

Plerumq; priùs tonat quam fulminat. Nec ſemper poſt tonitru fulmen erumpit vt ſcimus, & idem Seneca docet. additq; omnia antequam feriantur fulmine, intremiſcere vibrante vento,

vemo. Item. Discant hoc, *ait,* ij qui magnam inter homines potentiam adepti sunt, sine consilio ne fulmen quidem mitti (*à Ioue.*)

Admonere (*viri sapientes*) voluerunt eos, quibus aduersus peccata hominum fulminandum est, non eodem modo omnia esse percutienda. *Hæc Seneca.*

βροντὴ πέφυκε τῷ κεραυνῷ προτρέχειν. *A.*

Plerumque tonitrua antè quàm fulmina sonant.

Huc facit apologus sub Vlépominánie *positus.* *Affine,* Vlič zárag do twárdých stow.

Pierwey mż śie gota ſplécié.

Vulgò ad celeritatem significandam vsurpatur & verum est, si de capillis adscititiis intelligas, quos quisq; momento temporis capiti aptare potest: alioqui aptiùs tarditatem vel id quod nunquam fiet sonabit, sic prolatum Vlédy śie gota ſplécié.

Pierwoſe kocięta zá plot.

Sic Columella de Canibus agens: Primus, *inquit,* effetæ (.i. *recens partum primum enixæ canis*) partus amouendus, quia tiruncula non rectè nutrit.

τὰ πρωτότοκα κύνεια πολ' ἀποβλητέα. *A.*

Reijculus primus fœtus est caniculæ. *Sed hic sensus historicus & proprius est. Paræmiaco autem sensu, dictum Polonicum vsurpatur de primis experimentis & successibus parùm prosperis & operibus artificum à coniectura & fortuna, à materia, & ab instrumentis pendentibus, quæ plerumq; imperfecta esse solent. vt in arte Medicinæ, in iaculandi exercitio, in ludis aleæ variis, talia item sunt Monetariorum Iconographorum Typographorum, & aliorũ similium ectypa quin Orationes & Pòémata tyronũ vt notũ est ex Cic. Quintil. Horat. de his rectè dicas:* τὰ πρωτοπείρων πλεονάκις ἀποβλητέα. *A.*

Reijcula primæ sunt opera experientiæ.

εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντά τι πράττειν κακῶς. *Suidas.* Consentaneum est aggredientem aliquid malè agere. Erroribus principia sunt obnoxia.

Pierwoſe potkanie rzeſkie / daley nic.

Gallica furia. *Italorum dictum de Gallis affert Vlpius & firmat ex Liuio, qui prima Gallorum prælia, plùs quàm virorum, postrema minùs quàm feminarum esse, dixit. De ijsdem Cæsar.* Vt ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus; sic mollis ac minimè resistens ad calamitates perferendas.

Notauit & Aristotel. nimiam Gallorum audatiam ponens eos inter ὑπερθαλλόντως θρασεῖς & θρασυδείλους .i. nimis audaces, & audaces cum metu.

Nota item est gallorum gallinaceorum natura, huic loco conueniens, *qui sunt pugnaces & initio pugnæ satis audaces: vbi tamen in conflictu se impares sentiunt; admodum timidi aufugiunt. Vide* Zwiéśił nos. Hippoceruus. *animal anterius equus, posterius ceruus, hominem initio ferocem, pòst timidum notat. Plerius qui hoc animal se vidisse scribit.* ἱππέλαφος: βρασὺς πρὸ ἔργου ἐστὶν ἐν πολλῷ κακός. *Eustathi.*

Ignauus ille est quisquis audax ante opus.

πάντα κανδὶ τλιῶσι. *Idem.* Omnia audent vel tentant ignaui.

κακὸς

κακὸς θάρρει μάλ' ἀπ' ἀρχῆς, ἔπειτα δὲ φεύγει. *Epicharmus.* Ignauus initio ferocit, mox fugit. Iouis Corinthus. V. *sub* Zwieśił nos.

Pierwße potknienie mieva odpuſczenie. Nie to kiedy raz.

Pierwßey omylki nie karzą.

Συγγνώμη τῷ πρωτοπείρῳ. *Diogenian.* Venia primò experienti.

Sic dices: Συγγνώμη τῷ πρῶτον ἁμαρτάνοντι. Venia primò delinquenti. *Vel.* Primus error veniam obtinet.

τῷ μὲν ἐν ἀρχῇ πεπτωκότι, Συγγινώσκομεν ἅπαντες, διὰ τὴν ἀπειρίαν. *S. Chryſoſtom.* Ei qui in principio lapſus eſt, ignoſcimus omnes, ob experientiæ defectum.

Prælio victus non bello, *vel* nunquam bello. *Lucil. de Populo Romano.*

τὰ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, παραβαίνεσι νομοθέται. *Theophraſtus.* Ea namque quæ ſemel aut bis accidunt, tranſeunt ſeu negligunt legislatores.

τὰ πρῶτ' ἁμαρτανόμενα Συγγνώμην ἔχει. *A.*

Errata prima facillimè veniam obtinent.

Noſtrates pædotribæ triuiales dicunt: Primò parcatur, ſecundò arguatur, tertiò ducatur.

Pierwßego targu nie opuſczay.

Mercatorum eſt dogma. Ne primus emptor vel licitator negligatur, eò forte quòd, vt in aliis, dimidium facti qui cœpit habet. Sed quid ſi primus is licitator exiguum aut mediocre ſatis pretium offerat? reſpondebunt forte: Compenſari poſſe ab alijs emptoribus quos primus aduocabit, & facile eſt ſenſim eleuare pretium, & præterea ſatius eſt mediocre pretium ſtatim accipere, quàm maius incertum non ſine diſpendio & mora moleſta diu exſpectare. Sed hoc intelligo de mercibus minoribus multis & minoris pretij. nam pro re magni pretij primò obuium quoduis pretium accipere, ſtulti eſſet.

τὸν πρῶτον ὦνον κ' ἀγόρασιν μὴ παραλίπῃς. *A.*

Primus tibi emptor placeat & licitatio.

πρῶτος ἀγοραστὴς ἐστιν ἀνιώτατος. *A.*

Eſt primus emptor auſpicatus maximè. *Affine eſt illud Perſij.*

Tolle recens primus piper è ſitiente camelo .i. *recens camelis aduectum piper eme, antè quàm pretium creſcat. Sed hoc ementi non vendenti dictum eſt.* Swieże kupie tąpay. *Diuerſa eſt vendentium induſtria apud Lucilium. qui ait:*

Sicuti cum ficus primus propola recentes
Attulit, & pretio ingenti dat primitu' paucos. Drogo ceń ná początku.

Pierwßy woyt mż tawnik.

ἡ πρῶρα τοῦ πρύμνης προτέρα. Prora puppi prior. *licet gubernator in puppi ſedens, proretà eſt dignior. Plutarchus primo Sympoſiaco in conuiuis diſponendis iubet ſeruari ordinem dignitatis perſonarum itemq; ætatis, virtutis, & ſimilium. additq; dictum Pauli Æmilij qui dixit:* Eiuſdem eſſe & armatam aciem quam maximè terribilem, & conuiuium quam iucundiſſimum inſtruere. *Apud eundem Ephori non aſſurgebant nec cedebant de via regi à quo creabantur, contra morem aliarum nationum.*

Tu maior

Tu maior, tibi me eſt æquum parere Menalca. *Virg.*

Apollonius Stoicus cùm ab Antonino Pio Imperatore ex Tiberiana domo ad palatium vocaretur, vt M. Antoninus ei in diſcipulum traderetur, reſpondit: Non magiſter ad diſcipulum, ſed diſcipulus ad magiſtrum venire debet. *Capitolin.* V. Stárßy godnieyßy.

Pieś gorßy co milczkiem kąſa.

μᾶλλον φοβητέος ἐστὶ λαθροδήκτης κύων. *A.*

Magis eſt timendus clanculùm mordens canis. *Iunius.*

Canem mutum & aquam ſilentem caue. *Gotfredus.*

——— ὀξύθυμος ῥέων φυλάκτωρ ἢ σιωπηλὸς σοφός. *Sophocles.*

Iracundum facilius eſt cauere quàm taciturnum aſtutum.

Simile eſt. Cichawodá. Milczy á zle broi.

Pieś ſtrożą domowy. Pieś dobry ſtoi zá hayduká.

ἔυπιστός ἐστι σωματοφύλαξ ἡ κύων. *A,*

Cuſtos fidelis corporis cuique eſt canis. *De hoc ſic Columella.*

Canis, mutus cuſtos. quanquam falſò dicitur mutus cuſtos. Nam quis hominum clariùs aut tanta vociferatione beſtiam vel furem prædicat, quàm iſte latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt vigilantior? quis denique vltor aut vindex conſtantior? &c. *que omnia inſignibus & multis exemplis comprobare locus iſte non permittit, habet talia Plutarch. Ælian. Plini. Cardanus. Geſnerus. Pierius. Ideoq; olim heroibus ſatellitum inſtar erant canes comites, vt apud Homerum Vlyſſi duo albi canes. apud Virgilium Euandro, apud Iunium Mithridati, & ſingulæ domus habebant canem cuſtodem ad limina, vt ſuprà ſub* Niégościnny *ex Plauto & Varrone docui. Quin Hermolaus Barbarus vetus prouerbium refert illud.* Cane carere turpiſſimum, & contemni domum, quæ canem cuſtodem non habeat. *Romæ Capitolij cuſtodes erant canes, vt ſcribit Cicer. pro Sexto Roſcio. Similiter Aratus Sycionius Achaorum dux arcì Acrocorinthi præſidiarios canes militibus adiunxit. Loco canum ſeruos quoq; catenis foribus alligatos docet Brodæus 4. Miſcellan. c. 3. Ouid. & Sueton.*

Sed & in bellis canum erat vſus, adeò vt integræ cohortes ex canibus conſtantes contrà hoſtem ante aciem opponerentur apud Cabaſtalenſes, Cymbros, Garamantes, Magnetes teſte Æliano, Plinio, Olao Magno. Et Prudentius ait: Miles Molоſſorum canis. Canum namq; omnium optimi habebantur Molоſſici. ex Epiro, nam hi erant corpore grandi, vaſtis faucibus, fortes & feroces oculis glaucis terribiles, clamoſi, odoratu acri & ſagaces, vt conſtat ex Oppiano, Lucret. Virgil. Horatius de Molоſſis.

Laconici Molоſſis prope pares, apud noſtros autem ſcriptores æquè celebres ſunt Canes Anglici, Hibernici, Scotici, de quibus mira ſcribit Hector Boëthi. & Olaus M.

φυλαξ τε φρατιώτης τε καλὸς ἐστιν κύων. *A.*

Cuſtodis inſtar militiſque boni eſt canis.

Eſt lingua medicus, dominoque fidelis amicus,

Ædes cuſtodit, fures latrandoque prodit. *Anonymus rhythmic. de Cane.*

Inter

Inter quadrupedes Canis fidelis. Inter quadrupedes Canis voluptas.
Inter quadrupedes Canis patronum Cognoſcit, veneratur, & tuetur. Ἄδηλον.

Piéśćiéł.

Mollis educationis ſymbolum eſt Cerigon fera Indica, *quæ catulos ſuos in mantica ſub vberibus pendente circumfert perpetuò vbera ſugentes, donec ipſi ad paſtum progredi poſſint P. Maffeius.* *Mollis item educationis periphraſes illæ ſunt apud Perſium, interprete Caſaubono;* Tenero columbo ſimilis. *Nam olim columbi inter delicias amantium erant & Veneri ſacræ aues, diligenterq; & delicatè alebantur. Theophraſt. Athenæ. Item.* Similis regum pueris, *quam τρυφερὰν ἀγωγὴν. M. Antonius appellat* .i. opulentorũ educationem. *Item Perſi.* Pappare minutũ poſcis. i. *labor tibi eſt cibum proprijs dentibus comminuere ſed manſum poſcis.* Manſum ex ore illi dandum eſt, *vel* ſibi dari poſtulat. *Ex Lucillio apud Nonium. De talibus Chryſoſtom.* τί τῦ φαγεῖν ῥᾷον; ἀλλὰ ὑπὸ τ̃ πολλῆς βλακείας πολλοὶ κὴ πρὸς τῦτο δυσχεραίνουσι. πολλῶν δ̃ ἀκοὴν λεγόντων, ὅτι κ̀ τὸ φαγεῖν κάμα Θ: Quid facilius eſt quam edere? ſed ob magnam mollitiem multi & hoc facere grauantur. multos enim audio dicentes, quoniam & edere illis fatigatio eſt. &c. μικρὸς ὁσὸς ἀεὶ πῶλ Θ: *Suidas. In eum qui verborum leuocinijs iuuenculus videri affectat. vel alium ita blandè & delicatè vocibus diminutis compellat.* Paruus ſemper tuus pullus.

Pijánicá wielki. Gebá v niego iák cholewá. Léié iák ná kámionke. Kufel mu pátrzy z oczu / ábo tkwi z geby.

Trulleus poſtomis huic ingens è naribus pendet. *Lucil. elide S in prima & ſexta dictione. Poſtomis autem eſt quaſi proſtomis Turnebo, tralatum ab equis ad potores.. Ex Vet. Cod. Douſa ſic legit.* Poſtomides huic ingentes de naribu' pendent. *Noſtri etiam dicunt:* W koniéw czyśćié trabi. Kad ábo dobrzé błkleńcé wytrzaſa.

οἱ πίνεσι μόνον βατράχων τρόπον ἐδὲν ἔδοντες. *Athenæus.*

Qui tantum potant ceu ranæ nil comedentes.

Συμποσίᾳ ναῦται κ̀ κυλίκων ἐρέται. *Idem.* Conuiuij nautæ & calicum remiges. ἀεὶ λεόντιοι περὶ τὰς κρατῆρας *Diogenian.* Semper Leontini iuxta pocula. ἀμφιβέτῳ πίνειν. *Heſychi.* Amphitheto bibunt .i. *ingenti poculo vtraq; manu tenendo.* Simile eſt illud *Athenæi.* Φρέαρ ἀργυρῦν .i. Puteus argenteus. *pro ingenti poculo bibonum.* Magnis poculis bibere heroum erat, *vt Herculis, quem ideò in poculo nauigaſſe fabula ſparſit, & Ptolomæi Philadelphi crater ſexcentarum metretarum capax, à ſexcentis viris curru ad conuiuium ducebatur. Virgil. item:* Crateras magnos ſtatuunt. Ad armillum (*al. ad armille*) rediens anus. *Plaut.* .i. *ad vas vinarium Feſtus.*

ἐκ ἀνθρώπε ἀλλὰ λν Θ πνεύμον Θ βίον ζῶντες. *Ex Platone & Syneſio.* Non hominis ſed pulmonis cuiuſdam vitam degentes. *De Pulmone marino Zoophyto illi loquuntur: ſed & pulmo animantium aliorum & præſertim hominum ſitientium liquore tranſeunte recreatur. Hinc illud triuiale:* Cantores amant liquores. Nam pulmones calefacti & ſiccati clamore, humectantur potu *Plutarch. 7 Simpoſiac.* ἐποκυβίζε-

θαι &

σαι & σκυθιστὶ πῖν Scytharum more bibere. ſeu ἀκρατοπεῖν, meraciùs bibere, *Et Scythæ ἀκρατοπόται dicti, quaſi meribibi. hinc* ἀκρατοποσία Σκυθικὴ πόσις. meracior potatio, Scythica potatio. ὁ κοτυλίζει Non edit ſonum epoto poculo .i. *totum exhaurit. ex Athenæo. Nam modeſtè bibentes aliquid relinquunt quod ſonum edat inuerſo poculo. ſed contra bibendi fallacias, excogitarant bibones legem, ne quid in poculo ad cottabum relinqueretur. Plinius.* Parthi quo plùs biberint, plùs ſitiunt. *Eraſm.* ἐκ πελλίδος πίνειν. *Hipponax.* Mulctro bibere. *intemperantiam & auiditatem vel copiam ſonat.* ἀκροκυλῶνες, ſeu ἀκρατοκύλωνες *Etymologo ſunt,* qui maxima pocula ad ſummum plena hauriunt. *Et* ἐπικυλωνίζεσθαι *Polluci.* eſt intemperantiùs bibere. Cothoniſſare *Eraſmo. Nouellius Torquatus dictus eſt Tricongius, quòd tres congios vno hauſtu biberit, ſpectante cum ſtupore Tiberio, nec leuatus eſt vomitione aut alia corporis parte, non reſpirauit, non exſpuit, nil in vaſe reliquit, nec titubauit ſermone, & pòſt, matutinas vigilias obiuit. Plin. Ciceronis Filius Bicongius eandem ob cauſam dictus. Idē. Plini.*

Diotimus Athenienſis dictus erat Χόαν, *i.* Infundibulum, *quia infundibulo ori appoſito inceſſanter infundebat vinum. Rhodigin. Bonoſius Tyrannus Romanorum, bibit quantùm nemo, ſemper ſobrius, etiam ex vino prudentior. & legatis barbarorum propinans eos inebriabat ac ſecreta cognoſcebat. de hoc Amrelian. dixit.* Non vt viuat natus eſt, ſed vt bibat. *& eo ſuſpenſo dicebatur.* Amphora pendet non homo. *Vopiſcus.* Æſtiue bibere .i. *largiùs, quòd æſtas ita requirat. Rhodigin.* Spongia bibacis typus. *Pierius.*

Bibonum vox: ἡμῖν δ' ἀλεῖσθω ἀεὶ μέθυ καὶ πόσις ἔστω. *Anthology. l. 2.*

Nobis lætificans vinū & potatio ſemper .ſ. eſt. *vel adſit. aut Noſtrū eſt.* μασχάλην ἄιρειν. *Heſychi. Polluci.* Axillam eleuare, *eſt bibere auidè & immodicè, nam bibones pocula euacuantes & inuerientes, manus cubitum eleuant ſic vt alæ pateant.*

Apud Plautum Simo herus Pſeudolo ſeruo ebrio dicit:

Credo equidem poteſſe te ſcelus Maſſici montis vberrumos quatuor
Fructus ebiberein hora vna. Pæt. PS. hiberna addito. *quæ breuior eſt quàm æſtiua, more veterum diem in 12. horas toto anno partientium.*

Apud eundem Euclio auarus nuptias apparans conqueritur de Megadoro dicens:

Qui mihi intromiſiſti in ædes quingentos coquos
Cum ſenis manibus &c. &c. præterea tibicinam
Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatit Corinthienſem fontem poteſt.

Item in Curculione anui vinoſæ dicit quidam. Tibi næ ego ſi fidem ſeruas mecum,
Vineam pro aurea ſtatua ſtatuam, quæ tuo gutturi ſit monumentum. *De eadem:*

Vindemia hæc huic anui non ſatis eſt ſoli. *& plura ibidem.*

Quis iſte fluuius, quem non recipiat mare? *Idem Plaut. de anu item multibiba.*

Martialis de Acerra —— In lucem ſemper Acerra bibit. *Item in Sextilianum.*

Sextiliane bibis quantùm ſubſellia quinque
Solus: aqua toties ebrius eſſe potes. *Item.*
Bis decies ſolus Sextiliane bibis .i. *20 ſeſtertiis conſtans vinum.*

Senecæ item de ebrioſis ait: Bibere & ſudare. (.i. *ſudore crapulam diſcutere*) vita cardiaci eſt. *Cardiaci autem ſunt, qui in ore ventriculi humores rodentes collectos habent, &*

ſudant

ſudant multùm, vnde ſequitur debilitas virium & pulſus exiguus ſæpe & defectio animi. quare aliqui cum cordis affectione & phreneſi hunc morbum confundunt. Ex Galeno Trallia-no &c. νῆς ἐν τῷ καπήλῳ. *Athena.* Animus apud cauponem. Mens vobis in caupona. V. Obżárty. περιάγει μυτὸν ὃν οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι. *Athena.* Circumfert poculum quod nec elephas ebiberet.

Pijánicá żaden mądry nié będzie. Pijaństwo mądremu bydzeniu odeymuié.

ὁ πολὺς ἄκρατος μικρὰ ἀναγκάζει φρονεῖν .i. *Multum vini, ſapere cogit parùm.* Qui bibere multùm vult, ſapere vult hic parùm. *Vel*

Vis bibere multum! ſapere cogeris parùm.

Sapientia vino obumbratur. *Plini.* οἴνῳ φρόνησις πολλῷ ἐπισκιάζεται. *A.* Vinum ſapientiam omnem expectorat ex animo. *Ennius apud Cicer. id de pauore dixit. recentiores ad vinum non malè accommodant.*

Ebrietas inſania voluntaria iucunda. *Rhodigin. ex Seneca.*

ἐθελοντὶς ἡδεῖ' ἐστὶ φρενοβλάβεια μέθη. *A.*

ἐις τὼ αὐτὼ πλάστιγξε τίθει τὼ μέθυ τὼ μανίᾳ. *Athenæus.* In eadem lance pone ebrietatem cum inſania. Hedera Baccho ſacra, *quia ut inſtar hederæ mentem colligat & ſui impotem reddit. Pierius.*

Vide Theognidis dictum ſuprà, ſub Brzuch tłuſty. *Eiuſdem eſt & illud.*

ἄφρων ἀνδρὸς ὁμῶς καὶ σώφρονος οἶνος, ὅταν δὴ
πίνηι ὑπὲρ τὸ μέτρον, κεὔφρον ἔθηκε νόον.

Inſipientis viri ſimul & ſapientis eſt vinum, *(ſed)* quando ſanè bibitur ſupra modum, leuem *(vitioſè, ventoſum, vacuum, inanem)* efficit animum.

Pijanemu świat abo wszystko w koło chodzi.

πάντα μεθυσκομένῳ δοκεῖ ἀνέμῳ κυκλοφορεῖσθαι. *A.*

Ebrius in circlum credit ſibi cuncta rotari.

Sic Iuuenal. de ebrio. —— Vertigine tectum

Ambulat, & geminis exſurgit menſa lucernis. *Et Horat.*

—— Vt ſemel icto Acceſſit feruor capiti, numeruſque lucernis.

Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas. *Virg. de Didone.*

Adijce incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipſa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum. *Seneca.*

τοῖς μεθύουσιν τὸ ἓν ὁρῶσιν, πολλὰ φαίνεται. *Ariſtotel.* Ebrijs vnum conſpicientibus, multa videntur. *Cauſam eſſe ait motum ſeu turbatum ſenſum affectus vt & caput à vino; quod etiam accidit, ſi foris prematur oculus aliter & diſtorqueatur. Idem etiam dicit Lucret. l. 4. ſed animum non ſenſum falli ait, contrà quàm Ariſtoteles ſenſit, ſed non rectè.* τετράκρας κεφαλὰς ἔχει. *Athena.* Quatuor capita habet, vel habere ſibi videtur ebrius.

Pijáńſtwem grzech wymawiać prozno.

Vulgaris purgatio criminis apud Comicos eſt ebrietatem cauſando. Sic apud Terent.

Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia. Humanum eſt. *Et Ouid.*
Nox & amor vinumque, nihil moderabile ſuadent. *Plaut. item ait:*
Quia iſtoc illecebroſius heri nihil poteſt,
Nox, mulier, vinum, homini adoleſcentulo. *Sed iſtis dicendum:*
Quod potu peccas ignoſcere tu tibi noli,
Nam nullum crimen vini eſt, ſed culpa bibentis. *Cato.*
πινόμενος, ζωντῷ μηδὲν ζυγκάθη κακὸν ἔργον,
ἄλλος ἐστ' ὁ πότης, ὁ δ' οἶνος ἀναίτιος ἐστι. *Mylius.*

Adde illud Virgilij, vel vt Ioſ. Scaliger vult, Feſti Auieni.
Compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum. &c. *lege totum.*

Pittacus crimen ebrij duplici pœna puniendum ſtatuit, Ariſtotele teſte.
Sic in Aululatia Plauti adoleſcenti crimen excuſanti & dicenti:
Ignoſcas mihi — quia vini atque amoris vitio feci. Rſp. *alter.*
Homo audaciſſime, Cū iſtácne te oratione huc ad me adire auſum impudens?
—nimis vile eſt vinū atq; amor Si ebrio atq; amāti impunè facere quod lubeat licet. *Alter in Truculento dicit:* Mihi ignoſcas, quòd animi impos vini vitio fecerim. Rſp. *alter.* Non places, in mutum culpam conferis, quod nequit loqui.
Nam vinum, ſi fabulari poſſet, ſe defenderet.
Non vinum hominibus moderari, ſed vino homines ſolent,
Qui quidem probi ſunt: verùm qui improbus eſt, aquam ſi bibit,
Siue adeò caret temeto; tamen ab ingenio eſt improbus.
ἄλαλον μέθυσμα λοιδορεῖν πάνυ ῥᾴδιον. *A.*
Mutum calumniarier facile eſt merum.
ἐκ ἀκρήτου δὲ πολλὰ σὺ ἀκράτα ἄρχεο. *A.*
Non tu mero pareto ſed tibi merum.

Pijaństwo do nierządu pobudza.

οἶνος ἀφροδίτης γάλα. *Athenæ.* Vinum lac Veneris.
Liber (i. *Bacchus*) eſt armiger & hortator Veneris. *Apuleius.*
Vina parant animos Veneri. *Ouid.* Nox & amor. *Idem ſuprà proximè.*
Adde alia Terentij & Plauti ibidem allata.

Pijáństwo złodliwe.

Intēperantia bibendi & Herculaneus ac fatalis ſcyphus Alexandrū condidit. *Senec.*
Vide ſimilia exempla ſuprà ſub Pětnié *poſita. Lege & Horat. Oden 18. L. 1.*
οἶνος πινόμενος πολὺς κακός. *Theognis.*
Vinum multum potatum malum eſt.
Lycurgus propter multa peccata ebriorum vites excidit, Plutarch. qui id improbat.
πολλάκις ἐν οἴνου κύματίν τις ναυαγεῖ.
Sæpe in meri quis naufragatur fluctibus. W kuflu podczás kto vtonié.
Bacchus & argentum mutat mores ſapientum. *Anonym. rhythmic.*

Alea,

Alea, Vina, Venus, tribus his ſum factus egenus. *Idem.*

Quiſquis multa bibit, is tardè debita ſoluit. *Garner.*

Indi ſimias inebriant & ſic capiunt. Coruos autem venantur eſu herbæ Oenanthis (vini florem ſonat) Athenæus. Lege Martial. ep. 78. l. 6. de luſco potore. qui vetantibus medicis bibit & alterum qui reſtabat oculum amiſit. Huic quadrat illud Theodecti venerei apud Plutarch. Χαῖρε φίλων φῶς. Vale amicum lumen. *alij ad alia hoc accommodant.* οἶνῳ καὶ φρενόεντας ἐπ' ἀφροσύνῃσι δοκεύει. *Athenæ.* Inſanire facit ſanos quoque copia vini.

Pijány bez piwá / bez winá.

Chłop z karczmy idac wykrzyka / choć mało albo zle pił.

ἡ ἄοινος μέθη. *Plutarch.* Citra vinum ebrietas. *Sic Theophraſtus.* τὰ κεφάλαια ἄοινον μέθην *vocabat .i.* Tonſtrinas *(vbi garrulitas maximè locum habet)* ebrietatem ſine vino. Bieśiadá ſucha / bez trunku. Gdźie wßyſcy rzeſko gadáią / choć ſobie nie popiiáia.

Eſt etiam ebrietas affectata & ficta. *vt dictum alterum Polonicum habet.*

Ouid. etiam dicit: Ebrietas vt vera nocet ſic ficta iuuabit. *Sic enim ebrietas ab aliquibus fingitur aſtutè, vt de ſomno ſuprà dictum eſt, & noſtratibus ruſticanis familiare eſt fingere ebrietatem. De his dici poteſt:* Linceſtin vel Acidulam aquam bibit. *quæ inſtar vini temulentos facit. Plini.* Lynceſius amnis *idem facit, apud Ouidium.*

Pijány nie nié zárái. Pijánego mieszyć nié trzebá.

Kiedy śie piwo (wino) wzburzy / wßyſtko ná wierzch wynurzy.

Pełna / ná człowiecká probá pewna.

Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante: ita ne ſecretum quidem, ſed quod ſuum alienumque eſt, pariter effundunt. *Seneca.*

Muſto dolia ipſa rumpuntur, &c. *Idem.*

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit. *Horat.*

Eandem, *inquit idem.* Subſequitur cæcus amor ſui Arcanique fides prodiga.

Tunc aperit mentes æuo pariſſima noſtro

Simplicitas, artes excutiente deo. i. *Baccho. Ouidi.*

Arcanum demens detegit ebrietas. *Virgil. Catalect.*

Nullum ſecretum vbi regnat ebrietas. *Prouerb. SS. c. 31.*

Ebrietas & amor ſecreta prodit. *Seneca.* ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. In vino veritas, οἶνος καὶ ἀλήθεια. *Athenæ.* Vinum & veritas. ſ. *eadem vel ſimul ſunt,* Vulgò, Veritas vino attributa eſt. *Plin.* *De eodem Horat.*

Tu lene tormentum ingenio admoues Plerumque duro, tu ſapientium

Curas & arcanum iocoſo Conſilium retegis Lyæo. *Idem de eodem.*

Reges dicuntur multis vrgere culullis *(i. calicibus)*

Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent.

An ſit amicitia dignus. *Videtur ſumpſiſſe è Platone, qui l. de Legib. dicit:*

ὅσῳ διαφέρει τὸ μετὰ παιδιᾶς τηνάλλως ἄνευ μισθοῦ ζημιώδους ἦθος ψυχῆς θεωρεῖν!
Quantò præstat ludendo & aliud agendo sine pretij iactura mores animi spectare!
.i. in compotatione. Persa quidam negauit opus esse tormento ad exquirendum verum, vino enim rectiùs elici. Erasmus. Ideo Lollio scribit Horat.

Commissumque teges & vino tortus & ira.

οἶνος ἐκ ἔχει πηδάλια. *Athenæ.* Vinum caret gubernaculo, temone nautico.
οἶνος ἀνθρώποις δίοπτρον. *Alcæus.* Vinum hominibus speculum.

κάλοπτρον γὰρ εἶδος χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ. *Euripides.*

Speculum quidem est æs faciei, at mentis merum.

Ex ære enim, stanno, argento, ferro, lapide fiebant specula. Plini. Seneca. Plaut. Porrò speculum Martialis vocat Consilium formæ & Iudicem faciei. *Rhodiginus.* Artis oculũ.

τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ νήφειν, τοῦτ' ἐν γλώσσῃ μεθύειν ἐστί. *Plutarchus.*

Quod in corde sobrij, hoc in lingua ebrij est.

ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἔδρεις ἄνδρες
γινώσκουσ', ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον. *Theognis.*

Aurum atque argentum sapiens cognoscit in igne,
Ast hominis vinum detegit ingenium.

οἶνός σε πολλῆς πολλ' ἀναγκάζει λαλεῖν,
ὀρθῶς μεθύοντας φασὶ τ' ἀληθῆ λέγειν. *Athenæus.*

Vis multa vini, multa te cogit loqui, Proinde vera dicere aiunt ebrios.

οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής. *Plato.*

Vinum & sine pueritia & cum pueritia veridicum est.

Vera dicit puer, insanus, ebrius, sopitus, amans, errans. *Ex Cic. Platone. Athenæo.*

οὐ μόνον γὰρ ὡς ἔοικεν ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνεται ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς. *Plato.*

Non solùm enim, vt dicitur, senex bis puer fit, sed & ebrius. *Idem Plato iubebat aliquando conuiuio lautiùs instructo, vinum iuuenibus largiùs dari, ad mores eorum ab inspectore obseruante, cognoscendos.*

Pijány ná wßyſtko przyzwoli / wßyſtko pochwali.

Quod de amore dixit Theocrit. ἐρᾷ τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται. .i. Amori quæ non sunt pulchra, pulchra videntur. *Idem de Ebrietate vel de ebrio dici posse censet Erasmus. Et affert ex Athenæo tale exemplum.*

Quidam ex conuiuis Anacharsidis dixit eidem: Vxorem admodum deformem habes. Cui ille: Prorsus, inquit, idem mihi videtur, sed, heus puer; Porrige poculum meracius, vt illam faciam formosam. Significans conuiuam illum hilarem factum omnia laudaturum.

— μεθύοντι τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται. Ebrio non pulchra, pulchra videntur.

Pijány obiécuie / otrzeźwiawßy żáłuie.

ἔστι κενὰ ὑποσχέσις μεθυομένων. *A.*

Promissa cuncta temulentorum irrita.

Talis

Talis Poſtumus Martialis l. 12. ep. 12. cui ille dicit: (bibe.

Omnia promittis cùm tota nocte bibiſti. Mane nihil præſtas Poſtume, mane

q. d. *Pocula te liberalem faciunt, bibe ergò vel manè & da liberaliter.* Obiccaieś po piiénu / dźiś nie chceß dać / piś poránu.

Idem l. 1. Ep. 28. caſtigat Procillum, quòd ſibi ebrio ſe in craſtinum inuitanti, crediderit.

Pijany śmiały

Vina parant animos faciuntque caloribus aptos. *Ouid.*

——— Ebrietas Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermes. *Horat.*

Idem amphoram vini vel Bachum alloquens ait:

Tu ſpem reducis mentibus anxijs Viresque, & addis cornua pauperi.

βαρσαλέα δὲ παρὰ κρητῆρα φωνὰ γίνεται. *Pindar.*

Audax iuxta craterem vox efficitur.

Pijany wielomowny

Fecundi calices, quem non fecêre diſertum! *Horat.*

οἶνος καλεῖται δ' ἐπιπλόοισιν ἔπεσι. *Herodotus.*

Vino ſubſidente (*in ſtomachum infuſo*) ſupernatant verba.

Ad vinum diſertus. *Cic. Plerumq; enim inter pocula diſerti, ad cauſas ſerias inepti & elingues ſunt. nempe aliud triclinium, aliud forum.*

Pilnéyße to niż owo. Pierwße to niż owo.

πρότερόν ἐστι τὴ πρώρας τὸ φυλάττειν. *Plutarch.* Panis confectio prorâ prior .i. *Prius panis ſubigendus vel pinſendus eſt, quàm de prora agendum. Vel. nauigaturis commeatus prius prouidendus, quàm prora obuertenda.* Hypera pede potior & prius arripienda. *Hypera, funis eſt antennæ cornua regens; pes, ima tlaui pars. Hinc ap. Suidam:* ἄφεις τὴν ὑπέραν τὸ πόδα διώκεις. Omiſſa hypera pedem in ſequeris .ſ. *præpoſterè & abſurdè.* εἰς μὲν ὑποδησιν τὸ δέξιον πόδα προσπάρελθε, εἰς τὸ δὲ ποδόνιπτρον τὸ εὐώνυμον. *Pythagoras.* Priùs in calceum dextrum pedem pone, tum in peluim ſiniſtrum .i. *priùs honeſta vel utilia aggredere, inutilia verò & iucunda poſteriùs habe.*

Priùs apes abigendæ, deinde mel ſubtrahendum. *Agathias Græcus.*

Pictores ex facie & vultu vbi elucent mores ſeu indoles, imagines deſumunt, reliquum corpus parùm curant. Plutarchus.

Pilność opáczna.

ἐλλείπομεν εἰς τὰ καλὰ, πλεονάζοντες τοῖς περιττοῖς. *Plutarch.* Deficimus circa pulchra vel honeſta, redundantes in ſuperuacaneis. Cum capiti mederi debeas, reduuiam curas. *Cic.* In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. *Eccleſiaſtici 3.* πάρεργον ὡς ἔργον, ἔργον ὡς πάρεργον. Superuacanea vt ſeria, ſeria ceu ſuperuacanea .ſ. agere.

Simile. Opák wßyſtko. Przydátek nie ſtoi zá dátek. Roboté niepotrzébna.

Pilność wczésna być ma.

Nocere ſæpe nimiam diligentiam dixit *Plinius.*

Nimium vehementiùs offendit, quàm id quod videtur parum. *Cic.* Quædam etiam negligentia eſt diligens. *Idem.* Non amo nimiùm diligentes. *Africani dictum apud Cic. quiſic reſpondit militi, quì ſe ideò à pugna abfuiſſe dixerat, quòd cuſtodiæ cauſa in caſtris remanſiſſet.*

ἐνίοτ' ἄμεινον ἐν ἀμελῇ ἢ ἐπιμελῇ. *A*

Eſt vbi videri negligentem ſatius eſt.

Sedulitas autem ſtultè quem diligit, vrget. *Horat.*

ἐξ ὀφέων τὴν ἀνδρομάχην διασκευάζειν. *Nicephor. Calliſtus,* Ex anguibus Andromachen concinnare .i *nimis ſtudiosè argumenta ad rem confirmandam vel ornamenta ad exornandam vndiq; colligere, vt ſit inſtar feminæ nimis ſplendidè exornatæ & altæ, qualis erat Andrcomaha, id quod tangit Iuuenal. Satyra 6.* Tot compagibus altum

Ædificat caput, Andromachen à fronte videbis, &c.

Manum de tabula. ſ. *amoue. Cic. ait:* Heus tu, manum de tabula, magiſter adeſt citiùs quam putarâmus. *Alluſit ad Apellis pictoris dictum (cuius etiam meminit Plin.) qui Protogenem pictorem laudauit; ſed nimiam diligentiam carpens addidit:* illum neſcire manum de tabula tollere. Vel acum tamdiu quærens inueniſſes. *Ex Plauto.* Putidum *apud Cic. eſt,* quod ob nimiam diligentiam ingratum inſuaue & affectatum eſt *Similiter & Seneca:* Quis enim, *inquit,* accuratè loquitur, niſi qui vult putidè loqui?

ἡ μικρολογία ἀψίκορον καὶ μακρολογίας ἄλλον ἐστι. *Iſocrates.* Minuta diligentia faſtidioſa & prolixitatis cauſa eſt. *Affine,* Miárá. Co wczáſ. Odpoczynęć.

Pilność wiele może.

Diligentia maximũ mediocris ingenij ſubſidium. *Seneca.* Qui inſtat, extundit. *Idẽ.*

τὰ ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίγνεται. *Antiphanes.*

Subigere cuncta diligentia aſſolet *Vel* Subiecta diligentiæ omnia ſeruiunt.

ἡ μελέτη τὸ πᾶν. *Cleobulus.* Cura, commentatio, exercitatio totum eſt.

πᾶν τὸ ζητούμενον ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δὲ τὸ ἀμελούμενον. *Suidas* Omne quod inueſtigatur capitur, effugit quod negligitur.

ὀρθοῦσιν καὶ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι. *Archytas.*

Emendant & parturiunt magis (*meliùs*) omnia curæ.

τῶν πραγμάτων ἡ ψυχὴ ἐστ' ἐπιμέλεια. *A.*

Negotiorum eſt anima, dilgentia. *Ex Gallicis Garneri. vt & illud.*

Diligentia vincit omnia. πάντα νικᾶ ἐπιμέλεια.

Exſuperat cunctas ſolertia peruigil artes. *Idem Garner.*

In eandem ſententiam multa habet Cic. 2. de Oratore, vbi ſæpiùs repetit hanc vocem Diligentia.

Affine Praca vſtáwiczna.

Pilnuy Záſu. Znáy Záś. Záwße badź gotowy. Nie opuſczáy pogody.
Lépay Tomku poki ná pomku.

——— Semper tibi pendeat hamus. *Ouid. tralatum à piſcatoribus induſtriis.*

Virtus eſt, vbi occaſio admonet diſpicere. *Plaut.*

Vtcunque ventus eſt, exin velum vertitur. *Idem. potes dicere vertitor.*

— καιρὸς δ' ὅπι πᾶσιν ἄριστος. *Heſiod.* Occaſio vel tempus in omnibus optimum.

καλὸν δὲ καιρῷ παύεσθαι εἰδέναι μέτρον.

Res bella cuncti noſſe temporis modum.

ἀρχομένου τε νότου καὶ λήγοντος βορέαο. *Ariſtot. ſ.* δεῖ πλεῖν· εὖ πλεῖν.

Cùm ſurgit notus & ceſſat boreas, nauigandum eſt, proſpera eſt nauigatio. *Huc trahas illud Nazianzeni.* κῷ πάσῃ ἀνέμου λικμῷ. Ad omnem ventum ventila τὸ εὐδόσιμον λαμβάνειν. *Syneſius.* Arripienda occaſio.

τῆς ὥρας εὐδόσιμον ἐπιτηρεῖν. *Heliodor.* Oportuni temporis occaſionem obſeruato.

ἐπεὶ ἐξ καιρὸς ἀναλαμβάνειν τὰ πράγματα. *Demoſthen.* Dum occaſio eſt arripienda ſunt negotia.

τάχιστα καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα. Occaſio immutat ſtatim negotia.

ἐντὸς ἑβδόμης. *Suidas ſ.* σελήνης. Intra ſeptimam. ſ. lunam. i. *ſuo tempore. Athenis cautum erat, ne ante ſeptimam lunam exercitus in hoſtem educeretur. Monet dictum, ſuo tempore negotia omnia aggredienda.*

Rem tibi quam tu ſcis aptam dimittere noli.

Fronte capillata pòſt eſt Occaſio calua. *Cato.*

πρᾶγμά σοι ὠφελὲς καταλείπειν φεῦγε ἀνόμως,

πρόσθε κόμην φορεῖ καιρὸς, μετόπισθε φαλακρός. *Mylius.*

τῇ ἀγορᾷ χρῆσθαι. Vti foro *Terent. Tralatum à mercatoribus, qui non priùs vendunt ſuas merces, quàm pretium commune intelligant.*

Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. *Seneca.*

ζῇ, κἂν πῦρ. *Suidas.* Viuit (*Scintilla*) accende ignem. ſ. *antequam exſtinguatur. docet ſtatim arripiendam occaſionem.*

Nam ſi huic occaſioni tempus ſeſe ſubduxerit,

Nunquam ædepol quadrigis albis indipiſcet poſtea. *Plautus.*

καιρῷ λατρεύειν. *Phocylides.* Tempori ſeruiendum. Vel

Temporibus ſemper cautus ſeruire memento.

πείθου χελιδόνι. Obſequere hirundini. ſ. *vernuncianti, & tempeſtiuè aggredere tua negotia.*

ἀπὸ καταδυομένης. *Suidas.* A ſubeunte naui portum. ſ. *mercem cape.*

Eraſmus hoc dictum Suidæ malè interpretando ad ſuum ſenſum detorſit, quod vide rectè poſitum & Latinè redditum ſub Lépicy rego zażyć co ma sámo zginąć. *Si tamen Eraſmi dicto Latino vti voles per me licet, ſed Græcum, aliud ſonat.*

Hanc mercatorum induſtriam docet etiam Perſius. dicens:

Tolle

Tolle recens primus piper à ſitiente camelo. *Nam primus emptor optima ſeligere poteſt, & vilius emere antè quàm pretium creſcat, quod in fine fit mercium: poteſt item omnia emere & propolam agere.*

Χειμῶνος ὄφιν δεῖ τὸν ὄφιν ἀποκτεῖναι. *Cedrenus.* Hyeme ſerpentem oportet occidere. ſ. *gelu conſtrictum & fermè immobilem.*

Quando volunt, nequeunt, qui congrua tempora perdunt. *Garner.*

Proſpera ſors volucri corripienda manu. *Idem.*

Stultè lupus canem dimiſit pollicentem ſe vbi pingueſceret redeturum. *Vide ſuprà ſub* Pewnych rzeczy. *Affine* Lyka drzecé. Czas do káżdey rzéczy.

Pilnuy każdy ſwego / zámiechay cudzego.

Meam rem non cures, ſi recte facies; num ego curo tuam? *Plautus.*

Curemus æquam vterque partem; tu alterum, ego autem alterum. *Terent.*

τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, δικαιοσύνη ἐστίν. *Plato.*

Res ſuas agere, & circa alienas non eſſe curioſum, iuſtitia eſt.

δεῖ τινα σκοπεῖν τὰ ἑωυτοῦ. *Herodot.* Inſpicere ſua quemque oportet.

γίγνωσκε μάγειρε τὴν ἰατρικὴν ἄρτι. *A.*

Mitte medicinam te coquum natum ſciens. *Ex apologo Gabriæ de lupo percuſſo ab aſino cuius medicus eſſe volebat.* *Affine* Przéſtań ná ſwem.

Pilnuy ſam záwſze ſwego / nié ſpuſczay śie ná drugiego.

Kto okiem nié doyrzy / mießkiem doloży.

Rem tuam cuſtodi. *Cato.* τὰ ὑπάρχοντα φύλαττε. *Planudes.*

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum.

Ne quid exſpectes amicos quod tute agere poſſies. *Ennius apud Gellium.*

Sibi quiſque ruri metit. *Plaut.* Sibi quiſque in iure cauet. *ICti.*

Ades tritico tuo dum molitur. *Gallorum dictum Garner.*

Affine Oko páńſkie. Cudze rece. Cudze oko.

Pilny bárzo / ábo názbyt / robotnik / rzemieśnik.

Pilno / wytwornié wßyſtko czyni.

Manum tollere dé tabula neſcit *inſtar Protogenis, vt ſuprà dictum eſt.*

Ad Ariſtophanis vel Cleanthis lucernam lucubrat. *Varro. Nam horum ſumma diligentia in lucubrando erat, vt & Epicteti ſuprà ſub* Nié pomożé to nic.

τὸν λύχνον ὀσφραίνεται τὰ πονήματα αὐτοῦ. Lychnum aut lucernam olent opera eius. *de Demoſthenis enthymematibus id tactabatur vt & illud.*

Plus olei quam vini conſumit. ſ. *olei in lucubrando, vini in potando.* λυχνοβιος, *in Græcis eſt.* Ad vnguem caſtigat omnia. *Horat.* ἐξονυχίζει πάντα.

Ne quid hiet, ne quid proturberet angulus, æquis
Partibus vt cocant, ne quid deliret amuſſis. *Virgil. Catalect.*

In quadrum

In quadrum redigere omnia. *Cic.* Ad perpendiculum exigere. *Idem.* Ad libellam & regulam exigere. *Plinius.* Ad amuſſim exigere. Ad æquilibrium æſtimare. Libili perpendere. *Gellius.* Facta tranſacta omnia *Terent. i. nil omiſſum quod ad negotium bene conficiendum requirebatur. Vtitur Cic. Et ICti.*

Pioſnká naprzytemnićyſſa káżdemu / gdy go chwala.

ἔπαινος ἑαυτῷ ἄκουσμα ἥδιστον παντός. *Xenophon.*
Laus propria omnium dulciſſima auditio, vel auditu.
τὰς ἐπαινέσεις ἥδιον προσδέχεσθαι πάντες τ̃ ὀνειδιζόντων. *Demoſthen.*
Laudantes omnibus gratiores ſunt quàm reprehendentes.
At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier: Hic eſt. *Perſius.*
Themiſtocles, cùm ex eo quæreretur, quod acroama aut cuius vocem libentiſſimè audiret? reſpondit: Eius à quo ſua virtus optimè prædicaretur. *Cic.*
Quem ego currum (*triumphalem*) aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? *Idem Cic. Catoni ſcripſit.* *Aſſine, Miło gdy nas ſtucháią.*

Piſmo tácne.

—— Sane mea carmina Sexte Grammaticis placeant & ſine Grammaticis. i. *ſine interpretibus, quorum hoc munus eſt. Martial.*
Non opus eſt noſtris —— Apolline libris. *Ex eodem.* οὐ δέονται τ̃ Ἀπόλλωνος.

Piſmo ábo piſáme trudne / ſpętne.

Vix hoc Claranus aut Modeſtus (*Grammatici*) intelligat. *Ex Martiali.*
Non lectore tuis opus eſt at Apolline libris. *Idem Martialis.*
μηδὲ ὁ Πύθιος Δαγυνᾶν ταῦτα νομίζω. *Athenæus.*
Ne Pythius quidem Apollo hæc intelligat, dignoſcat arbitror.
Has non niſi Sybilla legerit. *Plaut. de epiſtola à muliere turpiter & vitioſè ſcripta.* *Item.* Has gallina ſcripſit. Piſmo ſpętne/ do czytánia trudne. Ják kokoſy pogrzębały. *Phauorinus apud Gellium adoleſcenti obſcurè loquenti ob affectationem antiquitatis ait:*
Tu perinde quaſi cum matre Euandri nunc loquare, ſermone multis ab hinc annis iam deſito veteris; quòd ſcire atque intelligere neminem vis qvæ dicas. Nonné homo inepte abundè id conſequereris tacens? &c. Viue ergo moribus præteritis, verbis præſentibus. *Plura ſi voles leges in 1. Tomo ſub* Mowá trudna, *& hîc ſub* Trudna to gadká.

Piſczék na ſtypié /. niéprzytemny.

καρικὴ μοῦσα. *Suidas.* Carica Muſa ſeu cantilena. Zálośna pioſnká.
καρικὸν μέλος. *Plato, Athenæ.* Caricum melos ſeu canticum.
καρικὰ αὐλήματα. *Ariſtophan.* Caricæ tibiæ, ſoni, cantus.
γίγγρας. *Polluci.* Eſt Tibia ſtridula & inſuauis ſoni *apud Cares, cum qua funera deducebantur.* Πένθιμος ᾠδή. *Plato.* Funebris aut lugubris cantio.
Transfertur dictum Græcum ad ingratam orationem vt Polonicum ad intempeſtiuam hilaritatem.

tatem. Sic Ecclesiastic. 22. μουσικὴ ἐν πένθει ἄκαιρος διήγησις. i. Musica in luctu intempestiua seu (*vt vulgata editio habet*) importuna narratio. ἐν πενθοῦσι παίζειν, γελᾶν. *Demetr. Phaler. s.* ἄκαιρόν ἐστι. i. Inter lugentes ludere, iocari, ridere, intempestiuum est.

ἡ ναῦλα κωκυτοῖσιν ἡ λυρα φίλα. *Sophocles.*

Ingrata nabla, ingrata lugenti lyra.

μαριανδυνὸς θρηνητὴρ. *Æschyl.* Mariandynus tibicen. s. lugubre sonans. μύσιον ὅπα βοᾶν. *Idem.* Mysiorum more inclamare, *qui vt & Phryges luctui apti. Simile illud:* Thuscus tibicen. *qui canebat cùm reus cædebatur. ex Athenæo. Nostri etiam de ingrato sermone vel cantu dicunt.* Jáł w kły trabił.

Confer. Mam śie iáł piszczéł. &c. Prożno temu skrzypáć.

Piszczéć w miech / włożyć / schować. Pan idźie. Mistrz idźie.

Cyt. Kobus ná wroblé.

Dictum hoc quadrat in eum qui pudore vel timore perculsus, libertatem & licentiam in loquendo vel agendo comprimit.

Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem
Conspexêre, silent arrectisque auribus adstant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet. *Virg. de populo tumultuante cõpresso.*

ὥσπερ παιδίσκαι ἐν τῇσιν οἰκίῃσιν θορυβέουσαι, καὶ σπουδάζουσαι, ἐὰν ἐξαπιναίως αὐτῇσι ἡ δέσποινα ἐπέλθῃ, πτοηθέντες ἐφησυχάζουσι. *Hippocrates.* Quemadmodum famulæ in domo tumultum & seditionem excitantes, cùm repente ipsis hera superuenit, pauidæ conquiescunt. κρείσσων ὁ καταιβὰς λίτας τὰν πρόσθεν ἀνήρ. *Pindar.*

Potentior vir sedat præcedentem litem.

Quadrat & illud. Foras Cares &c. *sub* Piatek gościć rozgania.

Huc illa. Negry quidem. Digito compesce labellum. Manum ad os apponere. *Cic. & talia posita suprà sub* Milczacy. Milczeć.

Piszczy mi to w vszach. *Idem* Pamietam to. *vel* Frásuie śie o to.

Græci dicunt similiter. ἔναυλόν μοι τοῦτ' ἐστὶν. ἔναυλον τοῦτ' ἔχω. *Aristotel. Plutarch.* Sonat id mihi in auribus tibiæ instar.

ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλός ἐστι. *Lucian.* Vox rerum auditarum adhuc mihi ceu à tibijs sonat. *Cicero etiam dixit.* Personare aures vocibus. *Et Horatius.*

Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem.

Item. Angor animo de hac re. *Cic.*

Piy piwo iákiegoś nawárzył.

Túte hoc intristi, tibi omne est exedendum. *Terent.*

αὐτοὶ χελώνας ἐσθίετ' οἵπερ ἕλεσθε.

Ipsi testudines edite qui eas cepistis. *Vel.*

Testudines qui prendidistis comedite.

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est. *Ouidi.*

Potest

Poteſt huc trahi & illud Plauti. Eodem poculo bibat ſenex.
Et illud vulgare Marſi & Eraſmi. Colo quod aptaſti, tibi ipſi nendum eſt.

Pareto legi quam quis ipſe ſanxerit. *Auſonius. ex IC.* *Sic* Zaleucus legem ſuam in adulteros latam, oculo amiſſo ſeruauit. *Ælian & Valer. Max. teſte.*

Affine, Sam ſobie winien.

Piy przedymaiąc .i. oſtrożnie / ſkromno.

Βάκχου μέτρον ἄριστον. *Epigrammat.* Vini modus eſt optimus.

At ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa, ſuper mero Debellata. *Horati.*
Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium.
Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam. *Plaut.*

Modus matulæ. *ſubaudi*, ſit, *vel* tenendus. *Varro. hæc namq; quantitatem potus oſtendit. quare non plùs bibatur, quàm capere poſſit hoc vas moderatæ capacitatis.*
Præclarè Calliſthenes Philoſophus apud Plutarchum, cùm ingens poculum in conuiuio Alexandri, eodem nomine dictum, ordine ad ipſum peruenisſet, dixit: ὁ βέλομαι πὼν ἀλέξανδρε ἀσκληπίου δεῖσθαι. Nolo bibẽs Alexandrũ *(poculũ)* Aſclepio *(medico)* indigere.

Non vinũ hominibus moderari, ſed vino homines ſolẽt, qui quidẽ probi ſunt. *Plaut.*

οἶνον πινόμενον πολλὸν, κακὸς· εἰ δέ τις αὐτὸν
πίνει σπεισάμενος, ὁ κακὸς ἀλλ' ἀγαθός. *Theognis.*

Vinum potum multum malum: ſi verò quis illud
Bibat ſobriè, non malum ſed bonum eſt.

ἀπωδάκωλον ὁ τραπεζῶναι κύλιξ. *Euſtathi.*

Fundo carens remouetur à menſis calix.

ἀπυθμένον κύλιξ ἀπὸ τραπέζης ὁ τίθεται. *Phalereus.* *Idem dicit, præcipiens vt amoueantur à menſis pocula capacia, ebrietatis incitamenta, itemq; homines ebrioſi & garruli. Nam fundo carens calix duobus modis intelligitur, vel pertuſus in fundo qui nunquam impletur, & hic notat ebrium; vel pede baſiue circa fundum latiori, cui calix innititur, carens, ac proinde futilis, & hic garrulos ſignificat.*

Dionyſium (.i. *Bacchum*) æquore mergendum, *oraculo redditum eſſe ſcribit Rhodigin. Senſus ænigmatis erat:* Vinum aqua præſertim verò marina miſcendum eſſe, vt ſuauius & ſalubrius ſit, *quod etiam ſcribit Plini. Columel. Paliadius. Et Varro.* Libero patri delphinos appingi ſolitos *ſcribit.*

Huc facit illud ex Epigrammate Meleagri de Baccho aut vino.

τέτεκα σὺν νύμφαις βρόμιον φίλον· εἰ δὲ νιν ἔργῃ
μίσγεσθαι δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον·

Proinde cum lymphis Bacchus gratus, ſi verò abſtinueris
Miſcere, recipies ignem ampliùs ardentem.

Quantùm verò vino addendum ſit aquæ, docet Heſiodus illo verſu.

τρὶς δ' ὕδατος πρόχεειν, τὸ δὲ τέτρατον ἡμισυ οἴνου.

Tres miſcebis aquæ partes, ſit quarta Lyæi.

Apud Athenæum item celebrè eſt Senarius ille quem etiam habet Plautus.

ἢ πέντε πίειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα.

Vel quinque bibito, vel tria, at ne quatuor. *Hoc dicto monebant diluendum eſſe aqua vinum, ſic vt ad duos cyathos vini vnus aqua adderetur, & ad quinq;, duo. Vnde & illud apud eundem Athenæum.* Χαῖρε πέντε καὶ δύο. Salue quinque & duo. *Quatuor autem cyathorum numero abſtinebant priſca ſuperſtitione, credentes numeros impares meliores & ad omnia efficaciores eſſe. vt etiam Plinius ſcripſit. l. 28. c. 6. Adde Horatium qui ait:* Tribus aut nouem Miſcentur cyathis pocula commodis. *Tres cyathi ad numerum Gratiarum ſpectant, Nouem ad numerum Muſarum.*

Ter bibe vel toties ternos, ſic myſtica lex eſt. *Auſonius.*

Interpretatur illum Senarium Græcum & Plutarchus 3. Sympoſiaco. Ariſtophanes autem ex Minerue præſcripto diuerſum temperamentum vinis aſſeri dicens:

ἔγχει πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο. Infunde ad bibendum miſcens tria & duo. .i. *tres aquæ partes & duas vini.* *Lege ſi lubet apud Senarium in Librum Iudith, documenta aurea circa conuiuia, valetudini & conſcientiæ vtiliſſima, & præſertim ad euitandam ebrietatem inſignes induſtrias ac incitamenta.*

Affine, Skromnié záżyway. Roſkoßy ſkromnié.

Piy zle / dopitéh śie lépßego.

πίνειν θέλων τὰ γλυκέα πῖνε τὰ πικρά. *A.*

Amara bibito ſi bibere dulcia cupis.

γδοτέαδω γλυκέων ἀεμπὰς ὁ τὰ λεμέα γόσας. *A.*

Dulcibus ille frui dignus, qui exſorpſit amara.

Apologus eſt vulgaris de Vulpe qua Lupo oſtendit in piſcina Lunæ effigiem dicens eſſe ſuauem placentam, quare, Bibe, *inquit,* aquam & placenta frueris. *Epimythion.*

λυπηρὰ τλῆθ', ὥστε ἀπολαύειν ἡδέων. *A.*

Tolera moleſta, ſi frui iucunda vis. V. Kto nié ſkoßtrowat zlego. &c.

Pláć / nié pláczy. Pláćić tu nié płakáć trzébá.

Niſi tu illi drachmis (al. *dacrumis pro lacrymis priſcè*) fleueris argenteis. &c.

Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras. *Plaut.*

δραχμαῖσι κλαίειν ἀργυρέαισιν χρεών. *A.*

Drachmis oportet lacrymari argenteis.

Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia,

Nam iſtoc quod nunc lamentare, non eſſe argentum tibi,

Apud nouercam querere. *Idem.* Dicta non ſonant. *Idem. Dic aptiùs.*

Lacrymæ non ſonant ſ. *inſtar argenti aut æris.*

ἀργὰ ἤχεῖ τὰ δάκρυα ἐὰ μὴ ἀργυρᾶ. *A.*

Argenteæ niſi lacrymæ ſint non ſonant.

ἀργὰ ἔσι δμὴ δακρύματ' ἐὰ μὴ ἀργυρᾶ. *A.*

Argenteæ ni ſint lacrymæ, pretio carent.

αὐθότεν καβάλε. *Plato.* Hîc depone. *Vel* αὐτὸ κατάβαλε *Athenæ.* Hoc ipſo loco depone .i. *præſentem pecuniam numera. Eraſm.* A te vel indidem numera. *Canterus. qui etiam* Teipſum inſpice, *explicat.*

Płacz ſałowy zmyślony. Płáczé choć mu śię nié chcé. Płáczé gdy kto pátrzy.

χροκοδείλε δάκρυα. *Photius.* Crocodili lacrymæ. *de lacrymis fictis, vel de eo qui ſimulat ſibi dolere malum quod alteri intulit vel molitur. Nam crocodilus lacrymatur deuoraturus hominem. quanquam id alij aliter narrant.*

ἐπὶς τ̃ μητρῴης τάφον δακρύει. Ad nouercæ tumulum lacrymatur.

Lacrymæ nec ceſſant nec fluunt vnquam tam turpiter quàm cùm finguntur. *Seneca.*

Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt. *P. Syrus. Lege Martial. l. 1. ep. 34.*

Quò non ars penetrat? Diſcunt lacrymare decenter,
Quoq; volunt plorant tempore quoq; modo. *Ouid. de feminis.*
Vt flerent oculos erudiêre ſuos. *Idem.*

Credidimus lacrymis. an & hæ ſimulare docentur?
Hæ quoque habent artes, quaque iubentur eunt. *Idem.*
Et fletum inuitis ducere luminibus. *Propertius.*

Præficarum lacrymæ. *pro fictis. de quibus ſic Lucil.* Mercede quæ
Conductæ flent alieno in funere præficæ
Multò & capillos ſcindunt & clamant magis. *Et Horatius.*
Vt quæ conductæ plorant in funere, dicunt.
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo — *Simile illud Diogeniani.*

μεγαρέων δάκρυα. Lacrymæ Megarenſium virginum, *quas complures Clytius Megarenſis ad deplorandum funus filiæ ſuæ Corinthum miſerat.*

Aliter id explicat Suidas dicens: apud Megarenſes fuiſſe allij magnam copiam, quo confricato lacrymæ ſubitò excitantur. Vnde & illud.

Κηπόδον ὡς ὄζησαι. *Ariſtophan.* Allium olfecit. *Item.* κρομμύων ὀσφραίνεσθαι. & κρόμμυα ἐσθίειν *apud eundem.* Cepas odorari. Cepas edere. *de lacrymis coactis. Simile his dictum formare licet ex Columella .ſ.* Sinapi laceſſiuit. *Columel. ſic habet:*

Séque laceſſenti fletum factura ſinapis.

κλαυσίγελως *Athenæo.* Fictè flens cum riſu. *Luctum funebrem nimium & ſuperſtitioſum ridet Lucianus lib. de Luctu. Affine,* Dźiédźicowi płáczącemu nié wierz.

Płacz rychło vſtáié.

Lacryma nil citiùs areſcit. *Apollonius Rhetor apud Ciceronem.*

ἐδὲν ταχύτερον δακρύων ξηραίνεται. *A.*

Areſcere nihil lacrymis citiùs ſolet.

Płácz rzécz ludzka.

——Molliſſima corda Humano generi dare ſe natura fatetur

Quæ

Quæ lacrymas dedit. hæc noſtri pars intima ſenſus. *Iuuenal.*
Naturæ imperio gemimus, cùm funus adultæ Virginis occurrit. *Idem.*
Et lacrymæ proſunt, lacrymis adamanta mouebis. *Ouidius.*
Lumina, quod potuit, lacrymis impleuit obortis. *Idem.*
Homini illico lacrumæ cadunt, quaſi puero, præ gaudio. *Terent.*
Apud eundem ſenex bona de filio audiens ait: Oh, lacrymo gaudio.
——— ἀγαθοὶ δ' ἀεδάκρυες ἄνδρες *Zenodot.* Boni viri lacrymabiles.
Cùm M. Antonius fleret educatorem ſuum mortuum & ab aulicis ab officio pietatis reuocaretur, Antonius Pius Imp. dixit: Permittite illi vt homo ſit (.i. *vt fleat*) neque enim vel Philoſophia, vel Imperium tollit affectus. *Capitolinus.*
Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. *Sapientiæ c. 7. Obſeruatum ait Philippus de Berlaymont. à non paucis, infantes mox natos plorantes, qui mares ſunt, denſiori voce ſonare* A; *qui verò feminæ* E, *vt illi Adæ, hæ autem* Euæ *ſe poſteros fateantur. Brutis etiam multi fletum attribuunt. Equis Homerus. Virgil. Sueton. Plin. Iſidorus. Canibus Oppian. Q. Calaber. Leonibus Plini. Lucreti & aliis alij, ſed id impropriè & pòëtice adulatoriè prodigiosè fictè, certè longè diuerſo ab humano fletu.*

Płacz rzecz niewieścia.

Didicêre flere feminæ in mendacium. *P. Syrus. Vel vt Eraſm. legit.*
Dediſcere flere feminam, eſt mendacium. *Sed eodem tendit.*
Nam lacrymis ſtruit inſidias dum femina plorat. *Cato.*
ἀνδρὶ γυνὴ κλαίουσα λόχον δολόεντα φυτεύει. *Mylius.*
Vberibus ſemper lacrymis, ſemperque paratis
In ſtatione ſua, atq; expectantibus illã. Quo iubeat manare modo. *Iuuenal.*
Néue puellarum lacrymis moueare cauẽto,
Vt flerent oculos erudiêre ſuos. *Ouid.* Quoq; volunt plorant tempore
Hæc verba (*tua irata*) mẽ hercule vna falſa lacrymula. (quoq; modo *Idẽ.*
Quam oculos rerendo vix vi expreſſerit: reſtinguet. ſ. *femina. Terent.*
Sic fecit Dalila Samſoni Iudicum c. 14. Præter lacrymas habent alia arma feminæ.
ἡ γλῶσσα, κ' εἶδος καὶ δάκρυ, ὅπλα θηλικά. *A.*
Sunt lingua, forma, lacrymæ; arma feminæ.
Lyciorum legiſlator præcepit ſuis vt in luctu veſte muliebri vterentur, indicans luctum rem muliebrem eſſe. *E Plutarch.*

Płacz w nieſzczęściu niepożytéczny. Rady nie płáczu w przygodzie trzébá.

Nam ſi lamentis alleuaretur dolor, Longoq; fletu minueretur miſeria,
Tũ turpe lacrymis indulgere nõ foret, Fractaq; voce diuũm obteſtarifidem.
Tabifica donec pectore exceſsêt lues: Nũc hæc neq; hilũ de dolore detrahũt,
Potiuſq; cumulum miſerijs adijciunt mali. Et indecoram mentis molliciem arguunt. *Accius* ὃ γὰρ λὶς πεῖξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο. *Homer.*
Nulla eſt vtilitas miſerabilis ploratus.
εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τ' κακῶν ἦν φάρμακον,

ἀεί

ἀεί θ' ὁ κλαύσας τὸ πονεῖν ἐπαύετο,
ἠλλαττόμεθ' ἂν δάκρυα διδόντες χρυσόν.
νυνὶ δὲ τὰ πάντα πράγματ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν
ἐάν τε κλαίῃς ἄν τε μὴ, πορεύεται. &c. *Philemon.*

Si lacrymæ nobis pharmacum malorum eſſent,
Commutaremus vel mercaremur lacrymas dantes aurum;
Nunc omnia eadem via, ſiue fleas, ſiue non, eunt &c. *Vel vt Trabeas.*
Here ſi querelis, eiulatu, fletibus. Medicina fieret miſerijs mortalium;
Auro parandæ lacrymæ contrà forent.
Nunc hæc ad imminuenda mala non plùs valent,
Quam nænia præficæ ad excitandos mortuos.
Res turbidæ conſilium non fletum expetunt. *Idem Græcè accipe.*
βουλὴν ὀχληρὰ πράγματ', ὦ δάκρυ' ἐνδέῃ. *A.*
Vbi remedium deficit, Planctus tuus nil proficit. *Garner.*

Płaczé lédá o co. by mu páléc zakrzywił.

Paſſerem mortuum fleuit Clodia ſeu Lesbia Catulli. *de qua ille ſic:*
O miſelle paſſer! Tua nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli, *De eadem Iuuenal.* Cuius
Turbauit nitidos exſtinctus paſſer ocellos.
Craſſus Romanus murænam mortuam fleuit. *Ælian.*
Fidus Cornelius cùm eum in Senatu Struthiocamelum depilatum Corbulo dixiſſet fleuit. Seneca. Offendimur ſi quis ſermonem noſtrum imitatur, ſi quis inceſſum aut vitium aliquod corporis aut linguæ exprimit. &c. *Idem.*
Puerile eſt flere ob minimas moleſtias. *Hinc Horatius de ſe.*
An ſi quis atro dente me petiuerit Inultus vt flebo puer?

Płákáć mi każéß / á ſam ſie śmiéiéß.

Jéśli ſam nic wydaß płáczu / nie poruſzyß go w ſtuchácżu.

—— Si vis me flere, dolendum eſt Primùm ipſi tibi, tunc tua me infortunia
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta, (lædent. *Horat.*
Romani tollent Equites peditesque cachinnum. *Idem.*
—— Triſtia mœſtum Vultum verba decent. *Idem.*
Multa de his Rhetores præcipiunt. vt Cicer. 2. de Orat. Et Ariſtotel. qui lib. 3. Rhetoric. ait: ζωομοιοπαθεῖ ἀεὶ ὁ ἀκούων τῷ παθητικῶς λέγοντι. Similiter ſemper afficitur auditor, ei qui cum affectu dicit. *Plura idem. L. 2. c. 8. de Commiſeratione.*

Płákáć nie może / Twárdy do płáczu. Ják z kámienia tżá nie kánie.

In Pſeudolo Plauti adoleſcens luxu perditus lamentans ob æris inopiam ſeruo dicit:
CA. Quin fles? *ſ. mecum.* PS. Pumiceos oculos habeo, non queo
Lacrymam exorare vt exſpuant vnam modò.
CA. Quid ita? PS. Genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit. ξηρόφθαλμοι.

Poteſt huc trahi ex eiuſdem Aululariа illud: Pumex non æquè eſt aridus atquehic. *Sed ille de parco ſene dixit.*

κρόμμυα αὐτὸν δεῖ ἐσθίειν, ἢ ὀσφραίνεσθαι. *ex Ariſtophane.* Cepas vel allium edere vel olfacere illum opus eſt .ſ. *vt fleat.*

Pléćiéß. Pléćié iák ná mekách. Smtoć śie coś. Márzy mu śie. Plotkáś.

Tricas Tellenas conduplicas. *Arnobi & Varro. à Telleno quodam nugatore qui & verſificator ineptus & tibicen inſulſus erat.* ἄιδε τὰ τέλληνος .ſ. παίγνια. Cane Tellenis Judicra. Id quod neque eſt, neque fuit, neque futurum eſt mihi prædicas. *Plaut.* Quæ neque fieri poſſunt, neque fando vnquam accepit quiſquam, profers. *Idem.*

Nugas theatri, verba quæ in Comœdijs
Solent lenoni dici, quæ pueri ſciunt .ſ. narras. *Idem.*

Deliramenta loqueris, *Idem.* Inanilogus es. *Idem.* Nugas blatis .i. *blateras. Idem.* Interdum ineptè ſtultus es. *Idem* Vigilans ſomniat. *Plaut.*

ὀνείρατά μοι λέγεις. *Lucianus.* Somnia mihi narras. *Plaut. Terentius.*

ὀνειροπολεῖ καθεύδων. Somniat vel diuinat dormiens.

Cantherino ritu adſtans ſomniat. *Plaut. .i. nugatur, delirat.*

Nam equi & præſertim cantherij ſomniant, ſtantesq; dormiunt. Rhodigin. ex Ariſtotele.

ἀδολεσχῆς ὁ τὰ νυκτὸς εἰδὲν ἐνύπνιον τοῦτο διηγεῖται. *Theophraſt.*

Nugator quod noctu vidit ſomnium narrat. *Thraſimedes auctore Plutarcho Theopompo & Tertulliano nunquam ſomniauit. & Atlantes teſte Herodoto, Plinio, Tertulliano.*

Σιβυλλιᾶν. *Ariſtoph. Cic. eſt more ſenum delirare, nam Sibylla annoſa erat, (non vaticinari vt alij exponunt) Magius.*

ἑαυτῷ ὀνειροπολεῖ. Sibi ipſe ſomnia interpretatur.

ὀρέστου ὄνειρον διηγῇ. *Galen.* Oreſtis ſomnium enarras.

εἶτα ἐξηγρόμην. *Ariſtophan.* Deinde expergiſcebar. *Vſurpamus hoc cùm quis aliquid incredibile narrauit. Significat enim vana & ſomnio ſimilia fuiſſe quæ relata ſunt. quo modo noſtri dicunt.* Cáta bayéć. *Huic Ariſtophanis dicto Eraſmus vult ſimile eſſe illud Ciceronis.* Ille diſceſſit, ego ſomno ſolutus ſum. *Sed dictum Ciceronis ſeu Scipionis apud Cic. eſt poſitum poſt relatum verum ſomnium, in quo non fabuloſa, vt vult Eraſmus, ſed ex mente Cic. vera & ſeria de immortalitate animorum & futura vita poſt mortem (eſto admiſtis Platonicis cœlorum concentibus) grauiter & prudenter referuntur. Poteſt tamen huc trahi.* ἀδολεσχεῖν καὶ ἀερομετρεῖν. *Xenophon.* Nugari ſeu garrire & aërem metiri.

καινὸς ἀτοσὶ παλαίφατος: *Athena. de coquo glorioſo (qualis in Pſeudolo Plauti.)* Nouus iſte Palæphatus. Plotká. *Nam vetus Palaphatus ſcripſit fabuloſas narrationes & de rebus incredibilibus. Talis eſt apud Lucianum Vera hiſtoria fabuloſiſſimis nugis refertiſſima.* γρολίαις ὅμοια μυθολογεύσῃς. *Nazianzen.* Caniciei ſimilia fabularis .i. qualia ſolent ſenes.

γραώδη ἱστορεῖ μυθάρια. Aniles infert fabellas. *Olympiodor. de Platone.*

Ćoſiźtaa.

Ζοφίζεσθαι τὸ ἓν τρία ποιῶν Vlpian. Rhetor. Argutatur ex vno tria faciens. Plécić.
τραγελάφους πλάττει. Ariſtophanes. Tragelaphos, hircoceruos fingit.
Quiſquilias volantis venti ſpolia memoras. Cæcilius. λῆρον ληρεῖς. Nugas nugaris.
ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Homer.
Plurima narrabat figmenta ſimillima veris.
In Plauti Rudente multa talia dicta ſimul congeruntur, vbi piſcator qui perdita reperit, agit de heuretro cum domino rerum perditarum, hoc modo.
Pi. Quid dare velis, qui iſtæc tibi inueſtiget indicétque?
Eloquere properè celeriter. D. Nummos trecentos. P. Tricas.
D. Quadringentos. P. Tramas putridas. D. Quingentos. P. Caſſam glandem.
D. Sexcentos. P. Curculiunculos minuto. fabulare.
D. Dabo ſeptingentos. P. Os calet tibi, num git frigefactas?
D. Mille dabo nummos. P. Somnias. D. Nihil addo abi. P. Igitur audi.
Si hercle abiero hinc, hîc nō ero, D. Vin' centū & mille. P. Dormis. &c.
Campas dicis .i. *nugaris. apud eundem aliquoties legit Taubman. Scagil. Longolius. Palmer. eo modo campas .i. erucas, quo ſuprà idem dixit Curculiunculos.* *Affine*, Plotki.

Płodność wielka / ábo vſtáwiczna.

Βοίδιον βασιλικὸν. Diogenian. Bucula regia. *quæ ſex eodem partu vitulos edidit Ptolomæo iuni. regnante.* Lepus ſuperfætans. ὁ λαγὼς ἐπικύων. V. Jędno ſchodźi.
Gallina item & Ouum, *Symbola ſunt facunditatis apud Pierium, vtpote quæ aliquando ſingulis diebus bina & trina oua edunt. quin repertam ait gallinam, quæ vno partu 18 oua edidit, ex quorum ſingulis binos pullos incubando excluſit.*
Idem. Sinapi fœcundiſſimam *docet, & ex SS. libris clarum eſt.*

Płonne ábo mé trwáłe rzéczy.

ὑπωνέμια ὠά. Ariſtophan. Subuentanea oua. ζεφύρια. *eadem.* (Plaut.
ἀνεμοφόρητα. Cic. res leues, inanes, quæ vento arripiuntur. Flocci. Tramæ putridę. Pappi volantes. Fila aranex. Lucret. ἰὸς ἀράχνης. Theodoret. Tela aranex.
κυπαρίττου καρπός. Theophraſt. Cypariſſi fructus. *qui exilis eſt inelegans & dilabidus. Plinius.* Fumus. Somnium. τὸ καπνὸν ἢ ὄνειρον ἢ ἄνθος χλόης .i. Fumum, ſomnium, florem herbæ *vocat Nazianzen.* vitam hominis.
πεφακιώδη πλάσματα. Diogenian. Figuli opes. τενεδιῶδες πέφαμμα. Dio Chryſoſt. Tenedium fictile. *quod admodum fragile eſt.*
Nebulæ in pariete. *Auſoni.* Fumi vmbra. *infrà.*

Plotká / ktory lędá co mowi.

ἔμπορος λήρων: λόγων ὑποκριτής. Athenæus. Nugarum inſtitor, Sermonum mimus. οἱ ποιηταὶ λῆροι εἰσὶν Athen. Poëtæ ſunt nugæ .i. nugatores.
Vide & Plécićs.

Plotki/ bayki. Plotki to ſa.

Vanæ ſpecies. Ægri ſomnia. *Horati.* Ægroti ſomnia. *Perſi.* τυφλὸν ὄνειρον. Cæcum ſomnium. Vigilantium ſomnia. *Quintilian.* πάντα ἐκεῖνα ὑπηνέμια ὀνείρατα καὶ ἐπῶν σκιαί. *Lucian.* Omnia illa ſubuentanea ſomnia ſunt & verborum vmbræ. ἄβυδος vel ἄβυδος Φλυαρία. *Suidas.* Abydus *vel* Abydenæ nugæ. *quia tum iam ea ciuitas olim celebris frigebat.* Lamiæ turres *Tertul.* Iberæ næniæ. *Hieronym. à gente maleficiis dedita, vel aurifero Tago fabuloſo.* Siculæ gerræ vel nugæ. *Auſoni. Nam Siculi oli olim dicaces & vani.* Apinæ, tricæque *Martial.* Nugæ theatri. Germanæ gerræ Perſolæ nugæ. *Plaut.* Scholica nugalia. *Gellius.* Cantilena è ſcholis *Cic.* Nebulæ in pariete. *Auſonius.* παλαιφάτα ἄπιστα. Palæphati incredibilia. Palæphatia papyrus. *Rhodigin.* i. *liber fabuloſa & incredibilia continens.* Luciani Vera hiſtoria *ſuprà.* καπνὸς σκιά. *Sophocles.* Fumi vmbra Tramæ putridæ. *Plaut.* ἀλκινόου ἀπόλογος. *Ariſtotel.* Alcinoi apologus. *ſcriptor quidam fabuloſus fuit.* τῶν ταντάλου κήποι, ὡς ὄντες οὐκ εἰσί. *Philoſtratus.* Tantali horti, qui videntur eſſe & non ſunt. τὰ μιλησιακά. *Ariſtides.* Fabulæ Mileſiæ. *Capella.* Res vel narratio è Metamorphoſi *Ouidij aut* ex Vera hiſtoria Luciani deprompta, vel illi addenda γραῶν ὕθλος. *Plato.* Anicularum deliramenta. τὰ ἐν ᾅδου. *Ariſtarchus.* Quæ apud inferos. ſ. *finguntur eſſe cùm non ſint. Sic Horatius. & Perſius. manes vocat fabulam. De infernis multa & ſæpe habent ethnici, præſertim Pòëtæ, Lucret. Plautus. Virgil. Seneca Tragicus, Horatius, & alij. ſed inconſtanter de his loquuntur, etiam Philoſophi, vt Cic. in Tuſcul. In Verrem, Pro Cluentio autem ineptias & fabulas eſſe ait, quæ de inferis dicuntur. Deniq; Seneca.* Illa quæ nobis faciunt inferos terribiles, fabula eſt. Luſerunt ita Poëtæ & vanis nos agitauerunt terroribus. φοινικικὸν ψεῦσμα. *Strabo.* Phœnicium figmentum vel mendacium, *à Phœnicibus mercaturæ deditis vel à Cadmi Phœnicis fabula. Affine,* Plećićß.

Plugaſtwo zaſtarzałe nić záraz wychodzyß.

Ἐξ αὐγίου βουστάσιον ἐκκαθαίρειν ἐπίπονον. *Ex Luciano & Nazianz.* Augiæ ſtabulum expurgare operoſum eſt.

In Epigram. Græcis. Augiæ ſtabulum repurgatum recenſetur inter labores Herculis, vtpote in quo tria millia boum pluribus annis ſtabulabantur. Et Seneca. Maluiſſes, inquit, cloacas Augiæ purgare, multò plùs ego ſtercoris exhauſi.

Plwáć nićobyczáyny.

Ψεκὰς ἢ δρόσος: Pſecas aut ros cadit. *In crebrò exſpuentes. vel in eos qui inter loquendum cum aliquo, eum ſaliua aſpergunt. qualis fuit Antimachus Lyricus Pòëta.* Σιαλόεις, *is Græcis .i. ſaliua fluens.* Sliniak.

Pobudźić kogo do czégo. Podnßczáć. Podżegáć.

Subdere

Subdere faces ad ſtudia dicendi. *Quintilian.*
Flagrantibus iam militum animis faces addiderat. *Tacitus.*
ἡ πονηρία πλοῦτον λαμβάνουσα μέγιστον ἀνάπτει πυρσόν. *Theodoret.* Nequitia opes nacta maximam facem ſuccendit. Dolorum faces admouere. *Cie.*

Pocátuiéß abo pocátowat nożki.

Ruſſi dicunt. Żáyko tápki liżét / gdy vtéczét. Żáiac tápki liżé / gdy véiéczé.
Senſus eſt. Fuga vel pedum beneficio periculum inſtans euaſit.
Gratulatus ſibi eſt bonos ſe habere pedes. Pedibus ſe debere ſalutem faſſus eſt.
Gratias egit pedibus quòd ſaluus euaſerit. *Loquitur ſic Seneca.*
Gratias mihi ago, *inquit*, dicimus, cùm laudamus nos & factum noſtrum comprobamus. *Item.* Gratiam habeo ſenectuti &c. Debeo hoc ſuburbano meo. &c. *Simile illud Habacuc 1.* Immolabit ſagenæ ſuæ & ſacrificabit reti ſuo .ſ. *ob victoriam proſperam. de Rege Chaldæo loquitur.*
Sed & oſculari pedes *hic vſurpare liceat. Nam Cic. dixit:* Iuriſprudentiam tanquam filiam oſcularis tuam .i. *amas & caram habes.*
Sic καταφιλέω. *apud Xenophontem.* ὡς ἔχουσα πῶς ἔτι ἄλλως ἀσπάσαιτο αὐτὸν, καταφήλησε τὸ ὄχημα. .i. Non habens quomodo ampliùs aliter amplecteretur illum, oſculata eſt currum. *Plutarchus loquens de homine garrulo odioſo addit:* πόδες ὧν κεῖται μισῶσαι καὶ τὸν ἀρχίλοχον. .i. Qua in re ſummus honor debetur iuxta Archichu pedibus .ſ. *quibus eum effugere licet. Adiungit dictum Ariſtotelis, qui garrulo variis quæſtionibus ſe vexanti, inculcantiq; Nónne hoc eſt mirum Ariſtoteles? reſpondit:* οὐ θαυμαστὸν, ἀλλ' εἰ μὴ πόδας ἔχων σε ὑποιένει. Non hoc admirabile eſt, ſed ſi quis pedes habens te ſuſtinet. *Sed hoc ad* Vlie moge ná co pátrzyć *meliùs referes.*

ἐλάφου λαγῶο θ' οἱ πόδες σωτηρία. *A.*
Cerui atque leporis certa ſunt pedes ſalus.

Pochlebcá. & Pochlebcá wßyſtko chwali. Pochlebcá z ſtrávy ſłuży.

Chreſtologus. *Tertullian, Auſoni.* χρηστολόγος .i. blandiloquus.
— Qui ſemper & omni Nocte dieque poteſt alienum ſumere vultum. *Iuuenal.*
οἱ ζοφοκλεῖς. Laudicœnæ vel Laudiceni. *Plini. iun. qui laudant aliquem ob cœnam. Conducti auditores qui recitanti ſua ſcripta Pòéta acclamabant, Magnum* ζοφόν. *ſeu σοφὸν ἐκάλουν. ſapientem vocabant.*
γλωσσογάστωρ. *Polluci.* Lingua victum ventri parans.
In aurem laudat omnes ſemper. *Ex Martial. epigr. 9. l. 1.*
Adulatores *Seneca appellat* dominorum ſuorum arriſores & arroſores.
ὦ πλεῖον ἴλαος αἰμύλης ἀλώπεκος. O plùs beneuole blandulâ vulpecula.
Symbolum adulatoris eſt Simia. Hyæna. Muſca. Speculum. Heliotropium. Apis cui mel in ore, in cauda ſpiculum. Vmbra. Mel venenatum. *In Hiero-*

glyphicis Anonymi. ex Plutarcho. Plinio. Stobæo. Lipsio. &c. *Item.* μυοσόβη. Flabellum quo muscæ abiguntur. *Vel* adulator ipse, qui muscas abigere, solet.
κόλακός ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἱμάτια ἀφελεῖν κροκίδα. *Theophrast.* Adulatoris est è veste (alterius) floccos demere. καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ τὰ σκυφάλαια τοῦ παιδὸς ἀφελόμενον αὐτὸν ὑποστρῶσαι. *Idem.* Et in theatro puluillos famulo ereptos ipse substernit. (ei cui adulatur.) *Plura talia habet idem de Adulatore Character. c. 2.*
Lucianus item in Timone egregiam adulatoris effigiem expressit in Demadis persona. qui post multa alia dicit Timoni, se filio suo nomen Timonis imposuisse. Cui Timon. atqui nec vxorem duxisti. Rt. ille. sed ducam & filium habebo. Deinde multa ad Laudem Timonis illo mentiente. Rt. Timon hæc non feci, istic non fui. &c. ille verò: quid tum? facies postea, addit. Modestè tu de te loqueris, nos ingrati essemus nisi meminissemus.
ὑπὸ μάλης ἔχει κολακείαν. *Idem Lucian.* Sub alis gestat adulationem. *Nam Sub alis sentitur titillatio cui adulatio similis.* *Corvus item albus adulatoris typus, quales in Islandia scribit nasci Olaus M. qui tamen naturam nigri retinet.* Chamæleon *quoq; qui teste Plutarcho* omnes colores imitari & exprimere potest, albo excepto. *Et adulator verum dicere non solet. De Chamæleonte Ouidi.*

Protinus adsimulat tetigit quoscunque colores.

λέμβος: Lembus. *apud Athenæum dicitur* parasitus, *quia is mensas vt scapha oneraria sequitur.* Luna piscis, *lunam cælestem æmulatur, ista crescente, ille crescit; plena, plenus est; decrescente, decrescit; silente, euanescit. Ælian.*

Assentiendum est quicquid hic mentibitur. *Vox assentatoris. Plaut.*

Bene res geritur, assentibor quicquid dicet. *Eiusdem.*

Chirosophus *assentator Dionysij cùm eundem ridentem cum suis familiaribus à longe stans videret, ipsemet quoq; effusè risit; & causam risus rogatus respondit:* Credidi digna esse risu, quæ rex cum suis rideret.
ἀξία ἡ κυὼν τοῦ βράμα. *Suidas.* Digna canis cibo.
Canis adulatoris symbolum. Nam eos heris gannitu vocis adulari, *ait Lucret. Et Nonius, adulationem canum propriam esse scribit.* *Cicero item ait:* Canum amans dominorum adulatio. *Græcis id est σαίνειν .i. caudam adulando mouere. Apud Varronem l. 2. de Re Rustica,* Canes Actæonis *qui dominum suum deuorárunt quidam interpretantur adulatores & seruos inutiles. quia alibi idem ait:* Crede mihi plures dominos comedêre serui quàm canes. *Pediculi mortuorum corpora deserunt, & adulatores diuitem exhaustum. E Plutarcho.*

Qui coràm in os te laudat, insidias struit. *Fàërnus.*
πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. *Aristotel.* Multa mentiuntur cantores, pòëtæ. *& qui ad gratiam & oblectationem omnia faciunt & dicunt, vt adulatores.*
Adulatoris verba apud Horat. sunt: Pulchrè, benè, rectè. *Apud Persium:* Euge, beatè. *Apud Martialem:* Effetè, grauiter, citò, nequiter, euge, beatè.
De eodem Iuuenal. sic. Rides? maiore cachinno.

Concutitur: flet, si lacrymas conspexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ si tempore poscas,

Accipit

glyphicis Anonymi. ex Plutarcho. Plinio. Stobæo. Lipsio. &c. Item. μυιοσόβη. Flabellum quo muscæ abiguntur. *Vel* adulator ipse, qui muscas abigere, solet.

κόλακός ἐστιν ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀφελεῖν κροκίδα. *Theophrast.* Adulatoris est è veste (*alterius*) floccos demere. καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ παρασκιφάλαια τοῦ παιδὸς ἀφελόμενον αὐτὸν ὑπερῆσαι. *Idem.* Et in theatro puluillos famulo ereptos ipse substernit. (*ei cui adulatur.*) *Plura talia habet idem de Adulatore Character. c. 2.*

Lucianus item in Timone egregiam adulatoris effigiem expressit in Demadis persona. qui post multa alia dicit Timoni, se filio suo nomen Timonis imposuisse. Cui Timon. atqui nec vxorem duxisti. Rt. Ille. sed ducam & filium habebo. Deinde multa ad laudem Timonis illo mentiente. Rt. Timon hæc non feci, istic non fui. &c. ille verò: quid tum? facies postea. additq; Modestè tu de te loqueris, nos ingrati essemus nisi meminissemus.

ὑπὸ μάλης ἔχει κολακείαν. *Idem Lucian.* Sub alis gestat adulationem. *Nam Sub alis sentitur titillatio cui adulatio similis. Coruus item albus adulatoris typus, quales in Islandia scribit nasci Olaus M. qui tamen naturam nigri retinet.* Chamæleon *quoq; qui teste Plutarcho* omnes colores imitari & exprimere potest, albo excepto. *Et adulator verum dicere non solet. De Chamæleonte Ouidi.*

Protinus adsimulat tetigit quoscunque colores.

λέμβος: Lembus. *apud Athenæum dicitur* parasitus, *quia is mensas vt scapha onerariam sequitur.* Luna piscis, *lunam cœlestem æmulatur, ista crescente, ille crescit; plena, plenus est; decrescente, decrescit; silente, euanescit. Ælian.*

Assentiendum est quicquid hic mentibitur. *Vox assentatoris. Plaut.*

Bene res geritur, assentibor quicquid dicet. *Eiusdem.*

Chirosophus *assentator Dionysij cùm eundem ridentem cum suis familiaribus à longe stans videret, ipsemet quoq; effusè risit; & causam risus rogatus respondit:* Credidi digna esse risu, quæ rex cum suis rideret.

ἀξία ἡ κυνὸς βρῶσις. *Suidas.* Digna canis cibo.

Canis adulatoris symbolum. Nam eos heris gannitu vocis adulari, *ait Lucret. Et Nonius, adulationem canum propriam esse scribit. Cicero item ait:* Canum amans dominorum adulatio. *Græcis id est σαίνειν, i. caudam adulando mouere. Apud Varronem l. 2. de Re Rustica,* Canes Actæonis *qui dominum suum deuorârunt quidam interpretantur adulatores & seruos inutiles. quia alibi idem ait:* Crede mihi plures dominos comedêre serui quàm canes. *Pediculi mortuorum corpora deserunt, & adulatores diuitem exhaustum. E Plutarcho.*

Qui coram in os te laudat, insidias struit. *Fàërnus.*

πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. *Aristotel.* Multa mentiuntur cantores, pòëtæ. *& qui ad gratiam & oblectationem omnia faciunt & dicunt, vt adulatores.*

Adulatoris verba apud Horat. sunt: Pulchrè, benè, rectè. *Apud Persium:* Euge, beatè. *Apud Martialem:* Effetè, grauiter, citò, nequiter, euge, beatè.

De eodem Iuuenal. sit. Rides? maiore cachinno.

Concutitur: flet, si lacrymas conspexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ si tempore poscas,

Accipit

Non pluris me facit quàm ancillam quæ latrinam lauat. *Ex Plauto.*

Demea Terentij minatur pſaltriam filij corruptricem ruri ſe exerciturum in culina, piſtrino, ſpicilegio. Rus cras cum filio, cum primo lucu *(ibo.)*
Et iſtam pſaltriam Vna illuc mecum hinc abſtraham⌣,
Atque ibi fauillæ plena fumi ac pollinis
Coquendo ſit faxo & molendo: præter hæc,
Meridie ipſo faciam vt ſtipulam colligat⌣,
Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt.

Spongia illi ſum. *Vel* Pro ſpongia me habet, vtitur: *ex Palladio.* V. Podłego ſtanu.

Poczać naćieſzey. Początki natrudnieyſze.

Omnia hæc dum incipias, grauia ſunt, dumq; ignores; vbi cognôris, facilia. *Terent.*
Difficilemque aditum primùm ſpectantibus offert. *Virg. de Virtute.*
ῥίζη μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ ἄνθος ἐικελον ἄνθῳ: *Homer. de Moly herba.*
Nigra quidem radix ſuberat, ſed lacteolus flos.
—— Artis triſtiſſima ianua noſtræ, Et labor eſt vnus tempora prima pati. *Ouid.*
Ardua prima via eſt, vltima prona via eſt. *Idem.*
Ac veluti primò taurus detrectat aratra,
Pòſt venit aſſueto mollis ad arua iugo. *Properti.*

Recentiores quidam dicunt: Primam glaciem frangere moleſtum & laborioſum. *Lege Martialis Epigr: 64. l. 2. in Taurum cunctatorem, vbi dicit:* Incipe &c. *Adde apologum vulgarem de filio agricolæ cunctatore, horrente aggredi purgationem agri vaſti, quem tamen hortatu patris aggreſſus, mediocri quotidiano labore breui totum excoluit. Vulgare dictum eſt.* Omne principium graue, ſed finire ſuaue⌣.

ἐυ ἀρχεσθαι μικρὸν μὲν μὴ εἶναι, παρὰ μικρὸν δὲ. *Laërtius.* Bene incipere non eſt quidem paruum, ſed parui fieri. *Eraſm. al. licet in re parua verſetur. P. Nannius.*

Affine, Początek dobry / połowica roboty.

Początek złego.

ῥίζα καὶ πηγὴ. *Galen.* Radix & fons. *Sic Cic.* Non ſolùm ramos miſeriarum⌣ amputare, ſed etiam radicum fibras euellere. *Idem.* Fontem & caput Socratem vocat. κεφαλὴ *etiam Græcis hoc ſenſu.*

προοίμιον τ᾽ ἀρχῆς. *Nazianzen.* Procœmium imperij. *Et Iuuenal.* Procœmium rixæ.
ἐξ ὕδωρ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα,
καὶ πᾶσαι κρῆναι ἠ φρέατα μακρὰ νάουσιν. *Homer. de Oceano.*
Ex quo omnia flumina, & omnia maria⌣,
Et cuncti fontes & putei profundi fluunt⌣.

Primas lineas ducere. *Quintilian.* .i. *incipere. à pictoribus tralatum.*

Początek dobry / koniec miewa podobny.

ἀρχῆς καλῆς κάλλιον εἶναι τὴ τέλος: *Nazianzen.*
Principia pulchra pulcher exitus excipit.

Sæpe adulatio dum blanditur, offendit. *Seneca.* Ligna dum augent ignem ab eo conſumuntur, ſic opes ab adulatoribus. *Ariſtonym. apud Stobæum.*
Melle litus gladius. *Hieronym.* Laqueus *legit. Eraſmus.*
μελιτίνη ἀγχόνη. *Diogenes.* Mellita præfocatio. *de oratione ad gratiam comparata.*
μελίκρατον θανάσιμον. *Idem ſcorta ſic vocat.* Mulſum mortiferum. *ad adulationem transfert rectè Eraſmus.* *Simile illud ex Plinio:* Mellitum venenum.
ἡράκλειος ψώρα. *Suidas.* Herculana ſcabies. *pro dulci pruritu adulationis.*
Coruum comedentem dum Vulpes laudat, elatus ille crocitare incipit & cibum dimittit, quem delapſum vulpes comedit. Gabrias. Apulei. Phædrus. Fàernus.

Ρῶ καὶ Λάμβδα μόνον κόρακας κόλακάς τε διῆξε,
ἐκεῖν ταυτὸ κόραξ βωμολόχος τε κόλαξ.
τοὔνεκά μοι βέλτιστε τὸ δὴ ζῶον πεφύλαξο,
εἰδὼς καὶ ζώντων σοῦ κόρακας, κόλακας. *Palladas.*

Rho & Lambda ſolùm adulatores & coruos diſcernunt,
Ob id, idem eſt coruus & ſacrilegus adulator.
Ideò optime hoc animal reformida,
Sciens etiam viuentium Coruos eſſe Adulatores.

ἐχθὲς ὅτῳ βλάπτειν μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδὸν,
ὥσπερ ὁ τιὼ καθαρὰν ψυδόμενος φιλίαν.
τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα προειδότες ἐκφεύγομεθα,
τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν ἀπροφυλακτόμεθα. *Idem Palladas.*

Non ita nocet, qui odiſſe ſe dicit manifeſtè,
Vt ille, qui ſinceram mentitur amicitiam.
Odientem enim præſcientes, euitamus.
Illum verò qui amare ſe dicit, non cauemus.

Κρεῖττον εἶναι εἰς κόρακας ἀπελθεῖν ἢ εἰς κόλακας.

Antiſthenes ſatius eſſe dicebat incidere in coruos, quàm in adulatores; quòd illi mortuorum cadauera, hi viuorum animos corrumpant. Laërti. *Idem Diogeni tribuitur.*

Principes populis, principibus adulatores imperant. G. *Ens.*

Vide præcedentia duo capita.

Pochwalić kogo albo co czyiego.

Album calculum adijcere. *Plini. iuni.* τιὼ λευκὸν ψῆφον προσθέναι.
Pedibus in alicuius ſententiam diſcedere, ire. *Cic. Saluſti. Liui.*
Creta notare. *Horat. Iuuenal.* Premere pollicem. *Plini.*
Fautor vtroq; tuũ laudabit pollice ludum. *Hor. vt in ſpectaculis gladiatorũ fiebat.*

Pochyte drzewo tacno obaliß; Vtraconego tacno namowiß.

ἐν ζυμφοραῖς ἄνθρωπος εὐθὺ πείθεται. *Ex Ioſepho.*
Mox calamitoſo quidlibet perſuaſeris.

Pociera mna katy. Za pomiotło ia v niego.

Non

Apud Drexellium vulgare dictum eſt: Mane pſalterium, meridie conuiuium, veſperi conuicium & propudium. *Omitto ſimile huic, triuiale illud.* Beati immaculati. &c. *Non procul abit & illud Ariſtij apud Athenæum.*

ἀπώλεσας τ' οἶνον ὄμπλεως ὕδωρ. Vini liquorem perdidiſti infuſa aqua, i. *bene cœpta aut facta vel data vitiaſti, & ingrata vel fœda reddidiſti.*

Aſinus currens, *eſt typus hominis præclarè & alacriter aliquid inchoantis, & mox ſenſim fatiſcentis ac deficientis. nam id aſino noſtrati proprium eſſe ait Pierius. Ælianus verò aſinum Mauruſium ſimiliter initio curſus velociſſimum eſſe, mox lenteſcere & ad maximam tarditatem redigi ſcribit.* ἀπ' ὄνου πεσεῖν. Ab aſino excuti, *Plato ait eos, qui præclara aggreſſi turpiter deſinunt. Pierius. Eorundem ſymbolum apud eundem eſt* Sepia, *quæ limpidiſſimā aquā atramento effuſo obſcurat & fuliginoſam ac tenebricoſam reddit.*

Początki nazbyt buyne, niechwalne, nietrwałe.

Luxuries ſegetum & plantarum agricolis ingrata. *Ideò apud Virgil. agricola.*

Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

Sunt genera terræ quarum vbertas pectinari ſegetem in herba cogat. *Plin.*

Vites quæ fructu carent, fronde luxuriant, & paupertatem fetuum compenſant vbertate foliorum, quas putare preſſiùs conuenit *Palladi.*

Et Cicer. In ſumma vbertate luxuries ineſt, depaſcenda ſtylo.

πολύφυλλα δένδρ' ὀλὶ πολύκαρπά γ' ἐς' ἅμα. *A.*

Fructu haud abundare folioſa arbor ſolet. *Vide* Przed láty rozum.

Początku złego zły koniéc bywa. dobrego dobry.

Vt malè poſuimus initia, ſic cætera ſequuntur. *Cicer.* Malè inſtituta ratio, exitum reperire non poteſt. *Idem.*

κακαῖς καταρχαῖς ἕπεται κακὸν τέλος. *A.*

Principia mala ſubſequitur exitus malus.

τῇ ἀρχῇ ὅμοιον τὸ τέλος ἔμμεναι φιλεῖ. *A.*

Similis initio finis eſſe ſolet ſuo.

ἀρχῆς κακῆς, τέλος κακόν. *Æolus.* Principij mali, malus finis.

Vetula in veſtibulo oblata non egrediendum. *E ſymbolis Pythagoricis .i. cùm turpe initium rei eſt, ab actione deſiſtendum eſt. Bona doctrina, ſed ex vana Ethnicorum ſuperſtitione deſumpta.*

Początwßy trzebá dokonáć.

Domum orſus ædificare, imperfectam ne relinquas. *Heſiodi eſt præceptum.*

μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν,

μή τι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη. *.i.* Neue domum fabricans impolitam relinquas, Ne forte illi inſidens crocitet garrula cornix.

Nota eſt apud S. Lucam c. 14. inſultatio tranſeuntium: Hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare. *Apud Lucianum Tyranni vmbra, Charontis cymbam*

ἔργα δὲ πάντὸς ὦν τις ἄρχηται καλῶς,
κ τὰς τελευτὰς εἰκὸς εὖ ἔτως ἔχειν. *Sophocles.*
Negotium omne quod quis inchoat benè,
Illud quoque ſimilem habere par eſt exitum.
Si quā rē accures ſobriè ac frugaliter, Solet illa rectè ſub manus ſuccedere.
Atq; fermè vt quiſq; rem accurat ſuā; Sic ei procedit poſt principia. *Plaut.*
Boni bonos habent exitus. *Cic.* Principij boni finis bonus. *Garner.*

Początek dobry/ połowica roboty. abo. Początek połowica roboty.

Incipe, dimidium facti eſt, cœpiſſe; ſuperſit
Dimidium. rurſum hoc incipe, & efficies. *Auſoni.*
Dimidium facti qui cœpit habet *Horat.*
ἀρχὴ ἥμισυ παντὸς. *Heſiod. Ariſtotel.* Principium dimidium totius.
ἀρχὴ πλέον ἢ τὸ ἥμισυ. *Plato.* Principium plùs quàm dimidium.
Exorſa hæc tela non malè eſt omninò mihi. *Plaut.* *Apud Pollucem eſt* κήμονα κῆσαι. Stamina intendere, ſ. *texenda.*
ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον. *Plato.* Principium omnis rei maxima pars.

Początek ma być dobry/ pilny/ pokazały. Na początku śie trzéba popiſáć.

ἀρχομένῳ δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. *Pindarus.* Incipienti operi faciem oportet dare ſplendidam.
Hinc Oratores principia ad cōmendationem ſui inſtituunt vt ait Cicero. *Itemq;.* Principia *inquit* dicēdi ſemper accurata acuta & inſtructa ſententijs, apta verbis &c. eſſe debent. Prima eſt enim quaſi cognitio & cōmendatio orationis in principio. &c.
Sic apud S. Ioan. c. 2. Architriclinus ait: Omnis homo primùm vinū bonū ponit. &c.

Początek niéßczęśliwy.

ἐν τῷ οὐδῷ ὀλισθαίνειν. In limine labi.
ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν. In portu impingere. *Quintilian.*
Statim è portu egrediens nauem impegi. *S. Hierony.* In limine offendere.
Ex Virgilio 2. Æneid. de Equo Troiano. Quater ipſo in limine portæ conſtitit. *Vbi* In limine offendere, *ominoſum fuiſſe oſtendit Cerda aliquot exemplis hiſtoricis & pòèticis.*
Cantherius in porta .ſ. *in egreſſu concidens cum ſeſſore Sulpitio Galba. Feſtus.*
ἐν τῷ λιμένι ναυάγιον ἐγένετο. *Nilus.* In portu naufragium accidit.

Początki częſto gorące/ dobre bywáią: ale do końcá rzadko dotrwáią.

Vulgaris verſiculus eſt. Principium feruet, medium tepet, vltima frigent.
Accipe hunc Græcè, ζεῖ ἀρχαὶ, τὰ δὲ μέσα χλιαίνεται, ἔσχατα ψυχρά.
Non eôdem curſu reſpondent vltima primis. *Cato.*
ὃ γὰρ ἀεὶ τά γε λοίσθια τοῖς πρώτοισι ξυνᾴδει. *Planudes.*
Cœpiſti meliùs quàm deſinis, vltima primis Cedunt. *Ouidi.*
Bonis initijs orſus Tribunatus, triſtes exitus habuit Conſulatus. *Cic. de L. Beſtia.*
Simile illud noſtrum. W czepku śie urodźił/ w powrozku zginié.

Apud

ἀφροδίτῃ ὗν θύειν. Veneri ſuem immolare. *quod animal exoſum Veneri eſt ob Adonidem ab apro interemptum.* *Sic Iſaiæ c. 66. de ſacrificiis iniquorum dicitur:* Qui mactat (*in ſacrificium*) pecus, quaſi qui excerebrat canem: & qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat &c. i. *exoſus eſt Deo.*

παρὰ μιαρῶν δῶρα, οὔτ' ἄνδρα ἀγαθὸν, οὔτε θεὸν ἐστί πώ τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι. *Plato.* Ab impuro munera, nec bonum virum nec Deum ſumere vnquam decet vel bonum eſt. Namque ego ab indignis præmia nulla peto. *Catullus.*

Lege Martial. epigr. 26. lib. 7. de Apro à Dextro ſibi miſſo. quem illi remittit dicens.

Ad dominum redeas, noſter te non capit ignis (i. *focus, culina, ſumptus.*)
Conturbator aper, viliùs eſurio.

Habet idem talia plura, vt eodem libro ep. 52. In Vmbrum. de rebus minutis & vilibus ſplendidè per 8 ſeruos miſſis. *Item l. 8. ep. 71.*

Antigonus Sophiſta librũ de Iuſtitia obtulit Alexandro. cui ille: Stolidus es *ait*, qui videns me aliena inuadentem, de iuſtitia mihi diſſeris. *Plutarch.* *Aſſine*, Drwé do lásá.

Podárek podły / máły / od perſony zacney / przyiemny ieſt.

δῶρημα μικρὸν ὑπὸ μεγάλου δόντος μέγα. *A.*

Magnum putato magna quicquid dat manus.
Exiguum munus cùm dat tibi clarus amicus, *Cato ait, Pauper amicus.*
Accipito gratè, plenè & laudare memento.
Permagni refert Quis (*omitto nunc Cui, Quid*) mittat. *Seneca.*

Sic Martialis de toga ſibi miſſa à M. Antonio claro & docto viro ait:

Littera facundi gratum mihi pignus amici
Pertulit, Auſoniæ dona ſeuera togæ. &c.
Vilior hæc nobis, alio mittente fuiſſet, (*impetrat.*)
Non quacunq; manu victima cæſa litat. (i. *diis grata & accepta, petita*
A te miſſa venit. poſſem niſi munus amare (*togam*)
Marce tuum, poteram nomen amare meum (*Marci, quod tu etiam habes*)
Munere ſed plus eſt & nomine gratius ipſo,
Officium docti iudiciumq; viri. *Alia commendatio munerum ab eo cui datur. apud Plinii qui dicit.* Multa ideò valde pretioſa videntur, quia templis dicata.

Podárek wyborny.

An quicquam tali nobis ſit munere maius? *Virg.*

μῆλά ἑσπερίδων δωρῆσαι. Mala Heſperidum (*aurea*) donare.

Martialis. l. 10. ep. 16. admodum pretioſa munera enumerat, quæ Caio per iocum ſe mittere ait. Munera centum potiora ſignis. *Horat.*

Podárek od nieprzyiaciela podeyrzány / nießczęśliwy / złodźiwy.

ἵππος δόλιος *apud Ariſtidem.* Equus ligneus. *Troianis à Græcis datus. de quo rectè apud Virgilium Laocoon ſic:* O miſeri! —— Aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum? —— Equo ne credite Teucri.

ingreſſura tergiuerſatur, & inter alias cauſas moræ ait, ſe domum imperfectam relinquere non debere. *Martialis etiam ridet quendam talem.*

Rem peragit nullam Sertorius, incipit omnes.

ῥάμμα ἐπέκλωσας, ϖϱοσδεῖ καὶ ῥαφιδος. *Pollux.* Filum neuiſti, & acu opus eſt.

Cui ſæpe dederis, vbi negas, rapere imperas. *P. Syrus.*

Nil facit, qui incipit, nec finit. *Garner. è Gallicis prouerbiis.* Εαδίζοντας εἰς ἀποδημιας μὴ μεταστρεφεσθαι. *Plutarch.* Ingreſſi peregrinationem ne reuertantur.

Poczkay áż śie dopiecżé/ abo vvre.

μηδ' ἀπὸ χυτροποδῶν ἀνεπιρρέκτων ἀπελόντα; ἔδθειν μηδὲ λόεσθαι. *Heſiodus.* Neque à chytropode non ſacrificata rapiens edas, non lotus.

Cicero etiam caſtigat quoſdam aſotos adeò non religioſos, vt edant de patella .ſ. frixoria ſacrificiorum, nondum ſatis coctas eſcas. *Græci dicunt:* ἀποδηγανίζειν, ἐκ λοπαδος ἁρπάζειν. E ſartagine ex olla rapere. *Vide* Obżárty.

ἀθυτα ἱερὰ μὴ καθεδιεῖς. Sacrificia nondum immolata incocta ne deuores. *vt faciebat Vitellius Imperator Suetonio teſte.* *Hoc vitium quim peccatum grande erat filiorum Heli. L. 1. Regum. c. 2.* *Dicta verò poſita, tralata eleganter vſurpabis in caſtiganda præpropera auiditate alicuius comodi aut oblectationis.* *Affine,* Goraco cie kapano.

Po czem ci nic/ nie ſżukay.

ὧν ἂν τὴν χρῆσιν ἀγνοῇς, τούτων μὴ ζήτει τὴν κτῆσιν. *Iſocrat.* Quorum vſum ignoras, eorum poſſeſſionem ne affectes. *Simile,* Do czégoć nic.

Podárek ochotnié/ wéſoło dáwáć trzebá.

Káżda rzécz tym przyiemnieyßa/ im ią dáić twarz wéſélßa.

——ξενίων δέ τε θυμὸς ἄριστος. *Phurnutus.* Munerum animus optimus .i. *Munera non pretio materia quæ datur æſtimanda eſſe, ſed animo dantis, qui etiam vile munus commendat, & æſtimandum reddit, vt Aqua ruſtici cauis manibus Artoxerxi oblata grata fuit. Fulgoſo auctore.*

Sic duo minuta viduæ pauperis, apud S. Lucam. c. 21. gratiora Deo diuitum donis pretioſis. Plinius aliquas gentes lacte, aliquas ſalſa mola litare diis ſcribit.

Dona ferunt præ ſe, declarant gaudia vultu. *Catullus.*

μελιχρᾷ φωνῇ ἀπαγγέλλειν. *Pollux.* Suaui voce nuntiare .ſ. *boni quidpiam* gratius eſt audienti. Munus (*non ſplendidum nec pretioſum*) ornato verbis. *Terent.* Cantat & apponit. *Horat. de menſa amatoria.*

Plura ſimilia leges ſub Dobrodźieyſtwo ochotnie. & Dárownemu koniowi.

Podárek niepotrzébny/ niepożytécżny/ nieprzyiemny.

ἵππους δ' οὐκ Ἰθάκην δε ἄξομαι. *Homer.* Equos in Ithacam non ducam. *quæ petricoſa cùm ſit, illis non indiget, ſed nec habet, quî eos alat.*

Simile eſt illud ex Polluce. καρπαθίῳ τὸν λαγῶν. Carpathio leporem .ſ. *mittis. quæ inſula frugibus abundat, & lepores ijs noxios non alit.*

ἀφροδίτη

riùs veneratur. *S. Hieronym.* *Dictum Pythagoræ κυάμων ἀπέχεσθαι.* A fabis abſtineto. *Nazianzen. intelligit de muneribus. i.* ne munere corruptus feras ſuffragium. *alij aliter.*

Podárki oczy záślepiáią / ieżyć wiażą.

——— Malè verum examinat omnis Corruptus iudex. *Horatius.*

τυφλοῦσι δῶρα καρδίας καὶ τῶν σοφῶν *A.*

Excœcant etiam ſapientes munera mentes.

Munera excoecant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum, *Deuterono. 16.* Xenia & dona excœcant oculos iudicum. *Eccleſiaſtic. 20.*

V. Podarki wiéle moga. Przédárowano go.

Podarki rad biérzé.

κυάμους ἐσθίειν. *E Pythagoræ ſymbolis.* Fabas edit. *fabis Athenis ſuffragia ferebantur, quas edere dicebatur, qui quæſtum hinc faciebat. Sic interpretatur Plutarchus. Gellius. Nazianzenus, alii aliter apud Eraſmum.*

δωρικὴ μοῦσα. Dorica Muſa vel cantus. ſ. *illi placet.*

ὁ δύνασθαι μαθεῖν ἢν μὴ δωροδοκῆσαι. *Ariſtophan.*

Non poteſt diſcere niſi Doricè. i. Doricam linguam. *Et hoc quidem debuit dicere Pòéta, nempe δωρεῖ* Doricè, *ſed luſit in verbo δωροδοκῆσαι, ficto, à δωροδοκεῖσθαι. munera accipio, corrumpor muneribus, vt perſtringeret Cleonem Ducem Athenienſium dicens:* Non poteſt diſcere niſi munera accipere.

Qui ſpernat munus, non eſt in millibus vnus, *Anonym. rhythmic.*

Podárki wiéle moga. Złotem ſyćkiem wnet przełoleſz
Złotemi włoczniámi wnet zwyćiężyſz.

Munera crede mihi placant hominesque deosque,
Placatur donis Iuppiter ipſe datis. *Ouid.*

δῶρα γὰρ ἀνθρώπων νόον ἤπαφεν ἠδὲ καὶ ἔργα.

Munera decipiunt mortalia pectora & acta.

——— πείθειν δῶρα καὶ θεούς, λόγος (*ſ.* ἐστὶ)

χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς. *Euripid.*

Flectere dona & deos ſermo eſt. At hominib. aurum mille ſermonibus præſtantius.

δῶρα θεοὺς πείθει καὶ ἀιδόιους βασιλῆας. *Plato.*

Flectunt cum diuis venerandos munera reges.

ἕλκῃ λαγὼς λέοντα χρυσίνῳ βρόχῳ. Lepus leonem fune ductat aureo.

— Diffidit vrbium Portas vir Macedo & ſubruit æmulos
Reges muneribus ——— Munera nauium Sæuos illaqueant duces. i. *Trierarchas. Horat. l. 3. ode 16. quæ tota eſt de hac re.*

ποιητὴς πανάριστος ἀληθῶς ἐστιν ἑκεῖνος,
ὅστις δειπνίζει σοῦ ἀκροασαμένους. *Lucilius.*

Pòéta optimus verè eſt, qui cœna excipit auditores. ſ. *pòématis ſui.* Vel

Optimus

Quicquid id eſt. timeo Danaos & dona ferentes.
ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' ἀν ὀνήσιμα. *Sophocles.*
Dona hoſtium non dona & infelicia.
κακὸν γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. *Euripid.*
Viri ſceleſti munus eſt inutile.
Mihi latronis & beneficia ſuſpecta ſunt. *Sidoni.*
ἔπλωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, Ἕκτορι δ' Αἴας
ζωστῆρ· ἀμφοτέρως ἡ χάρις εἰς θάνατος. *Epigram.*
Aiaci gladium dedit Hector, Hectori & Aiax
Baltea, vtrique vnum munus ad interitum.

Nam inita amicitia Hector Troianus cum Aiace Græco, pignoribus datis inuicem & acceptis eam firmarunt, quæ poſtea illis exitio fuêre.

Nempe verum eſt quod in alio Epigrammate Græco legimus.

ἅτως ἐξ ἐχθρῶν αὐλοπόνα πέμπετ' δῶρα
ἐν χάρμα θεοφάσι μοῖραν ἔχοντα μόρου. *i.*

Sic ab hoſtibus letalia mittuntur munera, ſub beneuolentiæ ſpecie fatalem habentia interitum. Talis erat veſtis *à Neſſo Herculi dono miſſa per Deianiram, in qua combuſtus periit. Ex Euripid. & Senecæ Oetæo.* ἄιθεις πέπλος *Zenodot.* Ardens veſtis.

Vide Nié dowierzay. Nié wierz.

Podárkámi gardźi / Nieprzédárowany.

ἀδωροδόκητος: Qui munera non accipit, qui muneribus non corrumpitur. Munera illum non curuant. *Horatius.*

Victa meis nunquam eſt ianua muneribus. *Properti.*

Thebis imagines iudicum erant ἄχειρες. .i. ſine manibus. *Plutarchus.* μεγαλοφρονέστερος ἦν ὁ δεχόμενος ἢ ὁ διδούς· ὁ μὴ λαβών. *Ælianus de Epaminonda Thebanorum principe clariſſimo, reſpuente munera à Rege Perſarum ſibi miſſa dicit:* Magnificentior erat qui non accipiebat, quàm qui dabat. *adde quod tam pauper idem erat vt vna veſte ſemper vteretur, quam ſi quando fulloni poliendam daret, nudus domi ſe continebat. Lycurgus accuſatus quòd argento dato calumniatorem placârit, dixit.* Qualis ciuis vobis videor, qui tot annis rempub. gerens dare potiùs, quàm accipere iniuſtè deprenhenſus ſum? *Apud Plutarc. vbi paruam culpam confitens magnam laudem ſibi deberi oſtendit.* Palma ſymbolum incorruptæ iuſtitiæ *Sicut hæc* ἀείφυλλος .i. *ſemper vires foliis eſt & ponderibus reſiſtit: ita iudex incorruptus eſſe debet, nec muneribus aut violentiæ vlli cedere. Pierius.* V. Nié łákomy.

Podarki brać podłego ieſt ſércá.

ἀνδρὸς μικροψύχου ἐστὶν ἡ δωροδοκία. *A.*

Accipere munera illiberalis eſt viri.

Neſcio quomodo etiam ipſe qui precatur vt accipias, cùm acceperis, viliorem te iudicat. Contrà mirum in modum, ſi eum rogantem contempſeris, plùs te poſte-

riùs

Huc facit illud. Calco faſtum Platonis. ℞. Sed alio faſtu. V. Kto drugiego chce ſtrofować. *Affine,* Z w kápicy wełná. Nießczery.

Podczás niechcąc niemyśląc lépiey ſie co ſprawi.

Niż kiedy ſie vmyślnie kto ná tem zábáwi.

Sæpe plùs inſciens quis fecit, quàm prudens boni. *Plaut.*

Aſinus abroſis vitium palmitibus eos fertiliores reddidit, & hominem colere vineta docuit. ob quod Nauplij ſtatuam ei lapideam dedicarunt. *Pierius.*

Plùs hodie boni feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem vnquam. *Terent.*

πολλάκι γὰρ δοκέων θυσὸν κακὸν, ἐσθλὸν ἔθηκα,
κάι τε δοκῶν θήσειν ἐσθλὸν, ἔθηκε κακόν. *Theognis.*

Sæpe putans ponere ſe malum, bonum poſuit.

Et putans ſe ponere bonũ, poſuit malum. *Affine,* Bez pracé ma kołaczé.

Podczás w podley ſukmánie / nayczęſciey ſtoi pánſkie zdánie.

Sæpe etiam ſub palliolo ſordido eſt ſapientia. *Cæcilius apud Cic.*

πνὲς ἄνδ' γραμμάτων φρονῦσι τὰ δέοντα. *Demoſthen.* Nonnulli ſine literis norunt quid deceat. Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus nonnunquam a vectoribus (*qui naui eorum vehuntur*) admoneri ſolent. *Cic.*

Pictores & Pòétæ ſuum quiſq; opus à vulgo conſiderari vult, vt ſi quid reprehenſum ſit à pluribus, id corrigatur. *Idem.* Interdum & vulgus rectum videt. *Horat.*

ὡς πολλά γ' ἐστι καπὸ θηλείων σοφά! *Euripides.*

Quam multa dixêre ſapienter feminæ!

πολλάκι καὶ κήπωρος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. *Gellius.*

Sæpe etiam eſt olitor valdè opportuna locutus.

Eraſmus cum Bombaſio ex Vet. Cod. & Æſchylo ſic legit:

πολλάκι τοι καὶ μῶρος ἀνὴρ καταχαίριον εἶπεν.

Sæpe etiam & ſtultus fuit opportuna locutus. Z głupi podczás mądrzé odpowie. *Hic affine eſt illud diſtichon apud Plutarchum.*

ὡς ἀν' ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοίων.

Vt ſcabros inter tribulos & ononin acutam

Erumpunt flores mollia leucoia. *Vſurpatur cùm homo tetricus aut liber inamœnus aliquid lepidum & facetum affert.*

ἐδὲν κακίων πτωχὸς ἢ καλῶς φρονῶν. *Sophocles.*

Nihilo eſt deterior pauper ſi rectè ſapit. V. Stuchać nigdy nie wádźi.

Poddáć ſie. Vmyć ſie. Pokłonić ſie komu.

Do manus alicui ſupplex *Horat.* Dédere manus. *Lucreti.*

Ad extremum dat manus. *Cic. i.* Victum ſe fatetur.

χεῖρα ἀνιέναι. Tendere manum. *Sic Turnus apud Virgil.*

——— Viciſti, & victum tendere palmas Auſonij vidêre.

Optimus eſt vatum qui dat cenſoribus offam *vel* eſcam. *Sed ironia eſt ex ſententia adulantium & cœna corruptorum.* V. Miło kiedy nas ſłuchaią.

Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur,
Dum modò ſit diues *(qui dare poſſit)* barbarus *(licet ſit)* ipſe placet. *Ouidi.*
Qui dabit, ille tibi magno ſit maior Homero,
Crede mihi res eſt ingenioſa, dare. *Idem.*
Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras. *Idem.*
Quid faciet ſapiens? ſtultus quoque munere gaudet,
Ipſe quoque accepto munere mitis erit. *Idem.*
In mundo mira efficiunt duo munus & ira. *Anony. Rhythmic.*

Saluete equorum filiæ. *In eos tacitur qui emolumenti gratia adulantur, vel qui muneribus ad aliquid agendum inducuntur. In certamine mulorum, qui vicerat petebat carmen à Simonide epinicion, paruum pretium ei offerens: renuit ille, indignum cenſens mulos carmine ſuo decorari, ſed cùm victor maius pretium dediſſet, mox Poëta carmen dixit tale.* Χαίρετ' ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων. Saluete volucripedum filiæ equorum. *Et ſiluit id, quòd ex aſinis quoq; natæ eſſent. Hæc ex Ariſtotele.*

Philippus caſtellum quoddam inexpugnabile audiens, dixit. Eſtne *tam inacceſſum vt aſinus auro onuſtus ad illud peruenire non poſſit? Plutarch.*

Aſſine Pieniądze wiele moga. Bogáctwá wiele moga.

Podczas dowcip wyborny w kącie leży.

Vt ſæpe ſumma ingenia in occulto latent!
Hic, quantus imperator! nunc priuatus eſt. *Plaut. Ironia eſt.*

— Ingenium ingens Inculto latet hoc ſub corpore. *Horat.*

πολλ' ἀγχίνους ἀνὴρ ἀποκρύφῳ λανθάνει. *A.*

Perſæpe vir magni ingeni occultus latet.

In ciuitate quadam *(obſeſſa à rege potente)* Inuentus eſt vir pauper & ſapiens & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. *Eccleſiaſtes c. 9.* Quomodo ergo ſapientia pauperis contempta eſt! *Ibidē.*

Podczas gdzie ſiata podleyſza / tat śie pychá buczniéyſza.

τριβώνιον ϛωϊκὸν ἢ κυνικὸν πολύτρηϛον. Pallium Stoici aut Cynici multiforum ſeu perforatum. i. *velamen ſuperbiæ eſt. Ex Luciano, qui hoc vitiũ Philoſophis illis ſæpiùs exprobrat.* Aſperum cultũ & negligentiorem barbã, & indictũ argento odium, & cubile humi poſitũ, & quicquid ad laudem peruerſa vita ſequitur, euita. *Seneca.*

Diogenes adoleſcente Rhodio eleganter culto conſpecto dixit: τύφος ἐτός ἐϛι. *i.* Hæc ſuperbia eſt. *Idem viſo Lacone breui tunica abſq; manicis tecto ait:* ἕτερος ἄλλος τύφος. *i.* Hic alter *(vel alterius generis)* faſtus. *Laërtius.*

Antiſthenes laceram veſtem geſtabat, captans opinionem humanam, quaſi contemptor rerum humanarum eſſet; cui Socrates dixit: ὦ πάυσει ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν; Non deſines te nobis ornando oſtentare? *Rhodigin.*

Huc

τ' ποδῶν ἕλκεσθαι. *Homer.* Pedibus trahi. Cedo & tollo manum. *Cic.* Manus extra manicas ferre, *solis regibus licebat. Vnde Cyrus occidit duos filios Dariæ sororis Xerxis, quòd sibi occurrentes manus intra manicas non abscondissent. Xenophon. Erat id signum reuerentiæ & securitatis regiæ, quod hi neglexerant.* Frena momordit. *Statius. i. subiecit se potestati alterius.* Herbam dare. *Nam victus in cursu vel alio certamine, herbam in eodem loco decerptã victori dabat, symbolũ subiectionis.* Herbam porrigere, & Terram ac verbenas porrigere, *ait Plin. fuisse perinde atque altrice humo & humatione cedere.* Terram & aquam dare. *ex Aristot. qui ait:* δοῦναι γῆν καὶ ὕδωρ δουλεύειν ἐστί. *i.* Dare terram & aquam seruire est. ἄιρειν δάκτυλον. *Athenæ.* Tollere digitum. *more gladiatoris in arena victi, qui tollens digitum victum se fatebatur. al. more auctionis, in qua qui emere se velle indicabat, tollebat digitum.* τὰ σκέλη παρέχειν ὑποστῶσι. *Plutarch.* Crura præbere trahentibus. Abijcere hastam. *Cic.* *Simile est Græcorum* ἀποῤῥίπτειν τὴν ἀσπίδα. Abijcere clypeum. *quod timidorum ignauorum vel se dedentium erat.* Ad genua venire. i. *subdere se.* Ad genua venire compulit res Romanas. *Procopius de Almandaro Persa.* γονυκλινεῖν ἐποίησεν: εἰς γόνυ κατέβαλεν. In genua deiecit. ἀνὰς ἐπὶ γόνυ κέκλιται. *Æschylus.* Grauiter in genua depressus.

Quæcunque mihi fortuna fidesque est, In vestris pono gremijs. *Virgil.* Submittere fasces. *Cic. Liui. Quint. i. dignitatem suam fateri minorem.* ῥάβδους ὑφῆκε, καὶ κατέκλινε τῷ δήμῳ. *Plutarc.* Fasces submisit & inclinauit populo.

Poddánemu każdy pan ćieżki. Żawżdy poddany służebny.

Τὸ παρὸν ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις. *Thucyd.* Præsens status semper grauis est subditis. Nam omnis seruitus, *inquit Cic. (vt alios scriptores taceam)* est misera, fœda & morte grauior. Contrà Liberras omnibus expetenda & vita potior apud scriptores præsertim Ethnicos plerosque.

Præclarè item Xiphilin. huius rei causam aliam aperiens ait: (Latinè reddo longam Græci sententiam) Non solùm non potest princeps omnibus placere, sed etiam quantùmuis rectè imperet, ei multos irasci necesse est. Neque enim tam multi homines iusti sunt, quàm ij qui volunt iniuriam facere, quorum cupiditates expleri non possunt. Boni autem viri, partim multa eaque magna expetunt, quæ non possunt assequi: partim cùm habentur alijs inferiores molestè ferunt; eamque ob rem vtrique culpam in principem conijciunt.

Sed seruorum de dominis querelam pulchrè expressit Sosia Plautinus dicens:

Hæc *(pericula adire)* heri immodestia cógit, me qui hoc
Noctis, à portu ingratis excitauit.
Nonné idem hoc luci me mittere potuit?
Opulento *(.i. apud opulentum)* homini hoc magis seruitus dura est,
Hoc magis miser est diuitis seruus,
Noctesque diesque assiduò satis superque est,

Quo facto aut dicto adeſt opus, quietus ne ſis.
Ipſe dominus diues operis & laboris expers,
Quodcunque homini accidit, liberè poſſe retur,
Æquum eſſe putat, non reputat laboris quid ſit,
Nec æquum, anné iniquum imperet, cogitabit.
Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua
Habendum & ferendum hoc onus eſt cum labore. *Apud eundem alius ſeruus ait:* Omnes profectò liberi libentiùs Sumus quàm ſeruimus.

Poddanych winy pánom śie przyczytáia.

ὧν ἂν ὑπηρέτης ἁμάρτῃ, τῷ βασιλεῖ τὰς αἰτίας ἀναλίβεσι. *Iſocrat.*
Quicquid famulus delinquit, huius cauſa regibus imputatur.
Sic, peccante diſcipulo magiſtrum percuſſit Diogenes dicens: Cur ſic pueros inſtituis? *Plutarch.* *Filiorum quoq; Heli crimen & pœna in patrem redundauit. 1. Regum 4.*
Fratribus inter ſe litigantibus Spartani patrem mulctauerunt, quod diſſidere filios pateretur. Apud Plutarchum.

Podeptáć / z błotem zmieſzáć / zelżyć kogo.

λὰξ πατεῖν. *Aeſchyl.* Calcibus proterere. i. *omni genere cõtumeliæ vel iniuriæ afficere.*

Podćyrzenia śie ſtrzeż o drugich: o ſobie drugiem / nie dáy przyczyny.

Omnes bonos bonasque accurate addecet,
Suſpicionem & culpam vt ab ſe ſegregent. *Plaut.*
Tam ſuſpicione quàm crimine vacare oportet. *Suetoni.* *Ideo Martialis de quodam nequam homine:* Oblinitur minimæ ſi qua eſt ſuſpicio (*al. ſuſpectio*) rimæ.
Et Auſonius: —— Ne vero crimine lædar,
Ne maculer dubio. paulùm differre videntur Suſpectus vereque reus.
Sic Lyſander militem, qui de via deflexerat, caſtigauit, & ei dicenti ſe non ad rapinam ab agmine deflexiſſe, reſpondit: Ne ſpeciem quidem raptoris præbeas volo.
Et Suſpicio ſibi ipſa riuales parit. *P. Syrus Mimus.* (abfuiſſe.
Cicero defendens Cælium ait: Eum nõ modò à facto, verùm etiã à cõſcientiæ ſuſpicione
Culpare in quoquam quæ non ſunt nota, malignum eſt,
Præſertim, ſi, quæ cognita ſunt, bona ſunt.
Non pateant faciles lævis rumoribus aures,
Quæ neſcire iuuat, credere non libeat. *Iacob. Billius.*

Podla rzeczy. Márna rzecz. Fráská. Przyłożywßy ßelag bedźieżemiá.

Nummus plumbeus. Fungus putidus. Caſſa glans. Titiuillitium. Ciccus. *Plaut.* Caſſa nux. *Horat.* Soterichi lectus. *fabri priſci rudis. Gellius.*
Vnius aſſis æſtimandum. *Catul.* In ſolum. ſ. *ejiciendum. Iunius ex Cic. tralatum ab eo modico vini, quod in calice relictum ejicitur in terram.* Vitrea fracta. *Martial.* Tramæ putridæ. *Plaut.* ὄνος πόκαι vel πόκες. *Ariſtophan. Euſtathi.* Aſini villi. *de re inutili. Henric. Stephan.*

ἄξιον τριχός. Pilo dignum. οὐδὲ τριχὸς ἄξιον. Ne pilo quidē dignū. *Henric. Steph. legit.*
Cottabus. *pro re vili. Lucian.* οἱ γὰρ σθθεὶ, κότταβοι τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἐγένοντο. *i.*
Nam tui dij, cottabi apud rectè ſentientes facti ſunt. i. *contemptibiles.*
αἱ τῶν λαχάνων προσθῆκαι. *Diogenian.* Olerum appoſitiones.
κόγχης ἄξιον. *Suidas.* Concha dignum. Quadrante dignum. *Hieronym.*
οὐδὲ ψόφου δακτύλων ἄξιον. *Athenæ.* Ne crepitu quidem digitorum dignum.
κοπρίῳ ἐμβλητότερον. *Euſtathius.* Fimo abiectius.
Vilior alga. *Virg.* ſ. *proiecta ſeu eiecta è mari. Nam quamdiu eſt in mari virens, eſt in pretio, nam expetitur ad tincturas, eaq; purpuræ paſtæ trahunt pretioſiſſimum colorem, & alij piſces meliores ſunt, ſi ea paſcantur. Hæc & plura Cerda ad 7. Eclogam Virg. ex Ariſtotele Nicandro Plini. &c.* Celei ſupellex: *virgea. Virgil.*
ῥάκος πολυρριδές. *Lucian.* Pannus lacer. multas ſciſſuras habens.
αἰγῶν ὀνόματα. *Suidas.* Caprarum nomina. *qualia paſtores eis imponunt.*
κρόμμυον σθόμενον. Cepa putrida. ἐκ τριόδων. *Syneſi.* E triuio.
τὰ τῶν παιδίων ἀθύρματα. *Chryſoſtom.* Puerorum crepundia.
γυπὸς σκιά. *Suidas.* Vulturis vmbra. σκορόδου κεφαλή. *Ariſtophan.* Allij caput.
ἐρεβίνθου καὶ διόνυσος. Cicernus Bacchus. *Contemptim hoc Græci & Latini vino aſſueti, de potu factitio ex frugibus iactabant. Qua de re extat etiam Epigramma Iuliani, in quo Ceruſiam ſic alloquitur:* ἦ ῥά σε κελτοί

τῇ πενίῃ βοτρύων τεύξαν ἀπ' ἀσταχύων;
τῷ σὲ χρὴ καλέειν δημήτριον ἢ διόνυσον,
πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ βρόμιον ἢ βρόμιον.

——— Dic age num te Eſpicis finxit Gallia vitis inops?
Non igitur Bacchum te dixero, ſed Cerealem,
Et frumentigenam non Bromium, immò Bromum. βρόμος *autem eſt genus hordei. Simile epigramma eſt apud Suidam Amphoræ vinariæ, ceruſiam ſibi infuſam indignantis.* τίς με διωνύσῳ πεπλασμένον ἀμφιφορῆα
τίς με τὸν ἀνδρεικὸν ἐκλαρὸν οἰνοδόκον
δηὖς ἐπλήρωσε; *&c.* Quis me Baccho fictam amphoram, quis me virilis nectaris vini receptaculum vel capacem vini, Cererē (.i. *Ceruſia*) impleuit? &c. *Sic illi: at Germani Poloni Ruſſi Moſchi & omnes Septemtrionales aliter ſentiunt.*
καρικὸς οἶνος. *Suidas.* Caricum vinum: *de vili.*
σκιὰ ἄρτου. *Athenæ.* Vmbra panis. *de pane atro, mucido.*
φαυλίων μήλων φαυλότερον. *Athenæ.* Pomis vitioſis vilius.
Lateritius. *Auguſtus apud Suetonium dixit.* Se marmoream Romam relinquere, quam lateritiam accepiſſet. καταφρονήσουσίν μου ὥσπερ πλινθίνου. *Ælian.* Non deſpicient me velut lateritium. *Sic apud Cic. famuli Verris* ſcyphos aureos ſigillatos, *vocant* Luteum opus, *mentientes pecunia corrupti.*

ἐδ' ἂν τέτιγα σκιὰν παρέχοι. *Xenophon.* Ne cicadam quidem inumbret.

Affine, Vnić tákome to rzéczy. Ptonne rzéczy. Vnić dałbym za to złamánego pieniążká.

Podłego rodu człowiék.

Terræ filius. *Cic.* γηγενὴς ἄνθρωπος. *Athenæ.* Progenies terræ. *Perſii.* γῆς μητρὸς ἐκπέφυκε. *Euripides.* Terra matre editus.

ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ. *ex Sophocle & Plutarcho.* Sine patre ſine matre, *quia ignorantur eius parentes. Sed hoc de Melchiſedecho qui typus Chriſti fuit, altiore ſenſu vſurpauit S. Paulus ad Hebr. 7.*

Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis, *Iuuenal.*

Quem natum nemo nouit. *Vide.* Vnićznáiomy.

τῆς μητέρος ὡς ἄιξ καλεῖται. Matris vt capra vocatur.

ἄνθρωπος οὐκ ἔχων εἰπεῖν ὄνομα πάππῳ, ἀλλ' οὐδὲ πατρός. *Syneſius.* Homo qui non poſſit dicere nomen aui, ac ne patris quidem.

Sic apud Homerum Telemachus rogatus an Vlyſſis eſſet filius, reſpondit: Mater ita dicit, ego neſcio. nemo enim patrem ſuum nouit. V. Szláchćic po bábcé.

Nos pulli viles nati infelicibus ouis. *Iuuenal. Infelicia oua cornicis corui, bubonis, Britannic. ex Plinio.* Nos animæ viles. *Virgil.*

ἡμῶν γενομένων, οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρα ἠσθάνοντο. *Ex Platone.* Nobis naſcentibus, ne vicini quidem multùm ſenſerunt.

ὅταν μὲν οὖν, τὰς αἶγας ἐκ τοῦ Φελλέως,
ὥσπερ ὁ πατήρ σου διφθέραν ἐνημένος *Ariſtophan.*
Quando igitur (*creſces*) capras ex Phelleo (*loco aſpero agas*)
Sicut & pater tuus pelle amictus. ſ. *caprarius.* *Vide ſequentia.*

Podłego ſtanu człowiék. & Podły *vniuerſim.*

Imi ſubſellij vir. Alex *vel* hallex viri. Ancilla latrinam lauans. *Plaut.* Ciceris & nucis emptor. Numerus. Plebs. *Horat.* Luteus homo. *Cic.* De plebe. *Ouidi.* Ciſtiger. *Martial.* i. *baiulus.* Proletarius ciuis. *Enni. Gelli. qui iuſtum cenſum pendere non poterat, ſed prolem tantùm educabat. Latiùs vſurpant Ammian. Budæ. Proletarius ſermo. Plaut.* i. *vulgaris.* Vulgus. *Saluſti.* Sine nomine vulgus. *Virg. nam Nobiliorum tria nomina erant. Iuuenal.* Ne in viginti quidem eſſe poteſt ſ. *primarios. Cic.* Quintæ claſſis. *Idem.* In cuneis ſedens. ſ. *in ſpectaculis. vbi plebeij & priuati ciues qui nullo honore publico fungebantur, ſedebant. ex Budæo.* Vulgi pars vltima noſtri. *Iuuenal.* De lapide emptus. *Cic.* Sardi venales. *Idem.* Syri venales. *Idem.* Cappadocem modò abreptum de grege venalium dicas. *Idem.*

βάρβαρος ἐκ τριόδου. *Lucian.* Barbarus è triuio. *Vel vt Eraſm. legit.* βόρβορος ἐκ τριόδου. Cœnum è triuio. ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι ὄντα. *Plato.* Reuera in cœno barbarico quodam. ſ. *ſitus, merſus.*

Cerite cera dignus. *Horat. in Cerites referendus, qui erant municipes Romani ſine honoribus*

noribus & ſuffragiis. quarè qui iurè ſuffragij priuabatur, in Cerites referri ignominiæ cauſa dicebatur. & tributum tantùm pro ſuo capite pendebat. Gellius. Aſconius.

Cheſippus, *pro homine inepto, vili, quo nomine Chryſippum Zeno per probrum & ridiculum vocabat. Cicer. teſte. quaſi Latrinam. Gotfredus.*

Commune ſepulchrum, inopis & infimæ plebis. *Horat. dicebatur autem* Puticuli.

Cucurbitæ caput habet. *Ex Apuleio.* Diobolaris. *Feſto.* Semiſſis homo. *Cic.*

Alliatus. *de vilis conditionis homine. Plaut.*

Parui æris & de lapide noxius comparatus. *Columella.* Treſſis agaſo. *Perſius.*

ἁλώνητον ἀνδράποδον. *Zenodot.* Sale emptum mancipium. i. *vili pretio. Sed apud Abaſſinos ſal auro præſtantior, & ro fruſtis ſalis emitur mancipium.*

ῥωποπώλης. Scrutarius. *Lucilius. quem Horat. vocat,*

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello. Cimex, *pro ſordido & vili. Horat.*

ἄχυρα τ' ἀστῶν. *Ariſtophan.* Paleæ ciuium. Fæx ciuitatis. *Cic. de plebe.*

τὸ ἀγκῶνι ἀπομυσόμενος. *Suidas.* Cubito ſe emungens. *Sic Cic.* Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat, *vt ſalſamentarij, & alij ſordidi quæſtus homines facere ſolent. Simile eſt illud:* Cuius pater nunquam ſpuebat in terram niſi die feſto, *profeſtis autem in manus ſecurim aut ligonem ſumens. i. operarius erat.*

μυσῶν ἔσχατος. *Strabo.* Myſorum poſtremus. *gens vilis, vt & Car.*

μύτη κανθαρίς. *apud Suidam legit Eraſm.* Myſia cantharis. *al.* abominandus ſcarabæus. *de homine viliſſimo & contemptiſſimo.* μυσὶ κανθαρίς. *legit Wolfius.* i. muribus cantharis. *pro nullius precij rebus.*

καρικὸς τράγος. *Diogenian.* Caricus hircus. καρικὸς ἄνθρωπος. *Plato.* Caricus homo. *Car.* Hircoſus. *Seneca.* Hircoſus ſubulcus. *Horati.*

ὄνος αἰγύπτιος. Aſinus Ægyptius. αἰγύπτιος πλινθοφόρος. *Ariſtopha.* Ægyptius laterifer.

Qua confidentia rogare tu à me argentum tantum audes
Impudens? quin ſi egomet totus veneam, vix recipi poteſſit
Quod tu me rogas. *Seruus Plauti.* ΦΕΙΦΑΖΕΙ. Vlič ſtoie ſam zá to.

Cuius ad effigiem non tantùm meiere fas eſt. *Iuuenal. q. d. ſed etiam ſpurcius aliquid facere. Nam indignum habebatur ad deorum, principum, nobilium, & honeſtorum virorum imagines oletum facere, quod ex Perſio conſtat & Spartiano, vt dixi ſupra, ſub* Dáley ná dwor.

τριταγωνιστής. *Demoſthen.* Tertiarum partium. ſ. *hiſtrio, actor. &c.*

Extra numerum mihi es. *Plaut.* i. *contemno te.* In nullo numero eſt. *Cic.*

Ollaris deus. Ficulnus deus. V. Vlic wart.

λαξπάτητος. *Sophocles.* Pedibus cõculcatus. λὰξ πέδον πατάμενος. *Æſchyl. Idẽ eſt.*

ἄμμες δ' ὅτε λόγῳ τινὲς ἄξιοι, ὅτ' ἀριθμηθοί,
δύσμενοι μεγαρῆες, ἀλιμοτάτᾳ ἐνὶ μοίρᾳ. *Theocrit.*

Nos verò nec æſtimatione aliqua digni, nec vllo numero',
(*Velut*) infelices Megarenſes, ignobilis ſortis.

Alluſit ad oraculum Megarenſibus, aut (vt alij volunt) Æginenſibus datum ab Apolline Pythio,

Pythio, rogantibus quinam Græcorum essent præstantissimi, rati se tales pronuntiandos. Apollo autem vbi alios collaudauit, addidit:

ὑμεῖς δ' αἰγινῆες (*al.* ὑμεῖς δ' ὦ μεγαρῆες) ὔτε τρίτοι ὔτε τέταρτοι,
ὔτε δυωδέκατοι, ὔτ' ἐν λόγῳ, ὔτ' ἐν ἀριθμῷ. *i.*

Vos autem Æginenses (*al.* Megarenses) neque tertij, neque quarti,
Nec duodecimi, nec vllius æstimationis, aut vllo numero digni.

Plutarchus item ait: τῶν δὲ ἐμῶν πολιτῶν, ὥσπερ μεγαρέων, οὐδεὶς λόγος. *i.* Meorum autem ciuium, velut Megarensium, nulla æstimatio.

Et Cic. de Philippo Oratore: Proximè accedebat (*ad Crassium & Antonium*) cùm tamen neque secundum neque tertium dixerim.

A Menia columna homo. *Cic. pro contemptissimo. quia ad eam columnam res viles vt fures serui nequam iudicabantur. Asconius.*

κλιμακίδες. *i.* Paruæ scalæ, *quasi scandulæ dicuntur, qui se ad vilia obsequia alicui præstanda submittunt. quales erant mulierculæ Cypriæ, per quas ceu per scalas regum vxores currum ascendebant. Plutarch.* *Similis Argyrippus Plauti, qui instar asini vel equi, seruum sibi insultantem tergo gestauit. in Asinaria.*

μητραγύρτης ὁ δαδοῦχος. *Aristotel.* Metragyrtes non daduchus. *de homine vili & abiecti ministerij. quales erant qui matri deorum stipem colligebant. Meminit Cic. 2. de Legibus. & Ouid.* Ante deûm matrem cornu tibicen adunco
Cùm canit, exiguæ quis stipis æra neget?

Daduchi autem in Cereris sacris valdè religiosis noctu celebratis faces gestabant. Non rectè scribi Mithragirtes ab Erasmo probat Henric. Stephan.

Pila *Martial. l. 10. c. 86.* i. *vilis homo Iunio.* Pannosus. *Rhodigino.*

Spongia, *pro homine vili & abiecto. nam spongia abstergebantur mensæ, columnæ, pauimenta, vulnera, calcei. Martial. Tertullian. Vlpian.* *Apud Palladium in Lausiaca historia c. 40.* Spongia dicta fuit *quædam virgo, quæ in monasterio Virginum ita se abiecerat, vt vilissima omnia ministeria omnibus præriperet, vilissimis item rebus in victu & vestitu vteretur, & ab omnibus vilissima haberetur; sed sanctitatē eius Deus tandem detexit.*

Canis mortuus. *pro homine vilissimo. Pierius, ex Libris Regum.*

Assine præcedens. & Vile wért.

Podléyße rzécży podżás pożytécżnéyße.

πολλὰ τὰ δυσχερῆ χρησότερα εὑρέσεις. *A.*

Sæpe speciosis vtilia plùs, vilia.

Caprea imaginem suam in aqua videns cornua laudabat, pedes vituperabat; interim leo occurrit, illa fugit, pedes laudans, cornua ceu impedimentum culpans. Gabrias. addit Epimythium: πολλάκις τις ὠφελεῖται, ἐξ ὧν δοκεῖ βλάπτεσθαι. Sæpe quis iuuatur ijs, quibus putabat se læsum iri. *Dexereon nauta cum alijs nauigaturus, nauim suā solā aquā dulci, ridentibus aliis mercatoribus onerauit; sed breui prouectu omnibus in altum, aquam suam ille ipsismet vendens, reliquarum mercium pretium superauit. Plutarc. Similis industria Æsopi in pane ferendo.* *Adde aquam à rusticulo Xerxi oblatam.*

κἂν μάλα καταφρόνητα μὴ καταφρονῆς. *A.*
Vel maximè deſpecta nunquam deſpice.
In vngula alcis ſalutiterũ eſt remedium. *Garner. Notum id bene noſtratibus.*

Podléyßego bárzíey ßánować abo lépiey czéſtować.

κόρακες ἀηδόνων αἰδεσιμώτατοι. Corui luſcinijs honoratiores.
Vſurpatur hoc dictum, cum improbi, indocti, ſtulti, præferuntur probis doctis & induſtriis viris. ἄνω ποταμῶν. *Vide ſub* Opákći to.

Podleż gdźiè przéſkoczyć nie możéß.

Pati nos oportet, quod ille faciat, cuius poteſtas plùs poteſt. *Plaut.*
Iniurias fortunæ quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. *Cic.*
Cede repugnanti, cedendo victor abibis. *Ouid.*
Cede locum læſus, fortunæ cede potenti. *Cato.*
δὸς τόπον ὀργῇ τύχης τ' ὕπεικε κακωθείς. *Planudes.*
Σιγῇ ἀδικίας φερτέρων φέρειν δέον. *A.*
Tacitè ferendæ ſunt potentum iniuriæ.
τῷ ὑπερθύρῳ τ' κεφαλὴν ὕφις. Superliminari caput ſubmitte.
Labrax *piſcis ſagenã trahi ſentiens, terræ ſe immergit, & vbi illa tranſiit emergit. Plutarch.*
Affine, Pokorá wßedy vydźić. Vſtąp mocnićyßemu.

Podłych rzéczy mądry śie niewſtydźi.

Ζηνώνειόν γε καὶ φακῆν ἕψειν. *Ex Athenæo. Eraſmus detorſit ad ſuum ſenſum.* Zenonium eſt & lentem coquere. i. Etiam lentem Zeno poteſt rectè coquere. *Zeno aliquando Làértio teſte probabat, Sapientem omnia rectè facere. tum quidam ex auditoribus ſubdidit:* Igitur & lentem coquere: *aſſenſit Zeno.*
Antiſthenes miranti cuidam, quòd ſalſamentum per forum ferret, *reſpondit:* Mihi ipſi fero. *Plutarchus.* *M. Curius Imperator Romanorum victor Pyrrhi & tribus triumphis clarus, ſedens ad focum rapas ſibi coquebat. Cic. Plutarchus. Athenæus.* *Seà talia exempla inter Chriſti Domini ſectatores infinita.* V. Robić śie wſtydźić nić trzébá.

Podobáć śie tédnemu mądremu/ lépiey iéſt mż dźieśiąciom głupiem.

Podobáć śie mądremu/ dość i iédnemu. Dość ieſt vczniowi podobáć śie miſtrzowi.
Vnus mihi pro populo, & populus pro vno. ſ. *auditore, ſpectatore, cenſore. Seneca.*
Me raris iuuat auribus placere. *Martial.* *Idem librum ſuum ſic alloquitur.*
Vnus erit mihi crede ſatis. ſ. *cui commenderis vel proberis.*
Sic Antigenidas tibicen diſcipulo frigenti ad populum dixit: Mihi cane & Muſis. *Cic. i. modò mihi placeas ex arte canens, non cures ſi plauſum populi non habeas.*
ἑνὶ σοφῷ δέρεται λαὸν ἢ μωροῖς δέκα. *A. i.*
Vni ſapienti placere præſtat, quàm ſtultis decem.
Malo ſapienti vni placere quàm decem Stultis.

Podobieńſtwo

Podobieństwo rożnych rzeczy/ nie może być zgoła rowne.

Rownánie rzeczy nie może być we wszystkiem.

οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι ἐν τῇ συγκρίσει πάντα πᾶσι παραβάλλειν. *Vlpianus Rhetor.* Non est necesse in comparationibus omnia omnibus conferre (*quadrare.*) *Vulgo in scholis dicitur:* Omnis similitudo claudicat. i. *deficit in aliquo.*

παντὸμοια χαλεπόν ἐστιν εὑρέμεναι δύο. *A.*

Duo reperire similia penitùs, est labor.

Podobni sobie. Jeden drugiego ziadł.

Non tam ouum ouo simile. quàm isti. *Erasm. ex Cicerone qui ait:*
Vidésne vt in prouerbio sit ouorum similitudo. *Itemq;.*
Vt similia sunt & oua ouorum & apes apum. *Et Seneca.*
Tam sibi similis quam ouum ouo. Ouo prognatus eodem. *Horat.*
Vt Castor & Pollux gemini. *Et apud Virgilium.* Daucias & Tymber.
Simillima proles Indiscreta suis gratusque parentibus error.
Talis apud Silium Eurymedon & Lycormas. *Plures affert Cerda ad locum citatum.*
Neque lacte lacti magis est simile, quàm ille Ego, similis est mei. *Plaut.*
Nec aqua aquæ, nec lacte lacti vnquã similius quàm hic tui est, quàm tu huius.
Idẽ. Tam consimilis est quàm potest speculum tuum. *Idem.*
Eiusdem notæ. Vna forma percussi (*vt nummi*) *Seneca.*
In vnam formã cadunt omnia. *Cic.* Aut flos est aut piscis. *s. odore sunt simili. vt thymallus piscis cum flore thymo simillimo & suauissimo est odore. Ælianus. Ambrosius.*
ὁμοιότερος σύκῳ. *Plutarch.* Similior ficu. *nam ficus similes inter se, vt & triticum & apes & palumbi vt idem Plutarch. dicit & notum omnibus est.*
ἢ πλάτων φιλονίζει ἢ φίλων πλατωνίζει. *Suidas.* Aut Plato Philonissat, aut Philo Platonissat. i. *alter alteri simillimus est.*
τί γάρ ἐστι πλάτων, ἢ μωσῆς ἀττικίζων; *Numenius Apamensis.* Quid est enim Plato, nisi Moses Atticè loquens? *quia Plato insignium scriptorum iudicio, plurima ex Mose in sua scripta transtulit, sed pleraq; involucris & fabulis obscurauit & intricauit, aliqua etiam in prauum detorsit.* *Martialis de Issa catella picta, post alia sic ait:*

Hanc ne lux rapiat suprema totam, Picta Publius exprimit tabella.
In qua tam similem videbis Issam. Vt sit tam similis sibi nec ipsa.
Issam deniq; pone cum tabella, Aut vtramque putabis esse veram,
Aut vtramque putabis esse pictam. *Idem de piscibus affabrè sculptis.*

Artis Phidiacæ toreuma clarũ Pisces aspicis, adde aquã, natabũt. Ζωὴ ζῳῷ.
τὼ ἵππω εὐμήλω μᾶλλον ἀλλήλοις ἐοικότε. *Synesius.* Equis Eumeli magis sibi similes. *loquitur autem de duabus crumenis simillimis Euthalij impostoris, qui alteram auro, alteram ære impletam circumferebat, & publicanos ac mercatores priore ostensa, & dextrè posteriore relicta decipiebat.* *Porro Equæ Eumeli quibus Synesius comparat bursas Euthalij, Homerus vocat ὄτρηχας, quasi ὁμοιότριχας. i. pilosibi similes.*

πάντ' αὐτῷ μέγεθός τε καὶ ὄμματα καλ' ἐίκυια.

καὶ φωνὴν, ϗ τῖα πεῖ χροὶ εἵματα ἕσω. *Homerus de Vmbra Patrocli.*
Omnibus ipſi magnitudine & oculis pulchris ſimilis,
Et voce & ſimiles circa corpus veſtes indutus.
ὁ παῖς ἀχιλλεὺς, ἀλλ' ἀχιλλεὺς αὐτὸς εἶ.
Non ſatus Achille, uerum Achilles ipſus es. *Plutarch. de adulatore loquens ſimilem illum amico eſſe ait, vt poſſit de illo vſurpari is verſus ex Vet. Poëta.*
ἕπαντ' ἴσια. *Suidas.* Omnia ſimilia ſunt.

Affine, Jedney kuźni. Jeden iáko drugi.

Podperá wielka Rzeczypoſp. abo domu.

Atlas. *Sic Cic.* Illo tanquam Atlante cælum niti videtur.
Sed variat lectio. Idem. Veſtris humeris, ceruicibus ſuſtinetis Rempub.
Principes *Oppianus vocat* γαίης ἐρικυδὲς ἔρεισμα. i. Terræ inſignes columnas.
Sic Virg. de Turno. — In te omnis domus inclinata recumbit.
φύλαι γὰρ ἔικων ἐισι παῖδες ἄρσενες. *Euripides.*
Domus columnæ liberi ſunt maſculi.
Apud Terent. Geta ſeruus grandis dicitur Columen familiæ i. *columna. Donat.*
Ne collapſa ruant ſubductis tecta columnis. *Iuuen. allegoricè dixit.*
Milo, columná in contubernio Philoſophorum ruinam minante, in eius locum ſubijt, & ſe omneſq; ſeruauit. Strabo.
Pindarus Hectorem *appellat* τροίας κίονα ἄμαχον, ἀστρεβῆ. .i. Troiæ columnam inexpugnabilem, immobilem. Tu portus & aura tuis. *Penelope Vlyſſi ſcribit.*
ἄγκυραν οἴκου Anchoram domus *vocat Hecuba* Polydorum *apud Euripidem.*

Podupadłem przyiaćielem nie pogardzay.

ὀνυχίσμασι καὶ κόμαις μὴ ἐπουρεῖν μηδὲ ἐφίζειν. *Pythagoras.* Vnguium criniumque præſegmina ne permingito nec calcato. i. *amicos vel cognatos inopes aut viles, ne ſpernas vel contumelia afficias.* *Sic Eccleſiaſtici 22.* Fidem poſſide cum amico in paupertate illius &c. In tempore tribulationis illius permane fidelis &c.

Podſzczuiacy i zgymacy rowno grzeſzy / rowno ma być karany.

Tubicen in bello captus, fruſtrà ſe excuſans, quòd inermis cùm eſſet, nullum occidiſſet, mactatur, quòd pugnantes incitârit. Æſopus.
Epimythion Planudis. πλέον πλάσιον οἱ τοὺς κακοὺς ἐπεγείροντες εἰς τὸ κακοποιεῖν. Plùs peccant qui malos ad malefaciendum incitant.
Gallus item apud eundem à furibus captus mortem deprecabatur, quòd nil cuiquam noceret, quin prodeſſet hominibus eos excitans: at ob id ipſum, inquiunt fures, mactaberis quia eos contrà nos vigilare facis. *Affine*, Porádnik zły.

Podź kuba do woyca.

In ius ambula. *Terent.* Ad iudicium adſis. In prætorio te ſiſte. *Cato.*
πρὸς τὸ δικαστήριον ἔρχῃ. *Planudes.* *Sed dictum Polonicum transfertur ad mortem.*
Q. d. Moriendum eſt. V. Śmierć niechybiona. Śmierć niechronna.

Podź ſé ty goły kiedy oycá niemáß.

ἐκ ἔστι ψεύδειν ἐδὲ παίζειν τὸν μόρον. *A.*

Fallere nulla arte eſt nulla eſt eludere mortem.

Epimythion apologi vulgaris, de Patre ſene, qui mortem propinquam ſentiens, caput raſit & inter liberos paruos ſedit; quem tamen mors diſſimulans ſe eum noſſe abſtraxit. Simile eſt illud Martialis:

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis.
Tam ſubitò coruus qui modo cygnus eras.
Non omnes fallis; ſcit te Proſerpina canum,
Perſonam capiti detrahet illa tuo. V. Smierć niećuchronna.

Poglada ták kozá ná rzéźnikà .i. niéwesoło / krzywo.

Obliquo lumine cernere aliquem. Obliquare oculos contra aliquem. *Ouidi.* Toruum *vel* torua tueri. *Virgil.* Quid me toruè aſpectas? *Plaut.* Aſpexit vt qui ſinapi edit. *Vide ſub* Niéwesoły.

λοξαῖς κόραις λεύσσων. *apud Nicandrum.* Obliquo lumine intuens.

Omiſi Ταυρώδες. i. *taurinum. ſ. tueri. nam hoc ad ſeueritatem & immanitatem pertinet. vt & Cyclopius aſpectus. Simpliciter Cic. dixit eodem ſenſu in Antonium.* At etiam aſpicis me & quidem vt videris iratus.

Hircis etiam proprium eſt obliquare oculos ſeu tranſuerſa tueri. V. Zezowáty.

Poglada po ſobié ták paw.

Pauonis inſtar rotatur. *Ex Columella, qui ait:* Rotari (*al. rotare*) pauo dicitur, cùm ſemetipſum velut mirantem caudæ gemmantibus pinnis protegit.

De eodem ſic Lucian. Latinè loquens. In prato florido vere incipiente, ſoli oſtenſis pennis & cauda ſublata, eam circa ſe vndiqúe pandens, conuertit ſeipſum & circumagit, & quaſi pompam quandam agit pulchritudinis ſuæ. *Vide Syneſij ſententiam ſub* Kokoßy śię. Laudato pauone ſuperbior. *Ouidi.*

φασὶ ταῶ μεγάλαυχον, ἐπὶὴ περὶ κύκλον ἐγείρῃ
αὐχένα κυρτώσας χρύσεον ἀστερόεις,
κλάζειν θηλυτέρῃσι φιλοθήσιον &c. *Nazianzen. i.* Ferunt pauonem ſuperbum, vbi is circumcirca circulum excitarit (.i. *caudam erexerit*) collum torquens aureum ſtellatus, clangere feminis (*pauis*) amatorium.

Talis apud Plautū ἀλαζὼν στρατιώτης. Glorioſus Miles. *Apud eundem Toxilus oſtentator ait:* Subnixis alis me inferam atque amicibor gloriosè.

Campana ſuperbia. *nota ex Cic. Liuio, eandem Gellius Næuio Pòètæ tribuit. ob epitáphium ſuperbum quod ipſe ſibi ſcripſerat.* V. Sam śię ſobié podoba.

Pogody ná co zékáć.

ἀμνίον θερίζειν. *i.* ἐν τῷ θέρει κείρειν. *Euſtathi.* Agnum demetere. i. *æſtate agnos oues tondere. Aliter.* ἐκ ἀφαλείμματος ἁμαρτάδος. i. Ex interuallo punire, ſeu

vltionem, mulctam, pœnam, in commodius tempus differre & occasionem commodam exspectare, vt agni melius æstate quàm vere tondentur.

Affine, Pilnuy czásu. & Wpádnieß mi raz.

Pogrzeb ábo nagrobek dobrego wésoły / poczésny.

Funus seu Προπόδιον Ennij. *qui apud Cic. sic mortuus loquitur.*

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito viuu' per ora virûm.

Ludouicus Cortusius ICtus Patauinus ad funus suum Musicos 50 omnis generis conduxit dimidio aureo: feretrum iussit ferri à 12 virginibus viridi veste ornatis cum cantu læto, dote singulis assignata; centum funalibus stipantibus; comitante toto Vrbis clero & monachis omnibus exceptis nigris; lacrymari quenquam testamento vetuit. Drexel. in Prodromo mortis. contigit id A. D. 1418.

Apud Plutarchum Menandro regi Bactrorum optimo in castris mortuo, honorificè in ciuitatibus parentatum est: de reliquiis eius vehementer certatum, & vix pax hac conditione conuenit, vt singulæ ciuitates cinerum eius æquali parte ablata monimentum ei apud se ponerent. (Simile quid de Homero.) Contrà Dionysij vxor & liberi contumeliis priùs affecti necati sunt, & cineres eorum in mare sparsi. apud eundem Plutarch.

Pogrzeb kosztowny ztemu nie pomoże.

ἐ πώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρόν.
Nunquam æstimaui magni funus splendidum. *Vel*
Nullum beatum voco sepultum splendidè.
τὰ λίθεια λαμπρὰ νεκρῷ κακῷ ἀνωφελῆ. *A.*
Splendida sepultura nihil ornat improbum.

Poiáchał cielęciem / wrócił sie wołem.

Sarculum hinc illò profectus, illinc rediisti rutrum. *Pomponius apud Nonium.* i. *rudis abijsti, rudior redijsti. Nam rutrum crassius est, sarculum tenuius & leuius.*

ἀπῆλθε μόσχος οἴκαδεν, ἀπέστρεψε βοῦς. *A.*
Vitulus domo abijt, bos domum reuersus est.
Parisios stolidum si quis fors mittet asellum,
Qui fuit hic asinus, non ibi fiet equus. *Garner.*

Po iarmarku zły targ

Nundinis dissolutis nulla vel mala est negotiatio. *Ex Damasceno.* V. Vić wczás.

Poiednani przyiaciele bárziey sie miłuią.

Amantium iræ amoris redintegratio est. *Terenti.*
Discordia fit carior concordia. *P. Syrus Mimus.*
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verùm iræ si quæ forte eueniant huiusmodi
Inter eos; rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se quàm priùs. *Plaut.* *Exempla habet Seneca l. 1.*

l. 1. de Clementiâ. c. 9. Valer. Maxi. l. 4. Cic. de Prouinc. Consul. Agatho Pauſaniæ virò ſæpe iraſcebatur, vt poſt diſſenſionẽ in gratiam rediens maiorem caperet voluptatem. Ælian.

ἐς ἀνανεώσις ἡ ἔρω ὀργὴ φίλων. *A.*

Ira eſt amoris amicorum reparatio. *Vel*

Fit amor amicorum arctior poſt iurgia. *Abies ſciſſa & iterum conglutinata ita glutino coaleſcit vt citiùs findatur in ſolida parte; quàm in conglutinata. Anonym. Hieroglyphic. ex Plinio.* *Affine*, Obrázá podczas pobudká miłości.

Pokarm zdrowie zachowuie Pomiérny / a zbytni pſuié.

ἐκ τούτων νοσοῦμεν οἷς ἢ ζῶμεν. *Diogenian.* Ex his ægrotamus, quibus viuimus. Cibo vires reficiuntur & opprimuntur. *Ex Cicerone qui ait:* Tantùm cibi & potionis adhibendum eſt, vt reficiantur vires non opprimantur.

Eripit interdum, modò dat medicina ſalutem.

Quæque iuuet monſtrat quæque ſit herba nocens. *Ouid.*

Nil prodeſt quod non lædere poſſit idem. *Idem.*

Pokázuié śie gdźié ábo gdy nie trzebá; gdy trzebá / nie widáć go.

ἐν φάει λαμπρὸς, ἐν δὲ νυκτὶ ἀνωφελής.

In luce ſplendet, nocte verò inutilis .ſ. *cùm lucere oporteret.*

Sumptum dictum à gemma ſimilem effectum vel proprietatem habente. qualis Smàragdus apud Plinium. V. Tu śie pokaż.

Pókt chodźiß / póty śie godźiß

Perſtringit hoc dictum, heros inhumanos, qui famulorum quandiu ſani ſunt, opera vtuntur; eoſdem ægrotantes aut ſenes, eiiciunt: vt in aula Luciani depingitur.

Idem dictum ſimul, ſeruientium miſeram conditionem notat.

μέχρι μὲν ὑγιαίνεις, μέχρι τοῦ πρὸς μὲ μένεις.

ἐπὰν νοσηλεύσῃ, ἀφαρὰ ἐξω ἔσῃ. *A.*

Noſter es vbi vales; æger es! mox foris ages. *Talis ſeruus Amalecitæ ab hero in itinere proiectus 1. Regum 30.* *Huc aptare potes illud Plauti.*

Dum viuit, hominem noueris; vbi mortuus eſt, quieſcas.

Et Seneca. Dum viuunt virent. *Licet huc accommodare & illud Horatij:*

Donec gratus eram tibi, ——— Perſarum vigui rege beatior. *Sic:*

Donec ſanus eram, tibi Natis ipſe tuis carior exſtiti.

Catoni Maiori hoc vitio vertebatur, quòd ſeruos quibus diu vſus erat ſenio confectos & inutiles factos expellebat & vendebat. Plutarch. teſtis.

δοῦλος ὑγιὴς ἀρέσκει, ἀσθενὴς νοσῶν. *A.*

Sanus placet cuique famul, æger diſplicet.

Póki śie ſtrzała ießcze godźi / złego kto mądr niech wchodźi.

Dum nondum in neruo telum eſt. *Iunius ex Philodemo, qui ait:*

φεύγωμεν δυστέρωτες ἕως βέλος ἐκ δὴ νευρῆ.

Fugiamus infelices amatores dum nondum telum in neruo eſt.

Tralatum à balliſta vel arcu ſimplici. Ante tubas animo voluta &c. *Iuuenal.*
Simile eſt illud Pſalmo 7. Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrabit, (.ſ. *Deus*) arcum ſuum tetendit & parauit illum (q. d. *iam telum in neruo eſt*) &c.
Et fugite de Babylone, apud Iſaiam. Fugite ſaluate animas veſtras Ieremi. &c.

πρὶν ἢ ἐν χρῷ γενέσθαι τὸ κακόν. *Syneſius.*

Priùs quàm in cute verſetur periculum vel periculi.

Poki v kogo zrzego zábiegamy, Szánuiem; doſtawßy málo oń dbamy.

πρὶν μὲ λαβεῖν, φιλέουσιν, ἀτὰρ συγγίνοντ λαβόντες.

Callimach & Nazianz. Antequam accipiant, beneuolentiam oſtendunt, oſculantur; verùm vbi acceperint, oderunt. *Canis homini carnes edenti adulatur, ſi verò ei os obijciatur, non eripiet etiam herus.*

Qui dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci (.i. *adipiſci.*)
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.
Sed ſimul ac cupidæ mentis ſatiata libido eſt;
Dicta nihil metuêre, nihil periuria curant. *Catullus.*
Dum me captabas, mittebas munera nobis:
Dum me cepiſti, das mihi Rufe nihil. *Martial.*
Imitantur hamos dona, namque quis neſcit.
Auidum vorata decipi ſcarum muſca? *Idem.*

Similia habet l. 6. epigr. 63. & l. 4. ep. 56. vbi tales piſcatoribus comparat, & captatorum dona hamos & inſidias appellat.

Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent. quod ſibi volunt
Dum id impetrant, boni ſunt: ſed id vbi iam penes ſe habent;
Ex bonis peſſimi & fraudulentiſſimi ſunt. *Plaut.*

V. Vlé dármo on dáié. *Simile ſequens.*

Póki w mießku twem co czuią / Póty cię woßyſcy ßánuią.

Viuum norunt. *In Truculento Plauti mulier amatori iam inopi dicit:*

Dum vivit (.i. *dum habet quod det*) hominem noueris; vbi mortuus eſt, (.i. *cùm nihil habet*) quieſcas. Te dum viuebas noueram &c. *Ille verò reſpondet:* Non hercle occiderunt mihi etiam fundique & ædes. *quo audito ancilla heræ illius, blandè illum inuitans dicit:* Cur ante oſtium pro ignoto alienoque adſtas? I intrò: amat te hera &c. *tum ille.* Luge funde & ædes per tempus ſubueniſtis!
Et in Pſeudolo. Mihi quidem profectò cum iſtis dictis mortuus eſt.
Muſcæ in popinis tandiu manent dum nidorem ſentiunt. Sic vulgares diuitum amici ſi non adſit vtilitas non durant. *Ex Plutarch.*
Canis à macello non recedit, quandiu intus eſſe aliquid ſentit. *Sic Horat.*

Vt canis a corio nunquam abſterrebitur vncto. *Quadrant & præcedentia ibidem. loquitur enim de femina quæ incipit à ſene diuite munera accipere.* quæ ſi ſemel vno
De ſene guſtarit Vt canis &c. *Græci etiam dicunt.*

Χαλεπὸν

Χαλεπὸν μαθοῦσα ἡ κύων σκυτοτραγεῖν.
Res eſt mala canis ſueta rodere corium.
Simile præcedens & Przyiaćiélé zá ßcześćiem ido.

Po koledźié co abo kogo nośić .i.
Pokázowáć co wßyſtkiem zá nowine ábo zá dźiw.

Poteſt hic vſurpari dictum Græcorum, cuius meminit Plato Suidas Heſychi & Rhodigin. ſ. ἀμφιδρόμια, *vel* ἀμφιδρομιαν ἄγειν. Amphidromiam agere. *Erat Amphidromia dies luſtricus quintus vel ſeptimus vel nonus, quo puer recens natus ab obſtetrice circum lares ſeu focos ferebatur, & munuſcula ab amicis capiebat, cuius rei etiam meminit Plautus & Terentius. Simile quid apud nos ſit, dum catulos vrſi vel lupi incolis noxij quiſpiam oſtiatim vel vicatim circumfert, ſtipem aliquam facile obtinens.* Z wilczety ábo z wilcza ſkoro po koledźie biega. *Alio item ſenſu vſurpatur dictum Polonicum pro diuulgare vel diffamare vel vt Plautus dicit:* Deblaterare vicinis omnibus.

Pokorá wßedy vydźié ábo podleźié. Pokorá mocnieyßego pokona.
Pokorney głowy miécz nie śiécze.

Nemo homini contempto pertinaciter nocet. *Seneca.*
Etiam in acie iacens præteritur, cum ſtante pugnatur. *Idem.*
Elephantes leoneſque tranſeunt quæ impulerunt. *Idem.*
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem cùm iacet hoſtis habet. *Ouid.*

Plutarchus ſcribit Vlyſſem cùm canes in eum irruerent, baculum abieciſſe & in terram ſediſſe ſicq; ſaluum euaſiſſe. Canis leporem laſſum mortuum currendo non tangit, cùm viuum laceret ſi apprehendat. Idem Plutarchus.

Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ. *Plaut.* Kto pokorny ten i mądry. *Quidam interrogatus quomodo rem in aula rariſſimam, ſenectutem conſecutus eſſet; reſpondit:* Iniurias accipiendo & gratias agendo. *Seneca. quod reſponſum & ſubmiſſionem & patientiam continet.*

ὅτι πρὸς τὰς ταπεινωμένας παύεται ἡ ὀργὴ, καὶ οἱ κύνες δηλοῦσιν, ἐ δάκνοντες τὰς καθεζομένας. *Ariſtotel.* Quod ſubmiſſione ira ſedatur, & canes oſtendunt, qui ſedentes non mordent.

Arundo vento cedens ſalua manſit, oliua reſiſtens fracta eſt. *Æſopus. Epimythion.* κρείττονες εἰσὶ τῶν κρειττόνων αὐτῶν μὴ ἀντιτασσόμενοι, καὶ πρὸς μείζονας ἐ φιλονικοῦντες. Meliores ſunt qui præſtantioribus non reſiſtunt, & qui cum potentioribus non contendunt. *In ponte longo anguſto duæ capræ ſibi obuiæ cùm conueniſſent, vna procubuit, & altera ſuper eam tranſiuit. Plinius.* *Affine*, Podleź. Vſtąp.

Pokoy droga / miła rzécz. Pokoy drogo okup.

Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. *S. Auguſtinus.*
—— Pax optima rerum Quas homini nouiſſe datum eſt, pax vna triumphis
Innumeris potior, pax cuſtodire ſalutem Et ciues æquare potens. *Silius.*

Melior

Melior eſt pugillus cum requie quàm plena vtraque manus cum labore & afflictione animi. *Eccleſiaſtæ 4. Stulti quidem vox eſt. ſed poteſt recto ſenſu vſurpari.*

εἰρήνη κόσμῳ παντὶ πολυποθεστάτη. *Muſurus.* Pax toti mundo optatiſſima.

εἰρήνη ἢ γεωργὸν ἂν πέτραις τρέφει
καλῶς, πόλεμος δὲ κἂν πεδίῳ κακός.

Pax agricolam & in petris nutrit Benè, bellum verò & in campo eſt malum.

Φειδίας ποσήκει εἰρήνη. *Suidas.* Phidias amat pacem. *Vt ſculptor hic, ita aliæ artes præſertim Palladiæ amant pacem.*

Dulce eſt nomen pacis, res verò ipſa tum ſalutaris tum iucunda. *Cic.*

Lacedæmoniorum bellis feſſorum & pacis auidorum dictum apud Plutarchum illud eſt: κειοτω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις *.i.* Quieſcat aut iaceat mihi haſta tela aranearum obuoluta. *Eorundem apud eundem.*

τοὺς ἐν εἰρήνῃ καθεύδοντας σάλπιγξις ἀλλ' ἀλεκτρυόνες ἀφυπνίζουσι. In pace dormientes, non tubæ ſed galli excitant. *Adde & illud:* Clypeus in fuligine ſuſpendatur. V. Złoż pyſzę. *Quærente quodam per ludibrium ex Phocione, quid tot annis Rempubl. Athenienſem adminiſtrans eidem profuiſſet? reſpondit ille. Hoc quòd ciues in proprijs ſepulchris humati ſint. ſ. in pace mortui, non cæſi in bello. E Plutarcho.*

Lepidè Galli Pacem *vocant* feſtum Omnium Sanctorum, Bellum verò Omnium defunctorum. *Garner.* Nec cum bonis nec cum malis certandum. *Heſiodi dictum.* V. Niechce śie niem pyſkáć.

Polakom każdy ſtroy wolny. Polſki ſtroy co rok inſzy.

Polak iáko chce; co wyrzy/ to chce mieć albo czynić.

Perſtringitur his dictis libertas ſeu licentia Polonorum in cultu corporis, quæ apud aliat gentes tanta non eſt ratione materiæ & formæ veſtium, immò & ciborum ac ædificiorum. Poteſt hic vſurpari. πρωτέως ποικιλώτερος. *ex Lucia.* Proteo magis varius. *Item.* πολύποδος ἔχεις νόον. *ex Athenæo.* Polypi habet mentem, *qui mutat cùm vult colores. Item.* πίθηκος μιμητικώτερος. Plùs quam ſimia imitandi omnia quæ vidit ſtudioſus. Modò togatus, modò palliatus. *Cicero.*

Quadrat & illud quod Plautus de feminis protulit in Epidico.

Veſti quotannis nomina inueniunt noua. *quæ ibidem enumerat.*

Quadrat item apologus Cleobuli de Luna quæ ob mutationem perpetuam, non potuit veſtem certam obtinere.

Adde ſymbolum vulgare in quo cæteris gentibus ſuum veſtitum certum gerentibus Polonus nudus cum forfice & ſtamine panni rudis ſeu infecti, *cum inſcripto lemmate.* *VTI VOLVERO, pingitur.*

Polſki moſt/ Niemiecki poſt/ A Nabożeńſtwo/ wſzyſtko błażeńſtwo.

Pons Polonorum, ieiunium Germanorum, pietas N--orum, ſimilia omnia. Dictum noſtræ gentis vulgare. & quidem in primo commate, omninò verum; in ſecundo vt fertur, in tertio N poſui, quia non rectè attribuitur genti cuidam religioſiſſimæ; loco illius pone aliam, ſi certam nominare vereris ob inuidiam, dic ſecurè & verè, Religio ſeu pietas hæreticorum.

Pomału

Pomálu dáley záydźieß. Polékku lépiey zrobiß.

Σπεῦδε βραδέως. *Dictum hoc Græcorum vetus .i.* Festina lentè, *vsurpauit Octauius Augusti. & Titus Vespasian. apud Suetonium & Gellium qui illud reddit vno verbo Latino,* Matura. Spiéßno wolno. Sat cito, si sat benè. *Cato.*

Σπεύδων ταχὺ πάντα διελθεῖν, μᾶλλον βραδύνω. *Plato.* Properans citò omnia percurrere, magis tardo. Tarditatem tutam celeritati periculosæ anteponebat *Augustus. Fulgosius.* Omnia non properanti recta claraque erunt. *Liuius.* Tardum consilium præstantius. *Vide* Skwápliwość.

Pilos caudæ equinæ paulatim velle. *Horat. ex apologo Sertorij apud Plutarchum. de duobus vellẽtibus caudas equorum. vnus vi summa omnes simul pilos extrahere frustra nitebatur: alter, vsq; debilior, ex cauda equi robusti, singulos pilos facile extrahens, citò totam nudauit. Docere voluit Sertorius,* cunctando sensim & constanter, melius res effici, quàm impetu violento & celeri.

Romanus sedendo vincit. *Varro & Cic. de Fabio Cunctatore. qui* cunctando, *vt ait Ennius.* Romanam restituit rem prope collapsam.

ἡσυχῷ ποδί. Tacito seu lento pede .s. *incedito.* βοΐῳ ποδί. *Plutarch.* Bubulo pede .i. *lentè, quia bos ita incedit.* ἀτρέμας βῶς. *Placidè bos .s. incedit.*

Bos lentè incedens assequitur leporem. *Garner è Gallicis.*

Passibus assiduis fit via longa satis. *Idem.*

Zeuxis culpantibus se quod tardè pingeret, respondit. fateor ita esse, quia pingo multo tempore duratura. Apud Plutarchum. Symbolum lentæ festinationis est Delphin *Piscium velocissimus* Anchoræ circumplicatus, *quod in Vespasiani nummis conspectum aptè vsurpauit Aldus Manutius.*

Affine, Nieźáraz to. Skwápliwość złodliwa. Odwłoká pod czás pożytéczna.

Po mey śmierći niech będzié co chcé. Nic do nas, co będźié po nas.

ἐμῷ θανόντι γαῖα μιχθήτω πυρί.

Me mortuo terra misceatur igni. *Vel.* Me mortuo conflagret humus incendijs (*Brodeus* πυρὶ *vertit, ætheri .i. cælo misceatur.*)

Senarius Græcus vetus est apud Sueton. quem forte Nero audiens, correxit dicens. Immò ἐμῷ δὲ ζῶντι &c. Me viuo. &c. *id quod etiam fecit Roma incensa. Meminit eiusdem dicti Cicero,* & inhumanam ac sceleratam vocem *appellat. Seneca item* detestabilem vocem *appellat* eius, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet.

Similem ait illam: (æquè Timoniam.)

Mihi morienti mundus omnis mortuus, vel vniuersus moritur.

Mortui non imperant linguis .s. *superstitum. i. de quouis mortuo homines liberè loquuntur. quare dum viuimus vt benè loquantur operam demus. Recentiorum est.*

Pomierz śie swa piędźia / stopa.

Aptari decet viribus. non quantùm cupis, sed quantùm capis, hauriendum est. *Sen.*

Metiri se quemque suo modulo ac pede certum est. *Horat.* (*.i. rectum. Lauin.*)

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus; & verſate diu, quid ferre recuſent, Quid valeant humeri. *Idem.*
— Buccæ Noſcenda eſt menſura tuæ, ſpectandaque rebus
In ſummis minimiſque, etiam cùm piſcis emetur.
Ne mullum cupias, cùm ſit tibi gobio tantùm In loculis. *Iuuenalis.*
Tuam perſonam tibi impone. *Plini. iuni.* Habere conſcientiam conditionis ſuæ quemque iubet, *Idem.* μετρεῖν τὴν ἑαυτῦ σκιάν. *Archidamus. Ageſilai F. apud Plutarch.* Metiri ſuam vmbram ſ. *oportet.* Domi coniecturam facito. *Plaut.* Διακρίνῃς καὶ παραμετρεῖς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον. *Lucian.* Diiudices & dimetiaris propria menſura vtrumque.

Arcta decet ſanum comitem toga. *Horat. i. Cliens vel aſſectator potentioris, vt toga, ita libertatis in loquendo modum arctiorem amet. Lauin. item in agendo vt fecit Criſſon cum Alexandro curſu certans. Vide.* Vſtap mocnieyßému,

Fraus eſt accipere quod non poſſis reddere. *P. Syrus.*
Quod potes, id tenta. nam littus carpere remis
Tutiùs eſt multò quàm velum tendere in altum. *Cato.*
ἐργάζῃ δυνατόν. πρὸς ἀκτὴν μᾶλλον ἐρεθμοῖς
ἀσφαλὲς ἐστι πλεῖν, ἢ εἰς βάθ' ἱστία τείνειν. *Mylius.*

Terret ambuſtus Phaëton auaras Spes, & ales — Pegaſus —
Semper vt te digna ſequare & vltrà
Quam licet ſperare nefas putando. *Horatius.*
Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt. *Martial.*
χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ πάντος ὁρᾶν μέτρον. *Pindar.*

Oportet autem quemuis iuxta ſuam conditionem in omni re ſpectare modum.

Hoc attentabis, fieri quod poſſe putabis, *Anonym rhythmic.*
Non plùs mactemus, quàm quod condire valemus. *Idem.*

Apud Æſopum Vulpes hirco, non valenti euadere ex puteo in quem bibiturus facile deſcenderat, ait: Si tot mentes haberes quot in barba pilos, non antè illuc deſcendiſſes, quàm aſcenſum conſideraſſes. *Epimythion Planudes addit:* τὸν φρόνιμον ἄνδρα δεῖ πρότερον τὰ τέλη σκοπεῖσθαι τῶν πραγμάτων, εἶθ' ὕτως αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν. Prudentem virum oportet primùm exitum conſiderare negotiorum, deinde ipſa aggredi. Camelis menſura operis vires. *Plini.*

Affine, Pátrz ſam ſiebié. Zgadzay ſie gebo. Vlié rownia mnié z toba.

Pomießat wßyſtko / popſowat.

Cælum in tartara ſoluit. Maria omnia cælo Miſcuit. *Virgil.* Miſcuit ſacra profanis. *Horati.* ἀφανῶ τὴν γῆν μιγνύειν. *Plutarch.* Cælo terram permiſcere. — Τὰ δ' ὑπέρλεχρα νέρλεχρα θῆκεν *Ariſtoph.* Supera infera fecit. Vrogámi wzgore obrocił. ἄνω καὶ κάτω πάντ' ἐγένετο. *Ex Platone.* Surſum deorſum facta ſunt omnia.

ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ. *Euripides.*
Surſum deorſum cuncta confundens ſimul.

— Floribus

——Floribus auſtrum Perditus & liquidis immiſi fontibus apros. *Virg.*
Camelus & Elephas aquam limpidam non bibit priùs quàm illam turbet. Solin. Ælianus.
Perij. plauſtrum perculi. *Plaut.* i. *rem totam perturbaui, tralatum à curru onuſto euerſo. Donat. Feſt. Scalig. Auſtrum Rhodigin. Haurum (aqua plenum) alij legunt. Sic Turneb.* περοσοβεῖν τὴν θύραν. *Ariſtides.* ἀναστοβεῖν ἄγραν. *Plato.* Præturbare cõmouere excitare feram *dicitur venator imprudens, qui à longe ſtrepitum excitat ad quem illa ſe ſubducit.*

Pomni cym-eś byt mędawno; ziąkiego-ś táki vroſt.

ἰὼ Σατυρνάλια. Io Saturnalia. *vſurpamus, cùm quis priſtinæ conditionis vilis oblitus, plùs quàm par ſit auctoritatis & licentiæ ſibi arrogat.*
Sumptum dictum è Dione, apud quem cùm Narciſſus Claudij libertus à Plautio Imperatore miſſus ad milites ſeditioſos & rebelles compeſcendos, ſuggeſtum conſcendiſſet aliquid ad mitigandos illos dicturus; acclamatum ab omnibus eſt: Io Saturnalia. quo dicto admonebant eum priſtinæ conditionis ſeruilis, in qua Saturnalibus ſerui herili apparatu & veſtitu lautè epulabantur illam vocem ingeminantes. *Vide* Roźley néley.
Affine eſt illud: Foras Cares non ampliùs Anthiſteria. *ſub* Piotéć *ſuprà.*
De talibus etiam Iuuenal. ſatyra 1. ait: Sacro nec cedat honori (*Tribunitio.*)
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis .i. *creta viliſſima pictis, quod erat indictum ſeruorum venalium teſte Plinio. Tibullus & Ouidius gypſatos pedes ſeruorum appellat.* *Rectè Agathocles Siculorum ex figulo Rex, qui Auſonio teſte Fictilibus cœnare ſolebat, priſtinæ conditionis memor, dicere ſolebat:* Rex ego qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus. *addit Gnomen pulchram.*
Fortunam reuerenter habe, quicunque repente
Diues ab exili progrediêre loco. *Meminit Plutarchus.*
Sic Primislaus ex ruſtico rex Polonorum factus, ſagum ruſticum priſtinæ conditionis monimentum ad obitum ſeruauit. Æneas Syluius.
Simile quid feciſſe ducem Carinthiorum ex ruſtico factum, ſcribit Sabellicus.
Item Villigiſus plauſtrarij filius Othonis 2. Imper. magiſter & capellanus, ab eodem ob virtutem, primò Archiepiſcopus Moguntinus, deinde Elector Imperij primus factus, rotam plauſtri in ſuo conclaui pingi curauit cùm hoc lemmate. Villigiſe memento quid ſis, & quid olim fueris. *quod inſigne hereditarium eſſe Archiepiſcopis Moguntinis ſanxit Henric. 2. Imper. Nauclerus & Zieglerus auctores.* *Affine,* Vięđawnoś pánem zoſtał. Szláchćic nowy 2. Godność niegodnemu. Vroſt pretko.

Pomoś ćieżar bioracemu; álé nié / ſkładáiacemu.

Φορτίον μὴ ζυγκαθαιρεῖν, ζυνεπιβάλλειν δέ. *Pythagoræ ſymbolum.* Onus ne cum alio deponas, ſed ſuperimponas. ſeu. Onus deponenti ne auxilieris, ſed aſſumenti. *Significat.* non indulgendum inertiæ hominum, ſed Φιλοπονίαν ſemper excitandam. *Sic Henric. Steph. interpretatur ex Plutarcho qui ait:* μηδενὸς ἀφαιρεῖν βάρος, ζυνεπιβάλλειν δὲ καὶ συνεπιφορτίζειν ὡς μηδεμίαν σχολὴν μηδὲ ῥαστώνην ἀποδεχομένους. *i.* Nulli auferendum onus, ſuperimponendum verò & addendum, quò nul-

lum otium & ſegnitiem admittamus. Leniwemu nic ſprzyiay żadnemu / lecz roboż tnemu każdemu. *Pythagoræ dictum aliter videtur legiſſe S. Hieronym. qui ait:* In onere deponendo auxiliandum non in ſumendo, *qui ſenſus priori oppoſitus eſt, bonam tamen doctrinam licet diuerſam continet. ſ. ad ſe onerandum nulli operam tuam accommodes, ſed ad exonerandum ſe. ſ. intolerabili & inutili aut parùm conuenienti negotio.*

Pomſtá nic cudna / ábo podłego ſercá / rzecż.

Puſilli & miſeri hominis eſt, repetere mordentem vt muſcæ & formicæ faciunt. *Seneca.* Inhumanum & quidem pro iuſto receptum verbum eſt Vltio, & à contumelia non differt niſi ordine. *Idem.* Sapiens non committet, vt vindicando contumeliam ſibi factam, honorem habeat ei qui fecit. *Idem.* Nam Vltio, *inquit idem*, doloris eſt confeſſio. Bół ſwoy wyznawa / kto zie oddawa.

—Minuti Semper & infirmi eſt animi exiguique voluptas
Vltio, continuò ſic collige, quòd vindicta
Nemo magis gaudet quàm femina —— *Iuuenal.*

Demoſthenes vltionem vocat certamen, in quo qui ſuperior euaſerit, inferior eſt. Ira abſtinendum eſt, *ait Seneca*, ſiue par eſt qui laceſſendus eſt, ſiue ſuperior, ſiue inferior. Nam cum pari contendere anceps eſt, cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum. Quo quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ,
Et faciles motus mens generoſa capit. *Ouid. qui illuſtrat id exemplo leonis magnanimi & clementis, contrarioq; lupi & vrſi ſæuientis in imbelles. Plato iratus noluit famulum reum caſtigare, ſed Socratem rogauit vt id faceret. Plutarch. qui plura talia habet.*

μικροθύμου ἀνδρός ἐς' ἀμύνεσθαι ὕβριν. *A.*
Animi puſilli eſt vindicare iniuriam.

Pomſtá ſmácżna rzecż. Mito śie pomścić.

At vindicta bonum vitâ iucundius ipſa. *Iuuenal. non ex ſua ſententia, ſed ex vulgi opinione ſtulta, quam refutat dicens:*
Nempe hoc indocti. &c. *Similiter Ariſtotel. dixit:*
τὸ ἀμωρεῖσθαι ἡδύ. Vlciſci eſt iucundum. *quod probat ex contrario,*
οἱ ὀργιζόμενοι λυπεῖσθαι ἀνυπερβλήτως μὴ ἀμωρούμενοι.
Irati dolent ſupra modum ſi ſe non vlciſcantur.
Læſo doloris remedium inimici eſt dolor. *P. Syrus Mimus.*
Inimicum vlciſci vitam accipere eſt alteram. *Idem. quia & vlciſci eſt iucundum inſtar vitæ, & abſq; inimico tutiùs vita ducitur. Vindictæ cupidi ſymbolum eſt Leo. qui iuuenem in exercitu regis Iubæ, à quo ante annum ſagitta fixus erat, agnouit & per medios armatos nullo læſo perrupit ac lacerauit. Pierius. Sed hæc ab ethnicis & quidem ex vulgi opinione dicta ſunt. Chriſtianis vltione iniuriæ interdictum eſt.*

Pomſta ábo karanie złego nie mine. Pomſtá i ná chromem doiedzie.

Rarò antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo. *Horat.*
Sera, tamen tacitis pœna venit pedibus. *Tibull. de periuris loquitur.*

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν ἐκ δικτίου. *Oraculum apud Herodotum.*
Nullus homo iniuſtus pœnam non luit.
ἀεὶ παρθένοι ἐρινύες. *Suidas* Semper virgines furiæ vltrices. i. *non ſeneſcunt nec corrumpuntur; Seu. Nec longi temporis obliuio, nec munera apud eas locum habent.*
——— Seruat nullos fortuna nocentes. *Lucanus.*
ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. *Homer.* Habet Deus vindicem oculum.

Pomſtá wielka krzywdzącego / pogárdźić niéſtworą iego.

Vlić pokázuy źé co czuięß / dobrzé krzywdy powętuięß.

Genus vltionis eſt, eripere ei qui fecit, contumeliæ voluptatem. *Seneca.*
Cato percuſſus non vindicauit iniuriam, ne remiſit quidem, ſed factam negauit, & percuſſori ſatisfacienti reſpondit: Non memini me percuſſum.
Maiore animo non agnouit, quàm ignouiſſet. *Idem.* Magni animi eſt iniurias deſpicere. *Idem.* Materia petulantibus & per contumeliam vrbanis detrahitur, ſi vltrò illam & prior occupes. Nemo alijs riſum præbuit, qui à ſe cœpit. *Idem.*
ἄριστος τρόπος τῆς ἀμύνεσθαι, τὸ μὴ ἐξομοιοῦσθαι ἀδικοῦντι. *M. Antoni. Imp.*
Optima ratio vlciſcendi, non eſſe ſimilem iniuriam facienti. i. *non oſtendere perturbationis affectum & doloris.* *Sic Philemon.*

ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μυσικώτερόν — ἐς', ἢ δύναθ' λοιδορούμενον φέρειν
ὁ λοιδορῶν γὰρ ἐὰν ὁ λοιδορούμενος — μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν.

Nil ſuauius nec concinnius eſt quàm poſſe conuiciantem (*quietè*) ferre. Quia ſi ille cui conuicinm fit, non ſe adiunxerit, (*non ſentire ſinxerit*) in conuiciantem redundat conuicium.
ἀτυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοῖς ἐχθροῖς εὐφροσύνης. *Periander.*
Infelicitatem abſconde, ne inimicis lætitiam parias.
τίσις μεγίστη τὸν ἀδικοῦντα καταφρονεῖν. *A.* Iniuriantem ſpernere vltio maxima. Carmina contumeliis referta, ſpreta exoleſcunt; ſi iraſcere, agnita videntur. *Tacit.* Illud non venit in dubium, quin ſe exemerit turbæ, & altiùs ſteterit, quiſquis deſpexerit laceſſentes. *Seneca.* Contumelioſiſſimum vltionis genus eſt, non eſſe viſum dignum (lædentem) ex quo peteretur vltio. *Idem.*
Sed & hæc Ethnicorum & Cacopoliticorum ſunt, Chriſtianis abſtinendum ab vltione ob virtutem patientiæ, imitationem Chriſti, & obedientiam diuinis mandatis debitam.
Non male & Diogenes quærenti quomodo vlciſci poſſet inimicum, reſpondit: Si ipſe probus & honeſtus ſis. *Apud Plutarchum.*

Pomyłono mu ſzyki. Pomięſzano koncépty. Jnſza mu zágrano.

Verſa & mutata peiorem in partem ſunt omnia. *Cic.* Diſturbatæ ſunt quas ſtatuerat machinas. *Ex Plauto.* Eximere alicui è manu manubrium. *Plaut.* i. *adimere facultatem perficiendi.* *Huc illud Polonicum.* Zbił go z iédnochody.
Proſperum eius rerum curſum vel ſucceſſum impediuit.
De poſſeſſione aliquem deijcere. *ex Cic. & ICtis.* ἐκ τῆς οὐσίας τινὰ ἐκβάλλειν. *Plato.*

i. famam bonam veterem, vel rem quam iure ſuo quis poſſidere videbatur, ei eripere. De poſſeſſione depulſus eſt. *Quintil.*

Po nici kłebká doydźieſz.

Licet hic vſurpare Theſei filum, ab Ariadna ei datum, *cuius beneficio is Labyrinthum ingreſſus & egreſſus eſt incolumis Minotauro occiſo: de quo ſic Ouid.*

Cùm tibi, ne victor tecto morerere recurno,
Quæ regerent paſſus pro duce fila dedi. *Item.*
Nec tibi quæ reditus monſtrarent fila dediſſem,
Fila per adductas ſæpe recepta manus. *Et Virgil.*
Cæca regens filo veſtigia. *Item Catullus.*
Errabunda regens tenui veſtigia filo. *Meminit & Tibullus.*

Licebit ergo dicere: Theſei filum ſecutus vel tenens, quò cupis pertinges, vel non aberrabis. *Adde illam allegoriam Plauti licet in diuerſa materia:*

Viam qui neſcit qua deueniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem ſibi.

Quadrat & illud Platonis: τὰ ἴχνη διώκειν. Veſtigia perſequi.

Et Cic. Perſequi aliquem ipſius veſtigijs. ſ. *ſcriptis, tabulis, chirographis.*

Rectè igitur dictum Polonicum exprimes dicens: Veſtigijs feræ ad eiuſdem cubile deuenitur vel deuenies. *Sic fermè Cic.* Quid? Albiana pecunia, veſtigiiſne nobis odoranda eſt, an ad ipſum cubile vobis ducibus venire poſſumus?

Seneca agens de non committendis cuiquam arcanis etiam vni, quia ille vnus habebit ſuum item vnum, cui fidat, & ille alium & ſic fiet populus arcana tua ſcientium. deinde ait: Qui rem non tacebit, non tacebit auctorem. ſ. *vltimus ſuum, alius alium, donec ad te veniatur.* *Vide exemplum feminæ ſub* Jezyczneg ſłowo.

Po nieſzczęściu godźi ſię ſzczęścia ſprobować.

Etiam poſt malam ſegetem ſerendum eſt. Poſt naufragia, maria tentantur. *Seneca.*

ναυηγὸς ἅπαξ ἔμπαλιν πειρᾶ πλόον. *A.*
Fracta rate ſemel naufragus tentat mare.

Ponieważne dobrodźieyſtwo nieprzyiemne, ni zaś nie ſtoi.

ἡ χάρις ἀναγκαία ἀ παλείσθω ἡ χάρις. *A.*
Beneficia neceſſaria ingrata omnia, vel omnibus.

Simile illud Sophoclis. ——— τῆς ἀναγκαίας τύχης
οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν. Fortunâ neceſſariâ
Haud exſtat vllum maius hominibus malum.

Si vis ſcire an velim (*acceptare beneficium*) effice vt poſſim nolle. *Seneca.*

ὄλοιο καὶ σὺ χ' ὅστις ἀκόντας φίλους
πρόθυμός ἐστι μὴ καλῶς εὐεργετεῖν. *Euripid.*

Pereas & tu & quiſquis de inuitis amicis ſtudet non rectè bene-mereri.

ἴσον γὰρ κακὸν ἔφυ ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι

ξεῖνον

ξεῖνον ἐποτρύνῃ καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκῃ,
χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. *Homer.*

Æquale malum eſt, qui & nolentem redire Hoſpitem impellit, & qui properantem detinet. Oportet hoſpitem præſentem bene tractare, volentem autem dimittere. Neceſſitas non eſt beneficium. *apud Gabriam Agricola Militi leporem tanquam empturo exhibuit, quo is arrepto cùm equo incitato fugeret, clamauit agricola.* μὴ σπεῦδε, σοὶ δῶρημα ὃ τοι προσφέρω. Properare noli, munus hoc dono tibi. *Epimythion.* Quod cogeris dare, id beneficium haud voces.

κἂν εὐπορῇντ' οἰκίοκτ' ἄχαρις ὀρνέου. *A.*

Ingrata cauea, plena paſtu licet, aui.

Affine, Sobrodźiéyſtwo niewczéśne. Przymuſzone rzęczy.

Poniżyć kogo. Zrzucić z godności.

εἰς σωσίας καὶ τυβίας ἐκπεσεῖν. *Syneſius. Plutarch.* Inter Soſias & Tybios reterre. *Seruilium perſonarum nomina ſunt.* Mouere ſtatu. *Liuius.* Mouere Senatu, tribu. *Cic.* Deijcere aliquem de gradu, de ſtatu vitæ. De gradu dignitatis dimouere. *Idem.* In ærarios referre. *Idem.* Reijcere ex Senatu: reijcere in gregem. *Idem.* Redigere in ordinem. *Liuius.*

Ponura świnia głęboko ziemie ryie.

Incuruiceruicus *Pacuuio è Græco* βυταύχην *rectè hîc dici poteſt.* nam tales ſunt ſimulatores inſidioſi & fraudulenti, vt vulpes & canes inſultum meditantes. *Sed vide* Cicha woda Milczy á złe broi.

Ponuro pátrzy Ponury. Pátrzy iák złodźiey.

βολβὸς ζητεῖ *Ariſtophan.* Bulbos quærit. *nam hi in terra creſcunt.* ζητοῦσι τὰ κατὰ γῆς. *Idem.* Quærunt ea quæ in terra ſunt. Zgubił coś. *Rectè etiam de huiuſmodi dices*: Nummos quærit. *Sic enim Plaut.*

Nunquidnam nummi exciderunt tibi, quòd ſic terram obtuere?

Idem aliter in eundem iocatus eſt, à nautarum more petito ioco.

Per mare vt vectus nunc oculi terram mirantur tui.

Obſtipo capite & figentes lumine terram. *Perſius de Philoſophis.*

κάτω νενυφὼς καὶ μηδένα τῶν ἀπαντώντων ἐξ ἐναντίας προσβλέπων. *Lucianus.*

Deorſum inclinatus & nullum obuiorum rectâ ex aduerſo intuens.

Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. *Virgil.*

—— ὄμμι χθονὶ πῆξεν ὀπωπήν. *Coluthus.*

Toruus humi poſuiſſe vultum. *Horat.* εἰς γῆν ἀτενὲς ὁρᾶν. *Philoſtrat.* Terram immotis oculis intueri. ἔρημον ἐμβλέπειν. *Ariſtophan.* Deſertum obtueri *dicuntur, qui fixis & attonitis ſint oculis.*

οὐδ' ἂν ἐμοί γε τετλαίη, κύνεός περ ἐών, εἰς ὦπα ἰδέσθαι. *Homer.*

Non audebit, licet canino ſit ore (*impudens*) in mea ora aſpicere.

Po obiédźié tyßká.

μετὰ τὸν πόλεμον τὰς μηχανὰς κομίζεις. Poſt bellum machinas affers.
μετὰ τὴν ἐν μαραθῶνι μάχην. *Suidas.* Poſt Marathoniam pugnam. ſ. *ſubſidium.*
μετὰ πόλεμον ἡ συμμαχία. *Diogenes.* Poſt bellum auxilium.
ὅτῶς χρὴ τὸ πολέμου μεταλαγχάνειν. *Plato.* Sic eſt ad partes pugnæ re peracta veniendum. *Et Plaut.* Depugnato prælio venis.
Ζύμμαχος μὲν ὤ, ξένος δὲ πρὸς τράπεζαν. *Euripides.* Non commilito, ſed hoſpes ad menſam venis. Hector Rheſo tardè venienti.
Serò clypeũ poſt vulnera ſumo. *Ouid.* Poſt cauſam vulneratã remedium. *Iuſtinian.*
Ad Xenocratem diſputantem ingreſſus eſt Eudamidas & ille iam propoſitum finierat, tum quidam ex comitibus Regis ſuggerebat vt dicta repeteret, cui Rex. Nunquid ſi veniremus ad iam cœnatum, iuberemus eum iterum cœnare? Plutarch.
κισσὸς μετ' ἀνθιστήρια. Hedera poſt Anthiſteria. *Hedera Baccho ſacra vini index, tardè exponitur poſt Anthiſteria* .i. *Floralia feſta Saturnalibus & Bacchanalibus ſimilia.*
Ad oſſa cœnæ veniſti. *ex Martiali.*
Menæchmus Plauti detentus in foro à quodam, tardè veniens ad prandium indignatur dicens: Dij illum omnes perdant, ita mihi hunc hodie corrupit diem. &c.
Diem corrupi optimum, iuſſi apparari prandium. Amica exſpectat me. &c.
Affine, Vlié wczás.

Po obiétnicu ná pretkiem konu táchác trzébá.

Simile eſt dictum Gallicum apud Garnerum. Pollicitatio pigrum exſuſcitat .i. Ad promiſſa exigenda nemo quantumuis piger cunctari ſolet *vel* debet. *Nam* Promiſſa quandiu calent, valent, vbi refrigeſcunt (*quod citò fit*) facile euaneſcunt.
ὑποσχέσιν ταχὺς λαμβάνῃ θέλων. *A.* Feſtinet, obtinere qui promiſſa vult.

Po ogień przyßédł. Przyßédßy odßédł. Vi padßy / ni śiadßy.

Media nocte veniſti, nunc (*ſummo mane*) abis. *Plaut.*
Priùs abis quàm locus vbi cubuiſti concaluit. *Idem.* Vlié zágrzałéś mieſcá.
An ideò tantùm veneras vt exires? *Martial.*
ὦ θερμὸν ἔργον! *Ariſtophan.* O calidum factum vel negotium!
ὡς ἀφύα εἰς πῦρ. Ceu aphya ad ignem. ſ. *admota, mox remouenda eſt, quia vix conſpecto vel contacto igne cocta eſt.*
ἅμα τῇ χαίρειν τὸ ὑγιαίνειν ſ. λέγεις *vel* ἔλεξε. Simul ſalue & vale dicis vel dixit.
Heri veniſti & hodie compelleris egredi. *Dauid ad Ethai. 2. Regum 15.*

Popiłowáć cżégo / pociośáć / pogładźić. &c.

Limare. *tr. Cic.* ῥινίζειν. *tr. Ariſtophan.* Intendere limam. *Plini. iuni.*
Mordeat librum lima cenſoria docti Seueri. *Martial.*
Lima mordaciùs vti. *Ouid.* Defuit & ſcriptis vltima lima meis. *Idem* .i. *non caſtigaui, non expoliui.* Exaſciare opus. *tr. Plaut.* Recoquere. *tr. qua tralatione*

latione vſus eſt Cic. Horat. Vertere ſtylum. *Horat.* i. *limare ſeu corrigendo & limando inducere. Lambin. Leuin.* *Sic Cic.* Vertit ſtylum in tabulis ſuis. *Et Hieronym.* meliorem ſtyli partem vocat quæ delet corrigendo quàm quæ ſcribit.
Incudi reddere. *Horat.* Et male tornatos incudi reddere verſus.
Idem de carmine quod viuere & placere debeat *ait:*
—— Nonumque prematur in annum. i. *ne mox euulgetur, ſed domi ſit, vt ſubinde relegatur & limetur, peritiſq; viris priuatim oſtendatur.*
Sic & Catullus de ſuo: Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem,
Quàm cœpta eſt, nonamque edita poſt hyemem.
Aliqui apud Horatium legunt decimumque prematur. *vt Iſocrates Panegyricum decem annis ſcripſit.* *Rectè etiam ſuadet Quintilian.* reponendum opus, & poſt temporis ſpatium ſatis longum reſumendum, & ita legendum, quaſi non noſtrum, ſed alienum foret.

Poprawić chcąc pogorszył. Pomoc chcąc zaszkodził.

Peliam recoxit. *ex Cic. vel* Peliam concoxit. *ex Plauto. de eo dicitur, qui corrigere aliquid volens, corrumpit magis. vt Medea Peliam ſenem volentem reiuuenescere, ſictè id illi pollicita, coquendo necauit. vt refert Diodor. Sicul. & Ouid. Hunc Peliam reſtitutum iuuentæ ſcribunt Plaut. Cic. & alij, non verè, ſed ex vulgi opinione. nam hoc Æſoni potiùs tribuendum eſt. (Vide* Odmłodniał.) *Immò totam hanc fabulam falſam eſſe, ſcribit Seruius ad illud 11. Virgil. Solidum nodis & robore cocto. aitq; ex ſententia Diogenis Cynici; Medeam non fuiſſe veneficam, ſed ſapientem feminam, quæ homines voluptate fractos & deſides, laboribus & parſimonia, valentes & vegetos reddebat.*
Potes autem dictum hoc vſurpare & Paſſiua voce Grammaticorum, ſic. Peliæ inſtar recoctus eſt. v. g. *æger, qui malo medico adhibito morbum auxit vel mortem accerſiuit. Vſurpatur id etiam hoc modo.* λέσης τὸν πελίαν. *Plutarc.* Laues Peliam *de eo qui ſalutem pollicitus affert perniciem. Simile eſt illud ex Diogeniano.* ἀκεσίας ἰατρός. Aceſias medicatus eſt. *ſcilicet imperitus aut infelix medicus.* *Vel* Aceſiam æger adhibuit.
Ex lithiaſi podagra. *Cardanus.* ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν. Camelus deſiderans cornua, etiam aures amiſit. *Ioue indignato illi ob ſtultam eius petitionem. Fabula eſt apud Gabriam.* Verſuram facere, ſoluere. *Cic.* οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες, χρόνον ὕστερον καὶ τ' ἀρχαίων ἀπώλεσαν. *Demoſthen.* Æs alienum contrahentes, facile ad breue tempus magnis vſuris diuites ſunt, poſtmodùm verò & principali ſumma excidunt. τῷ πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι. *Apollonius.* Lutum luto purgare. *Sic Diogenes balneum ſordidum ingreſſus dixit:* Qui hîc lauant, vbi lauantur? *Alexandrini ad tollendos ſerpentes & macellorum ſordes alebant ibides aues, ſed hæ ſordibus æquè omnia conſpurcabant.*
ἐλαίῳ πῦρ σβεννύεις. *Lucian.* Oleo ignem reſtinguis.
Equus contra ceruum iniurium, hominem iudicem appellans, libertatem amiſit. *Apologus Horatij. Ancillæ gallo occiſo, citius ab hera excitantur. Æſopus.*

Asinus percussus mortem inuocauit, & mortuus pellem dedit tympano sæpiùs percutiendam.
Ranæ trunco rege sibi dato non contentæ, quòd immobilis esset & contemptim in illum omnes saltarent, alium à Ioue petierunt, & Ciconiam acceperunt.
μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς ἄκος, μεῖζον τὸ πῆμα τ' ἂν ποιήσῃς τῆς νόσου. *Sophocl.*
Ne malum remedium morbo (*malo*) adhibens, maius malum (*mortem*) ipso morbo (*insaniæ*) afferas. By nié było gorzey. *Affine* Poprawił sie. Trafił ze dżdżu.

Poprawić sie nié fromotá.

κόνιν ἀποψησάμενοι ἀγωνίζε. *Eustathi.* Puluere detersо certa.
ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ. Gallus insilit, *dicunt Græci, cùm quis semel victus iterum redit ad certamen, vt galli pugnaces solent.*
ἀλλ' ἐν δόμοις μέν ἤν τι μὴ καλῶς ἔχει,
γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα: αἰῶνα δ' οὐκ ἔξεστιν. *Euripides.*
In domibus vbi quid est minùs rectum, licet
Corrigere posterioribus sententijs. At non ita licet vitam (*totam actam.*)
ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. *Demosthen.* Vir fugiens iterum pugnabit, *vel* Pugnabit iterum cui fuga salutem attulit.
Hospes apud Athenienses barbarè locutus, offendit & spretus est; correcto verò sermone laudatus est. *Vide* Zgadzay sie z ludźmi.

Poprawić stawy.

Benefactis pensare delicta. *Senarius est Græcus apud Cic. ad Atticum iste.*
ἄλλοις μὲν εὖ δοῦλοις τὸν δ' ἀπωθεῖσθαι ψόγον.
Aliis bene factis hocce depellunt probrum.

Poprawił sie (*ironicῶς*) z piécá ná fyrs.

Mié láda poprawá / postepek. Suknia zástáwił / koßule wykupił.
Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus. *Martialis.*
Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus. *Idem.*
De toga ad pallium *Tertulian. Toga erat Romanorum vestis, pallium verò Græcorum præsertimq; Philosophorum, quos Romani contemnebant.*
Dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus. *Cic.*
De Consule Rhetor. *Iuuenal. Sic accidisse scribit Plini. iuni. Valeriano Liciniano, qui Prætorius vir eloquentissimus Orator, ex Senatore exul, & ex Oratore Rhetor ac professor in Sicilia factus est.* A Tarteſſo (*Hispaniæ vrbe opulenta*) ad Tartarum, *Erasmus ex Homero, Strabone.*
ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους. *f.* μεταβέβηκε. *Procop. Sophista.* Ab equis ad asinos. *transiit.*
Bubulcus antea, nunc caprarius. *ex Theocrito, qui ait:*
βουκὸς μὲν ἐλέγευ, νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.
Bubulcus quidem dicebaris, nunc verò caprario viro similis es.
ἀντὶ τυφλὸς ἐξωμμάτωται. *Aristophan.* Pro cæco exoculatus est.

ἀντὶ

ἀντὶ χαρίεντ᾽ ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς. *Plutarch.*

Pro eleganti medico malus póèta vocari cupis.

Sole relicto venis .ſ. *ad Orcum.* *Ex Homero qui ita habet:*

τίπτ᾽ αὖτ᾽ ὦ δύσμορε λιπὼν φάος ἠελίοιο
ἦλυθες, ὄφρα ἴδῃς νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον;

Quid tu huc infelix dimiſſo lumine ſolis Veniſti, vt videas manes, triſtẽ & regionẽ.

Affine, Trápił ześ dźdźu podrynne. Poprawić chcąc pogorßył. Co dáley to gorzey.

Po proſtu co czynić, mowić, niewytwornie, wyrozumnie.

Pingui Minerua dicere vel adminiſtrare aliquid. *Columella.*

Hipparchi ſubtilitas pinguioribus ruſticorum literis neceſſaria non eſt. *Idem.*

παχύτερον ἢ παχυμερέστερον .i. Craſſiùs & pingui Minerua. *Gellius.*

παχυτέρᾳ μούσῃ. Craſſiore Muſa. *Quintilian.* Craſſa Minerua. *Horati.*

ἐν πλάτει. *Strabo Celſus. Paul. ICti.* i. Rudi Minerua. Non ad liquidum, cum temperamento. *ICti.* non accuratè, non ad viuum. *A Schott.*

Vt natura fert facere. *Terent.* Romano more dicere. *Cic.*

ἀμαθέστερον ὡς εἰπὲ καὶ σαφέστερον. *Ariſtophan.*

Indoctiùs dicito licet, at apertiùs. *Gellius.*

τὰ σῦκα, σῦκα, τὴν σκάφην, σκάφην λέγω. *Idem Ariſtophan.*

Ficus, ego voco ficus; alueum alueum.

Lycurgus vetuit Spartanos in adificandis domibus vllis inſtrumentis vti, praeter ſecurim & ſerram. Plutarch.

Ornari res ipſa negat contenta doceri. *Manilius.*

Aperte rem ipſam modò locutus, nil circuitione vſus es. *Terentius.*

Satis planè ſatiſque diſertè locutus eſt. *Plautus.*

Latinè me ſcitote non accuſatoriè loqui. *Cic.* .i. *ſimpliciter ſine amplificatione & mendacio. Martialis item.* Latinè ſe loqui ait, cùm res obſcænas verbis obſcænis & Romana ſimplicitate, *vt idem ait,* reddit.

Po przecko.

Citra extremum conſiſtere *iubet Seneca.* Tenere ſe ſuis finibus. *Cic.*

Ne quid nimis. *Terent.* Ne ſutor vltra crepidam .ſ. iudicet. *Plini.*

Pone modum lætis. *Statius.* Breue ſit quod turpiter audes. *Iuuenal.*

θρασυστομεῖν γὰρ ἃ πρέπει τοὺς ἥσσονας. *Æſchylus.*

Loqui minores non decet ferociter.

Vltrà quàm licet ſperare nefas putato. *Horat.*

Martialis Cerdoni qui ludos gladiatorios cùm diues eſſet populo exhibuit, ſic dicit:

Luſiſti, ſatis eſt: ſed te, mihi crede, memento
Nunc in pellicula cerdo tenere tua.

Affine eſt, Póty kres. Dość iuż maß. Co wczás. Miárá wẽ wßyſtkiem.

Porádnik ieden dobrý ſtoi zá kilku mocnych.

Σύμβελος εἷς δέκα λογάδων πλέον ἰσχύει. *A.*

Conſultor vnus fortibus præſtat decem. *Sic Eccleſiaſtici 6.*

Conſiliarij tibi ſint vnus è mille. *Et Iliados* B. Agamemnon *optat ſibi decem tales conſultores qualis Neſtor, non verò decem Aiaces Achilles Diomedes, vt obſeruauit Lucian. in Paraſito; illorum enim opera pridem cepiſſe Troiam ſe potuiſſe aiebat.*

Porádnik zły gorſzy niż krzywdźiciel.

λεοδάμας ἔφη: βουλεύσαντα τὸ πάξαντος μᾶλλον ἀδικεῖν. *Ariſtotel. Laodamas dixit*: Conſulentem quàm lædentem magis iniurium,

βουλὴς γὰρ ἄδε ἔστιν ἐχθίον κακῆς. *Sophocles.*

Res nulla conſilio nocentior malo.

Nulli malo negotio aſſiſtas, nec patrocineris. videberis enim ipſe talia facere qualia facientes adiuueris. *Iſocrates.* *Vide* Kto chce vporniè wdoł.

Bis peccas cùm peccanti obſequium accommodas. *P. Syrus.*

Bonus animus nunquam erranti obſequium accommodat. *Idem.*

Affine, Podußczáiacy i czyniacy rowno grzeßą.

Porady vżyć bez zdrády.

In capiendo conſilio prudentia, in dando fides requiritur & religio. *Cic.*

Conſilium (ſit) plenum prudentiæ & fidelitatis. *Idem.*

Conſilium dabimus. quod ſi non fuerit prudens, at certè ab optima fide & optimo animo proficiſcetur. *Idem.*

πιστῶς τε σαφρόνως τε τῳ βουλὴν διδῶς. *A.*

Prudens fideleque cuique conſilium dato. *Nam vt ait Plato.*

Σύμβουλος ἱερὸν χρῆμα. Conſultor res ſacra eſt.

ἱερὸν ἀληθῶς ἐστιν ἡ συμβουλία. Res eſt profectò ſacra conſultatio.

Σύμβουλος ἐσθλὸς μὴ κακὸς γίγνου φίλοις.

Conſultor eſto bonus amico, non malus.

Conſilium ſi des alteri, non ideò minùs ipſe ſapies.

Simile eſt quod Ennius apud Cic. præcipit: Erranti comiter monſtrare viam & Lumen de ſuo lumine accendere. Suadeo quod ipſe facerem &c

ἀλλὰ τὰ μὲν νόεω καὶ φράσσομαι, ὅσσ' ἂν ἐμοὶ περ αὐτῇ μηδόιμην ὅτε μοι χρειὼ τόσον ἵκοι. *Homerus.* Sentio ſuadeboque tibi, quo non grauer vti, Olim ſi ſimilis mihi fors occurreret vſus. *Errantem hominem conſpicatus Elephas comiter deducit ad viam. Plinius.*

Porobił go / pokonał / zwyciężył / vpokorzył.

Ad genua res Romanas venire compulit. *Procopius.*

τὰ τῶ ῥωμαίων γονυκλινεῖν ἐποιήσατο. *vel vt Herodot.*

εἰς γόυ ἔβαλεν πόλιν. In genua deiecit ciuitatem .i. *ſupplicare ſibi fecit, aut quæ ſtare & florere viſa eſt, proſtrauit, abiecit.*

Porządek

Porządek rzecz miłá i pożyteczna.

οὐδὲν οὕτ' εὔχρηστον οὔτε καλὸν ἀνθρώποις ὅτῳ, ὡς ἡ τάξις. *Xenophon.*
Nil tam vtile & gratum hominibus, vt ordo.
Nihil eſt pulcrius in omni ratione vitæ, diſpoſitione atque ordine. *Cic.*
Quicquid peccatur, perturbatione rationis atque ordinis peccatur. *Idem.*
Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo ac modus. *(ſit) Idem.*
Ordo memoriæ maximum lumen affert. *Idem.* Domeſtica ordine adminiſtrantur. *Idem.* *Vulgare dictum eſt:* Ordo anima rerum. *Sic fermè Ariſtoteles inquit:*
τάξις πᾶσα λόγος. Ordo omnis ratio eſt.
οὐδὲν ἄτακτον τῇ φύσει, κατὰ φύσιν. ἡ γὰρ φύσις αἰτία πᾶσι τάξεως. *Idem.*
Nil eſt inordinatum eorum quæ natura & ſecundum naturam ſunt. natura enim cauſa ordinis omnibus eſt. *Vt lapides ligna lateres & tegulæ ſine ordine proiectæ, ad nihil vtiles ſunt, cùm verò bene ordinantur ac diſponuntur alia ſurſum alia deorſum, tum domus ſit benè conſtructa habitationi vtilis. Xenophon.*

Poſąg bárzo piękny pánnié / iéſt cnotliwe wychowanie.

Mięło mi po wielkim wienié / kiedy cnotá wielka w ſzenié.

Quæ dos matronis pulcherrima? Vita pudica. *Auſonius.*
Dos eſt magna parentium Virtus & metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas, Et peccare nefas aut pretium mori. *Horat.*
γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, κ' οὐ χρυσία. *Menander.*
Virtus puellæ ornatus haud pecunia.
Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos *(vulgò)* dicitur;
Sed pudicitiam & pudorem & ſedatum Cupidinem,
Deûm metum, parentum amorem & cognatûm concordiam.
Tibi *(marito)* morigera, atque vt munifica ſim bonis, proſim probis. *Alcmena Plauti loquitur.* *Apud eundem filia dicit patri.*
Non me tu argento dediſti nuptum, ſed viro.
Apud eundem in Aululariâ Megadorus petit ab Euclione filiam vxorem dicens:
M. Filiam tuam deſponde mihi. Eu. At nihil eſt dotis quod dem. M. Ne duis.
Dum modò morata rectè veniat, dotata eſt ſatis. *Affert ibidem actu 3. ſcena 5. pulchras morales & politicas ad eam rem rationes, ſed fuſiùs.*
Lycurgus cauerat lege vt abſq; dote filiæ elocarentur, ideò ne diuites ob diuitias expeterentur, & ne inopes ob inopiam deſererentur. Plutarch. addit Laért. ne diues accepta pro coniuge, domina domum inducatur, pauperi verò pudicitia & honeſti mores pro dote ſunt.

Poſłét abo poſłániec prętki / pęwny/

γραμματοφόρος πτεροφόρος: Tabellarius penniger. *pro celeri inſtar auûs, & aliqui tabellarij pinnas in capite ſurrectas habebant aliquò pergentes Dionyſ. teſte.* *Aues ipſæ, tabellariorum munus egregiè aliquoties obierunt.* Hirundo.
Cecina Volaterranus hirundines apud amicos cùm eſſet extra vrbem comprehenſas ſecum

in vrbem detulit, per quas postea dimissas & rectâ ad nidos suos remeantes quæ volebat significabat Plini. Columba. *In obsidione Mutinensi Decimus Brutus epistolas columbæ pedibus alligatas Romam ad Senatum misit. Idem Plini. qui plura talia habet.* Adde Columbam Noë. Cornix. *Cornice cicure vsus est Marres rex Ægypti in perferendis epistolis ceusideli tabellario, eamque mortuam sepultura & cippo decorauit. Ælianus. Suidas. Ælius Verus Imperator cursores suos celerrimos ventorum nominibus appellare solebat, Boream Notum Aquilonem &c. eisq; alas Cupidinum apponebat. Spartian. eosdem Aurelianus peculiari habitu ornabat Vopisco teste. Ab his epistolas Aristides tanquam à volucribus citissimè perferri quouis solitas, scripsit.*

Pegasus alter, *pro celeri nuntio. Sic Cic.* O fortunatum hominem qui eiusmodi nuntios vel potiùs Pegasos habeat! nempe qui non toto triduo DCC passuum millia conficere possint. *Pegasus verò equus fuit alatus, quo vectus Bellerophontes Chimæram adgressus est & superauit.*

Poſét wßedy ieſt béſpiécżny / wßécb narodow wyrok wiécżny.

ὁ πρέσβυς ἀ τύπτεται οὐδὲ ὑβρίζεται. *Scholiastes Homeri.*

Legatus non cæditur nec violatur, non ludibrio habetur.

Legatorum nomen apud omnes nationes Sanctum inuiolatumq; semper fuit. *Cæsar.* Sacrum, etiam inter exteras gentes, legatorum ius. *Tacitus.*

Magna quædam & inclita oratorum dignitas est, & apud omnes mortales honorabilis. *Procopius.* Apud barbaros omnes, lege cautum est, oratores & legatos vt plurimùm colant & venerentur. *Idem.*

Qui interimunt legatos, ius omnium gentium confundunt. *Herodot.*

Poſét z dobra nowina.

ἀ πόλεμον ἀγγέλλεις. *Plato.* Haud bellum nuntias, *s. sed rem lætam.*

χρυσῶν ἀγγέλωπῶν. *Iulian.* Aureorum nuntius verborum.

νέα χελιδών. Noua hirundo, pro læto nuntio. *Iunius ex Aristophanis interpr.*

ἄγγελον ἐσθλὸν τιμὰν μεγίστην πράγματα πάντα φέρειν. *Pindarus.*

Nuntius bonus honorem maximum in omni negotio fert.

Philippides ex Marathone. V. Drugiem dobry.

Poſłuſżeńſtwo. V. Słuchác trzebá ſtárſżego.

Poſpolite i wßyſtkiem wolne rzéczy / tánie / podłe.

τὸ ὕδωρ ἄριστον ὄν, εὐωνότατον, ὅτι κοινόν. *Plato. Pindarus.*

Aqua cùm sit optima, vilissima est, quia omnibus obuia.

Vilescit quotidianum. *Ex vulgari rhythmo.* Quod rarum, carum. &c.

Multi aperta transeunt, recondita & abstrusa rimantur. *Seneca.*

Effractarius aperta præterit. *Idem.* Vile videtur, quicquid patet. *Idem.*

οὐκ αἱρετέον πάντων τὸ ῥᾳδίως ἁλισκόμενον. *Plutarch.*

Non est tollendum quod admodùm facile corripere licet.

Affine, Co ſie godźi. Podła rzécz. Cżié wielka obrádá.

Poſpolite

Pospolite rzeczy nád prywatne przekładay.

Prywatna personá ma przestrzegáć skromności / publiczna godności.

Publica instituta, priuata pietate potiora sunt. *Valerius Maximus.*
Et Horati. de priscis Romanis: Priuatus illis census erat brevis, Commune magnum. *Clarius Cicero.* Hæc magnitudo animorum maioribus nostris fuit, vt cùm in priuatis rebus suisque sumptibus minimo contenti, tenuissimo cultu viuerent: in imperio atque in publica dignitate, omnia ad gloriam splendoremque reuocarent. Quæritur enim in re domestica continentiæ laus, in publica dignitatis. *Item.* Odit Pop. Romanus priuatam luxuriam, priuatam magnificentiam diligit. *Item.* Grauiter tulit Pop. Rom. peruersam Tuberonis Stoici sapientiam, qui in funere Africani patrui sui, epulum Pop. Romano dans, lectulos Punicanos pelliculis hedinis strauit, & Samia vasa exposuit, quasi Diogenes Cynicus mortuus esset. &c.

Polycratidas Lacon missus ad regis præfectos, interrogatus priuatòne an publico nomine veniret, respondit. Si consequimur quod volumus, publico; si repulsam patimur, priuatim. Plutarch. Lacon captiuus, cùm præco Laconem se vendere proclamaret, os ei obturauit dicens. Captiuum proclama. *Idem.*

Apud eundem Lacæna cùm quinque filios in bellum misisset, in suburbano stabat exitum exspectans, & cum ei sciscitanti quid ageretur quidam respondisset, filios eius omnes occubuisse, ait; prauum mancipium, non hoc quærebam, sed quo loco essent res patriæ, cumq; ille vicisse nostros respondisset, subdidit illa: mortem quoq; filiorum non inuita audio.

Cato Censor aquam publicam ad hortos aut domos priuatas deducentibus ademit. Plutarch.

ἡ λιτότης ἰδιᾳ, πολυτέλεια δημόσια. *A.*

Frugalitas priuata, magnificentia publica. *Vel*

Domum tenuitas, publicum splendor decet.

Huc illud Iuuenalis. Quis fercula septem Secretò (*priuatim*) cœnauit auus? *Nam in publico conuiuio hoc licebat.*

Pospolstwá rozsądkiem abo zdaniem mądry gardzi.

Nunquam volui populo placere. nam quæ ego scio, non probat populus; quæ probat populus, ego nescio. *Seneca.* τὸ γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν τοῖς σοφοῖς ἐστιν ἀπαρέσκειν. *Plutarch.* Vulgo placere est sapientibus displicere.

Sapiens non it quâ populus: sed vt sidera contrarium mundo iter intendunt, ita hic aduersus opinionem omnium vadit. *Seneca.*

λεωφόρον μὴ βαδίζειν. *Pythagoræ Symbolum.* Per publicam viam ne ambules. i. *vt S. Hieronym. exponit:* Ne vulgi errores sequaris.

Ne sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiescas sententiæ vt à vero deuies. *Exodi 23.*

λαῷ μὴ πίστευε πολύτροπος ἐστιν ὄμιλος. *Phocylides.*

Vulgo ne credas varium & mutabile vulgus.

ἰσχυρὸν ὄχλος ἐστὶν, ἀκ ἔχει δὲ νοῦν.

Res est potens plebs, mente sed penitùs caret.

Popu-

Populi ſcita magna ex parte ſapientes abrogant. *Seneca.* Non tam benè cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant. *Idem.*

Sic Epictetus. ὅτι ἂν ἐρῇ τις περὶ σοῦ, μὴ ὑπερέφου. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι σόν. Quicquid de te quis dixerit, non cures. hoc enim non tui eſt arbitrij.

Polycletus duo ſimulacra fecit, vnum ex arte, alterum ad arbitrium populi, mutans, addens, tranſponens in eo, prout quisq; è plebe tranſiens deſiderabat & ſuggerebat: tandem prolatis ambobus in publicum, priùs omnes cum admiratione laudarunt, poſterius riſerunt. tum ille: Atqui id quod vos vituperatis, veſtrum eſt; quod verò ſuſpicitis, ego feci. *Ælian.* τὸ νόμισμα παρακάραξον. *Suidas.* Monetam adultera. i. *à vulgo diſcrepa. Pythij præceptum. Hippomachus magiſter pugilum, cùm diſcipulo eius populus in ſpectaculo applauſiſſet, virga eum percuſſit, dicens:* Tu quidpiam perperam feciſti. non enim iſti plauderent, ſi ex arte feciſſes.

Sic Parmenonis Mimi ſuis vocem imitantis prætulit populus voci veræ porcelli, quem ruſticus cum Parmenone quaſi ſua ficta ſimiliter voce certans, tectum veſte tenebat. Et cùm populus clamaſſet: Nil ad Parmenonis ſuem; ruſticus verum porcellum exhibuit, & omnes erroris conuicit. Plutarch. Phædrus.

Phocion, cùm ſententia eius laudaretur à populo, verſus ad amicos ait: ἀ δή πού τὸ κακὸν λέγων ἐμαυτὸν λέληθα; *Plutarch.* Num imprudenti mihi aliquid excidit mali?

Affine, Vlić wiele tám ſtali/ co poſpolſtwo chwali. Nikdy luckich nic nie waż.

Poſpolu te rzéczy chodzą/ dym zá płomieniem/ grzech zá lubieżnėm poyrzeniem ábo dotknieniem.

Flamma fumo eſt proxima. *In Plauti Curculione quidam de puella ait:*

Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit, niſi
Si eſt oſculando quiſpiam impudicior. *Reſpondet alter:*
Semper, tu ſcito, Flamma fumo eſt proxima (*oſculum actui Venereo Lambin.*)
Fumo comburi nil poteſt, flammâ poteſt.
Qui vult cubare, pandit ſaltum ſauijs.

ἐκ ἀσφαλὲς πῦρ ἐστὶν ἔγγυθε καλάμης. *Ex Nazianzeno.*

Stipula prope ignem tuta nunquã ponitur. Słomy do ogniá nie przymykay. Non eſt fumus abſque igne. *Eraſmus ex Clemente qui ait:* Fieri minimè poteſt vt conſurgat fumus, vbi ignis non eſt. Z dymu ogień znay/ á gáś nie czékay.

Proximus à rectis ægrè defenditur ignis.
Vtile finitimis abſtinuiſſe focis. *Ouid.*

Oſcula, adulterij proœmium & libidinis antecœnia, *vocat Angelus I. C.*

Addo diſtichon Accurſij & Hoſtienſis, caſtis in memoria ſemper habendum.

Viſus, & Alloquium, Tactus, poſt Oſcula Factum (*ſ. ſequitur*)
Ni fugias Tactus, vix euitabitur Actus. *Et Ouidius de talibus ait.*
Illic Hippolytum pone, Priapus erit. *Huc & illud.*
Non procul à proprio ſtipite poma cadunt. *Affine,* Powodu do złego.

Poſtopit. *ſeriò vel iocò.*

Ab aſinis

Ab asinis ad boues transcendit. *Plaut. Vsurpes licet seriò & iocò, quia non magnus iste gradus est. Similiter.* Heri seruus, hodie liber. *Vlpian.*
ἐκ δὲ κιθαρῳδικῆς εἰς τραγικὸν μετήνεγκε. *Suidas.* Ex citharœdo Tragicus Pòèta factus est. ὀβολῷ ἄξιος. *Aristotel.* Obolo dignus. *Nam qui Athenis per Senatũ referebatur in numerum virorum qui δόκιμοι .i. probati dicebantur, ij obolum ex ærario quotidie accipiebant. Affine,* Vlić wielka poprawá. Vroſt pretko.

Po ſtáremu Bártoß .i. po ſtáremu totr / nieꝛzemnik / pijánicá. *&c. Originem & causam dicti ignoro. Nostri triuiales Latinè hoc reddentes, æquè incertum quare, vsurpant illud:* Ioannes in eodem. *Sed melius reddes:*
In eodem luto hæsitat. *ex Terentio. Simile est illud Horat.* Hæres
Nequicquam cœno cupiens euellere plantam. *Itemq;*
Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.
Antiquum obtines. *Terent. ſ. ingenium, animum, morem. Donatus.*
Antiquum obtines hoc tuum tardus vt sis. *Plaut.*
Rursus ad ingenium redijt. *Terent.* Rursum anus ad armillum redit. *Lucil. Apulei.*
ἀλλάττει ὁ λύκος τὰς τρίχας, γνώμην δὲ μή.
Pilos solet mutare non mentem lupus.
Vulpes pilum mutat non mores. *Suetoni. nam cum ætate fit astutior.*
Sicut hodie sic & cras. *Isaiæ 56.* Venite sumamus vinum & impleamur ebrietate. & erit sicut hodie sic & cras & multò ampliùs.
In ijsdem scopulis semper hæret. *Ex Ouid.* πολλὰ μοχθήσαντες ὁμοίως ἐσμέν. *Lucian.* Cum multùm laborauerimus, itidem vt antea sumus.
εἰς τὰς αὐτὰς λαβὰς ἐπανῆλθεν. *Aristot.* In easdem ansas reuersus est.
τὸ γεραίνδρυον μεταφυτευθέν. *Suidas.* Arbor annosa transplantata. *ſ. æquè sterilis est, vt anteà fuit. In Plauti Rudente quidam audita pulchra morali sententia dicit:*
Spectaui ego pridem Comicos ad istum modum
Sapienter dicta dicere, atque ijs plaudier
Cùm illos sapientes mores monstrabant poplo.
Sed cùm inde suam quisque ibant diuersi domum,
Nullus erat illo pacto vt illi iusserant. Jáki pieś do kośćiołá/ táki z kośćiołá.
Affine, Co śie tyſo vrodźi. Vlatog trudno odmienić.

Poſtáwá / á dáley nic. Vrody dość á ſercá málo.
τραγικὸς βασιλεύς. *Dionys.* Tragicus rex. *qui plerumq; cùm vilissimus sit homuncio, habitu & nomine regem repræsentat.* Trahere vestem, *dicitur, qui magnificè vestitus incedit. Lauinus, Lambinus ex Horatio qui ait:* Traxitque vagus per pulpita vestem. .i. *in scena Tragica.* σύρμα ἕλκειν. *Et Varro:* Pallia trahentes. *ſ. per terrã à tergo longa.* βριάρεως φαίνεται ὢν λαγώς. *Posidippus.* Briareus videtur esse, cùm sit lepus. *Briareus centimanus gigas apud Virgil.*

πισάνδρε λόφοι καὶ ὄφρυες. *Aristophan.* Pisandri galea & supercilium. *Fuit* & *corpore ingenti sed timidus, ideoq; armis splendidus se ornabat.*

Simile illud S. Hieronymi: Sublatis in altum humeris &c. vt si præconem addideris, putes incedere præfecturam. *Et in Epidico Plauti seruus Thesprio alteri seruo arroganti Epidico dicit;* Iam tu autem nobis Præturam geris?

EPI. Quem me dicis digniorem esse hominem hodie Athenis alterum?

THE. At enim vnum à Prætura tua abest. Lictores duo, duo viminei fasces virgarum. *s. quibus more seruorum cædaris.*

Grandia incedit tanquam Othus & Ephialtes (*Homerici*) *Ammianus.*

Σεμνοπροσωπεῖ ὑπὲρ τὰς ξενοκράτους εἰκόνας. *Synesius.* Modestiam & grauitatem vultu præfert magis quam Xenocratis imagines.

ἀγάλματα ἀγορᾶς. *Euripid.* Statuæ fori. *Corpore pulchro & ornato sine vlla industria, arte, virtute.* *Sed in hoc genere insignis est Thraso Terentij, & multò insignior Pyrgopolynices Plauti miles gloriosus.* V. Wrzkomo cos. Mázkárá. Powažny.

Postępku przéśkodá przéstánék.

Gdźiéś dobrego ćwiczenia przéstał / támés został.

Nemo profectum inuenit ibi, vbi reliquerat. *Seneca.* Qui non proficit, deficit. *S. Augustin. Bernard.* Vbi incipis nolle fieri melior, ibi desinis etiam esse bonus. *Bernard.* Qui dixerit, sufficit, remansit, & hæsit in via ante finem. *Prosper.* Detrahere videtur prioribus, qui non aliquid adijcit. *Quintilian. docens affectum oratoris vel orationis crescere debere in Conclusione.*

ἐν τῷ ποτάμῳ, ὁ μὴ προχωλεῖ, καταχωλεῖ. *A.*
In flumine nihil promouens, cedit retrò.
ἡ πᾶυσίς ἐστι κώλυμα προκοπῆς μέγα. *A.*
Proficere, sæpe desinens, nunquam potest.

Po stopniách.

Nie zárázem iednem krokiem / bywá wierzchu áni skokiem.

βαθμηδὸν ὑπερβάλλειν δεῖ. *Ex Athenæo.* Gradatim oportet excellere. *Vel.* Per gradus ascendendum. *Vicinum est illud ex Suida.*

Ne vltra gradum pedem. *sub* Nie wyięźdźay. Nondum capillos seruiles præ imperitia animo abraserunt & rempublicam tractare aggrediuntur. *Ex Platone.*

ἐρετμὸν χρὴ πρῶτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν, καὶ πεύθεν πρόσεδρον εἶναι καὶ τοὺς ἀνέμους μαθεῖν, κἄπειτα κυβερνᾶν. *Aristophan.* Oportet priùs remigem esse, quàm clauum aggrediaris, deinde in prora versari & ventos obseruare, tum demùm gubernare. βῆμα καὶ βάσις. *Etymolog.* Habitus & gradus. *s. conueniant. i. non statim ad summa saliendum sed pedetentim per intermedia.*

Poszédł w świát. Gdźié go oczy mogły.

Quo me cunque rapit tempestas deferor hospes. *Horat.*

I pedes quo te rapiunt & auræ. *Idem.* ὅποι πόδες καὶ ἄνεμοι ἄγουσι.

Ite,

Ite, pedes quocunque ferunt, quocunque per vndas
Notus vocabit aut proteruus Africus. *Horati.*

ἔνθ' ἂν οἱ πόδες ἡμᾶς φέρωσιν, ἐκεῖσε ἄπιμεν. *Lucian.* Quocunque nos pedes ferent, illuc ibimus. ἐμοὶ δὲ βαδιστέα ὅποι ζοφία καὶ δαίμων ἄγῃ. *Euripides.* Mihi eſt eundum quò Deus ſapientia — Que me trahit.

γῆν ποδὸ γῆς ἐλαύνεσθαι. *Lucian.* Terram pro terra adire vehendo.

γῆν ποδὸ γῆς διώκειν. *Ariſtophan.* Terram pro terra perſequi.

γῆν ποδὸ γῆς φεύξομαι. *Alciphron.* Terram pro terra mutans fugiam.

Cic. dicit: Hæc & alia ferre non poſſum. itaque γῆν ποδὸ γῆς cogito. *Idem ex Tragœdia quapiam vetere vſurpat illum verſum: (Hinc euolare cupio & aliquò peruenire) vbi* Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam. *Sin autem Polonicum dictum ſimpliciter interpretari velis (nam phraſis tantùm eſt) dices:* Incertum quò abierit. Nullum certum viæ ſuæ ſcopum propoſitū habens diſceſſit. Domicilium & ſedem ſibi ex animi ſententia quæſiturus abijt. Animo & genio ſuo viæ finem & modum permiſit. Orbem luſtrando animo ſuo indulgere ſtatuit. *Adagium illud.* Abijt taurus in ſyluam *Vide ſub* Rozbrát.

Po ßkodźié mądr. Lépßy karány. Przygodá/ nießczęśćie/ rozumu náuczy.
Pſu vbitemu dość kiy vkázáć.

Serò ſapiunt Phryges. *Cic. Liuius Pòéta. de Troianis, qui decimo tandem anno poſt tot clades acceptas de Helena Græcis reddenda conſultare cœperunt.*

ὀψὲ φρονεῖς εὖ. *Euripid.* Serò rectè ſapis, aut ſentis.

ὀψὲ διαθάνεσθαι οἱ κυμαῖοι. *Strabo.* Serò ſapiunt Cumani. *qui cùm porticus ædificaſſent, illas pluuia vehementi decidente, non niſi admoniti ſubierunt. aliter. Cumani ducentis annis portus vectigalia in exſtructionem ciuitatis pendebant, qua ciuitate iam exſtructa, non niſi moniti pendere deſierunt.*

Et quanquam ſerò clypeum poſt vulnera ſumo. *Ouidi.*
Ah vix tandem ſenſi (*poſt damnum acceptum*) ſtolidus. *Terent.*

μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος. Poſt mala prudentior.

Piſcator ictu ſapit. *Zenodot. ait:* ἁλιεὺς πληγεὶς νόον ἔσσῃ. Piſcator ictus mentem habebit, ſeu ſapiet. Malo accepto ſtultus ſapit. *Eraſm.*

Sic Heſiod. — παθὼν νήπιος ἔγνω. Paſſus (*malum*) ſtultus agnoſcit.

αὐτὰρ ὁ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχε νοήσεν. *Idem Heſiod.*
Aſt ille ſuſcipiens, cùm iam malum haberet intellexit.
Priùs cauiſſe quàm pudere æquum fuit. *Plaut.*
— Accepto claudenda eſt ianua damno. *Iuuenal. Inſultantis ſenſu accipe cum Britannico. ſtulti enim eſt tum demum claudere ianuam, cùm res domo ablatæ ſunt.*

ἁμαρτίνους Ἐπιμηθεύς. *Heſiod.* Poſt errorem ſapiens Epimetheus.

ὀψίνους Ἐπιμηθεύς. *Pindar.* Serò ſapiens Epimetheus. *ſed & vox ipſa* Epimethei *idem ſonat. ſ. poſteriùs ſeu poſt rem peractam prudentem; contrà* Prometheus, *prouidus,*

ante rem consultans. μεταβουλία, Ἐπιμηθέως ἔργον ἀ προμηθέως. *Lucian.* Post factum consultare, Epimethei est non Promethei. *f. opus, munus.*

Idem Lucianus ridens Cleonem serò sapientem ex Comico aliquo versum affert:

κλέων προμηθεὺς ἐστὶ μετὰ τὰ πράγματα.

Cleon Prometheus est, sed à negotio.

Nota est fabula de duobus fratribus, quorum alter Prometheus, *futura prudenter praeuidebat, alter* Epimetheus, *post factum demùm quid facto opus erat, agnoscebat.*

ἡ δὲ μετάνοια γίγνεται ἀνθρώποις κρίσις.

Pœnitentia fit hominibus iudicium. *Vel.* Bene iudicare pœnitentes discimus, *aut* nouimus. Misera est ex periculis facta prudentia. *Plinius iunior.*

μετὰ λύπης ἡ μάθησις. *Aristotel.* Post dolorem doctrina. Quæ nocent, docent.

αἱ ξυμφοραὶ συστέλλουσι καὶ ποιοῦσι ξωφρονεστέρους. *Isocrates.* Calamitates coërcent & modestiores reddunt homines.

δειλῶν τοι κραδίη γίνεται ὀξυτέρη. *Theognis.*

Miserorum animus fit acutior. i. *sapientior.* Phryx plagis fit melior. *Cic.*

Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς ἀμείνων καὶ δικαιότερος.

Verberatus Phryx homo melior & obsequentior.

ἄρτι μῦς πίσσης γεύεται. *Suidas.* Modò mus picem gustat. *de ijs qui serò sentiunt quò redacti sint.* *Aliqui cum Suida hoc dictum intelligunt non de mure animali, sed de Mure pugile Tarentino audaci & iactabundo, qui in πίσσῃ .i. in certamine Olympiaco ad Pisas, factus est modestior. quare idem prouerbium effertur etiam sic.* Μῦς ἐν Πίσσῃ. Mus apud Pisas. *vel* mus (*animal*) in pice hærens. *simili sensu.*

Sed vide Tréfi śie i ślépey kokoßy źiárno.

Pastor naufragium passus mare iterum placidum videns, non ei credit. Æsopus. Epimythion Planudis versù inclusum, nam ille prosa scripsit.

τὰ παθήματ' ἀνθρώποις μαθήματα γίνεται. *A.*

Documenta fiunt calamitates hominibus.

Expertus metuit. *Horat.* Euentus stultorum magister. *Liuius.*

Ranæ palude siccata in puteum desilire non audent, ne illo similiter deficiente exire non possint. Æsopus. *Adde apologum eiusdem de Coquo cui canis cor animalis cuiusplam abstulerat, huic enim ille dixit: Non abstuliſti, sed dediſti mihi cor.*

Cambyses perstrictus à Prexaspe, referente sinistrum populi rumorem de vinolentia ipsius; in filio inquit tuo an verum sit experiar. & corde illius traiecto dixit: falsum est, num quem temulentum vidisti sic iaculantem? hîc Prexaspes: Ne deum quidem tam scitè iaculari posse, respondit. *Herodot.*

—— Demùm post factum pœnitet actum. *Garner.*

Affine, Vtié wczás. Kto śie ná goracem, Drzéßte przypádki. Raz dość.

Poßło mu w pięty. *Sensit.* ἠθήσαι *V.* Poznaß mię.

Poßło wßyßtko. Już po wßyßtkiem.

Comesum,

Comeſum, expotum, exutum, elutum in balneis,
Piſcator, piſtor abſtulit, lanij, coqui, &c. *Plaut.* Zjádło śie / z pito śie.
Abuſus aurum .i. *conſumpſit. Plaut.* Vbi illa quæ dedi ante?
℟. Abuſa .ſ. *ſum.* vel Abuſa .ſ. *ſunt. (paſſiuè, abſumpta, Lambinus.)*
Simile illud eiuſdem. C. Eamus domum. S. Iam. C. Quid iam? S. Non ſunt noſtræ ædes iſtæ. Vendidit tuus natus. C. Perij!
Conuerrere totum cum puluiſculo, cum ramento .i. *auferre, perdere. Idem.*
Pecuniam qua via iuerat eadem ſemita reuertiſſe, *ait Cic.* Argentum οἴχεται. *Plaut. Cic.* i *perijt.* Omnis res eius ad medium Ianum fracta eſt. *Horati. Locus erat in foro fœneratorum, vbi naufragium fortunarum aſoti faciebant.*

Mea ſupellex digitum ſuſtulit hoſpitibus. *Martial.* .i. *nulla eſt mihi ampliùs ſupellex, quâ accipiam hoſpites. Locutio ducta vel à more victi in certamine porrigentis manum victori, aut digitum tollentis, vt apud Perſium. Vel à more in auctione quidpiam emere volentium. hi enim digito eleuato oſtendebant ſe velle emere, vt cæteri licitatores licitatione abſtinerent. Briſſoni. ex Cicer. & Horatio.*
Affine eſt & illud eiuſdem Martialis.

Sed mea porrexit ſportula Paule pedes .i. *te ægrotante, mortuæ ſunt cœnæ quas mihi ſanus dare ſolebas. Vide Plauti verſus.* Dum fuit &c. *ſub* Odmienito śie.
Ceu fumus in auras diſceſſit. *Lucret.* In fumũ abijt. *Galli dicunt.* Dymem poßło. *Noſtri.*
Poteſt hîc vſurpari illud ex Ariſtotele: τέττιγες καμόθεν ᾄδουσι. Cicadæ humi canunt. .ſ. *ob exciſa arbuſta & vaſtatam regionem. Affine,* Wßyſtko miałoßy nimieć.

Potegá ićdnego w Rzéczypoſpolitey nieznośna.

Intellige de potentia eius qui non eſt princeps vel rex, huic enim potentia opus eſt ſed de aliquo de optimatibus Reipublicæ, vel ciuitatis.

ἀφόρητος ἑνὸς ἡ πολυδυναμία τῇ πόλει. *A.*

Potentia vnius grauis reipublicæ.

Leonis catulus non alendus. *Æſchyli dictum apud Ariſtophanem eſt.*

ὃ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν.
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Catulum leonis nulla ciuitas alat, Multoque minus ipſum leonem ali ſinat.
Quod ſi enutritu 'ſt, obſequendum eſt moribus .ſ. *ipſius.*

Potomſtwu ſłużyć / dogadzáć / rozum vczy.

Dobroczynność bez nádźiéić nagrody / zacna.

Serere arbores quæ alteri ſæculo proſint. .ſ. *boni viri eſt, Stattus apud Cicer.*
Optimus quiſque poſteritati maximè ſeruit. *Cicero.* Non nobis ſolùm nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. &c. homines hominum cauſa eſſe generatos, vt ipſi inter ſe alius alij prodeſſe poſſent. *Idem.*
Agricola ſenex, quærenti; cui ſereret? reſpondit: Dijs immortalibus, qui me non accipere tantùm (id) à maioribus voluerunt; ſed etiam poſteris tradere. *Idem.*

Magna laus & grata hominibus, vnum hominem elaborare in ea ſcientia, quæ ſit multis profutura. *Idem Cic.*

Plantarunt (*ſtruxerunt*) alij nobis, nos poſteritati,
Sic rectè acceptum redditur officium.

οἱ μὲν γὰρ ἔφυτευσ' ἡμῖν ἡμεῖς δ' ὑπογείοις. *A.*

Potrawy rozmáitoſć ábo mieſſánina / niezdrowa.

Rozmáite potráwy / rozmáite rodzá choroby.

Morbos multos multa fercula fecerunt, *Seneca.* Simplex ex ſimplici cauſa (*i. cibo*) valetudo. Inconſtans variuſque ex diſcordi cibo morbus eſt. *Idem.* Neceſſe eſt vt tam diuerſa inter ſe diſſideant & hauſta malè digerantur, alijs aliò nitentibus. Inde tam nullo ægrotamus genere quam viuimus. *Idem Epiſt. 95. vbi multa de hac re habet.* & morbos, luxuriæ ſupplicia *appellat.*

Homini cibus vtiliſſimus ſimplex. *Plini.* Eo mores venêre, vt cibo maximè homo pereat. *Idem.* μίαν τ' νόσε αἰτίαν εἶναι τὴν ἐδεσμάτων πολυειδίαν, *dixit Antiphanes Delius apud Clementem Alexandr.* Vnam morborum cauſam eſſe ciborum varietatem. ἐκ τούτων νοσοῦμεν οἷς καὶ ζῶμεν. *Diogenian.* Ex his ægrotamus, quibus viuimus. *intellige ſi cibi qualitas aut quantitas non ſit ſumenti conueniens.* ἡ ποικίλη τροφὴ νοσώδης. ταραχώδης γὰρ καὶ ἡ μία πέψις. *Ariſtot. & Hippocr.* Varius cibus eſt morboſus, turbulenta enim nec vna eius coctio eſt.

τὰ γὰρ ἀνόμοια στασιάζει, καὶ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ δὲ χολαίτερον πέττεται. *Hippocrat.* Diſſimilia enim ſeditionem concitant, & alia quidem citiùs, alia difficiliùs coquuntur. *Sic & Horatius.* Nam variæ res

Vt noceant homini credas ——— (namque vt) ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis;
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum
Lenta feret pituita. Vides vt pallidus omnis
Cœna de ſurgat dubia! &c. *Cœna eſt dubia, in qua tam multa & varia apponuntur, vt dubites quid potiſſimùm ſumas. ex Terentio. idem dicit Seneca ſuprà.*

In multis eſcis erit infirmitas. *Eccleſiaſtic. 37. Multæ autem neceſſariò variæ ſunt.*

Seneca epiſt. 95. de patina Æſopi, in quam omnia varia fercula quæ enumerat, congerebantur agens, tandem addit: In cœna fit, quod fieri ſaturo in ventre debet. Non eſſet confuſior vomentium cibus. *Plinius hanc patinam ſexcentis HS alio loco centum HS æſtimat. i. 1500 aureis Buda. Similis patina Vitellij apud eundem Plini. & Sueton. ex varijs pretioſiſſimis cibis conflata, ob quam Vitellius per probrum Patinarius eſt Æſopi nomine appellatus.* *Formoſus monachus ex infirmo olim & mali habitus, factus in monaſterio ſanus vegetus & boni habitus, roganti huius rei cauſam Epiſcopo, qui eum antea nôrat reſpondit; quia hîc ordinatè & vniformiter viuo. quid ediſti inquit ille hodie? reſpondit hic, olera & piſa. heri? piſa & olera. cras? piſa cum oleribus. poſt? olera cum piſis. pulchro circulo ſignificans ſe cibo vniuſmodi vti. & ſemper ſatis. i. moderatè. Vincentius Bellouacenſis.*

Elegans

Elegans problema eſt apud Macrobium Saturnalium l. 7. c. 4. & 5.

An ſimplex cibus an varius ſit digeſtu facilior & ſalubrior. *de quo in vtramq; partem diſſerunt ibi viri docti ſatis ſusè & probabiliter. tandemq; concludunt moderationem eſſe vtrobiq; adhibendam, & vſum ac experientiam ſequendam. Sed videtur hæc omnia ſumpſiſſe ex 4 Sympoſiaco Plutarchi, cuius ſynchronos licet iunior, fuit.*

Potrawá nieſmaczna / podła / zła. Pśia ſtrawa.

καρχὴν θῦμα. *Suidas.* Carica victima. Caricum ſacrificium. *de macilenta & minimè eſculenta hoſtia. nam Cares canem immolabant.*

τὰ θύματα ἀδὲν ἐστὶ, πλὴν γένεια καὶ κέρατα. *Suidas.* Sacra nihil ſunt præter malas & cornua. *Similiter de victima macilenta, & cibo inſipido, vel minimè eſculento.*

Φασηλιτῶν θῦμα. Phaſelitarum ſacrificium. *de vili & abſq; ſanguine. nam hi piſciculis ſalſis ſacrificabant.* Ξενοκράτους τυρίον. *Stobæus.* Xenocratis caſeolus .ſ. *putridus. nam is Philoſophus ob frugalitatem nimiam eſculenta ſeruabat & rancida ac putrida eijciebat.* Tabulæ omaſi vilis & agnini. *Horatius pro cibo vili.*

Faba ſeu conchis. Sectile porrum. Elixi veruecis labra. *Iuuenal. eodem ſenſu.*

Aſper victus, terreſtris cœna ex oleribus, ſcrupoſam viã meus victus cõmeat. *Plaut.*

τὸ εὐωνον κρέας κύνες ἐσθίουσι. Paruo emptas carnes canes edunt.

Canes apud Æthiopas Angolanos in delicijs menſarum ſunt, qui licet omnibus animantibus abundent, canum tamen greges epularum cauſa alunt. Vnus canis moloſſo par venditus eſt 220 aureis, quo pretio 12 mancipia ibidem emuntur. Petrus Iarricus.

Carnes à feris adeſæ. *Vide* Pánſkie nié doiadki.

ἑκάτης δεῖπνον. Hecates cœna .ſ. *canis qui ei immolabatur. Brodæus ex Theocr. Tzetzę.*

Potrzébá nié czéka pogody / woczáſu.

Komu pilno w droge / nié czekáią áż śie towárzyſz tráfi.

Neceſſitas ignauiam acuit. *Curtius.* Neceſſitas ferijs caret. *Palladius.*

Neceſſitas non exſpectat occaſionem. ἀνάγκη ὅπως περιδεχῇ εὐκαιρίαν. *A.*

Rerum occaſiones tarditatem & ignauiam noſtram non exſpectant. *Ex Demoſthene.*

Moras extrema recuſant. *Silius.*

Potrzébá roſkoſzy nié pátrzy / ozdoby nié ſuká.

Komu przynagla co gwałtownego / nie zátrzyma go nic błażeńſkiego / roſkoſznego.

ἀνὴρ δὲ φεύγων οὐ μένει λύρας κλυτόν.

Vir fugiens non moratur lyræ ſtrepitum. *Vel.*

Virum fugacem nil moratur lyra ſonans.

Salus formâ carior. *Romæ ſimulachrum fuit Veneris caluæ, monens ſalutem formæ anteponendam. Lactanti. eò quod vrbe à Gallis obſeſſa, matronæ capillos in funes conficiendos abſciderint. Plutarch. id Carthaginenſibus tribuit.*

Nemo qui ad incendium domus ſuæ currit, tabulam latruncularium perſpicit. *Seneca.* *Accipiter eſuriens luſciniam captam & mortem ſuaui cantu effugere volentem deuorat. Apud Æſopum.* *Affine,* Głodny nié przébiera.

Potrzébá

Potrzébá wiélu błędow ochroná ś obroná.

Neceſſitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium. *Seneca.*
Neceſſitatis magnitudo excuſationis in ſe plurimùm habet. *Procopius.*
πρόφασις ἀνάγκη ἐστὶ πολλῶν σφαλμάτων. *A.*
Neceſſitas erroris excuſatio eſt.
Honeſtè ſeruit qui ſuccumbit tempori. *P. Syrus Mimus.*
ὅλεια ἀγαθὴ τῇ ἀνάγκῃ ὑπόμενε. *A.* Subdi neceſſitati honeſta ſeruitus.
ὑπὸ δ' ἀνάγκης πολλὰ ποιεῖμεν κακά. *Menander.*
Mala multa nos cogit facere neceſſitas.

Potrzébá wywodow nié ſłucha. prętkośći / nié rozmyſłu potrzébuié.

Neceſſitas ante omnem rationem eſt, præſertim in bello, quod rarò permittit tempora legere. *Saluſti.* ἀγὼν ὁ δέχεται σκήψεις ἢ πρόφασις. *ex Platone.*
Certamen non recipit excuſationes, prætextus. Vel nudus ex incendio quiſque effugit. Quod opus eſt, nunquam efficies vt opus non ſit.
Vide Co muße to rad vczynie.

Potrzébié łácno dogodźić; piéßczoćié / zbytkowi trudno.

Dla vćiéchy i ozdoby wiecey śie czyni / niż dla potrzéby.

Ad manum eſt quod ſat eſt. *Seneca.* Neceſſaria vbiqúe tibi occurrent; ſuperuacanea ſemper & toto animo quærenda ſunt. *Idem.*
Auferſuperflua & nulli deerunt neceſſaria. *S. Bernardus.*
ἡ φύσις, τὰ ἀναγκαῖα ἐπόιησεν εὐπόρεστα, τὰ δὲ μὴ ἀναγκαῖα δυσπόρεστα. *Epicurus.*
Natura, neceſſaria fecit parabilia; non neceſſaria paratu difficilia.
Num tibi cùm fauces vrit ſitis, aurea quæris
Pocula? num eſuriens faſtidis omnia præter Pauonem rhombumq́; ? *Hor.*
Si rectè frueris, non eſt vt copia maior A Ioue donari poſſit tibi ——
Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.
Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibuſque tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius. *Idem.*
Aliud homini, aliud humanitati ſatis. *Varro.* i. *aliud & minus neceſſitas vel vtilitas, aliud & plus voluptas vel curioſitas requirit, vt idem Varro explicat. qui duas metas in vita humana ponit vtilitatis & elegantiæ. quòd inquit, non ſolùm veſtiti eſſe volumus vt vitemus frigus, ſed etiam vt veſtiti videamur honeſtè. ſic domum & vaſa, non ſolùm ad vſum, ſed etiam ad honeſtam oblectationem habemus. & ſitienti homini, quoduis poculum idoneum eſt; humanitati, niſi bellum, parùm. ſ. idoneum eſt.*
Hoc prorſus toties inculcat Seneca. Naturam & neceſſitatem paucis & obuijs rebus contentam eſſe; cupiditatem, curioſitatem, luxuriam modum & finem neſcire ἀναγκαίη τὰ μέτ' ἄεχ' ἐργάζεται. *A.* Neceſſitas, mediocria efficit optima. *Sed vide* Przyrodzenie máłem śie odbedźie. *nam ſimillimum eſt.*
Affine, Vbogi nié ieſt / co ma potrzéby.

Potrzébié vſtawy vſtępuią.

Neceſſitas non habet legem. *ICti.* Neceſſitas contradictionem non habet, *Ijdem.* Neceſſitas omnem legem frangit. *Seneca.*

οἱ νόμοι ἀνάγκη παντὶ χωρεῖ. A. Cedere ſolet neceſſitati vbiq́ue lex. *νόμων ἀδιδακτ⊙ ἀνάγκη. Nazianz.* Legum indocilis eſt neceſſitas

παντὸς ἀμάτωρ, ἀδάμαστος ἡ ἐμπεδόμητις ἀνάγκη. Nonnus.

Omnia-domans, indomita conſilia impediens neceſſitas.

Honeſta lex eſt temporis neceſſitas. *P. Syrus.*

Potwarz iáśnié fałſywa / wiérzoná nié bywa. Jáko oná.

Dał mi w łéb / éż ſto złotych z czapki wypádło.

τὸ ψευδὲς ὄνειδ⊙ ἐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. Æſchines.

Falſum probrum non vltra aures (*bene ſibi conſcij*) pertingit. *Aliter Ariſtophanes de calumnia. ἀλλ' ἐκ ἔνεστι συκοφάντᾳ δήμαθ⊙ ſubaudi φάρμακον.* Aduerſus ictum ſycophantæ pharmacum Non eſt. *Sed hic Senarius melius detractori ſeu occulto calumniatori ſeruit, quia difficulter occulta infamia euitatur & refellitur,*

Nil acutius calumnia. *Ex Plutarcho apud quem Thearidas gladium in cote ſubigens interroganti an acutus eſſet, reſpondit:*

καὶ διαβολῆς ὀξύτερον Etiam calumnia acutiorem eſſe.

καπνὸς ἀπὸ συκῶν. Euſtathi. Fumus è ficubus. *pro calumnia Sycophantica. Nam Sycophantæ nomen inuenerunt à deferendis & indicandis ijs qui ficus Athenis exportabant, quod lege vetitum erat, hi ergo falſa delatione, lucri cauſa, criminabantur innocentes.*

ὅστις δὲ διαβολαῖσι πείθεται ταχύ,
ἢ τοι πονηρὸς αὐτὸς ἐστι τὰς τρόπους,
ἢ παιδάποσι παιδαρίᾳ γνώμην ἔχει. Menander.

Quiſquis calumniantibus credit citò, Aut ipſe viuit moribus nequiſſimis,
Infantis aut prorſus animum ſenſumq́ue habet.

ἀργεῖα φορά. Euſtathi. Argiua inſectatio. *à gente calumniis multùm vtente.*

Póty tręs.

Vltra quò progrediar non habeo. *Cic. ἐ πλεῖον εἰς τὰ πρόσω. i.*

Non plus vltrà. *Lemma hoc inſcribebatur olim Herculeis columnis ad Gades ſitis, areas has octo cubitorum fuiſſe quidam tradunt, alij duos montes ab Hercule diremptos. de ijſdem Pindari interpres ait: τὰ πέρα γαδείρων ἐ περατά. i.*

Quæ vltrà Gades ſunt imperuia ſeu inacceſſa ſunt. *Et Pindarus ipſe.*

τὰς κίονας ἡρακλέης θεὸς ἔθηκε ναυτιλίαις ἐσχάτας. i.

Columnas Herculis Deus poſuit nauigationi vltimas ſeu terminum. *Item.*

τὸ πρόσω δ' ἔστι σοφοῖς ἄβατον καὶ σόφοις. i.

Quod autem vltrà eſt ſapientibus & inſipientibus inacceſſum eſt. *Vide Nicolaum Perottum qui multa de hac re habet & obuium eſt.*

Hîc terminus hæret. *Virgil.* Altè terminus hærens. *Lucret. de re fixa prouerbium Passerati.* Ad Phasin nauibus vltimus cursus *Vide* Vić kray świáth. *Alexander M. ad Brachmanas perueniens columnæ erectæ inscripsit.* ἐγὼ μέγας ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τέτε. Ego M. Alex. rex hucusque perueni. *Sed regi Europæ potentissimo, aperta eius auspicijs in vtrasq; Indias nauigatione, erectis in illo freto columnis iure inscribitur, PLVS VLTRA. vt videre est in tabulis Geographicis, seu Hydrographicis. Carolo V. hoc tribuit Delrius.* Hîc vsurpes licet illa: Ventum ad supremum est —— Vlteriùs tentare vero. *apud Virgilium Jupiter Iunonem còèrcet, ne pergat obsistere Troianis. Et Apollo Ascanio dicit:*

Sit satis oppetijsse Numanum tuis telis Cætera parce puer bello.

Et Horat. Venimus ad summum fortunæ .i. *tantùm assecuti sumus in omnibus artibus vt plùs non requiratur. In scholis Philosophi nostrates vsurpant illud:*

Hîc Plato quiescere iussit. *vsus est & Drexelius.*

Istactenus tibi libertas data est orationis. satis est, tace. *Plaut.*

Simile est illud Pindari. τὸ πόρσω δ', ἔστι σοφοῖς ἄβατον καὶ σόφοις.

Quod vltra est sapientibus & insipientibus inaccessum est.

Affine, Po przecke. Dość iuż maß.

Poważne zdánie / wotum / wyrok.

ἡ κολοφωνία ψῆφος. *Plato.* Colophoniorum calculus. Colophonium suffragium. *pro magnæ auctoritatis & præponderante sententia. Nam in concilio Panionio (omnium Ionum, 12. ciuitatum) existentibus paribus calculis partium diuersarum, Colophonij aduocabantur; & vtri parti suum ipsi calculum addebant, ea vincebat. Aly à Smyrnæis Colophonios aduocatos & ad bellum auxiliares & ad paria suffragia arbitros, asserunt.* Διὸς ψῆφος. *Suidas.* Iouis suffragium. *de sententia viri magnæ auctoritatis grauis & irrefragabilis.*

Powáżny. *in vtramq; partem.* Powagi godności przyſtrzega.

Et Powage stroi. Vprzadł sobie postawe. Stopa iák z tábulátury.

ἀνὴρ ῥωμαῖος. *Plutarch.* vir Romanus .i. *grauis quales prisci Romani erant, qualis inter multos alios Cato, quem Intonsum vocat Horat.*

Et Iuuenal. Tertius è cœlo cecidit Cato *sed videt grauitatem sui temporis ciuium.*

ἀμφικτυονικὸν συνέδριον. *Pausan.* Amphictyonum consessus. *de grauium virorum conuentu. qualis apud Græcos iste ex 12 prouincijs constans.*

ἀκαδημείηθεν ἥκεις. Ex Academia venis. *In vtramq; partem vsurpatur. Et de seuero, docto, graui, & de fastuoso ac tetrico quales erant Stoici. Athenæus addit de cultu nitido & eleganti, quali delectabatur Plato Academiæ præses. Sic Antiphanes de quodam Philosopho elegantiùs ornato dixit:* ὅλως αὐτὴν ὁρᾶν τὴν ἀκαδημίαν δοκῶ. Vno verbo ipsam mihi Academiam videre videor. Tollit supercilia. *Catull.* Censorium supercilium affectat. *Seneca.* Illo supercilio tanquam Rhadamanthus niti videbatur. *Cic.* Pomparum ferculis similis. *Cic. ait:* In ingressu ne pompa-

pomparum ferculis ſimiles videamur. *Et Seneca Oetæo.* Nec pompæ veniet nobile ferculum. Heraclides Ponticus *ob faſtum in habitu & inceſſu dictus eſt Pompicus à pompa, alluſione vicina vocum* πομπικὸς *&* πομπικός. Barbatus. *Cic.* antiqui caſci barbati. πωγωνοφθόρους. Socratem *Perſius vocat* barbatum magiſtrum. *Et Horat.* Iuſſit me ſapientem paſcere barbam. *Meminit ſæpe Lucian. & Iuuenal. & alij.* ἡρῷον βαδίζειν. *Athenæus.* Iunonium ingredi. ſ. *lento & faſtuoſo gradu. Iunonis inſtar. Hæc eadem apud Virgil. dicit:* Aſt ego quæ diuûm incedo Regina &c.

Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Inceſſit magna iuuenum ſtipante caterua. *Idem Pòèta de Didone.*

Et mox Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat. Qualis —— Diana &c.

Horat. item de Tigellio: —— Sæpe velut qui
Currebat fugiens hoſtem: perſæpe velut qui Iunonis ſacra ferret.

Γεμνοπρεπεστωπὸν ὑπὲρ τῶ ξενοκράτες εἰκόνα. *Syneſius.*
Grauitatem decentem vultu præſeferunt magis quam Xenocratis imago.
Oleum fert in auricula. V. Wyżey noſá gebá. *Affine,* Poſtáwá. Bucżno. Stroyny.

Powiedż prawdę. Nie day ſie mącżyć.

Poſſúmne ego hodie ex te exſculpere verum? *Terent.*
Quot admoui illi fabricas! quot fallacias!
In quæſtione vix exſculpſi vt diceret. *Plaut.*
Volo ſcire ſi ſine malo fateamini. *Idem.*
Edico ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem. *Idem.*
Vis ſubiget verum fateri, ita lora lædent brachia. *Idem.*
Ego verum amo, verum volo mihi dici, mendacem odi. *Idem.*
Falſiloquum te mihi eſſe nolo. Dic bona fide non ſurripuiſti? Non. *Idem.*
Dic bonan' fide tu mihi iſtæc verba dixiſti? Bona. *Idem.*
ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἰδομεν ἄμφω. *Homer.*
Eloquitor, ne celato, quò nôrimus ambo.
ὅπῃ τροχῷ δεῖ σ' ἐκεῖ φιβλήμενον εἰπεῖν ἃ πεπανύργηκας. *Ariſtopha.*
In rota excruciatum te oportet dicere, quæ ſceleratè commiſiſti.

Powiem-ci prawdę. Nie zatáiec nic.

Si quid vis, roga. Quod ſcibo, Delphis tibi reſponſum dicito. *Plaut.*
ὥσπερ ἐξ ἀδύτου τινὸς χρησμὸν ἀποφθέγξομαι. *Galenus.*
Tanquam ex adyto quodam oraculum edam, reſpondebo.
In lucem veritatis proferam *Cic.* Verum veriſſima fronte dixerunt. *Idem.*

Voce traham pura, totumque hæc verba reſignent.
Quod latet arcana non enarrabile fibra. *Perſius.*

Vt æduituus reſponſa Numinis prædicabo. *Ex Macrobio.*
Affine, Wierz mi. Muśi prawdę znáć.

Powodu do złego / ſtrzeż ſie ták ſamego.

Quantùm poſſumus à lubrico recedamus, in ſicco quoque parùm firmiter ſtamus.
Seneca.

Miles Romane Ægyptũ caue. *Oraculũ Sibyllæ. ſ. ob facilem è deliciis luxuq; corruptelam.*

Trebellius Proclum auctorem citans ſcribit apud Memphim in aurea columna literis Ægyptiis ſcriptum fuiſſe: Tum demum Ægyptum liberam fore, cùm in eam veniſſent faſces & prætexta Romanorum. *Meminit Dio & Cic.*

Ne in agro furculario capras paſcito. *ex Varrone qui ait:* Colonus ne in agro furculario capras compaſcat ſ. *propter periculum damni præſentiſſimum. ſiquidem capra auidiſſima eſt fruticum & plantarum, quibus non ſolum vulnere & morſu, ſed etiam venenatis dentibus, præſertim oleæ & viti, nocet.* εἰ βορέας πηλὸν καταλήψεται, αὐτίκα χειμών. *Ariſtotel.* Molle lutum Boreas ſi prenderit, illico hyems fit.

Ne alliges fugitiuam canem extis agninis. *ex Plauto. quia deuoratis ijs, cum loro fugiet.* τὴν γαλῆν κρέα ſ. μὴ περιάλλῃς. *Diogenian.* Muſtelæ ſeuum ne obijcias, *qui. cùm auidiſſima eius ſit, mox illud deuorabit. Noſtri dicunt:* Vlie miéc ſadłá ná pſá.

ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν. *Pythagor.* Acutum gladium auerte .i. *occaſionem periculoſam declina.* τὰς Σειρῆνας ἀκήλητος παραπλέουσιν. *Plato.* Sirenas ab illecebris intactus præternauiga.

βίᾳ ἐν ὥσπερ ἀπὸ τ Σειρήνων ἀπηχῶμεν τὰ ὦτα οἴκοθεν φεύγων. *Idem.* Violenter igitur tanquam a Sirenibus aures obſtruens abſcedo fugiens.

— Quiſquis in culpa fuit, Dimiſſus odit omne quòd dubium putat. *Senec. Oedipo.*

— Habere Publi Mores non potes hos (*pudicos*) & hos miniſtros (*formoſos cultos & exultos ad laſciuiam*) *Martial.* *Clitomachus athleta apud Plutarch. cùm ſermo amatorius à conuiua quodam inferretur, è conuiuio ſurrexit & diſceſſit.*

Vide diſtichon Hoſtienſis & Accurſij. ſub Poſpołu te rzęczy chodzą.

Subtrahe ligna foco ſi vis exſtinguere flammam.
Omne licet carum, tibi quod fore credis amarum.
Eijce, ne retine: ne ſit tibi cauſa ruinæ. *Anonym rhythm.*

Cotys rex Thracum oblata ſibi dono vaſcula fictilia affabrè facta, libens accepit, & offerentem remuneratus eſt; ſed cùm ſe iracundum eſſe ſciret, ea mox confregit; ne ijs ab alio fractis, occaſionem indignandi & eum ſeueriùs puniendi haberet. Ex Plutarcho.

Sic Auguſtus apud Vedium Pollionem cœnans, vaſa eius cryſtallina confringi iuſſit, quòd is puerum ſuum, qui vas cryſtallinum fregerat, murænis obijci iuſſiſſet, quod Cæſar prohibuit & piſcinam obrui fecit. Ex Seneca.

Declinato molam, ſi vis vitare farinam: *ne aſpergaris. Garner.*

Stipula flãmæ proxima, facile ignẽ concipit. *Idẽ* Vlieḃéſpieczna bliſko ogn ẽ ſtomẽ. Ne aurum monedulæ: ne ouem lupo .ſ. *offeras.* V. Pérwnemus zlećit.

Quid facies, facies Veneris cùm veneris ante?
Ne ſedeas, ſed eas: ne pereas, per eas.

Affine, Vlié wdéy śie. Vlié dáy powodu. Poſpołu te rzęczy chodzą.

Powodzeniem ludzié ſprawy mierzą / nie mądrem bacżeniem.

Exitus acta probat. *Ouid.* .i. *iudicio vulgi ex euentu actiones æſtimantur, ſed hoc damnat Poëta idem dicens:* Careat ſucceſſibus opto,

Quiſquis

Quiſquis ab euentu facta notanda putat. *Nam ſæpe optima conſilia peſſimè cedunt, è contrà temerè ſuſcepta negotia ſuccedunt.*

Hoc pleriq; facimus, vt euentis conſilia ponderemus: & cui quid benè proceſſerit, multùm prouidiſſe; cui ſecùs, nil ſenſiſſe dicamus. *Cic.* Conſilia non ex voluntate, ſed ex euentu à pleriſque probari ſolent. *Idem.* Non euentis ſed factis cuiuſque fortunam ponderandam *cenſet. Idem.*

βουλὴ τὰ πράγματα δοκιμαστέον ἀ τύχη. *A.*

Facta æſtimato conſilio haúd exitu. *Vide Martial. Epigram. ſub* Vierzeh dem Polſká ſtoi. *Affine,* Kto roſtropnié.

Powtórzyć śie godźi/co śie do czégŏ zgodźi *V.* Dobre śie nigdy nié ſprzykrzy.

Powtorzyć śie znowu godźi/ co nié łacno w rozum (w pámięć) wchodźi.

Nunquam nimis dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur. *Seneca.*

τὰ δυσνόητα δυσμαθεῖ λέγε πολλάκις. *A.*

Sæpe repetenda quæ capere hebes non valet.

Pozbyć kłopotu/ cieżkośći/ złego.

τὸν Ταντάλου λίθον ἀπὸ κεφαλῆς ἀπεωσάμην. *Suidas.*

Tantali ſaxum à capite remoui, excuſſi.

Pozlewa.

ἀγρίᾳ βεβρωκε. De fera comedit. *in oſcitabundum. Nam credebatur eſus feræ ciere oſcitationes. transfer ad otioſum & ſupinum.*

Poznáć wnét z mowy/ iákiey kto głowy. Mową wydáié luckie obyczáié.

Vultus animi eſt oratio. *Seneca.* Talis hominibus oratio, qualis vita. *Idem.*

Qualis homo ipſe eſt, talis eius oratio. Orationi facta ſimillima, factis vita. *Cic.*

Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat. *Horat.*

Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus. *Idem.*

Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. *Terent.*

ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. Viri figura oratione noſcitur.

Sermo hominum mores & celat & indicat idem. *Cato.*

ἤθεα γὰρ μερόπων γυμνοῖ λόγος ἠδὲ καλύπτει. *Planudes.*

λόγος ἀδελφὸς ἐστι διανοίας. *Philo.* Sermo frater eſt animi.

λόγος εἴδωλον ψυχῆς. *Democritus.* Oratio ſimulacrum vitæ.

λόγος εἴδωλον τῶν ἔργων. *Solon.* Oratio ſimulacrum factorum. *Laërti.*

ὁποῖος ὁ λόγος, τοιοῦτος καὶ ὁ τρόπος. *Iſocrat.* Qualis ſermo, tales mores.

λόγος ἔργων εἰκὼν καὶ εἴδωλον. *Plutarc.* Sermo operum imago & ſimulacrum.

μωρὰ γὰρ μωροῦ λέγει. *Euripid.* Stultus ſtulta loquitur.

οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν λόγον, καὶ πάλιν τὸ ἕτερον ὡσαύτως. *Ariſtider.*

Quales ſunt mores talem eſſe orationem, & viciſſim alterum ſimiliter .i. *qualis ſermo tales*

mo tales mores. Rarò moribus exprimit Catonem,
Quisquis versibus exprimit Catullum. *Muretus.*

Vt quisq; contẽptissimus, & vt maximè ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est. *Senec.*
ἐκ δ' εὐχερῶς λέγειν ὀπίσω τ αἰσχρῶν, γίνεται καὶ τὸ ποιεῖν ζωέχθυς. *Aristotel.*
Ex eo quòd facile quiduis turpe dicitur, efficitur vt protinus etiam agatur. Co sie łácno czesto mowi / to sie łácno i vczyni.
In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientum os illorum. *Ecclesiastici 21.*
Ex abundantia cordis os loquitur. *S. Matthæ. c. 12.*
ἔνειον ἐν ἀηλοῖσιν ἀνασφὲς λόγος. *Zenodot.* Iners inertibus viris oratio.
Z pustey stodoły ábo wrobl ábo sowá wyléci. Glupi glupie mowi.
Ł cantu auis dignoscitur. *Erasm.* Mores hominis lingua pandit. *Isidorus.*

Poznaß mie kiedy. Poznaß tego tchorza .s. ktoremés mie názwał. Poznaß woss.

Aliquando me leonem senties, quem murem vocas. *Ex Athenæo.*
φανοῦμαί σοί ποτε λέων, μῦν με καλοῦντι. Apparebo tibi aliquando leo murem me vocanti. Senties qui vir sim. *Terent.* *Apud eundem cum dolore Chremes dixit.* Sensi .s. *damnum.* *Ochus Persarum rex audiens se ab Ægyptiis vocari asinum dixit:* ὁ μέν τι ὄνος ὤν, ὑμῶν καθωπλίσεται τ βῶν. *Dion.* Iste asinus vestrum epulabitur vel deuorabit bouem. *Et mox Apin quem Ægyptij pro deo colebant immolauit, & asinum aureum adorare eos iussit.*
Albertus M. de S. Thoma discipulo suo, cùm illum disputantem egregiè audiuisset pronuntiauit, Iste bos mutus (*nam ita per contemptum à condiscipulis ob silentium vocabatur*) aliquando tantum mugitum edet, vt eum totus orbis exauditurus sit. *Surius.*

Pożyczek z przyiaciela czyni nieprzyiaciela.
Kiedy pożyczy/ tydzień gniewu: pożyczy/ cały rok.

Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum.
Cùm repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo.
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur optio,
Vel illud quod credideris perdas, vel illum amicum amiseris. *Plaut.*
Ego talentum mutuum quod dederam,
Talento inimicum mihi emi, amicum vendidi. *Idem.*

De eadem re Ecclesiastic. 29. sic. Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in possessionibus humiliant vocem suam. Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum, & tempus causabitur &c. Sin autem, fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis. &c.
Simile illud: ὅταν δανείσῃ τις πονηρῷ χρήματα,
αὐτὸν δικαίως τ τόκον λύπας ἔχει. *Axionicus.*
Qui mutuam dat improbo pecuniam,
Pro fœnore meritò refert molestias .s. *quòd stultè egerit.* Pożyczay cztéku zlemu; zgrzészisz sie, nie przyydzieß k-swemu.

τὸ δάνειομ' ἐωθὲ τοὺς φίλους ἐχθροὺς ποιεῖν. *A.*

Hoſtem ex amico mutuum facere ſolet. *Affine eſt illud Senecæ.*

Æs alienum leue, debitorem facit; graue, inimicũ. *Ex P. Syro, cuius ille eſt Senarius:* Æs debitorem leue, graue inimicum facit. Pożyczek mały dłużnika / wielki iedna przećiwnika. Quidam quò plus debent, magis oderunt .ſ. *creditores vel amicos bene meritos. Idem Seneca. Vide eiuſdem dictum ſub* Od wrácánia głowá boli. *Rectè proinde dixit Ariſtophan.* κρεῖττον ἦν τότ' εὐθὺς ἀοχυθεμάσαι, ἢ χρήσασθαι μιξέχειν πράγματα. Melius erat tunc ſtatim (*cùm mutuum petebatur*) deponere pudorem (*vel ruborem negando*) quàm credita pecunia vexari negotijs. *Perſæus ſocio dans mutuò pecuniam apud menſarium in foro contractum fecit, & illo mirante ac dicente.* Itane ſecundum ius? *cui Perſæus:* Omnino vt amicè recipiam & iure non agam reperens.

Pożytećzny bárzo / ábo Pożytecżna rzecż. Skarb to moy.

Fundus. *in Plauti Truculento. de adoleſciente diuite & profuſo.*

Solus ſummam (*ſummum locum*) habet hic apud nos. nunc is eſt fundus nobis. *Fundum Varro dictum vult, quod quotannis fundat plurima.*

Alia tralatione in Trinummo ſeruus fundum ſeu agrum nutricem appellauit.

αἰξ σκυρία. Capra Scyria. *quæ maximam fundit lactis copiam. Athenæus. ex Pindaro qui ait:* Σκυρίας δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος ἄιγες ἐξοχώτατοι. Scyriæ vero ad emulgendum lac capræ præſtantiſſimæ.

αἰξ ἐφηνία. Capra cæleſtis. *eadem quæ* ἀμαλθείας κέρας. Amaltheæ cornu. *Latini vocant.* Cornu copiæ, *vel* Copiæ cornu. *Gellius, Ouid.*

Beata pleno Copia cornu. *Horat.* Copiæ *item* cornu *vocat Pſeudolus, Plautinus ſeruus* epiſtolam *Militis interceptam, dicens* Hæc illud Cornu copiæ eſt, vbi ineſt quicquid volo. *Apud eundem Chryſalus ſeruus hero vtilis,* Copia *ab eo vocatur.* Theſaurus *apud eundem prò copia quarumuis rerum. Sic Iſocrates* θησαυρὸν *vocat probi viri gratiam. Apud Gellium liber quidam* doctrinis omnigenis præſcatens *dicitur* Copiæ cornu. *Vide ſi lubet quæ de Palma Indica & Papyro frutice dixi in 1. Tomo ſub* Pálmá. *nam omnia prope ad vitæ humanæ vſum hæc duo ſuppeditant.*

Pożytek ſprawy / złody ſprawce wydaié.

Cui bono eſt vel fuit .ſ. *is auctor eſt.* L. Caſſius veriſſimus & ſapientiſſimus iudex in cauſis quærere ſolebat: Cui bono fuit? *Cic. .i. ad quem ſceleris occultè commiſſi vtilitas peruenisſet, eum auctorem eius eſſe iudicabat.*

πράξαντα δείκνυσ' ὠφέλεια δ' πράγματ' *A.*

Fructus negotI prodit auctorem ſuum.

Cui commodum operis ceſſit, auctor is eius eſt.

Praca káżda ma zapłatę: roſkoſz ſromotą / vtratą.

Præclara eſt Muſonij apud Gellium de hac re ſententia, quæ ſic habet:

ἂν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος ὀίχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει:

ἂν τι

ἂν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετ' ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει.
Si quid feceris honeſtum cum labore, labor quidem abit, honeſtum verò manet: Si quid feceris turpe cum voluptate, voluptas perit, turpitudo manet.
Simillima eſt Catonis ſententia apud eundem Gellium. Et Senec. epiſt. 31. (ueniunt.
ἐκ τῶν πόνων τὰ μαλακὰ γίγνεται. *Xenophon.* E labore mollia (.i. *otium iucundum*) proSerere (.i. *plantare arbores*) ne dubites. *Celebre dictum ruſticorum apud Columellam. Nam ex arboribus conſerendis ſine magno impendio plurimùm capitur commodi etiam à poſteritate. vt ſenex ille Ciceronianus ſignificauit ſuprà ſub* Potomſtwu ſtużyć. *Tangit idem dictum & Virgil. 2. Georgic. vbi poſtquam commoda arborum recenſuit, addit:*

Et dubitant homines ſerere atque impendere curam!

Praca vſtáwiczna wßyſtko przemoże. Kto robi ten śie dorobi.

—— Labor omnia vincit Improbus. *Virg. de artium inuentione agens.*
ἡ μελέτη πάντα δύναται. *Periander.* Exercitatio, cura omnia poteſt.
Qui arat oliuetum, rogat fructum; qui ſtercorat, exorat; qui cædit, cogit. *Columella. Nota tres gradus diligentiæ, vulgaris, maioris, & ſummæ.*
ἐκ δὲ Φιλοπονεῖν γίγνεθ' ὧν θέλεις κρατεῖν. *Philemon.*
Amans laboris obtinet quicquid cupit.
τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίατο; *Ariſtophanis interpres.*
Quid verò tandē efficere non queant manus? *Affine,* Pilność wiele może.

Praca wielka / vſtáwiczna / nieſkończona. Herculis ærumnæ. *Cic.*
ἡράκλειοι πόνοι Herculis labores. *Catull. Propert. inter quos maximus.*
πολυκέφαλος ὕδρα. Hydra multiceps, *cuius vno capite abſciſſo plura mox enaſcebantur. Alcæus.* ἐνεακέφαλον. *vocat* .i. nouem capitum. πεντηκοντάκεφαλον .i. 50 *capitum Simonides, vt & Virg.* *Hinc*
ὕδραν τέμνειν. *Plato.* Hydram ſecare. *dicuntur, quibus vno incommodo, labore, moleſtia. lite defunctis, plures emergunt. Et vt ait Seneca:* Negotium ex negotio ſeritur, & occupationi occupatio, velut vnda vndæ ſuccedit.
Quadrat & alter labor Herculis: Τὸ αὐγίου βουστάσιον ἐκκαθαίρειν. *Ex Luciano Nazianzeno.* Augiæ ſtabulum repurgare. *Meminit & Seneca. Mitto alios Herculis labores quos multi paſſim deſcribunt. Vide Catalecta Virgilij. Item Antholog. l. 4 Boëti. l 8.* θάλασσαν ἀντλεῖν. Mare exhaurire .ſ. *labor infinitus.*
Labor cui nunquam exhauſti ſatis eſt. *Virg.*
Δαναΐδων πίθος. *Lucian.* Danaidum dolium .ſ. *inexplebile.*
Ὑπορρεῖ τὸ ἐξαντλούμενον. *Idem Lucian.* Influit quod exhauritur. *Simile eſt illud de Danaidum dolio,* Effluit quod infunditur.
ἄλλην μὲν ἐξαντλοῦμεν, ἄλλη δ' ἐπεισρεῖ *Zenodotus.*
Exhauſimus quidem illam, at influit altera, *Vt in ſentina fit.*

Quan-

Quantùm exhauſtum eſt, tantùm ſubnaſcitur. *Seneca de naui fatiſcente.* *Sic Cic. Sentinam exhaurire, translatum vſurpauit.* Saxum voluere .ſ. *Siſyphi. Terenti.* πόνῳ πόνον φέρει. *Sophocles.* Labor labore laborem fert.

Pracey léda iákiey / pożytek mié lédáiáki.

μικρὸν κακὸν, μέγ' ἀγαθόν. *Diogenian.* Exiguum malum (.i. *moleſtia in labore*) magnum bonum (*in effectu & fructu*)

Gratia ſic minimo magna labore venit. *Ouidius.*

Modicum laboraui & inueni multam requiem mihi. *Eccleſiaſtic. 51.*

Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. *Sapientiæ. c. 3.*

Agricola moriens, theſaurum ſe occultaſſe in vinea dixit filius; quem illi querentes totam vineam commouerunt, & pro theſauro vbertatem vini habuerunt. Æſopus.

Epimythion. θησαυρός ἐστι μέγας ὁ κάμαξ τοῖς βροτοῖς. *A.*

Theſaurus ingens, eſt labor mortalibus.

μόχθος μέντ' ὀλίγος, τὸ δὲ μυρίον ἄνδιχ' ὄνειαρ. *Aratus.*

Exiguus labor eſt, quem commoda magna ſequuntur.

——βαιῷ δὲ πόνῳ μέγα κέρδος ὀπηδεῖ. *Oppian.* Paruum laborem magnum lucrum ſequitur. Labor etiam caſſus otio & delicijs anteferendus. *Heraclides Lycius qui Labori librum dicauit. quem inſcripſit:* πόνου ἐγκώμιον. Laboris laudationem, *quòd ipſe ex ſtupido factus ſit eloquens Labore.*

Prácowity. Robotny. Náydźié zawżé co robic.

ἀγρὸς πηγή *Suidas.* Ruris fons .i. *Operis ruſticani copia abundans. Eraſm.* πυγὴ. Legit *Henric. Stephan. & Iunius cum Euſtathio .i. nates agri, pro agro pinguiſſimo vt ea pars corporis eſt, vel pro re cui perpetuò aſſidetur.*

Menedemus apud Terent. in Heautontim. laborioſus vir, cui Chremes dicit:

Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi
Domum reuertor, quin te in fundo conſpicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre, deniqúe
Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. &c.

ἄλλος ἡρακλῆς. *Ariſtotel.* Alter Hercules. *Laértius & Suidas ſcribit id tributum fuiſſe Cleanthi philoſopho laborioſiſſimo, vt Hercules philoſophiæ diceretur: qui φρεαντλης etiam (.i. puteorum hauſtor) dictus eſt, eò quòd noctu ex puteis aquam hauriret pretio, quo victum parabat; interdiu verò philoſophiæ vacabat. Quare & pro laborioſo nomen eius vſurpatur:* Alter Cleanthes. *Suidas. Valer. Max.*

Chalcenterus *item* (χαλκέντερος .i. *ærea inteſtina habens*) *dictus eſt* Didymus Grammaticus, *ob incredibilem numerum librorum quos ſcripſiſſe fertur ſupra 3500. Suidas. Idem Epitheton datum eſt Origeni ob eandem cauſam.*

Eandem ob cauſam Origenem Adamantium (*quaſi* ἀδαμάντινον) *dictum fuiſſe ſcribit S. Hieron. & Suidas. qui de illo multa habet. Mercurium item 38000 librorum ſcripſiſſe ſcribit Pierius.* *Huc etiam trahit Eraſmus*, Socratis callum (*rectiùs quàm gallum*)

gallum) ex Varrone. Nam Socrates fuit laboris patientissimus, ob idq; facile manus & pedes callosos habere potuit. ἑκατόγχειρ. Centimanus. Rhodigin. pro actuoso & multa egregiè peragente. πολυπράγμων. Sic apud Plutarc. Archimedem Marcelli oppugnationem verbis eludentem vocarunt Romani Briarea centimanum.

ἡμίονος ταλάσιος. Homer. Mulus laboris patiens.

ἡμίονοι Μαριανοί. Plutarch. Muli Mariani. Vegetio. Frontin. pro militibus laboriosis & robustis. πόνῳ πονερός. Aristophan. Labore laborioſus.

βοῦς ἐπὶ ζυγόν. Zenodotus. Bos ad iugum .ſ. natus aptus eſt.

Pulueris ac ſolis patiens. Horat. Et educere aliquem in pulueremi & ſolem, in agmen, in aciem &c. Cic. Cælum laboris perpetui apud Ægyptios typus, quòd aſſiduò voluatur. Plutarch. Pucatus.

Alæ & pedes gruum, ſymbolum hominis laborioſi, apud Pierium.

Homo cui rectè dicas: Quando nihil ages? Ex Cic. Periphraſis.

Laborioſi item ſymbolum eſt Formica apud Salomonem & Horatium.

Apis apud Salomonem Virg. Pierium. Nulla dies ſine linea. Apelli. Plini.

Homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt .ſ. ad agendum. Ex Chryſoſt.

Ægyptius laterifer. V. Podiego ſtanu. Affine, Robotny.

Prágnienie vſtawicznie bez ochłody / mekā ciaßka i pickłu śie rowna.

ποινήμεν λειὸν δίψος ὅταν ἀ χρὴ πίειν. A.

Pœna eſt ſitire cùm bibere nihil eſt opus.

Apud Lucianum Menippus in Orco interrogat Tantalum Cùm tu anima ſis, quomodo ſitis? & cur affligeris ideo? an times ne rurſus moriaris? Rt. ille.

Ἔστ' αὐτὸ ἡ κόλασις ἐστι, τὸ διψῆν μὲ πιεῖ ψυχλὸ ὡς σῶμα ἔσαν. Hæc ipſa pœna eſt, quòd anima mea ſitiat tanquam ſi ſit corpus.

Item. Ἔστο ἂν μέρος τ καταδίκης τὸ ἐπιθυμεῖν πιεῖν μηδὲν δεόμενον. Hæc nempe pars eſt condemnationis vel ſupplicij, cupere bibere cùm nihil egeas.

Prawdá kolé w oczy. Prawdá nié głaßczé.

Prawde mowić á nié obrázić trudno.

Veritas moleſta eſt, ſiquidem ex ea naſcitur odium. Cicero.

Obſequium amicos, veritas odium parit. Terent. Cic.

Φίλως ὑπεικὼς, ἀλήθεια δὲ μῖσος τίκτει. A.

Poſługa przyiacielá nébedźieß / prawde mu rzekßy pozbedźieß.

τὸ ἀληθὲς πικρόν. Socrat. hiſtoric. Veritas acerba.

Auriculas teneras mordaci radere vero. apud Perſium dicitur is qui veritatem, quæ plerunq; offendit, dicit. Item apud eundem.

Stoicus hic aurem mordaci lotus acero .i. qui veritatem & audit ipſe libenter, & alijs liberè dicit. Martialis Gallico dicenti:

Dic verum mihi Marce die amabo. Nil eſt quod magis audiam libenter,
Rt. Durum eſt me tibi quod petis negare, Vero verius ergo quid ſit audi.

Verum.

Verum Gallice non libenter audis. *Apud Plautum mulier quædam ait:* Equidem vel falsò, tamen laudari multò malo, quàm verò culpari.

τὸ μὲ ἀληθὲς πικρόν ἐστι καὶ ἀηδὲς τοῖς ἀνοήτοις, τὸ δὲ ψεῦδος γλυκὺ καὶ ἡδονικόν. *Dion Chryſoſtom.* Veritas acerba & iniucunda eſt ſtultis, mendacium autem dulce & blandum.

εἰ μὲ φρᾶσω τ' ἀληθὲς, οὐχὶ σ' εὐφρανῶ,
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τ' ἀληθὲς φράσω. *Agathon.*
Si vera dixero tibi, voluptati haud ero,
Sin ero voluptati, haud tibi vera dixero.

Horatius, cùm illi Dauus ſeruus libertate Decembri vſus, vitia multa exprobrans veritatem dixiſſet, vltrà non ferens eum audire exclamat:

Vnde mihi lapidem! —— vnde ſagittas! —— Ocyus hinc te
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. *Pictor qui gallos turpiter pinxerat, veros gallos à tabula ſua picta, quam venalem expoſuerat, abigebat. Ex Plutarcho.* Lippus oculus ſolem non fert. *Sub Vlié rwoią torzécz.*

Prawdá ná świátło wychodźi. Fałſz préćz w ćiemnośći vchodźi. Prawde trudno zétrić.

κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τοῖς δ' ἀληθείας τὸ φῶς. *Euripides.*
Lux veritati grata, tenebræ furibus.
ἥκειν τἀληθὲς εἰς φῶς ἐκεῖνο δ' ἐζητεῖτο.
Quandoque non quæſita prodit veritas.
ἀσκὸς βαπίζη δῦναι δέ τι δεῖ. *Pauſanias.*
Eſt merſare vtrem, ſed non ſubmergere fas eſt.
Veritas premitur non opprimitur. *Recentiorum.* Multorum improbitate demerſa veritas emergit. *Cic.* Veritas nunquam latet. *Senec. Troade.* Qui facit veritatē, venit ad lucē: qui malè agit, odit lucē. *S. Ioan. c. 3. V. Vlié zátći śie.*

Prawdá lépßa niż pozor / âbo powierzchnia okazáłość.

ἀγαθὸν τ' ἀληθὲς κρεῖσσον ἢ βέλτιον. *A.*
Præſtantiora ſolida ſimulatis bona. *Panthera formā ſuam ob varietatē laudanti, Vulpes reſpondit:* ſe intùs magis variam eſſe. *Auienus qui addit Epimythium.*
Miremur potiùs quos munera mentis adornant,
Quàm qui corporeis enituēre bonis.
Quantūmuis operosè & accuratè picta & ficta, cedunt viuis. *habes ſuprà de pictore apologum. Addo alium. Spina laudanti ſe habere florem, ficus reſpondit:* Se florem, non deſiderare cùm fructum habeat. Nunquam perfectè veritatem caſus (adde & ars) imitatur. *Cic.* *Ageſilaus inuitatus ad audiendum eum qui luſciniæ vocem egregiè imitabatur, reſpondit:* Se ipſam luſciniam malle audire & ſæpiùs audiuiſſe. *Plutarc.* *Aſſine,* Zmyślone rzéczy.

Prawdá / pokora / niema miéſcá v dworá.

Placentini Veronenſibus in aula potiores, i. *aſſentatores, candidi, & mariones ſe-*

rius. *Gaſpar Ens.* *Luſit in nominibus duarum ciuitatum, exemplo Plauti qui id aliquoties fecit. Budæus item & alij.* οἱ τῖς τυραννεις ζωόντες, πᾶσι χαριν ὁμιλεῖσιν. *Iſocrates.* Principum familiares, ad gratiam omnia dicunt & faciunt. *Hæc tamen non vniuersè vera ſunt; vt & illud,* Cnotá/ pokorá. *&c.*

Affine, Pánom trudno prawde mowić.

Prawdá przykra/ ale zdrowa.

Iſta veritas etiamſi iucunda non eſt, tamen mihi grata eſt. *Cic.* Veritas & dulcis & amara eſt; quando dulcis eſt, parcit; quando amara, curat. *Auguſtin.* Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis. *Prouerb. SS. 27.* Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum, magis quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit. *Ibidem. c. 28.*

πικρόν ἐστιν ἀλλὰ σῶν ὑγιὲς ἡ ἀλήθεια. *A.*
Amara res eſt, at ſalubris veritas,
τὰ φάρμακα πικρὰ πολεισάκι ὠφελιμώτερα. *A.*
Plùs ægro amara ſæpe proſunt pharmaca.

Prawdá rozmyſłu nié potrzębuié.

τὸ ἀληθὲς ἀμελέτητόν ἐστι. *Caius.* Veritas nullam præmeditationem requirit. θάρσει, λέγων τ' ἀληθὲς οὐ ζφαλῇ πόδι, *Sophocles.* Bono es animo, haud errabis veritatis loquens.

Prawdá rzatka rzecz miedzy ludźmi.

οὐ γὰρ ἀληθείης φυτόν ἐστιν νῦν ἔτι γαίης. *Zoroaſter.*
Non eſt ſtirps vel germen veritatis nunc in terra.

Prawdo nad przyiaćiela przekładay. Prawdy dla przyiaćiela nié odſtępuy. φίλος ὁ πλάτων, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια. *Galenus.* Amicus Plato, ſed magis amica veritas. τὸν φίλων προτιμᾶσθαι ἀλήθειαν ὁ φιλοσοφώτατος πλάτων ἔφησε. *Corinthus.* Præferendā veritatem amicis ſapientiſſimus Plato dixit. *Lactantius item,* Vetat nos trahi auctoritate cuiuſquam, ſed veritati potiùs fauere atque cedere iubet. Amicus ſis vſque ad aras. *Sic Pericles rogatus ab amico vt eius cauſa peieraret, reſpondit eidem:* δεῖ με συμπράττειν φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν. Oportet me opitulari amicis, ſed vſque ad aras. *Plutarch. quod examinat Gelli. l. 1. c. 3. ſed in fine reſponſi habet:* μέχρι θεῶν. vſque ad deos, *in quibuſdam codicibus. Tu intellige ſalua Numinis reuerentia & bona conſcientia.*

Affine, Przyiaćielá wiec nápomni. Przyiaćiel ieſt co prawde mowi.

Prawdo nié záraz poznáć.

Veritas in profundo. *Cic ex Democrito qui ait:* ἐν βυθῷ ἡ ἀλήθεια. Democritus veritatem quaſi in puteo quodam demerſam iacere dixit. *Lactantius.* Magis elucet veritas, quæ ſæpiùs ad manum venit. *Seneca.*

Prawdy

Prawdy zdobic nic trzebá.

ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἐπη. *Æschylus.*

Est namque simplex veritatis dictio. *Et Cic.* Veritatis simplex oratio.

ἁπλῆς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἐφυ,
κ' ὐ ποικίλων δεῖτ' ἂν δικ' ἑρμηνευμάτων, — ὁ δ' ἄδικος λόγος,
νοσῶν ἐν αὐτῷ φαρμάκων δεῖται ζοφῶν. *Euripides.*

Simplex oratio veritatis esse solet, nec multimodè variegatis interpretationibus indiget. at iniquus sermo ex se morbidus pharmacis sapientibus opus habet.

τῷ κόμψῳ λείπεται τὸ ἀληθινόν. *Halicarnass.* Ornatu caret veritas.

Quintilianus etiam, absurdum esse putat sententiolis flere, periodis postulare. *Idem ait:* Summi artificis est artem dissimulare. *Aristoteles quoq; docet oratores* λανθανειν καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως. *i.* latere seu artem celare vt non videantur dicere fictè & simulatè, sed naturaliter & verè.

Idem præcipit Quintilian. dicens: vt illa quæ dicimus non domo attulisse, sed ibi protinus sumpsisse videamur. Nam & magis miratur, & minùs timet iudex, quæ non putat aduersus se præparata. *Idem sæpe docuit & fecit Cic. & talem fuisse narrat Antonium oratorem eximium. Idem ait Halicarnass.* αὐτοφυῶς καὶ αὐτοπραγματεύτως λέγειν, ἢ ὡς ἐπὶ κατασκευῆς καὶ μεμηχανευμένα πρὸς ἀπάτην. *i.* Naturaliter & vt negotium postulat (è re nata) loqui. non autem præparata & commentata ad deceptionem.

τὰ σῦκα σῦκα, καὶ σκάφην σκάφην λέγω. *Aristophan.*

Ligo mihi ligo, ficus & ficus mihi est. *Erasmus sic vertit, quem castigat Brodæus.* σκάφη *enim alueum vel vas cauum significat.* Simplicitas veri sana est &c.

Vide Słowká zbiérane podeyrzáne.

Prawdzie trudno sie przeciwić.

πρὸς εὖ λέγοντας οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω. *Menander.*

Aduersus æquum nil habeo quod proloquar.

τοῖς γὰρ δικαίοις ἀντέχειν οὐ ῥᾴδιον. *Sophocles.*

Est æquitati difficile resistere. Veritati non fit præiudicium. *Vlpianus. Caluus cùm ob ablatos a vento adscititios capillos rideretur, ait:* Ne ridete, non erat meum quod ablatum est. Prawde wżárt obrocił / żártem zbył.

Veritas magna est & fortior omnibus, fortior vino, rege, muliere &c. *L. 3. Esdræ. 4. Rectè præcipit Pythagoras:* πρὸς τὸν ἥλιον ἑστραμένον μὴ λαλεῖν. Aduersus solem ne loquare. i. *manifestis rebus seu veritati ne repugnes.*

Nota loquor, non hoc quæ centum sustinet vrbes
Quamuis sit mendax, Creta negare solet, *Ouidius.*

Práwem nic prawem pozornem dostáć czego. Prekmé oßukáć.

Albo reti aliena oppugnare bona. *Plaut. i. codicillis, syngraphis, quadruplatorum more. Erasm.* vel *prætextu speciosо legum, iuris. Vno Villiomarus. Vel specie consulendi Reipub.*

Lambin. *Aliter legit Meurſ. & Acidalius. ſ.* Albo ariete *.i. dolo honeſto apparente.* *Aliter item Rauared. & Accurſius. nempe* Albo pariete, *eodem ſenſu. Nam* λεύκωμα, *(.i. album) interpretatur Suidas parietem gypſo inductum inſcribendis cauſis ciuilibus accommodatum.* Album item rete. *Ian. Gulielm. intelligit album magiſtratuum, in quo litigantes inſcribebantur, quo etiam ceu plagis capiebantur.*

τῇ ἀληθείᾳ ἀδίκῳ. Iure iniuro.

Prawidlo wyborne / pewne.

Γνώμων καὶ κανὼν ὀρθὸς, καὶ στάθμη ἀκριβής. *Lucianus.* Canon, norma, & regula recta, & amuſſis certiſſima exacta. ὁ πολυκλείτειος κανών. *Galen.* Polycleti regula. *Statuarius is fuit nobiliſſimus qui librum de ſymmetriis corporum conſcripſit, & ex eius præſcripto ſtatuam fabricauit, quam Canona ſeu regulam appellauit. Huc trahe* Phidiæ ſignum *ſtatuarij item celeberrimi*, quod primò ſtatim aſpectu omnibus placebat, *teſte Cicerone. Olympij Iouis ſtatuam hanc fuiſſe putant quidam, ex Plinio.* Roſcius *item apud Cicer. pro* perfectiſſimo quouis in ſua arte. *is enim hiſtrio & actor præſtantiſſimus fuit, & Ciceronis amicus ac magiſter in actione. extat Oratio Cicer. pro illo licet mutil.*

στάθμης ὀρθότερον. Amuſſi rectius. & Amuſſis *abſolutè. Vide* Rozſadek dobry.

Prawidlo zle / fałßywe / niepewne.

ὁ λεσβίας κανών. ὁ μολύβδινος κανὼν *Ariſtotel.* Lesbia regula, Plumbea regula. *qualis apud Lesbios erat.*

λευκὴ στάθμη. *Plutarch.* Alba amuſſis. *Gellio, vel expreſſiùs ex Sophocle & Platone.* λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη. In albo lapide alba linea. *quæ nil ſignat.* Nam diſcrimen non facit neque ſignificat linea alba. *(.ſ. in albo lapide.) ait Lutil. vt noſtri in colore nigro iocantur, dicentes:* Waglem ná czélnéyſzich náznáczyć / nápiſáć.

Précz to ſ. wyrzuć. Précz z tem ſ idź.

Abijciendum procul. εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης *Homer.*

In montem tumidasque frementis in æquoris vndas.

——— εἰς μεγακήτεα πόντον ῥίπτειν. *Theognis.*

In immenſum mare abijcere. κατὰ πετρέων ἄθειν. *Athenæ.* In ſaxa abigere.

In vltimas terras vel gentes amandare aliquid vel aliquem. *Cic.*

Monſtrum in vltimas terras deportandum. *S. Hieronym.*

ἐπ' ἔσχατα γῆς *Theocrit.* In terras ſolas orasque vltimas. *Plaut.*

Vltra Sauromatas——fugito & glacialem Oceanum. *Iuuenal.*

ἄγειν ὑπερβορέων πέμψαι. *Epigram.* Vltra hyperboreos mittere.

ὑπὲρ ἡρακλείους ἐσχάτας στήλας, καὶ τὸν ἄβατον ὠκεανὸν θάλασσαν. *Heraclides Ponticus.* Vltra Herculeas vltimas columnas & imperuiũ mare Oceanum. ſ. *ejiciendus, ablegandus.* εἰς ἄγρας ἀγρίας ἀποπέμπειν. *Athen.* In capras ſylueſtres ablegare.

εἴ τι κακὸν, εἰς Πύρραν: Si quid mali (est) in Pyrrham *vel* in Pyrrhæos, *quos omnes vicini oderant, recidat. Sic nostri dicunt:* Vlé Tátáry. &c.

εἰς κύματα τ θαλάσσης *ſ.* ἀπερρίπτειν. In fluctus maris abijcere. *Sic Horatius.*

Vel nos in mare proximum — Gemmas & lapides aurum & inutile
Summi materiam mali — Mittamus &c.
Trans caput iacito. & Ne reſpexeris retrò.

In expiationibus Ethnici priſci, purgamenta vt aquam qua quid immundum vel ominoſum ablutum eſt, fabas, tædas, cineres rei abominandæ combuſtæ poſt tergum iaciebant, hæc ad umbras vel ſtrigibus vel ſemidæis (quos aſpicere nefas eſſe credebant) putantes colligi, ideoq; non aſpiciebant retrò. Leges hac apud Theocrit. Idill. 31. Homer. Odyſſe 5. Ouid. 5. Faſtor. Virgil. Ecloga 8.

ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακόν. *Euripid.* Supra capita iecit malum.

ἀστρέπτοις ὄμμασι. *Sophocles.* Non conuerſis oculis.

ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. *Homer.* Aqua & terra efficiamini i. *in nihilũ redigamini. pereatis.*

Morboniam abire iube. *ex Suetonio. quaſi regio vel ciuitas aliqua ſit à morbo dicta.*

Noſtri dicunt. Do choroby. *Simile illud.* εἰς μακαρέων ἐκποδὼν ἄπαγε. *Lucian.* In beatam protinus aufer. *per Euphemiſmum dictum eſt, & oppoſitum intelligendum. i.* in rem malã. *vt Plaut. loquitur. vel vt Græci.* εἰς κόρακας ἆιρε, βάλλε, οἶχε, ἀπόφθεσο.

Ad coruos tolle, mitte; abi, peri. Paſce in cruce coruos. *Horat.*

ἔξω κακὸν. Foras malum. *Tertullian.* εἰς κυνόσαργες *Plutarch.* Ad Cynoſarges ſ. *deportandum, vel abijciendum, vel abi. Locus erat Athenis in quo ſpurij exercebantur, Herculi qui ſpurius fuit ſacer, à cane albo dictus. Huc Themiſtocles notbus Plutarcho teſte, pelliciebat adoleſcentes ingenuos vt paulatim aboleret nothorum & legitimorum diſcrimen. Eſt item hoc dictum periphraſis ſpurij, vel conuicium contumelioſum ſonans ſpurium.* q. d. ſpurius es tu? *E Suida.* In Gemonias. ſ. ſcalas trahe. *quo ſceleratorum cadauera vnco gutturi impacto præcipitanda trahebantur. ex Tacito.* Tradere Cadmo. *Horati. i. carnifici. qui è Tarpeia rupe præcipitabat. Porphyrio. Sic Metellus raptus à Catinio Labeone Tribuno eſt ad Tarpeium ſaxum. Plinius.*

βάλλ' εἰς ὄλεθρον. Abi vel mitte in perniciem. βάλλ' εἰς ὕδωρ, *vel* ὑπ' ὕδωρ. Mitte in aquam *vel* ſub aquam. *quo modo apud Romanos parricidæ mergebantur.*

Veteres migrate coloni. *Virg.* Précz ztad. Prowadźcie śie.

Extra portam iſtam virginem. *Seneca. ſ. ad patibulum.*

Vide ſi lubet in 1. Tomo Précz ztad.

Pretki. Pretkonogi. Niedośćigły. Biegun wielki.

ἡμεροδρόμος. Hemerodromus, *apud Plinium lib. 7. toto die à mane vſque ad veſperam ſine reſpiratione currebat, imitatus ſolem cuius hoc Epithetum eſt. Blures ibidem curſores idem habet. Apud Platonem etiam habetur:* Hemerodromum, Dolichodromum, Criſonem aſſequi vel æquare. *Curſores hi celebres erant.*

Perſeus pennipes. *Catull.* Ladas alter. Lada pernicior. *ex Catullo. De Lada Pauſanias ſic:* λάδας ποδῶν ὠκύτητι ὑπερέβαλλεν ὃν ἐφ' ἁυτῷ. Ladas qui pedum ve-

dum velocitate omnes ſui temporis homines ſuperabat. *Et vt Solinus ſcribit*, nulla veſtigia per arenam & puluerem currens relinquebat. *De eodem lib: 4. Anthолog.*

λαδας τὸ ϛάδιον ἤθ' ἥλατο εἴτε διέπτη,
δαιμόνιον τὸ τάχος! οὐδὲ φράσαι δύναται.

Per ſtadium Ladas ſaltauerit anne volarit,
Par genijs curſus? dicere lingua nequit. *Camilla Virgilij de qua ille*

ſic 7. Ille vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas,
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

ὠκύτερος παίδων Βορέα, καὶ ἁρπυιῶν. *Theognis.* Velocior Boreadibus, Boreæ filiis *Zete & Calai pennatis.* & Harpyis Curſu præuertere ventos queat. *Virgili.*

Ouidius 7. Metamorphos. de Cane Lælape celerrimo ſic habet:

Vix bene miſſus erat, nec iam poteramus vbi eſſet
Scire, pedum calidus veſtigia puluis habebat,
Ipſe oculis ereptus erat. non ocyor illo
Haſta, nec expulſæ contorto verbere glandes (*fundâ*)
Nec Gortyniaco calamus ſeuis exit ab arcu.

Virg. de naui.— Fugit illa per vndas Ocyor & iaculo & ventos æquante ſagitta.
Idem de Niſo. Emicat & ventis & fulminis ocyor alis.
Ocyor ceruis & agente nimbos. Ocyor Euro. *Horat.*
ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον καὶ νηὸς ὑποπτέρου. *Pindar.*
Generoſo equo velociùs & naue alata.
πηγάσου ταχύτερος Pegaſo velocior *vel* Pegaſeo fertur volatu. *Catul.*
Vincat ceruum curſu & grallatorem gradu. *Plaut.*
τῶν νῆες ὠκεῖαι ὥστε πτερὸν ἢ νόημα. *Homer.*
His naues celeres alarum aut mentis ad inſtar.
Ϛαλαμινία ναῦς. *Ariſtophan.* Salaminia nauis. *de præueloci. A bello apud Salaminem a Græcis aduerſus Xerxem geſto. Sic Eraſmus. Sed V.* Od potrzéby.
Equus Probi *centum milliaria (Italica) vno die decurrebat, & decem diebus potuit ſine ceſſatione currere. Rhodigin.* Accipiter *de celeri. Idem ex Diodoro.*
Achillem ſine canibus & retibus ceruos captaſſe ſcribit. Pindar. Delphinus velocitatis & agilitatis ſymbolum. *qui naues quoque marinas ingentes inſtar ſagittæ tranſilit. Pierius ex Ariſtotele. Pindaro. Plinio.* Teumeſia vulpes incomprehenſibilis. *Rhodigin.*
Achilleos *pedes habet ex Martiali.* *V.* Poſet pretki.

Pretko. Wziawſzy nogi za pas *Antiphraſi.* Na moich nogach.
Fulminis in more aut tormento ponderis acti. *Virg.* Ják ſtrzélił, Ják z procé.
θᾶσσον μὲν οἴστὸς καὶ πτερὸν χωρίζεται. *Menander.*
Velocius penna alite & ſagitta abit.
Nauibus atque quadrigis. *Horat.* Pegaſeo ferri volatu. *Catull.*

Citis

Citis quadrigis properat perſequi. *Plaut.*
ἑκάτερα τὰ ἱστία ἐπαράμενοι φεύγει. *Plutarch.* Vtroque velo expanſo fugit.
ὅλοις τοῖς ἱστίοις ἀπηνέχθη. *Syneſi.* Velis omnibus aufugit.
τοῦ Ἀβάριδος οἰστῷ συμφέρεται. *Nazianz.* Simul cum Abaridis ſagitta volat .i. celerrimè. *Abaris Scytha fuit legatus Athenas miſſus, qui iaculum habebat quod è Grecia in Scythiam vſq; deuolaret. Suidas.* Velis equiſque. *Cic.*
Quantùm pedibus vales. ἀπολασίαν φεύγειν ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν. *Plato.* Intemperantiam fugiamus quantùm quiſque noſtrum pedibus valet.
Ocyus Dedalæis remigijs (.i. *alis*) ferri. *Plaut.* Remigio veloque quantùm poteris feſtina & fuge. *Idem.*
ἐπ' ἀμφοῖν ποδοῖν καταφεύγειν. *Ariſtides.* Duobus pedibus fugere.
ἀπεπόμεθ' ἐπὶ τὴν πατρίδα ἀμφοῖν ποδοῖν. *Ariſtophan.*
Vtroque de patria auolauimus pede.
θᾶσσον ἢ βάδην. *Plutarc. Suid.* Ocyùs quàm gradatim.
Ventis remiſq; omni feſtinatione properare. *Cic.* Talaria induere. *Idem ſ. Mercurij quæ alata erant.* Tum verò ſum tanta cupiditate incenſus ad reditum, vt mihi nulli neque remi neque venti ſatisfacerent. *Cic.*
In procinctu: Et ſine libra ac tabulis facere teſtamentum. *Idem Cic. .i. properè & ſine ſolennitate iuris. Tralatum à militibus.* Pretko / niewárownič.
Citiùs fugiunt, quàm ex porta Ludis cùm emiſſus eſt lepus. *Plaut.*
Citiùs abeunt, quam in curſu rotula circumuortitur. *Idem.*
——Quadrigas ſi nunc inſcendas Iouis,
Atque hinc fugias; ita vix poteris effugere infortunium. *Idem.*
Quadrigæ Iouis alatæ. *Plato. Lucian.* Albæ *Plaut. Sic ille:*
Si huic occaſioni tempus ſeſe ſubduxerit,
Nunquam ædepol quadrigis albis indipiſcet poſtea.
πτηνῶν ἁπάντων καὶ τῶν ἀνέμων ὀξύτερον. *Theodoret.* Alitibus omnibus & ventis velocius. *Quadraginta octo horis ſciebatur Suſis in Perſia, quid rex Perſarum cum exercitu ageret in Græcia ad Athenas. & hoc per ſtationes hominum interuallis pro magnitudine vocis humanæ diſpoſitorum, voces ab aliis auditas aliis reddentiũ. Rhodigin. Sed celeriùs id fiebat facibus ardentibus elatis teſte Herodoto & Æſchyl. meminit. Affine,* Rychło.

Pretßy ten co vćiéka / niż co goni. Pliniey temu co vćiéka.
δρόμῳ λαγωὸς τοὺς διωκόντων κρατεῖ. *Suidas.* Se perſequentes pedibus anteit lepus.

Proba pewna.

Heraclius lapis. Lydius lapis. *Plini. pro iudicio recto, vel indicio certo. Tralatum ab aurificibus.* ἡρακλεία λίθος· λυδὴ λίθος. *Theophraſt. ab Heraclea Lydiæ ciuitate dictus. idem* βάσανος· Coticula. *Plin.* Index. *Ouid.*
τὸ κριτήριον ἀκριβές. Iudicium exactum. *Trutina. tr. Perſi. Iuuen. Horat.*
Stateram artificis præfert Cic. trutinæ vulgari. *& vtroq; tralato vtitur.* ζυγάνη. τάλαντον. *idem.*

Promot á mówk.

καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει; *Theocrit.* Ecquando ille oleum oculis ſuis vidit? *In eum qui artem profitetur in qua exercitatus non eſt, vt athleta certaturi oleo vngebantur, vel. Nunquam oleaſtro coronatus eſt victor.*

πίθηκος ἐν πορφύρᾳ. *Suidas.* Simia purpurata. *indignus ornatus dignitate.*

Antigonum amictu tenus philoſophum appellat. *Ammian.*

ἡ τρεσωνοφορία καὶ πωγωνοφορία οὐ ποιεῖ φιλόσοφον. *Ex Plutarcho.*

Geſtare pallium & barbam, non facit philoſophum.

Ne ad Adonia quidem ſ. *docenda aptus.* οὐ γὰρ ἂν ἠξίουν ἐγὼ ἐμοὶ διδάσκειν ἐσθ' ἅν εἰς ἀδώνια. *Cratinus.* Quem ego non digner doctorem habere, ne ad Adonia quidem. *Sacra erant ineptiſſima nihil habentia præter planctus fœmineos.*

πίθηκος ὁ πίθηκος κἂν χρύσεα ἔχει σύμβολα. *Lucian.* Simia eſt ſimia etiamſi aurea geſtet inſignia. Eſt longa veſtis, curta ſed ſcientia. *Garner.*

Affine, Mądrákrá. Nie każdy co śie po doktorſku vbiera. Tytuł fałſywy, Gognoſć niegodnemu.

Proporcé rozciąga.

Simile quid apud S. Matthæum c. 23. de Phariſæis: Dilatant phylacteria & magnificant fimbrias ſuas. *Sed magis hoc quadrat in Plautinum Militem Pyrgopolynicen & alterum in Epidico, quem conſpicatus quidam, ait:* Sed is quis eſt

Suam qui vndantem chlamydem quaſſando facit?

Dictum Polonicum latiùs extenditur ad omnem oſtentationem & iactantiam magnificentiæ & vſurpationem poteſtatis aut iuris vltra fas & modum.

Secundis ventis pandere vela. *Ex Homero. ſub* Szczęśćie podnoſi.

Simile quid eſt in oratione Neptuni Virgiliani ventos increpantis: Tantáne vos &c. *Item de Æolo.* Non illi imperium pelagi &c tenet ille immania ſaxa. illa ſe iactet in aula & cæco ventorum carcere regnet. *Obuius eſt Pòèta.*

Proś co nawiecey, á wźmi coć dadzą.

ὡς πλεῖστα γ' αἴτει, καὶ διδόμενα λάμβανε. *A.*

Quam plurima pete, quæque dantur accipe.

Iniquum petendum vt æquum feras. *Quintilian.*

Pete vltra modum vt ad verum redeatur. *Ex Seneca.* V. Chćieć iák nalépiey.

Proś o to co ieſt ſłuſznego, á nie naydźieſz mie trudnego.

Kto o co trudnego prosi, ſobie winien gdy nie odnoſi.

Quod iuſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum,

Nam ſtultum petere eſt, quod poſſit iure negari. *Cato.*

χρὴ παρὰ τ' ἄλλων αἰτεῖν καλὰ ἠδὲ δίκαια,

ὁ πρέπει ἀρνεῖσθαι, αἰτεῖν τό γε νήπιόν ἐστιν. *Mylius.*

Negat ſibi ipſe, qui quod difficile (*iniuſtum*) eſt petit. *P. Syrus.*

Notæ ſunt preces filiorum Zebedæi apud S. Matthæum c. 20. irritæ.

Archelaus

Archelaus Poëtæ malo decem talenta petenti negauit, sed ea Euripidi dedit dicens: Tu accipere dignus es, ille petere. ἀι τῶν τ' ἀτυγχάνοντα, μὴ ἐξαιτέου. *A.* Petens neganda, penitùs obtinet (*impetrat*) nihil.

Prośi á mużi ták być. Proſſe á niéch ináczey mié będźié.
Jéśli nié prożba / tędy groźba.

Pacem orare manu, prætendere puppibus arma. *Virg.*
——— Precibuſque minas regalibus addit. *Ouidi.*

Ageſilaus Rex Spartæ cuidam Satrapæ ſcripſit ſic: Niciam, ſi inſons eſt, dimitte: ſin ſecus, mei cauſa dimitte: omninò autem dimitte. *Apud Plutarch.*

ἡ πειθαναγκη τ τυραννων λέξις. *Cic.* Preces tyrannorum ſuaſiones neceſſitati miſtæ. *ex Platone qui ait:* ἀι τ τυράννων λέξεις μεμιγμέναι ἀνάγκαις. Tyrannorum preces miſtæ neceſſitati. Armatas preces *vocat Eraſm.*

πειθὼ καὶ ἀνάγκη, δύο θεοὶ μεγάλοι. *Herodotus.* Suadela (*perſuaſio*) & neceſſitas duo magna numina. θατέρᾳ μὲ δόρυ, θατέρᾳ δ κυρήκειον προτείνων. *Euſtathius ex Pauſania.* Altera manu haſtam, altera caduceum prætendens. *Vel breuiùs:* δόρυ κυρήκειον. *Suidas.* Haſta caduceum. *Quin ipſum* Caduceum *pacem & minas apud antiquos ſignaſſe ait Pierius.*

μείζων ἐλάσσονι αἰτέων, βιάζεται. *A.*
Cogit rogando qui rogat potentior. *P. Syrus Mimus.*
εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι. *Homer.*
Ipſe quidem eripiam, ſi fors dare ſponte recuſent.

Scuto pacem petere. *S. Hieronym.*
Victoris petitio imperioſum mandatum ſuperat. *Garner.*

Proſtak-ći ia. Proſtyć ia Bićrnat.

Dauus ſum non Oedipus. *Terent. Oedipus enim Sphingis anigma ſoluit. Cicero Hortenſio defenſori Verris dicenti,* Neſcio ſoluere *anigmata, reſpondit.* Atqui Sphingem domi habes, *quam eburneam à Verre dono acceperat. E Plutarcho.*

ὁ μάντις ἐμὶ τὰ ἀφανῆ γνῶναι ζαφῶς. *Euripides.*
Diuinus haud ſum, noſcere obſcura haud queo.
ὅ τι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων
ἐξισῶσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων. *Idem.*
Diuinus haud ego ſum, vt nihil prorſum audiens
Tui explicare conſilI poſſim vias.

Neſcio ego iſtæc. philoſophari nunquam didici, neq; ſcio. *Seruus Plautinus. Sic Dauid de ſe. Pſalmo 70.* Non cognoui literaturam .i. *literas reconditiores vel certè ſapientia huius mundi & aſtutiam humanam. Bellarmin.* Pedibus ingredior, natare non didici. *Vide ſub* Trudna to. *& plura ibidem huic loco apta. Affine ſequens.*

Proſtak wiélki. Nie wie gdźié go przédano / zoſtáwiono.
Nié wie co śie z niem dźieié. Proſtak-éś wiélki.

O ſtulte, ſtulte! neſcis nunc vænire te?

Atqui in eo adſtas lapide vbi præco prædicat (.ſ. *te venalem.*) *Plaut.* *Tractum id è more Græcorum & Romanorum, apud quos præco in lapide elatiori ſtans, ſeruos & alia venalia proclamabat. Dictum in eum, qui præſens, viuens, videns, audiensq; tamen deluditur.* παρὼν ἄπειμι. *Theocrit. Cyrenenſis.* & παρὼν ἀποδημεῖ. *Ariſtopha.* Præſens abſens eſt. *Terent.*

Vigilans prope dormio, viuus & ſanus intereo. *Plant.*

Suum ipſe ignorat nomen neque ſcit qui ſiet. *Idem Plaut.*

κέρφος εὐαπάτητος. Cepphus vel larus auis *facillimè decipitur & capitur. Ariſtopha.* Nunqnam eruditum puluerem attigit. *Cic. alluſit ad Mathematicas diſciplinas, quæ olim in pretio erant, & in alueo puluere conſperſo exercebantur. Brodæus.*

τὸ σὸν ἐνύπνιόν σοι διηγοῦμαι. *Suidas.* Tuum tibi narro ſomnium.

οὔτε τὰ τρία στησιχόρεια γιγνώσκει. Ne tria quidem Steſichori noſti .ſ. *Strophen, Antiſtrophen, Epodon, in carminibus Steſichori omnibus tunc notiſſimis. Giraldus.*

νήπιος οὐδὲ τὸ γ' οἶδ' ἑκάστου δέκα τε δοκοὺς ἁμάξης. *Theocrit.*

Stultus non nouit plauſtri centum eſſe ligilla.

Nimiùm quam ô Lyde es barbarus. quem ego ſapere nimiò cenſui plùs quàm Thalem, Is ſtultior es barbaro Potitio. *Plaut. De Potitiorum ſtultitia lege Feſtum Macrobium Feneſtellam. hæc enim familia ſacra Herculis ab Euandro edocta, multis annis tenuit, quod munus & artem poſtquam ſeruis Romanis publicè vendidit, totâ intra 30 dies interijt.* ψηλαφᾷ ἐν τῷ σκότῳ *Ex Ariſtopha.* Palpat in tenebris.

ἐγὼ δέ τὰς κόμας μὲν, εἴτ' ἔσιν εἴτ' ἀπῆλθον οὐκ οἶδα. *Anacreon.*

Ego an comæ mihi ſint an verò procul abierint ignoro.

In occipitio oculos gerit. *ex Plauto, qui addita voce Etiam, oppoſito ſenſu vſurpauit.*

Nunquam venit (*vel fuit*) in aſtu. *ex Terent.* i. *in vrbe. Nam vrbani aſtuti ſunt, villani autem ſimplices. vt Cic. pro Sexto Roſcio oſtendit.*

Sic Eccleſiaſtæ c. 10. Stulti neſciunt pergere in vrbem.

Et apud Suetonium. Cùm Iulius Cæſar peregrinos victos in Senatum adlegiſſet, libellus propoſitus eſt, hoc ſcomma continens: Bonum factum. Ne quis Senatori nouo Curiam monſtrare velit. *q. d. ipſi eam non adibunt, cùm ignorent eam. quod turpiſſimũ erat Senatori.* Spe neſcia ſumus in locis neſcijs. *apud Plaut. naufragæ feminæ dicunt.*

ἀλλ' οὐδὲ ποῦ γῆς ἐσμὲν οἶδ' ἐγωγ' ἔτι. *Ariſtophan.* Sed neque vbi terrarum ſimus, ſcio ego amplius. *Affine,* Głupi. Gruby. Niéuczony.

Prosty człowiek. Starego świátá ábo wiéku.

Homo antiqua virtute & fide. *Terent.* Homo antiquus. *Cic.* ἀρχαῖος ἀνήρ, παλαιᾶς κόμματος ἀνήρ. Vir veteris monetæ .i. *ſimplex candidus ſine ſuco & dolo Symmachus.* ἀρχαίων ἦθος. *Ariſtophan.* Ouium mores. *de homine ſimplici & placido. Henric. Stephan. quia & Ariſtotel. placiditatem oui tribuit. & Suidas.* ἀμνοὶ τοὺς τρόπους .i. πραεῖς, εὐήθεις, ἀπλοῖ. Agninis moribus .i. *placidi, probis moribus, ſimplices.* *Simile illud aliud.* ἀρχαϊκὸς βίον ζῇ. Ouis vitam viuit. *de ſimplici, aut ſtulto.*

Proſony

Proßony / niéuʒyni: niéproßony / vʒyni. Chcéß! niéchcé. Niéchcéß! chcé.

Cantorum vitium vel mores habet. *de quibus sic Horat.*

Omnibus hoc vitium cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati, Iniussi nunquam desistant.

Alter Tigellius. *eiusdem Horatij. de quo is subdit:* Sardus habebat.

Ille Tigellius hoc .i. *hunc morem. vt pòst declarat.*

Simile quid de pueris iratis idem dicit:

Porrigis irato puero cùm poma, recusat. *(Sin dicas)*
Sume catelle, negat *(vetat illi dari)* si non des, optat ——

Eosdem mores esse amatorum asserit, dicens. Amator
Exclusus quí distat? ait vbi secum, eat an non
Quò redicturus erat non accersitus; & hæret &c.
Exclusit, reuocat, redeam? non si obsecret. ——

βέλεις ὑπήκοον, μὴ λέγε, ποίησον δὲ πρᾶγμα. Vis obtinere! ne roges, sponte faciet.

Proʒba nié groʒba. Nié wyſukaß.

εὐλιτὰς ἐκ αἰτίας ἐξιλεοῦσθαι τὸ κρεῖττον. *Heliodorus.* Rogando non accusando vel culpando placatur fortior.

Apud Plautum in Curculione Cappadox Militi sibi minitanti respondet:

Ego tua magnifica verba & tuas istas magnas minas
Non pluris facio, quàm ancillam meam quæ latrinam lauat.

εἰκῇ τῷ ἡρακλεῖ ſ. ἀπειλῇς. Frustra Herculi miniteris.

ἐλάττων ἔχει ἱκέτης λόγος πείθει. *A.*

Supplex loquatur vitium cûi est minùs.

Qui nummos non habet in bursa, mel saltem habeat in bucca. *Garner. Gallic.*

Vide Miłości nié wygroʒiß.

Prozna chwała i piécuchá ruſßy.

Káʒdy chcé by go widʒiano / á bárʒiey by pochwalono.

δόκιμος φαίνεσθαι καὶ καμινεύτης ἐρᾷ. *A.*

Curans caminum vult videri ab omnibus.

Trahimur omnes laudis studio & optimus quisque maximè gloria ducitur. *Cic.*

Ipsi Philosophi in libellis quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in quo nobilitatem & prædicationem despiciunt, prædicari se ac nominari volunt. *Idem.* *Plutarch. in libro.* λάθε βιώσας. Latenter viue, *ait.* Ne ipse quidem qui hoc protulit latere voluit, sed id dixit ne lateret, sed melius quid alijs se dicturum ratus, gloriam quæsiuit.

Thales demonstrationem Mathematicam à se inuentã communicans cuidam diuiti curioso & gratitudinis ergo roganti, vt quale vellet præmium, à se posceret, respondit: Nullum aliud, nisi si quando huius inuenti aliquem participem feceris, me illius auctorem perpetuò profitearis. *Muret.* *Referas hoc dictum licet, & ad gratitudinem.*

Laudatas homini volucris Iunonia pennas
Explicat & formâ muta ſuperbit auis. *Ouid.*

ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος πᾶσι ταύτην ἐνδύκνυει. *Apoſtolius.* Stultus ſubligaculum vel femoralia indutus cunctis ea oſtentat. V. Mito Kiedy nas ſtuchácia.

Prozna chwała mądry gardzi.

ὁ σοφὸς οὐδὲν ἀπαιτηδεύῃ ἢ πράττῃ, τὸ εὐδοκιμεῖν χάριν.
Sapiens nihil deſiderat aut facit, vt placeat, laudetur, celebretur.
μηδὲν θέλε δοκεῖν εἶναι. *Epictet.* Nil velis ſcire vt videaris.
τὸ δοκεῖν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ὕπαρ οὐδ' ὄναρ ἀλλότριον. *Nazianzen.*
Vt videamur nihil ad nos, vt & ſomnium alienum.
τίνες εἰσὶ μάλιστα ἐπαίνου ἄξιοι; οἱ μὴ βούλεσθαι. *Lucian.*
Qui ſunt maximè laude digni? qui laudari nolunt.
τῇ κενοδοξίᾳ ἀπολέγετε: ψυδεῖς ὀνείροι χαίρετε, οὐδὲν ἦτε ἄρα. *Clemens Alexand.*
Cenodoxiæ acclamate: Valete ſomnia vana, ſiquidem eſtis nihil.
Diogenes apud Lucianum interrogatus. ὅπως ἄν τις ἔνδοξος γένοιτο; i. Quomodo quis celebris & clarus eſſe poſſit? Rſp. εἰ τὴν δόξης καταφρονήσοι i. ſi gloriã contemnat.

Prozne temu ſkrzypáć / co nie chce wykrzyknąć.

πηδᾶν πρὸς αὐλὸν οἱ φιλοῦσιν ἰχθύες. *A.*
Saltare piſces non amant ad tibiam. *Ex Apologo Æſopi de Piſcatore, qui tibia fruſtra diu conuocans piſces, ac cepit rete & captos ſaltare videns ait:* Nunc ſaltatis! & cùm canebam noluiſtis. νοῦς εὖτε πυκαζόμενος ἄλγεσιν, οὐκ ἐθέλῃ τέρψιος ἅπτεσθαι. *Nazianzen.* Mens cincta doloribus non curat voluptates.
Ad tractam canis. V. *ſub* Mowę ty ścienię. *Confer* Piszczek ná ſtypię.

Proznowánie nieprożne / zábawne / pożytęczne / vczćiwe.

ἀραστηρίους καὶ νεανικῶς σχολάζειν. *Budæus.* Actuosè & ſtrenuè otiari. *Vulgus operariorum & opificum, homines eruditionis & ſapientiæ ſtudioſos & animo ſatis occupatos, otioſos vocat, vt in apologo apud Liuium membra corporis humani ventrem otioſum vocabant. ſed falsò. Recte Scipio apud Ciceronem dixit:* Nunquam ſe minùs otioſum eſſe, quam cùm eſſet otioſus. nec minùs ſolum, quàm cùm ſolus. *Et Macrobi.* Scio te non ludo ſed ſeriò otiari. ἡ σχολὴ ἀσχολία Otium negotioſum.

Proznowánie ſzkodliwe. Proznowánie powod do złego.

Homines nihil agendo male agere diſcunt. *Columella ex Catone.*
Otium ciues priùs & beatas Perdidit vrbes. *Catul. alia lectio.*
Otium reges ſimul &c. *Tritum illud eſt:* Otia dant vitia.
Cernis vt ignauum corrumpunt otia corpus!
Vt capiant vitium ni moueantur aquæ! *Ouidi.*
Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager. *Idem.*
Neglectis vrenda filix innaſcitur agris. *Horati.* ἡ ἀναν-

ἡ ἀνανδρία οὐκ οἴκους ἔσλε τὴν πόλιν ἂν ὀρθώσειεν. *Euripid.*
Ignauia, effeminatus animus. Nec ciuitatem, nec domum quicquam iuuat.
πολλὴν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία *Ecclesiastic. 33.* Multã malitiã docuit otiositas.
δειλῶν γὰρ ἀνδρῶν δειλὰ τὰ φρονήματα. Ignauorum virorũ ignauæ cogitationes.
ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά! Quàm multa parit hominibus otium mala!

ὑβριστὴς κόρος ἐγὼ δέ σε ἐθέλω᾽ ἄριστε
ἔργον ἔχειν ψυχῆς πῆξιν ἀειστρεφέος. *Nazianz.*

Flagitiosa est satietas, ego verò te volo optime Negotium (*occupationem*) habere, stabilimentum animi versatilis, irrequieti.

Vespasianus medicis à negotiis illum prohibentibus respondit: Τὸν εὐστοχάτερα ἑστῶτα δεῖ ἀποθνήσκειν. *Dio.* Imperatorem stantem oportet mori. *Otium vitandum esse monet interprete Rhodigino, Cyrillo, ac Pierio. illud Pythagoræ dictum:* Χοίνικι μὴ ἐπικαθίσαι. Chœnici non insidendum. *Animæ rationalis partem, qua ceu chœnice non fallente omnia metiri & examinare debemus, nunquam depressam & otiosam esse patiamur, sed assiduò exercitemus ac exerceamus. Aliter alij.* Vide Obżegedny.

βίον τὴν λογικὴν ζωὴν εἶναι, *dixit Aristot.* Vitam rationis vsum esse, *quo carent otiosi dormientes ebrij vana cogitantes & agentes.* Vel dolium voluere satius est quàm otiari. *Allusio est ad dictum Diogenis, quod vide sub* Roboty niepotrzebna.

Segnitiem fugito, quæ vitæ ignauia fertur.
Nam cùm animus languet, consumit inertia corpus. *Cato.*
ἀργίαν φυγέειν, ζαπερὸν βίε ὄκνον ἐόσαν.
νῶς γὰρ ἐὼν ἀργῇ τὸ δέμας ζυμφθείρεται ὄκνῳ. *Mylius.*
Arcum intensio frangit, animum remissio. *P. Mimus.*
τόξον μὲ ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. *Ex Epitaphio Theophrasti (posito sub* Robotny czlek nic dobrego.) *qui laboribus deditus viguit; intermissis verò ijsdem obijt.*

——— Variam semper dant otia mentem. *Lucanus.*

Otia rumoribus serendis aptissima. *Curtius.*
Otia qui sequitur sine crimine vix reperitur. *Garner.*
Satis mali facit qui nil boni facit. *Idem.*

De fera comedit. *Periphrasis otiosi.* Vide Pożiewa.

Prożniaczemu nic przybywa choć bogáczemu.

ῥάδιμος ὢν, καὶ πλούσιος, πένης ἔσῃ. *A.*
Diues licet sis, otio euades egens. *Affine,* Przyczyniáć trzebá.

Prożniacy musi kraść.

πᾶς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν. *Phocylides.*
Omnis otiosus vir viuit è furacibus manibus.

Prożniacy wiecey ma zábawy / roboty.

Paradoxon est hoc dictum, sed verissimum. Illustrat illud Ennius apud Gellium dicens.

Otio

Otio qui neſcit vti, plùs negotij habet,
Quàm cùm eſt negotium in negotio.
Nam cui quod agat inſtitutum eſt, nullo negotio
Id agit, ſtudet ſibi, mentem atque animum delectat ſuum.
Otioſo initio animus neſcit quid velit.
Hoc idem eſt, neque domi nunc nos, neque militiæ ſumus.
Imus huc, hinc illuc, cùm illuc ventum eſt, ire illinc lubet.
Incertè errat animus præter propter vitam viuitur. *Sic Ennius.*

Irrequieta inertia laborant omnes, quibus neque otij neque negotij ratio conſtat. *Seneca.* Strenua nos exercet inertia. *Horat.* .i. *multa inutilia alacriter agimus &* τὰ πάρεργα ὡς τὰ ἔργα σπουδόμεν. .i. *ſuperuacanea & obiter agenda ceu ſeria elaboramus.* πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ, κενεὴν ὅτι ἐλπίδα μιμνῶν,
χρήιζων βιότου, κακὰ πορσελέξατο θυμῷ. *Heſiodus.*

Multùm ignauus vir, vanam ob ſpem exſpectans Egens victus, mala verſat animo.
Otium moleſtum, podagrici pedes *vocauit P. Syrus.*

Otioſi diem humeris protrudunt .ſ. *ceu moleſtum vt noctu tædij obliuiſcantur. Carol. Bouillus è Gallico.* *Lege Theophraſti Epitaphium ſub* Roboty z ſłowiek.

Poteſt huc trahi illud Suidæ (nam ipſe aliter intellexit) ἐορτὴ πολλὰ ἔχουσα ſ. πράγματα Feſtum multa habens negotia.

Prozny chleb. Prozniacy.

ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. *Homer.* i. Telluris inutile pondus.
γῆς ἄλλως ἄχθος. *Plato. Idem eſt.* γῆς βάρος. Terræ onus.
Ad id alluſiſſe Plautum voce ficta Grauaſtellus *al.* Grauiſtellus *putat Camerar. Lambin. Taubman. Turneb. qui vtramq; lectionem probat. appellauit autem hac voce Plaut. ſenem quendam pinguiorē. à grauitate vt Feſtus interpretatur,* ἄχθος νεώς. Onus nauis.
ὥστε πρόβατα μεσημβριάζοντα πρὸς κρήνῃσιν εὕδουσι. *Plato.*
Tanquam oues meridiantes ad fontem dormiunt.
ἀργόντων χορός. Inertium chorus. *de multis otioſis.* ἀργαία μάνης. *Suidas.* Locuſta rureſtris. *qua ſegnis eſt.* Odium terræ. *Plaut. de ſene ſtulto.*

Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati,
Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoiq́ue:
In cute curanda plùs æquo operata iuuentus. *Horat.*

λίθοι, ἀριθμὸς, πρόβατ' ἄλλως, ἀμφορεῖς νενασμένοι. *Ariſtophan.* Saxa, numerus, oues inutiles, amphoræ impletæ.
γῆς ἔντερα. *Diogenian.* Terræ inteſtina, *quo nomine etiam ſaxa appellantur.*
ἄμμες δ' ὅτε λόγω ἶνες ἄξιοι, ὅτ' ἀριθμῷ. *Theocritus.*
Nos autem ij quorum nulla ratio habenda eſt, nec vllo in numero.
δειλοὶ γὰρ ἄνδρες ὃν ἔχουσιν ἐν μάχῃ
ἀριθμὸν, ἀλλ' ἄπεισι κἀν παρῶσ' ὅμως. *Euripides.*

Timidi

Timidi viri non habent in pugna Numerũ, ſed abſunt, licet adſint tamen.
ὄνε γνάθος. *Eupolis.* Aſini mandibula .i. *homo ignauus & vorax.* Wiele ieść á máło robić. Ad ſolarium verſari. *apud Cicer. de paraſitis accipit Vlpius. de otioſis & ludorum ſpectatoribus. Rhodigin.*
βῦς ἐν αὐλίῳ κάθῃ. *Suidas.* Bos in ſtabulo reſides. *In eum qui molliter in otio vixit.*
βῦς ἐναλίη. Bos marinus .ſ. *magnus & operi ac eſui ineptus.*
ἀμελὴς γωνία. *Zenodotus.* Angulus neglectus.
Demetrius apud Senecam, Vitam otioſam, mare mortuum *vocat.*
Lucian. Senem inutilem otioſum *vocat* ἔμψυχον τάφον. .i. Viuum ſepulchrum.
Similis ſepulchris nil niſi nomen retineo. *Gellius.*
Eſt ſocia mortis homini vita ingloria *P. Syrus Mimus.*
Nil poſſe quenquam, mortuum hoc eſt viuere. *Idem.*
ἀγρῶν πυγή. *Euſtathi.* Agri nates. *de otioſis & delicatis. Iunius.*
Surgentem auenam auſcultare *dicuntur otioſi apud Carolum Bouillum. qui nil vtile agunt etiamſi aliquid agere videantur, vt hi quos attuli ſuprà. his adde Paraſitos.*
Pythagoræi Cenotaphia exſtruebant ijs qui à Philoſophia deficiebant. Origenes & Clemens Alexandrin. Manibus compreſſis ſedere. *Liui.* i. *otioſum eſſe. Affine,* Nic wart.

Prześcyanowi dał po głobie.

Phraſis eſt Polonorum literatorum. quam triuiales reddunt dicentes: Mactauit Priſcianũ. *vel* Contra Grammaticam peccauit. *Latinè dices:* Solœciſimum fecit *Martial.*
ἐσολοίκισεν, ἀ ζολοικίζω Latinè ſed non Grammaticè locutus eſt. *Quintilian.*
Non ad regulam (Grammaticam) locutus eſt. *Idem.*
Si quis Grammaticum ſe profeſſus barbarè loquatur, turpe ſit. *Cic.*

Przebaczay wady cudze rowne / gdy ſam od siebie czuiesz głowne.
Qui, ne tuberibus proprijs offendat amicum
Poſtulet, ignoſcat verrucis illius, æquum eſt
Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus. *Horati.* i. *qui vult ſibi ab amico ignoſci ſua vitia grauiora ceu tubera; is eidem ignoſcat leuiora ceu verrucas.*
κακὰ μείζ' ἔχων, ἀλλότρι' ἐλάττονα παρόρᾳ. *A.*
Magna vitia habens, aliena parua peruide,

Przećiw wodźie pływać trudno.

Contra torrentem niti .ſ *difficile eſt. S. Auguſtin.*
ἄνω ποταμῶν ῥεῖν. *Demoſthen.* Contra fluuium niti laborioſum.
Stultus ab obliquo qui cùm diſcedere poſſit,
Pugnat in aduerſas ire natator aquas. *Ouidius.*
Laudat Iuuenalis Criſpum, qui Contra torrentem direxit brachia nunquam.
.ſ *Domitiani violentum furorem prudenter declinando, eluſerit.*
τὸ δὲ μὴ βιάζεσθαι ῥεῦν ποταμὸν καὶ ἡ παροιμία παιδεύει. *Nazianzen.*
Non eſſe vi cohibendum impetum fluminis etiam prouerbium docet.

Sic nempe Eccleſiaſtici 4. apud LXX. eſt: μὴ βιάζῃ ῥῦν ποταμῦ. Ne violenter cohibeas fluxionem aut impetum fluminis. *Simile eſt* Aduerſo vento vela pandere. Aduerſis ventis vti. *Cæſar. Cicer. Horati.*

πολεμεῖν χρόνῳ ſ χαλεπόν. *Simonides.* Repugnare tempori difficile.

Et reſiſtere veteri & receptæ opinioni ſtultum. Contra ſtimulos calces. *Vide ſub* Tobiéć to gorzey. *Affine* Vſtąp mocnieyßemu. Mocnieyßemu śie przećiwić.

Przećiwna rzecz iedną drugiey vſtąpić muśi.

τἀναντία γὰρ ἡ τοῖς ἐναντίοις μάχη. *Nazianzen.*

Contrarijs eſt pugna ſemper inuicem.

τἀναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα. *Hippocrates.*

Contrariorum remedia ſunt contraria. Contraria contrarijs curantur. *Multa pugnantium exempla poſſent huc adferri. vt illud Ouid.*

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. *Et Horat.*

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi. *quæ & ſimilia V. ſub* Vieżgodź. *Addo rhythmum vulgarem.* Durum contra durum non faciunt murum.

Przećiwna rzecz przy przećiwney/ bárzśiey śie wydáié.

τῶν ἐναντίων ἐμοίως ἑκατέρῳ γένει πεφύκαμεν ἀντιλαμβάνεσθ. *Plutarch.*

Contraria iuxta in vtroque genere ſolemus comprehendere.

ἡ σύγκρισις ἀκριβὴς κρίσις vel ἀκριβολογία.

Comparatio eſt exactum iudicium vel cenſura.

ἐναντίων ἐπιστήμη δοκεῖ ἡ αὐτὴ εἶναι. *Ariſtotel.*

Contrariorum ſcientia eadem videtur eſſe.

Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. *ex eodem.*

Przećiwność nie ſmáczna/ álé pożytećzna.

Nux percuſſa fertilior efficitur. *ex Ouidio de nuce.*

Per damna per cædes ab ipſo Ducit opes animumq; ferro. Ilex. *Horat. Salici hoc noſtræ quadrat.* Fœnum Gtæcum quantò peiùs tractatur, tantò vberiùs prouenit. *Plin.* *De* Croco *quoque ſcribit Theophraſtus, eius plantam priuſquam floreat pedibus leniter calcatam pulchriùs & feliciùs germinare.*

Pulchrior vt ſurgat teritur Crocus. O furor ingens

Lætiùs vt poſſis ſurgere, nolle premi!

Myrrhæ *planta ſimiliter ablaqueationibus & inciſuris gaudet & ſucci plùs fundit. Plini.* Roſæ & violæ *iuxta cæpas vel allia ſatæ fragrantiores euadunt. Plutarcho teſte.* Palmæ *illud tribuitur, quod ponderi ſuperpoſito non cedat, ſed potiùs contrà nitatur. vnde & Victoriæ Symbolum eſt Ariſtotel. Theophraſt.*

Anthracites gemma *in igne velut mortua eſt, perfuſa aqua exardeſcit. Iſidorus.* Gagates accenditur aqua, oleo reſtinguitur. *Plini.* *Sic virtus in aduerſis elucet, in proſperis marcet & languet.* *Simile* Gorzko álé zdrowo.

Przećiwność łácno otwiera / co ßczęśćie w ſercu záwiera.

—— Ingenium res Aduerſæ nudare ſolent, celare ſecundæ. *Horati.*

Φανεροῖ ἀτυχία κρύπτῃ εὐτυχία Φύσιν. A. Aduerſa retegunt, proſpera ingeniũ tegunt.)

Quæ latet inque bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet virtus arguiturque malis. *Ouid.*
Scilicet aduerſis probitas exercita rebus,
Triſti materiam tempore laudis habet. *Idem.* (bonus.

Πηδεικνύῃ ἀγαθὸν κυβερνήτην ζάλη. A. Monſtrat procella qui eſt gubernator

---

Przédárowano go. Náſmárowano mu recé. Zátkano gębę.

Onieniał od ſrebrniká. Gárdło mu ſrebrogorz záśiadł. (*alludo ad ślinogorz.*)

γλαὺξ ἔπτατ' Noctua volauit. *Explicatur hoc ſuprà ſub* **Orłém towi.** *& eodem modo* Aquila volauit *dices,* **Orzeł złoty przyleciał.** Multæ noctuæ ſub tegulis (*alicuius*) latitant, i. *munera accepit. Eraſmus ex Plutarcho. ſed vide* **Kráđnię ná zdech.**

βοῦς ἔπι γλώττης μέγας βέβηκεν. Æſchylus. Bos ingens in linguam eius aſcendit. i. *pecuniam accepit, quæ Athenis boue ſignabatur, & ideò tacet.*

Faba nummus. *Cic. i. corruptum ſuffragium. nam ſuffragia fabis ferebantur, quare nummus id fecit quod faba ſolebat, ſ. ſuffragium fauens.*

ἀργυράγχην πάσχει. Argentanginam ſeu argenteam anginam patitur, *cui argenteum munus fauces clauſit, ne vera dicat, quod obiectum Demoſtheni qui finxit ſe angina à dicendo impediri. Plutarch.*

χρύσεα κλὴις ἔπι γλώσσαν βέβακεν. Sophocles. Aurea clauis linguam aſcendit, cõércet. *Simile eſt illud apud nos:* **Piéprz nię mowi.** *Iudæi dictum. qui in iudicio quodam, cùm vni è iudicibus piperis bonum pondus donaſſet, quò cauſam ſuam meliorem faceret; tacente corrupto iudice, contra ſpem damnatus, admirabundus dixit:* **To mi dźiwno Piéprz nię mowi!** *Simile eſt illud in Promptuario Exemplorum.* Bos non loquitur. *Litem habuit quidam cum vicino, quare quærens fauorem iudicis, donauit illi bouem eximium; quo intellecto vicinus, donauit vxori iudicis vaccam æquè bonam, rogans vt ſibi fauentem efficeret maritum; quæ promiſit & præſtitit. iudicio ergo conſtituto, prior ille quì bouem donárat, videns iudicem inclinare in partes aduerſarij ſui dixit: Bos loquere. Iudex verò reſpondit. Bos non poteſt loqui, quia vacca non permittit.*

Ingulam canis os vel offam inijce ſi eum placare cupis. *Garner. Gallic.*

Sic Cerberus obiecta offa placatur. *6. Æneid.* *Ageſilaus dux Laconum ſentiens ſe à perſequendo Perſa muneribus corruptis Græcis, reuocari à ſuis, dixit. Triginta millibus ſagittariorum ſe Aſia pelli* i. *Daricorum qui ſagittariis ſignabantur. Plutarch.*

Przéd czáſem śię frąſowáć ßkodá / głupſtwo.

Illud tibi præcipio: Ne ſis miſer ante tempus, cùm illa quæ velut imminentia expauiſti, fortaſſe nunquam ventura ſint, certè nondum venerint. *Seneca.* Eſt ſtultum quia quandoque futurus ſis miſer eſſe iam miſerum. *Idem.* Futurum, hodie nil habet negotij. *Idem.* Quid refert prouidere, quod effugere non poſſis?

ſis? Scias iſta, neſcias, fient. *Idem.* Veriſimile eſt futurum aliquid mali, non ſtatim verum eſt. Quam multa non exſpectata venerunt! quam multa exſpectata nuſquam comparuerunt! Etiamſi futurum eſt, quid iuuat dolori ſuo occurrere? Satis citò dolebit, cùm venerit. Interim tibi meliora promitte. Quid facies lucri? tempus. *Idem Seneca.*

μήτε κακοῖσι νοσῶν λυπῦ φρένα, μήτ' ἀγαθοῖσι
τερφθεὶς ἐξαπίνης, πρὶν τέλος ἀκρὸν ἰδεῖν. *Theognis.*

Neque malis ægreſcens macera mentem, neque bonis
Lætare ſubitò, priùs quàm euentum vltimum videris.

Nam nos omnes, quibus eſt alicunde aliquis obiectus labor,
Omne quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum eſt, lucro eſt *Terent.*

Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. *Chriſtus apud Matthæum.* Sufficit diei malitia ſua. *Vide Stratoclis factum & dictum ſub* Nowiná dobra rychley ſie odmieni.

Przed laty rozum mié trwały. Przekie dowćipy niépéwne.

Maturè magnum ingenium, non eſt vitale. *Seneca.*

Senilis iuuenta, præmaturæ mortis ſignum. *Cato apud Plinium.*

Præcocibus mors ingenijs eſt inuida ſemper. *Baptiſt. Mantuan.*

Odi puerulos præcoci (al. præcoqui) ſapientia. *Apuleius.*

—— Ingenium & rerum prudentia velox Ante pilos. *Perſius.*

Φρονεῖν γὰρ οἱ παῖδες ταχὺς ὀυκ ἀσφαλὲς. *Sophocles.*

Sapere pueros citò non eſt tutũ *Vel.* Secura non eſt præpropera prudentia. Ingeniorum præcox genus non temerè vnquam peruenit ad frugem. *Quintilian.* Obſeruatum ferè eſt, celeriùs occidere feſtinatam maturitatem, & eſſe neſcio quam, quæ ſpes tantas decerpat, inuidiam. *Idem de filiolo ſuo ingenioſiſſimo & amabiliſſimo decenni mortuo.*

ἀπεχθαίρω τρίχα τὴν τάχα φυομένην. *Epigram.* Odi pilum citò erumpentem. *Talis fuit Hermogenes Rhetor, quem etiam Muſonius & Marcus Imperator declamantem audiuit. nam poſt 24 annos mente excidit, & vnus è multis vixit. de eo eſt illud Antiochi Sophiſtæ.* ὁ ἑρμογένης ἐν παισὶ γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς. Hermogenes inter pueros ſenex, inter ſenes puer. παιδαριογέρων *à Palladio vocatur Macarius Ægyptius.* i. puerili ætate ſenex. *quia plùs quàm pro annis profecerat in virtute.*

Vinum bonum eſt, quod recens, durum & aſperum viſum eſt: Non patitur ætatem, quod in dolio placuit. *Seneca.*

Perdicum fœtus *properè ex ouo teſta pertuſa prodit, & ſtatim teſta etiamnum adhærente cibum quærit. Ælianus.* *Hoc quidem dicto Polonico oppoſitum eſt, poteſt tamen accommodari.* V. G. *Non eſt perdicis hic fœtus vt tam præmaturum vigorem diu ſeruare poſſit.* *Et Pierius de celeri profectu vſurpat.* V. Co ſie rychło wznieći.

Przétrzéśić. Raſowáć. Zmázáć co. Náznaczyć.

ὑποσπογγίζειν. Spongia delere. *Nam non tantùm in abſtergendis menſis, ſed & in ſcriptis delendis ſpongiæ vſus erat. Sic Martial. de Pugillaribus.*

Delebis (*ſpongia*) quoties ſcripta nouare voles.

Et Auguſtus Cæſar Aiacis Tragœdiam ſcribere aggreſſus, cùm non ſuccederet, deleuit & iocatus eſt dicens: Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe. (*alludens ad mortem Aiacis qui gladio incubuit & perijt.*) *Suetoni.*

Σπόγγου ἰάσεται. *Ariſtides.* Spongia medebitur. ſ. *ſi quid erratum eſt, delebitur.*

Σπόγγον ἀκεσομένου πλαζομένης χαραγῆς. *in Epigramm.*

Spongiam medicam errantis ſtyli.

ὀβελίζειν. Obeliſco notare. *vt Ariſtarchus verſus in Homeri ſcriptis adulterinos obelo ſignabat. Sic Horat.* Fiet Ariſtarchus i. *cenſor ſeuerus.*

Cera miniata vel miniatula. *Atticus notabat in Ciceronis ſcriptis quæ non probabat. vt ipſe Cic. ſcripſit.* ἀστροις σημειοῦσθαι. *Ex Homero.* Stellis ſignare. *cùm aliquid inter legendum occurrrit dignum animaduerſione.* *Affine*, Gánie co.

Przékupień ábo kupiéc muśi kłamáć.

Dictum hoc narrat quid fieri vulgò licet improbè ſoleat, non verò approbat.

Negotiator niſi mentiatur præuaricatur. *Eſt Plinij phraſis de aratore.* Arator niſi incuruus præuaricatur. i. *non rectè munus ſuum obit, nec facit operæ pretium.*

Sordidi putantur qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendant, nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur. *Cic. Nam vt ait Horat.*

——— Pleniùs æquo Laudat venales qui vult extrudere merces.

Non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum. *Eccleſiaſtic. 36.*

Χαλεπὸν καπήλῳ ψεύδος ἐκφυγεῖν. *A.*

Difficile cauponi effugere mendacium eſt.

Apud Perſium Auaritia excitans adoleſcentem ad lucra ex mercatura ait:

AV. — Surge—Surge—Surge— AD. Et quid agã? AV. Rogitas? Saperdas aduehe Ponto Caſtoreum, ſtuppas, hebenum, thus, lubrica Coa (*vina*) &c.

Verte aliquid (*permiſce ſpecies, commuta fraude*) iura (*pretium falſo iuramento auge*) AD. Sed Iuppiter audiet. AV. Eheu Varo. i. *ſtulte* &c.

Inter medium venditionis & emptionis anguſtiabitur peccatum. *Eccleſiaſtic. 27. peccatum auaritiæ, fraudis, mendacij &c. Noſtri etiam dicunt:* Vtá frymárku śedzi trźći. *quod & in emptione & venditione plerumq; accidit.*

Przéłożonem łagodnośći trzébá, á przy niey oſtrośći.

πειθὼ καὶ βία. Suadela & Violentia, *duo numina Themiſtoclis.*

Ita probanda eſt manſuetudo atque clementia, vt adhibeatur Reipub. cauſa ſeueritas. *Cic. Idem iubet* Seueritatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigare. Summa ſeueritas ſumma cum humanitate iungatur. *Idem.*

Hîc plurimùm valere debet exemplum ſummi Iudicis & Regis Dei, cui miſericordiam & iudicium ſeu iuſtitiam Dauid toties attribuit & cecinit. *Adde Apologum Cyri*

apud Herodotum de piſcatore tibicine, qui cantu piſces conuocabat, fruſtrà: vbi verò rete in aquam miſit & extraxit, illos ſaltantes aſſexit. V. Rzadźcá wyborny.

Przełożony máte wády abo winy przéglada.

De minimis non curat Prætor. *ICti. quia* Summum ius ſumma iniuria, *Cic.* In omnibus quidē maximè tamen in iure æquitas (*æquū bonū*) ſpectanda eſt. *Paul. IC.* Nec ſane vindicandum nobis eſt quicquid libet. Nam ſummum ius antiqui ſummam putabant crucem. *Columella.* Non ad viuum reſecandum eſſe quidlibet, cenſet. *Cicero.* *Sic Mitio clemens pater apud Terentium ait:*

Do, prætermitto, non neceſſe habeo omnia Pro meo iure agere.

Vulgare dictum eſt: Qui neſcit diſſimulare, neſcit imperare. *Seberus ex Italico.* χρὴ τ ἀρχοντα ϵ παρεμδεῖν κ παρακῦται τι τ ἀμδλυμένων. *Plutarch.* Oportet principē & oculo nō attento & aure ſurda (*diſſimulanter*) aliqua peccata trāſmittere. ἀναγκαῖον τὰ μικρὰ ἀδικεῖν τὸν δὲλομένους τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν. Neceſſe eſt in minimis rebus iniuſtè agere, qui in magnis iuſtitiam volunt ſeruare. *Iaſonis Theſſali dictum apud Plutarchum, quod is reprehendit. nec abs re. nam non ſunt facienda mala vt eueniant bona. aliud verò eſt permittere mala.*

Apum rex aculeo caret. *Seneca. habere aculeum ait Baſili. ſed non ad vindictam.* Delphinus felle caret. *Athenæus.* Nullum ex omnibus magis quàm principem, clementia decet. *Seneca.* Omnia ſcire, non omnia exſequi; paruis peccatis veniam, magnis ſeueritatem commodare: nec ſemper pœna, ſed ſæpius pœnitentia contentum eſſe Principem *vult Tacitus.* V. Máło iáko nic. Raz iáko nic.

Przełożony ma mieć vſzy ná obié ſtrony.

ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως. *Solon.* Princeps iniqua & æqua pariter audias, *i. qui magiſtratum gerit, audiat iuſta & iniuſta, bona & mala, nec laudibus nec calumniis moueatur, & à recto ac æquitate dimoueatur.*

ἀλλ' ὃν πόλις στήσε, τὸν δὲ χρὴ κλύειν
καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία. *Sophocles.*

Quem ciuitas conſtituit, hunc audire opu ſt. Et parua quæque & iuſta & his contraria. *Simile Philippi Macedonis dictum exſtat apud Plutarchum.*

Alexander cuidam narranti quòd quidam de illo malè loquerentur, reſpondit: Regium eſt male audire cùm rectè facias. *Auguſtus apud Suetonium alteri reſpondit:* Noli indignari quòd ſint qui malè de nobis loquantur: ſatis enim eſt ſi hoc habemus, ne quis malè facere poſſit. *Nec mirum aut magnum eſt, ait Eraſmus, ſi principes permittant populo quæ velit dicere, cùm ipſis liberum ſit quæ velint facere.*

Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere poſſunt ij, quibus tota Reſpub. commiſſa eſt. *Cicer.*

Przełożony namieſtnik Boży.

In ſacris libris plurima talia habemus. Sed vide quid dicant Ethnici.

ἄρχων

ἄρχων εἰκὼν θεοῦ τοῦ πάντα κοσμοῦντος. *Plutarchus.*
Princeps imago eſt Dei omnia adminiſtrantis.

εἰκὼν δὲ βασιλεὺς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ. *Plato.*
Imago ſpirans quiſque princeps eſt Dei.

ἐμοὶ γε δοκεῖ καὶ ἐκ θεῶν τιμὴ τις καὶ χάρις συμπέπεσθαι ἀνδρὶ ἄρχοντι. *Xenophon.*
Mihi certe videtur & à diſs honorem & gratiam addi viro imperanti.
Hinc illud Cicer. Atrocius eſt patriæ parentem quàm ſuum occidere.
τοὺς ἄρχοντας ὑπηρετεῖν θεῷ πρὸς ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν καὶ σωτηρίαν, *dixit Plutar.*
Principes eſſe Dei adminiſtros in hominum cura & ſalute. Et quale ſui ſimulacrum Deus in cælo poſuit ſolem, tale in Repub. principem. *Idem.*

Przełożony wßyſtkiem iák' cél wyſtáwiony.

Przełożonych wády wßyſcy naylépiéy widzą.

Habet hoc primum magna fortuna, quòd nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur. *Plini. iuni.* Quò ad altiorem honoris gradum quis euehitur, magis in exemplũ ſpectantib patet. *Quintil.* Nec magis ei (*Principi*) quàm Soli latére cõtingit. *Sene.*

Omne animi vitium, tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur. *Iuuenal.*

Sicut in facie lens aut verruca moleſtior eſt, quàm in reliquo corpore mutilatio & cicatrix: ſic exigua peccata magis conſpicua ſunt in principe quàm in alijs. *Plutarch.* τὰ σμικρότατα τῶν ἐλλείμματων μᾶλλον τοῦ ἐπιφανεῖς καὶ ἐνδόξους συνοφλίσκεται. *Plutarch.* Minima delicta illuſtrium virorum calumnijs ſunt obnoxia. *Ideò apud eundem Pericles quoties chlamydem imperatoriam induebat, dicebat:* Animaduerte Pericles, liberis Græcis præes, Athenienſibus præes. &c.

τὰ γὰρ τῶν βασιλέων πάθήματα ἴσασι πάντες. *Euripides.*
Regum affectiones (vitioſas) nôrunt omnes.
Inferior reſcit, quicquid peccat ſuperior. *P. Syrus.*
O Corydon Corydon, ſecretum diuitis vllum Eſſe putas? *&c. Iuuenal.*
Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe
Facta palam, nec poſſe dari regalibus vnquam
Secretum vitijs. &c. *Claudianus Honorium inſtruit.*
Nec vox miſſa poteſt Principis ore tegi. *Ouid.* *V.* Przykład Przełożonych.

Przełożony zły poddánem ßkodliwy.

Grauiſſimus in imperio morbus eſt qui à capite deſcendit. *Caius Secundus.*

ὁ ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται. Putere piſcis ſemper à capite incipit.
Nec enim tantùm mali eſt peccare principes (quanquam hoc per ſeipſum magnum eſt malum) quantùm illud quòd permulti imitatores principum exiſtunt. *Cic.*

μῆλα

μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες. *Homer.* Mali paſtores corrumpunt oues.

Vide Przykład Przeciożonych.

Przemine to.

νεφέλιόν ἐστι καὶ παρέρχεται. *Athanaſius de Iuliano.* Nubecula eſt & pertranſibit. *Simile eſt illud in Pſalmo 36.* Vidi impium ſuperexaltatum &c. tranſiui & ecce non erat; quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.

Przemyſłowiek może.

Quid non ingenio voluit natura licere?

Autumnum ſterilis ferre iubetur hyems. *Martial. de vite hyeme racemos ferente, arte conſeruatos ex autumno.* εὐθυμοσύνη γὰρ ἀρίζηλος θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθυμοσύνη δὲ κακίστη. *Heſiodus.*

Induſtria optima mortalibus hominibus; inertiaverò ſtultitia, peſſima. Thales præuiſa induſtriè vbertate olearũ, oliuetum cõemit & magnã pecuniã collegit. *Cic.*

τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργάσαιντο; *Interpres Ariſtophanis.*

Quid denique eſt quod efficere nequeant manus! *Vel huius exemplo dic:* τί δῆτα γ' ἡ ἀγχίνοια οὐχ εὑρήσει; *A.* Reperire quid tandem nequeat induſtria?

Przełamałeś kredyt u mnie.

Confregiſti teſſeram. *Apud Plautum in Ciſtellaria. ſic mulier dicit adoleſcenti:*

Abi, quære vbi iuriiurando tuo ſatis ſit ſubſidij.

Hic apud nos iam confregiſti teſſeram. i. *fidem amiſiſti. Tralatum ab hoſpitali teſſera, quam hoſpites hoſpitibus dabant, qua exhibita etiam longo interuallo temporis aut loci, hoſpites & poſteri eorum agnoſcebantur, & recipiebantur amicè, hæc verò amiſſa vel fracta fruſtra ſe in hoſpitium ingerebant. Apud eundem in Pœnulo. Pœnus vt probet ſe eſſe Antidamæ filium, ait:* Teſſeram Conferre ſi vis hoſpitalem, eccam attuli. *&c.*

O mi hoſpes! ſalue multùm, nam mihi tuus pater hoſpes fuit.

Apud Horatium Plano ſæpiùs mentito dicitur. Quære peregrinum (*qui te ignorans tibi credat*) vicinia tota reclamat. i. *clamat aſſerens te ſemper fingere fractum tibi pedem.*

Przepłynawszy przynać.

ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν. In portu impingere. ſ. *ex alto redeundo.*

Sic Seneca ei, qui poſt vitam honeſtè & continenter actam, in ſenectute luxuriari cœperat, dixit: Nauem in portu mergis. Fallit portus & ipſe fidem. *Catullus.*

μὴ ἔπαιρε, μή πως τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι γένηται. *Nilus.*

Ne efferaris, ne forte naufragium in portu facias vel fiat.

Sic Charmides Plautinus in Trinummo, vbi audijt filium pergræcatum bona omnia & domũ.

Ego miſer meis periculis, cùm per maria maxima
Vectus capitali periculo, per prædones plurimos
Me ſeruaui, ſaluus redij: nunc hîc diſperij miſer. (*tanquam in portu.*)

Πρὸς τύραις τὴν ὑδρίαν. *Ariſtot.* In foribus vrceum ſeu hydriam. ſ. fregit. *cùm aquatum profectus cum aqua rediret. Solet & aliter hoc explicari, alio verbo ſubaudito. V. Indicẽ.*

Przéd

Przéſádzana płonka nié ſporo rośćié.

Planta quæ ſæpiùs transfertur non coaleſcit. *Seneca.*

ὰ συμφύὴ τὸ φυτὸν θαμὰ μεταφυτευόμενον. *A.*

Tralata ſæpe planta coaleſcere nequit.

Dictum hoc præter proprium ſenſum, verum eſt in multis aliis tralato ſenſu. Poteſtq; accommodari famulis qui ſæpe mutant dominos; diſcipulis, qui artes vel magiſtros; ægrotis, qui medicos; amicis, qui amicos; peregrinis, qui loca &c.

Przéſpi śie/ zápomniß kłopotu. Sen folga fráſunku.

Záśni/ przyśnić śie co wéſołego/ lépßego.

θανὼν καθ' ὕπνους φροντίδων ἴσῃ ἄλυπα.

Mortuus in ſomnis vel ſopitus ſomno abſque curis eris.

νεκρὸς ὁρῶν νεκρῶν ἔξεις πραγμάτων. *Suidas.*

Mortuos videns mortificationem (vacationem) habebis negotiorum. *Vel*

Sopore preſſus nil ages negotij. *Nam ſomnus frater mortis.*

Domitor Somne malorum, requies animi, Pars humanæ melior vitæ.
Placidus lenis feſſumq; foues Pauidum leti genus humanum. *Seneca. Herc. Furēt.*

Przéſkoczyły pieś abo kot tén mur. &c.

Si aſcenderit vulpes tranſiliet murum eorum lapideum. *2. Eſdræ 4.*

Przéſtań ábo przéſtay ná málé.

Minimo te facias familiarem. *Seneca.* Viuitur paruo bene. *Horat.*

——Tuta & paruula laudo Cùm res deficiunt, ſatis inter vilia fortis. *Idem.*

Bene eſt cui Deus obtulit Parca quod ſatis eſt manu. *Idem.*

Viuite contenti caſulis & collibus iſtis,
O pueri——panem quæramus aratro Qui ſatis eſt menſis. *Iuuenal.*
Viuitur exiguo meliùs. natura beatis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti. *Claudian.*

ὰ ὀλίγων δεόμενοι, ὰ πολλῶν ἀπολυχάνουσι. *Plutarch.*

Qui pauca requirunt, non multis exeidunt.

Es modicus voti preſſo lare. *Perſius laudat Cornutum magiſtrum ſuum.*

—— Laudato ingentia rura (*i. ſpernito*) Exiguum colito. *Virg.*

Sic Virgilium explicat Turneb. Cerda Pontan. Aliter Muret. hoc modo: .i. cùm variæ ſint de rebus hominum ſententiæ & iudicia, ad euitandas contentiones permitte alios ſentire vt volunt, & iudicium eorum lauda; ipſe verò quod optimum eſſe iudicas, amplectere. Eodem modo intelligit idem, ſimiles ſententias poſitas ſuprà ſub Znáczey mowi. *vel certè decorum in talibus à ſcriptoribus ſeruatum ait, qui improbis aptas ſententias attribuerunt. quales ſunt ſub* Lékomy o dobre tylko ſtoi mienie. *Vide & illud:* Lauda paruam nauem, magnam onera. *ſub* Lepiéy máło á dobrzé.

Sit mihi quod nunc eſt, etiam minus, vt mihi viuam
Quod ſupereſt æui, ſi quid ſupereſſe volunt dij. *Horat.*

Oportet agrum imbecilliorem eſſe quam agricolam. *Columella.* i. *ne tam vaſtus ſit vt ei colendo non ſufficiat.*

Vt quiſque minimo contentus eſt, ita fortunatam vitam viuit maximè. *Turpilius.*
Potiùs quàm venias in periculum Seruéſne an perdas totū, dimidium face. *Terent.*
νήπιος ὃς οὐκ ἐνόησεν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. *Suidas.*
Stultus non intellexit quantò præſtantius dimidium toto.
οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν ὅτ' ἔυχομαι, ἀλλά μοι εἴη
ζῆν ἀπὸ τ' ὀλίγων μηδὲν ἔχοντα κακόν. *Theognis.*
Non amo diues eſſe nec opto, ſed liceat mihi Viuere paruo, nullū habenti malum.
Non iam prima peto——neque vincere certo. *Virgil.*
μακάριός ἐς' ὀλίγιστα τ' ἐλάχιστα τ' ἀγαπῶν. *A.*
Beatus eſt pauciſſima minimaque appetens.
Quod vult habet, qui cupere quod ſat eſt poteſt. *P. Mimus.*
μὴ βάλε πάντα κρατεῖν μηδ' ἐς πάντα εὐδαιμονεῖν. *Suidas.* Ne velis omnia obtinere, nec in omnibus felix eſſe.
——At ſuaue eſt ex magno tollere aceruo. *Quidam apud Horatium.*
Rct. *Poëta:* Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas. &c.
Idem. Vtar, & ex modico quatùm res poſcet aceruo Tollam.
ὀλίγα πρῆσσε ἵ μέλλεις εὐθυμήσειν. *M. Antonius Cæſar.*
Pauca age vt quietus & hilaris viuas.
Eſt proprius panis ſuper omnia mella ſùáuis. *Anonym. Rhythm.*
Affine, Kto ná málé nič przéſtáć. Co Bóg da. Skromne żyćie. Przyrodzenie mátem śie obeydźić. Kępicy máto. *& ſequens mox.*

Przéſtań ná ſwem. Nič zayrzy nikomu. Przéſtań ná tem co maß.
Vrodźiłéś śie kuchárzem / nič chćiey być málárzem.
Lætus ſorte tua viues ſapienter Ariſti. *Horat.*
Quod ſatis eſt cui contingit, nil ampliùs optet. *Idem.*
Quod adeſt memento Componere æquus. *Idem.* Gaude ſorte tua. *Idem.*
Vltra quàm liceat ſperare nefas putato. *Idem.*
Quam ſcit vteráque libens, cenſebo, exerceat artem. *Idem.*
O fortunatos nimiùm, ſua ſi bona nôrint Agricolæ! *Virgil.*
O bona paſtoris! ſi quis non pauperis vſum
Mente priùs docta faſtidiat. *Idem in Culice.*
— Nobis placeant ante omnia ſyluæ. *Paſtor in Bucolicis.*
Sine me alliatum fungi fortunas meas. *Ruſticus Plautinus.* i. *contentus ſum ſorte mea.*
Neceſſitate quicquid eſt domi, id ſat eſt Habendum. *Plaut.*
Non eſt beatus, eſſe qui ſe non putat. *al.* neſciat. *Seneca P.*
ἴσθι ὄνος τύχη ὄνλιν' ὄνον ταλάιπωρος ἔπραξεν,
ὃς τὸ παρὸν σέργει, ὅστις ἀνὴρ φρονέει. *Recentiorum eſt.*
Eſto aſinus quemcunque aſinum ſors aſpera fecit,
Qui placidè ſortem fert miſeram, ille ſapit.
μὴ ὑπὲρ τὸν πήχυν φρονεῖν. *Lucian. de Philoſopho loquens.* Ne vltra peram ſapias.
i. *ne ſis*

i. ne sis solicitus de pluribus quam tua pera capere possit, seu quantum conditionis tuæ modulus postulat. Affine est illud Polonicum. Dość kożić ogoná po &c. poki wiećić.
Ne postules Deus esse. ὑγιενῶς δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάνεσσι καὶ εὐλογίαν προσθεὶς, μὴ μαλεύσῃ θεὸς γενέσθαι. *Pindar.* Sanam si quis opulentiam auget, contentus possessionibus, & his bonam famam adiungens, ne quærat Deus fieri.

δεκεῖσθαι παρεῦσι καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. *Phocylides.*
Contentus præsentibus abstineas alienis.

μὴ ἔξω βλέπειν. *Plutarch.* Ne prospicias foras: ne ab alio pendeas.

Rebus & in censu, si non est quod fuit antè,
Fac viuas contentus eo, quod tempora præbent. *Cato.*

εἰ μὴ ξυμβαλά ζοι καὶ κτήματα ὡς πάρος εἴη,
ζῆσον τῆς ἀγαπῶν ἃ τέως σοι ὁ καιρὸς ὀπάζει. *Planudes.*

βύβλε δὲ καρπὸς, ἐκ ἀίσσει μέγα τάχιν. *Suidas. vt legit Pierius & vulgò alij.* i. Fructus papyri haud postulat spicam grauem. *Intelligit idem Pierius dictum de homine, qui paruo contentus est & parcè viuens instar eorum, qui papyro tenuiter victitarunt, non desiderat magnas spicas .i. frumenti copiam. alij aliter interpretantur.*
Horatius de se Ode 18. l. 2. Nil suprà (*vltra hæc quæ habeo*) Deos lacesso, nec potentem amicum Largiora flagito, Satis beatus vnicis Sabinis. i. *agro in Sabinis à Mæcenate mihi dato.* Romæ laudetur Chios & Samos & Rhodos absens. *Horat. .i. lauda istas insulas & tamen potius Romæ maneto quàm eas visas.*
Vtere parte tua. *Martial.* Hæc tam rustica malo quàm Britannos. *Idem.*

εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην τενεάτης. *Strabo.*
Est opulenta Corinthus, ego ast fuerim Teneates.

Σπάρταν ἔλαχες, τάυτην κόσμει. *Cic. ex Euripide.* Spartam nactus es, hanc orna. λακωνίζειν. (*mitto nunc alias verbi notiones*) Laconum more vitam agere. *apud quos filius quiuis patris sui artem exercere debuit. Herodotus. Idem apud Sinenses fieri scribit Ioan. Consaluius & apud Indos Petrus Iarricus.* ὑφ' ἅρμασιν ἵππος ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς. *Pindar.* Currui equus, aratro bos. f. *aptus vel iungendus.*
δεῖ μανθάνειν τὴν τοῦ πατρὸς τέχνην. *Dion. Chrysost.* Oportet discere patris artem. .f. *filium.* Bos cùm sis, ne optes ephippia. *Ex Horat. Sic Lupus malè multatus reprehendit seipsum, quòd cocus cùm esset natus, voluerit agere medicum. apud Gabriam. & cantorem vel tibicinem apud Æsopum.* Kiedy byłżé moy oyćiéc śpiéwaćiem/ áni ia bede.

μήποτε δουλεύσασα γυνὴ δέσποινα γένοιτο. *Epigram. Palladæ.*
Si qua ancilla semel fuerat, non sit domina vnquam.

Fortunam velut tunicam, magis concinnam proba, quàm longam. *Apuleius.*

χερσαῖος δ' ὢν, μήποτε χερσαῖος γένῃ.
Terrestris esse ne velis, qui es maritimus. *Ex Æsopi apologo de Cancro in terram egresso & à vulpe deuorato. Potes etiam inuertere, de terrestribus vsurpans.*

χέρσαῖος ὢν, μήποτε θαλάττιος γένῃ.

Terrigena qui es, marinus esse ne velis. *aliter inuertit Hermolaus B.*

ἀπολείπε τῆς σῆς ἁμάξης, τῶν δ' ὄνων ἀδὲν μέλει.

Asinis relictis vtitor curru tuo. *Vel.* Nil cura asellos vehitor in curru tuo. *Gallinam auriferam quidam, ouis aureis non contentus, massam auri sperans, occidit, & nil inuenit. Æsopus. Epimythion addit Planudes:* δεῖ τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι καὶ ἀπληστίαν φεύγειν. Oportet præsentibus contentū esse & insatiabilitatem fugere. Contenti sumus (*vel simus*) hoc Catone. *Augustus apud Suetonium.* i. *Contenti sumus præsentibus qualiacunq; sunt. vt ipse Suetonius explicat. Vel.* Hoc Catone. i. *præsentē statu Reipub. in qua Cato fuit, qui mutari eum noluit. Sic Beroald. ex Macrobio. Aliter Marcell. Donatus.* Hoc Catone. i. *morum correctore & Vrbis moderatore. (seipsum verò intellexit Augustus) sicut Cato faciebat constantissimè ferens omnes varietates & mutationes in Reipublica.* Sors est sua cuique ferenda. *Mamilius.* τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. *Plato, vel* εὖ τίθεσθαι. *Cratinus.* Quæ adsunt boni consule. Præsentibus contentus esto.

μήποτε λυπήσῃ σε, τὸ μή σε τυχεῖν λιθ', ἀλλὰ
τέρπεο πᾶσιν ὁμῶς, εἷς διδόασι θεός. *Làérti.*

Nunquam tristeris, quòd rem aliquam non assequaris, sed
Delectare simul cunctis, quæ tribuit Deus.

Dicimus Hos quoque felices qui ferre incommoda vitæ,
Nec iactare iugum, vita didicêre magistra. *Iuuenal.*

αὐτὸς πενηθεὶς τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει.

Ne pauper ipse effectus inuide habentibus.

μὴ φθονέοις ἀγαθῶν ἑτάροις, — ἐ φθονέῃ μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἠλίῳ αὐγαῖς.
ἐ χθὼν ἐρανίοις ὑψώμασι νέρθεν ἐοῦσα, ἐ ποταμοὶ πελάγεσσιν, &c. *Phocylid.*

Ne inuideas bona socijs. Nō inuidet luna multò præstantioribus solis ra-
Nec terra infrà sita, altis cœlis, Nec fluuij mari. (dijs.

Vas paruum plenum, maiori pleno plenitudinem non inuidet, quia sat habet.
Asinus Æsopi inuidebat equo pabulum copiosum & ornatum splendidum, sed eundem occisum in prælio cernens, mutauit sententiam & se beatiorem illo censuit.
Camelus petens à Ioue cornua & auribus priuatus est. Gabrias.
Pauo à Iunone postulans vocem suauem luscinię, audijt.

Fatorum arbitrio partes vobis sunt datæ,
Tibi forma, vires aquilæ, luscinię melos.
Augurium coruo, læua cornici omina,
Omnesque proprijs contentæ sunt dotibus.
Noli affectare, quod tibi non est datum. *Fàérnus.*

Similis est Epicteti Græci sententia, quam quia longior est Latinè tantùm pono. Memento te actorem esse dramatis (comœdiæ vel tragœdiæ) talis, quale magistro (i. *Deo*) placuerit. Si mendicum te esse voluerit, eam quoque personam industriè repræsentes; ita si claudum, si principem, si plebeium. Hoc enim tuum est,

imposítam

impoſitam perſonam aptè effingere, eam autem eligere alterius eſt. (ſ. *Dei.*) *Et Quintilian.* Hoc mihi paululum terræ & humilis tugurij ruſticum culmen æquitas animi regnum fecerat, ſatiſque diuitiarum erat nihil ampliùs velle.

Si qua ſede ſedes, & ea eſt tibi commoda ſedes,
Illa ſede ſede, nec ab illa ſede recede. *Anonym. rhythmicus.*

Dum ludus bonus eſt, mox ipſum abrumpere præſtat. *Garner.* Przéſtań zé dobrego ßcześćia. *Affine præcedens &* Pilnuy ſwego. Nié káżdy zna co mu zdrowo.

Przéſtań też kiedy. Odpocżni ſobie. Nié ták pilno.

Manum de tabula. ſ. *tolle. Cic. ſuprà. ſub* Pilność wczéśna.

Sed nunc dilatis auerte negotia curis
Et gratam requiem dona tibi, quando licebit Per totam ceſſare diem? *Iuuenal.* *Sic Cic.* Quando nihil ages? Hoc ipſum nihil agere delectat. Artifices oculos feſſos recreare ſolent in lucem prodeuntes. *Seneca.*

Dona præſentis rape lætus horæ, Linque ſeuera. *Horat.*

Huc illa Chremetis: Nullum remittis tempus &c. *ſub* Práćowity.

Interpone tuis interdum gaudia curis. *Cato.*

Φρονίσι δεικὰ τέαις ἔπι καιρῷ χάρματα μίσγε. *Mylius.*

Catena negotiorum abrumpenda eſt ſi explicari nequeat. *Seneca.*

πηδάλιον ὑπὲρ καπνῦ καθίδεα ἢ ἱστίον. *Heſiodus.* Temonem (*aratri vel nauis*) ſupra fumum pone ſuſpende. Ná południa. Contrahere vela. i. *reprimere ſe & remittere conatum ac moderationem adhibere. Henr. Steph. ex Cic. Horat.*

ἔπι καλάμης ἀρόσεις. *Suidas.* In culmo aras. *Auidis agricolis dictum, qui ſolum cultura perpetua exhauriunt. Transfertur ad alia, vt ad eos qui ingenia perpetua commentatione, qui amicorum benignitatem aſſidua poſtulatione exhauriunt. &c.*

τὸ δυσφόρων μεριμνῶν χοινίον λύειν. *Pindarus.* Intolerabilium curarum funiculus abrumpendus. *Affine,* Odpoczynék.

Przéſtánék złégo ábo od złego namilßy.

ἀνάπαυσις ἐστι τῶν κακῶν ἀπραξία.

Benè feriatis à malo, dulce otium. V. Sumnienie dobre.

Przéſtánieß ná nádźiéi / ná śnié / ná obiétnicy. Myśla bedźieß záżywał. Omyliß śie. Ten ći śie ſen nié wyáwi. Przéż ſen bogáty &c.

Somnio beatus. *Cic. qualis paſtor Theocriti ſomnians ſe habere multas oues & capras. Item Luciani Mycillus diuitem ſe eſſe ſomnians.*

κύων ἄγραν ὀνειρώττων. Canis prædam ſomnians. ſ. *inanis eſt.*

κύων ἄγραν μαυλεύεται. *Theocrit.* Canis prædam ariolatur. ſ. *dormiens.*

πᾶσα κύων ἄρτους μαυλεύεται, ἰχθὺα δὲ ἁλιεύς. *Idem.*

Somnia cuncta canum panes, ego ſomnio piſces, *Piſcator ait.*

ἑαυτῷ ὀνειροπολεῖν. Sibiipſi ex ſomnijs diuinare.

— ὅσα ψεύδονται ὄνειροι! *Homer.* Quam multa mentiuntur ſomnia!
ὅσσα ἐν ὀνείρῳ βλέπεται. *vel* φάινονται. *ex Theocrito.*
Quæcunque in ſomnis videntur, vel apparent. ſ. *inania ſunt.*

Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum, *(colit agrum.*
Concuſſaq; famem in ſyluis ſolabere quercu. *Virg. ei dicit qui ſtrenuè non ex-*
Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecum has rationes deputo. *Terent.*

In Captiuis Plauti Paraſitus enumerat multa obſonia, laridum, piſces, porcinam, agninam, pullos gallinaceos, ſcombrum, mollem caſeum, &c. quæ vult ſibi parari ab Hegione diuite ob nuntium lætum quem ferebat; cui ille:

Nominandi iſtorum tibi erit magis, quam edendi copia Hîc apud me.

Affine, Vlié wßyſtko ſie wyiáwi. Omyliłá go nádźiéią. Sen márá.

Przéßłe látá chwalemy / niniéyßie gánіemy.

ἀεὶ τὰ πέρυσι ἑλκίω. *Diogenian.* Semper ſuperiorum annorum meliora.

——— Laudator temporis acti Se puero. ſ. *ſenex. Horat.*

Διαλελῦσι γὰρ τὰ γενόμενα λέγοντες, ἀναμιμνησκόμενοι γὰρ ἥδονται. *Ariſtot. de ſenibus.* Nunquã ceſſant præterita narrare, recolentes enim ea lætantur. *Sic Menedemus Terentij filium caſtigans ait:*

Ego iſtuc ætatis non amori operam dabam,
Sed in Aſiam abij — atq; ibi Simul rem & gloriam armis belli repperi.

οἱ παλαιοὶ κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες. *Plato.* Antiqui meliores nobis & propiores dijs degentes.

Ætas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitioſiorem. *Horat.*

Huc ſpectat fabula de aureo ſæculo ſub Saturno laudatiſſimo & feliciſſimo rege. de quo Virg. Eclog 4. & 1. Georgic. Lucret. l. 5. Ouid. 1. Metamorphoſ. Heſiodus, & tot alij.

Vide Dawność ſtábe zálecenie.

Przéßłe przypadki / ſtoią zá ówiádki. Przéßłe przygody / bronią od ßkody.

Conſilium futuri ex præterito venit. *Seneca.* Ex præteritis æſtimari debent præſentia. *Quintilian.* διδαξίς ἐστι τῶν παρόντων τὰ πέρυσι. *A.*

Doctrina ſunto præterita præſentium.

Diſcipulus eſt prioris poſterior dies. *P. Syrus.*
Nunc ſcio quid ſit amor. ſ. durus, ſæuus, barbarus. &c. *Virgil.*
νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα, βαρὺς θεὸς. *&c. Theocrit.*
Nunc cognoui amorem, grauis ſæuus eſt deus.
Nunc ego & illam ſceleſtam & me miſerum eſſe ſentio
Ah! vix tandem ſenſi ſtolidus! *Terent.*

ἐνιῶς τὰ καινὰ τῆς πάλαι τεκμαίρεται. *Sophocles.* Sapiens noua ex veteribus conijcit. i. *ex præteritis præſentia vel inſtantia.*

Affine, Po ßkodźié. Co zéßkodźiło. Kto śie ná goracem.

Przétoć

Przétoć nié ryczy. *Ruſſi dicunt* Prétoćiém nié ryczyt / áno go niet. *Vide* Toć to ieſt.

Przéz poſty wilk nié tyié.

μόγις ἐνηρέθη χερσὶν ἀλλοτρίαις τραφείς, *A.*

Rarò eſt ſatur, aliena quem nutrit manus. *E Gallicis Garner.*

Auditis (vel Narratis) epulis quis ſatur eſſe queat?

Sic Plautus iocatur ſpectatoribus ieiunis dicens : Saturi fite fabulis.

ἅπαξ ἐχορτάσθη ἄγαν λύκος καθορῶν. *A.* Satur eſſe viſa nō poteſt lupus caprā.

Delegationem iſta res non recipit. *Seneca.* Przéz poſtá / namieſtniká / ábo cudzem ſtárániem tego nié ſpráwiß. *Vide allata ex Gellio ſuprà ſub* Cudze oko *&c.*

Przéz ſpáry patrzy. Widźi nié widząc. Przéglada.

ἀλαοσκοπή. *Suidas. Etymolog. ex Homero.* Cœca ſpeculatio, *cùm ij qui inſpectores eſſe debent, nihil vident, aut conniuent.*

ἀλαοσκοπὴν ἔχειν. Cæcutire vel inaniter ſpeculari *dicitur cuſtos ſupinus.*

Rectè hîc dicetur ἀλλοτρίοις ὄμμασι θεωρεῖν. Alienis oculis aſpicere.

τυφλὸν φανῆναι πάγκαλον πέλει λίαν. *Suidas.*

Cœcum videre eſt omnium pulcherrimum. *Forte ideò quòd facile aduertat fraudes eorum qui in præſentia eius peccant, rati eum verè cœcum eſſe, vt ille qui ſe dormire fingebat. Alij legunt :* τυφλὸν φάνεσθαι πάγκακον πέλει λίαν. *i. peſſimum vel miſerrimum eſt. Sic Volſius. ſed ſenſum nullum prouerbium olentem hîc video.*

μύσαντα φέρειν. *Ariſtides.* Conniuendo ferre.

Przézwiſko podłe / cnoćié / dowćipowi / nié wádźi. Przézwiſko gorßem áni lépßém nikogo nie vczyni. Jáko zwał táko zwał.

τὸν δοῦλον ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθερεῖ. *Euripides.*

Seruile nomen ex bono haud faciet malum.

ἓν γάρ τι τοῖς δούλοισιν αἰσχύνην φέρει
τοὔνομα, τἄλλα πάντα τ' ἐλεύθερον. *Idem.*

Vnum ſeruis verecundiam affert Cognomen, cætera omnia cum ingenuis cōmunia.

Cicero cùm ad honores accederet, monebatur ab amicis vt hoc nomen abijceret, vel immutaret, reſpondit glorians, eniſurum ſe vt hoc nomen Scauris & Catulis illuſtrius redderet. & cùm Quæſtor in Sicilia donum diis argenteum dedicaret, inſcripſit initia duorum nominum Marc. Tull. & tertij loco Ciceris granum ſculpi iuſſit. Apud Plutarch. qui item dicit, ideò Romanos cognomina Cœcorum, Syllarum, Ruforum, Claudiorum & ſimilia non repudiaſſe, vt aſſuefacerent ciues nullum vitium corporis probroſum vel contumelioſum ducere.

Przodki ſławne zły potomek ßpéći.

ἄτιμα τέκνα αἰσχρὸν ἐντίμου πατρός. *A.*

Inhoneſta proles dedecus honeſti patris.

Vtcunque

Vtcunque defecêre mores Dedecorant bene nata culpæ. *Horati. .i.*
Quando à bonis moribus deſciſcunt poſteri, nobilitatem maiorum moribus improbis maculant. Mores maiorũ laudant, eoſdẽ lutulant quos collaudãt. *Plaut.*
Si bono ſunt genere nati, ſi ſunt ingenio malo,
Suapte culpa degener (al. degenere) capiũt genus, ingenuũ improbãt. *Idẽ.*
Sic legit Lambin. alij aliter.
ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι. *Sophocles.*
Natis honeſtè, turpe viuere turpiter.

Przodkować wężłem nie wielka chwała.

ἐν τοῖς πονηροῖς πρωτεύειν ἁδὲν κλέος. *A.*
Laus nulla primus (princeps) improborum ſi audias.
Aleator quantùm in aleæ arte eſt, tantò eſt nequior. *P. Syrus.*
ὁ ἐξοχώτερος ἐν κακοῖς ἐστὶ κακίων. *A.* In ſcelere quò præſtantior es, hoc nequior.

Przodkuié. Przedni.

Ducit agmen. *Cic. Plin. Virg.* Ducit familiam. *Cic. i. principem locũ obtinet. Muret.* χόρδακ' ἑλκύει. *Ariſtophan.* Ducit funem. *Horatius ait:* Tortum ducere funem. *.i. primas tenere, regere, tralatum à ludis & choreis.* *Sic Terentius:*
Tu inter eos reſtim ductitans ſaltitabis. Bedźieſz rzędźił. *Et Virg.*
Sacra canunt funemque manu contingere gaudent.
δάφνις παρὰ ποιμέσι πρῶτος ἐγένετο. *Syneſ. ex Theocrito.*
Daphnis inter paſtores primus euaſit.
πρωτεύεσθαι: τὰ πρῶτα φέρειν. Primas agere: primas ferre. πρωταγωνιστὴς Primus in certamine. πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τρίτος *Iſocr.* Primus, ſecũdus, tertius.
ἀνδρῶν δ' ἐν Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω,
καὶ τύμβος καὶ μέσος, ὁ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν. *Theocrit.*
Ex hominibus Ptolemæus inter primos celebretur,
Et poſtremus, & medius, vtpote præſtantiſſimus virorum.

S. Chryſoſtom. Homilia 6. de Pœnitentia, laudans Pſalmos Dauidis in Eccleſia præ aliis diutnis libris frequentiùs immo quotidie ſæpiùs legi & cantari ſolitos, verba illa, Primus & medius & nouiſſimus eſt Dauid, *repetiit ſepties,* πρῶτος καὶ μέσος καὶ ἔσχατος. ἓν ἔαρ ἐν ὥραις καὶ εἷς ἥλιος ἐν ἀστράσιν. *Baſilius de Gregor. Nazian.*
Ver vnicum in partibus anni, & vnus ſol in aſtris. ſ. *præcellit.*
εἷς πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσι.
Solus ſapit, reliqui ſunt vmbræ volantes. *Cato ſenior de Scipione ſeniore. Plutarch.*
ὀφθαλμὸς ἀνατολῆς Oculus orientis. *Iulianus de Damaſco.*
ὀφθαλμὸς οἰκίας. Oculus domus, familiæ. *Aeſchylus de Oreſte.*
κορυφαῖος *Plato. Ariſt.* Coryphæus. *Cic.* Anteſignanus ſeditioſorum. *Ammian.*
De meliore nota. *Catull.* Optimæ notæ vinum. *Cic.*

ἀνδὼν μεσῶν. *Euripides.* Luſcinia Muſarum. i. *præcipuus. de Palamede.*
πολλῶν αὐτάξιος ἄλλων. *Homer.* Multis alijs par. *Vel*
πάντων αὐτάξιος ἄλλων. Omnium aliorum inſtar.
ἄξιος ὀβελίσκου & ἄξιος τοῦ παντός. *Suidas.* Dignus obeliſco & omni re.
πᾶσιν τοῖς κριταῖς νίκα. *Ariſtides.* Omnibus iudicibus vincit.
Athletæ comitiorum: athletæ pecuarij. *Varro. i. præcipui.*
ἀθληταὶ τῶν καλῶν ἔργων. *Demoſthen.* Principes præclarè geſtorum.
Omni exceptione maior. *Iuſtinian. Budæus.* Primæ claſſis & claſſicus. *Gellius.*
Quaſi in balneis locum *(primum)* occupauit. *Tertullian.*
ἄλφα pro primo vel præcipuo in quouis genere. ſicut hæc litera prima in alphabeto. qua de re eſt apud Platonem diſputatio. Plutarchus etiam in Sympoſiacis varias eius principatus cauſas eruditas affert. Alpha Penulatorum *Martial.* *Hermes. Vide* Wyborny.

Przodkow wády potomkom ßkodliwe.

ὀλιγοῖ γὰρ ἄνδρα κἂν θεραπὺπλαγχνός τις ᾖ,
ὅταν συνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά. *Euripid.*
Deijcit *(ſeruili animo eſſe facit)* virum etiam audacem,
Cùm conſcius eſt matris aut patris malorum.

Hinc Narciſſus libertus ſpretus eſt à militibus, ſuprà ſub Pomni czymeś byl.
Huc facit illud Cicer. Quieſce tu cuius pater cubito ſe emungere ſolebat i. *ſalſamentarius erat.* ἓ πατὴρ τῇ ἀγκῶνι ἀποψυστόμενος, τῇ χειρὶ ἀσχολουμένῃ πρὸς ἁλίπαστα. *Euſtath.* manu occupata in ſalſamentis.

ἀλλ' ὁ μὲν αὐτὸς τίσε κακὸν χρέος, ὃς δὲ φίλοισιν
ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπεκρέμασεν. *Theognis.*

Sed alius *(improbus homo)* ipſe ſoluit malum debitum, alius verò caris
Pœnam poſtmodum *(luendam)* liberis appendit.

Sic Horat. Delicta maiorum immeritus lues Romane.
Nam quod nos legimus Exodi 20. Deuteron 5. cap. & alibi ſæpe in SS. libris, Deum vlciſci peccata parentum vſque ad quartam generationem; *id quoq; plerique Ethnici ſenſerunt, & expreßè habet Plato & Plutarch.* De ſera numinis vindicta. *vbi refert ſeminam Græcam generato nigro infante adulterij poſtulatam, ſed re examinata repertam quarto gradu ab Æthiope procreatam.* *Non temerè etiam interrogârunt Chriſtum diſcipuli apud Ioannem 9.* Quis peccârit, cœcus an parentes eius, vt talis naſceretur?

κῦδος γὰρ τοκέεσσι τέκνων κλέος, ὡς τοκέεσσιν
ὠῶν τοκέων. ξυνὴ δὲ χάρις, καὶ ξυνὸν ὄνειδος. *Nazianzen.*

Vt parentum gloria filijs honori eſt, ita parentibus
Filiorum *(gloria gloriam affert)* Cõmunis gratia commune probrũ *(vtrisq;)*

Przyczyniać trzebá / chlébá do chlébá.

ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει, ὃ δ' ἀλύξεται αἶθοπα λιμόν. *Heſiodus.*
Qui verò et quod eſt addit, is effugiet atram famem.

Laus (*vel Res*) noua niſi oritur etiam vetus amittitur. *P. Syrus.*

ἂν μὴ προσαύξῃς νέον, ἀπολέσεις τὸ παλαιόν. *A.*

Detrahere videtur prioribus qui non adijcit aliquid. *Quintilian.*

De magnis diuitijs ſi quid demas, plus ſit an minus? *Plautinus pater interrogat filium profuſiorem. Reſpondet filius*: Minus pater.

Przydátek nié ſtoi zá dátek. Głupſtwo przydátek mieć abo robic zá ſtátek.

Liſt ogon nie idźie w towar/ nié wydźie zá towar.

παρεργον ἔργον ποιεῖσθαι. *Ex Platone, Galeno.* Acceſſorium operis loco agere. *ſtultitia eſt ex Polybio. Sic Nazianzen.*

ἔργον πάρεργον ἀδαμῶς ἔργον λέγω.

Opus ego non voco, quod acceſſorium eſt. *Et Agathon apud eundem.*

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ἡγούμενοι,

τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμενοι. (mus.

Operis habemus in loco acceſſorium, Et inſtar acceſſorij opus abſolui-

Sapienter Pior monachus, roganti, cur ambulando cibum caperet, reſpondit:

ὅτι ἐ βέλομαι τῷ βρώματι ὡς ἔργῳ χρήσασθαι, ἀλ' ὡς παρέργῳ.

Quia nolo cibo vacare tanquam operi, ſed tanquam acceſſorio, obiter agendo.

Διὸ τ πραγμάτων τὴν εὐωλίαν σεμνύῃ, *Ariſtides.* A bellarijs epulum cõmendare. i. *rei principali ex additamento laudem quærere. ſ. ineptum eſt, quia hoc illud non adæquat.*

Przydátek podczas ſtoi zá dátek, abo lépſzy niż dátek.

Lépſze wéty niż obiad.

Mantiſſa vincit obſonium. *Lucil. Feſtus. Cùm additamentum maius vel melius eſt principali. tralatum à mercatura, vbi merci aliquid manu tenſa (i. protenſa, extenſa, & priſcè teſa, vnde manteſa. Scalig.) adijcitur.*

τὸ ἐπεισόδιον πολλαπλάσιον τῶ κεφαλαίω. *Baſilius.*

Additicium maius capitali vel acceſſorium principali. *apud IC.*

πολλάκις τὰ ποτήρια χρυσᾶ ὄντα χαρίζεται ὁ βασιλεὺς, οἷς πρωτίνει *Vlpian. Rhet.*

Sæpe etiam ipſa pocula aurea donat rex, quibus propinat.

Quadrat locus Polonicus. Lépſzy ábo droższy wezét niż powroz. *de furante bouem ſune tractum, nodi enim nomine bouem intellexit.*

τὸ προοίμιον τ ἐν Χαλκίδι δείπνων, κρεῖττον τ ἐν ἄστει παρασκευῆς *Hegeſander.*

Proœmium cœnarum in Chalcide (*oppido*) ſuauius eſt quàm totus in vrbe (*Athenis*) apparatus. *Paraſitus apud Athenæum dicit. Protogenes pinxit accuratè Satyrũ, ſupra quem appendicis inſtar perdicem appoſuit, quam, cùm magu homines quam opus ipſum mirarentur, & perdices viua aduolarent, deiecit, nolens parergon opere ipſo melius videri. Strabo.* *Affine*, Wiekſza komorá niż ſtodołá.

Przyczoda pewna przyiaciol i nieprzyiaciol probá.

Nieſzczeſcie pokázuie/ kto prawdźiwie miłuie.

Amicus certus in re incerta cernitur. *Ennius apud Cicer.*

Omni

Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtijs eō probatur. *Pron. 55.17.*
Non agnoſcetur in bonis amicus, & nō abſcōdetur in malis inimicus. *Eccleſiaſtic.12.*
Is amicus eſt, qui in re dubia, te iuuat, vbi re eſt opus. *Plaut.*
Deſerere illum & deiuuare (*non iuuare*) in rebus aduerſis pudet. *Idem.*
Paucos amicos rebus aduerſis proba. *Auſoni.* Nunc tempus
Dum trepidæ res & medicinam vulnera poſcunt. (*Silius.*
Is locus officio, cùm ceſſant proſpera, cumq; Dura ad opem fortuna vocat—
Fidem ſecunda poſcunt, aduerſa exigunt. *Seneca Agamemn.*
παῦροι δ' ἐν πόνῳ βροτῶν περὶ καμάτῳ μεταλαμβάνῃ. *Pindarus.*
Pauci homines in ærumna fideles ſunt laboris participes.
ὁ χρόνος δείκνυσι τὸν φιλήμενον. *Ariſtot.* Tempus indicat quis verè amet.
φίλοις ἀτυχοῦσιν ὁ αὐτὸς ἴσθι. *Periander.* Amicis infelicibus eundem te præbe.
Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides. *Ouid.*
κρίνει φίλους ὁ καιρὸς ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ. *Menander.*
Probat ignis aurum velut amicum occaſio.
τὸ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν *Iſocrates.* Aurum in igne exploramus, amicos autem in aduerſis dignoſcimus.
Non facile diiudicatur amor verus & fictus, niſi aliquod incidat eiuſmodi tempus, vt quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis aliquo periculo perſpici poſſit: cætera ſunt ſigna communia. *Cic.*
παύρους κηδεμόνας πρὸς ἔυροις καὶ ἑταίρους,
κείμενος ἐν μεγάλῃ θυμῷ ἀμηχανίῃ. *Theognis.*
Paucos propinquos inuenias fidos ſocios, Poſitus in magna animi anguſtia.
Tempore felici, non cognoſcuntur amici,
Sorte patet miſera, quàm ſit dilectio vera. *Garner. ex Anonymo.*
Affine, Przyiaćiel fałßywy. Przyiaćiélé zá ßcześćiem ida.

Przygody ćędnáia niészgody. Przygody náuczą zgody.

Powßéchne przygody gáßą prywatne niészgody.

Commune periculum concordia propulſandum eſt. *Tacit.*
ζωάγει τοὺς ἀνθρώπους κακὰ, ὅταν ᾖ ταὐτὸ βλαβερὸν ἀμφοῖν. *Ariſtotel.* Conciliant homines mala, quando vtriq́ue parti inimicorum noxia occurrunt. *nam eos conſpirare facium ad reſiſtendum & repellendum.*
Græci diſcordes vrgente hoſte faciunt Syncretiſmum, συγκρητισμὸν .i. conſpirationem concordem. *ſic dictam à Cretenſibus qui id in more habebant. Plutarch.*
Sic apud Curtium Sudracos & Mallos bellare inter ſe ſolitos, imminente Alexandro, iunxit periculum ad reſiſtendum ei.
μολιονίδαι, ὃς κοινωνία συμφορῶν ἐγνώρισε (*al.* ἔζευξε.) *Nazianzen.* Molionidæ, quos ſocietas periculorum notos fecit, (*al. coniunxit.*) *Plutarchus ait, Molionidarum corpora in vnum coaluiſſe exiſtimatum fuiſſe. Scorio al. Scorus Dacorum dux, vo-*

lens ſuos reprimere à Romanis bello ciuili diſtractis laceſſendis, duos canes publicè commiſit, quibus acriter pugnantibus lupum repente obiecit, quem illi omiſſa priuata rixa mox inuasêre & confecêre. Rhodigin. Fulgoſus. *Lydi & Medi ad pugnam inſtructi Eclipſi ſolis obortâ, aciem reliquerunt, & amici facti diſceſſerunt. Herodotus.*

Otio diſcordiæ nutriuntur: at vbi neceſſitas incubuit, poſtpoſitis priuatis odijs, in commune conſulitur. *Oroſius.*

τὰ παραπλήσια ἢ ἴσα τὰ ἀμφοῖν πάθη εἰς εὔνοιαν. *Philoſtrat.* Similes & æquales vel eædem calamitates duobus (*accidentes*) ad beneuolentiam (*faciunt.*)

ὅσοι ἂν κοινωνήσωσι ξυμφορῶν, ἀγαπῶσι ἀλλήλους, τὸ ἔλεον δ' ἐλέῳ ἀμειβόμενοι. *Idem.* Qui ijſdem malis communicant, diligunt ſe viciſſim, miſericordiam miſericordia rependentes. Vt captiui, naufragi: ægri &c. Spolna nedzé wiazé ludźi.

Nicias & Alcibiades principes Athenienſes diſſidentes, cùm alteruter eorum de exilio periclitaretur, conſpirantes exilium Hyperbolo conſciuerunt. Plutarch.

Przygody po ludźiách nié po drzéwách chodzą.

κινδυνοι ἀνθρωπον μᾶλλον βροτῶν. *A.*

Pericula homines per meant non arbores. *Sic Cic.* Omnibus fortunæ telis propoſita eſt vita noſtra. V. Człowiékiem śie znay. Co mnié dźiś.

Przygodźi śie to. Káżda rzéczy ná co śie swego czáſu przygodźi.

τὸ σοκεῖν ἀχρήσιμον, ποτ' ἔσαι χρήσιμον. *A.*

Quod inutile tibi videtur, olim erit vtile.

Tam malè níl cuſum quod nullum proſit ad vſum. *Anonym.*

Sordida, ſed gelido non aſpernanda decembri. *Martial. de veſte craſſa villoſa.*

Vide Schowáć nié zkodźi.

Przyiaćiel chlebowy / ſtołowy / niépéwny.

Przyiaćielá chleb doſtánié / lécz táki predko vſtánié.

Eſt amicus ſocius menſæ & non permanebit in die neceſſitatis, *Eccleſiaſtici 6.*

πολλοὶ τραπέζης ἀλλ' οὐκ ἀληθείας φίλοι. Sũt veri amici pauci, at eſcis plurimi.

Hunc quem cœna tibi, quem menſa parauit amicum,
Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ!
Aprum amat, & mullos, & ſumen, & oſtrea, non te;
Tam bene ſi cœnem, noſter amicus erit. *Martial.*

Talis amicitia Græcis eſt χύτρας φιλία. Ollæ amicitia. *de eadem illud eſt:* ζεῖ χύτρα; ζῇ φιλία. Feruet olla? viuit amicitia.

Captum te nidore ſuæ putat ille culinæ, Nec malè coniectat. *Iuuenal.*

Diffugiunt cadis Cum fæce ſiccatis amici Ferre iugum pariter doloſi. *Horat.*

Errat qui amicum quærit in atrio, probat in conuiuio. *Seneca.* Cui τὸ χεῖρων ὕδωρ ἥδιστον. *Athenæ.* Suauiſſima eſt aqua quæ manibus infunditur pranſurorũ. βάλλ' ἐς κόρακας. ὡς ἀληθῶς εἰσιν οἱ φίλοι οἱ φαινόμενοι παραχρῆμα, ὅτ' ἂν πράξῃ

πεάπη ἰς id. *Aristophan.* Abijce ad coruos. quàm molesti sunt amici apparentes statim, cùm alicui res sunt prosperæ.

Tales Eupolis. οὐ μὴ τάγλωον ἐ μὴ τ' ἄρεσον φίλους. *vocat.*

Veros amicos prandij & sartaginis.

Hi diligunt amicum, ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. *Socrates.* Vt lupus ouem diligit.

Sic Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciua capella. *Virg. ob suum commodum.*

Przyiaćiel dobry ktory dogodźi / nié daley iedno poki śie godźi.

φίλος μέχρι βωμῶν. *Plutarch.* Amicus vsque ad aras .s. *debet esse.*

Vide sub Prawde nád przyiaćiélá przékłáday. *Illustrat hoc ille Senarius.*

δίκαιος εἶναι μᾶλλον ἢ χρήσιμος θέλε. Magis esse iustus quàm súáuis elige.

Phocion rogatus à genero de pecunia reo, vt sibi in iudicio patrocinaretur respondit, se generum sibi ad honesta & iusta adsciuisse & discessit. Plutarch.

Przyiaćiel do przyiaćiela idźie choć niézaproßony.

ἄκλητοι κωμάζουσιν εἰς φίλους φίλοι. *Suidas. Eustathi.*

Non vocati conuiuaturi veniunt ad amicos amici.

αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴενται. *al.* ἴασιν.

Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum. *Plato apud Atheneum.*

μυκωνίων δίκα. Myconiorum more. *s. accedere ad conuiuium vicini non vocatum. is enim mos erat Myconiis. Zenodot. Hinc* μυκόνιος γείτων. *Suida.* Myconius vicinus. *Talis apud Terent. Phanias de quo Chremes ait:*

Monere oportet me hunc vicinum Phaniam
Ad cœnam vt veniat. ibo visam si domi est. (*Postquam inspexit addit.*)
Nil fuit opus monitore, iam dudum domi
Aiunt præsto apud me esse: egomet conuiuas moror.

Parasiti etiam tanquam humiles & viles amici omnium ad quosuis veniunt inuocati, & se conuiuiis inserunt. Sic in Captiuis Ergasilus ait de se:

— Inuocatus esse soleo in conuiuio — nos Parasiti
Quos nunquam quisquam neq; vocat, neq; inuocat. *In Sticho*

item Gelasinus ingeniosè lepidè & multis se insinuat in conuiuium duorum. actu 4. scena 2.

ἀγαθὸς πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἑστιασόμενος ἦκον, κοιναὶ γὰρ τὰ τῶν φίλων. *Athenæ.*

Bonus ad bonos viros conuiuaturus veni. Nam omnes res amicorum communes.

Przyiaćiel do przyiaćiéla zalet nié potrzebuié.

ὁ δεῖται ὁ φίλος πρὸς φίλον τῆς ἐπιδοχῆς. *A.*

Amicus ad amicum commendatione non eget,

Sic Martialis mittens librum suum amico dicit:

Vis commendari sine me cursurus in vrbem,
Parue liber multis? an satis vnus erit?
Vnus erit mihi crede satis — Iulius. &c.

Protinus hunc adeas, primiq́ue in limine tecti &c.
—— Vos. dices, Marcus auere iubet.
Hoc ſatis eſt. alios commendet epiſtola. peccat
Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis.

Sic S. Paulus 2. Epiſt. ad Corinth. c. 3. Nunquid egemus (ſicut quidam) commendatitijs epiſtolis ad vos aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis. &c.

Przyiaćiel fałßywy w nießczęściu odbiéży. Przyiaćiel w przygodzie rzadki.

Cùm fortuna manet, vultum ſeruatis amici,
Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga. *Petroni.*

Simile eſt illud Ouidij. Donec eris felix. *Item.* Dum iuuat. &c. *Et Vulgare:* Tempore felici. *ſub* Przyiaćiélé zá ßczęściem ida.

At vulgus (*amicorum*) infidum & meretrix retrò Periura cedit. *Horat.*
Diffugiunt cadis Cum fæce ſiccatis amici Ferre iugũ pariter doloſi. *Idem.*
ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.
Viri ſiti in malis amici ſunt procul.

Symbolum talium eſt hirundo, *quæ Vere aduolat, hyeme auolat. Hirundines, inquit Plini. ſub tectis hominum nidulantur & tamen non aſſueſcunt nec fidunt homini.* Sic (*vt inquit Cic.*) qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſecuti ſunt; hi ſimul ac fortuna dilapſa eſt, deuolant omnes.

Hinc Pythagoræ dictum apud Plutarchum. ἀμφιβίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. Sub eodem tecto hirundines ne habeas. *Applicatur hoc & garrulis.*

Similis apologus eſt de Leporibus, qui cum Vulpibus ſocietate inita, eas tum aquilis pugnaturas deſeruerunt. *Vide Theognidis* παύρους *& Pindari.* πάνυ *ſub* Przygodá.

Przyiaćiel téż co prawdę mowi, nie co pochlebia.

πρὸς ἡγοῦ μὴ τοὺς πᾶν ὅτι ἂν λέγῃς ἢ ποιῇς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς ἁμαρτανομένους ἐπιμωμένους. *Iſocrates.* Fideles exiſtima, non eos qui quicquid dixeris aut feceris laudant, ſed eos qui errata reprehendunt. *Simile illud Prouer. SS. c. 27.* Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis.

ἐ δύναταί μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι. *Phocion Antipatro.* Non potes mecum amico & adultore vti. *Plutarch.* Pochlebcá nie może być dobrem przyiaćiélem.

Vide Prawdę nád przyiaćiélá przekładay. Przyiaćiélá népomni.

Przyiaćiel niéßczery, obłudny, ſłowny.

λόγῳ γλώσσης φίλος: Lingua amicus. Verbo vel ſalute tenus amicus.
λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην. *Sophocles.*
Verbis amicam diligentem haud diligo.
φίλος ἐν χρῷ. *Suidas.* In cute amicus.
μὴ μ' ἔπεσιν φίλει στέργε, νόῳ δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλῃ. *Theognis.*
Ne me diligito verbis cùm mens alibi ſit.

πρᾶγμα

πρᾶγμα μέν ἐσθ' ὁ φίλος πάνυ δύσκολον, εἰσὶ δὲ πολλοὶ
καὶ σχεδὸν οἱ πάντες μέχρι προσηγορίας. *Idem.*

Res eſt difficilis quidem amicus, ſunt quia multi
Atque adeò cuncti pænè, ſalute tenus.

μή μοι ἀνὴρ εἴη γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ ἔργῳ,
ξείνιά τε καὶ χεῖρ. *Idem Theognis.*

Ne lingua mihi quis ſit amicus, aſt mage facto, Atq; opibus manibuſque.

μήποτε γένοιτ' ἀν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός. *Sophocles.* Nullum hulcus eſt moleſtius amico malo. *Lege Martialis ep. 43. lib. 2. In Candidum. quod ua claudit.*

Ex opibus tantis veteri fidoque ſodali
Das nihil, & dicis Candide, κοινὰ (πάντα) φίλων.

.i. Omnia amicorum ſunt communia. *Contra hos eſt illud:*

δεῖ σοῦ φιλοῦντος πίστιν ἀ λόγος ἔχειν.

Non verbo oportet eſſe amicum ſed fide. *Item illud:*

οἵ τ' εὖ μὲ βάζουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι. *Homer.*

Qui rectè dicunt, à tergo aſt praua volutant.

Multi more iſto atque exemplo viuunt, quos cùm cenſeas
Tibi amicos, reperiuntur falſi falſimonijs,
Lingua factioſi, (*largiloqui, promittentes facile ſine vllo effectu*) inertes opera, ſubleſta (*tenui, leui*) fide. *Plaut.* Tragœdos amicos æmulatur. *ex Suida. Vnguentum tantùm delectat; pharmacum & delectat & vtile eſt: ſic adulator & amicus. Ex Plutarcho.* V. Vliéßczery.

Przyiaćiel przytomny lépßy niż brát odległy.
Przyiaćiel odległy niepożytéczny.

κρείσσων φίλος ἐγγὺς (*al.* γείτων) ἢ ἀδελφὸς μακρὰν οἰκῶν. *Prouer. SS. 27.* Melior eſt amicus propè, (*vicinus*) quam frater procul degens.

τηλοῦ φίλοι νάιουσιν, οὐκ εἰσὶν φίλοι. *Athenæ.*

Non ſunt amici, amici qui degunt procul. *Nam locorum ſeiunctio, Ariſtotelis iudicio, officia quotidiana interrumpit, quæ vicinia exercet. Si tamen abſentia non ſit diuturna, & literis amicitia foueatur, non eam dirimit diſtantia, ſed vſum eius tantùm, dicit idem.* *Nam* Vulgus amicitias vtilitate probat. *Ouid. ait:* *Et Heſiodus.* Vicinos potiſſimùm ad conuiuium inuitare ſuadet, *dicens.*

καλεῖν ὅστις σέθεν ἔγγυθι ναίει .i. Vocandus quiſquis iuxta te habitat.

Adde illud Ariſtotelis de fratre vel cognato procul degente.

πολλὰς δὴ φιλίας ἀποστηγοέα διέλυσεν.

Multos colloquium rarum (*vel nullum*) diſiunxit amicos. *Illud autem* *Heſiodi* μηδὲ κασιγνήτῳ ἴσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.

Nunquam germano fratri eſt æquandus amicus. Co brát to brát. *Oppoſitum*

positum videtur esse præcedentibus, sed non est. intelligendum enim est de fratre præsente & benevolo, non de absente vel parùm affectionet amante.

Affine, Sąsiad dobry zá brátá ſtoi.

Przyiaćiel ſtoi zá dzieci / zá potomſtwo / zá powinowate.

Quando habeo multos cognatos, quid opus ſit mihi liberis. *Plaut. & dat cauſam.* Illi me curant, viſunt quid agam, quid velim, ad prandium & cœnam vocant. *&c.*

ὁμοφροσύνη μεγίστη ἐστὶν ἐγγύτης. *A. i.*

Coniunctio animi maxima eſt cognatio. *P. Syrus Mimus.*

σοῦ μὲ ξυγγενεῖς ἡ τύχη μεθ' ὑμῶν καθέστησε, σοῦ δὲ φίλους ἡ σοφίσασα καλοκαγαθία παρεσκεύασε. *Demoſthenes.* Cognatos, fortuna tibi ſocios conſtituit; amicos verò ſua probitas benevolos reddidit.

Plùs in amicitia valere ſimilitudinem morum quàm affinitatem, *ait Cic.*

ἡ ὁμοιοτροπία συγγενῶν παραφέρει. *A.* *Id quod Cicero dixit.*

Præclarè Cæcilius I C. apud Gellium. Populus, *inquit,* Romanus clientem in fidem acceptũ, cariorem haberi quàm propinquos, tuendũq; eſſe contra cognatos cenſuit.

νόμιζ' ἀδελφὲς σοῦ ἀληθινὸς φίλους. Veros amicos cenſeas fratrum loco.

ἐκ ἔστιν ἕδος κτῆμα κάλλιον φίλου. Non eſt amico vlla melior poſſeſſio,

ἐς ὄμματ' ἐσθ' ὅτῳ φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ. *Euripid.*

Dulce eſt tueri hominis amici lumina. Miła rzecz przyiaćiel.

Miło pátrzyć ná przyiaćielá.

Przyiaćiel wierny rzadki / drogi.

Nimium difficile eſt reperiri amicum, ita vt nomen cluet,
Cui tuam cùm rem credideris, ſine omni cura dormias. *Plaut.*
Pauci ex multis ſunt amici homini qui certi ſient, *Idem.*
Nihil homini amico eſt opportuno amicius,
Sine tuo labore quod velis, actum eſt tamen. *Idem.*

πιστὸς ἀνὴρ χρυσῶ τε καὶ δεργύρῳ ἀντιφυτάων ἄξιος. *Theognis.*

Argento æquandus eſt auroque fidelis amicus.

φίλους ἔχων νόμιζε θησαυρὸς ἔχειν. Habens amicos hoſce theſauros puta.

Terentij Antipho de Phormione ait. Solus eſt homo amico amicus. i, *ex animo amicus & nil recuſat amici cauſa ſubire.* *Sic & Apollodor.*

μόνος ἐπίσταται φιλῶν σοῦ φίλους. Solus ſcit amare amicos.

ἐσθ' ὅτι μέλει σοι τῶν σκευαρίων μοι, τῶν φίλων γὰρ εἶ φίλος;
ἔργοισι χρηστὸς, ἐν λόγοις ἔφυς μόνον. *Ariſtophan.*

Nil moror Dicteria, cùm ſim amicorũ amicus Factis vtilis nõ verbis tantùm.
Nil ego contulerim iucundo ſanus amico. *Horat. al.* ſincero. *legit Lambin.*

Ferentarium amicum *vocat Plaut. qui amico indigenti celeriter fert auxilium.*

Quinquaginta amici peponũ more probandi ſunt, antequã vnus inueniatur. *Garner*

καπανεὺς ἐσθ' ἑτέρου, ὃς βίου μὲν ἦν πολὺς, *&c.*

φίλος.

Φίλος τ' ἀληθὴς ἦν, φίλος παρεσί τε
καὶ μὴ παροῦσιν, ὧν ἀριθμὸς ὀ πολύς. *Euripid.*
Iste eſt Capaneus, cui amplæ erant fortunæ (*alimenta*)
Eratq; verus amicus, amicus & præſentibus
Et abſentibus, quorum numerus non magnus.

Przyiaćiela bácznie obieray, á obrawßy mocno trzymay.

Φίλους μὴ ταχὺ κλῶ, ὃς δὲ ἂν κλήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. *Laërti.*
Amicos ne citò pares, quos autem paraueris, ne reijcito.
Οὐ χρὴ τὰς τ τυχόντων ὁμιλίας προσδέχεσθαι. *Demoſthen.* Non oportet obuium quemque in familiaritatem recipere.
Βραδέως μὲν φίλος γίνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν. *Iſocrates.*
Tardè fias amicus, factus autem ſtude perſeuerare.
Amicitiam deſultoriam *vocat Budæus, cùm quis ex commodo & vſu ſuo amicos mutat, quod vitioſum & vituperandum eſt.*
μήτε μετὰ βλάβης πειρῶ τ φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τ ἑταίρων θέλε. *Iſocrat.*
Neque cum damno, offenſa tentes amicos, nec inexpertus eſſe amicorum velis.
ὁμοίως αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. *Idem Iſocrat.*
Aequè turpe eſt nullum amicum habere, & multos commutare.
Amicitia quæ deſinere potuit, nunquam vera fuit. *Seneca.*
Amicitias immortales eſſe debere, *dixit Liuius.* *Et Pythagoras apud Plutarchum:* μὴ παλὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. Non cuiuis dextra injicienda.
Οὐδ' ἄνθρ χρόνος φίλος. *Ariſtot.* Non eſt amicus abſque temporis mora.
οὐδεὶς ἐραστὴς ἔστιν ὃς οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. *Euripid.*
Non eſt amator quiſquis haud perpetuò amat.
Vel Nil valet amicus quiſquis haud perpetuò amat.
Χάριν δὲ γηράσκουσαν ἐχθαίρω φίλων. *Idem.*
Odi ſeneſcentem inter amicos gratiam.
Ἄρτον μὴ καταγνύειν *Pythagor.* Panem ne frangas. i. *amicitiam, quæ pane conciliatur ne diſſoluas.* *Simile eſt* Salem & menſam ne tranſgrediaris. *Vide infrà.*
Vinum nouũ, amicus nouus: veteraſcet, & cum ſuauitate bibes illud. *Eccleſiaſtic. 9.*
Verum eſt id quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiæ munus expletum ſit. *Cicer.* *Ex Ariſtotele qui ait:*
οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους, πρὶν λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι.
Fieri nequit vt nos inuicem pernoſcamus, priùſquam quem dicunt modium ſalis abſumpſerimus. Nemini fidas niſi cum quo modium ſalis abſumpſeris. *Eraſm.* *Garner. Gallic.* *Theocritus de amicorum delectu ſic habet:*
——— ποίησαι καλιὰν μίαν ἐν ἑνὶ δένδρῳ. *& poſt longam allegoriam addit:*
φίλει δ', ὥστε ζώης τὸν ὅμοιον ἔχειν ἀεί. *i.*
Fac nidum vnum in vna arbore, &c. Ama vt habeas ſemper ſocium vitæ ſimilem.

Amicum habe vt nomiſma ante vſum probatum, non demum in ipſo vſu reprehenſum. *Plutarch. præcipit.* Vlmo etiam arefactæ vitis adhæret, ceu olim virenti. *Alciat.* *Affine*, Człowiekà trudno poznáć.

Przyiaćiélá iáwnie chwal / táiemnie napominay.

Secretò amicos admone, lauda palam. *P. Syrus.*

ἄινει σαφῶς, παίδευε λάθρᾳ τὸν φίλον. *A.* *Huc Plutarch. accommodat verſum illum Homeri:* ἄγχι χὼν κεφαλὴν, ἵνα μὴ πάλυβοιαθ' οἱ ἄλλοι.

Admoto capite vt reliqui exaudire nequirent. *Sic cum Socrates acriùs quendam diſputando vrgeret, dixit ei Plato:* Nónne præſtabat hæc priuatim loqui? *Cui ille:* Et tu non rectiùs me hoc ipſum monuiſſes? *Apud Plutarch.* Morbi turpis & peccati occulta detectio & ſanatio eſſe debet. *Idem Plutarch.*

Przyiaćiela ſobie ſzanuy / á z niego lekce nieżartuy.

ἄλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. *Pythagor.* Salem & menſam ne tranſgrediaris. i. *ius amicitiæ ne violes.*

Amicum lædere ne ioco quidem licet. *P. Syrus.*

κἂν παιγνιωδῶς φεῦγε καρπομεῖν φίλον. *A.*

Nolis amicum per iocum quoque carpere. *Nam iocus ſæpe veritatem occultat. V.* Żárt obráźliwy. *&* Żártem śie prawdy námowić. ὕβρις ἐρωτὸς λύτ. *Anthol.* Iniuria ſoluit amorem. Dictum quàm amicum perdere magis elige. *Ex Quintil.* μὴ μὴ βλαβῆς πειρῶ τὸν φίλον. *Iſocrat.* Ne cum damno vel nocumento (*amici*) explora vel tenta amicum.

Qui vult conſeruare amicum, illi multa agenda non committat. *Garner.*

ἄδικον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἐκτὸς. Iniquum amicos abſque cauſa offendere.

Litem inferre caue cum quo tibi gratia iuncta eſt. *Cato.*

νείκεα τοῖς ἑτάροισι κεμείζειν πάγχυ φυλάσσω. *Planudes.*

Przyiaćiela ſtarego nie opuſzczay / dla dawnego.

Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit ſimilis illi. *Eccleſiaſtici 9.*

νεὸς φίλους ποιῶν, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου. *Hermol. Barbar.*

Nouos parans amicos, veterum ne obliuiſcaris. *Apud Plautum Captiuus conuictus quod conſulens veteri ſodali, deceperit herum nouum, dicit:*

Quid tu vna nocte poſtulauiſti & die,
Recens captum hominem nuperum & nouitium
Te perdocere, vt meliùs conſulerem tibi,
Quàm illi, qui cum vnâ puero ætatem exegeram? *Apud eundem Truculento.* Amicus laudatur quam veterrimus: amator autē recens vt piſcis. *In Aſinar.*

Przyiaćiélá ty zrzadź poznaſz prawego / teśli miłuie ćiebie nie co twego.

Meipſum ames non mea, ſi verè amici futuri ſumus. *Cicer.*

ὁ φιλῶν ἀληθής ἐς' ὁ με φιλῶν ὐ τὰ μᾶ. *A.*

Qui me amat, amicus verus eſt, non qui mea.

Verus

Verus amicus erit, qui plùs me quàm mea quærit.
Qui mea plùs quærit, falsus amicus erit. *Anonym.*

Przyiaćiélá wiec napomni / gdy przyſtoynośći zápomni.

Amici vitia si feras, facis tua. *P. Syrus.* *Sensus est:*
Si amicum errantem non admones, tu ipse culpandus es.

φίλον δ' παραινῶν ἀλιτέσθαι, ὄφλει ψόγον. *A.* *Sic Plaut.*
Sed tu ex amicis certis mihi es certissimus,
Si quid scis me fecisse insciteè atéque improbè,
Nec id accusas; tu ipse obiurgandus es scio.

τὸ πρόσωπεῖον τῆ φιλίᾳ ἀφελεῖν. Persona amicitiæ detrahenda est: *quod sit cùm quod sentimus dicimus amico.* ἀγαθὴ δὲ παραίφασις ἐπὶ ἑταίρῳ. *Homer.*
Bona est admonitio amici. Amicũ castigare molestũ sed vtile. *Plaut.* *V.* Báránie pożytécżne. φίλον πρὸς ἄνδρα χρὴ λέγειν ἐλευθερῶς. *Euripides.*
Amicum amico liberè loqui est opus.
Corripis vt debes stulti peccata sodalis. *Ouid.*
Quando mones aliquem, nec se velit ipse moneri,
Si tibi sit carus, noli desistere cœptis. *Cato.*
νουθετήσῃς ἀμελοῦντα παραίνεσιν ἀνδρὶ προσάψας,
εἰ φίλος ἐστὶ τέως, μηδὲν σοι παυσέσθω ἔργον. *Mylius.*
Sed rectè addit Isocrates: θυμουμένοις μὲ αὐτοῖς εἶκων, πεπαυμένοις δ' τ ὀργῆς ἐπιπλήττων.
Ira commotis illis (*amicis*) cede, ab ira vacuos & quietos increpa.
Affine, Przyiaćiel iéſt co prawde mowi.

Przyiaćiélá w niéſzczęśćiu nié odſtępuy / ále rátuy.

μὴ φεῦγ' ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον. Ne fugito amicũ dum obrutus malis iacet.
σοῦ φίλους ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν. *Euripides.*
Prodesse amicis conuenit amico in malis.
ἀθλίας νόμιζε τῶν φίλων τὰς συμφοράς. Aduersa amici cuncta reputato tua.
ἐν τοῖς κακοῖς δὲ σοῦ φίλους εὐεργέτει. Beneficus infelici amico vt sis stude.
ἐν τοῖς δὲ δεινοῖς χρημάτων κρείσσων φίλος. Melior amicus in malis pecuniâ.
f. si tibi. Ne parcas pecuniæ vt iuues amicum in aduersis positum.
Mulieres Minyæ maritos suos ex carcere Lacedæmonio, vestitu suo indutos, emiserunt, & ipsæ pro eis remanserunt. Herodot.
Is amicus est, qui in re dubia re iuuat vbi re opus est. *Plaut.* *(uantis.*
Scarus scarum nassæ inclusum cauda eius arrepta extrahit. Plin. typus amici in malis adiu-

---

Przyiaćiela zawśże trzéba Każdemu / iák wody chleba.

πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος. *Aristot. Plutarch.*
Igni & aqua amicus magis est necessarius.
Non aqua, non igni, vt aiunt, pluribus locis vtimur quàm amicitia. *Cic.*

Nil homini amico eſt opportuno amicius. *Plaut.*
Nil ego contulerim iucundo ſanus amico. *Horat.*
Semper habe Pyladen aliquem, qui curet Oreſtem. *Ouidi.*
Nemo ſibi ſatis eſt, eget omnis amicus amico. *Anonym. rhythmic.*
Rex eſt mendicus cui non eſt vllus amicus. *Idem.*
μείζων ζημία φίλων ἢ χρημάτων στέρησις. *Xenophon.*
Maius damum amicis quàm pecunia priuari.

Przyiaćiele za ſzczęśćiem idą

Poki komu ſzczęśćie płuży: przyiaćioł mu wiele ſłuży. Szczęśćie vſtáło: przyiaćioł mało.
Oćtowié śie tám zlatáia: gdźié śćierzw iáki poczuwáia.
Komu śie negá powinié / i namilſzy go pominié.
Vulgus amicitias vtilitate probat. *Ouidi.*
ἡ εὐτυχία πολύφιλός ἐστι. Felicitas multos habet amicos.
Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. Felicibus homo quilibet cognatus eſt.
τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὐθὺς φίλους. Opes hominibus mox amicos re-
Fortuna quò ſe, eodem inclinat & fauor. *P. Syru.* (periunt.
Donec eris felix, multos numerabis amicos,
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. *Ouidi.*
Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt,
Quæ ſimul intonuit, proxima quæque fugat. *Idem.*
καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅστις ἀπολαύειν θέλει,
Συμπλεῖν δὲ τοῖς φίλοισι δυσχεῶσιν ἀ. *Euripides.*
Vult quiſq; perfrui bonis fæliciũ, Sed nauigare negat cum ijs infelicibus.
Vt cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt.
Si res labat, itidem amici collabaſcunt. Res amicos inuenit. *Plaut.*
Videte quæſo quid poteſt pecunia! Quoniã re bene geſta rediſſe me videt,
Magnaſque apportauiſſe diuitias domum,
Sine aduocatis ibidem in cercuro, in ſtega.
In amicitiam atque in gratiam conuortimus. *Idem de amico olim ſibi irato.*
Sic apud Terent. Demiphoni, neganti ſe noſſe cognatum quendam ſuum pauperem, Phormio
dicit: Itáne? At ſi talentûm rem reliquiſſet decem,
Primus eſſes, progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferens.
ἐὼ μὲν ἔχοντος ἐμὲ, πολλοὶ φίλοι, ἢν δέ τι δεινὸν
ἐγκύρσῃ, παύρους πιστὸν ἔχειν νόον. *Theognis.*
Cùm benè habeo, multi ſunt amici, ſi verò quid graue
Incurrat, pauci fidelem habent animum.
Dum iuuat, & vultu ridet fortuna ſereno,
Indelibatas cuncta ſequuntur opes.
At ſimul intonuit fugiunt; nec noſcitur vlli,
Agminibus comitum qui modò cinctus erat. *Ouid.*

παύρους εὑρήσεις Πολυπαίδη ἄνδρας ἑταίρους
πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πράγμασι γιγνομένους. *Theognis.*

Paucos reperias Polypæda homines amicos Fideles in difficilibus rebus exiſtentes.

πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι,
ἐν δὲ παιδαιῇ πράγματι παυρότεροι. *Idem.*

Multi ad cibum & potum adſunt ſodales, In operoſo autem negotio pauci.

Ipſæ amicos res opimæ pariunt, aduerſæ probant. *P. Syrus. Trochaic.*

Vbi opes, ibi amici. *Rectè inuertit Eraſm. Plautinum illud:* Vbi amici, ibi opes. *quod vide ſub* Przyiaćiol wiele / ſtarbow wiele.

ἀδεὶς ἀδὲν ἔχοντι φίλος *Plato.* Nullus amicus nil habenti.

τῶν δυσυχούντων εὐτυχὴς ἀδεὶς φίλος. Felix amicus nullus infelicibus.

πρὸς τὸ εὖ πράττοντα τεῖχον ῥέπειν vel μεταχυλινδεῖν, νοῦν ἔχοντος ἀνδρός ἐστι. *Ariſtophan.* Ad felicem parietem (*vel latus minùs declinans in naui*) vergere vel aduolui, prudentis eſt viri. *Sed ironia eſt & exprobratio.*

πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἀνατέλλοντα ἢ δυνόντα ſ. ἥλιον. *Plutarchus.*

Plures adorant ſolem orientem (.i. *hominem creſcentem & florentem ætate, opibus, potentia, fortuna*) quàm occidentem (.i. *deficientem ijs omnibus.*)

(*Dictum Pompeij de ſe, orienti ſoli ſimili, & de Cinna, occidenti, ſed poſtea Pompeius ſimilis erat occidenti ſoli & Iulius Cæſar orienti.*)

Tempore felici multi numerantur amici
Dum fortuna perit, nullus amicus erit. *Vulgare diſtichon.*

V. Przyiaćiel fałßywy.

Przyiaćielem bądź w miárę / bo gdy śie wyléiéß.
Możéß śie raz vćiéßyć / dźiéśieć przybolćiéß.
Przyiaćielem bądź w miárę / kto tego pilnuie
Mniey śie w prawdźie vćiéßy / lécz i mniey fráśuie (ſzłuie)

Si vitare velis acerba quædam, Et triſtes animi cauere morſus;
Nulli te facias nimis ſodalem. Gaudebis minùs, at minùs dolebis. *Martial.*

Pluris noſtram libertatem quàm tuam amicitiam æſtimamus. *Cic.*

μὴ φορεῖν σεινὸν δακτύλιον. *Pythagor.* Arctum annulum ne geſtato. i. *ne te in ſeruitutem conijcias, quod fieri etiam in amicitia poteſt. cùm vel ſecreta omnia effunduntur, vel officia imparia exiguntur.* μηδὲ πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλέσῃς. *Heſiod.*

Nec multis ac nec nulli dicaris amicus.

Hanc mediocritatem in amicitia probat etiam Ariſtot. & Lucian. diſſentit Plutar.

Ita crede amico, ne ſit inimico locus. *P. Syrus.* .i. *Ea illi committe quæ tibi non obſint apud eundem, ſi forte inimicus efficiatur.*

Ita amicum habeas, poſſe fieri inimicum vt putes. *Idem P. Mimus.*

Simile eſt illud: Ama tanquam oſurus. *Eſtq; Bianti qui ait r*

δεῖ φιλεῖν ὡσπερ μισήσοντα, μισεῖν δὲ ὥσπερ φιλήσοντα. i. Oportet amare tanquam oſurum, & odiſſe tanquam amaturum. i. *mediocriter.*

Quam ſententiam improbat Scipio apud Cic. de Amicitia, ita vt neget vllam vocem inimiciorem amicitiæ reperiri potuiſſe, eamq; pluribus refellit.

Ariſtoteles etiam corrigens eandem ait: ἐ δεῖ ὥσπερ φασι, φιλεῖν ὡς μισήσοντα, ἀλλὰ μᾶλλον, μισεῖν ὡς φιλήσοντα. Non oportet, vt aiunt, amare tanquã oſurum, ſed magis odiſſe tanquam amaturum. *Affertq; Euripidis verſum.*

Idem habes ſuprà ſub Przyiaćielá bácznić obieray.

Porrò dictum Biantis Gellius adſcripſit Chiloni.

Przyiaćielowi záwſze dogadzay / by i w pułnocy kniemu wychadzay.

Non ſum occupatus vnquam amico operam dare. *Plaut.*

φίλῳ σχολάζω κἂν μέτῳ τῶν πραγμάτων. *A.*

Amico ego medijs, vaco in negotijs.

Amicus Euangelicus apud Lucam lecto ſe proripit, & amico poſtulanti neceſſaria præbet.

Obſequium amicos parit. *Terent.*

Przyiaćielſka poſługá nagrody nie potrzebuie.

Si quid amicum erga bene feci aut conſului fideliter,

Non videor meruiſſe laudem; culpa caruiſſe arbitror. *Plaut.*

φιλῷ φίλῳ γὰρ ζυμπόνων αὐτὸ πονεῖ.

Laborem amici qui iuuat prodeſt ſibi.

Przyiaćielſki gniew krótki / nie práwdźiwy.

ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον. Puſillo amantium ira durat tempore.

In amore mendax ſemper iracundia. *P. Syrus.*

Amans iratus multa mentitur ſibi. *Idem. Multa enim volùit animo, quæ non faciet. vt amator ille Terentij & Horatij:* Excluſit. reuocat. redeam? non &c.

Pythagorei apud Plutarchum ſi quando per iram ad maledicta prorupiſſent, ante ſolis occaſum dextris mutuò datis & ſalutatione facta, gratiam redintegrabant.

Vide Poiędnáni bárźiey śie mitnia.

Przyiaćielſkie bez obrázy znay i przebaczay vrázy.

Przyiaćielſkie wády znay / a máłe przebaczay.

Mores amici nouetis, non oderis. *Porphyrion.*

γίνωσκε τοὺ τρόπους φίλου μίσους δίκαι. *Vel vt Erasm.*

φίλου τρόπους γίνωσκε μιμήσῃ (μισήσῃς) δὲ μή.

Mores amici noſce, at imitari (vel, oderis caue.)

ὀργὴν ἑταίρου καὶ φίλου φέρειν. Iras amicorum & ſodalium feras.

Quâ potes excuſa, nec amici deſere cauſam. *Ouid.*

Amici vitia ni feras, facis tua. *P. Syrus. vt legit Scaliger. quia ſi non feres, te impatientem oſtendes & illi diſplicebis.*

Amicus

Amicus cum vitijs ferendus. *Iunius.* Auerſor morum vitia, ipſum amo. *Ex Ouidio qui ait :* Auerſor morum crimina corpus amo-

——— τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο; *Homer.* Quis enim cum amante ſe, pugnet?

Ar, pater vt gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium, non faſtidire ——— *Horat.*
Sunt quædam quæ ferre decet patienter amicum. *Cato.*
ἔστι δὲ τλημοσύνη τάγε δεῖ φιλέοντας ἀνέχειν. *Mylius.*
εἴ τις ἁμαρτοληῖσι φίλων ὀπὶ παυσὶ χολῶτο.
ἤ ποτ' ἂν ἀλλήλοις ἄρθμιοι ἔσδε φίλοι. *Theognis.*

Si quis amicorum peccatis in omni re indignatur, Nunquam erunt inuicem concordes & amici. μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδ' ἕνεκα μικρῆς. *Pythagor.*

Ob culpam exiguam ne ſis inimicus amico.

εἰ γὰρ φιλομειφεῖς εἰς φιλίην ἀνευρεῖς. *Herodotus.*

Queruli ad amicitiam nati apti non ſunt.

Hiero de graueolentia oris ab amico admonitus, expoſtulauit cum vxore ſua, quòd id ſibi non indicárit. Cui illa reſpondit : Putaſſe ſe omnes viros ſic olere. Tzetzes.

Apelles ne offenderet Antigonum luſcum, pingens eius imaginem, arte effecit vt vitium corporis celaretur. nam obliquam pinxit faciem, cuius ea pars quæ oculum ſanum habuit, exſtabat : vt quod corpori deerat, pictori & picturæ tribueretur. Plin.

Przyiaciełſkie rzęczy wſpyſtkie ſpolne.

Amicorum inter ſe omnia communia. *Terent. Cic.* κοινὰ τὰ τῶν φίλων πάντα. *Pythagoræ vox:* τὰ φίλων κοινὰ καὶ φιλίαν ἰσότητα εἶναι. *Cicero. i.*

Res amicorum communes & amicitiam æqualitatem eſſe.

φίλων γὰρ οὐδὲν ἴδιον, οἱ πάντες φίλοι
ὀρθῶς πεφύκασ', ἀλλὰ κοινὰ χρήματα. *Euripides.*

Nil eſt amicis proprium qui quidem amici Vere ſunt, cõmunia negotia, res, bona. λέγεται δὲ, ὡς ἔπος, ἐστὶ κοινὰ τὰ φίλων. *Plato Ariſtot.*

Dicitur autem, quàm veriſſimè, Communia eſſe amicorum ſ. *omnia.*

Indignatur Martialis Candido, qui hoc dictum Græcum ſæpe vſurpabat & Pòètanil dabat, inquiens : Candide κοινὰ φίλων ——— nocte dieque ſonas &c.

Ex opibus tantis veteri fidoque ſodali
Das nihil, & dicis, κοινὰ τὰ πάντα φίλων.

Meum & Tuum *verba, damnat Plato & Chryſoſt. vide* Moie y Twoie.

Spartani vicinorum ſeruis, equis, canibus, ſi dominus eis non indigebat, tanquam ſuis vtebantur, ſed & ex penu & rure, quæcunque re opus erat accipiebant neſcio domino, obſignantes. Plutarch. *Theocritus de duobus amicis magnis Hercule & Telamone dicit :*

οἱ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δ' ἀνύλλο τραπέζαν.

Qui duo amici vna in menſa cœnare ſolebant.

Chriſtus Dominus in Pſalmo 54. de Iuda : Qui ſimul mecum dulces capiebat cibos

In Actis

In Actis Apostolicis. Omnia Christianis erant communia, *sed non uxores & liberi, quod tamen concedit quin fiat in Republica sua Plato, quam Erasmus mirificè probat, idemq; Communitatem Pythagoræ comparat Communitati Christi, Apostolorum, & Cœnobiorum nostratium, ineptè & stultè.*

ἡ φιλότης ἰσότης. *Suidas.* Amicitia, est æqualitas.

Przyiacielstwo albo przyiazn wielkiey liczby nie lubi.

Plutarchus περὶ τ πολυφιλίας. *i. de multorum amicitia.* Numero duali amicitiam circumscribit. *& comprobat similitudine fluuij, qui diductus in plures riuos aresçit. itemq; rationibus multis & exemplis egregiis. Huc faciunt tot uaria celebrium amicorum, quæ collegit Lucius Scoppa lib: 1. Collectaneorum c. 10. Itemq; Rauisius Officinæ suæ l: b. 5. c. 14. & nos supra meminimus. V.* Jedné to dwie.

μηδὲ πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλεῖσθαι. *Hesiod.*

Nec multis ac nec nulli dicâris amicus. (*vel hospes*)

Alluſit ad hunc versum Aristot. 9. Ethic. c. 10. vbi de numero amicorum agit. & addit: μήτ' ἄφιλον εἶναι, μήτε πολύφιλον καθ' ὑπερβολήν. i. Nec sine amicis esse nos oportere, nec multos admodum amicos habere. *id quod more suo egregiè confirmat, & inter alia, quòd difficile sit æqualiter omnes amare, & omnibus, cùm usu est (quod sæpe accidit) satisfacere. Vide infrà Plauti dictum.* Vbi amici, ibi opes. *Lucianus quoque in Toxaride refert apud Scythas tam infamem fuisse* πολυφιλίαν *quàm* πολυγαμίαν. *(uxorum aut virorum multitudinem) apud alias gentes. Ob eandem causam priscorum conuiuia ex paucis constabant, nempe ex tribus. (hinc triclinia diu usitata) pro numero Gratiarum. Varro. Pausani. Ex 4. vel 5. Athena. Archestrat. Ex 7. Capitolin. ex nouem pro Musarum numero nec ultra. Varro. Pausani. Leges talia multa apud Martialem, Plautum, Horat. Gellium. Rhodigin. l. 28. c. 8. Egregium Gallorum dictum apud Garnerũ est:*

Multis amicus, nulli amicus. πολλῶν φίλος, οὐδενὸς φίλος.

Huc accommoda & illud Theocriti. Fac nidum in vna arbore. *suprà.*

Przyiaciol wiele / bogactw wiele.

Przyiaćiol wiele mieć nie ßkodzi (nie wádzi) Jeśliże nie ten/ ow-ći dogodzi (porádzi) Verum est quod memoratur. Vbi amici ibi opes. *Plaut. quod etiam habet Quintilian. aliqui legunt:* Vbi amici, ibidem opus. i. *multùm est occupationis & negotij respondendo officiis. quod verissimum est, & suprà ab Aristotele comprobatum.*

εἷς ὁ Θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι. Vnus Deus & amici multi. s. *sint.*

Mus vno antro non est contentus. *ex Plauto. V.* Vić iedne śie broń nie spuśczay.

ὁπόσους ἂν τις ἢ κεκτημένος ἑταίρους, τοσούτοις ὀφθαλμοῖς ἃ δεῖ βλέπει, καὶ τοσούτοις ὠσὶν ἃ δεῖ ἀκούει. *Dion.* Quot quisque acquisierit amicos, tot oculis quæ oportet videbit, tot auribus quæ oportet audiet. *Apud Tauros Rex mortuo amico partem auriculæ abscindit. Nicola. Damascen.* Societas vnius, societas nullius: Societas duorum, societas Dei: Societas trium, societas regum. *Garner è Gallicis.*

Przyiaćiol wnet dość nabędźieß: Jeśli nie mé bráć/ wiele dawáć będźieß.

Plurima

Plurima da, pete pauca, nihil cape, habebis amicos. *Ex Anonymo.*
Temporibus noſtris quicunque placere laborat
Det, capiat, poſcat, plurima, pauca, nihil. *ex eodem.*
πολλὰ δίδες, ἀδὲν δὲ λαβὼν, πᾶσ' ἔσι φιλητός. *A.*

Przyiazń śie tám mocna ſtáié, gdźié podobne obyczáié.

Iucundiſſima eſt amicitia quam ſimilitudo morum coniunxit. *Cic.* Similis ſenſus exſiſtit amoris, ſi aliquē nacti ſumus, cuius cū moribus & natura congruamus. *Idem.* Eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere homines in vnum cogunt. *Seneca.* *Sic ille apud Terent. de vxore:* Hanc mihi expetiui, contigit. conueniunt mores.
ὁμοιοτροπία φερτφιλῆ φιλίαν ποιεῖ. *A.*
Vbi ſimiles mores; ſe amici magis amant.
Gratior amicus cum ſimilibus moribus.

Przyiazń z boiáźnią nié ſtoi. Nié miłuié, kto śie boi.

Amor timere neminem verus poteſt. *Seneca Medea.*
ἀγάπη ἀληθὴς ἀδὲν ἐνδέχεται φόβον. *A.*
Charitate & beneuolentia ciuium, non armis, ſeptum eſſe oportet. *Cic.*
Amor miſceri cum timore non poteſt. *P. Syrus.*
Non benè cōueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor. *Ouid.*
Quot ſerui, tot hoſtes. *Apud Senecam, qui id improbat.*
Vis te Sexte coli? volebā amare. Parendum eſt tibi, quod iubes, coleris.
Sed ſi te colo Sexte, non amabo. *Martial. nam quem colimus, veremur, non verò amamus.* Timor non eſt in charitate. *S. Ioan. 1. ep. c. 4.*
ἀδεὶς γὰρ ἂν φοβεῖται φιλεῖ. *Ariſtot.* Nemo eum amat quem timet.
——— Quem metuit quiſque, perire cupit. *Ouid.*
Sic Plutarcho teſte Alexander Hephęſtionem diligebat, Craterum æſtimabat, & in honore maximo habebat, dicebatq; Hephęſtionem Alexandri, Craterum Regis amantem eſſe.
Affine, Miłośći nié wygrożiß.

Przyie śie káżda rzécz.

Cunctarum rerum eſt ſatietas. *Cic.* πλησμονὴ ἁπάντων.
πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, ἠδ' φιλότητος,
μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο. *Homerus.*
Omniū eſt ſatietas, & ſomni, & amoris, Et cantus ſuauis, & inculpatæ ſaltationis.
κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι, καὶ τὰ τερπν' ἄνθ' ἀφροδίτα. *Pindar.*
Satietatem habet & mel, & iucundi flores Venerei.
— καὶ εὐφροσύνης κόρος ἐστί. *Theocrit.* Et lætitiæ ſatietas eſt.
πλὴν πλούτου παντὸς χρήματός ἐστι κόρος. *Theognis.*
Cunctarum eſt rerum, præter opes, ſatias.
Satietas voluptatibus non deeſt. *Plini.* Ex copia ſatietas. *Idem.*
Affine, Zawße iedno ſprzykrzy śie. & Zbytnie rzéczy. & Vſtéwiczność.

Przyklad wielki Orator.

Przyklad lépßy niż nauká. Czyń co mowiß / to mi ßtuká.

Longum iter per præcepta, breue & efficax per exempla. *Seneca.* Magnos viros non ſchola, ſed contubernium Epicuri fecit. *Idem.* Inſtruenda eſt vita exemplis illuſtribus. *Idem.* Quod exemplo fit, id iure etiam fieri putant. *Cic.*

ἐκ τῶν γειτόνων παράδειγμα. A vicinis exemplum .ſ. *ſumitur.*

De te exemplum capit. *Terent.* Exemplo didici diſciplinam. *Prou. SS. c. 4.*

ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ,
μὴ τῇ μὲ ἕλκειν τῇ δ' ἀπωθεῖσθ χερῖν. *Nazianzen.*

Vel non doceto, vel doceto moribus, Hac ne trahas manu, repellas altera.

Exemplum detis, alios quicunque docetis;
Si non ſeruatis quæ præcipitis, taceatis. *Anonym. rhythmic.*

γέγονε τοῦτο πολλάκις. *Demoſthen.* Factum hoc eſt ſæpiùs.

E. Ædepol facinus improbum! T. At iam antè alij fecerunt idem.
Erit illi illa res honori. E. Quí? T. Quia antea alijs fuit. *Plaut.*

Apud Terent. ſimiliter quidam cùm caſtigatur ob facinus commiſſum reſpondet:

Fecêre alij ſæpe item boni. *Apud eundem Pater loquitur de filio.*
Inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas ominum (*bonorum.*)
Iubeo (*filium*) atque ex alijs ſumere exemplum ſibi.

Iſmenias tibicen diſcipulos ſuos ad tibicines alios tibia canentes adducere ſolebat inſuſurrans illa: ὕτως αὐλεῖν δεῖ Sic canere oportet, *de his qui benè canebant: de his verò qui malè* ὕτως αὐλεῖν οὐ δεῖ. Sic canere non oportet. *Rhodigin.*

Themiſtocles milites in hoſtem educens, gallos acerrimè pugnantes conſpicatus, eorum exemplo & ſpectaculo militibus oſtenſo, eoſdem ad fortiter pugnandum ita incitauit, vt victores euaſerint. vnde ſtatutum erat vt quot annis poſtea hæc pugna gallorum exercitatorum eo fine exhiberetur. Idem. Non abſimile eſt exemplum canum pugnantium ſuprà poſitum. ſub Przygody ićdnáia niczgody. *Plutarchus de profectu in virtute. Iubet inſpicere nos exempla bonorum virorum ſiue ij ſint ſiue fuerint, & dicere aut cogitare quid hic conſtitutus Plato, quid Epaminondas dixiſſet? qualem ſe geſſiſſet Lycurgus aut Ageſilaus? vt hos velut in ſpeculū intuentes, ornemus nos & corrigamus voces vel motus animi degeneres.*

Oratores exempla ſubijciunt argumentis tanquam efficaciora ad perſuadendum.

Sic Cic. Sed hæc videri poſſunt obſcuriora, cùm ſine appoſitione exemplorum lentiùs diſputantur. Vita atque factis illuſtranda ſunt ſummorum virorum, hæc quæ verbis ſubtiliùs diſputari videntur. ἀισχρὸν σιωπᾶν τ Ἀριστοτέλη λαλοῦντος ἰσοκράτους. Turpe eſt tacere Ariſtotelem, loquente Iſocrate. exemplo Iſocratis Ariſtoteles Rhetoricen docere cœpit. *Cicer.* *Affine*, Towárzyſtwo.

Przyklad od ſtarßych brać.

μανθάνει ἐκ μεγάλου βοὸς ἀρόσειν ὁ μικρός. *A.*
A boue maiori diſcit arare minor. *Ouid*
ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχει. *Simonides.*
Lactens velut equum pone pullus curſitat.

Filius

Filius quid imitandum ſit diſcet exemplo. ſ. patris. *Seneca.* Patriſſat filius. *Plaut.*
Simile eſt ſequens.

Przykład przełożonych ważny.

Przykład przełożoney perſony / potężny ieſt ná obie ſtrony.

Vita principis cenſura eſt, eaque perpetua. ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur; nec tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo. *Plini.*
Scilicet in vulgus manant exempla regentum. *Claudian.*
Sic natura iubet, velociùs & citiùs nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Cùm ſubeant animos auctoribus. ſ. *parentibus improbis. Iuuenal.*
Demea Terentij de filio ſuo dicit: Syre, præceptorum plenus iſtorum ille — —
Syrus. Domi habuit vnde diſceret. D. Fit ſedulò.
Item. Non tibi ego exempli ſatis ſum?
Patere legem quam ipſe tuliſti *Paulus I. C.* Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, vt vita regentum. *Claudian.*
A capite bona valetudo. inde omnia vegeta ſunt atque erecta, aut languore demiſſa, prout animus eorum viget aut marceſcit. *Seneca.*
Vitioſi principes plùs exemplo quàm peccato nocent. *Cic.* *Idem laudat Muræna dicens.* Nunquam iſte militi plùs laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit.
Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cùm iudex alios quod monet, ipſe facit. *Ouid.*
— Quæ (*mulier priuata*) non faciet quod principis vxor? (*facit. Iuuenal.*
— πολὺ λαῖον ἄνδρες ἔργῳ ἐποίχονται ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτας. *Q. Calaber.*
Multo libentiùs ſubditi Opus aggrediuntur cùm aſpiciunt reges. (*idem agentes.*)
Phocion Athenienſes vſq; ad ſexagenarios arma capere & ſe ad bellum ſequi iuſſit, & indignantibus reſpondit: Nihil eſt indignitatis vel iniuriæ, cùm ego imperator octogenario maior vobiſcum ſim futurus. Apud Plutarchum. ἀδὲν δεινὸν, ἐγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς ὀγδοήκοντα ἔτη ἔχων ἕπομαι μετ' ἡμῶν. *Vide Melanthij dictum. ſub* Wiele to ná ćie.
Cato cùm in Hiſpaniam Conſul nauigaret, cum triumpho rediens aſſeruit ſe non aliud vinum bibiſſe quàm remiges. Plini. Plutarch. Frontin.
ἡ πειθαρχία μάθημα μέν ἐστιν ἄρχοντος· ἐμποιεῖ γὰρ ὁ καλῶς ἄγων, καλῶς ἕπεσθαι. *Plutarch.* Obedientia ſubditorum à diſciplina principis pendet. efficit enim qui rectè ducit, vt alij rectè ſequantur.
Æneas opera inter talia primus. *Virg. circa ſepulturam Miſeni.*
In commune iubes ſi quid — Primus iuſſa ſubi. *Claudian.*
——— αὐλὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες. *Homer.*
Sed mali paſtores corrumpunt oues.
Sed reliquos fugienda patrum veſtigia ducunt.
Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpæ. *Iuuenal.*

Quæcunque mutatio morum in principibus exſtiterit, eandem in populo ſecuturam. *Cic.* *Putei iuxta Nilum pro ratione fluminis creſcunt & decreſcunt.*

ὅτε κάρη ὀδυνᾶι, λοιπὰ μέλη ὀδυνᾶι. *A.*

Dum caput vſque dolet, cætera membra dolent. *Ex Garneri Gallicis.*

Affine, Záki pan. & Przétożony 2.

Przykra mowá ábo ięzyk.

ἐρετριέων ῥῶ. *Plato. Diogenian.* Eretrienſium rho. *Dictum in eos qui aſperè loquuntur, quod etiam ſit per literæ R crebrum vſum, quod vitium Eretrienſibus familiare fuit, qui eam loco S vſurpabant* v. g. *Σκληροτὴρ loco σκληρότης (durities) dicentes. contrà cultiores Græci vt Athenienſes eam literam in σ ſæpe mutabant*, v. g. *Θαρσεῖν pro Θαῤῥεῖν dicentes. Sic nunc Polonica lingua Italis, Hiſpanis, Gallis, Germanis aſpera videtur, Polonis verò nulla lingua ad exprimendum difficilis & aſpera, ſiquidem quamlibet ceu natiuam accuratè imitari poſſunt, ſi animum intendant.*

Przykrośći folgá ćierpliwość / dobra myśl / zápomnienie.

Ból wßelki nié ták śie czuié / gdy go kto lékko przyymuié.

Potowice vlżyß złego / gdy bedźieß ſercá wielkiego.

Durum, ſed leuius fit patientiâ Quicquid corrigere eſt nefas. *Horat.*

Cûiuis dolori remedium eſt patientia. *P. Syrus.*

Et miſeriarum portus eſt patientia. *Idem.*

λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶ τλημοσύνη βροτῖς.

Cedamus, leue fit, quod benè fertur onus. *Ouidi.*

Poſſe pati facile eſt. tibi ni patientia deſit,

Protinus ex facili gaudia ferre licet. *Idem.*

οὐδὲν πέπονθας δεινὸν εἰ μὴ προσποιεῖς. *Diogenian.*

Nil paſſus es graue ni ipſus affingas tibi. Nić vćiażay mniey poczuićß,

Nemo non multùm ſuis malis adijcit, & ipſe ſibi mentitur. *Seneca.*

οὐδὲν ἤκουσας δεινὸν, ἐαν μὴ σεαυτῷ οἰκειώσῃ τὰ εἰρημένα. *Baſilius.*

Nil audiſti graue, ſi non referas ad te quæ dicta ſunt.

Maledictum interpretando facies acrius. *P. Syrus.*

Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis. *Virg.*

Perfer & obdura poſtmodò mitis erit. *Ouid.*

ἀγαθὸς ἀνὴρ λέγοιτ' ἂν ὁ φέρων τἀγαθὰ,

ἀγαθὸς ἂν εἴη ⸗ ὁ φέρων καλῶς κακά. *Athenæus.*

Quicunque fert bona, vir bonus vocandus eſt,

Bonus aſt & ille, qui mala tulerit benè.

Nil tam acerbũ eſt in quo non animus æquus ſolatiũ inueniat. *Seneca.* Leuis eſt dolor ſi nil ei opinio adiecerit. *Idem.* Ego doloris medicinã à Philoſophia peto. *Cic.*

εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρε, εἰδ' ἀγανακτεῖς,

ἢ ζαυτὸν λυπεῖς, ἢ τὸ φέρον σε φέρει. *Palladas.*

Si fatum

Si fatum te fert, fer & abi, ſin indigneris,
Et te moleſtia afficis, & tamen fatum te fert.

Idem aliter. Quod res fert, fer pacatè; ſin forte repugnes;
Te lædes, quod res fert, tamen vſque feres.

Homo ſum: humani à me nihil alienum puto. *Terentij.*

κάφως φέρειν δεῖ θνητὸν ὄντα συμφοράς, *Euripides.*

Mortalem oportet ferre leniter mala.

ῥᾴον δὲ νόσον μεθ' ἡσυχίας καὶ γενναίας λήμης ἴσοις. *Idem.*

Faciliùs morbum quieto & generoſo animo feres.

Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum. *Plaut.*

In re mala, animo ſi vtare bono, adiuuat. *Idem.*

Bonus animus in mala re, dimidium eſt mali. *Idem.*

Nihil eſt quod tam obtundat eleuetque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil eſſe quod accidere non poſſit, quàm meditatio conditionis humanæ; quàm vitæ lex, commentatioque parendi. *Cic.*

Fadaretus Lacon non allectus inter Trecentos (quod erat notæ & contemptus cuiuſdam inſtar) nil turbatus quin alacris è foro abijt, dicens, ſe lætari quod trecenti in ciuitate ſe præſtantiores eſſent. E Plutarcho.

Inuulnerabile eſt, non quod non feritur, ſed quod non læditur. *Seneca.*

Itaq; es mones, quantùm potero, me ab omnibus moleſtijs & angoribus abducam, transferamq; animũ ad ea, quibus ſecundæ res ornantur, aduerſæ adiuuantur. *Cic.*

Ægritudinis & reliquorum animi morborum vna ſanatio eſt, omnes opinabiles eſſe & voluntarios. &c. nam cauſa eorum eſt opinio & iudicium præſentis magni mali. *Idem.* Beata ſors omnis æquanimitate tolerantis. *Bòëti.*

Homines turbantur non rebus, ſed ijs quæ de rebus ſunt opinionibus. *Epictetus Philoſophus Græcus in aureo ſuo libello qui totus de hac re eſt.*

Illud egregium eſt & huic loco aptiſſimum. Vnaquæque res *inquit* duas habet anſas, vnam tolerabilem, alteram intolerabilem. Si frater tibi fecit iniuriam, non eam partem (*iniuriæ*) apprehende, quia non eſt tolerabilis: ſed illam, quòd ſit frater, vnà tecum educatus &c. hæc enim eſt tolerabilis.

Magnus es! parua: paruus es! magna. ſ. *omnis moleſtia videbitur.*

Molliter vrticam ſi quis tractauerit, vret.
Fortiter vrticam qui premit, ille ſapit. *Anonym.*

Faſton *piſcis eſt, in cuius ore aqua marina amara & ſalſa, ſit dulcis. Vincentius. Symbolum & documentum præſenti ſententiæ aptiſſimum.*

Affine, Czégo vyść nie możęß. Co muße. Czégo nie możęß poprawić.

Przylnać do czégo. Chćiwie śię chwycić / trzymać czégo.

πολύπους πετροφυὴς. Polypus ſcopulo affixus. *De eo dici poteſt, qui alicui rei ita adhæreſcit, vt ab ea diuelli non poſſit.* πόλυπος πέτρῳ κοτύλην ἔχων. *Ex Nazianzeno.* Polypus petræ cotylis (*cirris ſeu flagellis cauis*) adhærens.

Przykry mi ieſt. Vt ficus oculo incumbit.

ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ. *Ariſtophan.*

Non aliter atq; ficus oculis imminet. Vnguis eſt in hulcere. *Cic.*

ἡ γεωργία ὅλον ἕλκος. *Plato.* Agricultura tota hulcus. Miſeriorem me reddidit quàm panus puerũ. *Nouius apud Nonium.* *Plura vide* Vlic moge ná to pátrzyć.

Przytożywſzy ſzclag bedzie żemia.

Hoc dicto eleuatur pretium rei quam alter pluris quàm par eſt æſtimat vel laudat. Apud Latinos nil ſimile legi. reddo ſimpliciter.

Addito pane & caſeo (*huic rei quæ laudatur*) erit ientaculum. *Item.*

Si addideris denarium, emes obſonium. *quod ſolus denarius præſtare poteſt, ſignum ergo eſt illam rem nullius momenti eſſe. Potes tamen huc accerſere & illud.* Quod pueri in taba, *& plura ex dicto.* Podła rzécz.

Przymuſzone rzéczy ciężkie. Vłus ciężki.

πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' (χρῆμ') ἀνιαρὸν ἔφυ. *Theognis.*

Omnis neceſſaria (*còdicta*) actio (*res*) naturâ intolerabilis eſt.

ἢν ἐθέλωσιν, ἀνάγκῃ δ' ἔπι μιν ἄξω. *Homer.* Si volet, inuitum ipſum non ducam.

αἱ ἀνάγκαι λυπηραί. *Ariſtotel.* Neceſſitas vel violentia, moleſta.

τὸν ἑλκόμενον βοῦν ἔλαυνε. *Theocriti interpr.* Volentem bouem ducito.

Stultitia eſt venatum ducere inuitas canes. *Plaut.*

Hoſtis eſt vxor, inuita quæ ad virum datur. *Idem.*

Bis emori eſt, alterius arbitrio mori. *P. Syrus.*

Inuitum cùm retineas exire incitas. *Idem. quia nitimur in vetitum.*

Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti. *Horat. quia ei vita mortis inſtar eſt, quam inuitus viuit.*

Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſit, quam inuitus facias. *Terent.*

ἐκ γὰρ ἔτ' ἄλλο μεῖζον ἀνθρώποισι κακὴν ἐπιβήσετ' ἀνάγκης. *Apolloni. Rhodius.*

Nil aliud moleſtius hominibus accidit dura neceſſitate.

Przymuſzone rzéczy nié trwałe.

Malo coactus qui ſuum officium facit,

Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet;

Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit. *Terent.*

Tolle periclum, Iam vaga proſiliet frenis natura remotis. *Horatius.*

τὸ βίαιον ὀλιγοχρόνιον. *Philo.* Violentum breuis eſt temporis. *Vel vt vulgò dicitur.*

Nullum violentum perpetuum. Nulla vis imperij tanta eſt, quæ premente metu poſſit eſſe diuturna. *Cic.* Non diuturni magiſter officij timor. *Idem.*

Przynaglać podczás gorzey. Chluſtać / chluſtać / áż koń vſtać.

ἢ πολλ' ἐπείξεις ἵππον, ἔσαι λὰξ πατών. *A.*

Fit calcitroſus, ſi vrgeas hunc nimis, equus. *E Gallicis Garneri.*

πλῆσις ζυγὸν παροξυθεῖσα ἔγεντο μανίη. *A.*

Sæpiùs

Sæpiùs irritata, furor patientia facta eſt. *Ex P. Syro qui ait:*
Furor fit læſa ſæpiùs patientia.

Sic Menedemus Terentianus ſolutiores filij mores duriùs caſtigans, illum fugere militatum fecit. Similis eſt illi Demea in Adelphis, quem lenior Mitto placat & lenit.

Przypádki przéyrzáne / lżéyſze ná niéſpodźiane.
Vliè ták śie to bárzo cżuiè / ná co śie kto wczáś gotuiè.

Multùm poteſt animi prouiſio & præparatio ad minuendum dolorem. *Cic.* Præmeditatio futurorum malorum, lenit eorum aduentum, quæ venientia longè antè videris. *Idem.* Sapientis eſt, quicquid homini accidere poſſit, id præmeditari modicè ferendum eſſe, ſi aduenerit. *Idem.* Maioris omninò eſt conſilij, prouidere ne quid tale accidat; ſed animi non minoris, ferre ſi venerit. *Idem.* *Eadem eſt Pittaci ſententia.*

Proſpice qui veniunt caſus hos eſſe ferendos,
Nam leuiùs lædit, quicquid præuideris antè. *Cato.*

προβλεπε μοίρων ἐπερχομένην, ἵνα τ' εὖ ὑπομείνῃς,
κεφότερον λυπῇ πρὶν ἐπελθεῖν ὅτι προϊδῇς. *Planudes.*

Id agendum eſt, ne quid nobis inopinatum ſit. *Seneca.* Quicquid fieri poteſt, quaſi futurum cogitemus. *Idem.* Fortis eſt animus, ad quæ paratus venit. *Idem.* Præcogitati mali mollis ictus venit. *Idem.* Quæ alijs diu patiendo leuia fiunt, vir ſapiens diu cogitando leuia facit. *Idem.* Si vis omnem ſolicitudinem exuere, quicquid vereris ne eueniat, euenturum tibi propone. *Idem.*

Neque enim ignari ſumus ante malorum. *Virgil.*

Præuiſa iacula minùs feriunt. *S. Gregorius.* Præuiſa antè minùs lædere tela ſolent.

Confer Vniéſpodźiane przypadki Przyßłé rzéczy vpátruy.

Przy pétney/ przy kuflu po pliánu/ lédá co śie mowi.

Fecundi calices quem non fecêre diſertum? *Horat.*

θαρσαλέα δὲ παρὰ κρητῆρι φωνὴ γίνεται. *Pindar.*

Confidens & audax eſt vox vel ſermo ad pocula.

ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκέτ' ἐκεῖνος
τὸν αὐτῷ γλώσσης καρτερὸς ἐσθλὸς νόος. *Theognis.*

Qui bibendo modum exceſſerit, nõ ampliùs ille Suæ linguæ compos eſt neq; mẽtis.

οἶνος καπιὼν εἰς τὸ σῶμα, ἐπαναπλέει κακὰ ἔπεα καὶ τὰ μανόμενα *Athenæus.*

Vino in corpus (*in ſtomachum*) deſcendente, refluunt (*in os*) verba mala & furioſa.

ἅμα δὲ οἴνῳ εἰσιόντα παῤῥησίη τε ἐσέρχεται. *Lucian.*

Simul cum vino ingrediente fiducia loquendi ingreditur.

οἶνος λίθυρον τὸ στόμα ποιεῖ. *Pharnutus.* Vinum, biualue (*garrulum*) os facit. Ad vinum diſerti. *Cic. addit Eraſm.* Qui ad vinum diſerti ſunt, ad aquam ferè muti ſunt. i. *in iudicijs, vbi horæ aquæ clepſydrarum menſurabantur.*

καί τ' ἔπος οὐκ ἔμπεδον, οὔτε τ' ἄῤῥητον ἄμεινον. *Homer. de ebrio.*

Et verbum

Et verbum protulit, quod non eſſe dictum melius fuit.

Nos———Inter iocoſi munera Liberi Canemus. *Horat.*

Liberius ſi Dixero quid, ſi forte iocoſius, hoc mihi iuris Cum venia dabis. *Idem.*

Sic milites de Pyrrho rege ſuo inter pocula malè locuti, cùm ob id à rege arguerentur, reſponderunt: Plura dixiſſemus, & forſan te occidiſſemus (*linguis*) niſi nos lagena detexiſſet. *ſignificantes verba illa non ab animo, ſed à vino profecta. Rectè proinde præcipit Chilo.* γλώσσης κρατεῖν μάλιστα δ' ἐν συμποσίῳ.

Linguam coerce maximè in conuiuio. *Item.*

πίνων μὴ πολλὰ λάλει, ἁμαρτήσῃ γάρ. Bibens (*vel inter pocula, in conuiuio*) ne multùm loquaris, peccabis enim. ſ. *facilè.* *Martialis de conuiuio ſuo l. 10. epigr. 48.*

Accedent ſine felle ioci, nec mane timenda

Libertas, & nil quod tacuiſſe velis———

Nec facient quenquam pocula noſtra reum. *Idem caſtigat Procillum conuiuam ſuum, quòd inter pocula verba ioco prolata, pro ſeriis acceperit. l. 1. epigr. 28.*

Idem librum nugarum ſuarum, quem mittebat Plinio, alloquitur ſic:

Seras tutior ibis ad lucernas Hæc hora eſt tua, dum furit Lyæus. &c.

Tunc me vel rigidi legent Catones. *Ideò Zeno in conuiuio legatorum regis & philoſophorũ tacitus ſedens, rogatus à legatis quid regi de ſe dici vellet, reſpondit:* Dicite vos Athenis vidiſſe ſenem, qui inter pocula ſilentium ſeruare poſſit. *Rhodigin.*

Przypiekáne / przywarzáne rzeczy / (powtarzáne) meſimacznie.

Occidit miſeros crambe repetita magiſtros. *Iuuenalis dixit miseratus conditionem Rhetorum, qui diſcipulos tot, eadem declamantes cum moleſtia coguntur audire. Crambe ergo hîc eſt declamatio, hiſtoria, carmen repetitum. vt Politianus legit & interpretatur. alij aliter. Alluſit autem Pòëta ad Græcum dictum* δὶς κράμβη *vel* δὶς ἐπὶ κράμβη, θάνατος. *i.* Bis crambe (*appoſita*) vel bis cocta, recocta, eſt mors. *Rectè hîc vſurpabitur & illud:* Piſcis repoſitus. ſ. *ingratus eſt. de quo Plutarch.* τὸν ἀποκείμενον ἰχθὺν οὐ δεῖ εἰς μέσον ἕλκειν. *vt legit Eraſmus.* Piſcem repoſitum non oportet in medium protrahere, proponere. ſ. *hoſpitibus. Henric. Steph. legit* Διὰ τί οὐχ ἕλκομεν; *Cur non protrahimus? diuerſo ſenſu.*

Przypłácíſz tego. Przéſtadzíéć tego. Stánieć to kośćia w gardle.

Boletum Claudij edis. *Nam Claudius Imp. ſumpto boleto venenato interiit. Sueton. Seneca. Et Martialis conuiuatori; qui hoſpitibus vocatis cibos communes dabat, ipſe boletos delicatos edebat, dicit:* Quid dignum tanto tibi ventre gulaque precabor?

Et Rt ſibi. Boletum, qualem Claudius edit, edas.

ὀπτὶς χοῖρε γίγαρτα. *Suidas.* Lues ſus, porce acina. ſ. *quæ vorat.*

Rode caper vitem; tamen hinc, cùm ſtabis ad aras, (*immolandus*)

In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit. *Ouid. è Græco illo:*

κἂν με φάγῃς ὅσον ῥίζαν, ὅμως ἔπι καρπόν σοι

ἔσομαι σπασθεῖσά σοι τράγε θυομένῳ. *i* (*Vitis loquitur*) Etiamſi me ad radicem comederis, tantùm tamen vini producam, quantùm tibi immolando infundi

infundi poſſit. *Mos enim erat, boſtiam ſtantem ſub ictu & cultro, vino perfundi. vt in 4. Æneid. Dido fecit.* *Verſus Græci ſunt Eueni Pòètæ quos Romani detorſerunt ad eædem Domitiano inſtantem prædicandam apud Suetonium, poſito κἀιταρ, loco σε τρώγε. Politianus adnotauit.* ὄφις θάλπεις κἀὴ ὄφις σε. Serpentem foues & ſerpens te. ſ. *necabit. Originem dicti profert Rhodiginus l. 29. c. 5. ex quadam hiſtoria.*
βῶς ἐπὶ φάτνῃ. *ſ.* σφαττόμενος. *Athenæus.* Bos ad præſepe. ſ. *mactandus benè alitur.*

Ptáſzes cźie byſku chowáia/ przétoż dobry obrok dáia.

Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum, Aues aſſueſcunt
Sæpe edunt, ſemel ſi ſunt captæ, rem ſoluunt aucupi. *Plaut.*
Muſcæ auidiſſimæ ſunt mellis, & ad illud mox aduolant, ſed ibidem hærent & moriuntur.——— Multis damnoſa fuêre Gaudia. *Claudianus.*
πυραύστ χαρὰν χάιρεις Pyrauſtæ gaudes gaudium. *quæ libenter ad lucernas aduolat, & in eis conflagrat. Ælian. Zenodot.* Et, Pyrauſtæ fatum.
δέδοικα μωρὸν κάρτα πυραύστ μόρον *Aeſchyl.*
Magnopere ſtultum metuo pyrauſtæ exitum.
τράγ γένειον ἄρτι πενθήσῃ σύ γε, κἀὴ τ ἀψάμενον (πῦρ) *Plutar. ex Pòèta*
Barbam caper deflebis actutum tuam, Tangentem adurit ignis.
Prometheus dicit Satyro ad ignem á ſe inuentum properanti.
εἴποις τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ *Zenodot. Suidas.* Dicas tria in curia vel prætorio. *Capite damnatis, antequam ducerentur ad ſupplicium, cibo & vino expletis concedebatur à iudicibus, vt dicerent tria quæ vellent, ſed fruſtrà. Poteſt dici in eos qui alicui malum imprecantur magno ſuo malo. Sic Eraſmus. Mihi potiùs ſonare videtur:* Vźié pomożé to nic. Vźié wiélka poćiéchá. Spargis voces per iugulum redituras. *Muret. ex Plutarcho de tonſore Dionyſij. Cerua fiſtulæ cantu mirificè oblectatur, ſed tunc ſui propè oblitus facilè à venatoribus configitur aut capitur. Pierius.*

Huc trahit Eraſm. illud Plauti (licet alio ſenſu à Pòèta prolatum) Calidum prandium prandiſti. ſ. *inſtar eorum qui vorant cibum nociturum.* Quæ tu in me non rectè dicis, aurum atque argentum merum eſt. *Plaut.* i. *maledicta quæ in me congeris, pecunia mihi perſolues. Idem eſt.* Linguarium dabis. i. *mulctam pendes pro errore linguæ. Andr. Schott. cum Mureto ex Seneca. qui ait:* Damno caſtigare promittendi temeritatem, eſt idem quod Linguarium dare. *quaſi dicendo:* Ecce doleat tibi vt poſtea cõſideratiùs loquaris. Skárać nić oſtrożny ięzyk ábo mowe mięßkiem.
μὴ πῆμα σαυτῷ κἀὴ μετάνοιαν τιθῇς. *Sophocles.*
Ne tibi malum atque pœnitentiam crees.
ἀγαμεμνόνειος δαὶς ἡ τράπεζα. Agamemnonium epulum aut menſa, *in qua Ægyſthus Agamemnonem inuitatum interemit, vt ſcripſit Homer.* Quanta Mys in Piſa paſſus eſt. V. Tráfi śie y ślépey kokoßy źiárno.

Pòſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. *Virg.*
Ad aſſem impendium reddes nec id modicum. *Plini. iunior.*
κἀὴ τ τόκον κἀὴ τὸ κεφάλαιον ἐξέπνε. *Dion.* Et ſortem & vſuram perſoluit.
Potum Lycium bibis. *V. ſub* Vźiébéſpiéczno,

Erit hoc tibi in ſingultum. *Phraſis Hebræorum, quam 1. Regum 25. vſurpauit Abigail (ſed negante ſenſu) Dauidem à cæde auocans & dicens:* Non erit hoc tibi in ſingultum, & in ſcrupulum cordis, ſ. *ſi pepercerus Nabali.* *LXX. habent:* καὶ ἐκ ἔσται σοι ἔτο βδελυγμὸς καὶ σκάνδαλον. *i. in nauſeam, abominationem & offendiculum. Aquila legit* λυγμὸς. *i. ſingultus. Coruus pro eſca ſerpentem arripuit, à quo ictus periit. Apologus Fabérni.* *Affine,* Byś iedno tego nie żałował. Zléć śie to zépłáći.

Przyrodzenie matem śie obeydzie / ná malé przéſtánié.

Przyrodzeniu i potrzébié / lédá co położ przy dłébié.

Natura paucis contenta. *Cic.* Natura parua dimittitur. *Seneca.*

Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: ſi ad opinionem, nunquam diues. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. *Epicurus apud eundem.*

Lex naturæ eſt; non eſurire, non ſitire, non algere. *Idem Seneca.*

—— Cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet. *Horat.*

ἐπεί τι δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον,
δήμητρος ἀκῆς, πώματος δ' ὑδρηχόου. *Euripides.*

Siquidem his duobus tantum opu' 'ſt mortalibus,
Fruge Cereris & aqua fluente poculo.

—— Satis eſt populis fluuiusque Ceresque. *Lucanus.*

μᾶζα καὶ ὕδωρ τὴν ἀκρατεστὴν ἀποδίδωσιν ἡδονήν. *Epicurus.*

Panis & aqua ſummam præbent voluptatem.

μᾶζαν ἔχων καὶ ὕδωρ ὑπὲρ εὐδαιμονίας καὶ δὶ ἀγωνίζεσθω. *Idem.*

Panem & aquam habens vel cum Ioue de felicitate contendat. Panem & aquam natura deſiderat. nemo ad hæc pauper eſt. intra quæ quiſquis deſiderium ſuum cluſit, cum ipſo Ioue de felicitate contendat. *Seneca.* *Idem habetur Eccleſiaſtici 29.*

Initium vitæ hominis panis & aqua.

Commoda naturæ nullo tibi tempore dêerunt,
Si contentus eo fueris, quod poſtulat vſus. *Cato.*

χρήσιμα τῇ φύσει καλαλείψῃ μήποτε ζῶντα,
ἄρκιον ἦν γε τύχῃ σαυτὸ ὅλι χρῆσις ἀπαιτεῖ. *Mylius.*

Nonné cupidinibus ſtatuit natura modum? quem (*modum, mediocritatem*) (Quid latura, ſibi quid ſit dolitura negatū) .i *quo poſſit eſſe cōtenta natura, quo nō.* Quærere plùs prodeſt? & inane abſcindere ſoldo? .i. *ſuperfluum à neceſſario.*

Num tibi cum fauces vrit ſitis, aurea quæris
Pocula? num eſuriens faſtidis omnia præter Pauonem? *Horati.*

— Natura beatis Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti. *Claudian.*

Menſura cenſus apud Iuuenalem deſcribitur hoc modo:

In quantum ſitis atque fames & frigora poſcunt.
Quantum Epicuré tibi paruis ſuffecit in hortis (*i. olera.*)
Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit. *Similis eſt apud Suidā verſus.*

γαστέρι μὲν ὀλίγον ἐκ κοιμικακῆς ἀλκτήρια λιμῷ Tātùm habeat venter qui cōſulat eſuriei.

Affine, Głodny nie przébiera, Przeſtań ná málé. Przyſ

Przyrodzenie trudno odmienić.

Naturam mutare difficile eſt. *Seneca.*

Naturam expellas furca, tamen vſque recurret,
Et mala perrumpet furtim faſtigia victrix. *Horati.*

——— Ad mores facilis natura reuerti. ſ. *ſuos priſtinos. Claudian.*

——— Tamen ad mores natura recurrit. Damnatos fixa & mutari neſcia. *Iuuenal.*

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ. *Propert.* (*diuinat.*

Agas aſellum curſum non docebitur. *Cic. vt ſupplet Gorfredus ſenarium, aliter Eraſm.*

Φυσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν ἐ ῥᾴδιον. Non eſt facile mutare naturam malã.

Rex Aegypti ſimias pyrrhichen ſaltare doctas habebat, & purpura veſtiebat. quibus ſaltantibus cùm quidam nuces in medium coniecíſſet; mox illæ relicto luſu & ſaltu ad nuces ſe proripuerunt, & circa eas pugnantes, purpureas veſtes lacerárunt. Lucianus.

Felis in ſacco procul aſportata, mox ſine errore redit domum.

Φυσὶ μαχεσθαι ἐκ ἐυπορόν ἐστι. *Demoſthen.* Cum natura pugnare non eſt facile.

βιάζεσθαι ῥᾳδιον ποταμῶ ſ. χαλεπόν. *Nazian.* Cohibere fluminis impetum difficile.

ὁ λυκ Φ τὴν τρίχα ἀλλαττει ἀ τὴν γνώμην.

Lupus pilum mutat non mentem. Vulpes pilum mutat non mores. *Sueton.*

καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν ſ. ἀδύνατον. Cancrum recta procedere impoſſibile.

ὅτοτε ποιήσῃς τ καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν. *Ariſtophan.*

Efficies nunquam, rectè vt cancer gradiatur.

Felis quocunq; modo ex alto cadat, in pedes decidit, & ſtando cadere deſinit. Drexel.

Formicam Æſopus ait olim fuiſſe colonum furacem, & à Ioue in formicam conuerſum; quare & modo frumenta furatur. Epimythion addit Planudes.

οἱ Φύσῃ πονηροὶ κᾂν τὰ μάλιστα τὸ εἶδ Φ μεταβληθῶσι, τ τρόπον ἀ μεταβάλλουσι. Natura improbi licet quam maximè formam (*exteriorem*) mutent, mores non mutant. *Heliodorus tamen oppoſitum dixit.* V. Rozumem przyrodzenia poprawić.

Affine, Co ſie tyſo vrodzi. & ktié pomoże krukowi mydło.

Przyrodzenie z rozumem śie zgodzi.

Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit. *Iuuenal.*

ἀδέποτ' ἄλλο Φύσις λέξει ἢ ἄλλο Φρόνησις. *A.* Quæ bona ſunt (*ſponte naturæ*) fieri meliora poſſunt doctrinã. *Cic.* Ars certior eſt dux quàm natura. *Idem.*

Prima docet rectum ſapientia, i. *moralis, virtutem docet. Iuuenal.*

Przyrodzone wady mało wádzą. Przyrodzone cudzé wady/ kto mądry znoſi bez zwády.

Sapiens naturale vitium nulli imputat. *Scholiaſtes Perſij.*

Quid prodeſt luſcum vocare luſcum? *Hieronym. ex Perſio.* Non hic qui &c.

Sordidus & luſco qui poſſit dicere, Luſce Seſe aliquem credens *Perſi.*

Peruerſi moris eſt mutilos vel aliqua corporis labe inſignes irridere, *& vindicatur id anathemate in clericus Canone Apoſtolico 57.*

τὰ τ᾽ φύσεως δῶρα ἀ μεμπτά. *Libanius.* Naturæ munera non ſunt culpanda. *Docet Muret. l. 11. c. 10. ex Plutarcho: Neq; mala corporis ad vituperium hominis verè facere, neq; bona ad laudem eiuſdem. Quare Iuno apud Homerum blandiens Vulcano vocat eum* χυλλοποδίωνα i. *claudum. Et Hector apud eundem conuicium Paridi faciens dicit ei* εἶδος ἄριστε. i. *formoſe. Item Vlyſſes Therſitæ, non quòd claudus vel caluus vel gibberus ſit exprobrat, ſed quòd immodicè & intempeſtiuè loquax i. non malæ corporis ſed animi. Malè ceſſit Sciano qui illudens Tiberio caluo, in ſpectaculo omnia à caluis agi curauit toto die & quinque millia puerorum raſis capitibus exhibuit. Rhodigin. ex Dione. Aſſine*, Przyſiačićſkie bez obrázy/ znoś vrázy.

Przyśięga fryterſka / blazenſka.

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Æolios in freta ferre Notos. *Ouid.*

ὤμοσεν, ἀλλὰ λέγουσιν, ὃν Ζεὺς ἐν ἔρωτι
ὅρκους, μὴ δίκειν κατ᾽ ἐς ἀθανάτων. *Callimach.*

Iurauit, verùm vulgò dicunt, in amore
Iuramenta, aures non penetrare deûm.

ἀφροδίσιος ὅρκος ἐκ ἐμποινίμος *Plato.* Venereum periurium impunitum eſt.
Ταχυβάμενες ὅρκοι *Suidas.* Volaticum iuſiurandum. *de infido, quale amantium.*

Przyśięgá ma być z vczćiwośćią.

Imie Boſkie powáżnie i vczćiwie wſpominać/ miánować.

Plato & plurimi alij antiqui Ethnici prudentes, iurare volentes, dicebant tantùm. μὰ *quod Aduerbium eſt iurandi. & Affirmantes quidem dicebant* ναὶ μὰ *vel* ναὶ μὰ τὸν. *quaſi Iuro per. vel Ita per: Negantes verò,* μὰ τὸν. *vel* οὐ μὰ τ. *ſubaudito* Δία *vel* Διὰ Ἀπόλλωνα Ἑρμῆν. *&c. Non per. ſ. Iouem Apollinem Mercurium. vel expreſsè* μὰ τὸν Δία. *Per Iouem. Declinabant tamen nomen Dei (vt & noſtri dicentes* Przyśie boru) *& vel Periphraſi vtebantur vt Pythagoras in aureis verſibus:*

ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν. *i.*
Iuro per eum qui dat animæ noſtræ quaternarium.

Vel ſupponebant res alias bonas vtiles pretioſas vel deorũ inſtar habitas, vt ſceptrum, ſolem, platanum, canem, anſerem, braſſicam, raphanum, enſem &c. Vide Tiraquell. ad l. 5. c. 10. Alexandri. μὰ τὰ καλά *Suidas.* Per pulchra.

Przyśięgá pokrywká fałſzu / zdrády.

Iuramentum eſt mantile, quo quotidianæ noxæ abſtergentur. *Pacuuius.*
πρὸς ἀπάτην ὅρκος σοφιστὴς ἐστὶν ἀξιόπιστος. *Simocatta.* Ad fraudem, deceptionem, iuramentum eſt ſimulator fide dignus. (*apparens*)
Iuſiurandum emplaſtrum debiti. *Sic Laberius apud Gellium ait:*

Quid eſt iuſiurandum? emplaſtrum æris alieni.
ὅρκος γὰρ ἐστὶν ἀνδρὶ φιλήτῃ βαρύς. *Sophocles.*

Non

Non graue viro eſt furaci onus, periurium.
ἀνδρῶν δὲ Φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.
Quod iurat improbus vir inſcribas aquæ. i. *inane puta & falſum.*
ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. *Euripid.*
Lingua iurauit ſed mens iniurata eſt. i. *non iurauit.* *Vel*
Iurante lingua, non mea eſt iurata mens. *Dictum improborum damnatum etiam ab Ethnicis multis.* *Simile eſt illud apud Plutarchum.*
ὅρκοις ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατᾶν. Viri iuramento, talis pueri fallendi. *loquitur id quod fit, non quod fieri liceat.*

Przyſmák wyborny, głód y robotá.

Fames optimum condimentum. τὸ πεινᾶν ὄψον ἄριστον.
Cibi condimentum fames, potionis ſitis. *Cic.* Luxuria quærit quomodo poſt ſaturitatem quoque eſuriat. *Seneca.* ſ. *condimenta cibis aggerendo quæ ſaturum etiam ad edendum illiciant.* Panem malum fames reddit ſiligineum. *Idem.*
Lacedæmonij Mithecum Syracuſanum in re culinaria & in condiendis ſuauiſſimè cibis celeberrimum, ſtatim vt venit, expulerunt vrbe dicentes: Labore & exercitatione corporis, non lautitiis appetitum eſſe parandum & acuendum. Maximus Tyrius.
ὁ πόνος ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς. *Xenophon.* Labor opſonium ſtrenuis.
πρὸς τὸ ἡδέως ἐσθίειν, καὶ πρὸς τὸ ὑγιαίνειν, ἀγαθοὶ οἱ πόνοι. *Idem.* Ad ſuauiter edendum, & ad ſanitatem, optimi ſunt labores. *Etiam ſenibus, vt illud dictum Græcorum docet.* ὄψον ἄριστον πόνος τῷ γήρᾳ. Optimum opſonium ſenectuti labor. *Vide quid dicat Seneca ſub* Robić ſie nić wſtydź.
Alexander M. cùm illi Ada regina Cariæ mater adoptata, quotidie opſonia bellaria, ſcita, & coquos ac piſtores peritiſſimos mitteret, dicebat; ἔχειν σε ἀμείνονας ὀψοποιοὺς πρὸς μὲ ἄριστον τὴν νυκτοπορείαν, πρὸς δὲ τὸ δεῖπνον τὴν ὀλιγαρκίαν. Stobæus. Plutarch. Habere ſe meliores coquos *(à Leonida Pædagogo datos)* ad prandium quidem, nocturnum iter, ad cœnam verò, tenue prandium. *Simile* Głodny nić przebiera.

Przyſtoi mu wßyſtko.

Opportuna mea eſt cunctis natura figuris,
In quamcunque voles, verte, decorus ero. *Propertij Protea de ſeipſo.*
Omnis illum decet color. Alter Ariſtippus. *de quo ſic Horati.*
Omnis Ariſtippum decuit color & ſtatus & res. *De eodem Lærtius.*
ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν σχεδὸν ἁρμονίαν ὑποκρίνασθαι. Poterat autem ſe & ad locum & ad tempus & ad perſonam accommodare, atque omnem vitæ ſtatum aptè ſimulare.
In ſuo genere Roſcius. *Cic.* *Vel dic.* In omni genere Roſcius. Alter Roſcius. *Talis etiam* L. Craſſus *apud Cic. ſæpiùs deſcribitur, in quo humanitas ſuauitas & in ioando lepos fuerit.*

Przyświecáć komu.

Vt ſubſeruias orationi (*meæ*) vtcunque opus ſit verbis, vide. *Terenti.*

Przyßćdł do chlébá.

E famelico vomens factus eſt. V. Szléchćic wiaz.

Przyßćdł nieſtátek / wźiał oſtátek.

Vulgò hîc vſurpatur. Reliqua fiſcus rapuit. Orcus venit & rapuit Proſerpinam, veliplam Cererem. *Ex Cic. qui recenſens ſacrilegas Verris rapinas, poſt alia ſimulacra ab ipſo ablata, de Cerere Ennenſi ait*: Hic dolor (*Ennenſium*) tantus erat, vt Verres alter Orcus (*Pluto*) veniſſe Ennam, & non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam Cererem abripuiſſe videretur. ſ. *matrem Proſerpinæ deam frugum.*

Vide Z to trochá i to płochá.

Przyßłe rzeczy niepewne Nie wiedźiéć iák koſtká pádnié.

Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ. *Virg.*

ἄδηλα πάντα τῆς βροτῆς εἰμαρμένα. *A. Vel*

μέλλονθ' ἅπαντα τυφλά τ' ἐσὶ τῆς βροτῆς. *A.*

Futura cuncta incerta (*vel cæca*) ſunt mortalibus.

Et genus humanum damnat caligo futuri. *Iuuenal.*

Quenquam poſſe putas mores narrare futuros? *Martial.*

ἑδὲις το μέλλον ἀσφαλῶς βαλλέται. Eſt de futuro incerta conſultatio,

τῶν μελλόντων τετυφλωμέναι φρένες. *Pindar.*

Futurorum excœcatæ ſunt cogitationes vel conſilia. Nil ſibi quiſque de futuro debet promittere, id quoq; quod tenetur, per manus exit. *Seneca.*

τὰ γὰρ μέλλοντα προγινώσκειν οὐχ ἡμετέρας φύσεως ἐσί. *Iſocrates.*

Futura prænoſſe non noſtræ indolis eſt.

τυφλὸς ἐσὶ τῶν μελλόντων ἄνθρωπος. *Plutarc.* Cœcus eſt reſpectu futurorum homo.

Prudens futuri temporis exitum Caliginoſa nocte premit Deus,

Ridetque ſi mortalis, vltra Fas trepidet. *Horat.*

Tu ne quæſieris, ſcire nefas, quem mihi quem tibi Finem dij dederint. *Idem.*

ἄδηλον το μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις ἐσί. *Demoſth.* Incerta ſunt futura omnibus hominibus. *Arcæus vinum ex ſua vinea non bibit vt promiſerat nam à menſa ſe propiens, ab apro vaſtante vineam, occiſus eſt. Ariſtot.* V. Záléko do tego.

Affine, Jutro nié pewne.

Przyßłe rzeczy vpátruy i opátruy.

Quotidie pridie caueat, ne faciat, quod pigeat poſtridie. *Plaut.*

Omnia humana ſint ſemper homini præmeditata. *Cic.* *Trivialis rhythmus eſt.*

Prouide futura ſi vis viuere ſine cura. *Vel ſit verſus rhythmicus.*

Proſpice ventura, vt viuas omni ſine cura.

τὰ μελλόντα μελετῶν ἔστιαι μελέτης ἄνευ. *A.*

In tanta

In tanta rerum ſurſum ac deorſum euntium verſatione, ſi non quicquid fieri poteſt, pro futuro habes; das in te vires rebus aduerſis; quas infregit, quiſquis prior vidit. *Seneca.* *Sic Theſeus apud Ciceronem ex Euripide.*

Mecum futuras commentabar miſerias,
Aut mortem acerbam, aut exilij malam fugam,
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali.
Vt ſi qua iniecta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens. *Tuſculana 3. vbi multa in hanc ſententiam habet. Simillima ſunt illa Domiphonis in Phormione Terentij, quæ ibidem affert.*

Cic. Omnes cùm ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant.
Pericla, damna, exilia peregrè rediens ſemper cogites,
Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ.
Communia hæc eſſe, fieri poſſe, vt ne quid animo ſit nouum.
Quicquid præter ſpem eueniat, omne id deputare eſſe in lucro.

Similia ſubijcit apud eundem Geta herum ſuum imitatus:

Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda. herus ſi venerit,
Molendum vſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes,
Opus ruri faciendum, horum nihil quicquam accidet nouum,
Quicquid præter ſpem eueniet, omne id deputabo eſſe in lucro.

Item in Adelphis Syrus:

O Demea!
Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt
Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt Proſpicere.

Adde apologum de Vulpe & Hirco, poſitum ſub Pomierz śie ſam.

Egregium item eſt documentum Epicteti Græci, quod cùm longius ſit Latinè tantùm reddo. Cùm ad magnatum aliquem, *inquit*, iturus es, proponito tibi fore vt eum domi non inuenias, vt incluſus ſit, vt occludantur tibi fores, vt ille te negligat. quod ſi hoc rerum ſtatu venire te decuerit, feras quæ accident, neque tecum dicas, non fuiſſe tanti. Egredienti ſinciput, redeunti occiput ſcalpendum *monet Pythagoras commendans præparationem & diligentiam in agendo.*

Formica ſymbolum & exemplum prouidi in futurum. *Prouerb. SS. c. 6.*

Affine, Przypádki przéyrzáne. Ogladay śie. Niéſpodźiane. Zoſtaw co.

Przyydźié Kwiécień / oſtátek wymiécíem. Przyydźie May / przédśie bydłu day.

Ruſticanum eſt dictum, monens. Parcendum pabulo hyemali, ne ante nouum ſeu vernum deficiat. *Sic ferè & Cato:* Cogitato quàm longa ſit hyems.

Et ea certè apud nos ad Aprilem & ad Maium aliquando durat, aut ſaltem nouis pabulis & paſcuis officit, & ea in terra diutiùs cohibet.

μνάμων μακρὸν χειμῶνα φορβῆς φείδεο. *A.*

Memorato longam hyemem atq; parce pabulo. V. Oßczędzay. Skromnié.

Przyzwala-

Przyzwalaiący czyniącemu rowny.

Qui non defendit nec obsistit iniuriæ si potest, tam est in vitio, quàm si parentes aut socios aut patriam deserat. *Cic.* Quid interest inter suasorem facti & probatorem? *Idem.* Facientes & consentientes eadem pœna afficiendi.

ἴσως συνειδὼς (*vel* συναυτῶν) ἀλιτέσιν κολάζεται. *A.*

Malum patrantis & probantis pœna par.

Criminis particeps, pœnæ particeps. *Garner. & ICti.*

Consensus apud ICtos quadruplex est. Negligentiæ, Consilij, Cooperationis, & Auctoritatis seu Defensionis. Primus & secundus minùs punitur, quàm sequentes. Eorundē distichon est.

Consensus spernit, suadet, iubet, atque tuetur.

Hic minùs, ille minùs iuit, hic æqualiter, hic plùs. *Applica versiculum posteriorem priori, seruato ordine ab initio ad finem. Simile est* Nie to złodźiey co krádnie.

Psa w cieśni zle drazni.

ἐν φρέατι κυνομαχεῖν *vel* κυνὶ μάχεσθαι. In puteo cum cane pugnare. *dicitur is, qui cũ homine litigioso & rixoso negotiũ habet, ex quo nec se extricare, nec impunè vrgere potest.*

Psa zbiegłego z łancuchem/ a człowieka z nałogiem ciężko poymać.

Et luctata canis nodum abripit; attamen illi

Cùm fugit à collo trahitur pars longa catenæ. *Persius homini improbo è vitiis emergere incipienti loquitur sic:*

Nec tu cum obstiteris semel &c. Rupi iam vincula dicas. Nam & canis &c.

Sic & Propertius iuueni malis amoribus irretito expedire se volenti, ait:

Et bene cùm fixum mento discusserit vncum,

Nil erit hoc, rostro te premet ansa suo. i. *nodus malæ consuetudinis.*

Apud Ouidium item quidam similis gloriatur dicens:

Scilicet asserui iam me rupíque catenas. Vicimus —— &c.

Perfer & obdura. *Mox tamen nutat & labascit dicens:*

Luctantur, Hinc amor, hinc odium, sed puto vincet amor.

Odero, si potero; si non, inuitus amabo. &c.

Similis est Phædria Terentij in Eunucho qui fluctuatur dicens.

Excluſit, reuocat, redeam? non, si me obsecret, &c. *mox ſs manus dat.*

ἕπεται ἀναψίφρων ἐν κακῇ ὡς σειρᾷ τ' ἔθος. *A.*

Sequitur resipiscentem à malo ceu catena consuetudo. *Vel*

Catena resipiscentis est habitus malus. Passer pede ligato volare incipiens filo deorsum retrahitur: Sic animus malo affecto vel habitu. *Maximus,*

Affine, Nałog drugie przyrodzenie.

Psi gdes mię idźie do mębioe.

Nie dba nic serce cnotliwe/ ná mowy luckie złośliwe/ fałszywe.

Canis allatrans lunam, cursum eius non cohibet. *Sic Alciatus.*

Allatrant, sed frustrà, agitur vox irrita ventis,

Et peragit cursus furda Diana (*luna*) suos.

Nam

Nam canes à luna & ſpectris nocturnis, immò & à ventis terrentur & latrantes fugiunt. quod & hominibus quibusdam imaginatione turbata accidit.

χρηστὸς πονηροῖς ἢ πλαώσκεται λόγοις. Bonos malorum nil loquelæ vulnerant.

ἤθεα δικαίου φαῦλος ἢ ψαύει λόγος. Mores probos haud lingua tangit improba.

ἢ μὲν γὰρ ἔτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν. *Homerus.*

Non enim improba opera dij beati amant.

Non bene cœleſtes impia dextra colit. *Ouidi.*

Donis impij ne placare audeant iram deorum. *Cicero ex 12. Tabulis.*

Vnus orans & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus? *Eccleſiaſtici 34.*

Rectè Balaam Numer. 23. Quomodo maledicam cui non maledixit Deus?

Atque hoc ſceleſti illi in animum inducunt ſuum,
Iouem ſe placare poſſe donis, hoſtiis,
Et operam & ſumptum perdunt. id eò fit, quia
Nihil ei acceptum eſt à periuris ſupplicij. (*ſupplicationis.*)
Faciliùs ſi quis pius eſt, à dijs ſupplicans
Quam qui ſceleſtu' ſt, inueniet veniam ſibi. *Plaut.* *Vide ſi non idem dicit Ethnicus hic, quòd cæcus illuminatus apud S. Ioannem. c. 9.* Deus peccatores non audit, ſed ſi quis cultor Dei eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.

Appoſitè ad rhythmum Polonicum Anonym. Non penetrat cœlos oratio quã canis orat. *i. improbus homo.* Nunquam cæleſti Domino placuêre ſceleſti. *Idem.*

Affine, Słowo nié vkaśi. Mow luckich nic nié waż ſobié.

Pśi go ziedli.

Actæonis fatum illi obtigit. *Vide* Studzy go ziédli.

Pśia ſtráwá. *Vide* Potráwá nié ſmácżna.

Ptak w klatcé nié śpiewa / ábo nié weſoło śpiewa.

ἡ ἀηδὼν ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδῃ. *Philo.* Luſcinia in cauea non canit.

ἄδ' ἓν ζῶον λυπούμενον ᾄδει. *Plato.* Nullum animans moleſtia affectum canit.

Puść mie żywo. Vmorzyß mie mowa twa / częſtowániem / ić.

ζῶντ' ἄφες. *Theocriti paſtor dicit alteri garrulo.* Viuum dimitte. *Et apud Plaut. femina prudens, non ferens ineptias glorioſi militis, & adulatoris eius in ipſum ſcommata & ludibria, ait:* Iam iam ſat amabo eſt, ſinite abeam, ſi poſſum, viua à vobis.

Puſtki domá. Czterý katy / á pięć piaty.

Ne Sannione quidem relicto. *ſ. domo prodiit. Ammian. ex Terentio, apud quem Thraſoni militi glorioſo quærenti:* Vbi alij? Et. *Sanga ſeruus.* Qui malum alij? ſolus Sannio ſeruat domi. Mea ſupellex iam digitum ſuſtulit hoſpitibus. *Martial. Explico id ſub* Pośło. *Euclio Plauti auarus domo exiens, dicit ancillæ cuſtodi:* Serua intùs. *Reſpondet illa:* Quid ego intùs ſeruem? an ne quis ædes auferat?

Nam hîc apud nos nihil eſt aliud quæſtî furibus.

Ita inanijs ſunt oppletæ atque araneis. *Propert.* Velauit aranea fanum. *Sic Catullus imitans Fabulum ad ſe cœnatum dicit:*

Cœnabis bene mi Fabulle apud me. &c. Si tecum attuleris bonam atq; magnam Cœnam ——— nam tui Catulli Plenus ſacculus eſt aranearum.

Σκυθῶν ἐρημία. *Ariſtophan.* Scytharum ſolitudo. *Curtius.*

κενῷ ἐγκατοικεῖ δόμῳ. *Plato.* Vacuam inhabitat domum. Non ſolùm inquilini ſed mures etiam migrauerunt. *Cic.* ἀνέμων πεδίον. *Diogenian.* Venti campus. de domo, pago, oppido, regione, incolis vacua.

Puſtéć dość v ziego páná.

Syloſontis ampla regio. *Samiorum hic erat tyrannus, ex humili domo admodùm ſeuerus, quare breui incolæ fugerunt, & regio vacua remanſit.* ἔκλα συλεσῶν & εὐρυχωρία. *Strabo.* Opera Syloſontis ampla regio. *vtpote in qua nulli incolæ erant.*

καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος. *Sophocles.*

Optimum eſt vt in deſerta regione ſolus imperes, regnes.

In paucitate plebis ignominia principis. *Prouerb. SS. c. 14.*

Cùm ſurrexerint impij, abſcondentur homines. *Ibidem c. 28.*

Lepidè Cic. exaggerans Verris ſcelera, auaritiam, rapinas, crudelitatem, & alia, fingit Siculos dicentes: Seſe iam ne deos quidem in ſuis vrbibus ad quos confugerent habere; quòd eorum ſimulacra ſanctiſſima Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet.

Puſtki w kalecie. Puſto w miešku.

Plenus ſacculus eſt aranearum. *Catullus.* Arcula plena aranearum. *Afranius.*

Putris & in vacuo texetur aranea lecto. *Propert.*

κακὰς δρέπανα ἔχει. Malas araneas habet. ſ. *domus, area, locus aliquis vacuus neglectus.*

εὐρῶτος καὶ δρεπανίων μεστός. *Lucian.* Putredine & araneis plenus.

Marſupio (*dandi caſus eſt*) ventrem lauit. *Varro.* i. *Ita marſupium in nuptiis euacuauit, vt ea quæ lota ſunt pura & vacua eſſe ſolent.*

Drachmam vnam dare mutuam vix hercle poſſim, ſi me opponam pignori. *Plaut.*

Cum ramento cum puluiſculo argentum dedi, vel abſtulit. *apud eundem.*

Pyßnego narychley hańbá porka.

Citò ignominia fit, ſuperbi gloria. *P. Syrus.*

ἀλαζόνος πόξα τάχ' ἔνεστ' γίνεσθαι. *A.* Vel Deo ita diſponente qui ſuperbos deprimit: vel etiam quia ſuperbus animus quiduis vertit & trahit in ſui contumeliam & contemptum. *Exemplo ſit Aman in libro Eſter.*

Ex ſtatua ærea Demetrij Phalerei Athenienſes matulas faciebant. Laërtius. Plutarchus. Ex Maxentij ſtatua ſimiliter Romani. Euſebius. Vide Menecratem *ſub* Τάκιεμ τάκιε.

ἀλαζονείας ὅτις ἐκφεύγει πίτνειν. Nullus ſuperbus debitam pœnam effugit. *Culex leonem pupugit & ei inſultauit, mox verò ab aranea captus eſt. Æſopus.*

Huc facit alter apologus eiuſdem de gallo victore poſito ſub Vlič wykrzykay.

ἧς ὑπερθαλέῃσι τάχ' ἂν φρεσὶ θυμὸν ὀλέσσῃ. *Homer. de Agamemnone.*

Suâ ſuperbia citò tandem animum perdet. Si tibi

Si tibi gratia, ſi ſapientia, formaque detur,
Sola ſuperbia deſtruit omnia, ſi comitetur. *Seberus ex Anonymi rhythm.*

Zeno quendã eſſerentẽ ſe percuſſit dicens: ἐκ ἐν τῷ μεγάλῳ, τὸ εὖ κείμενον εἶη, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. *Suidas.* Non in magnitudine bonitas ſita eſt, ſed in bonitate magnitudo.

Pyßinem nalépiey pogarðzíć.

Superbi contemptu percutiendi. Superbi flagellum contemptus. *Garner.* *Menecrates medicus arrogantiſſimus Antigono regi Laconum ſic ſcripſerat. Menecrates Iupiter Ageſilao Regi ſalutem, cui rex reſcripſit. Ageſilaus Menecrati ſanitatem.* i. *ſanam mentem velut inſano. Apud Plutarchum. Culex in tauri cornu ſedens quærit, an illum grauet & auolare iam debeat. cui taurus: Non curo. nec ſenſi cùm ſediſti, nec ſentiam cùm auolabo. Apologus Gabriæ in arrogantes contemnendos.*

Pyßny.

Laudato pauone ſuperbior. *Ouidi.* Campana arrogantia. *Cic.*
Tragici cothurni ſtrepitus *Ammian.* Cælo animos fert. *Virg.*
ζυβαρίτης διὰ πλατείας. Sybarita per plateas. *Suidas. In hominem pompaticè incedentem, quales erant Sybaritæ opulenti & ſuperbi ac luxui dediti.*
Oleum fert in auricula. *Martial. Vide hoc declaratum ſub* Wyżey gebá noſã.
ἀσκὸς πεφυσημένος. *Epicharm.* Vter inflatus. Cornua ſumit tollit. *Ouid. Horat.*
ἱπποφορία pro ingenti faſtu, *qualis eſt equorum. Làértius.*
Supercilia ſubrigens ſecundis rebus elatus. *Ammian.* Poſtquam ſe amari ſenſit, ſupercilia altiùs ſuſtulit. *Petronius.* Arrogantiæ ſupercilio tumidus. *Ammian.*
ὀφρυοφορούμενος ἰατρός. *Cyrillo Alexandrin.* Curulis medicus. *qui curru pomposè vehitur.*
μέγας δ' ἐστὶ σοφιστὴς, καὶ ἀδὲν τῶν ἰατρῶν εἰς ἀλαζονείαν. *Euſtathi.* Magnus Sophiſta eſt, nihilque ad medicorum arrogantiam. *qualis fuit in primis Menecrates Syracuſanus medicus; qui ſe Iouem faciebat.* V. Tákiemu tákie.
ὀφρῦς ἀναπτώσσες καὶ γνάθους φυσῶντες. *Suidas.* Supercilia attollentes & buccas inflantes. *inſtar ranæ Æſopicæ per arrogantiam ſe inflantis apud Horatium. Noſtri dicunt.* Vicdyma śie. Odyma gebe. τρισόλβιος ἐφαίνετο καὶ ὑψηλότερος ὅλῳ πήχει βασιλικῷ. *Lucian.* Ter felix videbatur & celſior toto cubito regio (*cæteris.*)
τῆς ὑπερηφανίας δὲ τύφου καὶ φυσήματος, ῥᾴδιον ἂν τις τὸν ἥλιον ἢ τοῦτον ἀσκαρδαμυκτὶ προσβλέψειν. *Lucianus.* Præ faſtu & tumore ac iactantia, faciliùs quis in ſolem, quam in iſtum in conuiuio oculis aſpicere poterat.
De ſuperbo item vulgare illud eſt: Surſum corda. *Et S. Auguſtin. dixit:* Surſum cor non ad Dominum Superbia eſt; Surſum cor ad Dominum, refugium eſt.
Salmoneus alter. *Symmach.* Σαλμωνεὺς τὰ δῖα μιμούμενος. *Galenus.* Salmoneus Iouem imitans. ſ. *tonantem. fulmine vero percuſſus.*
ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζει. *Ariſtophan interpr.* Summis vnguibus ingreditur. *Spicæ vacuæ ſurſum recta tolluntur, plenæ deorſum inclinantur. Ex Plutarcho.*
Deiocem regem Medorum *neminem in conſpectum ſuum admiſiſſe, ſed per internuntios omnibus reſpondiſſe ſcribit Herodot.*

Pyßny rychley krzywdy / háńby zámilczy.

Bonum eſt ſuperbū verberibus excipere quia non diuulgabit. *Garner. Gallic.* *Hoc tunc verum eſt, cùm ſuperbus læditur à potentiore, quem non poſſit vlciſci.*
Eurydamas pugil cùm in publico ſpectaculo aduerſarius ei dentes excuteret diſſimulabat & omnes deglutiebat, ne eos exſpuens ab illo læſus & ſuperatus videretur. Apud Rhodigin.

R

Rádáby dußá do niébá / by iáko przéd grzechámi.

Propriùs huius dicti ſenſus verus & bonus eſt, ſed vſurpatur etiam ſæpiùs tralato ſenſu de quouis deſiderio irrito.

ψυχὴ μὲ ὑψόσ', ἁμαρτάδες ὔ κάτω ῥέπει. *A.*
Peccata mentem, ad alta cupidam, deprimunt.

ἐκ ἐσδύνει κάμηλ☞ ἐς βελόνης ὀπήν *A.* Fruſtra in foramen acus camelus nititur.

τὰ πτερὰ μὲ ἴσχω, πλὴν μόλυβδ☞ καταβαρεῖ. *A.*
Alæ mihi ſunt, plumbum at haſce prægrauat.

μέγα φορτίον μικρὸν θύραν ὐ διαβαίνει. *A.* Anguſta non capit onus ingens portula.

ὄφις ἐν στενῇ ὀπῇ τὴν λεπτομίτ' ἐκδύεται. *A.*
Arcto anguis in foramine ſenectam exuit. *Ex Epiphanio.*

πάντες ἅγιοι εἶναι θέλομεν, ὐ θέλομεν πονεῖν. (*vel*, παθεῖν) *A.*
Sancti eſſe cuncti volumus, haud volumus pati.

Radá na nieprzyiaćiela ma być ſkryta.

Doli, non doli ſunt, niſi aſtu colas. ſed malum maximū ſi id palam prouenit. *Plaut.*
Nullam rem oportet dolosè aggrediri, niſi aſtutè accurateque exſequare. *Idem.*
Benè conſultum, inconſultum eſt. ſi inimicis ſit vſui.
Neque poteſt quin, ſi inimicis vſui eſt, obſit mihi.
Nam bonum conſilium furripitur ſæpiſſimè,
Si minus cum cura aut catè locus loquendi lectus eſt.
Quippe ſi reſciuerint inimici conſilium tuum,
Tuopte tibi conſilio occludunt linguam & conſtringunt manus.
Atque eadem quæ illis voluiſti facere, faciunt tibi. *Idem Plaut.*

βυλὴ κατ' ἐχθρῶν ἀνωφελὴς ἂν μὴ λάθει. *A.*
Conſilium in hoſtem ni lateat, inutile eſt. *Vel*
Aduerſus hoſtem niſi latens dolus, haud valet. *Spartani cùm callido conſilio hoſtem vincebant, bouem Marti immolabant, cùm apertè, gallum. Plutarch.*
Quæ nimis apparent retia, vitat auis. *Ouid.*

ἔνοπτα ὄρνιθες δίκτυ' ἐῶσι φυγεῖν. *A.*
Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. *Prouerb. Salom. c. 1.*
Tutiſſimum in expeditionibus creditur neſciri ab hoſtibus facienda. *Vegeti. Minotaurus.*

notaurus ſignum in legionibus, ſignificat, ducis conſilium ſemper occultum eſſe debere. Idem. & Feſtus. *Metellus Pius dux, interrogatus quid poſtero die facturus eſſet, reſpondit:* Tunicam meam ſi id eloqui poſſet, comburerem. *Plutarchus. & Frontinus qui plura eiuſmodi recenſet libro 1. Stratagematum.* A zelantibus te abſconde conſilium. *Eccleſiaſtic. c. 37.* *Huc poteſt trahi ille mimus. P. Syri. alioqui malus.* Cum vitia proſunt, peccat qui rectè facit. *Vt accidit in dolis & ſtratagematis bellicis. nam dolus & vitium ſæpe abſq; peccato eſt, & peccare eodem ſenſu accipitur. ſenſus ergo eſt: Cùm doli proſunt, peccat qui prodit, putans obligari ſe veritatem ſemper omnibus patefacere.* *Dolus apud ICtos media vox eſt.* *Confer.* Žáko čie moge. *Similis eſt alter eiuſdem Mimi mimus.*

De inimico (*de hoſte*) ne malè loquare (*ne prodas conſilium tuum*) ſed cogita. *Sic Seneca Medea* — Ira quæ tegitur nocet. ſ. *hoſtibus.*

Profeſſa perdunt odia vindictæ locum.

Rhetorum denig; præceptum eſt, vt Orator in dicendo artem celet, & caueat præbere auditori occaſionem ſuſpicionis de præparatione & calliditate, ſed videatur velut imparatus & ex tempore loqui. Seruauit hoc idem qui præcepit Cic. egregiè cùm alibi, tum in lib. de Oratore in perſona Antonij & Craſſi.

Rada / nie śila. Rozum śiła przechodźi.

Romanus ſedendo vincit. *Varro.* Sedentē Romanum debellaturū credi potuit. *Liui.*

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. *Enni. Cic. Virg. de Fabio.*

Sapientia gubernator nauim torquet non valentia. *Titinnius.*

Ζοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ. *Euripid.*

Multas enim vnum conſilium ſapiens manus Vincit.

καὶ βραδὺς εὐβουλος θ' εἵλεν ταχὺν ἄνδρα διωκῶν. *Theognis.*

Tardus ſed prudens celerem inſectando prehendit.

βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ στεροφισμένος ἀνὴρ. *Phocylid.*

Vir ſapiens forti multò præſtantior exſtat.

ὡς ἀιεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰοῦ ἐστίν! *Muſæus.*

Viribus vt ſemper multò præſtantior eſt ars!

μήτι τοι ὀρυτομος μεγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι,

μήτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο. *Homer.*

Conſilio lignator longè præſtat quàm viribus. Conſilio auriga ſuperat aurigam.

ὡς ὅτ' ἠνορέης ὅτ' εἴδεος ἔπλετ' ὄνειαρ

τόσσον, ὅσον πραπίδων· ἀλκὴ δ' ἀνεμώλιος ἄφρων. *Oppian.*

Neque roboris neque formæ eſt vtilitas

Tanta, quanta prudentiæ. Robur autem ventoſum ſtultum.

Parui ſunt foris arma, niſi conſilium eſt domi. *Cic.* Conſilio omnia priùs experiri quàm armis ſapientem decet. *Terent.* *Hercules Gallicus plura confecit conſilio & lingua, quàm viribus & ferro. Pierius ex Luciano.* Dictis non armis ſubigere, ſ. *præ-*

ſtat. Lucret. *Lupi trajicientes flumen rapidum, quiſque ſequens caudam prioris ore detinet ne à vorticibus abripiantur vel ſubuertantur. Tzetzes.*

Sæpe eſt potior prudentia dextrâ. *Claudian.*

τὸ καλὸν ἀπορίαν παρέχων δεῖται τέχνης. *Ariſtot.*

Arte indiget res quæ negotium exhibet.

Caudæ equinæ pilos paulatim vellendo mox totam nudabis. *Ex Horat. qui ait:*

Vtor permiſſo caudæque pilos vt equinæ
Paulatim vello, demo vnum. demo etiam vnum,
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui.

Coruus in ſitulam altiorem lapillos conijcit, & aquam eleuatam bibit. Plinius. & Plutarch. qui ſe id vidiſſe ſcribit. Idem habet de Cane oleum lapillis iniectis attollente & lambente. Larus cochleas raptas in altum deijcit in ſaxum, & ſic eſculenta ſeligit. Eudemus. Athenæus. Simile quid traditur de Aquila. Nam ea, raptâ teſtudine in caput Æſchyli calui (quod ſaxum eſſe putabat) demiſit vt eam frangeret, & ſic Pòëtam occidit. Valerius. Maxim. Boreas cum Sole de fortitudine certans Viatorem inuaſit, veſtem ei eripiens, quam ille obuoluebat & magis detinebat. Sole verò vrente eam depoſuit, & maiores vires eiuſdem facto comprobauit. Auienus. V. Sitá pomocy od rozumu potrzebuie.

Rádá zla / ná poradnika zeſſo śie obraca.
Kto źlé drugiemu rádźi / iemu to w przod záwádźi.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. *Heſiodus.*

Malum conſilium conſultori peſſimum. *Varro. Gellius.*

ὃς αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. *Heſiod.*

Vir mala qui cuiquam fabricat, ſibi fabricat ipſi.

Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur. *Eccleſiaſtici c. 27.*

Perilli commentum. &c. *Vide* Vlá śie rozgedat.

Rádby / kiedyby tákó.

Maiore voluntate quàm facultate colit Muſas. *Apuleius.* i. *vult ſed non vt vult proficit.*

Bos tritutans in capiſtro. Seruus piſtrinarius. V. Vła á nie zeźyie.

Rády dobrey nie ſłuchamy / aż kiedy rzeczą doznamy.
Dopiero wierzemy / kiedy cierpiemy.

καὶ τῶν παθόντων, καὶ κακοῖσι κειμένων
ζοφὴ κεκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

A patientibus (*mala*) & in malis iacentibus
Sapiens (*ſana*) vocor, antequam verò patiantur, inſanio. i. *inſana illis videor cùm rectè conſulo. Caſſandra loquitur apud Plutarch. ex aliquo Pòëta. De eadē Virg.*

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora, Dei (*Apollinis*) iuſſu, non vnquam credita Teucris.

Aues linum ſatum eruere nolentes, reti ex illo facto captæ ſunt. Sic Pallenenſes Coſæ optimi viri ſanum & iuſtum conſilium ſpernentes, peſte ob perfidiam puniti ſerò agnouerunt & doluerunt, vnde dictum apud Suidam: τοῦ κόσα λόγου ἀποπλυθῆν. Coſæ dicta reſpuere.

Rády

Rády dobrey rad pytay i ſłuchay.

Chcéßli być bez iakiey wády: nie poczynay nic bez rády.

βυλὴν δὲ παντὸς πράγματος ϑ προλάμβανε. Conſilia cunctis præcipito negotijs.
ἐὺ σοι φρονήσας, ἐὺ λέγων τὸ μανθάνειν δ' ἥδιστον ἐὺ λέγουϑ, ὠφέλιμον ϑ λέγει. *Sophocl.*
Tibi beneuolus, bene loquor. ſuauiſſimũ eſt A bene loquẽte, lucra ſi fert diſcere.

ἀλλὰ ἄναξ αὐτὸς δ' ἐὺ μήδεο, πείθεο τ' ἄλλῳ. *Homer.*
Ipſe age rex bene conſuliro, & pareto viciſſim. (viro.

ϛοφῷ παρὰ ἀνδρὶ ϑ παρεδέχϑ συμβολίαν. Sapiente conſiliũ tibi cape à
βυλῆς γὰρ ὀρθῆς ἐδὲν ἀσφαλέστερον. Conſilio enim ſecurius nil eſt bono.
Sine conſilio nil facias, & poſt factum non pœnitebis. *Eccleſiaſtic. 32.*
Ante omnem actum conſilium ſtabile. ſ. *præcedat. Ibidem c. 37.*
τῷ ἐὺ βεβουλευμένῳ πρήγματι, τελευτὴ ὡς τὸ πολλὸν ἐπὶ τοῖσι πολλοῖσι χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεϑαι. *Herodot.*
Rei conſilio geſtæ, euentus plerumque bonus eſſe ſolet.
Viam qui neſcit qua deueniat ad mare, Eum oportet amnem quærere comitem.
Plaut. i. qui per ſe non ſapit, alios qui plùs ſapiunt ſequatur: vel qui rectè viuendi rationem ignorat, eos inſpiciat, quorum vita laudata eſt.
τὸν ἀγνοοῦντας τὴν ὁδὸν, ἀεὶ μετὰ ῥαβδούχων πορεύεϑ, μὴ πλανηθῶσιν. *Cato Cẽſorius.*
Viæ ignaris ſemper cum virgiferis incedendum, ne errent. ſ. *inſtar magiſtratuum, quos lictores præcedunt cum virgis.* (num.
καὶ τ λεγόντων ἐὺ, καλὸν τὸ μανθάνειν. *Sophocles.* Intelligere rectè loquentes, eſt bo-
Vide ſis, quantum eſt adhibere hominem amicum, vbi quid geras!
Ego ille doctus pæne in foueam decidi, niſi hic adeſſes. *Plaut.*
ἀβουλίαι γὰρ πολλὰ βλάπτουσι βροτοί. Fert damna multa temeritas mortalibus.
Conſilio factum non pœnitet eſſe peractum. *Garner. ex Anonymo.*

Rády doda czas trzéć / potrzébá.

Náuczy potrzébá / czégo do niey trzébá.

Gladiator in arena conſilium capit. *Seneca.* quia aliquid aduerſarij vultus, aliquid manus mota, aliquid inclinatio corporis intuentem monet, *inquit idem.*
Cum ipſis rebus deliberandum eſt. *Idem.* Conſilium ſub die, quin ſub manu naſcatur. *Idem.* In ipſo negotio conſilium capere, *iubet Cæſar.*

τ ἀγῶν' ἐσελθὼν αὐτόθεν βουλὴν λαβέ. *A.* Certamen ingreſſus ibi conſiliũ cape.
Ante focum ſi frigus erit, ſi meſſis in vmbra. *Virg.*
Plura videt, qui coràm de rerum conditionibus iudicat. *Symmachus.* (tas.
εὑρετὶς ἄρα ἐςὶ λογισμῶν ἡ ἀνάγκη *Heliodor.* Inuentrix omniũ conſiliorũ eſt neceſſi-
συμβουλϑ δὲ εἷς ἐςὶ βελτίων χρόνος. Conſultor haud eſt melior vllus tempore.

Affine. Jáko ſie vda. Náwoła nárabi dréw.

Radzi ſie widza tedẽ wé drzwi / drugi oknem.

De ijs dicitur, qui ſe inuicem ita oderunt, vt non modò menſa ſed ne tecto quidem eodem vti poſſint. Sic Plutarch. de quodam: τῷ δὲ ἀδελφῷ μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἰέναι ϑ δεῖν βαδίζειν.

βαδίζειν. Cum fratre verò ne via quidem eadem putans ſibi incedendum eſſe. *Sic & Cic.* Cum Græcos ludos ita ames, vt ne ad villam quidem tuam via Græca ire ſoleas. *Idem Cicero de Catilina omnibus exoſo, ait:* Aduentu tuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt &c. omnes conſulares——ſimul atque aſſediſti partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt. *Plura ſimilia habet ibidem.*

φιλῶσιν ἀλλήλους καθὸ λαγωὶ καὶ κύνες. *A.*

Amant inuicem veluti lepores & canes. *Caſtor & Pollux fratres ex amore diuiſerunt inter ſe immortalitatem (nam oportebat alterutrum mori) nunc vnus moritur. i. occumbit & ſub terra eſt, alter apud ſuperos, & nunquam ſe mutuò aſpiciunt. Lucianus.* *Aſſine, Vnié nawidźi go.*

Radźi to gánteemy, czégo dáć nié chcemy.

In Trinummo Plauti Staſimus ſeruus Lesbonici, miris modis vituperat apud Philtonem agrum heri ſui, quem ille alienare volebat. longior eſt Scena. Huc trahi poteſt illud quod Phœbus Martiali petenti centum ſeſtertia mutua reſpondit: Exigis ergo nihil?

ψέγειν ἔσθιεν ὅτε τις δρᾶσθ' ὤφειλεν. *A.*

Culpare ſuetus quod quis abnuit dare.

φειδωλὸς, ὅτ' ἂν δοῦναι τι μὴ θέλει, ψέγει. *A.*

Quæ dare recuſat vituperat homo ſordidus.

Raz dość omylić śie, zgrzeszyć.

ἅπαξ ἀλώπηξ εἰς πάγην ἐνέπεσε. *Suidas.* Semel in laqueum vulpes incidit. ἱκανόν ἐστιν ἅπαξ μανῆναι, *Lucian.* Sufficit ſemel inſaniuiſſe. *Hiſtrionis cuiusdam dictum eſt, qui cùm Aiacem furentẽ in theatro nimis affectatè repræſentans, multa indecora & abſurda cõmiſiſſet, inuitatus iterum ad theatrum reſpondit:* Semel ſatis ſit inſaniuiſſe, *præſertim quia poſt actum ſuum grauiter agrotauit tum fatigatione tum pudore ac pœnitentia factorum, maximè quia alter hiſtrio poſt eum, eundem Aiacem modeſtè decenter & cum omnium approbatione & laude ſaltauit. Lucian.*

μὴς πίσσης γευόμενος: *ex Theocrito.* Mus picem guſtans. ſ. *non iterum eam guſtabit, amaioris & periculi inhærendi memor.*

ἀδέπι οἱ βελὰς συμφράσομαι, ἀδὲ μὲν ἔργον.
ἐκ γὰρ δὴ μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιθον, ἀδ' ἂν ἔτ' αὖτις
ἐξαπάφοι ἐπέεσσιν, ἄλις δέ οἱ, ἀλλὰ ἑκηλὸς ἐρρέτω. *Homer.*

Hocce ego cum nil conſulto, neque enim expedit vnquam.
Quippe vbi fruſtratus ſemel eſt, ac fraude fefellit,
Non iterum mihi verba dabit ſtulto, ſemel illi hoc
Sit feciſſe ſatis, ſecurus deinde valeto.

ἁμαρτεῖν ἐκ ἔνεστι δὶς ἐν πολέμῳ. Peccare bis non licet in bello. *Lamachi dictum.*

Raz dość ná woyniè błądzić Polegby, trudno wćtorzyć.

Præliorum delicta emendationem non recipiunt, cùm ſtatim pœna ſequatur errorem. *Vegetius.* *Laco ignarus quà ratione Echinus edendus ſit, eo integro in os iniecto, & mox*

& mox ejecto dixit: O ſceleſtum edulium non te poſthac vnquam ſumam. *Athenæ.*
Paſtor Æſopi naufragium ſemel paſſus, mari placido non audet ſe credere.
Equus ſemel ſponte frenum ab homine receptum, nunquam poteſt amplius excutere. Apologus Steſichori & Horatij. *Vulpes aſino ſua opera aſtutè ad leonem adducto & occiſo; aures & cor depaſta eſt dicens*: Si iſte cor & aures habuiſſet, nunquam à vulpe ſemel deceptus iterum illi credidiſſet. *Apologus Germanicus apud Iacobum Pontanum.*

Affine, Vtié drugi raz. Kto śie ná goracem. Po ſkodźié. Drugi raz.

Raz dwá trzy nié pomożé / dźieśieć pomożé.

Pernicies filicis eſt exſtirpatio crebra. *Columel.*
Multis ictibus deijcitur quercus. *ſub* Vtié záraz to bedźié.
Vide Bíy iedno. Kto czeſto miérzy.

Raz gody / drugi raz głody. Dźiś gody / iutro głody.

Vecticulariam vitam viuere. *Cato. i. nunc largiter habere, repente nihil. Feſtus. quales ſunt perfoſſores parietum Turneb. his addo nepotes. & Tigellium Horatij, de quo ille ſic*:

——— Habebat ſæpe ducentos
Sæpe decem ſeruos, modo reges atque tetrarchas. &c.
Decies centena dediſſes, quinque diebus Nil erat in loculis.
ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε δ' οὐδὲν ἔχειν. *Theognis.*
Nunc pollere opibus, nunc at habere nihil.

Poſt feſtum ac luſum piſa edenda. i. *parciùs viuendum. Garner. Gallic.* *Sic Plautus.*
Feſto ſi quid prodegeris die, profeſto agendum eſt. *V.* Kto przébiera. Obczadły.

Raz iáko nic.

τὰ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβάνειν νομοθέται. *Theophraſtus.*
Quæ ſemel aut bis accidunt, tranſeunt, diſſimulant legislatores.
Semel non eſt conſuetudo. *Garner.* Vna hirundo non facit ver. *V.* Jédná iáſkołká.
Affine, Máło iako nic.

Raz vmrzeć.

ἀναθεῖναι ὥσπερ πεσὸν οὐκ ἔστιν βίον. *Antiphon.* Reponere haud vitam licet tali modo. (*talum velut*) In idem flumen bis non deſcendimus. *Seneca. vt legit Muretus & Pincianus ex Heraclito. apud Platonem. V.* Żywot lucki bieg do śmierći.
ἐμπαλιν ἑαυτὸν μὴ τρέχειν. *Herodian.* Retrò non licet currere. *Al.* Euntem non oportere retro verti. *Ex Pythagor. ſ. à virtute, labore, vita.*
οὐ γὰρ ἀνηβᾶν δὶς πέλεται. *Theognis.* Nec enim repubeſcere bis licet.
Mori neceſſe eſt, ſed non quoties volueris. *P. Syrus.*
θανεῖν ἀνάγκη πᾶσιν οὐ πολλάκις ἂν θέλῃς. *A.*
Statutum eſt hominibus ſemel mori. *S. Paul. ad Hebræos 9.*
——— Et calcanda ſemel via lethi. *Horat.* Soles occidere & redire poſſunt.
Nobis cùm ſemel occidit breuis lux, Nox eſt perpetua vna dormienda. *Catul.*

ὅπι σοὶ ὥρης ἐλθόντα μὴ ὑπεκφύγῃς. *Pythagoras. Plutarch.* Ad finem vbi peruenieris ne velis reuerti. i. *vbi dies fatalis aduenerit, ne cupiditate vitæ teneatur.*

Récydywá zła.

Grauiùs ægrotãt ij, qui cùm leuari morbo viderẽtur, in eũ de integro inciderũt. *Cic.* οἱ ἀναισσθητοι ἀεὶ πάμπαν χαλεπωτέρως. *A.* Morbus periculosior recidentiũ. Serpens primo ictu debilitatur, secundo confirmatur. *Rhodigin. ex Plutarch.*

Reká to iego/ .i. Sprawca/ Pomocnik.

Manus eius est. *Sic Cic. de Verre.* Comites illi tui delicati, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, accensi, præcones, manus erant tuæ. *Item.* Cybiratæ fratres, canes venatici Verris, quorum ille in furando oculis, manibus suis vtebatur.

Simile quid 2. Regum 14. Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? i. *opera, consilium, auxilium.* *Sic apud Suidam, cùm Valens Imperator Aëtium Patritium ducem insignem per calumniam delatum occidisset, cuidam familiariter dixit:* Nonnè rectè Aëtium sustuli? Ille: εἰ καλῶς ἢ μὴ, σὺ οἶδα. γίνωσκε δὲ, ὅτι τῇ λαιᾷ χειρὶ, τὴν δεξιάν σου ἀπενεγκας Num rectè an secus, nescio. Noueris verò quòd læua manu dextram tuam abscideris. i. *auxilio & robore te priuaueris, quod breui, malo suo ille expertus est.* *Dicunt etiam eodem sensu Poloni,* Oko to iégo. *sed Latini amorem significant cùm dicunt:* Oculus eius est. *V.* Kocha śie w niem. *Plautus tamen seruum improbum* Oculum lippum *appellat.* Ex cohorte Prætoris est. *Cic. i. Prætoris auctoritate & iussu audacter omnia agit.*

Reka tu trzébá/ nié geba. Reki tu trzébá przykładáć/ nié wielé prozno gadáć.

Opera huc vestra conducta est, non oratio. *Plaut.*

Meas ego pugnas, manibus duelli prædicare soleo, haud in sermonibus. *apud eundem miles gloriosus Truculento.* duelli *hic Aduerb. i. belli, in bello.* (est.

ἐν τῷ πολέμῳ ὁ λόγων, ἀλλ' ἔργων χρεία. *Suidas.* In bello nõ verbis sed factis opus

ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐν βουλῇ. *Homer.*

In manibus finis belli, verborum in consilio. *Vel*

Verba in consilio, valet in certamine dextra. *Vel*

Bella manu constant, at consultatio dictis. *Sic apud Virg. Turnus Dranci dicit:* Sed non replenda est curia verbis Tunc cùm bella manus poscunt &c.

ὄπι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν, ἀλλὰ μάχεσθαι. *Homer.*

Non opus est verba multa cumulare sed pugnare. (factis.

ὁ λόγων ἀγορὴ δεῖται ἑλλάδος, ἀλλ' ἔργων. Non verbis forum eget Græcorũ sed

τὰ ἔργα πιθανώτερα τῶν λόγων. *Xenophon.*

Opera efficaciora ad persuadendum quàm verba. (uent.

πρόσθεν ἐοῦ' ὁ πείθων δ' λέγουσθε, ὁ λόγος. Nõ verba: mores sed loquentis permo-

Non opus est verbis credite rebus ait. *Ouid.*

λέγειν ἄριστα καὶ πράττειν τὰ κάλλιστα. .i. Dicere optima & facere pulcherrima, via certa

certa ad gloriam. *apud Plutarch. Ageſilai dictum.* Mądremi ſłowy i pięknemi ſprawy/ Każdy doſtánię tácno dobrey ſławy. *Adde triuiale illud:*

De verbis quantùm vis. *ſubaudi commodum Verbum.*

Robiąc vżiebnie/ tędżąc śie zpoci.

Anonymus Rhythmicus de famulis Sacerdotum ſic habet ex Germanico.

Serui Plebani ſunt omni tempore tardi,
Dum comedunt, ſudant: frigeſcunt quando laborant.

V. Vmieß ięść. *&* Dobra powięść.

Robic ſie wſtydzic nie trzeba/ krokolwiek zażywa chleba.

Roboty/ nikomu nie ſromoty.

ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος· ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος. *Heſiodus.*

Nullum dedecus eſt labor, aſt ignauia magnum.

φιλόπονος ἴσθι καὶ βίον κλῆσῃ καλόν. *Menander.* Laborioſus eſto, pulchram vitã ages.

πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλει. *Phocylid.* Labor virtutem valde auget.

Zenonium eſt & lentem coquere. Senatorium rapas &c. *V.* Podłych rzeczy.

Philopœmenes Prætor ligna findebat hoſpiti. *V.* Jákie odżienie tákie raczenie.

Roboty wyborna/ lędá mátéryia záleci/ zdrożyc.

Roboty wytworna/ nadroższa mátéryia przeydźie.

Materiam ſuperat quandoque opus. *Ex Ouid. qui ait:* Materiam ſuperabat opus.

Plerunque plùs in manus pretio quàm in re eſt. *Caius. ICtus.*

Manus pretium machinæ. *Cic. Explicat Aſconius, vbi non tam materiæ quàm manus atq; artis ratio habetur.* *Idem Cic. loquens de vaſis Siculorum antiquo opere & ſummo artificio factis, eiſdem per Verrem ereptis ait:* Quorum iſte non opere delectatur ſed pondere. i. *auri, argenti, æris, ex quo illa artificioſa opera confecta erant. Vidi aliquando effigiem trium Regum Chriſto infanti munera offerentium ex cera factam cubitali paulo altiorem & latiorem, quæ niſi me fallit memoria amplius ducentis aureis æſtimabatur; ſed ad viuum erant expreſſa omnia, quæ ad ſplendorem regium & comitatum numeroſum pertinebant.* *Leges apud Plinium l. 35. cap. 9. 10 11. 12. non pauca opera pictorum, ſculptorum, plaſtarum, multis millibus æſtimata ob artificum induſtriam, Zeuxes autem ſua non vendebat, ſed donabat, quòd pretium omne excedere putarentur, & alioqui ipſe ingentes opes iam ex arte collegerat.*

Huc illud ex Plauto. Proba eſt (*omnis*) materia ſi probus artifex.

δόκιμον ὕλην ἀμία τέχνη ποιεῖ. *A.* Materia vilis arte fit magni pretI.

Roboty niepotrzebna/ głupia. Drzwi do laſa.

περιττὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν ἀδεῖα. *Sophocles.* Superflua agere inſignis eſt amentiæ, *Vel.* Superuacua agere nullam habet prudentiam.

παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύσσει. Iuxta fluuium puteum fodit.

Turpe eſt, difficiles habere nugas Et ſtultus labor eſt ineptiarum *Martial.*

Satius eſt otioſum eſſe quàm nihil (.i. *res inutiles*) agere. *Attilius. Plini iuni.*

πραττων, ἀδὲν ποιεῖ. *Cratinus.* Agens, nihil efficit. i. *laboris fructus non apparet. seu agit & nil efficit.* Sedulitas autem ſtultè quem diligit vrget. *Horat.*

ματαιοπονία (i. *vanus labor*) à *Quintil.* vocatur talis actio. *vt illius qui ciceris granа ex diſtantia in acum ſine fruſtratione inſerebat. apud eundem l. 2. c. 21.*

ὅστις ἔργον ἀδὲν εἶχεν, ἁρμενίαν ἐτείχιζεν. *Strabo* Qui negotij nil habebat, Harmenen muro cinxit. ſ. *vicum ignobilem Simopenſem.* Vtie miał co robić.

κυλινδεῖν τ πίθον. Volutare dolium. *Diogenes apud Lucianum perſtringens aliorum vanos labores curas curſitationes, dolium etiam ipſe ſuum voluebat. & interroganti quid ageret reſpondit:* κυλίω κἀγὼ τ πίθον, ὡς μὴ μόνος δοκῶ ἀργεῖν ἀσχόλοις, ἐν τοσούτοις ἐργαζομένοις. Voluo ego quoque meum dolium, ne inter tot laborantes ſolus otioſus videar.

Res age quæ proſunt, rurſus vitare memento,
In quibus error ineſt, nec ſpes eſt certa laboris. *Cato.*

ὠφελιμόν τι ποίει, τὰ δὲ καὶ πάλιν ἔργματα φεῦγε,
εἰσὶν ἔνεστι πλάνη, μόχθος καὶ ἐλπὶς ἄφαντος. *Mylius.*

τὰ τῶν ψύλλων ἴχνη μετρεῖν. *Lucian.* pulicum veſtigia metiri.

Affine, Subtelność niepotrzebna. Dermo robiß. Dworność niepotrzebna.

Robotny / zabawny człowiek nie choruie; niema czaiu chorować.

Vita humana propriè vti ferrum eſt. Ferrum, ſi exerceas, conteritur; ſi non exerceas, tamen rubigo conficit. Homines item exercendo conteri, ſi non exerceas, inertia atque torpedo plùs detrimenti affert quàm exercitatio. *Gellius.*

εὐδαιμονέστεροι τ ὑγιαινόντων οἱ κάμνοντες. *Libanius.* Beatiores ſunt ſanis laborantes. .i. *otioſis.* Labor callum dolori obducit. *Cic.*

——— Valeo, corpuſque quod antè laborum
Impatiens nobis inualidumque fuit
Sufficit, atque ipſo vexatum induruit vſu.
An magis infirmo non vacat eſſe mihi? *Ouid. in exilio.*

ἀδὲ νοσεῖν σχολὴν ἄγω vel σχολάζω. *Henr. Stephan.* Ne ægrotandi quidem otium habeo. *Celebre eſt illud Theophraſti Epitaphium.*

ἦκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τιν' ἐλέχθη,
ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον·
ἦ μὴν καὶ Θεόφραστος, ἕως ἐπόνει μόγις ἦπαρ
ἦν ἄλεμας, εἶτ' ἀνιεὶς, κάτθανε πηρομελής.

Non ſane hoc vanum dictum à quodam hominum prolatum eſt,
Rumpi arcum ſapientiæ remiſſum.
Sane quidem & Theophraſtus quandiu laborabat, ſano
Erat corpore; pòſt vbi remiſit; defecto corpore obijt.

Epaminondas audiens militem tempore belli morbo mortuum dixit: Vnde ei fuit otium moriendi in tantis negotijs? adde & ægrotandi. *Plutarch.*

Etiam ſtudioſis & ſenibus exercitationes moderatas præſcribit *Seneca epiſtola 15.*

qualis.

qualis eſt, Curſus: Motus manuum cum aliquo pondere: Saltus in altum, vel in longum, aut fullonius (*in eodem veſtigio*) Geſtatio: Ambulatio in aperto: Declamatio & clamor contentiore voce, increpando vitia (ſi aliud deſit) &c. *Item de Tranquillitate animi ab eo adduntur iſta.* Ceſſatio à ſerijs occupationibus & contentione animi, luſus, ioci & hilaritas, vectatio, tripudium militare, vini liberalior potatio citra ebrietatem, ſomnus &c. valetudinis adiumenta,
Lege Martial. epigr. 8. libri 1. Semper agis cauſas &c. *Adde apologum de Podagra quæ à ruſtico operario malè accepta fugit ad diuitem. ſub Dicto,* Choroby delikat.
ἡ ἄσκησις ὑγείαν ζωπυρεῖ. *Ariſtotel.* Exercitatio ſanitatem conſeruat.
Arcum intenſio frangit, animum remiſſio. *P. Syrus.*

Roboty dość / á pożytku mało.

καρκίνους φάγειν. Cancros edere, *dicebat Dialecticos Ariſton Chius.*
Nam ſicut cancros edentes exigui cibi cauſa magnum cumulum teſtarum acutarum pertrectant: ita Dialectici ſubtilitatibus inutilibus & aranearum telis ſimilibus immorantur.
ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν ζωήγαγον. Ex multis paleis paruum fructum collegi. *Suidas. qui addit explicans.* πολλὰ μὲ ποιῶν ὀλίγα ὃ καρπεύμενος: Multùm laborans paruum fructum referens.
Nummus Spartanus. *dicitur de conatu & labore magno, exiguo vel nullo emolumento. Nam is erat ferri moles magna, æſtimationis paruæ & inſuper ferro aceto macerato conſtabat. Rhodigin.* Dare in retia & nil capere. *ex Democrito qui habet:* δοῦναι μὲ εἰς ἐπακτρέων, λαβεῖν δὲ μή Impendere in retia, tamen capere nihil. *In eum dictum volunt, qui alienis commodis inſeruit nullo ſuo emolumento.* ἀζανάια κακά. *Stephan.* Azanæa mala. *cùm in re difficili & inutili multùm ſumitur laboris, dictum ortum à regione Arcadiæ ſterili.* V. Subtelność niepożytecżna.

Roboty nigdy śię nie przebierzé. Żáwſze teſt co robić.

ἔστι βίῳ πᾶν ἔργον, ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλῃς. *Phocylides.*
Eſt in vita omne opus, ſiquidem laborare velis.
Nullum à labore me reclinat otiũ. Vrget diẽ mox & dies noctem, neq; eſt
Leuare lenta ſpiritu præcordia. *Horat.* Vżigdy nić wytchne. Trudno i odes (tchnąć.
Noctes dieſque aſſiduò ſatis ſuperque eſt, (orbem. *Idem.*
Quo facto aut dicto adeſt opus quietus ne ſis. *Seruus Plautinus loquitur.*
Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter.
Cui nunquam exhauſti ſatis eſt — *Virg.* — Redit agricolis labor actus in
Homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt. *Ex Chryſoſtomo.*

Roboty / kłopoty.

τὰ πολλὰ πράττειν καὶ λύπας πολλὰς ἔχει.
Multa agere plurimas habet moleſtias.

Ród podły wymieść / ozdobić.

In re tenui natum maiores nido pennas extendere. *vt Horat. de ſe prædicat.*

Cicero item de ſe. Ego inquit maioribus meis virtute præluxi. *Anacharſis celebrem reddidit Scythiam, & cum illum quidam Scytham vocaret reſpondit:* τῷ γένει, ἀλλ' ὐ τῷ τρόπῳ. genere ſeu ortu non more ſeu vita ſum Scytha. *de eodem Epicharmus:* Scytha eſt perditus, at Anacharſis non eſt Scytha. *E Stobæo.*

Ród zacny ſpráwy złe ßpéca.

Bene natis turpe eſt male viuere. *Eraſm.*

ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τις καλῶς πεφυκότι. *Sophocles.*

Natis honeſtè turpe viuere turpiter.

Rodźicow dźiéći ßánować powinne i rátować.

ἱκανὰς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς. Senes parentes nutriens viues diu. *In hanc ſententiam plurima ſunt in SS. libris.* (*cat.*

Huius pietatis in parentes Symbolũ eſt Ciconia *quam Pietatis cultricem Petronius vo-*
De hac ſic Ariſtophan. ἐπὴν πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπτερώσῃ
πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων,
δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Poſtquam parens ciconia volantes ſuos Omnes reddiderit pullos nutriens,
Opus eſt parentem vt rurſus pulli nutriant.

Id Græci vocant ἀνταπελαργεῖν, *quaſi renutricare vt Pierius vel reciconiare vt Anonymus Hieroglyph. reddit.* *Pulli Ciconiæ, Ardeæ, Pelicani alunt ſuos parentes, cibum etiam deuoratum ſi alius deſit, reuomentes. Philes Græcus.*

Ames parentem, ſi æquus eſt; ſi aliter, feras. *P. Syrus.*

Nunquam nimis curare poſſunt ſuum parentem filiæ. *Plaut.*

Filij regum cogniti & inuenti, retinent tamen charitatem in paſtores, quos patres per multos annos eſſe duxerunt. *Cic.*

Etiam vultu (*contumaci, atroci, faſtidioſo*) ſæpe læditur pietas. *Cic.*

Metellum Macedonicum 4 filij ad rogum detulêre, ex ijs vnus erat prætor, tres conſulares, duo triumphales, vnus cenſorius. Plinius. *Alexander M. cùm matrem eius Antipater longa epiſtola criminaretur, reſpondit:* ἓν δάκρυον μητρὸς μυρίας ἐπιστολὰς ἀπολείφει. Vna matris lacryma decem millia epiſtolarum delet.

Rogáta w tem dußá.

ἐνεάψυχος κύων. *Heſychio. Etymologo.* Nouem animas habens canis. *De eo dici poteſt qui verbera, vulnera, morbos facile tolerat, & difficulter moritur. Nam canis difficulter efflat animam ait Rhodigin. vnde Prouerbium Græcum* θάνατος κυνός. Canina mors. *pro difficili morte.* *Sic Plautus de vxore mala annoſa.*

Viuit, viuetque, immortalis eſt.

Teſtudinis abſciſſum caput diu viuit, comiuet oculis, mordere appetit. Pierius.

Perire nõ poteſt niſi crura ei fracta fuerint. Crura ei fracta ſunt & tamẽ viuit. *Cic.*

Roſkoſi bolu nábawiá.

Roſkoß przychodzac ſmekuſé / elé odchodzac kátuſé.

Voluptas ſi modũ non teneat, ad dolorem tendit. *Seneca.* Voluptates vbi modum tranſcendêre, pœnæ ſunt. *Idem.* Voluptatibus maximis faſtidiũ finitimũ eſt. *Cic.*

Ita comparatum eſt in ætate hominum, ita dijs placitum,
Voluptatem mœror vt comes conſequatur. *Plaut.*

Habet hoc voluptas omnis. Stimulis agit furentes,
Apiumque par volantum, Vbi mella grata fudit,
Fugit, & magis tenaci Ferit icta corda morſu. *Bòétius.*

Sperne voluptates, nocet empta dolore vuluptas. *Horati.*
Impia ſub dulci mellevenena latent. *Ouidi.*

Angeronia ſimul eſt cum Volupia. *Angeronia ab angore dicta dea, in templo Volupiæ dea voluptatum præſidis colebatur, & ſimulacrum eius in ara Volupiæ ſtabat. Macrobi. quòd dolor voluptatis ſit ſemper comes.*

— ἡδονὴν φεῦγε, ἥτις ὕστερον λύπην τίκτει. *Menander.*
Voluptatem fuge, quæ in poſterum dolorem parit.

Plerique propter voluptatem & paruam & non neceſſariam, tum in morbos graues, tum in damna, tum in dedecora incurrunt, ſæpe etiam legum iudiciorumque pœnis illigantur. *Cic.* Capua Annibali Cannæ. *Paſſeratius ex Liuio.*

ὡς θαυμαστῶς πέφυκε, πρὸς τὸ δοκεῖν ἐναντίον εἶναι λυπηρόν. *Plato.*
Quam mirabiliter comparatum eſt, vt ei quod placet, contrariũ ſit moleſtũ. ſ. *adiunctum.* Voluptates non aduenientes ſed abeuntes contemplari iuſſit. *Ariſtotel.*

ὡς πολλὰ πάσχομεν διὰ τὰς ἡδονὰς λυπούμεθα! Quam multa patimur ob voluptatem mala?
πίνουσ' ὁμίχλην τ' ἀνοσίους κακοί
Fæcem malitiæ turbidam bibunt mali. ſ. *dolorem, qui eſt fex voluptatis.*
μεγάλην παράκαιρος ἡδονὴ τίκτει βλάβην,
ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυσχερές. *Menander.*
Magnum importuna voluptas parit nocumentum,
Ex voluptate enim naſcitur infelicitas.
τὸ παρ' ἀίσιον γλυκὺ, πικρὸν ἔσχατα μένει τελευτά. *Pindar.*
Id quod præter rationem dulce eſt, amariſſimus finis manet.

ἡδονὰς διώκειν ἀσκόπως, λύπας ἐστὶ ζητεῖν. *Athenæus.*
Voluptates cupidè effrenatè perſequi, eſt dolores venari.
Voluptas ſemper laborem habet: ſi bona, præcedentem; ſi mala ſequentem. *Pythago.*
Ingreditur blandè, ſed in fine mordet vt coluber. *Salomon 23. de vino.*

Lyſimachus Rex cùm in Thracia obſitim ſe hoſtibus dedidiſſet, poſtquã bibit, exclamauit: O dij, quàm puſillæ voluptatis gratia, me ex tanto regno in ſeruitutem conieci! *Plutarch. ait:* ὦ θεοὶ ὡς βραχείας ἡδονῆς ἕνεκα μεγάλην εὐδαιμονίαν ἀπεβαλόμην. *magnam felicitatem abieci. Vrſus apum ſylueſtrium alueos aggrediens, induſtria mellariorum mortem inuenit. Olaus M. Sciunt id melùs Ruſſi noſtri. Lepidum de hac re*

apologum

apologum habet Sebastianus Acernus versu Polonico rhythmico conscriptum.

Ostrea ad vnguenti odorem accurrentia capiuntur. Philostrat.

Dolor voluptatis comes. Tincta voluptatis gaudia felle nocent,

Ex gutta mellis generantur flumina fellis. *Garner.*

Quando fricas, dulce est: modicùm cessato, dolebit. *Idem.*

ἡδέοικα μωρὸν χάρμα πυρσώσας μόρον. *Aeschylus.*

Magnoperè stultum metuo pyraustæ exitum. *quæ gaudet ad ignem aduolans à quo exuritur.* *Præclara est illa doctrina.* Cum tibi voluptatis cogitatio incidet, ne mox ab ea mouearis, sed deliberandi tibi spatium sume, & examina rem. tum confer tempora duo, illud quo voluptate breuiter perfruitus, mox dolebis, & te obiurgabis: & illud quo abstinens gaudebis; & expende quantò præstantior sit huius victoriæ conscientia. *Ex Epicteto Græco Latinè contracta longior sententia.*

τὰ βραχέα τερπνὰ μιξάνοιαν μακρὰν φέρει. *A.*

Longum breuia iucunda pœnitere dant.

Roskoß krotka rzécz.

Vnà cum satietate moritur memoria voluptatis. *Cic.* Amores & deliciæ maturè & celeriter defloreſcunt. *Idem.* Fluit voluptas & prima quæque euolat, sæpiusque causas pœnitendi quàm recordandi relinquit. *Idem.*

ἡ ἡδονὴ μονόχρονος. *Aristippus.* Voluptas res est vnius temporis seu momenti, *quia eius præterita iam non sunt, futura nondum adsunt.* (*Thyeste.*

Nulla sors longa est. Dolor ac voluptas Inuicem cedunt: breuior voluptas. *Seneca* σκιαὶ γὰρ ἀνέρος αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι. *Philostrat.* Vmbræ & somnia voluptates omnes. Adonidis horti. *V.* Pieknié á dáley nic.

Roskoß mniémá wielkiey vſtępnié.

Lauiné, pransusné sum? *Nicias pictor apud Plutarch. ita arte sua oblectabatur, vt sæpe è suis domesticis quæreret,* εἰ λέλουται γὰρ ἤρώτησεν. vtrum lauerit & pransus sit.

Archimedem sui per vim à tabula auellentes & exutum vngebant, & ipse figuras geometricas in corpore oleo pingebat. Idem Plutarch. *Canus tibicen dicebat:* Nescire homines quanto magis ipse suo cantu oblectaretur quàm auditores; quod si scirent, non darent sed exigerent ab eo mercedem. *Idem.*

Roskoß neta do złego.

Malorum esca voluptas, qua homines capiuntur vt hamo pisces. *Cic.* Voluptas mater malorum omnium, cuius blanditijs corrũpuntur, quæ natura bona sunt. *Idẽ.* ἡδονὴ δελεὰρ μέγιστον κακῶν. *Plato.* Voluptas maximum inuitamentum malorum.

Panthera odorem suauem & animalibus etiam gratum spirat; quare cùm esurit, in loco feris frequente se occultat, & illas odore alliciente accedentes inuadit & deuorat. Aelian.

Roskoßy mało na świécie / przykrości pełno.

Satin' parua est res voluptatum in vita atque ætate agunda,

Præ quam quod molestum est! *Plaut.* Nulli homini est perpetuum bonum.

Iam

Iam huic voluptati hoc adiunctum eſt odium. *Idem.*
Parcè gaudere oportet & ſenſim queri
Totum quia vitam miſcet dolor & gaudium. *Phædrus.*
τοιοῦτός ἐστιν ὁ βίος ἀνθρώπου, γύναι,
εὐφραινόμεθα ἔλαττον ἢ λυπούμεθα. *Philemon.*
Talis eſt vita hominis, ô mulier, Gaudemus minùs quàm dolemus.
Plus alòës quàm mellis habet. ſ. *vita.* *Iuuenal. hoc de vxore protulit.*
Medio de fonte leporum Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat. *Lucreti.*

Roſkoßy ſkromno zázyway. Nié dobieray do dná.
Stodkośći / nié dobieray do gorzkośći.

Voluptate modicè fruendum. *docet exemplum Satyri, qui ignem à Prometheo oſtenſum arctè complexus ſe aduſſit. Ex Plutarcho.*
Vt canis è Nilo deguſta voluptatem. ſ. *currendo raptim, velut canes Aegyptij faciunt metu crocodilorum in aqua latentium. Ex Solino, Macrobio.*
Culex & Hepialus ad lucernam aduolans exuritur. Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus euomas illud. *Prou: SS. 25.* Mel venenatum (*multis in locis*) natura fecit, vt cautiorem minuſque auidum redderet hominem. *Plin.*
Muſca auidiùs ad mel aduolans & ſe immergens, inhæret & moritur. *Aeſopus.*
Epimythion addit Planudes: πολλοῖς ἡ λιχνεία πολλῶν κακῶν αἰτία.
Multis malorum cauſa multorum gula.
ἐν πυθμένι πικραὶ πᾶσαι εἰσὶν ἡδοναί. *A.*
In fundo amara ſit voluptas quælibet. *V.* Nié garśćia. Skromnié zázyway.

Roſkoßy śie maßwiárować / teśli cnoty (ſławy) chcéß dochować.

Si famam ſeruare cupis dum viuis honeſtam,
Fac animo fugias, quæ ſunt mala gaudia vitæ. *Cato.*
εἴ ποτε ζῶν ἐθέλεις φήμην ἀγαθὴν λέγειν σώζειν,
θυμῷ χρὴ φυγέειν ἃ πέλει κακὰ χάρματα ζωῆς. *Mylius.*
Τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν (ὥσπερ σειρῆνας) τὸ ταχύ ἐστι τὸ δρᾶσαι τὸ ἀρετὴν ἰδεῖν, ὥσπερ πατρίδα. *Socrates.* Voluptates opus eſt præterire velut Sirenes eum, qui ad virtutem tanquam ad patriam feſtinat.
Laſciuia & laus nunquam habent concordiam. *P. Syrus.*
μηδέποτε δοῦλον ἡδονῆς σαυτὸν ποιήσῃς. Nunquam voluptatis te ſeruũ feceris.
Voluptatem vicisſe maxima voluptas eſt. *Cyprian.* ἀεὶ δ' ἀισχρὸς βίος, ὁμῶς κἂν ἡδὺς ᾖ. *Menander.* Iucunda quamuis vita ſit, ſi turpis eſt, Opprobriũ eſt.

Rośmiał śie piękné / iák piékłá vchylił.

ἐγέλασεν ὁ Χάρων. Riſit Charon. *Rhodigin.* ἐγέλασεν ὁ λέων. Riſit leo. *Idem.* *Perinde eſt ac ſi dicas.* Riſit Cato. *vel alius tetricus homo.*
ἐγέλασε σαρδώνιον. Riſit riſu Sardonio. *apud aliquos Græcos ſcriptores Sardonium*

ridere, eſt animo mœrente vultum hilarem oſtendere, vel intùs ira ringi, foris dentes nudare; vel amarum riſum ridere. alij aliter.

Canem irritatam imitatus dentes reſtrinxit. *Ex Plauto.* V. Smiech zmyślony.

Roſpuścił śię. Roſpuſtnik.

ἡρακλῆς ἐν λυδοῖς ὠρχήσατο. *Ariſtides.* Hercules inter Lydos (*molles effeminatos vir grauis*) ſaltauit. πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ (ἐκέλευσε.) *Cic. ex Demoſthene.* Multam ſalutem dixit honeſtati. Valere iuſſit honeſtum. Hercules in ſerico Omphales. *Tertullian. in theriſtro legit Rhenanus. Hercules Omphale reginæ ſeruijt* κροκωτοφορῶν *vel* κροκωτοφερῶν. *i in crocoto muliebri veſte talari pretioſa rotunda ſimbriata. Plutarch.*

ἀπὸ δωρίου ἐπὶ φρύγιον. *Suidas.* A Dorio ad Phrygium. ſ. *tranſijt. de eo qui à vita temperanti ad luxum ſe tranſtulit. Methaphora ab harmonijs, quarum Doria, ſeuera grauis temperata; Phrygia, inettata & ad furorem excitandum apta. Luciano. Athenæo. Alij aliter.* Gallonius alter. *Lucilli. Cic.* V. Vlić przyſtoi mu. Vtrátnik.

Rownać rożne pérſony / obrazá ićdney ſtrony.

Omnis comparatio odioſa, *Vulgare dictum: habet id Garner.*

μισητόν ἐστι πᾶσα σύγκρισις ὧν δήποτε. *A.*

Hominum odioſa comparatio quælibet. *Maximè verò inſignium perſonarum. vnde idem Garner.* Ille odium generat, proceres qui comparat vllos.

Rownáme rzéczy wſzélkie / czyni máłe ábo wielkie. Szálé pokáżo / co rzéczy wáża.

Magnitudo non habet certum modum, comparatio illam aut tollit aut deprimit. Nauis quæ in flumine, magna eſt, in mari paruula eſt. *Seneca.*

κολοιὸς μὴ φαίνης καὶ κόραξ ἐυπρεπέσι καταλογιωθήσεται ὄρνισι. *Theophylact.* Graculo abſente (*non apparente*) & coruus pulchris annumerabitur auibus. *quia graculus minùs deformis coruo eſt. Laconum ſocijs indignantibus quòd multi paucos Lacones in bellum ſequi cogerentur, Ageſilaus iuſſit omnes permiſtim ſedere, & Lacones ſeorſum. tum per præconem iuſſit omnes figulos ſurgere, deinde fabros, architectos, &c. Laconibus qui nullam artem illiberalem exercebant ſedentibus, quo facto dixit. Videtisne quantò plures noſtri ſint milites? Plutarchus.*

Cum tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum,
Alterius ſpecta quo ſis diſcrimine maior. *Cato.*
ἐὰ τὰ τύχης σαυτῷ σὺν πράγμασιν ἐσθλὰ δέχεσθαι,
σοῦ ἄλλως ἐσιδὼν, ἀτυχέστερα δέ σε νοήσῃς. *Mylius.*

Luna quò propior ſoli eſt, minùs habet luminis. Plini. ſic qui magni videntur, collati maioribus, minores deprehenduntur.

Eſt miſer nemo niſi comparatus. Tolle felices, remoueto multo. Diuites auro. &c. Pauperi ſurgent animi iacentes. *Seneca Troade.* Comparatio eſt exacta cenſura. *Vide* Przéćiwna rzécz przy przéćiwney bárźiey śie wydáić, *Affine,* Dobre przy lépſzem tánićić. Rownić

Rowniſmy ſobie. Nieme nie ieden nád drugiego. Nieſmy ſobie.

Iam ſumus ergo pares. *Elegans eſt apud Martialem epigr. 18. lib. 2. in quo hoc hemiſtichiũ aliquoties poſt comparationes repetitur.* In ijſdẽ lineis dimicamus. *Tertul.*

Eodem pretio mihi ſal præhibetur (*al. perhibetur. i. præbetur*) quo tibi. *Plaut. q. d. æqualis conditionis ſumus.* Ex æquo iugum ducimus. *Plin. iunı.*

ἐγὼ τε κὴ σὺ τ' αὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν. Ego & tu idem trahimus iugum.

Par pari datum, hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. *Plaut.*

ἓν πρὸς ἕν. Vnum ad vnum. *Vel* Vnius ad vnum æqualis proportio. *Sic Lacedemonij legatum vnum ad Demetrium miſerant. ille verò id indignè ferens exclamauit:* Vnũ ad me Lacedæmonij? *legatus verò audaciter reſpondit:* ἕνα πρὸς ἕνα. Vnum ad vnum. *factum ſuorum, quod Tyrannus indignabatur, comprobans & ei ſe æquans. Ex Plutarcho.*

Mortali vigemur ab hoſte Mortales, totidem nobis animæq; manuſque. *Virg.* Alter circulum (*ſine circino*) pinxit: alter in eo centrum (*ſine inſtrumento*) deſignauit. *Polydor. Virgil. de duobus pictoribus, quorum vtriuſq; par laus, quia par difficultas & ars.* Actij & Titij idem ius. *Varro. Gellius.*

Samnites, *apud Cic. Horat. Liuium*, gladiatores inſignes, *qui aliquando toto die certantes, vtriq; ſalui & integri à ſpectaculo abibant. dicti à Samnitibus qui diu cum Romanis æquo Marte bella geſſêre.*

οἱ βασιλεῖς φιλοσοφοῦντες κὴ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύοντες τὸ αὐτό. *Ex Ariſtide.* Reges philoſophantes & philoſophi regnantes, paria hæc ſunt.

ἄ σοι μόνῳ ἔγχος, ἀλλ' ἐτὸν καὶ ἀλκὴ ἐστι. *Euripides.* Non tibi ſoli haſta, neq; clypeus munitus ferro, q. d. ſed & mihi. καί μοι δόρατά ἐστι κὴ ἀμφίδες κόρυθες θώρηκες. *Homer.* Et mihi ſunt haſtæ clypei galeæ thoraces. Zrownamy ſobie.

V. Copan pénu vczyni. Ianié chybie.

Rowno / iednako wſzyſtkich ważyć. Porownáć.

Vna pertica metiri. *Plin. iunı.* Pari libra. *Idem.* Eadem trutina penſare omnes. *Horat.* ἴσῳ σταθμῷ. *Plutarch.* Æqua lance.

ἰσορρόπῳ πλάστιγγι ζυγοστατεῖν. *Simocatt.* Æqua lance ponderare.

Omnibus omnia prorſum Pari filo. *Lucreti.* αὐτῷ πήχει. *Lucian.* Eodẽ cubito. Rotundæ quàm quadratæ menſæ præſtat accumbere. *Gallorum dictum.*

Poteſt etiam ſic efferri: Conuiuas omnes ad rotundam menſam diſponendi, *quia ſic inuidia & cogitatio loci honeſtioris tollitur.* Rowno częſtowáć.

ἰσομοιρία ἥδιστον κὴ ζυμποτικώτερόν ἐστι *Lucian.* Æqualitas iucundiſſima & maximè conuiuia decens res eſt. μίαν μύκωνον ἀποφήνας τὸ συμπόσιον. *Plutarch.* Vnam Myconum faciens conuiuium. i. *indiſcriminatim locans hoſpites. Hirundo pullis mira æqualitate diſtribuit cibũ. Plini. Pierius.* V. Przyiaćiel do przyiaćiélá.

ἴσας ὑσμίνη τὰς κεφαλὰς καθίστανται. *Baſilius.* Æqualia in pugna vel duello capita conſtituere.

Rowność w poſpolitości barzo pożyteczna i potrzebna.

τὸ γὰρ ἴσον αἰεὶ νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ. *Euripides.* Æquali-

Æqualitas accommoda hominum eſt legibus. κῆπο κάλλιον, ἰσότητα πμᾶν, ἡ φίλυς ἀὲὶ φίλοις, πόλεις τε πόλεσι, ξυμμάχυς τε ξυμμάχοις ζωδᾶι. *Idem.*

Illud melius, Æqualitatem colere quæ amicos amicis,
Et ciuitates ciuitatibus, ſocioſque ſocijs iungit.

τὸ ἴσον πόλεμον ὐ ποεῖ. *Solon apud Plutarch.* Æqualitas non parit bellum. *Athenienſes adeò amabant æqualitatem ciuium, vt ſi quis ex illis excelleret opibus, potentia, gratia, virtute & probitate, licet optimè de Repub. meritus, damnaretur exilio. vt Solon legulator. Ariſtides iuſtiſſimus. Themiſtocles, Thucydides, Cimon & alij, de quibus Plutar. Cic. Plin. Æmilius Probus. ſed iniqua hæc lex & conſuetudo fuit, quare poſtea abolita eſt. Lycurgus quoq; rex Sparta, æqualitatem poſſeſſionum, agrorum, pecuniæ, victus, & communitatem in ſuam Ren pub. induxerat. V. Plutarch. in Lycurgo.*

Cato Maior militibus præter alia ex præda nactis, libram argenti ſingulis attribuit dicens. Malle ſe multos cum argento, quam paucos cum auro Romam redire. *Idem.*

Concordiæ bona eſt nutrix æqualitas. *Garner.* ἄριστη θάλπη τ ὁμόνοιαν ἰσότης. *A.*

Rowny§ pan / poſtuży§ ſobié ſam.

αὐτολήκυθ Θ ου. Autolecythus es. Autolecythus *Heſychio eſt qui ſibi ipſe lecythum (.i. vas olearium, vel theeam pecuniariam) fert, vel qui ſibi miniſtrat* αὐτουργός. *Suidæ verò eſt pauper, qui nihil habet præter lecythum: vel qui paratus eſt quiduis agere & pati. Similia dicit de autolecytho Rhodigin. Mitto alios huius vocis vſus huic loco non ſeruientes.*

αὐτὸς ζωπῦ βαλάνιστον. *Ex Ariſtophane.*
Tibi ipſe balneum præparato, vel in balneo miniſtrato.
τὴν τράπεζαν αὐτὸς ὄισομαι. *Ariſtophan.*
Menſam ipſe feram. i. *mihi miniſtrabo. morem priſcum tangit.*

Gorgo Cleomenis Laconum regis filia, videns Ariſtagoram à ſeruo calceari dixit: Holpes hic manus non habet. *Apud Plutarch. Affine eſt illud Polonicum.* Do ezégo ſługi nié trzébá. *Et it:* Do ogniá. *Latinum ſimile eſt.* Palma (*manus*) ignem ſenſit. *ſubaudi, & mox exeuſſit: proprio ſenſu. Paræmiacum habes ſub* Spérzył ſie.

Rozbiegáły ſie koná. Już tu nierzad.

ἵππω Θ Πηδάτιον ἁφαρπάζει. *Nazianzen.* Equus ſeſſorem abripit.
πᾶσα ἡνία ἀφίετο. *Philoſtrat.* Omnes habenæ laxatæ dimiſſæ ſunt.

——— Irarumque omnes effudit habenas. *Virgil.*

ἧκιστα πείθεται λόγῳ χαλινοῖς. *Nazianzen.* Minimè obtemperare frenis rationis.

Vt cùm carceribus ſeſe effudêre quadrigæ,
Addunt in ſpatia (.i. *ſæpiùs quàm ſit opus ſpatia curriculi percurrunt*) & fruſtra retinacula (*habenas*) tendens, Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. *Virg. de tumultu & furore bellico toto orbe graſſante loquens.* Veluti cùm carcere rupto.
Auriga indocilis totas effudit habenas. *Silius.*
Exſpatiantur equi, nulloque inhibente, per auras.

Ignotæ

Ignotæ regionis eunt, quâque impetus egit,
Hàc ſine lege ruũt, rapiuntq; per auia currũ. — Ruunt tritũq; relinquunt.
Quadriiuges ſpatium, nec quo priùs ordine currunt. *Ouid. de Phaéthonte.*

Amnis inſtar voluitur. *Ex Ariſtophane qui ſic habet:*

τὸ δὲ χωὶν ὥσπερ σιμόεις κυλίνδεται.

Simoentis inſtar voluitur res publica. Fora litibus omnia feruẽt. *Martial.*

——— Sæuitq; animis ignobile vulgus Iamq; faces & ſaxa volant — *Virgil.*

Ea tela texitur & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac poſteritati oſtenditur, vt eorum ciuium quos patres noſtri non tulerunt, iam ſimiles habere cupiamus. *Cic.*

Vt ventum ad cœnam, dicenda tacenda locutus. *Horat. de effreni lingua.*

Non cohibet ventos dum vult, qui ſe dedit illis. *Garner.*

Rozbrát z toba. Rozbrát / rozwod vczynić.

Tuas tibi res habeto. Tuas res tibi agito. Conditione tua non vtor. *I Cti Caius Briſſoni. de diuortiis matrimoniorum. Transfertur aliò. Sic Lyſiteles adoleſcens in Trinummo Plauti, vbi amoris inhoneſti expendit moleſtias, ſubdit:*

Hæc ego cum ago, cum meo animo & recolo ———
Apage te amor, non places, nihil te vtor &c.
Amor amara dat tibi ſatis quod ægrè ſit.
Mille modis amor ignorandus eſt & procul abſtinendus.

Apage ſis amor. Tuas res tibi habe. Amor mihi amicus ne fuas vnquam. &c. *Egregia eſt illa Scena 1. actus 2. ſimilis Biuio Herculis. In repudio item vſurpabant:* Vade foras. *Martial.* Vxor vade foras aut moribus vtere noſtris. *Et Cic.* Claues ademit, foras exegit. *Itẽ Varr.* Mulierem betere *(.i ire)* foras iuſſit. ἔβα δὲ ταῦρος ἀν' ὕλεν. *Theocrit.* Abijt & taurus in ſyluam. ſ. *neglecto iuuencarum amore. quod ἀπιαλγεῖν vocat Ariſtot. i. deſpicere armentum & incedere ſolitarium. Et Suidas. ἀπιάγελον ταῦρον vocat. qui fugit armentum. vt apud Virg. Geor. 3.*

Taurus ab altero Victus, abit longeque ignotis exulat oris &c.

Næniam dicere alicui. *(viuo) Plaut. i ſupremam dicere, vale dicere, abire iubere vacuũ, ſepultis bonis apud meretricem, quibus more præficarum nænia cantari vel dici queat. Taubman. Scaliger.* Χαιρέτω φιλία. *Plato.* Valeat amicitia. Longum vale dicere alicui. *Virg.* μακρὰν χαίρειν. *Luciano idem eſt.* πολλὰ χαίρειν. *Eurip.* ἐῤῥῶσθαι πολλὰ. *Demoſthen. i.* Multùm valere. Aeternùm vale. *Martial.* Sic erit æternum Pontiliane vale. Dicere alicui Valere & Plaudere. *vel* Dolere & Plangere. *Apuleius. Græci dicunt.* ὀιμώζειν: μακρὰ ὀιμῶται: κλαίειν δὲ μακρὰν χαίρειν.

Nuntium alicui remittere. *Plaut. Cic.* Confringere teſſeram. *Plaut. ait:* Confregiſti apud nos teſſeram. ſ. *hoſpitalem, ideo non agnoſcêris ampliùs hoſpes noſter. diremiſti amicitiam hoſpitalem, præcluſiſti tibi ad nos aditum.* Zárostáć do nas drogé.

Cryſtalli fragmenta nullo modo coniungi poſſunt. *Plini.*

Rozdraznić kogo zlego. Rozdraznitéś go / ná twe zle.

Irritare crabrones. *Plaut.* τὴν σφηκιὰν ἐρεθίζειν. *Ariſtophan. idem eſt.* ἠρέθισα ἐπ' ἐμαυτὸν καὶ ἐπεσκασάμην ἴσον ἐσμόν τινα κλωνάρων κεκεντρωμένων. *Themiſtius.* Irritaui & concitaui in me velut aluearium quoddam veſparum aculeatarum. ὖν ὀρίνεις. Suem irritas. τὴ τέττιγα πέρδῃ ζωπυρήσας. *Lucian.* Cicadam alà corripuiſti. quæ magis tunc ſtrepit. *Archilochi dictum eſt, qui ſe laceſſenti ita reſpondit.* τὴ λέοντα νύττεις. *Diogenian.* Leonem pungis.

Rozgniewany / wrzkomo niechcę. Rozgniewánemu nie wierz. *Dialogiſmus nutricis & pueri.* N. Vlá-ſći Piéśiu. P. A niechcęć. N. Vlá-ś toblę piéſku. P. Vlię dáy mu. Say mi.

Apud Horatium mores amantium exprimuntur exemplo pueri irati.

Porrigis irato puero cùm poma; recuſat. *Sin dicas:*
Sume catelle; negat (*vetat illi dari*) Si non des; optat. *& addit:*
Amator Excluſus quî diſtat? &c. *Ex Eunucho Terentij ſumpta. vbi quidam dicit:*
Egóne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? &c. *ſeruus reſpondet.*
Hæc verba vna falſa lacrymula exſtinguet &c.

Ad eoſdem mores puerorum alluſit Perſius Satyra 3. dicens.

——— Iratus mammæ lallare recuſas. i. *Iratus matri, auiæ vel nutrici ſomnum tibi cantu prouocanti, non vis dormire.*

Irato non credendum. *Agaſo aſino tardanti ingeminabat:* Ibis hodie ad coruos. *quod audientes corui læti circumuolitabant, donec ille ſanus tectum ſubiret.*

Rozley naley. Rozgárdyiás.

ἰὼ Σατουρνάλια. Io Saturnalia. *apud Dionem vox eſt Seruorum Romanorum Saturnalibus exſultantium, quo tempore, vt etiam ſcripſit Athenæus, ſerui veſtitu ingenuorum & herorum ſuorum ornati dominis ipſis imperabant, hi verò illis ſeruiebant, conuiuiumq; lautis & opiparis eoſdem accipiebant; tunc verò licebat eisdem impune loqui, etiam in heros quicquid luberet. Meminit huius moris Horat. l. 2. Satyra 7. eundem deſcribit Macrob. 1. Saturnalium c. 7. vbi affert & Accij veteris Pòëtæ de eodem verſus aliquot. Lucianus verò ait; Plauſus, cantus, ludus & honoris æqualitas tunc ſeruis cum liberis fuit.*

Senſus ergo dicti eſt: Viuamus, edamus, bibamus, lætemur, noſter eſt dies.

Porrò Athenis magnam fuiſſe ſeruorum ſemper licentiam & inſolentiam docet Brodæus ex Demoſthene Xenophonte Athenæo, quòd cautum legibus fuerit, vt ſeruis iniuriâ affectis, quemuis liberum in ius vocare liceret. Vnde in Sticho Plauti ſeruus dicit:

Atqui id ne vos miremini, homines ſeruulos
Potare amare atque ad cœnam condicere, Licet hoc Athenis nobis.

Es, bibe, genio obſequere &c. *Vide ſub* Goſćinny. *Item.*
Hoſpes ede, bibe, lude &c. *ſub* Tomoić. *Vide &* Zábyway.

Rozmowá gdy tęſt wcięßna / droga przy niey ſpięßna / łżcyßa.

Comes facundus in via pro vehiculo eſt. *P. Syrus.*

ὁ ζωρὸς ὁμιλητὴς ὄχημά ἐστιν ὁδίτου. *A,*

ὁμιλία

ὁμιλία τ' οὐδὲ παραμύθια ποιεῖ. *Plato.* Colloquiũ viæ leuamen affert. *Contrà verò.* Garrulus comes etiam in vehiculo pro ſarcina eſt. *Iacob. Pontan. ex Anonymo.*

ἀλλ' ἄγε δὴ —— ζωνθλιασδώμεσθα, τάχ' ὥτερος ἄλλον ὀνωσεῖ. *Theocriti viatores.* Sed age Canamus carmen paſtoritium, citò alter alterum iuuabit. Confabulando facile tempus fallitur. *Garner.*

Rozmowá vćießna przy ſtole / ledá potrawy okraśi.

πρᾶγμα ὁ ζωφρονιστὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος. *Athenæ.*

Bellarium eſt ſermo moderator in epulis (*in medio.* ſ. *epularum, menſæ*)

ψυχῆς γάρ ἐστιν οἱ καλοὶ λόγοι τροφή. *Idē.* Cibus animi eſt feſtiua collocutio. In conuiuijs oportet verſari ſermones, vt caſtitate integros, ſic appetibiles venuſtate. *Macrobius. Idem docet Plato & Plutarch.*

Idem Plutarchus Sympoſiaco 1. dicit: Narrationibus hiſtoriarum vel ex rebus aut ſermonibus occurrentibus ſumptis, pietatem, humanitatem, fortitudinem redolentibus, multa mala & ebrietatem impediri poſſe in conuiuijs. *Quare illo libro docet, In conuiuio licere philoſophari ſi conuiuæ idonei adſint, moderatè tamen nec de materiis ſubtilioribus ſed facilibus & iucundis, vt feciſſe refert Platonem, Xenophontem, Ariſtotelem, Epicurum, Dionem, qui etiam colloquia conuiualia conſcripſerunt & eorum exemplo ipſemet Plutarc. ſcripſit libros 8 in quorum ſecundo docet quæ quæſtiones & ſales magis vel minùs conuiuio conueniant.* Ego propter ſermonis delectationē tempeſtiuis conuiuijs delector. *Cic.* *Horatius Torquatū ad cœnā inuitans inter alia ait:* Impunè licebit

Æſtiuam ſermone benigno fallere noctem. *Martialis cōmendans ſuam cœnā ait:*

Accedent ſine felle ioci, nec mane timenda

Libertas, & nil quod tacuiſſe velis. *Itemq;*

Parua eſt cœnula, quis poteſt negare? Sed finges nihil audiéſue fictum. Conuiuium eſt amicitiæ condimentum. Finis conuiuij honeſtius rectiuſque ſtatuitur communio, quàm poculorum licentior inuitatio. *Rhodigin. ex Platone.* Conuiuas *Varro requirit* gratioſos, literatos, muſicos; nec pauciores Gratijs (.i. *tres*) nec plures Muſis (.i. *nouem*) *Rhodigin.*

τὰς χαρίτας μίσταις ζυγκαταμιγνύειν ἡδίστη συζυγία. *Euripid.* Gratias Muſis commiſcere iucunda connexio .i. *rebus ſeriis hilaritatem iungere.*

δεῖ γ' ὡς τὸν οἶνον κοινὸν εἶναι καὶ λόγον. *Democrit.*

Communis eſto ſermo ceu vinum (*ceu menſa*) omnibus. ſ. *conuiuis.* Dic aliquid, vt duo videamur. *Vide* Milczącemu przymowká. Carmina inter epulas cantari ſolita à ſingulis ciuibus. *ſcripſit Cic.* Eſt in Originibus ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibiā, de clarorum virorū virtutibus. *Idē. Ariſtoxenus apud Plutarchum, Cantum ad conuiuia adhibitum dixit, ne vinum & fercula auidè hauſta fallerent menſas & corpora ſumentiū, ſed Muſica numero & modo temperaret. Id verò nunc apud Cœnobitas & religioſos alios viros præſtat lectio, quæ inter epulas adhibetur. quam etiam Ethnici prudentes & ſobrij vſurpabant. vt Atticus, Plinius vterq;, Auguſtus Imp. & alij —— mitto Chriſtianos principes & Epiſcopos quos recenſet Iulius Nigron.*

Nigron. in Aſceticis de lectione admenſam haberi ſolita agens, eiuſq; tres cauſas aſſignat. Prima eſt. vt vitentur otioſa & noxia colloquia. 2. vt animus abſtrahatur ab oblectatione guſtus & minùs peccet. 3. vt dum corpus reficitur ſua etiam animo refectio præbeatur.
τ ἑρμὴν τῷ διονύσῳ ζυγκαθιδρύειν, καὶ λόγων ἡδυσμα τῷ πότῳ συμμαλάττειν. *Heliodor.* Mercurius iuxta Dionyſium ſeu Bacchum ſtatuendus. (*id eſt*) orationis condimentum potioni permiſcendum.
ἐχ ἧττον τ μούσαις τ διόνυσον ἢ τ νύμφαις κεραννύειν. *Plutarch.* Non minus Muſis (ſermone erudito venuſto) Bacchum, (*vinum, potationem*) quàm Nymphis (*aqua*) permiſcere oportet. *Vide Antiſthenis dictum ſub* Sam ie. *Confer.* Gośćbrzuchopás.

Rozmyślić śię, namyślić, nárádzić na wſzyſtko dobrzé potrzébá.
Námyśl śie wolno / á ſpiéßno czyń.

Deliberandum eſt diu quod ſtatuendum eſt ſemel. *P. Syrus Mimus.*
Deliberare vtilia, mora eſt tutiſſima. *Idem.*
Diu apparandum eſt bellum, vt vincas celeriùs. *Idem.*
βέλευε δὶς καὶ τρὶς, ὅτοι κ' ἐπὶ τ νόον ἔλθῃ. *Theognis.*
Delibera bis ter quod in mentem venit.
φρονεῖν γὰρ εἰ ταχεῖς ἐκ ἀσφαλές. *Sophocles.*
Sapere ante tempus nemini tutum fuit.
νόῃ καὶ τότε πρᾶσσε *Bias.* Cogita & poſtea rem aggredere, age.
βούλευε μὲν βραδέως, ἀπότελει δὲ τὰ δόξαντα ταχέως. *Iſocrates.*
Delibera quidem cunctanter, perfice verò citò quæ viſa ſunt.
βραδέως ἐγχειρεῖν τοῖς πραττομένοις, ὸδ' ἀνέλῃ, βεβαίως τηρῶντα μεμένην. *Ariſtot.*
Cunctanter aggrediendum negotium, in ſuſcepto autem conſtanter perſeuerādum.
βούλευε δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλῃται. *Pythagoras.* Delibera ante opus, ne ſtulta ſint quæ agis. σκόπει καὶ τὰ καθηγούμενα & τὰ ἀκόλουθα καὶ ὅτως ἅπτου τ ἔργων. *Epictet.* Conſidera & præcedentia & ſequētia & ſic aggredere negotia.
ὁ βούλομαι ἐγωγε συντάττειν ἐσπευσμένα. *Lyſias.* Nolo ego componere (*conſcribere*) quæ feſtinatio præcipitauit.
ὁ γὰρ ἐκβάλλει τὸν ἔσω λογον, ὁ τῷ καθ' ἡμέραν ἐμεῖν ἀνάγκη. *Syneſius.* Non enim fouet incubando orationem, cui quotidie vomere neceſſe eſt. *Incubare inſtar gallinæ i. deliberatè ſcribere; vomere autem, eſt ex tempore dicere.*
τήμερον πρόβαλλε, καὶ ἄυριον ἀκροῶ, ὁ γὰρ ἐσμεν τ ἐμεσάντων, ἀλλὰ τ ἀκριβούντων. *Ariſtides, cum M. Antoninus Imp. illum perorantem ex tempore audire vellet, reſpondit:* Hodie propone, cras audi: nō enim ſumus ex vomentibus, ſed accuratè elaborātib.
οἱ ταχὺ καὶ τήμερον ἐπόμενοι, ὁ μάλιστα ἐς δέον λέγουσι. *Demoſthen.* Qui ſubitò & ex tempore dicunt, non admodùm ad rem dicunt. Conſultò potiùs quàm citò loquendum. *Thomas Morus.* *Lacon vouerat ſe è Leucata rupe præcipitem daturum, ſed altitudine conſpecta retrò abijt dicens:* Non putāram hoc votum altero voto indigere. *Apud Plutarch.* *Alius quiſpiam in ſimili ſaltu dixit:* Maior mihi impetus capiendus eſt, retrò abibo, *nec reuerſus eſt.*

οἴκοθεν εἰκάζειν. Domi coniecturam facere. *Plautus.* *Pericles & Demosthenes inuitatus ad perorandum sæpe se excusauit dicens:* ἀσύσκευός ἐιμι. Non sum instructus aut benè compositus vel paratus. *Plutarch.* *Nulla causa tam parua erat, ad quam summus Orator Crassius imparatus accederet. Idem Plutarch.*

Caput scabere: Vngues rodere, *gestus sunt hominis cogitabundi solicitè. Lætin.* *Sic Horatius de Lucilio Pœta ait:*

In versu faciendo
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues. *Et Persius.*
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues. *Idem.*

——— Crudum Chærestratus vnguem Abrodens. *præcessit.* Meditor &c. ἀναμάσασθαι δεῖ τὸ πρᾶγμα. *ex Aristophane.* Ruminandum est negotium.

In Plauti Mostellaria adolescens de vita instituenda deliberans ait:

Diu cogitaui, argumentaque in pectus multa institui
Ego in meo corde, si quod est mihi cor, Eam rẽ volutaui & diu disputaui, &c.

Apud eundem Pseudolus seruus astutus sic loquitur:

Concedere aliquantisper hinc mihi intrò libet,
Dum concenturio in corde sycophantias. *Item Epidicus seruus.*
Iam senatum conuocabo in corde consiliarium. Vnde argentũ auferã. &c.

Tranio item in Mostellaria: Huc concessero, Dum mihi senatũ consilij in cor cõuoco.

βαθεῖαν ἄυλακα διὰ φρενῶν καρπούμενος
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. *Aeschyl. de Amphiarao.*

Sulco è profundo pectoris fructum ferens Rectæ vnde cogitationes germinãt. *De eo qui profundis cogitationibus res expendit. Sic Cic.* βαθύνους, *i. profunda & occulta sua consilia sæpe prædicat. Erasmus etiam ijs hoc accommodat, qui se non ex aliorum opinione, sed ex rectè secuuè factorum conscientia metiuntur.*

Morus vltima plantarum germinat, sed vna ferè nocte totum fetum effundit, & celerrimè maturat. Plini. Pieri. δηρὸν βουλεύειν ἵν' ἔχῃ καὶ πολλὸν ἀμείνων.

Consultato diu, multùm vt præcellere possis. Ponere in vtraque parte calculos. *Plini. iuni. i. rationes in vtramq; partem expendere.* Rozważáć pilno.

In arduis cunctanter agendum. *Ex Sophocle, qui ait:*

φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πρᾶγμ' ἀνὴρ πράσσων μέγα.

Qui facinus ingens tentat, ille lentus est. Jést śic ńé co rozmyśláć.

De rheda iunctis pedibus non saltandum. *Pythagor. i. de statu vitæ benè deliberandum.* ἐν νυκτὶ βουλή. *Theon.* Nocte consilium, s*urgendum. Duplex est dicti sensus. Alter simplex.* Noctu consultandum ob maiorem quietem, *sic apud Lacedæmonios erat* νυκτερινὸς σύλλογος. Nocturnus conuentus de grauissimis negotijs *Plutarch. qui ideò* noctem εὐφρόνην. i. boni consilij, *dictam ait. Alter sensus* Noctu deliberandum postquam dormitum aliquantùm est, *quia somno sedata animi perturbatione, mutatur in melius sententia, immò interposito aliquanto tempore, quo mens turbata componitur.*

Nox dabit vel feret consilium. *Gallorum dictum. vt & illud* Puluillum consulere. *Nostri dicunt,* Przéśpáć śie, *Item.* Nox cogitationum mater. *Garner.*

Semper conſilium nox habet atra ſuum. *Idem.*

Semper conſilium nox affert humida rectum. *Idem.* *Symbolum huius rei:* Platalea conchis ſe complet, quas, vbi calore ventriculi dishiaſcunt, euomit, & carnes eſculentas à teſtis ſeligit. *Cic.* *Idem de Pelecano ſcribit Aelian.* *Vetus dictum eſt.* In conſilijs ſis cochlea, in factis aquila.

ὁ γάρ τι βυλῆς ταυτὸ καὶ δρόμυ τέλος. *Sophocles.*

Haud finis idem conſilij atque curricli. *Nam conſilia de rebus ſeriis & gratibus ſiunt, curricula in ludis.*

Quò longior ſaltus faciendus eſt, eò longiùs retrocedendum eſt. *Garner.*

Confer Odwłoká podczás pożytéczna.

Rożność mała.

θρὶξ ἀνὰ μέσον. *Theocrit.* Pilus in medio. Pluma haud intereſt. *Plaut.* i. *parùm intereſt, parua diſtantia.* Linea alba non facit diſcrimen. *Lucillius.*

Archidamus Ageſilai F. ad Epiſtolam Philippi Macedonis victoria Cheronenſi elati, arroganter & aſperè ad ſe ſcriptam reſpondit: εἰ μετρήσῃς τὴν σεαυτῦ σκιὰν, οὐκ ἂν εὕρεις αὐτὴν μείζονα γεγενημένην ἢ πρὶν νικῆσαι. *i.* Si metiaris vmbram tuam, non deprehendes eam maiorē nunc factā, quàm fuerat ante victoriam. Mnié wielé cie tem przybyło.

Rożność wielka. *vide* Daléko to od tego.

Rożsądek dobry. Rożsądnik wyborny.

Lapis Heraclius. Lapis Lydius. *Plini.* ἡ λίθος ἡρακλεία. ἡ λίθος λυδή. *Theophr.* *hoc lapide auri qualitas exactè cognoſcitur, transfertur ad hominem exacti iudicij.* λυδίῃ πέτρῃ ἴσον ἔχει τέμα. *Theocrit.* Lydio lapidi par os habet.

Emunctæ naris. *Horat. tr. quia tales acutiſſimè & ſagaciſſimè odorantur. vt Cicero ait:* Naris minimè obeſæ. *ex Horat.* Cenſoria virgula. *Quintil.*

Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance Ancipitis libræ. *Perſius.*
Quæq; ſequenda forent, quæque euitanda viciſſim,
Illa priùs creta, mox hæc carbone notaſti. *Idem.* Rectū diſcernis vbi inter
Curua ſubit, vel cùm fallit pede regula varo. *Idem.*
Et potis es nigrum vitio præfigere Theta. *Idem.* Tibi recto viuere talo
Ars dedit, & veri ſpeciem dignoſcere calles,
Ne qua ſub ærato mendoſum tinniat auro. *Idem.*

εἶδε τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. *Ariſtophan. interpr.* Nouit quid album quid nigrū.

——— Non ignorat, quid diſtent æra lupinis. *Horat.*

Felix cerebri vel felicis cerebri. *Horat.* Mentis benè ſanæ. *Idem.*

ζυγὸς δικαιότερος. Trutina iuſtior. κανὼν ὀρθότερος. *In Epigram.* Regulà rectior.

ἡ ἀθηνᾶς ψῆφος. Mineruæ ſuffragium. διὸς ψῆφος. Iouis ſuffragium.

Primum eſt vt quanti quidque ſit iudices. *Seneca.* V. Prawidło wyborne.

Rożsądek gruby / głupi. Rożsądku głupiego / złego człowiek.

πανὸς ψῆφος. Panidis calculus vel ſuffragium. *Rex is Chalcidis erat, qui Panis agreſtem*

agreſtem cantilenam anteposuit Apollinis Muſicis concentibus. idem Heſiodum Homero prætulit. Midas alter. *de quo Perſius.*

Auriculas aſini Mida rex habet. *μίδας ἔνε ὦτα. ſ. ἔχει. Diogenian. qui Panem cum Apolline certantem iudex electus, prætulit Apollini.*

Alabaſtrus vnguenti illi putet. *Cic. & ſimilia tralato ſenſu. ſub* Ἀπτεκέ.

Ex cortice de nucleo iudicare ſtultum. *Luiſin.* *Affine*, Gruby. Glupí.

Rozſádek abo rozſádnik wytworny / ſurowy.

Cenſorium ſupercilium. *Seneca.* Decretorius ſtylus. *Idem.* Cenſorius ſtylus. *Cic.* Critolai libra. *Idem.* Non populari trutina ſed artificis ſtatera examinat. *Ex Cic.* Lycurgeus. *Cic. pro tetrico & ſeuero iudice: qualis Lycurgus erat.* *καταλυκυργίζων. Alciphron.* Lycurgi more ſeuerè decernens.

Caſſianus iudex. *Cic. Nam Caſſius dictus eſt* Reorum ſcopulus. *Valer. Maximus.* Caſſianum iudicium. *Cic.* Ad viuum reſecans. *Idem.* τενέδιος σωτήρ. *Suidas.* Tenedius patronus, *qui litem ſtatim dirimit & quidem rigidè.* *ξυρεῖ ἐν χροῒ. Sophocles.* Ad cutem vſque radit. *Suidas interpretatur*, μέχρι βάθους διϊκνεῖται. Vſq; ad profundum penetrat. Ad viuam vſq; cutem tondet. *Plau.* *ἀρεοπαγιτῶν κρίσις. Lucian.* Areopagitarum iudicium, *qui in tenebris iudicabant & ſine proœmiis & affectibus oratores dicere iubebant.*

Cribrum *apud Pierium ſymbolum viri ſapientis & iudicio pollentis, qui bona à malis, recta ab obliquis ſciat ſecernere, vt cribrum grana ab apludis ſeparat. cui rei ſtulti inepti ſunt. Affert huc Vannum Iacchi myſticam, quod in omnibus ſacris vſus eius eſſet teſte Athenæo. Ventilabri item, quod Ioannes apud Lucam in manu geſtare Chriſtum ait, idem vſus eſt. & cribrum πίνον à quibuſdã inquit idem Pierius vertitur. iuſtum iudiciũ interpretes intelligunt.* *ῥαδαμάνθιος κρίσις. Plato. Pindar.* Rhadamantheũ iudicium. i. *incorruptũ, ſeuerum.*

Cenſoria grauitas, ſeueritas, auctoritas, animaduerſio. *Cic.* Oculi eruditi. *Idem.* i. *iudicium exactum in legendo vel ſpectando opere aliquo. Rhodigin.*

Cenſoria caſtigatio. *Plin.* Cenſoria virgula notare. *Quintil.*

Tetricus & aſper cenſor. *Martial.* Ariſtarchus. *Horat. pro cenſore rigido.*

Aurem mordaci lotus aceto. *Perſi.* i. *acrimonia iudicij pollet. vel* Purgatam habet aurem. *Idem Perſi. & Horat.* Acutis auribus homo. *Calpurnius.* Auris acutæ. *Horat.*

Nam nos quoque eruditos oculos habemus. *Cic.*

θερσίτης ἀνὴρ, τάχαλος καὶ ἀναίδην ἀιλιτώρ. Homer. de Achille.

Acer eſt vir, & facile vel innocentem culpitet. V. Surowié ſie obchodźié.

Rozſtánie z mileni śmierći śie rowna.

Homo toties moritur quoties amittit ſuos. *P. Syrus Mimus.*

Ouidius diſcedens à ſuis in exilium dicit:

Diuidor haud aliter quàm ſi mea membra relinquam,
Et pars abrumpi corpore viſa meo eſt. *Item.*
Egredior, ſiue illud erat ſine funere ferri. &c.

ἀπὸ τ̃ φίλων ἀπαλλαγὴ θανάτῳ ἴσον. *A.* Diſceſſus à charis ſimilis eſt funeri.

Rozumiem dopiać gdźié śiły nié zſtáić.

Gdźié wileżey ſtóry nié zſtáić/ liśiey nádſtáwić.

ἂν ἡ λεοντὴ μὴ ἐξικνῆται, τὴν ἀλωπεκὴν προσαπτέον. *Plutarch.* Si leonina pellis non ſufficit, vulpina adſciſcenda eſt. *Salua tamen lege diuina & conſcientia.*

Explicat Plutarchi dictum Zenobius hoc modo. ἂν μὴ φανερῶς δύνῃ βλάπτειν, πανουργίᾳ χρῆσαι. .i. Si apertè nocere nequeas, aſtutia vtendum. *Itemq;.*

ἂν μὴ τοῖς ῥώμῃ τὸ προκείμενον ἐξανύσῃς, μηχανῇ καὶ τέχνῃ περαίνου τὸ λῆμμενον. .i. Si viribus quod propoſuiſti efficere nequis, aſtu & arte quod reſtat perfice.

Demonactes Palaſtrita, cùm morbo confectus eſſet, in ſtadium progreſſus circulum ſibi circunſcripſit, & aduerſarijs, ſe ex eo extraherent ſi poſſent vt permiſit: quod cùm non poſſent, ille victor pronuntiatus & coronatus domum redyt. Rhodigin.

Lacæna, querente filio, quem in bellum mittebat, breuem eſſe gladium, reſpondit: Adde gradum. i. propiùs ad hoſtem accede. Plutarch.

πρόσαπτε εἰς ἔσχατον δεινόν. Accerſe ad extremum artem, ſcientiam.

καὶ βραδὺς εὐβούλως εἷλεν ταχὺν ἄνδρα δρασμοῦ. *Theognis.*

Tardus, conſilio celerem inſectando prehendit,

Aquilam teſtudo cepit. *Ex Aeſopo apud Laërtium, qui ſic dicit:*

ἡλίσκετ' ἄρπαξ καὶ πρὸς ἀοιδοῦ ταχύς,

καὶ πρὸς χελώνης αἰετὸς ἐν βραχεῖ χρόνῳ.

Capta eſt profectò celer ab imbecillibus Et aquila tempore in breui à teſtudine.

Aſſine, Ráda nié śita. Sztuka zéchodzę. Jáko cie moge.

Rozumiem śie rządz/ nié zmyſłámi.

Rozum i dobre vſtáwy / niéch proſtuią twoie ſpráwy.

παρὰ τ̃ λύχνου μὴ δοκιμάζου. *Pythagoræ Symbolum.* Ad lucernæ lumen ne te in ſpeculo contempleris. i. *Ne ſenſus conſulas de vitæ ratione & actionibus variis, ſed lumen rationis (velut ſolis) philoſophia (adde, & Fide diuina) illuſtratum.*

περὶ πυθαγορείων ἄνευ φωτὸς μὴ λάλει. De Pythagoricis (& *diuinis*) rebus abſq; lumine (*rationis*) ne loquaris. ἡ μὲν ὄψις ἀπὸ τ̃ περιεχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τ̃ μαθημάτων. *Ariſtotel.* Vt viſus à circumiacente aëre lumen accipit; ita anima à diſciplinis.

τ̃ λίθον ποτὶ τὸ στάθμιον ἄγειν. *Baſilius.* Lapis ad funiculum vel ad perpendiculum aprandus eſt (*non contrà*) λίθος πρὸς στάθμην εὐθύνεσθαι, ἀ στάθμη ποτὶ λίθον ζωμολογεῖσθαι. *Gregor. Palama.* Lapis ad funiculum aptè locatur, non funiculus ad lapidem diſponitur. πρὸς κάθμιον

πέτρον τίθεσθαι, μήτε πρὸς πέτρον κάθμιον. *Plutarch.*

Lapis ad amuſſim eſt collocandus, (*vel dirigendus*) non item ad lapidem amuſſis. *Sic recta ratio dirigat ſenſus & mores.*

Nam neque decipitur ratio neque decipit vnquam. *Manil.*

Ratio

Ratio non ſeruit ſed imperat ſenſibus. *Seneca.* Rectè præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum ſit an iniquum. *Cic.*

In nauigando gubernatori auſcultandum eſt, in viuendo ei qui ratione plùs valet. *Socrates apud Stobæum.* *Huc illud ex Pſalmo 4.* Multi dicunt (*interrogant*) Quis oſtendet nobis bona? Et *ijs Propheta.* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. i. *lumen rectæ rationis. Bellarminus & alij.*

——— Dixitq; ſemel naſcentibus Auctor Quicquid ſcire licet. *Ethnicus Claudian.*

Stat contrà ratio, & ſecretam gannit in aurem,
Ne liceat facere id quod quis vitiabit agendo. *Perſius.*

Tale eſt illud Septem Sapientum apud Plutarchum. Θεῷ ἕπου: Deum ſequere. i. *vt Plutarch. explicat.* Obtempera rationi. πείθου λόγῳ.

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστὶν ἑκάστῳ Θεός. Ineſt enim ſuus cuique animus Deus.

πεῖσις ὁμηρική. *Plutarch.* Homerica obedientia vel perſuaſio, *cùm affectus rationi obtemperant.* νῷ πείθου. *Suidas.* Menti obtempera. *vel* Rationem ſequere.

τὰ μὴ σὺν λόγῳ πάντα ἀισχρά, τὰ σὺν λόγῳ κόσμια. *Philo.* Quæ ſine ratione fiunt, omnia ſunt turpia: quæ cum ratione, pulchra.

ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρει, ταύτῃ ἰτέον. *Plato.* Quocunque ratio ceu ventus tulerit, hâc eundum eſt.

Rozumem ſpześćia i przyrodzenia poprawić.

Ita vita eſt hominum quaſi cùm ludas teſſeris,
Si illud quod maximè opus eſt iactu non cadit,
Illud quod cecidit forte, id vt arte corrigas. *Terent.*

κυβείαν ὁ πλάτων τὸν βίον ἀπείκασεν, ἐν ᾧ καὶ βαλεῖν δεῖ τὰ πρόσφορα, καὶ βαλόντα, ἐὰν δέῃ καλῶς τοῖς πεσοῦσι. *Plutarch.* Ludo teſſerarum Plato vitam ſimilem aiebat, in quo & iaciendum eſt quod commodum eſt, & quod cecidit bene accipiendum, vel vſurpandum. Ἔτι ἀληθές ἐστιν, ὅτι οἱ πλείστῃ τῇ διανοίᾳ χρώμενοι, τοῖς αἰσθητοῖς ὀλίγοις κακοῦσι. *Plutarch.* Hoc veriſſimum eſt qui mente plurimùm vtuntur, eos ſenſibus parùm vel parcè vti. τοῦ εὐλογιστίας ἔργον ἐστὶν, ἢ τὸ φυλάξασθαι τὸ κακὸν ὑπιφερόμενον, ἢ διορθώσασθαι γενόμενον καὶ πρὸς τὸ ἐλαχιστον συστεῖλαι. *Plutarch.* Boni ratiocinatoris eſt, malum aut imminens præcauere, aut acceptum corrigere & ad minimum redigere. ἀγαμεμνόνεια φρέατα. *Zenodot.* Agamemnonij putei. *quos ille in terris arentibus fodit æſtate maximè opportunos.* τέχνη γὰρ φύσιν οὐδὲ διάζεσθαι. *Heliodor.* Ars & naturā frangere cogere poteſt vel nouit.

ὥσπερ ἐν πλόῳ κύβων, πρὸς τὰ παρπεσόντα τίθεσθαι τὰ ἑαυτοῦ πράγματα. *Plutarch.* Vt in talorum iactu, prout euentus tulerit diſponere ſua negotia. ſ. *quemuis oportet.*

Si mihi difficilis formam natura negauit,
Ingenio formæ damna rependo meæ. *Ouidi.*

Sic apud Cicer. Heluius Lamia Orator deformis aduerſario ſe carpenti reſpondit: Formam mihi fingere non potui, ingenium potui.

Fortuna nulli plùs quàm consilium valet. *P. Syrus.*
Consilio pollet, cui vim natura negauit. *Cato.*
ᾧ μὴ ἔστι μέθη, ἕλλῃ πρέσσειν ἐπεῖθη. *Mylius.*
νίκα λογισμῷ τὴν παρθσαν ξυμφορὰν.
Vince ratione hanc quæ premit te calamitas. Ratio & prudentia curat
Non locus effusi latè maris arbiter, aufert. *Horat.*
Hâc non succeſſit, aliâ aggrediamur viâ. *Terent.*
Vulpes cùm vuas in alta vite diu apprehendere frustra tentaſſet, tandem feſſa ait:
μὴ κάμνε, ῥάγες ὀμφακίζουσιν μάλα. *Gabrias.*
Ceſſa à labore, vuæ acerbæ ſunt nimis. Kwáśneć tey/ ábo cierpkie niédozrzáłe.

Rozumu Bóg do trásy vrody nie przywtazał.

Podczás bpétny Márchuta/ Ezop/ medrby niż krasny Gánimedes/ Párys/ &c.
πολλάκις τῇ φαύλῃ μορφῇ χρηστὸν νὸν φύσις ἐνέθηκεν. *Æſopus.*
Sæpe turpi formæ bonum animum natura indidit.

Ruſki dar/ dawßy znowu śie vpomináć.

ἄτ' ἔδως ἀπαιτεῖν παιδικὸς πέλει τρόπος. *A.* Puerilis eſt mos, quæ dediſti repetere.
Quod dedi non datum vellem. Infecta dona facio. Perijſti, quod iam promiſeram tibi donum perdidiſti. *Plaut.*
Quæ dederam ſuprà repeto funemq; reduco. *Perſius. vt legit Caſaubon. Taubmã.* Calculum reducere pœnitentiâ dati. *ex Cic. qui ait:* Itaq; tibi concedo, quod in duodecim ſcriptis (i. *ſcrupis*) ſolemus, vt calculũ reducas, ſi te alicuius dati pœnitet.
ὅσ' ἂν εἰς ἄνθρωπον ὦν ἰδίᾳ τινὶ δόσῃ, τοῦτ' ἀφέλοιτο πάλιν. *Demoſthenes.*
Nemo ſi quis priuatim alicui quid dederit, rurſus id aufert.
Nefas repoſcere quod ſemel recte datum eſt *Gallorum dictum. Garner.*

Rußyć dzwonka.

Eſt excitare tumorem tibi vel alijs odioſum vel periculoſum.
Mouere aliquid. *Liui.* ἀκίνητα κινεῖν. *Plato.* Mouere non mouenda.
Mouere ancilia. *Suetoni.* i. *bellum indicere. nam tunc ancilia mouebantur. Seruius.*
Commouere ſacra. *apud Plautum explicat Lambin. de Bacchi ſacris, quæ nemo impunè mouebat, ſed magnas turbas excitabat. alij aliter.*

Ryba bez wody nie trwa.

ἔξω δ' ὕδατος ἀδύνατον ζῆν ἰχθύας. *A.* Piſcis ſine vnda viuere diu non valet.
τῶν ἰχθύων ζωὴ ὕδωρ. Aqua piſcium vita. Piſcis φιλυδρος *Suidæ. amans aquæ.*
ὑγροπότης *Nonno. in humido vel in aqua verſans.*
Piſces vſque dum viuunt, lauant, (i. *lauantur.*) *Plaut.*

Ryba woda *&c. V.* Chleb trawá. Ryby chyby. *V.* Kto ma ryby. *&c.*

Rychley śie wybiérzé/ niż zbiérzé. Lacno rozproßyć/ nie łacno zebráć.

πολὺ ῥᾴον ἐστι διασκεδάσαι ἢ συλλέξαι. *A.* Eſt diſſipare facile, colligere labor.

Vtere

Vtere quæſitis modicè, dum ſumptus abundat,
Labitur exiguo quod partum eſt tempore longo. *Cato.*
εἰ τὸ πλεῖστον ἔλκεις συμμέτρως χρῆσθαι ἑτοίμοις,
ὄλλυσαι ἐν σμικρῷ, πολὺς ὁ χρόνος ἐξ ὀλίγου συνάξας. *Mylius.*
Res quæſita mora, parua conſumitur hora. *Anonym. rhythm.*
Res quæ ſparguntur, non totæ ſæpe leguntur. *Idem.*

Rychlo. Tudzież. Zaraz. Jak pioro opalił. Ná iédney nodze ſtoiąc. Rychley ábo pierwey niż śie gola ſpléćié.

Dictum, factum. Dictum ac factum. *Terent. Donat.* Dicto citiùs. *Virgilius.* αὐτοβοεί. λεχθὲν καὶ πεπρᾶχθέν. ἅμα τῷ εἰπεῖν.
Cum dicto. *Apulei.* Velociùs quàm aſparagi coquantur. *Suetoni.*
Confit citiùs quàm ſi formicæ papauerem obijcias. *Plaut.*
Priùs quàm recipias anhelitum, vno verbo eloquere. *Idem.* (*gentum.*
Priùs quàm argenti fuero elocutus ei poſtremam ſyllabam. *Idem.* ſ. *exhibeat ar-*
Apud eundem dicit quidam. Iam reuertar. Rꝛt. *aliter.* Id iam, diu eſt mihi.
Item. Dum ſtas, reditum oportuit. Ambula, actutum redi. Rꝛt.
Nihil eſt moræ. Illic ſum atque hîc ſum. Iam ego hîc ero.
Apud eundem & Terent. Quantùm pote, vel pote eſt, vel potis es. *pro, celeriter.*
Rebus relictis operam quærendo dabo. *Plaut. ſic Terent. Lucret.*
Julius Cæſar in triumpho Pontico hæc tria verba, Veni, Vidi, Vici, *inter pompæ fercula præferri ſibi fecit, celeritatem belli confecti ſignificans. Suetoni.*
αὐτόθεν καλάβαλλε. *Ariſtides.* Hoc ipſo loco depone. ſ. *herbam. dicebat Victor victo. Transfer ad promittentem iactantem aliquid vt mox oſtendat.* ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον.
Simul dictum ac factum. Tanquam de narthecio promere. *Cic. i. promptè, expeditè.*
αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην τετέλεστο θ' ἔργον. *Homer.*
Mox ſimul ac dictum eſt verbum, res ipſa peracta eſt.
Tanta ſum cupiditate incenſus ad reditum, vt mihi nulli neque remi neque venti ſatisfacerent. *Cic.* Simul ac digitis concrepuerit. *Idem.* Ad nutum pecuniam pendere. *Idem.* ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ. In nictu oculi. ἐν ἀτόμῳ. In momento *S. Paul.* ἀφύα πέπτ τὸ πῦρ. *Vel* εἶδε πῦρ ἀφύα. *Athenæus.*
Aphya ad ignem. ſ. *aſpectum coquitur.* Vidit ignem aphya. *i. ſtatim cocta eſt.*
τάριχος ὀπτὸς αὐθὶς ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ. *Idem Athenæ.*
Tarichus aſſus (*eſt*) mox vt ignem viderit. *de piſce ſalito accipe.*
θᾶσσον ἢ βάτης. *Zenodotus.* Celeriùs quàm Bates. ſ. *pictus eſt. qui Athenis ſic pictus erat, vt frons tantùm capitis cum oculis appareret, reliqua monte interiecto tecta videbãtur.* τᾶσσον ἢ ἀναπνοῆς. *Suidas.* Celeriùs reſpiratione. Manu breui dare. i. *cito. ICti. in Pandect.* *Affine,* Pretko.

Rychło. dáléko vćiékay / pozno śie do domu wrácay.

Citò, Procul, Tardè. *Marſilius Ficinus. De peſte fugienda vulgò id dictum vſurpatur, &*

optimum

optimum eſt conſilium vt citò & procul à loco peſtilente fugiatur, & tardè eodem redeatur.

Ταχα καὶ μακρὰν φεῦγε, βραδύτερον ἐπανάστρεφε. *A.*

Citò, proculque fugito, tardiùs redi.

Rychloć śie to ſprzykrzyło. Tak rychłoś vſtał?

Laſſus tam citò deficis viator? *Martial.*

Tam bonus gladiator rudem tam citò accepiſti? *Cic.*

Rymopis (Póétá) ma być dźiwney (nié ſwey) głowy.

Fruſtra Pòéticas fores compos ſui pepulit. *Seneca ex Platone qui ait:*

ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, &c. ἠφανίσθη.

Qui ſine Muſarum furore Pòéticas fores adierit, &c. obſcurus erit, exoleſcet.

Nullum magnum ingénium ſine miſtura dementiæ fuit. *Seneca ex Ariſtotele.*

Sæpe audiui Pòétam bonum neminem ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu furoris. *Cic. ex Platone.* Cæterarum rerum ſtudia, & doctrina & præceptis & arte conſtant: Pòéta naturâ ipſa valet, & mentis viribus excitatur, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflatur. *Idem Cic.* *Notum apud ſcriptores Græcos enthuſiaſmus, i. furor quo corripiebantur Sibyllæ, Diuinaculi & Pòétæ ethnicorum.* *Hinc apud Horatium Dauus de ſuo hero irato dicit:*

Aut inſanit homo, aut verſus facit. *Et ipſe Horatius de ſe:*

Auditis? an me ludit amabilis Inſania? .i. *Pòética.*

Lucianus Pòétas vocat ἐνθέους .i numine afflatos. & θεολήπτους, θεοφορημένους, ἐνθουσιαστικὲς *eodem ſenſu.* Recepto qui furit Deo. *Seneca.*

Polonica quidem lingua Pòétas non habet, cùm quantitatem ſyllabarum non habeat variam, vt Latini & Graeci (quod in 1. Tomo dixi) ſed tantùm ῥυθμοποιοὺς, rhythmorum ſcriptores: nihilominùs & ij qui inſignes in hoc genere fuerunt, ad Latinorum & Græcorum Pòétarum ingenium, iudicium, mores accedebant, mitto leuitatem, furorem, ludos, iocos, cantus, citharam, vinum, amores Venereos, quibus ſi non vitam at certè chartam & libros ſuos plerij, maculárunt & fœdárunt. *Conſer.* Gdy rymopis ſobie podléć.

Rymopiſá Póéty nié gnieway / nié nágabay.

Vati non conuiciandum. ἐ βέλομαι τ μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς. *Sophocles.*

Nolo Pòétæ ego malè contradicere.

Plato etiam monuit amicos. Ne quem Poëtarum ſibi redderent inimicum.

πάρες τ μάντιν. Omitte vatem. i. *ne percucito, ne lædito.* *Olim in bellis ante aciem Augur coronatus incedebat ſecurus, nam lædere illum piaculum erat.* *Ennius etiam* Pòétas ſanctos, i. inniolabiles *appellat. quo modo & Cic. hoc verbo vtitur.*

Horatius verò iracundos etiam Pòétas *dicit*, atque ita non lacesſendos.

Multa fero, vt placem genus irritabile vatum. ὀξύθυμον.

Et ipſe de ſe maledicum quempiam alloquens ait:

Caue, caue: namq; in malos aſperrimus Parata tollo cornua. &c. *Item.*

An ſi quis atro dente me petiuerit Inultus vt flebo puer? q. d. *non, ſed vlciſcar.*

Quantum

Quantum malum ſit irritare Pòëtam, docuit Hipponax Iambographus, qui Bupalum pictorem vel ſculptorem, quòd eius deformitatem publicè expoſitis imaginibus notaſſet, iambis ſcriptis ad laqueum adegit. Meminit Halicarnaſſ. Cic. Horat. Plini. ſed is aliter. habetur & lib. 3. Antholog. Simile eſt exemplum Archilochi apud Horatium.

ἀ δεῖ ὑβρισθὲν εἶναι, ὅπως μὴ τέττιγες ϰαμόθεν ἄδωσιν. *Steſichorus apud Ariſtotel.* .i. Non oportet iniuria vel contumelia afficere (*Pòëtas*) ne ijdem (*quorum ſymbolum ſunt cicadæ*) humi canant. (*deiecti arbuſtis, iniuriam paſſi, etiam ex humo, in vili conditione, ſe carminibus vltiſcãtur. alij aliter.* ſ. Non lædendos vicinos ne vaſtent regionem ſic, vt cicadæ exciſis arboribus humi cogantur canere. *quod Dionyſius minatus eſt Locrenſibus Demetrio Phalereo teſte.* *V.* Day złému pokoy.

Ryś zé pſá nié będźié.

Echinus aſper nunquam erit læuis. E ſcurra nunquam paterfamilias. Semel ancilla, nunquam bona hera. *Sed hæc & plura habes ſub dicto* Co śie łyſo vrodźi

Rządźcá przełożony wyborny / pomiérny.

Et premere & laxas dare nouit habenas. *Ex Virg.*
Et mulcere tenet fluctus & tollere ventos. *ex eodem.*

Sic Euripides de marito prudente & moderato ait:

ἀ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σόφον γυναικὶ χρὴ
δῆναι χαλινὸς, ἐν δ' ἀφέντ' ἰέν κρατεῖν.
Non enim vnquam virum ſapientem vxori oportet
Inijcere frenos, nec laxando ſinere (*eam*) imperare.

αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνήεντως. *Homer.* Sed ipſe clauo (*nauẽ*) ſcitè regebat,
καὶ χαλάσαι καὶ συνέλλειν ἀμφ' ἠνία φαάθμων. *A.*
Et frenis & calcaribus ſcitè vtitur. *V.* Przełożonemu łágodności trzébá.

Rzatka to rzécz. Nié wiéle tákich.

Coruo rarius albo. *Iuuenalis.* Alba auis. *Cic.* λεύκη ὄρνις.

Cornicem albam nigro capite, vidit Rhodigin. Coruum item album miſſum à rege Britannorum Alphonſo Siciliæ regi, idem ſcribit. Vnam muſcam candidam toto anno in macello Toletano viſam idem teſtatur.

Rara auis in terris, nigroque ſimillima cygno. *Iuuenal.*
φοίνικος ἀπανιώτερος Phœnice rarior. *dixi de hac aue in 1. Tomo.*
Hæc rara auis eſt. *Perſius.* γλαυκεῖον ὠόν. *Philoſtrat.* Noctuinum ouum. *Sipontin.*
Rarí quippe boni; vix ſunt totidem, quot
Thebarum portæ vel diuitis oſtia Nili. *Iuuen. quæ ſunt ſeptem. Strabò, Plin. Ouid. de Thebis Bœotiæ intellige Bacchi & Herculis patria.* ἑπτάπυλαι *Græcè.*
Thebæ Aegyptiæ centum portas habebant. Iuuenal. ἑκατόμπυλαι, *Homer. Strabo.*
Myconius criſpus. Donat. rarus. nam omnes caluinaſcuntur, teſte Strabone & Plinio.

Rzatkie rzéczy drożſze / ſmácznieyſze / &c.

Rara iuuant, primis ſic maior gratia pomis,
Hibernæ pretium ſic meruêre roſæ. *Martial.*

ἀπανώτερον δ' ἀφθόνε μεῖζον, οἷόν χρυσὸς, σιδήρε ἀχρηςότερος ὤν. *Ariſtot.*
Rarum vulgari maius, nobilius, vt eſt aurum, licet ferro inutilius ſit.
τὸ ἀπάνιον τίμιον. *Plato.* Quod rarum, hoc carum. *Hinc vulgare illud:*
Quod rarum, carum; vileſcit quotidianum. *rhythmus eſt non verſus*
—— Magis illa iuuant quæ pluris emuntur. *Iuuenal. de luxurioſis, qui guſtus elementa per omnia quærunt, non obſtantibus magnis pretiis.*
Omne quod rarum eſt plùs appetitur. *Hieronym.* V. Brédźione rzęczy.
Ipſas voluptates commendat rarior vſus. *ait Iuuenal.* V. Wyborne rzęczy rzadkie.

Rzęcz to pokaże. Rzęcza to pokazáć. Mowę rzęcza potwierdzić.

αὐτὸ δείξει. Res ipſa indicabit. *Apud Platonem dux aliorum per flumen, interrogatus à ſequentibus ſe, Quam profunda eſſet aqua, reſpondit:* αὐτὸ δείξει. *ſubaudi* ὕδωρ. Ipſa aqua quam alta ſit oſtendet. *Suidas ſubaudit* ἔργον. *Res ipſa docebit.*
Cocta numerabimus exta. i. *ex euentu ſcietnus. Diomedes.* (mus.
τάχ' ἐσόμεθα μᾶλλον ἐκ τέρου. *Sophocles.* Mox meliùs ipſo vate rem cognôri-
—— Dictis dabit ipſa fidem res. *Lucret.* Exitus acta probabit, *ex Ouidio.*
γραφεὺς διδάσκει τὸ πλέον τοῖς ἐκτύποις. *Nazianzen.*
Pictor tabellis comprobatur proditis. *Sophocles inſaniæ poſtulatus à filio, quòd rem familiarem negligeret; Tragœdiam recens à ſe ſcriptam iudicibus recitauit & quæſiit, num illud ſcriptum deſipientis videretur. ſed cùm iudices illud admirati probaſſent, cum plauſu & clamoribus concionis honorificè domum reductus eſt, velut qui cygneum quiddam morti vicinum cecinniſſet. Ex Cic. & Plutarcho.* SAtyrus ita eum reſpondiſſe ait: Si Sophocles ſum, non inſanio; ſi inſanio, non ſum Sophocles. *alluſit ad nomen. Simile exemplum de Oedipo Coloneo Poëta ſene à filio accuſato habet Pierius.*
Pyrites gemma non exſerit vim ſuam niſi atteras; tunc verò digitos quoq; adurit. Plinius.
Experientiæ documentum. Iſtæc dicta te experiri & operis & factis volo. *Plaut.*
Si dictis perduci nequis, vt vera hæc credas,
Mea dicta ex factis noſce, rem vide. *Idem.* Rzęcza to pokaże.
πάντα ἐκ τ ἔργων ἄν τις μᾶλλον ἢ τ λόγων πιστεύσειεν. *Iſocrates.*
Rebus potiùs quàm verbis omnia perſuaſeris, vel fidem feceris de omnibus.
τεκμαίρεται χεὴ ἕκαστον. *Lucian.* Vnumquemq; opus ſuum oſtendit, commendat.
Hic Rhodus, hic ſaltus. V. Tu śie pokaż.
ἐν συμποσίῳ μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλὰ ἔσθιε ὡς δεῖ. *Epictetus.*
In conuiuio ne diſputes quomodo ſit edendum, ſed ede vt decet. i. reipſa & exemplo non verbis philoſophum age & doce.

Rzęcz z poſpolitey odmiana / konanie.

πᾶσαι μεταβολαὶ πολιτειῶν θανατηφόροι. *Xenophon.*
Omnes mutationes rerum-publicarum letales.

μοῖρα

μοῖρά τις καὶ πόλεων ἐστὶν. *Appian.* Etiam ciuitatum fatum quoddam eſt.
ἔοικεν ἀρχὴ κακῶν μειζόνων γενέσθαι πολλάκις ἡ πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολή. *Lucian.*
Mutatio in melius ſæpe ſolet eſſe maiorum malorum initium.

V. Choremu śie wiec popráwuić.

Rzemieśnik dobry na ſwem zdániu przeſtaié.

Mihi cane & Muſis. *Antigenidas tibicen diſcipulo ad populum frigenti dixit:* Mihi cane, *qui poſſum de arte iudicare,* non populo *craſſis auribus prædito. Apuleius. Valerius. Meminit Cic. Iſmeniæ hoc tribuit S. Hieronym. & Dion Chryſoſtom. Apud Senecam artifex inſignis, rogatus cur tantopere elaboraret opera paucis probanda, reſpondit:* Sufficiunt mihi pauci, ſufficit vnus, ſufficit nullus.
Felices artes ſi ſoli fabri de ijs iudicent. *Quintil.*
Figulus anſas ollis pro arbitrio ſuo apponit. *Philelphus. Gotfredus.*

Rzemieśniká nié trzéba vczyć.

ὗς τὴν ἀθηνᾶν μὴ διδασκέτω. vel μὴ διορθάτω. *Demades.*
Sus Mineruam ne doceto, vel ne corrigito. *Ex Cic. Feſto. Stratonicus citharœdus non cedit Regi de muſica ſecum diſputanti. apud Athenæum. Apelles monuit Alexandrum, cautè loqueretur de pictura in eius officina, ne à pueris rideretur. Plini. Megabizo id dictum ſcribit Plutarch. & Aelian. Vide Polycleti exemplum ſub*
Poſpolſtwá rozſadkiem mądry gárdźi. *Apelles item ſutorem liberiùs exſpatiantem in pictura ſua non tulit.* τὰς τέχνας ἐμότεχνος εὐθύς. *Phocylides.* Artes artifex dijudicat, corrigit. Fabri ſoli de ſuis artibus iudicent. *Ex Quintiliano.*
De artificio non rectè iudicat, niſi & ipſe ſit artifex. *Plini. iunior. Vulgare eſt illud:*
In arte ſua quilibet rex.

Rzemieśnikami miaſtá / rzéczpoſpolite ſtoia.

Sine his omnibus (*artificibus*) non ædificatur ciuitas. *Eccleſiaſtici 38.*
πόλις τ τεχνιτῶν οὐκ οἰκεῖται πόλις. *A.*
Non conſtruitur abſque artificibus ciuitas.

S.

Sad béz drugiey ſtrony nié dobry.

Sadźić niéprzytomnego / nié ieſt mądrego / ábo ſpráwiédliwego.
Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Aequum licet ſtatuerit, haud æquus fuit. *Seneca Medea.*
μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. *Phocylides. Cic. Lucian.*
Ne cauſam damnes partes ni audiueris ambas.
Pierwey, obu ſtron wyſłuchay / toż dékret rozſądnié wyday.
ζοφὸς ἦν ὅστις ἔφασκε: πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, οὐκ ἂν δικάσαις. *Ariſtophan.*
Sapiens fuit quiſquis dixit: Priuſquam vtriuſq; orationē audias, ne iudicem agas.

ἀνέξεταςιν μὴ κόλαζε μηδένα. Punire quempiam caue abſque examine. Pytánie niech vprzedza karánie.

τὸ ἂν δίκην κρίνειν ἢ γνῶναι λόγον,
πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ; *Euripid.*

Quis namq; cauſam iudicet & examinet, Vtriuſq; dicta, niſi prius bene audiat? (*vel nouerit*) ἐρήμην δίκην *vocant Graeci, deſertam cauſam.* ἑτερομέλειν *verò, quando alter tantùm litigantium adeſt iudicio.* *V.* Vcho iedno ſkarżacemu/ drugie obwinionemu.

Sad táſkáwy / lépſzy niż krwáwy.

Plerique omnes ſcriptores & præſertim ICti veteres & poſteriores, ſeueritati & rigori in iudiciis præferunt lenitatem & æquitatem. Ἐπιείκεια *hæc eſt Ariſtoteli & aliis Græcis. Latinis verò* Aequitas. Aequum bonum. Aequum & bonum. Iudicium ex æquo & bono. *Plaut. Ter. Cic. Senec.* Bona fides. (*in iudice*) *Vlpian.* Arbitratus boni viri. Moderatio iuris ex cauſa iuſta recedens à communi rigore legis & iuris. Mitigatio legis in aliqua circumſtantia. Aequitas ex lege multùm remittens & ſummo iuri oppoſita. *ICti. Sic apud Iuſtinianum*: Vulgò dici ſolet: Omnia iudicia abſolutoria eſſe, ſic vt liceat iudici (*interprete Theophilo*) ante decretum dimittere venia dignum & aduerſario ſatisfacientem.

χρὴ τοὺς νόμους μὲν τιθεσθαι σφοδρῶς, πραοτέρους δὲ κολάζειν, ἢ ὡς ἐκεῖνοι κελεύουσι. *Iſæus.* Oportet leges acriter quidem ſtatui, mitiùs autem punire quàm ipſæ iubent. τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παρεβάνειν νομοθέται. *Theophraſt.* Quod enim ſemel aut bis accidit vel peccatur, tranſeunt diſſimulant legislatores. Ad ea potiùs aptari ius debet, quæ frequenter & facile fiunt, non ad ea quæ rarò eueniunt. *Celſus ICti. Apud antiquos, reus qui totidem ſuffragiis damnabatur quot abſoluebatur, liber & impunitus abibat. Plutarch. Cic. pro Cluentio.*

Leuato velo cognoſcere vel decernere. & De plano iudicare ICtis *eſt non rigidè nec accuratè aut ſine ſtrepitu & forma iudicij.* Neq; id ad viuum reſeco. *Cic. Contrà verò* Summum ius ſumma iniuria. *Idem Cic. vel* Summa malitia *Terent. vel* Summa crux. *Columel.* Spráwiedliwość ſurowa krzywdá gotowa. *Laudat Seneca Neronis nondum corrupti vocem; qui, cùm Præfectus eius poſtularet vt ſubſcriberet decreto in quoſdam latrones à ſe lato, exclamauit:* Vellem neſcire literas. ſ. *ne ſubſcribendo crudelitati ſeruiret.* Satius eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari. *Iuſtinianus.*

Sad názbyt táſkáwy / rzatko práwy.

Sędźia co puſzcza winnego/ winien będźie grzechu iego.

Iudex damnatur, cùm nocens abſoluitur. *P. Syrus.*

ἄιτιον δοτολύων ἐς καταδίκην κρίτης. *A.*

Sad niéſłuſzny gdźié ſam ſędźia inſtiguié.

κατηγορεῖν ἐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὅμα.

Simul accuſare & iudicare nō licet. Iudex & actor nullus eſſe ſimul poteſt.

Sad

Sad ſkwápliwy / rzadko ſpráwiedliwy. Sedźia ſpráwiedliwy / nie ma być ſkwápliwy. Pierwey wyſłuchay / porem dekret day.

In iudicando criminoſa eſt celeritas. *P. Syrus.*

Ad pœnitendum properat, qui citò iudicat. *Idem.*

In iudicando reprehenditur celeritas. *Cic.* Propè eſt vt libenter damnet, qui citò pronunciat ſententiam. *Seneca.* πρὶν ἂν ἀκούσῃς μὴ κρῖνε. Priùs quàm exaudias, ne iudices. *Nam* Temeritas eſt damnare quod neſcias. *Seneca.*

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt. *Iuuenal.*

Iudicium præceps inſani iudicis index.

Omnia ſunt longa diſcutienda mora. *Garner. è Gallicis.*

A Philippo ad Philippum prouocare. *Machætas apud Philippum cauſam agebat, qui dormitans audiebat & contra ipſum pronunciauit; mox ille vociferans, prouoco inquit. Rex euigilans commotior, ad quem inquit prouocas? tum ille: ad te ſed vigilantem & attendentem. aduertens rex errorem, iudicium non reſcidit, ſed multam illi impoſitam ex ſuo exſoluit. Apud Plutarchum.*

Sad ſurowy / oſtry.

Caſſiana iudicia. & Caſſianus iudex. *Cic. pro ſeuero. à Caſſio qui ob ſeueritatem* Scopulus reorum *appellatus eſt. Valerius Max.* Sedźia ſurowy.

Manliana iudicia, imperia, edicta, decreta. *pro ſeueris. Cic. Valer. Max. Liui.*

Graue iudicium eſt quod præiudicium non habet. *P. Syrus. i quod nouo exemplo fit, nec habet ſimile exemplum ſeueritatis, aut non ad normam rerum ſimilium antè iudicatarum.* Cenſor bonus, clemens laniſta. *Cic.*

ἡ τετρυπημένη ψῆφος. *Lucian.* Perforatus calculus. i. *Iudicium damnatorium; contrà, πλήρης abſolutorium. Henric. Stephan.*

Graue præiudicium eſt, quod iudicium non habet. *Idem Mimus.* i. *quod nullus iudex ſequitur, vel ob eius atrocitatem, vel ob timorem eius qui priùs ſeuerè iudicauit. Eraſmus ſic illuſtrat: Vt ſi princeps præferat inimicum in quempiam animum, nullus iudex audebit hunc iudicare.* τενέδιος ἄνθρωπος. *Suida.* Tenedius homo. Et Tenedia ſecuris. *Cic.* τενέδιος πέλεκυς. *Plutarc. pro ſeuero iudicio. à Tenedo rege Tenedi, qui legem tulit, vt iudici miniſter cum ſecuri adſtaret, qui mox eum ferìret, qui falſum aliquid in iudicio protuliſſet.* Areopagitarum iudicium. V. Rozſądek ſurowy. *Affine,* Surowić ſie obchodźić.

Samebby *vel* Sambyś nie lépſzy byt.

Phraſin hanc Latinè ſic efferes. Ipſemet non poſteriores ferrem. *Ex Terentio.*

Ipſe primas vel palmam tuliſſem. *Ex Cic.* Primus eſſem qui &c. *Ex Terent.*

Non deterior mea cauſa eſſet. Non deteriore iure eſſem. *Ex Cic.*

Et ſimpliciter. Ipſe feciſſem vel facerem. *Sic Mitio Terentij:* Hæc ſi nos non fecimus, non ſiuit egeſtas; Nam ſi eſſet vnde id fieret, faceremus.

Et Charea eiuſdem. An ego occaſionem tantam mihi oſtenſam, tam breuem, tam optatam, tam inſperatam amitterem?

Sam chcé rządźić bés kolégow / vrzędnikow.

Iulio & Cæſare Conſulibus. *Locus apud Suetonium in Iulium Cæſarem, qui cum Bibulo Collega Conſul factus, reiecto illo terrore & armis, ſolus Rempublicam pro arbitrio adminiſtrauit. quare qui monimenta vel teſtamenta ſcribebant, cùm annum rei geſtæ duorum Conſulum nominibus pro more ſignare debebant; non ſcribebant:* Actum Iulio & Bibulo Conſulibus, *ſed:* Iulio & Cæſare Conſulibus. *Exſtat & carmen de eodem iactatũ apud Suetonium tale.* Non Bibulo quiddam nuper ſed Cæſare factum eſt.

Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.

ὕπατος ἄνευ συνυπάτου. *Vel* κόνσολος χωρὶς κολλήγου. Conſul ſine collega. *Tale eſt illud quod apud Plutarchum de quodam Metiocho omnia ciuilia munera inuidiosè ſubeunte iactabatur.* Metiochus prætor eſt. Metiochus viarum procurator. Metiochus panes. M. farinam diſtribuit. M. omnibus præeſt. M. habebit infortunium. *Talis erat & Timeſias Clazomenius ſolus omnia in Repub. agens, ideoq; exoſus omnibus. apud eundem Plutarc. Contrà idem Plutarch refert de ſeipſo: Cùm legatus cum ſuo collega ad Proconſulem miſſus, collega in via hærente, ſolus rem confeciſſet, reuerſum monitum eſſe à patre ſuo, vt ne rationem in Senatu reddens diceret:* Iui, Dixi, Confeci, *ſed* Iuimus, Diximus, Confecimus. *ad vitandam inuidiam & humanitatem exhibendam. Poteſt huc trahi.* Leonina ſocietas. *ex Vlpiano. cùm in ſocietate pari potentior ad ſe omnia trahit. Sic enim Leo Æſopi inita ſocietate cum vulpe & aſino, præda capta, eam ſibi totam vſurpauit.* μοναρχεῖν φιλεῖ. Solus regnare vult. Deum æmulatur. Placet illi vel Occinit ſibi illud. Omniſq; poteſtas Impatiens conſortis erit.

Sam-em temu rad. Samemu mi tego trzébá. Kośći pſu nié wydźieray.

Eſurienti ex ore leoni exſculpere prædam ſ. *via. Lucillius.* Agnã lupo eripere. Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt. *Plaut.* (*ſ. tentas. Idem.*

ἐκ τῆς ὀπισθείρης ἐκβιάσαι ἄμυλιν λύκῳ. *A.* *Similia ſunt illa.* A mendico petis ſtipẽ, à naufrago tabulam. Cani oſſa vis auferre. &c. V. Każdy ſobié woli.

Sam-es taki. I tyś taki. *V.* Kocieł garcowi.

Cudze wády / choć máłe widźiemy. Drugich opátruiéß.

Sam ie abo pijé. Żáżywánie bés towárzyſtwá vczésniká niéſmácżne.

πλούσιος ἀνὴρ εἰ καὶ τὸ Γύγου χρυσίον ἔχοι, μόνος ἐσθίων πένης ἐστί. *Lucian.* Diues homo licet Gygis aurum habeat, ſolus comedens pauper eſt.

Apud Plutarchum quidam cùm ſolus aliquando cœnaſſet dixit: σήμερον βέβρωκα μὴ δεδειπνηκώς. Hodie comedi non cœnaui *ſentiens, cœnam indigere communitate & amicitia ceu condimento. Nam condimentum menſæ eſt amicus aut familiaris aut notus homo; non quòd una edat & bibat, ſed ob communicationem colloquij iucundi vel vtilis. Apud Homerum Telemachus conqueritur quòd vnicus ſit & fratre careat dicens.*

ὧδε γὰρ ἡμέτερον γενεὴν μέγιστος κρονίων.

Adeo enim noſtram familiam ad vnum redegit Iupiter.

Martialis

Martialis l. 7. ep. 58. carpit Cæcilianum ſolum benè cœnantem dicens:

Non cœnat ſine apro noſter Tite Cæcilianus.

Bellum conuiuam Cæcilianus habet. ſ. *aprum ipſum & hominem nullum.* Viſceratio ſine amico, leonis & lupi vita. *Seneca.* Timonea cœna. *Idem.* ζωώδης δίαιτα: τίμωνος βίος. *Plutarch.* Timonia diæta. Timonia vita. *qualis fuit Timonis, qui μισάνθρωπος* i. *oſor hominum, dictus eſt & ſolitarius viuebat. qui apud Luciantum dicit:* μοναρχὴς ἡ δίαιτα (φησὶν) καθάπερ τοῖς λύκοις. φίλος εἷς Τίμων, ἄλλοι δὲ πάντες ἐχθροὶ, καὶ ἐπίβουλοι. ἡ ἐρημία ὅρος ἔστω πρὸς αὐτούς. Solitaria vita placet, qualis eſt lupis. Amicus vnus (*ſibi*) Timon, cæteri verò hoſtes & inſidiatores. Solitudo limes eſto ad illos. κυκλώπειος βίος. *Maxim. Tyrius.* Cyclopica vita. *pro ſolitaria.* ὁ μονοφάγος. *Athenæo.* i. ſolus edens.

Hoſtiſne an ciuis comedat paruipendit. *Apud Plautum vicinus vicinum cupientem audire veritatem, caſtigat ex hominum de eo opinione, dicens.*

Turpilucricupidum te vocant ciues tui ——— alij volturium ———

Hoſtiſne .i. peregrinus (*qui ſolus comedere ſolet*) an ciuis (*qui cum aliis*) comedas paruipendere. *in Trinummo.*

Nullius boni ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio. *Seneca.*

ἄνευ ἑταίρου ἄλαστός ἐστ' ὄλβος μέγας. *A.*

βαθυκλέους κύλιξ. *Plutarch.* Bathyclis calix. *qui aliis in eadem menſa non communicatur, ſed ab vno tenetur. in diuitem ſibi viuentem & alios negligentem, qualis fuit Bathycles quiſpiam, vox ſonat profundam gloriam.*

ἑστίᾳ θύσαν vel θύει. *Ariſtophan.* Lari ſacrificant. vel ſacrificat. i. *ſolus veſcens nemini quicquam impertit. vt in ſacris Laris, nil licebat foras efferre.*

ἔνδον γὲ παρὰ τὴν ἑστίαν, ὥσπερ νόμος, οὐδὲν ἐκφέρειν πρεπώδες ἐστιν, ἀλλ' εἰσφέρειν. *Ariſtophan.* Intùs ad focum (*edendum eſt*) vt lex vel mos eſt. Nihil effetre fas vel decens eſt, ſed inferre. Neque ſympoſium ſine ſocietate & colloquio, neque diuitiæ ſine virtute voluptatem habent. *Antiſthenes.*

Tria faciunt conuiuium iucundum, appetitus, ſocij, hilaritas. *Garner.*

Sam niemam, a tobie dáć mam!

Aquam è pumice poſtulas, qui ipſus ſitiat. *Plaut.*

Calorem non dat res quæ ipſa eum non habet. *Quintilian.*

Huc illud Ciceronis. Ipſi fontes ſitiunt. i *Ego quem tu abundare exiſtimas careo. Cic. Q. Fratri carmina, quæ ille bene ſcribere nórat à ſe petenti, ſic reſpondit:* Tibi quod rogas, quoniam ipſi fontes iam ſitiunt, ſi quid habebo ſpatij ſcribam. i. *quandoquidem ſimulas te egere verſibus quibus abundas. Græci dicunt:* αὐδᾷς αἰ κόννα δι ψῶσιν. *Adde & vulgare illud.* Nemo dat, quod non habet. V. Brać tám trudno.

Sam mié ſwoy. Zábawny bárzo. Rozérwány.

ἀ σχολὴ ἀβέλτερος. *Ariſtotel.* Non eſt otium ſeruis. *Qui aliena curat, ſua negligat oportet.* Liber non eſt, qui non aliquando nihil agit. *Cic.*

Negotio-

Negotioſus eſt — videlicet Solon eſt, Leges vt conſcribat quibus populus ſe teneat. *Plaut. Sed ironia eſt. ſeruus enim loquitur irridens herum ſuum excuſantem ſe cuidam.*

οὐδὲ ὅσον κνήσασθαι τὸ ὦς σχολὴν ἄγω. *Henric. Stephan. ex Luciano.* Nec quantùm ſcalpendis auribus ſatis ſit otium habeo.

οὐδὲ ὅσον ἀπομύξασθαι σχολὴν ἄγω. *Idem.* Ne ad emungendum quidem otiũ eſt mihi.

βοῦς ὁ μολοττῶν. *Zenodot. Suidas.* Bos Molottorum *vel* Moloſſorum, *quem illi in minimas partes fœdus ſancientes ſecabant. Scythas ſimiliter factitaſſe ſcribit Lucian. Dicitur de homine in plurima negotia diſtracto. vel de re minutatim conciſa. Et ita legendum cenſet Henr. Steph. corrigens Eraſmum legentem Homolottarum.*

ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος. *Suid.* Subiugus homo, *iumento ſimilis, qui alterius arbitrio viuit.* Tot tantiſq; negotijs diſtentus, vt reſpirare liberè non poſſit. *Cic. de Sylla.* Ad alienum appetitum edit, ad alienum ſomnum dormit, ad alienum gradum ambulat. *Seneca.* Po cudzey woli ſkaczé.

Ægrotandi tempus illi non eſt. *Garner.* *Vide* Robotny zábáwny nié chorúié.

πρὸς ἄλλου ζῇ. *Ariſtot.* Alieno arbitrio more nutu viuit.

ἐν κοτύλῃ φέρεται. In coryla ſeu caua manu geſtatur. *Tractum à luſu puerili, in quo vt ſcribit Pollux, Vnus puer manus ſuas poſt tergum reiectas ſtringebat, alter impoſitis in eas genibus ab eo ferebatur, oculos geſtantis manibus ſuis obtegens.* ἐγκοτύλιε vocat *Athenæ.* Encotylen *Rhodigin. cùm victoris genua victus cauis manibus excipiens eum geſtabat.* τρίτῃ κεφαλῇ καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ. *Plutar.* Tertio capite & tertio cerebro. ſ. *geſtat aliquid vt onera baiuli.*

Alterius ſub nutu degitur ætas. *Lucret. de amatoribus.* *Affine,* Dworſki żywot.

Sam nié wie / Ségo mu śis chcé.

τοῦ τῆς τρυφῆς ἐκ εἰδέναι ὅπῃ γ' ἂν θέλῃ. *A.*

Poteſt dici in otioſos de quibus Ennius apud Gellium ſic:

Otioſo initio animus neſcit quid velit. *ſed plures ſunt verſus.* V. Proznuiacy. *Quadrat item in diuites delicatos, quales deſcribit Seneca l. de breuitate vitæ dicens:* Quos quando lauare debeant, quando natare, quando cœnare, alius admonet. vſque eo, nimio delicati animi languore ſoluuntur, vt per ſe ſcire non poſſint, an eſuriant. Audio quendam ex delicatis &c. cùm ex balneo inter manus elatus & in ſella poſitus eſſet, dixiſſe interrogando: Iámne ſedeo? Hunc tu interrogantem an ſedeat, putas ſcire an videat, an viuat, an otioſus ſit? &c.

V. Nié kázdy zna co mu zdrowo. Niedogodny. Niéſtárek.

Sam nié záżywa / i drugiem nié dopuſza.

ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ κατακειμένη. *Lucian.* Canis in præſepi recubans: *qui nec fœnum edit, nec pecora edere permittit.*

ἔθ' αὑτῷ ἔθ' ἑτέροισι κυνικὸν τρόπον ἔχει. *A.*

Nec ſibi nec alijs more canino poſſidet. *Budæus.* (wa.

Neq; tibi bene eſſe patere & illis quibus eſt inuides. *Plaut.* V. Ma á nié záżywa

Sámo

Sámo śie dobrē záleca. Dobrego nie trzébá wiéle zálecáć.

Dobry chrzan z miodem / miod sam.

Proba merx facilè emptorem reperit, tametsi in abstruso sita sit. *Plaut.* *Contrà verò:* Inuendibili merci oportet vltrò emptorem adducere. *Idem Plaut. sed hoc aliò spectat.* Vino vendibili (*melius dices, bono*) hedera appensa nil opus est. *Erasmus.*

Phocion reprehensus quòd malum hominem defenderet ait: οὐ χρηστὸς μὴ δεῖσθαι βοηθείας. Bonos non egere auxilio. *Plutarch.*

ἄριστον ὕδωρ ἀποιότατον καὶ κατὰ γεῦσιν ἔτι καὶ κατ' ὀσμὴν (καὶ κατὰ χρῶσιν) *Galenus.* Aqua optima est quæ omnis qualitatis expers est, & saporis, & odoris, & coloris (*quod vltimum addit Rhodigin.*) .i. *pura & perspicua.*

τὸ καλὸν, φίλον, *Plato.* Quod pulchrum est, idem gratum, amicum.

ὅτι καλὸν φίλον ἐστὶ, τὸ δ' ἀ καλὸν, ἀ φίλον ἐστί. *Theognis.*

Quod pulchrum est, gratum est, non pulchrum nemini amicum.

ἐυώνυμον ἐς δίκαν τρία ἔπεα διαρκέσει. *Pindar.*

Ad causam honestam verba sunt satis tria.

ἔργων ἀγαθῶν ὄντων, βραχεῖα ἡ ἐπαγγελία ἀρκεῖ. *Thucydides.* Cùm res bonæ sunt, breuis narratio sufficit. αἱ χάριτες γυμναί. *Suidas.* Gratiæ sunt nudæ, i. *vt ipse explicat.* Ornatu carent vel non egent.

Bene picta res inscriptione nō eget. V. **Miélarz dobry.** *Affine,* **Cnotá sámá śie záleca.**

Sámo śie nawinęło. Sámo mu to przyßło.

Ipse capi voluit. *Iuuenal. de pisce grandi Domitiano oblato.* **Sam śie nágodźił.** Ipsa olera olla legit. *Catul.* *Cùm quis facilè id conficit ad quod aptus natus est.*

αὐτὴ ἡ χύτρα ἑαυτῇ λαχανεύεται. *Scaliger Catullum interpretatur Græcè.*

βοῦς ἐπὶ σφαγὴν: ὗς ἐπὶ δεσμά: κύων ἐπὶ σῖτον. *Hesychi.* Bos ad mactationem. s. *vltrò occurrit.* Sus in vincula. Canis ad cibum, quo allectus mactatus est.

ἐπὶ θύρας αὐτῷ ἦκεν. *Philostrat.* (*Ea res vltrò*) ad fores ipsi venit.

Vulgare illud. De cælo illi assa columba venit. *Vel.* Illi de cælis assa columba cadit. *Sic Liuius.* Dux qui nihil agenti sibi de cælo deuolaturam in sinum victoriam censet.

ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν ἐπῆλθεπαυκεν, ἀδὲν ἠδικηκόσιν. *Aristoph.*

Nobis bonorum aceruus in domum Vltrò cecidit iniurioſus nemini.

Affine, **Béz pracé ma kołaczé. Szcześćie ślępe.**

Sámo śie zie trawi.

τὸ κακὸν καθ' ἑαυτὸ ἀπόλλυσι. *Aristotel.* Malum ipsum se perdit.

Suis & ipsa Roma viribus perit. *Horat. de bello ciuili Romano.* *Et Lucanus.* Inte verte manus. *Romam alloquitur ciuili bello feruentem.*

Viperæ combustæ cinis, ictos eius veneno sanat. *Lactant.*

Scorpio quoque qui viuens læsit, mortuus medetur. *Nam vt Plinius scribit morsos à scorpione, sanat idem scorpio in oleo suffocatus, & vulneri attritus. itemq; cinis eius in vino epotus. immo vt ab expertis audiui, ipsemet in vulnere statim obtritus remedium icto*

præsentissimum est. *Simile quid* Telephium vulnus *vel* Achillis hasta. *Item dij Diabolus, Mors, Peccatum, Christi Crvce & morte ab humano genere remota; vt Ecclesia canit.* Vt vnde mors oriebatur (*ex ligno*) inde vita resurgeret. *Item dij.* Et medelam ferret inde hostis, vnde læserat. *Hæc aptè etiam ad illud dictum referes.* Co zábłkodźiło/ to pomogło. *Affine,* Zazdrość sobie szkodliwa.

Sam śiebié żaden nié zna.

Vt nemo in sese tentat descendere! nemo. *Persius.* i. *cognoscere seipsum.* ἐγκύπτειν εἰς ἑαυτόν. *Themistius.* Inclinari, incumbere, inspicere in seipsum.

ὅπῃ τι ἐν μεγάροισι κακὸν τ' ἀγαθὸν τε τέτυκται. *Homer.*

Ædibus in nostris quæ praua aut recta gerantur. s. *ignoramus.*

λαμίας ὀφθαλμοί. *Plutarch.* Lamiæ oculi. s. *exemptiles, quos domi in cista seruabat, foras exitura sumebat.* Cæcus amor sui. *Horat.*

Pauci istud faciunt quod tu de te prædicas. (*dixerat alter. Ego me noui*) *Plaut.*

Affine, Znay śiebié. Cudze wędy. Drugich opátruiesz.

Sam śie chwali.

Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat. *Iuuenal.*

Sua narrat Vlysses, Quæ sine teste gerit. *Ouidi.*

οἰκοθεν ὁ μάρτυς. Domesticus testis. *Cic.* Domesticum præconium. *Idem.*

Χορὸς οἰκεῖος. *Lucian.* Chorus domesticus. i. *laudatores conducti.*

Ζωτὸν ἐπαινεῖς ὥστε Ἀστυδάμας. *Zenodotus. & Iulianus.* Teipsum laudas velut Astydamas. *Histrio fuit celebris, qui statuæ sibi publicitùs in theatro decretæ, laudes suas ipse inscripserat, quæ vtpote nimiæ, à populo reiectæ sunt.*

ὁ περιαυτολογος. *Theocrit.* De seipso loquens. αὐτὸς αὐτὸν αὐλεῖ. *Suidas.* Ipse sui tibicen est. αὐτεπαινεῖν. *Græci dicunt, seipsum proclamare, prædicare.*

Malim istuc alijs videatur, quàm vt tu te collaudes. *Plaut.*

Neroni vitio datum est, quòd in certaminibus vbi vicisset, se ipse victorem proclamaret. Testis est Suetonius. Reformidat hoc Cicero, qui scribens Luceio historico ait: Quod si à te non impetro (nomen vt meum scriptis illustretur tuis) cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt; scribam ipse de me. Sed sunt in hoc genere vitia, minor fides & auctoritas &c. & verecundiores præcones ludorum gymnicorum, qui si ipsi corona donentur, alium præconem adhibent, ne sua voce ipsi se victores prædicent. *Quod faciebant illi qui dicebant:* ἡμεῖς δέκα ῥόδιοι, δέκα νῆες. Nos decem Rhodienses, decem naues. s. *expugnauimus, obtinuimus. Talibus rectè dicetur illud ex Luciano:* ἐν τῷ σκότῳ ὀρχήσω. In tenebris saltasti. i. *nullus te vidit agentem ea quæ prædicas.*

Sese iactans vicinos habet vndiq; prauos *Anonym. rhythm. Sic & nostri dicunt.* Zle ma sąśiędy sam śie chwali. *sed si placet meliorem versum vsurpare, accipe.*

Sese vir laudat vicinis cinctus iniquis. Ipsus se laudat, vicinia tota reclamat.

Ipse canit sese, vicinia tota silescit. *Docet tamen Plutarchus: Quomodo se quis*

abs-

absq; vitio & inuidia laudare possit. *Affine*, Chełpliwy. Kokoßy sie. Każdy swoie chwali. Chwały własney cudzey z cudzych vst słuchać. &c.

Sam sie czći / kto drugiego czći.

Celebre est dictum illud ex Aristotelis 1. Ethicorum sumptum: Honor magis vel maior est in honorante quàm in honorato. *Et Plutarch. ait:* τὸ τιμᾶν & πιμᾶσθαι πολλαχοῦ ἐστιν ἐνδοξότερον. Honorare sæpe glorioſius est quàm honorari. *Sic, vt idem scribit, Spartæ reges Ephoris (magistratui inferiori) de via decedebant, ab eisdem Ephoris quiuis ciuium etiam honestissimorum vocatus, cursim per foram se proripiens obedientiam suam omnibus ostentabat, ob exhibitum magistratui honorem exsultans.*

Sam sie osądzit. albo / Samés sie osądzit.

ἐκ τοῦ στόματός σου κρίνω σε *Apud S. Lucam 19. c.* Ex ore tuo te iudico. *Huc facit apologus Nathanis Dauidi propositus 2. Regum 12. de oue pauperi à diuite ablatà reddenda cum quadruplo. quem cùm Dauid approbasset dicens.* Viuit Dominus quia filius mortis est vir qui fecit hoc. ouem reddet in quadruplum. &c. *respondit Nathan.* Tu es ille vir &c. *Similis apologus est in Rudente Plauti Actu 4. Scena 3. de re inuenta domino reddenda. quem cùm approbasset Piscator qui alienum inuenerat, respondit ille qui proposuit apologum:* Tuo consilio faciam. ſ. *nisi dederis inuentæ rei dimidium, prodam te domino rei.* *Dauus Terentij interrogatus ab hero.* Quid meritus esset? Rę. Crucem. *Alluſit inquit P. Nannius ad morem Athenienſium, vbi rei conuicti rei capitalis condemnabantur nullo expresso supplicio, quod reus eligere sibi iussus, in maius æstimabat, & sic sæpe à iudicibus misericordia motis dimittebatur, quod Socrates facere noluit. Ex Platone Xenophonte Laërtio.*

Sam sie sobie podoba.

Suffenus Catulli. *Pòëta ineptus, sibi tamen stultè placens, de quo ille sic:*

Idem infacetoſt infacetior rure, Simul Pòémata attigit, neq; idē vnquam.
Æquè est beatus, ac Pòéma cùm scribit,
Tam gaudet in se, tamq; se ipse miratur. *Talis apud Martial. Attalus de quo ille sic.* Declamas bellè, causas agis Attale bellè. &c.
Componis bellè mimos, epigrammata bellè,
Nil benè cùm facias, facis attamen omnia bellè. *nimirum tuo iudicio, quia omnia tua tibi multùm placent, & bella videntur.*

Sed commune hoc vitium Pòëtarum, quod tangit Horatius dicens:

Gaudent scribentes & se venerantur, & vltrò
Si taceas laudant, quicquid scripsêre, beati. *Vide plura talia sub* Mitokiędy nas słucháia. *Simiæ obiecto ipsis à venatoribus speculo, dum suam formam cernentes ea vehementer oblectantur capiuntur. Ælian.* Sibi pulcher. *Ex Horatio.* Scilicet à speculi sumuntur imagine fastus. *Ouid. de femina compta ad speculum.* Saperda, *pro eo qui sua qualia qualia sint, cæco amore sui approbat & extollit. de quibus Varro.* Omnes videmur esse nobis belluli

Et feſtiui ſaperdæ cùm ſimus σάπροι. *Luſit in vocibus ſimilibus ſignificationis oppoſitæ.* Saperda *enim eſt elegantulus & naſutulus.* σάπρος *autem putris, putidus & marcidus.* Ζαπρός ἐσθ', ἑαυτῷ ἀτάργε σαπέρδης δοκεῖ. *A.*

Eſt etiam placuiſſe ſibi quæcunque voluptas. *Ouidi.*

Thus pedere ſe putat. *Vide* Kdžydemu ſie ſwoie podoba.

Affine & Kokoßy ſie. Wiele o ſobie rozumie.

Sam ſie ſpieci. Swoie gnazdo plugawi. Sam ſobie ßkodzi.

τὸν οἰκοι θήσαυρον διαβάλλεις. *Ariſtotel.* Domeſticum theſaurum calumniaris. .i. *tua ipſius bona, res, acta, carpis vel conſpurcas.*

κίχλα κέζει αὐτῇ κακόν. Turdus ipſe cacat ſibi malum. i. *Viſcum quo capiatur, quod an verum ſit vide in 1. Tomo* Lép & Zemiotá. *Plautus habet:* Ipſa ſibi auis mortem cacat. *vt legit Pierius Geſner. Eraſm. non Creat, vt alij.*

εἰς ἀερίνον πτύεις. In cælum exſpuis; *Facis quod in tuum recidat caput, & te fœdet.*

ὁ Ἰλιεὺς τραγῳδὸς ἐμίσθωσε. *Lucian.* Ilienſis Tragœdos conduxit. *ſuas calamitates repræſentaturos. In eum dicitur qui malum ſibi vltrò accerſiuit, vel aliquem irritauit, à quo probra ſua audiat.* Ipſe homo ſibi à me malã rem accerſit iumento ſuo. *Plaut.*

καρπάθιος τὸν μάρτυρα ἐπηγάγετο. *Archilochus.* Carpathius teſtem adduxit. .ſ. *qui contra ipſum loquatur.* Ζιδηρεὺς αὐτὸς αὑτῷ πέδας ἐχαλκεύετο. *Ex Theognide.* Faber ipſe ſibi cudit compedes.

Propria vineta cædis. *Ex Horatio.* Nauem in qua nauigas perforas. *Ex Cicer.*

Meſſes vris acerba tuas. *Tibull.* Veſtras ſpes vritis. *Virgil.*

Suis cruribus aſciam illidit. *Apulei.* Securim petitioni tuæ inieciſti. *Cic.*

In ſuum ipſe mucronem incurrit. *Ex Cic. qui ait:* Hic eſt mucro defenſionis tuæ, in eum ipſa tua cauſa incurrat neceſſe eſt.

αὐτὸς εὗρε δ' κακῆ πηγήν. *Æſchyl.* Ipſe ſibi reperit mali fontem. *Vel* πῆνιν. *vt Suidas habet.* i. coagulum. ὁ καρπάθιος τὸν λαγών. *Ariſtot.* Carpathius leporem. ſ. *natus eſt qui ſegetes corrumpat.*

ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθελεῖς. Contra teipſum lunam detrahis. *more ſagarum, quæ lunam detrahentes oculos & pedes amittebant.*

οἰκοθεν ὁ μάρτυς. *Lucian.* Domo vel domeſticus teſtis. ſ. *qui aduerſum ſe teſtimonium dicit vel pro aduerſario dicit & ſuam cauſam deſtruit. Obſeruauit Henric. Steph. Caſtigatiſ. Eraſmum.* *Affine,* Ná ſie rozgc. Tobiéć ro gorzey. Sam ſobie winien.

Sam ſie vlowił.

αὐτὸς τῇ αὐτοῦ δολερᾷ ἑάλωκεν πάγῃ. *A.* Suo ipſe laqueo ſubdolo comprenſus eſt. In laqueo quem abſconderunt comprehenſus eſt pes eorum. *Pſalmo 9.*

ἐς βόθρον ὃν ἄλλοις ὤρυχ' αὐτὸς εἰς ἔπεσεν. *A.*

Quam fodit alijs, ipſus in foueam incidit. *Ex Pſalmo 7.*

ζωφίσματα κατ' σαυτοῦ ζωπλέθεικεν. *Lucian.* Sophiſmata contra ſe compoſuit.

Affine, Drugiego chcąc oßukáć, ná ſie rozgę dał.

Sam

Sam śie wydał.

Suo ipſius indicio perijt ſorex. *Ex Terentio qui habet:*

Egomet meo indicio miſer quaſi ſorex hodie perij. *Quia ſorex clariùs ſtrepit quàm mus & ſtrepitu ſuo ſe prodit. Donat.* Lepus ſuum nidum prodit.

λαγὼς καθηγορεῖ τ̃ αὐτ̃ φωλεοῦ. Sui ipſe nidi monſtrat indicia lepus.

Sua cõfeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt. *Cic.* Indicio ipſe de ſe erit. *Terent.*

Multi de magnis per ſomnum rebu' loquuntur,
Indicioque ſui facti perſæpe fuêre. *Lucretius.*
——— Se multi per ſomnia ſæpe loquentes,
Aut morbo delirante procrâxe feruntur. *Idem.* *Procrâxe vel progrâxe. i. proclamaſſe, vulgaſſe, ab* ἐκεκραξα *clamaui,* προέκεκραξα *proclamaui.*

Stalenus ea locutus eſt bonis viris ſubauſcultantibus pariete interpoſito, quibus patefactis in iudiciumque prolatis, rei capitalis iure damnatus eſt. *Cic.*

Equiti ſuperbo, nobili, locupleti
Cecidit repente magna de ſinu clauis. *ſ. ſeruorum inſigne, cùm ſe is falsò iactaret ingenuum & nobilem, ſed clauis illum prodidit quis eſſet. Martial. l. 5. ep. 37.*

λυδὸς τὴν θύραν ἐπίγκλιτε. *Plutarch.* Lydus oſtium mouit ſeu tentauit incautè, *& ſic ſtrepitu ſe prodidit fur ſtultus. nam Lydi erant furaces. Aliter.* λυδὸς ἐφ' ἑαυτ̃ θύραν ἄνοιξεν. Lydus contra ſe oſtium aperuit.

In Caſina Plauti Stalino toties incautè loquens vitioſum ſuum affectum prodit. dum ſub alieno nomine ſuum negotium agens dicit ſæpe Me mihi. *pro* Illum, Illi. &c.

Lucianus Hiſtoriæ ſuæ veræ (ironicè. i. fabuloſiſſimæ) præmiſit hæc: Cùm nihil dignum memoratu mihi ipſi acciderit, ad mendacium me tranſtuli, tolerabiliùs quàm cæteri. Nam cùm hoc ipſum quod mentior verè dicam, aliorum reprehenſiones effugiam, quia nihil veri me narraturum polliceor.

Sam śie z zuté. *vel* Niech śie gniewa, ſam śie z zuié.

De nihilo eſt iraſci illi qui te non flocci facit. *Plaut.*

ἐξεγενέντί σ' ὀργίσεσθ' ἐπὶ μάταιον. *A.*

ἀδύνατον φοβεῖσθαι ἅμα καὶ ὀργίζεσθαι. *Ariſtotel.*

Impoſſibile timere ſimul & iraſci. *quare & iraſci ei quem timeas.*

παύει ὀργὴν μείζων ὀργὴ ἑτέρου. *Idem.* Sedat iram maior ira alterius.

Simile, Gniew bęzśilny.

Sam ſobie człowiek podczas ciężki.

ὁ αὐτὸς αὑτῷ πολλάκις ἄνθρωπος βάρος (*vel* βαρύς.) *A.*

Ipſe ſibi ſæpiùs homo pondus eſt graue. *S. Iobi eſt ſententia c. 7.* Factus ſum mihimet ipſi grauis. *Rectè hîc vſurpes illud:* Sibi quiſque eſt Dæmon. *Sic apud Virgil. Niſus ſuam cupiditatem cuiq; Deum ſeu dæmona eſſe ſuſpicatur. i. malum vel bonum genium. Et Chriſtiani Magiſtri, in his S. Bernardus, docent, non omnes malas cogitationes & perturbationes animi à Cacodæmone excitari, ſed ex ipſa corrupta natura*

quam plurimas pullulare. *Vide Apologum de Anicula sub dicto* Zét né osté.

Ita pleriqúe ingenio sumus omnes, nostri nemet pœnitet. *Terenti.*

Homines vitam suam & amant simul & oderunt. *Seneca. loquitur autem de vitiosis & assuetis vitio cùm resipiscere volunt.* Semper præsentibus infesta leuitas. *Idem.*

Grauior est inimicus qui latet in pectore. *P. Syrus Mimus.*

ὁ ἔνδον ἐχθρὸς φορτικώτατός ἐστι πάντων. *A.*

Sam sobié dostatni.

αὐτάρκης. *i.* sibi sufficiens, *dictus est* Hippias Eleus, *qui & liberales & mechanicas artes omnes sciebat, & in conuentu totius fermè Græciæ gloriatus est se omnes disciplinas liberales nosse, & ea quæ circa ipsum erant, pallium, soccos, annulum, &c. se sua manu confeciisse. Cic. Vide Lóënsem l. 6. cap. 9. sub Prouerbio,* Hippia magis memor.

Beatissimus est qui est aptus totus ex sese, quiqúe in sé vno sua ponit omnia. *Idem.*

Talis erat Bias, *qui dicebat (nihil ferens)* Ego omnia mea mecum porto. *Idem. Cic.*

Sapiens seipso contentus est. *Seneca. qui multa in hanc sententiam habet.*

Suo sibi succo viuit vel alitur. *Plaut. parasitos cochleis comparans ait:*

Quasi cochleæ in occulto latent. Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit.

Similia de Vrso & Polypo leges suprà sub Lápe lizáć. *quæ etiam* αὐτάρκειαν *olent.*

Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui. *Ouidi.*

Sic Plauti Charinus itineri se accingens dicit:

Egomet mihi comes, calator, equus, agaso, armiger.

Egomet mihi sum Imperator &c. Egomet mihi fero quod vsus est &c.

Musæus item de Leandro per fretum natando pergente ad Eronem, ait:

αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόσελμος, αὐτόματος νηῦς.

Ipse sibi remex, & classis, denique nauis.

Ignis cineribus suis fouetur. *Garner. Carol. Bouillus.*

μόνος ἀνενδεὴς θεός. Solus Deus nullius eget.

Sam sobié gedz / sám wésel bedz.

ἑαυτῷ ψάλλειν. *Plato.* Sibi ipsi canere. *vel* Intùs sibi canere. *vt faciebat Aspendius citharista teste Cic. Vnde &* ἀσπένδιος κιθαρῳδός. *pro eo qui suo commodo vel oblectationi studet & seruit.* Atque hoc carmen (*i. legem agrariam*) hic Tribunus plebis (*Rullus*) non nobis sed sibi intùs canit. *Cic.*

Aspendius citharœdus, Asconio teste, sinistra tantùm manu citharam pulsabat, sic vt ipse tantùm vel propè assistentes sonum eius sentire possent. Mihi cane & Musis, *dixit Antigenidas tibicen discipulo frigenti ad populum (apud Ciceronem) licet commutare sic:* Mihi cano & Musis. *vel de alio.* Sibi canit & Musis.

ἑαυτῷ βαλανεύω. *Aristophan.* Ipse mihi balneum parabo. *vel* ministrabo. *Adde & illud Horatij:* ——— Populus me sibilat, at mihi plaudo

Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca. *Idem sonat.*

In sinu gaudere. *Cic.* *Sic & Seneca dixit:* Si tua bona non iactaueris, si scieris in sinu gaudere. &c. V. Milcz kiedy dobrzé.

Mihi

Mihi viuo. *Sic Virg. in Catalectis:* Vni, viue tibi. *& Ouid.* Viue tibi. *Horat. item:* Vt mihi viuam quod ſupereſt æui.

Sam ſobie winien. Sam ſobie tego nawarzył. Czego ſam nalazł.
Meo vitio pereo: omnia meâ culpâ contracta ſunt. *Cic.* Prudens manum in flammam mitto. *Hieronym.* Sciens de via in ſemitâ (*errori obnoxiam*) degrederis. *Plaut.* ἀνὴρ ἢ ὀναῖος τὴν Καϱάδραν. *Zenodot.* Oenoe (*pagus*) vel Oenæi torrentem deriuârunt, *qui imbribus auctus agros eorum corrupit.* Vulnus ſibi quærit. *Propert. alt:*

Interea noſtri quærunt ſibi vulnus ocelli. ſ. *ex aſpectu feminæ.*

Suo iumento malum accerſiuit ſibi. *Idem.* Mali meſſem metere. *Idem.*
σὺ δὲ ταῦτα αἰσχϱῶς μὲ ἔσπειϱας, κακῶς δ' ἐθέϱισας. *Ariſtotel.*
Tu quidem turpiter hæc ſeminaſti, & miſerè meſſuiſti.
ἔπειτ' ἀμᾶσθε τῶν δὲ δύσγνον θέϱος. *Euripides.*
Deinde meſſem metitis horum (*malefactorum*) peſſimam.
Aequo animo pœnam qui meruêre ferunt. *Ouidi.*
ἀϱάχνη παῖδας θϱέψασα, πϱὸς φιλάτων τέθνηκε. *Suidas.*
Aranea vbi prolem educauit, à cariſſimis perijt.
βοῦς ἐφ' ἑαυτὴν κονιᾶται. *Zenodot.* Bos contra ſeipſum puluerem excitat. ſ. *promptè vadens ad lanienam.* κύων ἅπτει δεσμά. *Idem.* Canis in vincula. ſ. *cibo allectus venit.* Iure perierunt. *Eraſmus ex Homero. Sic ille:*
τοὺς δὲ δὲ μοῖϱ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ ἕϱτλια ἔϱγα.
Hos fatum diuûm domuit, ſimul improba facta.
Χῖος δεσπότην ἐωνήσατο. *Eupolis.* Chius dominum emit. *Nam Chij qui mercenariis ſeruis vtebantur, victi à Mithridate eisdem ſeruis ſunt traditi, & aliò deportati, vt oraculum eis redditum erat.* κοϱώνη τ' σκοϱπίον. ſ. ἥϱπασε. Cornix ſcorpium rapuit, *à quo illa perijt. Apologus in Epigram. Grac.* Tute hoc intriſti. *Terent.*
Patior telis vulnera facta meis. *Ouid.*
πϱόκελος ἀκόντιον. *Suidas.* Procridis telum *vxor Cephali hæc fuit quæ telum certiſſimi ictus marito ſuo donauit, quo ab eodem venante feras, per errorem traiecta eſt. vt Ouidius 7. Metamorph. deſcribit. ſed variat fabula.*
ὁ πτύσας εἰς μυϱμηκιὰν, οἰδεῖ τὰ χείλη. *Heſychius.*
Qui inſpuit in cauernam formicarum, intumeſcunt ei labra.
Phoci conuiuium. *Vide* Dobrodźiéyſtwo źlé oddáne.
Ἐπίπαστον κακὸν. Accerſitum malum. *ex Homero qui ait:*
ἦ τάχα Ἴϱος ἄϱος Ἐπίπαστον κακὸν ἕξει.
Certè citò Irus inauſpicatus attractum malum habebit. (bes Cæcias.
κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς καχεκτὰς ἦν. *Gellius ex Ariſt.* Mala ad ſeſe attrahens vt nu-
Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadit. *Eccleſiaſtici c. 2.* *Quadrant & illa:* Capra cornua. Capra cultrum. Faber compedes ſ. cudit, Carpathius leporem, Taurum Perillus, *& ſimilia ſuprà poſita. ſub* Vlá śie rozgę. Vlić miętá bábá.

Sam śie βρέćι. Sam

Sam ſobiè żaden nié doſtátni.

εἷς ἀνὴρ ὃ πάνθ' ὁρᾷ. *Euripides.* Vnus vir non omnia videt.

μιᾶς γάρ ἐστι χειρὸς ἀσθενὴς μάχη. *Idem.*

Eſt pugna languens, vnica quæ fit manu.

καὶ ἡρακλῆς δ' Ἰόλεω συμμαχος ἕσπετο, vel τ' Ἰόλεων παρεκάλει. *Ex Syneſio.*

Et Hercules Iolao adiutore eguit, vel Iolai armigeri ſui opem implorauit.

καὶ ἡρακλῆς ἐδεήθη φίλου ſ. Θησέως. *Ariſtides.*

Etiam Hercules indigebat amico ſ. *Theſeo in pugna adiutore.*

καὶ Ζεὺς Τιτᾶνας ἐκάλει. *Diogenian.* Et Iupiter Titanas implorauit. *Sed hæ nugæ ſunt Pœtarum, audi Philoſophum Ariſtot. 2. Moral. c. 15. dicentem:* ὁ Θεὸς ἐστιν αὐταρκὴς καὶ μηδενὸς δέεται. Deus eſt ſibi ſufficiens & nullius eget. *Idem dicit Seneca.*

Simile Żéden nié wiéle może.

Sam w piécu lega á drugiego ść. v. Kośćiéł gárncowi przygánia.

Sąśiád dobry zá przyiaćiélá zá brátá ſtoi.

Vicinum bonum & commodum magni æſtimat *Cato & Columella, qui adfert verſum Heſiodi:* μήδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' ἐι μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Nec bos intereat vicinus ſi improbus abſit.

εἰ γάρ τοι καὶ ἔπειτα ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
γείτονες ἄζωστοι ἐκιον, ζώσαιτο δὲ πηοί. *Heſiodus.*

Si quæ contigerint tibi forte negotia priua, (*rum.*

Vicini incincti (*ob celeritatem*) cincti venêre propinqui (*lentè: priùs ſe ornâ-*

πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ. *Idem.*

Noxa malus vicinus, commoditas bonus ingens.

Vicinitatem in propinqua amicitiæ parte ponit. *Chremes Terentianus.*

Cato item præcipit agricolæ hoc pacto. Vicinis bonus eſto. Familiã ne ſiueris peccare. Si te libenter vicinitas videbit, faciliùs tua vendes, operas faciliùs locabis, operarios faciliùs conduces. Si ædificabis, operis, iumentis, materia iuuabunt. &c.

Themiſtocles prædium vendens per præconem proclamari fecit:

ὅτι καὶ ἀγαθοὺς ἔχει γείτονας. Quòd bonos vicinos haberet. *Plutarch.*

ἔμμορε τ' τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ. *Heſiodus.*

Sortitus eſt pretium (*i. pretioſum quid*) qui ſortitus eſt vicinum bonum.

πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς γείτονας πᾶσι τὸ ἀνθρώπινον καὶ ἐλεύθερον καθίστασθαι. *Thucydides.*

A vicinis, omnibus aduerſa & libero homine digna (*grata*) proficiſcuntur.

Sąśiad zły zá nieprzyiaćiela ſtoi.

Aliquid mali propter vicinum malum. ſ. *accidit. Plaut.*

πῆμα κακὸς γείτων. *Heſiod ſuprà.* Noxa malus vicinus.

χαλεπώτερον οὐδέν, ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν. *Demoſthen.*

Moleſtius nihil, quàm vicinum malum & auarum nanciſci.

Æquè

Æquè incommodum eſt vicinum pauperem atque diuitem habere. quia diues facile vi quidpiam aufert; pauperi vel gratis dandum eſt vel furatur. *Garner. Gallic.*

Contagium à vicino pecore, ſ. *facile affricatur. ex Virgil. ſic ille:*

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

Et Ouid. Si quis amas, nec vis; facito contagia vites:

Hæc etiam pecori ſæpe nocere ſolent.

ἀλμυρὸν γειτόνημα. *Plato.* Salſuginoſa vicinia. *i. ſterilis, inhumana. Huc trahit Eraſm. illud Virg:* Mantua (væ miſeræ) nimiùm vicina Cremonæ. *Nam Cremona quæ ſub bello ciuili adhærebat Antonio, eo profligato ab Auguſto data erat militibus, quæ cùm eis non ſufficeret, facile licentia militaris vicinas ciuitates (inter quas Mantua erat) quaſi iure ſuo inuadebat. De eadem ita Phocas:* Mantua tu coniuncta loco, ſociata periclis.

Sąśiada wßędy naydzieß.

Vicinum ſemper inuenies. *Saluian. In malam partem vergit hoc dictum. de æmulo, obtrectatore, inuido, moleſto.* *V.* Oko ſąśiećkie. Złego nie kupić. Zazdroſć z cudzego dobrá.

Sąśiada złego abo złup, abo vchodz.

Sąśiéda gdy maß potez iego / á ktemu złego; odbiéż wßyſtkiego.

Quadrant in hunc locum multa poſita ſub Nie ſtrzeday ſie z dworem. *v. g.* Maiorem vitato virum &c. *Adde illud Iuuenal. Satyra 14.*

Dicere vix poſſis quàm multi talia plorent. (*i. damna à potentiore vicino illata ijs, qui pretio ab illo oblato, nolunt ſua poſſeſſione cedere*)

Et quot venales iniuria fecerit agros. *Idem dicit Horatius.*

Quid, quod vſque proximos Reuellis agri terminos? & vltra
Limites clientium, Salis auarus? pellitur paternos
In ſinu ferens deos Et vxor & vir ſordidoſque natos.

γείτονι κακῷ ἢ χρήματα δὸς, ἢ χρήματα. *A.*

Aut ære pelle aut fugito vicinum malum. *Petrarcha dicit:*

Vicinum malum, aut tolera aut fuge.

Sąśiećka zgodá rzatka.

Gamma Betam & Beta Gammam perſequitur. *Apud Procopium puerorum Carthaginenſium iocus ex alphabeti literis ſibi vicinis ſumptus. ſignificans inter vicinos facile oriri ſolere diſſidium.* Γάμμα τὸ βῆτα, πάλιν δὲ τὸ βῆτα τὸ γάμμα διώκει. *A. Sic Gen. 13.* Facta eſt rixa inter paſtores Abraham & Lot, & coacti ſunt vicinia relicta ab inuicem procul ſeparari. Inter finitimos vetus atque antiqua ſimultas,

Immortale odium & nunquam ſanabile vulnus. *Iuuenal.*

Sed iam ſerpentum maior concordia—&c. tigridum, vrſorum, leonũ. *Idẽ. Eadem dicit Plini.* Rara ſine iurgijs vicinia. *Petrarcha.*

Vbi maior locorum vicinitas, ibi maior animorum diſtantia. *Idem.*

Hoc neceſſe eſt aliquem vicinum aut municipem dixiſſe. *Cic. i. crimen occultum vicini prodidiſſe.* *Simile* Brátćia zgodliwi.

Schowáć nieſkodźi / co śie nágodźi.

Schowáć záwſze co nie wádźi. Nie dla śiebie-li / dla cżeládźi.

ἰχθὺς ἀναχείμενος *Plutarch.* Piſcis repoſitus *ſubaudi, vtilis eſt. Nam prudentis eſt inquit Eraſm. aliquid è cibis ſemper habere ſepoſitum, ob aliquem euentum, vt ſubitum hoſpitem &c. Piſces autem olim præcipui cibi erant.* Sic ferè Heſiod.

οὐδὲ τὸ γ' ἐν οἴκῳ κατακείμενον ἄνδρα κήδει.

Neque verò quod domi repoſitum eſt virum contriſtat, torquet.

Bonus condus, bonum promum facit. *Gaſpar Ens. i. Qui libenter vel diligenter recondit, habet vnde promat & quod det indigenti. Omitto Triuiale illud:* Seruata valent. *Nam mendici vel ſordidè auari, illud plerumq; vſurpant. Dictum verò Polonicum de iis accipe qui domi ſuæ edunt. Conuiuam porrò ab alio inuitatum, & omnia ſeruantem ac puero ſuo tradentem efferenda, meritò reprehendit Martial. l. 2. Epigr. 37. in Cæcilianum.*

Quicquid ponitur hinc & inde verris, &c. (mappa,
Mullum dimidium, lupum, attagenam, &c. Hæc cùm condita ſunt madente
Traduntur puero domum ferenda, Nos accumbimus otioſa turba.
Vilus ſi pudor eſt; repone cœnam, Cras te Cæciliane non vocaui. i. *non inuitaui te in craſtinum diem, in quem tu hæc ſeruas, ſed vt hodie quod ſatis eſt edas. Solœciſmus eſt affectatus & elegans. Domitius. Rader. Affine* Zoſtaw co. Serwé.

Sędzia wſzélákí / obiemá ſtronom iednáki ſma być.

Mowiwſzy ábo ſłuchawſzy zá bárénem / trzébá też co rzéc ábo ſłyſzeć zá wilkiem.

—— Rex Iuppiter omnibus idem. *Apud Virg. in iudicio Græcorum quorum Iuno, & Troianorum quorum Venus cauſam agebat. Apud eundem:* Idem
Iuppiter, æquato geminas examine lances Suſtinet. &c. *ex Homero. De eodem Lucretius.* Omnibus ille idem pater eſt.

ζεὺς ἄωτος Iupiter ſine auribus. Iupiter Cretenſis auribus carebat. *innuens, Iudicem & Principem non hominũ voces, ſed rationem legem & iuſtitiã audire oportere. Rhodig.*

ὁ δικαστὴς βέλτιον εἶναι δεῖ ἔμψυχον δίκαιον. *Ariſtotel.*

Iudex debet eſſe velut animatum ius. ſ. *incorruptus, rectus, æquus.*

Magiſtratus, eſt lex loquens; lex verò, magiſtratus mutus. *Cic.* Vir bonus (*de amico iudicaturus*) ponit perſonam amici, & induit iudicis. *Idem. Cleo ad Reipub. gubernacula accedens, conuocatis amicis ſuis, eorum amicitiæ renunciauit. Apud Plutarch.*

Sen márá.

Multos errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. *Eccleſiaſtici 34.*

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falſa timere iubent. *Tibullus.*

ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα. *Plutarch.* Mendacia inſomnia valete, eſtis
Somnia ne cures: nam mens humana, quod optat, (nihil,
Cùm vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum. *Cato.*

ῥᾴστη δ' ἐνύπνια, νῦς μερόπων γὰρ ἃ βέλεται ἀεὶ

ἐφήσων

ἐγρήγορώς τ' ἐλπίζει, καὶ ἐν ὕπνοις θεᾶται. *Planudes.*

Tu leuis es, multoque tuis ventosior alis,
Gaudiaque ambigua dasque negasque fide. *Ouid. somnum alloquitur.*

Multa per noctem habita terrori, dies vertit in risum. *Seneca.*

Miris modis dij ludos faciunt hominibus,
Mirisque exemplis somnia in somnis danunt (.i. *dant*)
Ne dormientes quidem sinunt quiescere. *Plaut.*

Somnus veris miscens falsa. *Seneca Hercule furente.*

τυφλοὶ *vel* τυφλῶν ὄνειροι. *Suidas.* Cœca *vel* cœcorum somnia.

Semper mane mihi de me tua somnia narras. &c.
Aut vigila aut dormi Nasidiane tibi. *Martial.* ὀνειροπόλω.

Sed aduerte, Somnia non omnia esse vana & falsa, sed aliqua etiam vera & digna obseruatione, tam in diuinis libris, Pharaonis, Nabuchodonosoris, Iosephi, Petri &c. quàm apud profanos scriptores, qui somnia ab inferis prodire putabant; & vera quidem per portam corneam, falsa per eburneam. i. *per oculos & dentes, quia quæ ore efferuntur, sæpe falsa sunt; quæ oculis cernuntur, non fallunt. Ex Homero Virg. Propert. Horat. Ita Cic. ex Ennio.* Aliqua somnia vera sunt, sed omnia non est necesse.

Idem ait. Nonnullas valetudinis significationes ex quodam somniorum genere intelligi posse. *De obseruatione & interpretatione ac varietate somniorum scripsere multi & inprimis fusè & accuratè Artemidorus, Astrampsychus, Macrobius, Cic. & alij quos affert Tiraquellus ad Alexandrum Neapol. & Rhodigin. in variis locis multa habet, præsertim verò l. 27. c. 7. somniorum varias causas affert & quæ obseruare liceat docet. Sed vide potiùs Tyraum de Apparitionibus diuinis libr. 3. c. 13.*

Sérce wielkie i wspániałe / wßyſtkie rzęczy ma zá máłe.

Animo magno nihil magnum est. *Senec.* Magnæ feræ latratus minimorum canum curæ audiunt. *Idem.* ἀετὸς δ' θηρεύει τὰς μύας. Aquila non captat muscas. ἐλέφας μὴν δ' ἁλίσκεται. Elephantus non captat murem. *Affine,* Vmyſł wſpániały.

Sérwá, ſerwá: á długoż tego bedźié? Ciebiec ia mé Sérwy zaprosił.
Vmá dźiśćim ia ćiébié / nié ná iutro węzwał.

Apologus est notus de Scholarcha (an Sacerdote?) qui inuitatus ad conuiuium & ipse satis comedebat, & ex singulis ferculis puero suo retrò stanti domum deferenda porrigebat dicens: Serua. quod tandem conuiuator displicere sibi ostendit, quid simile dicens: Quouſq; ? Te ego vnum non duos inuitaui. *Vel* Hodie ego te non cras etiam, de meo prandere vel cœnare volui. *Simillimum est apud Martial. epigramma in Cæcilianum quod laudaui suprà sub* Schowáć nie ßkodźi. Cras te *inquit* Cæciliane non vocaui.

μισητὸς ἐστιν ὁ ξένος διπλῆ φαγών. *A.* Odiosus hospes ventre duplici vorans.

V. Źiédnem brzuchem ná dwoié gody.

Stadłés iuż ſol. Actum est de te. &c. *sub* Zginął. Złé koło mnié.

Illud est huic loco aptum. Sal in aqua. ſ. *disperijt.* *Senarius Græcus est talis*

ἁλῶν δὲ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν ἔνθ' ἔβη.

Sal abijt illuc vnde venerat priùs .ſ. *in aquam ex qua naſcitur.* *Dictum de negotiatore ſalem vehente cui dormientibus nautis aqua nauim ingreſſa ſalem liquefecit & demerſit.* *Simile quid accidit apud Gabriam aſino ſalem ferenti & in aquam cum onere prolapſo. nam is mox, illo ſurgere non valente, diſſolutus eſt.*

Siedzial abo ſiedzialem iak na ſzydłach.

Sudibus acutis inſidere mihi præ faſtidio videbar. *Ex Caſſiano, qui de monacho concionis tempore inquieto ait:* Ita commouetur ac ſi acutis ſudibus inſideret.

Inter cuneos ſedere, *apud Plaut. pro incommoda ſeſſione.* *Polonicum etiam licet vſurpare Græcè & Latinè.* κεντηροισιν ἐγκαθέζεσθαι δοκεῖ. *A.*

Is mihi videtur inſidere ſubulis.

Sierdzi ſie á niemaß o co.

Cor calidum in re frigida. ſ. *habes vel habet.* *Ex Sophocle qui ait:*

Θερμὴν ὅτι ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. In frigido tibi mens calet negotio.

Siewba rána podczas omyli / pozna zawſzé.

Vetus eſt agricolarum prouerbium: Maturam ſationem ſæpe decipere ſolere, ſeram nunquam quin mala ſit. *Columella.*

Siłá / pomocy od rozumu potrzébuié.

Siłá béz głowy ſzkodzi / á rozum béz ſiły mdleie. Siłá z rozumem / możé ſiłá.

Vis conſilij expers mole ruit ſua. *Horat. qualis fuit Gigantum.*

Et Mezentij. Dextra mihi Deus & telum. *apud Virgil.*

Sic Themiſtocles, Eretrienſes dixit: μάχαιραν μὲ ἔχειν, καρδίαν δὲ μὴ ἔχειν. Gladium habere cor non habere. *Plutarch.*

— ἀλκὴ δ' ἀνεμώλιος ἄφρων. *Oppian.* Vis futilis ſtulta. Robur ventoſum ſtultum.

— Non ſolis viribus æquum Credere, ſæpe acri potior prudentia dextra. *Claudian.*

Sed caret euentu nimius furor — *Idem.*

Diomedes & Vlyſſes (.i. *conſilium & auxilium*) in rebus difficilibus valet. *Apulei*

ὁ ξυμβολεύειν χεῖρ' ἄτερ, νῶϊν δὲ παρὰ. *Timocreon Rhodius.*

Conſulere gnarus abſque manibus, ſed mente præſente. i. *Cordatus & prudens, ſed viribus carens.* *Vtrumq; tribuit Mithridati Paterculus.* Cõſilijs dux, miles manu. *Pacatus item de Theodoſio:* Conſilio dux, miles exemplo.

Halicarnaſſeus quoq; de Fauno Aborigintum: ἀνὴρ μὲν δραστήριος, καὶ σωφρόν. Vir & ſtrenuus & cordatus. *Sed hoc rarum eſt.*

Valer. Maxim. Supra mortalem eſſe facultatem *ait*, eundem & valentiſſimum eſſe & ſapientiſſimum. *Symbolum huius eſt.* Mercurius iuuenili ſpecie ſeni aſſiſtens. Sphinx *item* ſymbolum principum, prudentiam cum fortitudine iungere eos *docens.* *Nam* Σφίγξ *Syneſio eſt,* τὸν μὲν ἰσχὺν θηρίον, τὸν δὲ φρόνησιν ἄνθρωπον: i. robore fera, prudentia homo.

Admetus Leonem & Aprum iunxit, illo robur animi, hoc corporis deſignans. *Pierius.*

θυμὸν δὲ λέοντος, μῆτιν δ' ἀλώπεκος: ſ. ἔχειν. *Ex Pindaro.*

Animo-

Animoſitatem leonis, conſilium vulpis habere.

Conſilia coniuncta armis quiduis perpetrant. *Vetus Senarius.*

ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμήτης. *Homeri verſus, quem Alexander M. apud Plutarchum omnibus verſibus prætulit.*

Vtrumq; eſt & rex bonus & fortis miles. *Affine,* Rádanié śiłá.

Siłá złodliwa / brzydliwa.

Peſtifera vis eſt valere ad nocendū. *Seneca.* Sic venenata animantia omnes oderunt. *Caprea viſo leone furente ait:* Sanus formidandus erat, quid furens? *Apologus Gabriæ, docens,* Potentes non debere iraſci, alioqui ſunt intolerabiles & exſecrabiles. ἡ ἐξουσία παραλαβοῦσα τὴν κακίαν, νεῦρα τοῖς πάθεσι προσέθηκε. *Plutarchus.* Poteſtas malitiæ coniuncta, neruos ſeu robur affectibus addit.

Fulmen eſt vbi cum poteſtate habitat iracundia. *P. Syrus.*

Siły rozdwoione roztroione ſłábiéią / vſtáią.

Μέγα τὸ διηρῆς αἰὲν ἀσθενὲς πέλει. *A.* Diuiſa virtus omnis imbecillior. Diſperſa vis in multa langueſcit (*vel deficit*) citò.

Gnides fluuius magnus, à Cyro ob equum carum abſorptum in 360 riuos diductus perijt. Herodot. *Sic Romæ conſultatum eſt, an à Tiberi præcidenda eſſent flumina & lacus, per quos augeſcens exundabat cum detrimento Vrbis. Tacit.*

Scyrus lapis in inſula Scyro integer ſupernatat, comminutus mergitur. Plini.

Faſciculum ſagittarum Sciluri. & quædam alia huic loco apta. V. Spolnié łżey.

Siwizná nié mądrośći znák téſt alé ſtárośći.

Łátá nikogo mądrem / dobrem nié vczynia.

Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapientia. *Plaut.*

πολιὰ χρόνου μήνυσις ἀ Φρονήσεως. Annos hàúd ſapientiam cani indicant. Nec canitudini comes eſt virtus. *Varro apud Nonium.* Non annorum canities laudanda eſt ſed morum. *Ambroſi.* *Sic Sapientiæ c. 4.* Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neq; annorum numero computata, cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis, vita immaculata. *Vide Epigramma Philonis ſub* Stára głowá.

Skapy.

Ne corticem quidem dederit. ἀδὲ πόροι ῥίζης φύψελα πενιάδου: *Etymologus.* Ne radicis quidem marinæ fragmen aut corticem dederit.

ἀδ' ἅλα δοίη. Ne ſalem quidem dederit. *Ex Homero. apud quem duplex eſt lectio.*

ἀ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπισάτῃ ἀδ' ἅλα δοίης. *al.* ἀδάλα.

Tu è tua domo paſtori ne ſalem quidē dederis. *al.* ne purgamenta, ſterquilinia.

ἀ σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ἐψητοῖσι δίδωσι. *Ariſtophan. .i.*

Neque vel allij caput coctis addit.

ἀδ' ἀπὸ γῆς ὄνησεν. Ne terrâ quidem profuit. i. *ne minima quidem & viliſſima re, qualis eſt terra, iuuit.* *Id conqueruntur Troiani in 1. Æneid.*

Quod genus hoc hominum! —— Hoſpitio prohibemur arenæ.

σῦκα μερίζει. *Martial.* Ficus diuidit. In ſinu manum habet.

πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων, πόθεν ἄυξεται ἀθρεῖ
ἄργυρον, ἢδέ κεν ἰὸν ἀποτρίψας ἑνὶ δοίη. *Theocrit.*
Quilibet ſub ſinu manum tenens, vnde ipſe auferat circumſpicit
Argentum, neque deterſa ærugine quicquam alijs dederit.
Ne ciccum quidem dederit. *Ex Plauto, Varrone.*

πλοῦτος νεκρός. *Herodes Atticus,* Plutus mortuus. i. *pecunia recondita.*

πλοῦτος τυφλός. *Idem.* Plutus cæcus. *qui non exit quoquam.*

πλοῦτος ἀσύμβολος *Philoſtrat.* Plutus qui nil in commune confert.

πλοῦτος μυρμήκων. *Theocrit.* Plutus formicarum. i. *pecunia abdita.*

Formica. *Straboni & Plutarcho, quomodo & Ouidio, qui ait:*

Myrmidones paruum genus &c. quæſitique tenax.

Hermon ſomnians ſe feciſſe ſumptum, præ dolore dormiens ſe ſuſpendit. Antholog. l. 2.
Ibidem Dinarchus parcus volens ſe ſuſpendere, quòd reſtus ſex obolis emenda erat, reliquit

ἀδεὴς δυσάνης χρηστὸν ὀφωνεῖ κρέας. *Pollux.* (cogitata.

Difficilis emptor nemo emit carnes bonas,
Litigat & podagra Diodorus Flacce laborat,
Sed nil patrono porrigit, hæc cheragra eſt. *Martial.* Żurcz mu w rece.
Nunquam negandi cauſa, auarum deficit. *P. Syrus.*

ἀλῳάδαι. ἀλοιάδαι. *Philoſtrato.* Aloadæ, Aloæ filij *diuites ſordidi theſauros inutiles ſeruantes.* Folles aureos incubat. *Apuleius.* *Sic Martialis in Paternum.*

Nummi cùm tibi ſint opeſq; tantæ. Quantas ciuis habet Paterne rarus,
Largiris nihil, incubaſq; gazæ, Vt magnus draco, quem ferunt Pòëtæ
Cuſtodem Scythici fuiſſe luci. *De eo vide Ouidi. 7. Metamorphoſ.*

ἀδοκεῖς μοι τρεῖς μνᾶς ἀναλῶσας γε λογίζασθαι δώδεκα. *Ariſtophan.* Videris mihi tribus minis inſumptis, imputare duodecim.

Maiore tormento pecunia poſſidetur, quàm quæritur. *Seneca.*

Iſti parci promi, qui ſalinum ſeruis obſignant cum ſale. *Plaut.*
Ne nummum quidem plumbeum credat (*vel donet*) *Idem.*
Linguam nullam habet quæ dicat, do, dabo: ſed quæ dicat, cedo. *Idem.*
Digitulis duobus primoribus ſumit (*vel dat*) *Idem.*
Ego iſtos noui Polypos, qui ſibi, quicquid tetigerint, tenent. *Idem.*
Pumex non æque eſt aridus atque hic eſt ſenex. *Idem.*
Famem hercle vtendam ſi roges, nunquam dabit. *Idem.*
Aquam è pumice poſtulas. *Idem de Euclione, (vt pleraq; præcedentia.) qui item volens emere obſonia in nuptias filiæ, omnia in foro cara eſſe queritur & vacuus redit. Idem vetat quenquam domum intromitti ſe abſente, vetat dare vicinis commodatò vaſa, quin ignem & aquam. &c. &c. Vide eundem ſub* Bez pieniędzy do targu.

ὁ ἄσωτος πολλῷ δοκεῖ βελτίων ἢ ἀνελεύθερος εἶναι, ὅτι ὁ μὲν ὠφελεῖ πολλούς, ὁ δὲ οὐδένα, ἀλλ' οὐδὲ αὑτόν. *Ariſtotel.* Prodigus multò melior illiberali videtur eſſe, quia

quia ille prodeſt multis, hic autem nulli, ſed neque ſibi ipſi.

μικρολόγος ἐστὶν ἀριθμῶν πόσας χύλικας ἕκας⊖ συνόντων πέπωκε. Sordidi eſt numerare quot calices quiſque conuiuarum exhauſit. *Theophraſtus Charactere 10. vbi plures notas ſordidi recenſet inſtar Plauti.* *Manus ſiniſtra compreſſis digitis tenacitatis ſymbolum. apud Pierium.* *Affine*, Łákomy. Ma é nié záżywa. Zmindak.

Skarb nalazł. Nagle ſie zbogáćił.

λακκόπλου⊖. *Plutarch.* E lacu vel foſſa diues. *Sic dictus eſt quidam Callias, cui cùm quidam theſaurum in puteo defoſſum indicaſſet, indicem ipſum occidit & theſaurum abſtulit.*

Skępiſz gdźie dać trzéba, gdźie nié trzébá przépełniaß.

μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρως μᾶζαν ἔδοντες. *Zenodot.* Menſura aquam bibentes, ſine menſura mazam vel offam edentes. *Affine*, Tłuſty poléć mázáć.

Skrácáć co názbyt.

Annum in menſem contrahere. V. Wſzyſtko ſie iemu zeydźié.

Skromne opatrzenie żywnośći.

τριῶν ἡμερῶν σῖτία. *Ariſtophan.* Trium dierum commeatus.
Decem dierum vix mihi eſt familia. i. *victus familiæ. Terent.*

Skromne życie. Skromny bankiet, obiad, wieczerza.

Sine menſa prandium, poſt quod non ſunt lauandæ manus. *Seneca.*
Salem, panem, & caſeum veteres eſitaſſe *Varro refert.* Ciuiliter cœnare. *Iuuenal.* i. *communia & vulgaria edulia apponere. Bude. Britannic.*
τὰ Φειδίτια *vel* ὥσπερ ἐν Φειδιτίοις. *Plutarch.* Phiditia vel tanquam in Phiditijs. *ſic vocabantur frugales cœnæ Lacedæmoniorum. à Verbo* Φείδομαι. *parco, parcè attingo. Meminit Cic.* τὸ ἀπὸ σπυρίδ⊖ δεῖπνον. *Athenæus.* E ſportula cœna. *cùm quis ſecum cœnam alibi cœnaturus affert.*
τὸ τ⁵ ἑκάτης δεῖπνον. *Ariſtophan.* Hecates cœna, *quæ pauperibus in triuiis dabatur.*
τὸ τ⁵ ἑκάλης δεῖπνον. *Iulian. Cæſar.* Hecales anus pauperculæ cœna, *quam Theſeus toties non eſt aſpernatus. Ouidi.*
τὸ τῶν κυνικῶν δεῖπνον. *Lucian.* Cynica cœna. *Petronio.*
λακωνικῶς δειπνεῖν. *Athenæ.* Laconicè cœnare.
τῇ σεμνῇ θύειν. Cereri ſacrificare. i. *ſine vino conuiuari. Plaut. ait:* Cererin' hi facturi ſunt nuptias? quia temeti nil allatum intelligo.
ἅλας λείχειν. Salem lingere. *maluit Athenis Diogenes, quàm Crateri ſplendida menſa frui.* Digito terebrare ſalinum Contentus. *Perſius.*
τὸν σικυὸν τρώγειν. *Athenæ.* Cucumerem edere. *vt noſtrates Iudæi.*
Camelus vaſtum animal exiguo cibo alitur & ſitim ad 12 dies tolerat. Pierius ex Plinio.
Ξενοκράτους τυρίον. *Stobæus.* Xenocratis caſeolus. *Philoſophus is frugalis admodùm fuit vſq; ad ſordes. qualis & Diogenes.*

ζωὴ

ζωὴ πίθ. Vita dolij vel doliaris. *Diogenis Cynici apud Laërtium.*

κρόνι βίος. *Damascio Syro.* Saturnia vita, *qualis fingitur aureo sæculo fuisse sine omni luxu. de qua Ouid. sic.* Vindice nullo

Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat.

Contentique cibis nullo cogente creatis Viuebant. *Adde ex Pythagora Plutarcho*, ab animatis abstinebant.

ἄκαπνος θυσία. *Lucian.* Sacrum vel sacrificium sine fumo. i. *conuiuium in quo nihil cocti apponitur. vel ad νηφάλια ξύλα, (ad sobria ligna)* coctum.

ἴκκου δεῖπνον. *Eustathi.* Icci cœna. *frugalissimus medicus. al. athleta fuit.*

μουσικὸν καὶ λιτὸν δεῖπνον. *Plato.* Musica & tenuis cœna.

Terrestris cœna, *ex oleribus. Plaut.*

Ceu si mactasset hortum apposuit cœnam, ratus se pascere oues non amicos. Erat raphanus, porra, bulbi, lactuca, ocyma, asparagus &c. ego timens ne fenum apponeret fugi. *Epigramma l. 2. Antholog. c. 50.* ὀρφικὸς βίος. *Plato.* Orphica vita. *sine sanguine & carnibus, quam Orpheus apud Thraces instituere tentauit.*

δεῖπνον ἄιμα οὐκ ἔχον. Cœna sine sanguine. Caninum prandium. *Varronis, interpretatur Gellius* Prandium abstemium. *in quo nil vini apponitur. canes enim vino non vtuntur. Vnde Theophrastus apud Plutarch. iocatus est: ἄοινα συμπόσια τὰ κυρεῖα* .i. Sine vino conuiuia sunt similia tonstrinis. *vbi garritur tantùm, non bibitur. Idem Varro* Vinum medium vocauit, *vt idem Gellius interpretatur, Vinum neque nouum neque vetus, neque pro vino habendum, quòd neque refrigeraret neque calefaceret, quare tale vinum caninum prandium esse.*

νηφάλιος θυσία. *Suidas.* Sobriũ sacrificiũ. *sine vino.* Et νηφάλια ξύλα. Sobria ligna

τυρὸν ἔχων ἃ δέομαι ὄψου. *ex Plutarcho.* Caseum *vel* butyrum habens non indigeo obsonio. *Lacon cauponem iussit parare prandium, & cùm is peteret pro condimento oleum & butyrum, respondit Lacon:* Si hæc haberem non indigerem obsonio.

ἀλληλεσμένος βίος. *Suidas.* Vita molita, *de facili & vili victu vt glandium.*

τὰ τῆς οὐσίας μέτρια καὶ κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμενα πρὸς τὴν χρείαν. *Plutarc.* Facultates mediocres & centro ac spatio (*seu circino*) circũscriptæ ad vsum.

σκόροδον ἐν δικτύοις. *Suidas.* Allium in retibus. *apud Athenienses erat nautarum & militum commeatus. apud alios rusticorum vilis cibus, Horatio exsecrandus. Aptè aggredienti philosophiam monasticen, dices:* Allium sit tibi in retibus. *i. parate ad frugalitatem, labores, &c. V.* Allia edere. *sub* Vlą woyne.

Ieiunat satis is, qui paucis vescitur escis. *Garner.*

Massilienses mores. *honestos graues & seueros intelligit Rhodigin. ex Cicerone Liuio Tacito. Vide* Delikat. *ibidem* Nauiges in Massiliam. *V.* Skromny.

Skromne życie lépſze niż hoyne.

Diuitiæ grandes homini sunt, viuere parcè

Æquo animo, neq; enim est vnquam penuria parui (*secundo casu*) *Lucreti.*

Viuitur

Viuitur paruo benè, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum. *Horat.*
Tenui vectigali detractis ſumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. *Cic.*
Magnum vectigal parſimonia. *Idem. Græcè dices*, μέγας πορισμὸς ἡ φειδώ.
Viuitur exiguo meliùs. *Claudian.*
ὁ σωφρόνως ζῶν καὶ ὕδωρ πίνων, πῶς ἂν ἀπρεπὲς κέρδος ἀπαιτοίη. *Vlpian. Rhetor.*
Qui temperanter viuit, aquamque bibit, quomodo turpe lucrum appetat?
Ieiuni hominis ſaliua ſerpentes & venenata necat. *Ariſtot. Lucreti. Plini.*
δεῖπνον γὰρ εὐτελὲς ὁ ποιεῖ παροινίαν. *Athenæus.*
Vbi cœna frugi eſt, nulla debacchatio eſt.
οἱ παρὰ πλάτωνι δειπνήσαντες, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς διάγουσι. *Timotheus dux Athenienſium à Platone conuiuio frugali exceptus, poſtero die dixit ſuis:* A Platone cœna accepti poſtero etiam die bene habent. *Idem ſequenti die obuiũ habens Platonem dixit:*
ὑμεῖς ὦ πλάτων εὖ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἢ εἰς τὴν παροῦσαν.
Vos ô Plato, magis bene cœnatis in ſequentem diem, quàm in præſentem. *quia parca cœna minùs grata eſt corpori ſed ſalubris.*
ἔξωθεν λευκοπάρυφος, ἔνδον δὲ ὁλοπόρφυρος. *Apud Plutarchum. Alexander cuidam laudanti frugalitatem Antipatri dixit:* Antipater, foris eſt candida veſte (*aut veſte candido limbo prætexta*) indutus, intùs verò totus eſt purpureus, ſeu purpura indutus. i. *oſtentat ſe hominem frugi cùm ſit voluptarius. Seneca de vita priſcorum:* Corpora opere ac vero labore durabant, excipiebat illos cibus qui niſi eſurientibus placere non poterat. *Ex copia alimenti, & cruditatibus corruptiones & morbi generantur. Eraſiſtratus. Nunquam pœnitentia oritur ob repudiatum aliquod ſuaue epulum vel aquam vino prælatam ſed contrà. vt Simonidem nunquam ſilentij, ſæpe ſermonis pœnituit. Ex Plutarcho. Dianæ Epheſinæ templum debitores tutos à creditoribus ſeruabat. Sed frugalitas vbique id præſtat. Ex eodem.*
τοιοῦτον ἄριστον ὁ χωρεῖ προδοσίαν. Tale prandiũ non admittit proditionem. *Plutarch. Dictum Epaminundæ de prandio frugali ex oleribus, quod qui edunt nec ipſi alicui proditionem aut inſidias machinantur, nec ipſis quiſpiam.*
τοιαύτη οἰκία τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν ὁ Χωρεῖ. *Lycurgi dictum. de domibus ſecuri & ſerra tantùm factis.* Talis domus delicias & lautitias vel luxum non capit, vel non recipit. *Idem Plutarch. Apud Horatium cuiuſdam frugalis vox:*

Modò ſit mihi menſa tripes, &
Concha ſalis puri, & toga quæ defendere frigus
Quamuis craſſa queat. *Sic prorſus S. Paul. 1. Timoth. 6.*

Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſumus.
Catullus in quendam tenuiter & miſerè victitantem iocatur dicens:

A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua Muccuſque & mala pituita naſi.

τοιοῦτος ὁ βίος ἀπύρετος, φλέγμα οὐκ ἔχων. *Antiphanes de cœna ſobria.*
Huiuſmodi vita (*vel menſa*) febre, phlegmateque caret.
Frugalitas, inſerta (*ſubſtantiuum, i. ornamentum*) rumoris boni eſt. *P. Syrus.*

vt correxit rectè Ioſ. Scaliger veterem apud Gellium lectionem. Græcè ſic reddidit eundem verſum: ἔμβλημα φειδὼ καλὸν εὐκλείας ἔφυ. *Vetus autem lectio eſt.* Frugalitas miſeria eſt rumoris boni. i. *Frugalitas eſt quidem miſera, vtpote ingrata genio (vt illud: Qui meditè viuit miſerè viuit) ſed bonam exiſtimationem conciliat. Sic Eraſm. intelligit.* Propter crapulã multi obierunt: qui autẽ abſtinens eſt, adijciet vitã. *Eccleſiaſtic. 37.*

Quantùm adimes eſcæ, tantùm addes vitæ. *Leonard. Leſſius.* Eſcæ, *intellige ſuperfluæ.* ὅλα γένη διὰ τὴν δίαιταν μακρόβια ἱστορεῖται. *Lucian. in Macrobiis.* Totæ gentes beneficio diætæ longam vitam agere dicuntur. *quales* inquit *ſunt Ægyptij Chaldæi Arabes Aſſyrij Seres, qui prope ducentos quin & trecentos annos viuunt, & quidem aquam bibentes. Gorgias centum & octo annis vixit ſanus integris ſenſibus, rogatus cauſam, reſpondit,* Quod conuiuia aliena nunquam adiſſet. *ſed & ſponte inedia vitam finiuit. Lucianus. vel vt alij, reſpondit:* ὄφελεν πώποτε ἡδονῆς ἕνεκα πράξας. *i.* quod voluptatis cauſa nihil ſibi facere permiſiſſet.

In conuiuio importunè inuitanti reſpondere iubet Plutarch. illud Creontis.

χρῆιζον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπεχθεῖσ ξένε,
ἢ μαλθακιοθέντ' ὕστερον μέγα στένειν. Præſtat inimicum me hoſpes eſſe nunc tibi, Quam gemere poſthac nunc agendo molliùs.

οἱ δὲ λύχνῳ χρείαν ἔχοντες, ἔλαιον ἐπιχέουσι. *ſ.* ὅταν καὶ ὅσον δεῖ. *Anaxagoras.* Qui lucerna indigent, oleum infundunt, *ſ. quando & quantùm opus eſt.*

Apta valdè ſimilitudo. quam etiam expreſſit Cic. dicens: Tantùm cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur.

De oleo & lucerna *habet Iouian. Pontanus apologum de duobus fratribus filiis opulenti viri, quibus pater opes magnas & olei copiam reliquit, quod alter in cœnis conſumpſit, & ad mendicitatem redactus eſt; alter in libris legendis, & doctus ac diues euaſit. de his per vrbem paſſim cantabatur hic rhythmus:*

Hic oleum & ſe perdit, dum ad candelam cœnitat.
Hic oleum & ſe ditat, dum ad lucernam lectitat.

Illud tamen rectè monent Medici, eum qui aſſueuit diætæ, debere eam diligenter ſeruare, quia facillimè modico exceſſu contrahet morbum; ideò variandum potiùs victum, vt & labores &c. ex Celſo Hippocrate Galeno. *Confer* Wiéczérza.

Skromnié záżyway.

Vt canis è Nilo. *ſ. deguſtato vel lambito. Ex Solino Macrobio.* *V.* Wdorywcza.

βέλτερον ὑπνώειν ἢ ὀπὶ πλέον ἐλαπνάζειν. *Q. Calaber.*
Eſt ſatius dormire diu quàm accumbere menſæ.

ὡς τεθνηξόμενος τ' ἐσῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ βιασάμενος φείδεο τ' ἐσθλεάνων.
ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς ὅστις, ὃς ἄμφω ταῦτα νεήσας,
φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μετρὸν ἐφηρμόσατο. *Lucianus.*

Tanquam iam moriturus partis vtere rebus, Tanquã victurus denuò parce tuis,

Ille

Ille ſapit qui perpenſis his ritè duobus, Parcus erit certo munificusq; modo. *Thom.*
Fortior vt valeas, interdum parcior eſto, (*Morus.*
Pauca voluptati debentur, plura ſaluti. *Cato.*
ῥώσι ὡς τε τυχεῖν, μᾶλλον τὴν φειδόα ἄσκει,
ἥδεϊ παυρότερον, τῇ ῥώσει μείζον ὀφείλεις. *Mylius.*

Quæ corpori ſeruiunt, eatenus adhibeantur quatenus animo ſunt vſui, veluti cibus potus amictus ædes familia. quicquid autem ad oſtentationem vel delicias ſpectat, repudiato. *Epicletus Græcus.* ἀκόλω τὰ χέλη ἐ σύκω βῦται. *Suidas.* Fruſtulo panis non ficu os obſtruendum. *De victu frugali accipit Eraſm. licet Suidas interpretetur* fortiter & ſtrenuè res gerendas eſſe. μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξειν. *Crates monebat.* Non vltra lentem augendas patinas. *quibus piſces carnes diuitibus apponuntur, omiſſo naſturtio, lente & aliis viliorib. ac plebeiis cibis, ſed ſufficiant quæ lentē capiant. ex Plutar.* Si vitare voles morbos, & viuere ſanus,
Non bibe non ſitiens, & non comedas ſaturatus. *Anonym rhythm.*
Pone gulæ metas vt ſit tibi longior ætas. *Idem.* *Ægyptij ſceletum in conuiuio circumferebant, dicentes:* In hunc intuens, epulare. Ede bibe, poſt mortem talis futurus. *Rhodigin.* *Affine,* Piy przędymáiąc. Obżeday.

Skromność w doſtátku poznáć mć w nędzy.

Frugalitas, eſt voluntaria paupertas. *Senecá.* Paruula laudo
Cùm res deficiunt, ſatis inter vilia fortis. *Horat. coacta frugalitas hæc eſt.*

Skromny w żyćiu. Skromno / trzeźwo żyć.

ϑυμβρεφάγος. *Suidas.* Thymbra *herba inſipida* victitans.
ἴκκε δεῖπνον δειπνεῖ, *Euſtathi.* Icci cœnam cœnat: qui κεκολασμένῃ τροφῇ διεβίωσεν. *Ælian.* qui caſtigato cibo vixit.
ἐν ἀέρι καὶ δρόσῳ καθάπερ οἱ τέττιγες σιτούμενος. *Plutarch.* Aëre & rore cicadæ inſtar paſtus. *Habet idem Nazianzen.*
Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. Zenone temperantior. *Laërtius. qui de illo habet illa carmina.*
φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ ἔτος φιλοσοφεῖ,
εἰς ἄρτον ὄψον ἰσχάδας, πίπτειν ὕδωρ,
πνεῖν διδάσκει καὶ μαθητὰς λαμβάνει.

Nouum genus Philoſophiæ docet hic Sophus, Cū pane edens caricas, aquā ſuperbibens, Docet eſurire, & diſcipulos ad ſe allicit.
ἐθισθέντες ὥσπερ τὸ τῶν τεττίγων γένος ἀέρι τρέφεσθαι τὸ ὠδῆς ἕνδειαν ἐξομαλίζοντες. *Philo de Iudæis Philoſophis.* Aſſueti vt cicadarum genus aëre paſci, cantu indigentiam mitigante. Gallam bibit. *Lucilli.* i. *adſtricto eſt ventre, quia gallæ vim adſtringendi habet.* *Vide* Obżárty.
ὀλιγαρκὴς. Paucis contentus. Habet quod non deſit. *Horat.* Ma co mu trzébá.
δοτὸ σπυρίδος δειπνεῖ. *Athenæ.* E ſportula cœnat. *de parco & tenui victu. nam ſportula, tenuis erat; cœna verò recta, lauta.* *Martial. ſæpe meminit.*

Baccho Nymphas admiſcet. *Vide hoc ſub* Rozmowá vćićßna. *Adde ſimile illud:*

τέτνεκα σὺν νύμφαις βρέμιε φίλε, ἢν δὲ νιν ἐρύῃς
μίσγεσθ, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον. *Meleagri epigram.*

Ideò cum aqua Bacchus gratus, ſin autem deſieris miſcere, recipies ignem ardentem.

Plato apud Rhodigin. Vel. Stratonicus apud Plutarch. carpens Rhodios dixit: ῥοδίους οἰκοδομεῖν μὲ ὡς ἀθανάτους, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους. .i. Rhodios ædificare tanquam *(immortales)* ſemper victuros; epulari autem tanquam *(breuis aui)* breui morituros. *quod factum Rhodiorum alij multùm probant rectè intellectum: nempe vt ſumptus fiant potiùs in adificia duratura & poſteris ac communitati vtilia futura, quàm in corpus alendum, nihilominus breui periturum.* Omninò nullus in imperio meo ſumptus factus eſt, nullus inquam, ne teruncius quidem. *Cic.*

Aquila Iouis *dicta, nullam animantem attingit herbis contenta, ac ſi Pythagoram audiſſet. Ælian. Symbolum frugalitatis. Vt & Elephas qui certæ menſuræ cibi aſſuetus, eam agnoſcit, nec vnquam excedit. Plutarch.* V. Skromne żyćie.

Skromny wrzkomo ábo zmyślnie. Skromność trzeźwość pokryta.

Qui Curios ſimulant & Bacchanalia viuunt. *Iuuenal.*

Tales apud Danielem c. 14. Sacerdotes Bel. *Talis erat Hieronymo teſte* Grunnius Corocotta, *foris Cato, intus luxu & flagitiis Nero.*

Qui loquitur Curios aſſertoreſq; Camillos Nolito frōti credere. *Martial.*

——— Laudat ſiliquas occultus ganeo. pultes
Coram alijs puero dictat, ſed in aure placentas. *Iuuenal.* *Pro ſanitate ſacrificantes & poſt ſacrificiū epulis ſe replentes, ſtomachans riſit Diogenes apud Laërtium.*

Stryćié.

οὐδείς με θεωρεῖ πλὴν ὁ παρπτάμενος ὄρνις. *Suidas.* Nullus me videt niſi præteruolans auis. οὐδεὶς εἶδεν τ θησαυρὸν τ ἐμὸν, πλὴν εἴ τις ἂν ὄρνις. *Ariſtophan.* Nemo vidit theſaurum meum, niſi ſi qua forte auis.

οὐδὲ ὁ ἥλιος τοῦτο γνώσεται. *Heliodor.* Ne ſol quidem hoc ſciet.

ὑπὸ μάλης. *Syneſius Demoſthen.* Sub alis. *Vſurpatur de rebus & actionibus quæ clam fiunt dicuntur cogitantur. Caſtigat hic multis Eraſmum Henricus. Steph.*

Vide Vlićwićdźieć kedy.

Skryt śie. Skrytés śie. *Ironicōs.*

ἐν ἄλῳ δρασκάζεις. In area te occultas vel latitas.

Mugil capite abſconſo totum ſe latere putat. *Plinius.* σκίαινα, *Oppiani ſimiliter. Vmbra piſcis. Itemq;.* Hyæna quadrupes. *Busbequio.*

Struthiocamelus ſe abſcondit. *Pierius ex Plinio. in eum qui cùm videatur latere ſe putat, more huius auis.* Eandem ſtultitiam tribuit Perdici & Phaſiano *Olaus M. & Garner.* Perdici *ex Gallico prouerbio.* Cephalo piſci. *Pierius.* *Vidi quondam iter faciens ruſticulum meſſorem, pluuia denſa & vehementi decidente, procubuiſſe in auenam nondum demeſſam admodum humilem & raram, & mox occurrit dictum:* Skrytés śie.

Sic

Sic apud Garnerum. Doria in aquis ſe abſondit vt pluuiam effugeret.
Si poſtrema patent, non benè cuncta latent. *Garner.*

Skryta rana abo wádá nieulecżona. Táiemny bół cierpy.

Cœcum vulnus. cœcum malum inſanabile. *Sic Columella ait:* Sæpe contrahuntur cœci morbi, quorum cauſam ne medici quidem perſpicere queunt. *Lucianus Podagram vocat* ἄπορον κακὸν. Cœcum malum & inſanabile. *Alluſit & Perſius perſtringens Neronem.* Ilia ſubter

Cœcum vulnus habes, ſed lato balteus auro Protegit. i. *ſcelera tua diuitiis & potentia tegumtur, vt, tanquam non videantur, diſſimulentur ab omnibus.*
Et Virgil. de Didone: — Tacitum viuit ſub pectore vulnus. ſ. *amoris.*
Item. Vulnus alit venis & cœco carpitur igni.
Et Ouid. Vrimur & cœcum pectora vulnus habent.
δεῖ τ κακῶς ἔχοντα πῶς ἔχει λέγειν. *Euripides.*
Qui malè habet, hunc neceſſe morbum prodere eſt.

Omnia vitia in aperto leuiora ſunt: morbi quoque ad ſanitatem tunc inclinant, cùm ex abdito erumpunt, & vim ſuam proferunt. *Seneca.* Vitia mentis humanæ tunc perniciosa eſſe ſcias, cùm ſimulata ſanitate ſubſidunt. *Idem.* Quare vitia ſua nemo confitetur? quia nunc etiam in illis eſt. Somnium narrare, vigilantis eſt, & vitia ſua confiteri, ſanitatis indicium. *Idem.*

Non intellecti nulla eſt curatio morbi. *Anonym. rhythmic. & Garner.*

ἄγνωστος ἡ νόσος ἀνιάτρευτος μένει. *A.* Ignotus incurabilis morbus manet. κακία ζιωπηθεῖσα, νόσος ὕπουλός ἐστι τῇ ψυχῇ. *S. Baſilius.* Malitia quæ reticetur, morbus eſt latens animi.
τροφὴ νοσῶν ἡ σιωπὴ, τὸ δὲ ἐκλαλούμενον, εὐπαραμύθητον. *Heliodorus.* Alimentum morborum ſilentium: quod verò enuntiatur, facile conſolatione lenitur.

Skryte rzeczy niepożytecżne.

Occultæ Muſices nullus reſpectus. *Neronis dictum apud Sueton. à Græcis ſumptum,* οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀπορρήτου καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. *Lucian.* Noſti verbum vetus? Egregiam muſicam, quæ ſit abſcondita, eam eſſe nulli rei. *Gellius.*
Sic Aſpendius ſibi canens negligebatnr. *ſuprà* Sam ſobie gedc.

Tu licet & Thamyram ſuperes atque Orphea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire, hoc ſciat alter. *Perſius.*
Paulùm ſepultæ diſtat inertiæ Celata virtus. *Horat.*

Intemperantis eſt ſcribere quod occultari velis. *Cic.* Paupertas certiſſima eſt, cùm alicuius indigeas, vti eo non poſſe, quòd ignoretur vbi proiectum iaceat, quod deſideretur. *Idem.* *E Xenophonte qui ait:*
ἔστι μὲν γὰρ πενία αὕτη σαφὴς τὸ δεόμενόν τινος μὴ ἔχειν χρῆσθαι.
Vſurpat hoc dictum Ciceronis Columella & vetus prouerbium vocat:
Sapientia abſconſa & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? *Eccleſiaſtici 20.*

γῆ κρύψας ἔχεις .ſ. θησαυρόν. Terra defoſſum habes theſaurum, *vt Euclio Plautinus. Similia ſunt.* Plutus cœcus, mortuus. *ſub* Skapy.

Non ſat eſt tuum te officium feciſſe, ſi id fama non approbatur. *Terenti.*

Si ſolus ſapias nempe quis vſus erit? *Ex Theognide qui ait:*

τί ζῶιν χρήσηται μὴν ὁ πεπαμένος; .i.

Quomodo ipſis (*artibus*) vtetur ſolus (*eas*) ſciens?

τελεσμένον ἐσθλὸν μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι. *Pindar.* Bonum perfectũ non eſt in terra occultandũ ſilentio, *Aſſine,* Dla á nie záżywa. Cnotá zákryta niepożytéczna.

Skrzypiąc rzéczy idą. niéſmárowno.

Claudicant vel frigent res, negotia. *Cic.* χωλεύει, ψυχρεύει τὰ πράγματα, *tr. Vel ſi placet exprimere dictum Polonicum, dic:*

πράγματα φέρετ' ὀχείῳ δοπόρῳ ὀξυγγίῳ. *A.*

Curru male vncto noſtra eunt negotia.

Skupne rzéczy gdzié. Dobrý odbyt ná co.

ἔμπορε καπάπλυσον, ἔξελθε, πάντα πέπραται, *Strabo de mancipiis quæ Deli ſtatim diſtrahebantur.* Mercator adnauiga, expone, omnia diuendita ſunt. *Cùm in aliquo loco tanta eſt alicuius rei auiditas, vt nulla copia ſufficiat. De emporio Dantiſcano id vſurpare licet.* Tollitur vel emitur recens piper è ſitiente camelo. *ex Perſio.*

Skwápliwość chćiwość záwße ſzkodliwa.

Gdzie záwße ſporo/co bywa ſkoro.

προπέτεια πολλοῖς ἐστὶν αἰτία κακῶν. Multis malorum eſt cauſa præcipitantia.

Velox conſilium ſequitur pœnitentia. *P. Syrus.*

Minus, pigraſſe quàm properaſſe, ſit nefas. *Accius.*

ἐπείχθηναι πᾶν πρᾶγμα τίκτει σφάλματα. *Herodot.* Feſtinatio in omni re (*vel vrgere omne negotium*) parit errores.

ἡ βραδύτης βελτίω, μεγ' ἀμείνον. ἡ δὲ ταχεῖα.

ἀιὲν ἐφελκομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει. *Lucian. Poëta.*

Tardum conſilium, multò præſtantius exſtat Præcipiti ſemper pœnituiſſe comes.

προπετῶς μὴ ὄμνυε. *Vlpian.* Ne præcipitanter iures.

ὁ γάρ τι βελτῆς ταυτὸ καὶ δρόμος τέλος. *Sophocles.*

Curſus enim haud eſt finis idem & conſilĭ. *Nam in curriculo victoria à celeritate pendet, in conſilio à prudentia. Themiſtocles cùm Adimantus eum à nauali prælio auocaret, & diceret:* οὐκ ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξαναστάντες ἀεὶ Qui in certaminibus ante alios proſiliunt, flagris cæduntur, *reſpondit:* οὐδ' ὑπολειφθέντες. ὁ στεφανοῦσι. Sed nec eos coronant, qui à tergo relinquuntur. *Plutarc.* Illud citò factum dicendum, quod cùm factum eſſet, bene haberet, *dicebat Auguſtus. Cæſar. Fulgoſius.* Qui auidiùs vorant, hos faciliùs ſatias capit, quàm qui eadem quietiùs ederint. *Macrobius.* Difficulter perficiuntur (*i. coquuntur, digeruntur*) in cibis omnia acria, nimia, & auidè hauſta. *Plini.*

Phocion

Phocion castigans Athenienses, audita morte Alexandri facilè credentes & exsultantes ait: εἰ σήμερον τέθνηκεν ἀλέξανδρος, καὶ ἄνευρον καὶ εἰς τρίτην ἔσται τεθνηκώς. *Plutarch.* Si mortuus est hodie Alexander, cras & perendie quoque erit mortuus. q. d. *postmodùm satis & tutiùs ac veriùs exsultabitis. Applicat id Plutarch. homini statim se vlcisci volenti, & monet ne properet.*

Affine, Sad skwápliwy. Kto sie názbyt spiéßy. Pomálu dáley zaydźieß.

Slába pomoc / podporá.

Caducus paries. *Spartian.* In caducum parietem inclinauimus. *Elephas dormiturus, caducæ vel succissæ arbori innixus, corruit & capitur. Strabo.*

εἰς ἀσθενεστέρας ἀσθενὴς ἐλήλυθα. *Suidas.* Imbellis ego in imbelliores incidi,

Nos vrbem incolimus tenui tibicine fultam Magna parte sui. *Iuuenal.*

Plumbeus gladius. *Cic. ait:* Plumbeo gladio iugulare. *i. argumento infirmo reuincere.* Ξυλίνη μάχαιρα. *Hesych.* Ficulnus ensis. ξυλίνη ἡ βοήθεια. *Aristophan.* Ficulnum auxilium. i. *debile.* σκυτίνη βοήθεια. *Aristophan. & Athenæus.* Coriaceum auxilium. ῥάβδος παλαμίνη τεθλασμένη *Isaiæ 36.* Baculus arundineus confractus. Emendicata suffragia, *sunt quæ leuiter causam adiuuant, vt potentum commendationes, ciuitatum honores. Alciatus.*

Slábemu i spracowánemu wßyskko ciesßko.

Omnes ea, ad quæ imbecilli sumus, dura atque intoleranda credimus. *Seneca.*

τὸ φορτίον καὶν πτῆνον ἀσθενεῖ βαρύ. *A.* Leuissimũ licet onus imbelli graue est.

Τὸ ὑστερινὸν καὶ ὁ μῦς καταβαρεῖ. *A.* Vel pluma lassum degrauet leuissima. *Gallicum dictum illud est.* Longo ex itinere etiam palea oneri est. *Simile est illud:*

Et leue, fit valdè graue onus, dum porto remotè. *Garnerus.*

In eam sententiam est illud Senecæ l. 3. de Ira. Bilem maximè mouet fatigatio. *&c. post pauca addit prouerbium quod monet.* A lasso rixam non quærendam. *quasi dicat, eam in promptu esse. plura ibidem similia. V. suprà* Niedotkliwy.

Slad trácic.

Alia omnia fingere. *Cic.* In alia omnia ire. *Idem.* Aliò responsionem deriuare. *Idẽ.* Ψαλιοθύρῳ ἀπιέναι. Postico discedere. *ex Galeno qui ait:* τῇ κηπαίᾳ ἀπεχωρήσαμεν Postico discessimus. *vel potiùs vt Linacer reddit,* per horti posticum, *subaudito θύρᾳ. ianua quasi, posticâ ianuâ. Nam ædes antiquorum iunctæ hortis duas habebant ianuas, anticam ad plateam, posticam ad hortum ducentem. Sic in Sticho Plauti.*

Gelas. Aedepol te hodie lapidè percussum velim (*noctu per publicum domum redeuntem*) *Pam.* Non metuo. per hortum transibo, non prodibo in publicum. *Et in Asinaria.* Angiporto illàc per hortum circuit clam, ne quis se videat. *Et in Truculento.* Maceria in horto in noctes singulas latere minor fit, qua adolescens vesanus ad vicinas mulieres transibat. *Meminit & Terent. in Adelphis. Horat. etiam ait:* Postico falle clientem. *s. te vocantem vel exspectantem ad cœnam.*

Item. Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor.

Animalia

Animalia quædam, ne inueniri possint, circa cubilia vestigia sua confundūt. *Seneca.* Leo venatorem odoratus, ad latibulum pergit vestigia cauda obterens. *Ælian. Epiphā.* *Vrsus, cùm aliquot menses latitaturus se subducit, auersis vestigiis antrum intrat, Ælian.* *Corpore in tergum coniecto se in antrum volutat, ait Plutarchus.* *Feles excrementa sua obruunt terra, ratæ ab his se prodi. Plinius.* *Idem præcipiebatur Iudæis. Deut. 23.* *Lepus discessurus, catulos suos in diuersis locis distantibus singulos ponit, ne à fera vel homine simul omnes deprehendantur. Plutarch.* *Idem lepus cubitum ituru, huc illuc discurrens multa vestigia relinquit, ad extremum saltu magno longe à vestigiis se conijcit, & sic securus dormit. Idem Plutarch.* *Sepia se peti sentiens, atramento in aquam profuso euadit. Ælian.* De gallo in asinum salire. *Carol. Bouil. i. sermonem ad rem diuersam temerè vel astu transferre. Gallorum est.* *Simile* Żáćiera.

Sławá dobra/ rzécz niéoſtácowána/ néſkázitélna/ ſtoi zá bogáctwá.
Dobre luckie rozumienie / ſtoi zá wyborne mienie.

Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. *Prouerb. SS. c. 22.*

ἐς᾽ ἀσφαλέστερον χρυσῦ εὐδοξία. *A.*

Bona opinio hominum tutior pecuniâ est. *P. Syrus.*

Vt fama est homini, exinde solet pecuniam inuenire. *Plaut.*

Antiquior possessionibus gloria *Cic.* Bona existimatio pecuniis præstat. *Idem.*

πολλῶν χρημάτων κρείττων, ὁ παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινος. *Isocrat.*

Multis pecunijs melior apud homines, laus, & commendatio.

Honestus rumor alterum patrimonium. *P. Syrus.*

κρεῖττον κτῆμά τι ἕξει πίστιν τὸ ἦθος. *Aristot.* Fermè præcipuam habent (*faciunt*) fidem mores. Cnotliwemu wiérza bez zaſtáwy. (rogos. *Idem.*

Me tamen exstincto, fama superstes erit. *Ouid.* Effugiunt structos nomen honorq; *Gloriæ nimis cupido dicebant Græci.* τί ἐκ ἀπήγξω, ἵνα θήβησιν ἥρως γένῃ; *Zenodot.* Cur non suspendis te, vt Thebis heros fias? *vt Codrus Athenis & Decius ac Curtius, alijq; Romæ pro patria occumbentes. Sed Thebis nullus honos habebatur ijs, qui sibi manus attulissent. quare ironia in dicto est, perstringens auidum famæ. Responderi posset huic dicto illud Martialis.* Si post fata venit gloria, non propero.

κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν, κἀν ἀληθείας ἀπῇ. *Euripid.*

Res ipsa vt absit, optima est opinio.

Sławę dobrą nádewſzyſtko przekładay. Wſzyſtko vtráćiwſzy ſtawy dochoway.

Ego si bonam famam mihi seruasso, sat diues ero. *Plaut.* (*vel elige.*)

καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε. Audire honestè quàm esse diues plus velis.

Omnia si perdas famam seruare memento,
Qua semel amissa, postea nullus eris. *Vulgaris versus. habet Garner.*

Non est res vna tanti, aut commodum vllum tam expetendum vt boni viri nomen amittas. *Cic.* Est hominis ingenui & liberaliter educati, bene velle audire à parentibus,

rentibus, à propinquis, à bonis etiam viris; & futuræ poſt mortem famæ, etiam detracto vſu conſulendum eſt. *Idem.*

Vncia honoris, libra auri. *Garner. è Gallicis.* *Indus iaculator tam certus, vt per annulum ſagittas tranſmitteret, captus ab Alexandro & oſtentare artem iuſſus, noluit. cùmq; iuſſu regis raperetur ad mortem, dixit, ſe multis iam diebus artem non exercuiſſe, ideò veritum ne aberrans nomen celebre amitteret. quo audito, Rex illum dimitti iuſſit, & multis donis affecit. Rhodigin.* *Lacedæmonij ab Antipatro victi, conditiones pacis componentes, rogárunt ab eo, vt damnoſa quæ vellet eis imponeret, modò ne quid turpe. Apud Plutarch.*

Lacon puer furatus vulpem ſub veſtem abdidit, nec detexit, latus eius ad viſcera laceranti, Moriendum ſatius eſſe dicens in doloribus, quàm furti compertum turpiter viuere. *Plutarch.*

Slepí Niedowid.

Lolio victitat. *ex Plauto.* *Nam lolium capiti nocet inſtar ebrietatis, vapores acres emittens & oculos obtundens. Politian. Dalecamp.* *De eodem Ouid.*

Et careant lolijs oculos vitiantibus agri.

τιθύμαλλος λακωνικός. *Ariſtophan.* Tithymallus Laconicus. *in hominem lippientem vel cæcutientem. nam huius herbæ ſucco oculos illinebant viſum acuere volentes. aliter dices,* τιθυμάλλου δέῖται. Tithymallo indiget.

τυφλότερος ἀσπάλακος. *Ariſtophan.* Talpa cæcior.

τυφλότερος λεβηρίδος. *Idem.* Cæcior leberide. *Serpentis exuuium eſt, in quo oculorum veſtigia vt in talpæ membrana detracta apparent.*

τυφλότερος τειρεσίου. Cæcior Tireſia. *Vates fuit, cæcatus ira Iunonis. Cic. Ouid. Iuuē.* Hypſæa cæcior. *apud Horatium mulier quædam malè oculata.*

Glaucoma illi ob oculos obiectum eſt. *ex Plauto.* Per caliginem cernit. *Cic.*

Lippus. *Plaut.* Num tibi lippus videor? ℞. Medicum tibi iſtuc meliùs percõtarier.

λημᾷ καὶ ἀμβλυώττει. *Lucian.* Cæcutit ac lippit.

κρονικὰς λῆμας. *Ariſtophan.* Saturniæ lemæ, *humor ſenum oculos infeſtans.*

ἐκ δυεῖν τρία βλέπει. E duobus tria videt. κολοκύντας λημᾶς. *Ariſtophan.* Cucurbitas lippis. i. *tantas habes in oculis lemas, quantæ ſunt cucurbitæ.*

χύτρους λημῶν. *Lucian.* Ollarum inſtar guttas oculis lippis fundere.

Slépy dáley vyźrzy.

Quàm benè luſca videt! *Martial. de luſca femina quæ formoſum quendam amabat.* Neoclides cœcus. *Ariſtophanis.* & Fur luſcus *Martial. ſub* Wrzkomo nic widźi. *Vide mox infrà L. Druſum, & Appium cæcum.* *Simile* Chromy dáley zaydźiè.

Slépy wódz niedobry. Złé mieć wódzá ślépego.

μήτε τυφλὸν ἡγοῦ, μήτε ἀνόητον σύμβουλον. *ſ.* ἔχε *vel* αἱροῦ. Neque cœcum ducem, neque inſipientem conſiliarium habe vel elige.

ὅστις ἀκολουθεῖ καλῶς ἀνθρώπῳ τυφλῷ, τἀναίσιον ὁρῶν ἢ σφαλῆναι παύεται.
οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα, ὅταν ὦ ἀκολουθεῖ. *Ariſtophan.* *i.*

Qui ſequitur à tergo hominẽ cœcũ, Contrariũ faciens quàm decuit eum facere,
Nam qui videmus, cœcos ducimus. Hic autem ſequitur.

Cœcus ſi cœco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. *S. Matthæ. c. 15.* Cœcus monſtrat iter. *Hórat.* Cœcus agens cœcũ ſolet illum ſternere ſecum. *Garner. Sed vide & cœcum ducem præſtantem, apud Cicer. L. Druſum ICtum cœcum, cuius domus plena ſemper erat conſultatoribus,* qui (*inquit Cic.*) quorum res eſſet, ſua ipſi non videbant, cœcum adhibebant ducem. *Valer. Max. addit eum etiam libros de iure conſcripſiſſe. Sic Appius Cœcus apud Valer. Patriæ commodis proſpiciebat, & rempub. fortiſſimè regebat, & ſenex admodùm lectica ſe in curiam ferri fecit, vt pacem cum Pyrrho inhoneſtam diſſuaderet. Meminit & Cic.*

Slodkié iáko chrzan. Slodźi/ álé ſtkodźi. Slodkogorzko. Gorzkoſtodko.

Γλυκύπικρ@ *vel* γλυκύπικρον. Dulce & amarum ſimul. *Sic Plaut.*

Æcaſtor amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus.
Guſtu dat dulce, amarum ad ſatietatem vſque oggerit. *Item de mulieribus.*
In melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ atque orationes
Lacteque: corda felle ſunt lita atque acerbo aceto.
E linguis dulcia datis, corde amarefacitis (*amarè facitis*) Amantes.

Simile eſt illud in Pœnulo vbi ſeruus iuſſus ab hero blandiri amicæ, dicit:

Oculus huius, lippitudo mea: mel huius, fel meum: voluptas huius, odiũ meum. &c. *vbi vox poſterior deſtruit ſemper priorem, vt in Græca voce & Polonica compoſita initio. Eodem ſenſu Diogenes formoſæ ſcortæ vocabat* μελίκρατον ϑανέσιμον. .i. Letale mulſum. *Nam & mella venenata exitialia mænomena ſunt apud Plinium lib. 31. c. 13.* τὸ μέλι μανόμενον. *mel inſanum, ſeu inſanos faciens.*

Mellitum venenum. *Eraſm.* Mellitus gladius. *pro inſidioſa blandiloquentia. Hieron.*
Sirenes, hilares nauigantiũ pœnæ Blandæq; mortes gaudiũq; crudele. *Martial.*
Dulce malum pelago Siren. volucreſque puellæ Dulcia monſtra. *Claudian.*
Blanda pericla maris; terror quoque gratus in vndis;
Nec dolor vllus erat, mortem dabat ipſa voluptas. *Idem.*
Lac gypſo miſtum, venenum eſt. *Irenæus.* (es canis.

Ϛαίνουσα λάικνες, καὶ κύων λαϑραίαν@ ἔτι. *Sophocles.* Mordes adulans, clãq; mordẽs
Dulcis vt acetum Ægyptium, *quod excellentiſſimum fuit & vini pretium ſuperabat. Ex Cicer. qui ait:* Alterius ingenium ſic dulce, vt acetum Ægyptium; alterius ſic acre, vt mel Hymettium (*quod ſuauiſſimum eſt*) *Antiphraſes ſunt.*

Slodkość bez iákiey oſtrości méprzyiemna.

Nullam micam ſalis habet. *Ex Catullo qui de facie formoſa ait:*

Totum illud Formoſa, nego. nam nulla venuſtas
Nulla in tam magno corpore mica ſalis:

Martialis plura ſimul complexus eſt. lib. 7. epigr. 24. In quendam Pòëtam.

Dulcia cùm tantùm ſcribas epigrammata ſemper,
Et ceruſſatâ candidiora cute,

Nullaque

Nullaque mica ſalis, nec amari fellis in illis
Gutta ſit, ô demens! vis tamen illa legi.
Nec cibus ipſe iuuat, morſu fraudatus aceti,
Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.
Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas,
Nam mihi quæ nouit pungere Chia (*ficus*) ſapit.

Idem meminit piperis in coctura betæ. Aceti mordacis Perſi. Plaut. Horat.
Sit ex his ſenarius. ἄλιχ' ὄξεος, ἁλὸς, πεπέρεως, ἄκυμος τροφή. *A.*
Sine ſale, aceto, pipere non ſapit cibus.

Hinc tot condimenta ex ijſdem. vt oxybapha, oxygara, oxycrata, oxymela, oxypora, ἁλμυρίδες. &c. ſalſugines, muriæ &c.

Sic nævus in articulo pueri delectauit Alcæum & tamen eſt corporis macula. *Cic.*
Adde Lucretium de vitiis formæ feminarum quæ tamen laudantur. V. Kto kogo miłuié.
Alcibiadi quoq; bleſitatem linguæ, adeò non obfuiſſe, vt voci eius ſplendorem & ſermoni gratiam conciliaret. refert Rhodigin. ex Euripide & Ariſtophane.
Sanitas deniq́ue & bona valetudo iucundior eſt ijs qui ægrotârunt. *Cic. teſte.* Et patria *eidem* ab exilio reuerſo, multò quàm ſi non exulaſſet carior & amabilior viſa eſt, *vt ipſe de ſe teſtatus eſt poſt reditum.* *Affine*, Odmiéná ſtodźi rzéczy.

Słodkość zbytnia w gorzkość śie obráca.

Kto názbyt dobrzé co chcé miéć / gorzey mu śie tráfia.

Dulcia ſe in bilem vertunt. *Horati.* Mel nimium fit bilis. V. Zbytnie rzéczy.
μὴ τὰ μαλακὰ μάσσε, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς. *Phurnutus.* Ne quære mollia, ne dura habeas vel obtineas.

Słow dość rozumu nié wiéle.

τῶν ῥημάτων ποταμὸς ἐ λὲ νὸς ῥανίς. *Theodorus Chius de Anaximene.*
Verborum flumen, mentis gutta.

Słowá gęże / płonne prozne. Słowka piękne / iedwábne / á dáley nic.

Verba ſine penu & pecunia. *Plaut.* Dicta non ſonant. *Idem.*
An tu tibi verba blanda aurum eſſe rere? dicta docta pro datis? *Idem.*
Nequam eſt illud verbum: benè tibi vult. niſi qui benè facit. *Idem.*
Nihil agit qui diffidentem verbis ſolatur ſuis:
Is eſt amicus, qui in re dubia re iuuat, vbi re eſt opus. *Idem.*
Sine virtute argutum (*diſertum*) ciuem mihi habeam pro præfica. *Idem.*
Nugæ theatri; verba quæ in comœdijs ſolent dici, quæ pueri ſciunt. *Idem.*
Semper tu ad me cum argentea accedito querimonia. *Idem.* Prozna mowá / gdy nié brzmia ſłowá. ὅτε βαλανείου ὅτε λόγου μὴ καθαίροντος ὄφελός ἐστι. *Ariſtotel.* Neque balnei neque ſermonis nihil purgantis vlla eſt vtilitas.
ἀγαθώνιος ἄυλησις. *Suidas.* Agathonia cantio. *de oratione blanda ſed inutili. ab Agathone tibicine molli in cantu & moribus.*

Verba cupreſſis ſimilia. *Phocionis dictum apud Rhodiginum. Nam cupreſſus aſpectu ſpecioſa eſt, ſed natu moroſa, fructu ſuperuacua, baccis torua, folio amara, odore violenta, ac ne vmbrâ quidem gratioſa. Plinio teſte.*

Bullatæ nugæ. *Perſius.* Nugæ canoræ. *Horati.*

πᾶς λόγος ἐστὶ μάταιος ὁ μὴ τελεσμένος ἔργῳ. *Ex Epigramm.*

Dictio vana omnis quam res non comprobat ipſa.

τὰ πτερόεντα ἔπη. *Lucian.* Pennata vel alata verba.

λόγους γὰρ ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.

Negotiatur Hermodorus verbulis. *Vel.* Orationes Hermodorus inuehit. *Auditor is erat Platonis, cuius commentarios in Siciliam inuehebat & vendebat, quare & λογέμπορος: .i.* verborum venditor *dictus eſt. Meminit eius Cic. & Prouerbij de eo.* Iacent ſenſus in oratione in qua verba laudantur. *Quintilian.*

Gloria quantalibet, quid erit, ſi gloria tantum eſt? *Iuuenal.* i. *nil eſt niſi ſermo.* κακαὶ φρένες, ἀδὺ λάλημα. *Moſchus.* Mala mens, dulcia verba.

Tum tu igitur nihil attuliſti huc plùs (*ex Lemno*) vna ſententia? *Pater dicit filio, quem allaturum à conſobrino pecuniam ſperabat. In Hecyra Terent.*

Słowá do rády / rzecé do zwády.

ἐν χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. *Homer.*

In manibus finis belli, verborum in conſilio. *Vel.*

Verba in conſilio, valet in certamine robur.

Słowá zá ſłowá / wßak nie droga mowá.

Triuialis rhythmus eſt. Rem fers, rem porta; pro verbis, verba reporta. *Tale eſt illud Plauti.* Salua ſis. ℞. Saluus ſis; quod credidiſti, reddo. ſ. *verba pro verbis, ſalutem pro ſalute.* ἐλαφρὰ χάρις τ' εὐφημίας. Leuis eſt gratia boni ſermonis. ſ. *quo alicui bene precamur, gratulamur &c. .i. Non eſt magnum impendium bona verba dare, & tamen eſt quoddam officium.*

Słowáć ia wytrwam / dáley też nic.

Vſque eò ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba, verba dum ſint: verùm enim ſi ad rem conferentur, (*ſi ex verbis verbera fient*) vapulabit. *Terent.*

ῥήματα μὲν οἷός τ' ἐγὼ φέρειν, ἀ τύμματα. *A.*

Verba quidem ego queam ferre, ſed non verbera.

Huc illa. Verbis vel iugulet. Verbis facile eſt pugnare, non haſta. &c. *Vide* Łácno mowić. Mowi á nie vczyni. Niedbam nic. Mow ty ścienie. Słowo nie vkaśi.

Słowá według rzeczy. Słow miárá / rzecz. Słowá z rzeczy ida.

ὅσον ἔπη πρᾶγμα, τοσοῦτος καὶ λόγος. *Plutach.* Quanta fuerit res, tanta ſit & oratio. μέτρον τῶν ῥημάτων τὸ πρᾶγμα, ὡς ὁ πὺς ὑποδήματος. Menſura verborum res, vt pes calcei. *Ex Epicteto qui* Modulum poſſeſſionum cuique iubet eſſe corpus vt calcei pedem. *Imitatus eſt Horatium qui ait:*

Vt calceus olim Si pede maior erit, ſubuertet; ſi minor, vret. Nam

Si di-

Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent Equites peditesque cachinnum. ſ. *in Scenâ. Idem Horat. Rectè etiam Cic. dicit*: Rerum copia verborum copiam gignit. *Item* Res atque ſententiæ vi ſua pariunt verba. *& vt ex Horatio eſt vulgaris verſiculus.*

Rem benè præuiſam verba haud inuita ſequuntur. *Horat. ait*:
Verbaque prouiſam rem non inuita ſequentur.
τὰ δ' ἔργα σοῦ λόγους ἐυρήσκεται. *Sophocles.* Facta, reperiunt verba.

Słowká zbierane / tągodne / pochlebne / ſą podćyrzáne.

Noli homines blandos nimiùm ſermone probare:
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps. *Cato.*
ἄπιστε μειλιχίους γλώσσῃ δοκίμαζε λαλήθρους,
σύμφυξ γὰρ πνέει, ἁπλᾶ δὲ πλεινὰ λοχεύει. *Mylius interpr.*
Sermones blandos blæſoſque cauere memento,
Simplicitas veri ſana eſt, fraus ficta loquendi. *Cato.*
μύθους μειλιχίους τε καὶ ἀιμιλίους πεφύλαξο,
νημερτὴς ἁπλότης ἀγαθὴ, δολίη δ' ἡ ἑπακτή. *Planudes interpr.*
Dulcia præfatur qui fallere te meditatur. *Anonym.*

Słowko wyléći wróblem / a wróći ſie wołem.

Słowko raz wyrzéczone / nigdy nieprzywrocone.

Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum. *Horat.*
ῥίψας λόγον τις οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν. Reuocare non eſt verbulũ emiſſum ſemel.
ὅτ' ἐκ χερὸς μεθέντα κάρτερον λίθον,
ῥᾴον κατάσχειν, ἢ τὸ γλώσσης λόγον. *Menander.*
Nec manu dimiſſum fortem (*cum impetu volantem*) lapidem,
Facile eſt retinere, nec linguâ ſermonem emiſſum.
Non erit emiſſo reditus tibi *Horat. librum ſuum alloquitur.*
οὐδεὶς λόγος οὕτως ὠφέλησε ῥηθείς, ὡς πολλοὶ σιωπηθέντες. ἔστι γὰρ ἀπεῖπεῖν ποτὲ τὸ σιγηθὲν, ὃ μὴν σιωπῆσαί γε τὸ λεχθέν. *Plutarch.* Nulla vna oratio ſic profuit dicta, vt multæ ſilentio preſſæ. nam quod tacitum eſt, aliquando dici poteſt: quod dictum eſt, taceri nequit. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò: ne poſtea emendare non poſſis cùm dehoneſtaueris amicum tuum. *Prou. Salom. 25.* κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία. *Plato.* Leuium ac volatilium verborum grauiſſimũ damnum aut pœna. Neſcit vox miſſa reuerti. *Horat.* ῥήματα πτερόεντα. *Homer.* Alata verba *vocat.*
ἄνθρωπος προπετὴς γλῶτταν, κουφοτάτου πράγματος (ſ. λόγου) βαρυτάτων ἐμπλεώσων ἐξέπισε. *Syneſius.* Homo præceps lingua, leuiſſimæ rei (*ſermonis*) grauiſſimas pœnas dedit. ἐκ λόγων κούφων πράγματος, ἔργῳ μίση τε καὶ ἔχθρας βαρυτάτας γίγνονται. *Plato.* Ex verbis re leuiſſima. odia & inimicitiæ gratiſſimæ res oriuntur. Conturbare caue, nam reuocare graue.

Infamare caue, nam reuocare graue. *Cantius Grati.* V. Mowić oſtrożnie.

Słowo nie vkáśi. Mow choć do woli / od ſłow nie boli.

μαλακὸν βελος ἡ γλῶττα. Molle telum lingua. *Præclarè Thomas de Kempis:* Quid ſunt verba, niſi verba? per aérem volant, ſed lapidem (*hominem conſtantem, fortem*) non lædunt. τὰ ῥήματ' ἀδαμὰς ἔτοιμα τύμματα. *A.* Non fiet vnquam, verba ſint vt verbera.

Sic in apologo quodam, puer fur poma in arbore decerpens, dominum horti clamantem irriſit, ſaxis verò diectus eſt. In Pſeudolo Plauti Ballio maledictis à Pſeudolo appetitus contemptim reſpondet approbans omnia.

PS. Impudice. Ba. Ita eſt. P. Sceleſte. B. Dicis vera. P. Verbero.
B. Quippini. Pſ. Buſtirape. B. Certè. P. Furcifer. B. Factum optumè.
C. Sociofraude. B. Sunt mea hæc iſta. P. Parricida. B. Perge tu.
P. Sacrilege. B. Fateor. P. Fur. &c. &c. B. Cantores probos!
C. Verberauiſti patrem atque matrem. B. Atque occidi quoque. &c.
Nunquid aliud etiam vultis dicere?

Idem alio loco interrogatus à quodam quid dixerit ſibi Pſeudolus, Ait.

Nugas theatri, verba quæ in comœdijs Solent lenoni dici, quæ pueri ſciunt.
Malum & ſceleſtum periurum aiebant eſſe me.
Pol haud mentitum eſt. ego haud iratus fui.
Nam quanti refert, te nec recte dicere (*ei*)
Qui nihili faciat, quique inſitias non eat? *Adde vulgarem verſum,*
Si non morderis, cane quid latrante moueris?

Vrbaniùs veriùs ac ſapientiùs, quin admodum Chriſtianè Epictetus Ethnicus, cuius Græca verba Latinis reddo. Si quis inquit tibi nuntiârit, quendam te conuiciari vel maledicere tibi, ne refuta quæ dicta ſunt, ſed reſponde: Eum cætera vitia tua neſciſſe, alioqui non ſola illa (*qua alter retulit*) fuiſſe dicturum. *Item.* Cùm quis tibi maledixerit vel malefecerit, memento id te decere, illum opinatum eſſe. Neq; verò fieri poteſt, vt ſequatur ille quod tibi videtur, ſed quod ſibi. quod ſi malè iudicat, ille damnum habet, qui decipitur. Quare ad ſingula dicas: ità illi viſum eſſe, & æquo animo feres.

Słowo / prawda rzęzona w poſpolitości / nie obrazi niewinności / ábo bezżęgulności.

εἰ ἐπιλαμβάνεται, ἐ κατ' πάντων, ἀλλὰ κατ' τῶν ἐνόχων τοῖς εἰρημένοις ὄντων λέγουσι. *Iſocrates.* Qui reprehendunt, non contra omnes, ſed contra eos qui dictis obnoxij ſunt dicunt. *Vulgò dicitur.* Dicta vniuerſalia neminē angunt, niſi quem tāgunt.

μόνῳ ξυνειδὼς ἰδίᾳ γενικῷ λόγῳ, *A.* (conſcius.

Dicta vniuersè conſciū attingunt modò. *Vel* Dicta omnibus perſentit vnus *Sic Seneca.* Et quia verum ſinguli audire non vultis, publicè audite.

Słuch abo wieść odległych rzeczy / wielkſzy mż ſą / bywa.
Odległe rzęczy zdáleka śie ogromne; á podle gdy ſą przytomne.

Beben

Beben zá gorą ábo w léśié coś wielkiego / choć iák cębrzyk wielkość iego.

Permodicis addit rebus diſtantia famam. *Et contrà.*

Detrahit auditæ multùm præſentia famæ.

Sic de S. Paulo Corinthij dicebant: Epiſtolæ quidem (*eius*) graues ſunt & fortes, præſentia autem coporis infirma & ſermo contemptibilis.

Et Claudianus. Minuunt præſentia famam. *E contrà verò.*

Quò res remotior, eò fama de illa maior & mendacior.

Ita de Terra promiſſionis & gigantibus falſus fuit rumor. Numer. 13.

Adde apologum de Vulpe, quæ ex auditu timuit leonem, viſo autem eo propiùs acceſſit, & poſtmodùm alloqui auſa eſt. Æſopus.

ἀπόντα φήμη μείζω ἢ ὄντως ποιεῖ. *A.* Maiora quàm ſint fama facit abſentia.

πεθὼ δύσκρισις ἐπάγει μεγάλω μικροῖς. *A.*

Diſtantia addit maximam paruis fidem.

Aſſine, Vlić ták ſrogi lew iáko go máluią. Vlowią záwße ludźié przyczyniáią.

Słucha nié ſłuchaiąc. Mnié z vſt / á iemu mimo vßy ßuſt.

Diuiſit aures aliò, mentem aliò. *Ex Catullo, eius verſus eſt:*

Nos aliò mentes, aliò diuiſimus aures.

Non ædepol iſtæc tua dicta nunc in aures recipio. *Plaut.*

Audio, haud auſculto. *Varro.* i. *non pareo auditis, negligo audita.*

Audire ſoleo non auſcultare ignotos. *Ennius.*

Magis audiendum quàm auſcultandum cenſeo. ſ. *auguribus. Pacuuius.*

ἄκροις ὠσὶν ἐφίζάνει. *Philo.* Summis auribus inſidet (*hoc illi*)

ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις. Sub mandragora dormis (*nec audis peierantes &c.*)

Ioui apud Lucianum dicit Timon. nam Mandragora ſoporifera herba eſt, ſi bibatur. Vnde Luciani verba aliter legit Henric. Stephan. ſ. ὑπὸ μανδραγόρᾳ, *vel* ἐκ μανδραγόρᾳ, *Ex Demoſthene,* i. præ mandragora vel præ nimio mandragoræ potu dormis, *vt* ὑπὸ οἴνᾳ *vel* ὑπὸ μέθης, præ vino præ ebrietate.

Simile illud. Mandragoram bibit. μανδραγόρου πέπωκε.

παρὼν ἀπεδήμει. Præſens abeſt. i. *adeſt corpore, abeſt animo.*

κωφοῖς καὶ καθεύδουσι μάτην βάζω. *Æſchyl.* Surdis & dormientib. fruſtrà loquor.

Nemo magis ſurdus eo qui audire non vult. *Paſſeratius.*

πρὸς τ' λέγοντ' ἀεὶ κέκλῃσαι, ὁ νοῦς δὲ σοῦ, παρὼν ἀπεδήμει. *Ariſtoph.*

Os ad loquentem ſemper aperis, mens tua Præſens peregrè eſt.

ἐπηκρώθησαν τὰ ὦτα. *Stephan.* Obſurduerunt illi aures. (*dicens contemnit.*

διεθρυλλημένα τὰ ὦτα. *Suid.* Sermonibus crebris aures illi oppletæ. *& iam audiendi faſtidium.*

ἀδὲν ξυνίημι ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι. *Sophocles.*

Quæ tu diu exornas, ego horum capio nil.

Tu longas trahis oſcitationes. *Martial. i. audiens legi carmen tædio afficeris.*

ἀλλοτρίοις ὠσὶν ἀκούει. Alienis auribus audit.

μηδ'

μηδ' ἂν τερετράνῳ ἔτι διανοιχθῆναι αὐτοῖς τὰ ὦτα ἐτι. *Lucian.*
Ne terebro quidem aperire eis aures possis.
τοσούτῳ κηρῷ ἔβυσαν ὦτα, ὁσονδὴ ὀδυσσεὺς τοὺς ἑταίρους ἔδρασε, δείσ τ' σειρήνων ἀκροάσεως. *Idem.* Tantopere cera obturauerunt aures, quantopere Vlysses sociorum, timore cantus Sirenum. *Affine,* Nie domáśmy. Mow ty ścienie.

Słuchać nigdy nie wádzi / kto co dobrego rádzi / choć też podły z ozeládzi.
τῷ νουθετοῦντί σ' εἰκότως ὑπακουστέον. *A.* Pareto rectè te monenti cûilibet.
ἐσθλὸς μὲν παναριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται. *Hesiodus.*
Optimus ille quidem quisquis sapit omnia per se,
Rursus & ille bonus qui credit recta loquenti.
Vtile consilium dominus ne despice serui,
Nullius sensum, si prodest, spreueris vnquam. *Cato.*
κύριος δὲ βουλῆς ἀμέλει ποτὲ λάτριος ἔυνε,
μηδὲ γὰρ ἐυχρήστοις λαλιῆις ὑποτρέσσε τις ἐὺφρων. *Mylius interpres.*
λάμβανε τὴν βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὐφρονέοντος. *Phocylides.*
Consilium à proprio, si fors sapit, accipe seruo.
Vt si Cœcus iter monstrare velit, tamen aspice — *Horati.*
Phidias sculptor laudatissimus, imagines suas publicè exponebat, retrò latens & auscultans quid quis improbásset, & digressis illis notata corrigebat. Lucian.
— ἄλλων μῦθον ἀκούων πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός. *Homer.*
Aliorum sermonem audiens Erudior, & mihi grandescit intùs animus.
Quod tu non nosti, fortassis nouit asellus. *Hugo Chrysippi dictum affert.*
V. Podczás w podley sukmánię.

Słuchać trzeba stárszego / choć każe co trudnego.
Æquum atq; iniquũ regis imperium feras. *Seneca, i. molle & graue, facile & difficile.*
Æqua ac iniqua serue heri imperia expleas. *Ex Aeschylo qui ait:*
θέλε δεσποτῶν ἄκουε καὶ δίκαια καὶ ἄδικα.
Ames parentem, si æquus est; si aliter, feras. *P. Syrus.*
πατήρ ἐστιν; δεῖ ἐπιμελείας, παραχωρεῖν ἀπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδορουμένου, παίοντος. ἀλλὰ κακός ἐστι. μὴ πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης, ἀλλὰ πρὸς πατέρα. *Epictetus.* Pater est! cura eius habenda est, cedendum ei in omnibus, sustinendũ si conuicietur, cedat. At malus est. Non cũ bono patre tu natura coniunctus es, sed cũ patre. πείθεσθαι μέγιστον ἀγαθὸν καὶ ἐν πόλει, καὶ ἐν στρατιᾷ, καὶ ἐν οἴκῳ. *Xenophon.* Parére maximum bonum est & in ciuitate & in bello & domi. *Rectè tamen addit Paulus ICtus.* Seruum in facinore, domini dicto audientem non debere esse.
Rei mandatæ omnes sapientes primùm præuorti decet. *Plaut.*
Indigna digna habenda sunt, quæ herus facit. *Idem.* (*salua conscientia & ho-*
Stultitia est, ei te tristem esse, cuius potestas plùs potest. *Idem.* (*nestate.*

Pati nos

Pati nos oportet, quod ille faciat, cuius potestas plùs potest. *Idem.*
Verùm postremò in patris potestate est situm,
Faciendum id nobis quod parentes imperant. *Idem.*
Quod potero faciam; tamen vt pietatem colam.
Nam me parenti potiùs quàm amori obsequi Oportet. *Terent.*
Nam matris ferre iniurias me pietas iubet. *Idem.*
Nam quem ferret, si patrem non ferret suum. *Idem.*
Fer patris imperium, cùm verbis exit in iram. *Cato.*
τέτλαθι πειθαρχεῖν πατρὸς, ἢ λόγῳ ἦλθεν εἰς ὀργήν. *Mylius.*
πειθαρχία γάρ ἐστι τ' εὐπραξίας. μήτηρ. *Aeschylus.*
Felicitatis mater obsequentia est.
τὸ ἄρχειν ἴδιον μὲν κρείσσονος, τὸ δὲ ἄρχεσθαι ῥᾴον, τοῦ χείρονος. *Criton.*
Regere proprium est melioris, facile autem regi seu obedire, deterioris.
Principi obtemperandum. ἀλλ' ὃν πόλις στήσαι, τοῦτον δεῖ καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία. *Sophocles.*
Sed quem ciuitas constituerit, huic auscultandum est, in paruis & iustis & in horũ contrarijs. *Chrysantam Cyrus collaudauit, quod gladium ad hostem interficiendum eleuatum, audito tanto receptui, reuocárit. Rhodigin.*
ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν. *Sophocl.* Inobedientia nullum maius est malũ.
γονεῦσι μὴ ἔριζε κἂν δίκαια λέγῃς. *Pittacus.*
Ne cum parente, & iusta loquens, contendito.
ἀγνώμονι πατρὶ καθάπερ ἀυστηρῷ νόμῳ συμπεριφερεκτέον. *Socrates apud Stobæum.*
Patri duro sicut austeræ legi parendum est,
Sed ego insciti qui me hero meo postulem moderarier,
Dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi. *Seruus Plauti ait.*
Doctori pare, si sunt artes tibi caræ. (*al. curæ*) *Anonym. rhythm.*
Lycurgus assuefecerat adolescentes vt cuiuis seni tanquam legislatori obtemperarent, quòd senex quiuis esset instar magistratus, tutoris, pedagogi, patris. Plutarch.

Słuchácz gotowy, nie potrzébuie przédmowy.

μακρὸν τὸ προοίμιον (φάινεται vel ἐστι) τῷ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι. *Plato.*
Longum procœmium (*videtur vel est*) audire cupienti, cupido audiendi.
τί μοι μικρῶν περὶ μεγάλα χρειμιάζῃ; ὅσον γὰρ ἂν ᾖ πρᾶγμα, τοσοῦτος καὶ ὁ λόγος ᾧ χρῆται. *Plutarch.* Quid mihi de paruis magna facis procœmia? nam quanta res fuerit, tanta sit & oratio qua vteris. *Athenis in iudicio Areopagitarum, præsentibus partibus cum oratoribus suis proclamabat præco, vt ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν (sine procœmiis & affectibus) oratores dicerent. teste Pausania, Apuleio, Quintil.*
Rhetores etiam Aristotel. Hermagor. Cic. Quintili. l. 4. c. 1. &c. negant procœmium esse necessarium cùm auditor est benenolus, attentus & paratus, vel bonus ac intelligens, vel cùm tempus breue est, vel cùm res non indiget vtpote per se honesta grata.

Non ſeruant, forte & ignorant hoc præceptum aliqui ſacri oratores, qui cùm perorare ſe ſciant apud auditores paratos, beneuolos, attentos (vtpote qui ſponte ad id veniunt vt audiant, & tantùm per Propoſitionem doceri debeant argumentum & ſcopum ſermonis) tamen quandoq; bonam horæ partem conſumunt afferentes quidlibet, in quo nihil eſt quod exordij munere fungatur, quin ſæpe maiorem vehementiam & probationes plures vel meliores habet quam ipſa concio, modò extra rem propoſitam ſit aliquid (& aliquando eſt concionis pars) vocatur Exordium. Interim cùm vix rem ipſam ingreſſi, eam exornare vel probare conantur, hora illos deficit. Horat. audire paratus Dauo ſuo proœmianti, cum ſtomacho dixit:

Non dices hodie, quorſum hæc tam putida (*ingrata, inepta*) tendant?

Pauca dicenda ſunt, nec debet prologus enormior eſſe, quàm fabula. *Spartian.*

Stuchay pilno. Stuchay maß li ſtuchać. & Stucham pilno.

Perpurgatis auribus operam da mihi. *ex Plaut.* Purgata auris. *Horat.*

ὁ νῦς ὁρᾷ καὶ νῦς ἀκούει. *Ariſtotel.* Mens videt & mens audit. *quia animo in aliis rebus occupato (quaſi abſente) ſenſus ſibi obiecta non percipiunt.* *Cicero dicit:*

Animum videre & audire, non verò eas partes quæ ſunt quaſi feneſtræ animæ: quibus tamen mens nihil ſentire queat, niſi id agat & adſit. i. *niſi magnopere intenta ſit.*

In ſacris ethnicorum acclamabatur ſacrificanti. τῦρε πρᾶτε. *Plutarch.* Hoc age. *& ex Latino* ὸκ ἄγε. *idem Plutarch. & Xenophon. Item Plaut. Terent.*

ἐν τοῖς ὠσὶν ἐνείτω νῦς, *ex Herodoto.* In auribus habitet animus. i. *non aliud cogites, quàm id quod audis.* Arrige aures. *Terent.* ὀρθὰ τὰ ὦτα. *Ariſtotel.*

Arrectis auribus adſta. *Virg. inſtar cerui qui acutè audire volẽs aures erigit. Ariſtot. Plini.* ὠσὶν ἑστῶσιν. ſ. ἴσθι. *Diogenian.* Erectis auribus eſto. τὰ ὦτα ἵστη. *Philoſtrat.*

Suſpenſis auribus iſta bibam. *Propert.*

ἕτοιμός εἰμι παράσχειν τὰ ὦτα, καὶ ἄνευ κηροῦ παρακύειν. λέγε ὁπόσα ἐθέλοις, ὡς μηδενὸς ἀκούοντος. *Lucian.* Paratus ſum præbere aures & abſq; cera attendere. dic quæ vis ac ſi nullus audiret.

Studzy go zledli. Wiecey pánow ſtudzy niż pśi poiédli.

Plures dominos comedére ſerui quàm canes. *Varro. Sanè. quia canes vnum Actæonem (quod etiam fabuloſum eſt) famuli infinitos deuorant. quod approbat Epigramma Græcum poſitum ſub* Kto czéladź wiélka chowa. *Quod verò ad Actæonem attinet, venator is fuit, qui, quòd canibus alendis patrimonium conſumpſiſſet, à canibus deuoratus fingitur. Ita Anaximenes, Fulgentius, Ouid. alii aliter. Tales etiam Actæones non paucos nunc reperias.*

His ſeruit illud ex Theocrito: τρέφεις κύνας ὡς σὲ φάγωσι.

Nutris canes vt te deuorent.

Sługá co z rzéſtru czyni. Zły chocia nic nie przéwini.

Sługá nád ktorém ſtać trzébá. Vli placey godźien ni chlébá.

Qui manet (i. *exſpectat*) vt moneatur ſemper ſeruus homo officium ſuum,

Nec voluntate (*ſponte*) id facere meminit, ſeruus is habitu haud probus eſt.

Plaut. Sticho. (*Habitu Nomen quibuſdam videtur, quid ſi Supinum poſterius dicas?* .i. *in-*

dignus

dignus qui habeatur? Sic enim ea vox in Pœnulo eiusdem vsurpatur: Modus in omnibus rebus optimum est habitu.)

εἰ πάντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει, πονηρὸς ἔσται. *Menander.*

Si cuncta seruiliter & ex præscripto agere seruus didicerit, Nequam est.

Latiùs patet officiorum, quàm iuris regula. *Seneca* .i. *Plura & meliùs facit qui beneuolentia ducitur, quàm qui lege, pactis, conuentis cogitur. Talis Phaniscus probus seruus in Mostellaria Plauti actu 4. sce. 1.* *Affine,* Z rzetelnu robi/ sługy.

Sługa páná rozumie.

ἤδη πάθη τε δεσπότου δοῦλος γνώτω. *A.*

Seruus Herile imperium ediscat, vt quod frons velit, oculi sciant:
Quod iubeat citis quadrigis citiùs properet persequi;
Nec moræ molestiæq; imperium herile habeat sibi,
Seruum ratem esse hero æquum censeo,
Vt toleret ne pessum abeat, &c. *Seruus loquitur in Aululari Plauti.*

Apud eundem Artotrogus parasitus Militi hero suo dicenti:

Quid illud quod dico? Mi. Hem scio iam quid vis dicere.
Factum est hercle, memini fieri. Mi. Quid id est. A. Quicquid est.
M. Habes tabellas? A. Vis rogare? habeo & stilum.
M. Facetè aduertis animum tuum ad animum meum.
A. Nouisse mores me tuos meditatè decet,
Curamque adhibere, vt prævolet mihi (*animus*) quò tu velis. *al.* quod tu velis mihi prævolet. i. *occurrat.* *Apud Terentium Aeschinus seruo præcipit:*
Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuos
Ne mora sit, si innuerim, quin. &c. *Plura eiusdem Terentii & Plauti huic loco apta, vide sub* Mądrego nie wiele trzebá vczyć.

Sługá pánu ma dogadzáć. Sługá nie ma roskázowáć.

Namq; ae coquus domini debet habere gulam. i. *gustum. Martial.*
Qui hero suo seruire vult bene seruus seruitutem,
Næ ædepol illum multa in pectore suo collocare oportet,
Quæ hero placere censeat præsenti atq; absenti suo. *Seruus bonus Plauti*
Seruus, proinde heri vt sint, ipse item fiet, (*dicit.*
Vultum (*suum*) è vultu (*heri*) comparet. *Idem.*

ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι, ταῦτα γὰρ δούλοις ἄμεμπτα. *Euripid.* Semper placere principi seruo optimum. (*nandri seruus.*

ἐμοὶ δικαίου κἀδίκου πᾶσις κρατεῖ ὁ δεσπότης, πρὸς ὅτιοῦν δὲ ζῆν ἐμέ. Me-
Iudex mihi omnis æqui iniquiq; est herus, Ad huius vnius ego viuo arbitriũ.

Służ Bogu á zártá mé gniéway/ abo mé drazni.

Dictum plebeium. & quidem prima fronte Christiano homini non vsurpandum videtur, vtpote quod beneuolentiam ac pacem Cacodæmonis captare & suadere videatur. Nolle autem Cacodæmonem offendere, est nolle seriò Deo (cuius ille hostis est) placere. Nam duarum

partium aduerſarum verus & ſincerus amicus eſſe nemo poteſt. Quare contrarium præcipit Deus & Sancti quiq; ſcriptores. S. Iacobus. Reſiſtite Diabolo. *S. Petrus.* Cui reſiſtite fortes. *S. Paulus.* Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem. &c. ſed aduerſus principes tenebrarum &c. *Poteſt tamen hoc dictum tolerari & defendi in ſenſu allegorico, in quo ferè tantùm vſurpatur. ſ. de potente vel improbo homine non laceſſendo, quem ſenſum habent illa.* Day zlemu pokoy. Vlié mieć śie kotku né nieć dźwiedźić. *Quin & in ſenſu proprio poſſet hoc dictum ferri explicatum ex oraculis diuinis, quæ iubent nos vitare & fugere tentationes Diaboli, & occaſiones ac pericula peccandi. Sic ferè S. Paulus.* Nolite locum dare Diabolo. *Eccleſiaſtic. 21.* Quaſi à facie colubri fuge peccatum.

Affine eſt huic ſenſui. Vlié ßukay zwáđy. & Day zlemu pokoy.

Smák zdrowia nieprzyiaciel.

Vitium ventris & gutturis (*gula*) non modò minuit ætatem hominibus, ſed etiam aufert. *Cic.* λαμὸς ὑγιείας ὑποκριτικός ἐστιν φίλος. *A.*

Simulata amica ſanitatis eſt gula.

Bellaria, maximè ſunt mellita (.i. *grata*) quæ mellita (.i. *dulcia, melle condita*) nō ſunt. Nam πέμμασι (*bellariis*) cum πέψει (*concoctione*) ſocietas infida. *Varro apud Gelliū. Idcircò rectè Socrates apud Plutarchum & apud Stobæum,* cauendum cenſebat à cibis, qui non eſurientem ad edendum, & à potibus, qui non ſitientem ad bibendum prouocarent. *Et Seneca epiſt. 95. de antiqui ſæculi hominibus:* Defatigatos, excipiebat cibus, qui niſi eſurientibus placere non poterat. &c. *Ibidem.* Poſtquam cœpit (*cibus*) non ad tollendam ſed ad irritandam famem quæri, & inuentæ ſunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur; quæ deſiderantibus alimenta erant, onera ſunt plenis. Inde morbi, *quos enumerat. Gorgias orator præſtantiſſimus interrogatus, qua victus ratione ad tantam ſenectutem peruenisſet (nam Cic. teſte centum & septē annos ſuperauit) reſpondit.* Nil vnquā ſe voluptatis gratia comediſſe aut feciſſe. *Stob. aliter.* V. Długo żyć. *Lacedæmonij in hoc genere excellebant. teſte Plutarc.* V. Vlié wßyſtko zdrowo co ſmákuié. Roſkoß bolu nábawia.

Smiátemu á mężnemu narychley śie w łeb doſtáć.

Mars ex acie fortiſſimum quemque pignorari ſolet. *Cic.* i. *Fortiſſimus quiſq;, primus in prælio occumbere ſolet. Budæus.*

S. Petrus feruentiſſimus & confidentiſſimus Chriſtum negauit.

Se iactans fortem, ſolet antè occumbere mortem. *Rhytmic.*

In prælio audax primus ac fortis cadit, *id eſt.*

πρῶτος πεσεῖν οἴος ἐν μάχῃ θρασύς. *A.*

τάχιστα καδιωὶοὶ ἄλκιμος θρασύς. *A.*

Oppoſitum tamen ſenſit Lacon quidam qui apud Suidam dixit: μαχέσθων ὡς τεθνεξόμενοι, καὶ ὁ τεθνεξόνλας. κἀγὼ μαχήσομαι ὡς ἀποθανούμενος, καὶ οἶδ' ὅτι σωθήσομαι. Pugnent ceu morituri & non morientur. & ego pugnabo ceu moriturus & ſcio quia ſuperſtes ero.

Vide Smiátość zbytnia.

Smiáto

Smiáło/ gdy (ábo choć) śił máło. Smiáłemu ſzczęśćie dopomaga.

Audentes fortuna iuuat. *Virgil.* Audentes Deus ipſe iuuat. *Ouid.*
Audentes Forſque Deuſq; iuuat. *Idem.* Deus adfuit auſis. *Valeri. Argonaut.*
Semper in prælio ijs maximum eſt periculum qui maximè timent.
Audacia in prælio pro muro. *Saluſt.* Fortes Fortuna adiuuat. *Terent.*
ἀρχὴ γὰρ ὄντως καὶ νικᾶν τὸ θαρρεῖν. *Plutarch.* Principium verè victoriæ audacia vel fiducia eſt. Virtutem integram & audacem eſſe conuenit. *Ammian.*
Audendum atque agendum non conſultandum in tanto malo. *Liui.*
Audeamus quod credi non poteſt nos auſuros. *Idem.*
In rebus dubiis plurimi eſt audacia. *P. Syrus.*
Audendo virtus creſcit, tardando timor. *Idem.*
ἐκ θάρσους ἀλκὴ γίγνεται. *Q. Calaber.* E confidentia robur naſcitur.
Crocodilus fugientes inſequitur, audaces & contra ſe currentes fugit. *Strabo. Solinus. Plini. Seneca.*

Smiáłość pokrywká złośći. Smiáłość choć winna/ wydźie zá niéwinność.

Nam cùm magna malæ ſupereſt audacia cauſæ,
Creditur à multis fiducia. *Iuuenal.*
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmant (*audacia muniunt*) —nihil eſt audacius illis (*quam.*
Deprenſis (*in ſcelere*) iram atq; animos à crimine ſumunt. *Idē de feminis neéxiῆ τοῦ ἡρακλέους. Ex Plutarcho.* Fruſtra Herculi. ſ. *crimen obijcias, qui quoſuis audaciter liberè & impunè iniuria afficiebat.*
ἀναίτιος δοκεῖ εἶναι ὁ θρασύστομος. *A.*
Vir liberè loquens videtur innocens. *Vide* Niéwinny śmiélé mowi.

Smiáłość zbytnia śkodliwa.

τὰ πολλὰ τολμᾶν πολλ' ἁμαρτάνειν ποιεῖ. Peccare ſæpe magna facit audacia.
ἔστιν τὸ τολμᾶν ὦ φίλ' ἀνδρὸς ἐ σοφοῦ. Audere nimiū haúd ſapientis eſt viri.
εὐτόλμως εἶναι κρῖνε, τολμηρὸς δὲ μή.
Animoſus eſſe eligito, non temerarius. V. Smiáłemu á mężnemu. &c.

Smiáły bez przećiwnká. Smiáły ná bruku.

Sámotrzéć ná puſtki vdérzy. Wiłká ſuka/ á śład iego vyrzawſzy myka.
Facile prouocantur mala abſentia. *Seneca.*
ὄικοι λέοντες ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες. *Ariſtophanes.*
Domi leones in acie vulpeculæ. In pace leones, in prælio cerui. *Tertulliā.*
ἐν εἰρήνῃ θρασεῖς, ἐν δὲ πολέμῳ δειλοί. *Syneſi.* In pace audaces, in prælio timidi.
In otio tumultuoſi, in bello ſegnes. *Liui.* Spiritu diffiat legiones. *Plaut.* ſ. *abſentes.*
ἐνδομύχος al. ἐνδομάχης, vel potiùs ἐνδομάχας ἀτ' ἀλέκτωρ. Domi pugnax inſtar galli gallinacei.
Βελέρεως φαίνεται λαγὼς ὤν. *Poſidippus.* Briareus videtur eſſe cùm ſit lepus.
πρὸς τὸν ἔρημον στρατιώτας, δοκεῖ πολὺς εἶναι ἀστεῖος.

ἀπειλαῖς. *Cratinus.* Cum cælo pugna vmbratili dimicans. Minis interficit. *Audaciæ seu fortitudinis imaginariæ seu fictæ & ludicræ exemplum habet Rhodiginus tale. In oppugnatione Carthaginis, adoleſcens nobilis è Scipionis Africani militibus, conuiuium ſodalibus ſtruxit, & in eo placentam Carthaginis inſtar propoſuit, quam ſe duce ſocios inuadere & diripere iuſſit. ob quod ei Scipio equum ademit dicens:* Cur ſine me vrbem hoſtilem diripuiſti? Militaris diſciplina non recipit ludicra. Extra periculũ ferox. ἀνδρῶν δυσμενέων ἐκὰς ἑστάμεν☉ πολεμίζει. *Homer.* Scit pugnare vbi ab infeſto longè ſtetit hoſte. *Affine ſequens.*

Smiały za płotem. Beſpieczney / ciſzey za murem.

Alieno auxilio vel præſidio tutus, potens, audax. *Ex Homero qui de Teucro ait:*

ἔνθ' ἄρ' ὑπ' Αἴαντος σάκει Τελαμωνιάδαο. Stabat ſub clypeo Aiacis Telamonidæ (*& tacula mittebat in Troianos*) Z bábá zá murem bitié.

Ex tuto audere. *Sueton.* Poſt principia ſtare vel pugnare. *Apud Terentium Thraſo miles glorioſus ſed timidus ait ſeruo:*

Tu hoſce inſtrue, hîc ego ero poſt principia, inde omnibus ſignum dabo.

Ext. *ille ridens:* Iſtuc eſt ſapere. vt hoſce inſtruxit! ipſus ſibi cauit loco,

Idem hoc iam Pyrrhus factitauit.

Hœdus apud Æſopum è ſublimi loco audacter conuicia iactat in lupum, cui lupus: ὦ ἔτ☉, ἀ σύ μ☉ λοιδορεῖς, ἀλλ' ὁ τόπ☉ ἰ. Heus tu, non tu mihi conuiciaris, ſed locus. *Epimythion Planudes addit:* τόπ☉ γ᾽ καιρὸς δίδωσι τὸ θράσ☉ κ᾽ τὴν ἀμειν όνων. *i.* Locus & opportunitas præbent audaciam contra potentiores. Loqueris (*audacter*) equo inſidens. (*quo, ſi vis ingruat, mox fugias*) *Gotfredus.*

Affine, Káżdy ná ſwych śmiećiách.

Smiech niewczésny / nieſtromny / głupi.

γέλως μεγαρικός. *Suidas.* Riſus Megaricus. i. *intempeſtiuus, qualis eſt eorum, qui malunt amicum quàm dictum (ridiculum, lepidum) vt ait Quintilian. perdere.*

γέλως ἄκαιρ☉ ἐν βροτῖς δεινὸν κακόν.

Non in loco ridere pergraue eſt malum.

γέλ☉ προπετὴς ἀνόητον. *Iſocrates.* Riſus præceps ſtulta res.

γελᾷ δ' ὁ μωρὸς κοὐ τὰ μὴ γελοῖα ᾖ.

Ridet fatuus vt nulla riſus cauſa ſit.

Talis riſus ſtultus & nimius fuit Chryſippi, qui, videns aſinum ficus vorantem, in riſum ſolutus, mortuus eſt. Talis & Zeuxis pictoris, qui aniculam à ſe ſcitè pictam ridens, obiit. Alluſit ad id Vetus Pœta apud Feſtum dicens:

Nam quid modi facturu' riſu deniqúe?
Niſi pictor fieri vult, qui riſu mortuu' 'ſt?

ἀνεμόγελ☉ *dicitur,* qui temerè, ſine ratione & fructu ridet. *Vulgaris verſus.* Per riſum multum, poteris cognoſcere ſtultum.

Vel Qui ridet multùm, fas eſt hunc dicere ſtultum.

Et Eccleſiaſtic. 21. Fatuus in riſu exaltat vocem.

Nam

Nam riſu inepto res ineptior nulla eſt. *Catull.*

ἀιάντ@ γέλως. *Homer.* Aiacis riſus, qui inſaniens, multùm ridebat.

γέλως φρενητικὸς. Riſus phrenetici, *proſtulto riſu. Recentiorum eſt,* γέλως συγκρότη@ *Suidas.* Riſus ſyncruſius. i. *immoderatus. qui hominem ridentem indecorè concutit.* πλατὺ γελᾶν. *Philoſtrat.* Latè diducto ore ridere. *Vel vt Catull,*

Qui ridet catuli ore Gallicani. i. *turpiter diducto ore.* Riſus equinus. *Eraſmo.* τῷ γέλῳ ἐκθανεῖν. *Homer.* Riſu emoriri. *Terent.*

γέλως σαρδάνι@, ὁ ἐπ' ἀδενὶ ὑγιᾶ. *Pauſan.* Riſus Sardonius, *qui ob nullam rem ſanam. i. ſine iuſta cauſa fit. aliter infrà mox.* Sardoam herbam edit. *quæ guſtata riſum vehementem & letalem excitat. Ex Pauſania Rhodigin.* Crocum edit. *de eo qui facilè ridet. Carol. Bouil. ex medicorũ ſententia de croco cor dilatante & exhilarãte.* Comicus riſus, *qui vndecunq; temerè & ſtultè excitatur, ac perſtringit aliquem. Rhodigin.* *At* Χί@ γέλως. *Diogenian.* Chius riſus, *de molli & laſciuo.*

Rectè Seneca: Sit riſus extra cachinnum. V. Žárt obrážliwey.

Smiech zmyślony / ſyderſki.

τοῖς χείλεσι γελᾶν. *Homer.* Labijs ridere. ſ. *tantùm.* γέλως οἱ ἐκάθητο χειλεῦς. *Theocrit.* Riſus illi hærebat in labris. i. *oculo me hilari aſpexit, at intra labra tantùm riſit.* ἀλλοτρίοις γναθμοῖσι γελᾶν. *Homer.* Alienis mandibulis ridere.

ξεναῖς γελᾶν παρείαις. *Euſtathi.* Peregrinis malis aut buccis ridere.

γέλως σαρδάνι@; vel σαρδάνι@; σάρδι@; σαρδιανὸς, σαρδωνικὸς, σαρδωνιακός. *Ex Homero Lucian. Cic.* Riſus Sardonius, *à Sardo inſula, in qua naſcitur herba* Sardoa *dulcis guſtatu, ſed mox ora in riſum diſtorquens & ridentes necans. Dioſcorid. Solin. Serui. Alij dictum hoc trahunt à barbaro Sardorum more, qui ex captiuis pulcherrimum & maximè annoſum Saturno mactabant ridentes. Sic Zenodot. At in Commentarijs in Heſiodum habetur Sardonios ſolitos ridendo necare parentes ſuos. Idem ſed paulò aliter habet Zenodot.* Reſtrictis labellis ridere. *Apulei. i. ſictè.* Canes imitando dentes oſtendere, *Plaut. qui riſus equinus etiam à Gallis vocatur.* Cauponis riſus. *Gotfred. qui ob lucrum ſuum ridet damna conuiuantium ſentiens, vel ſimulat ſe ridere, dum hoſpites alacriter edunt & bibunt, cùm optet illos quàm parciſſimè id facere, vt plura remaneant alijs hoſpitibus pretio nouo exhibenda.*

Smierć á śmierć. Máło ná tem gdźié ábo iáko cie pogrzébią.

Nihil intereſt huminé an ſublime putreſcam. *Theodorus Philoſophus apud Ciceronem reſpondit Lyſimacho regi crucem ſibi minitanti.*

Vndique ad inferos tantundem viæ eſt. *Anaxagoras apud Ciceronem.*

Stultũ mortis ſolatium, purpurea potiùs quàm ſpartea reſte ſuſpendi, dum pendeas. *Sic Chryſoſtom. damnat vocem guloſorum dicentium:* τὸ ἡδύ με ἀπαγχονιζέτω. *i.* Suaue me ſuffocet. *At his rectè dixeris:*

ἐν τῷ μέλιτι χολῇ τε βυθὶν ἴσον θανεῖν. *A.*

In melle merſum aut felle tantundem eſt mori. *Parùm refert ait Lucret.*

Ignibus

Ignibus impoſitum calidis torreſcere flammis,
Aut in melle ſitum ſuffocari ——— aut pondere terræ Obtritum vrgeri.

Nam Xenophonte teſte in melle aliqui ſepeliebantur. Meminit & Varro apud Nonium, ſed improbat hunc morem. Diogenes Cynicus apud Cic. moriens proiici ſe iuſſit inhumatum, & amicis timentibus volucres & feras, reſpondit. Bacillum prope me quo eas abigam ponite. *ridens eorum curam de ſepultura.*

Seneca Zenonem ſecutus mortem inter adiaphora ponit. Vulgare diſtichon.

Quo moriare loco, nil refert: à ſolo ad aſtra
Nam ſpatium credas vndiq; habebis idem. *addo. ſi careas peccato & dignus ſis cœlo. Sic Sapientiæ c. 4.* Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Smierć co lepſze bierzę. Smierć złego nie chcę.

Optima quæque rapit mors, peſſima quæque relinquit.

Ex Homero, qui de militibus egregiis occiſis & malis relictis, ait:

ὃν μὲν ἀπώλεσ' Ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται.

Suſtulit hos Mauors, reliqua at mala probra relicta.

Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris,
Implentur numeris deteriora ſuis. *Ouidi.*

O puer, vt ſis vitalis metuo. *Horatio magna pollicenti Trebatius dicit apud eundem. Alluſiſſe videtur ad illud Homeri,*

ὀκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις. i. Breui moriturus certè fili es, vt loqueris. Nate breui tua victurum te oratio monſtrat.

Quicquid ad ſummum venit, ad exitum propè eſt. *Seneca.*

Summisq; negatum Stare diu. *Lucanus. Quintilianus deplorans obitum filij ſui magnæ ſpei & exſpectationis, vtpote omnibus naturæ dotibus ornatiſſimi, poſt multa addit:* Vt prorſus hinc poſſit eſſe tanti fulminis metus (*i. mortis ob dotes egregias*) quòd obſeruatum ferè eſt. Celeriùs occidere feſtinatam maturitatem, & eſſe neſcio quam, quæ tantas ſpes decerpat, inuidiam.

Similia dicuntur de iuuene probo citò mortuo Sapientiæ c. 4. Conſummatus in breui, expleuit tempora multa. *De ſene verò improbo Iſaiæ 65.*

Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. *Plautus ſic:* Quem dij diligunt, adoleſcens moritur.

Hunc (*herum ſuum ſenem odioſum ſeruus intelligit*) ſi vllus deus amaret,
Plùs annis decem, plùs iam viginti mortuum eſſe oportuit.
Qui terræ odium inambulat. &c. *In peſte, inquit Thucydides, qui virtutis ſtudioſi ſunt, dum ſibi non parcentes, ſuos ægrotantes inuiſunt, vna cum illis pereunt. Apud Plutarchum.* *V.* Złego nikt nie chce.

Smierć każda miéć iáką przyczynę.

πᾶς θάνατος πρόφασιν πάντοτ' ἐιώθεν ἔχειν. *A.*

Mors aliquam cauſam ſemper habere ſolet.

Vulgaris mos eſt cauſas mortis cuiuſuis hominis varias pro arbitrio comminiſci, & plerumq; falſas.

falsat. quale est illud Germanorum apud Erasmum: Canis illum momordit. *cùm malè vel incommodè certus auctor ignoratur.*

Smierć naprzeciwko dogoni.

ὁ δ' ἀῦ θάνατος ἐφῆκε καὶ τὸν φυγόμαχον. *Simonides.*
Mors assequitur etiam fugitantem prælium.
Mors & fugacem persequitur virum. *Horatij.*

Smierć koniec wszystkiego.

Mors vltima linea rerum est. *Horatij. Tralatum à stadiis cursorum, in quibus initium & finis cursus lineis signabatur. Lauin.* Omnium rerum mors extremũ. *Cic.* θάνατος ἰατρὸς τ̃ κακῶν. *Aeschylus.* Mors medicus malorum.
πέρας γάρ ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις τ̃ βίου, θάνατος. *Demosthen.*
Terminus enim est omnibus hominibus vitæ, mors.
φοβερώτατον ὁ θάνατος, πέρας γάρ, καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν τεθνεώτων δοκεῖ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν εἶναι. *Aristotel.* Terribilis maximè mors, finis enim: & nil ampliùs mortuo videtur restare boni vel mali.

Vna tamen spes est quæ me solatur in istis,
Hæc fore morte mea non diuturna mala. *Ouidi.* (terminũ.
οὐδεὶς φοβεῖται θάνατον ἀπόλυσιν πόνων. *Plutarch.* Nemo metuat mortem malorũ
θανὼν καθ' ὕπνους φροντίδων ἔση λίαν.

Curis carebis in sopore mortuus. q. d. *etiam dormientes carent curis, multò magis mortui.* Somnus frater mortis. *Seneca.*
νεκροὺς ὁρῶν νέκρωσιν ἕξεις πραγμάτων. *In Onirocriticis.*
Curis carebis mortuum in somnis videns. *Quæ omnia vana sunt, insinuant tamen morte finiri molestias. s. huius vitæ. sed inchoari maiores malis hominibus quas ethnici non credebant.*

Smierć nie bráknie/ nie przebiera nie folguie/ w zeby nie pátrzy.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas Regumq; turres. *Horat.*
Æqua necessitas Sortitur insignes & imos. *Idem.*
Æqua tellus pauperi recluditur Regumque pueris. *Idem.*
Neque vlla Aut paruo aut magno leti fuga. *Idem.*
Mista senum ac iuuenum densantur funera. nullum
Sæua caput Proserpina fugit. *Idem.* Scilicet omnibus
Quicunq; terræ munere vescimur Enauiganda (*vnda Orci*) siue reges
Siue inopes erimus coloni. *Idem.*
Diuésne prisco natus ab Inacho Nil interest, an pauper & infima
De gente sub dio moreris Victima nil miserantis Orci. *Idem.*
——— ἀπιμὶξ δέ τε μαίνεται ἄρης. *Homer.* Permistim sæuit Mars.
κατθανὼν ὁμῶς ὅτ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὅτε πολλὰ ἐοργώς. *Homerus.*
Mortuus est æquè piger ac vir multa operatus. *Vel.*

Strenuus & ſegnis fato rapiuntur eodem.

Huc illud Syneſij: Non curat Deus, *ſub* Bóg nié bráfuié *poſitum accerſe, ſic*: Non curat mors quis Eteobutades quiſúe ſeruus.

Pars recti ligni curuiſque æquè vritur igni. *Anonym. rhythm.*

Affine, Smierć wßyſtkiem poſpolita.

Smierć nié ſtráßna, nié ćiężka dobremu, meżnemu. Smierć dobrego tágodna.

Mors terribilis eſt ijs, quorum cum vita omnia exſtinguuntur, non quorum laus emori non poteſt. *Cicero.*

Si ego hic peribo. Dum ne ob malefacta peream, parui æſtimo.

At erit mihi factum hoc mortuo memorabile. *Plaut.*

Qui per virtutem peritat, non pol interit. *Idem.*

τὸ γὰρ θανεῖν ἐκ αἰσχρῶν, ἀλλ' αἰσχρᾶς θανεῖν. *Menander.*

Non eſt mori vnquam turpe, turpiter at mori.

εὐσεβέσιν γὰρ ἀεὶ τὸ τέλος γλυκυρώτερόν ἐστι. *Orpheus.* Pijs finis ſemper ſuauior eſt. *Vel.* Conſueuit placidè pius omnis claudere (*vel linquere*) vitam.

Reuertere vnde veneris nihil graue eſt. *P. Syrus.*

Socrates poſt hauſtum venenum moribundus Gallum Æſculapio offerri ſeu mactari præcepit, gaudens quòd è corpore omnis morbi ſcaturigine ad ſanitatem animus ſuus exiret, diuinitatis particeps mox futurus. Pierius. *Leonidas dux Laconum, qui ad Thermopylas occiderunt, ita exhortatus eſt ſuos milites. apud Ciceronem* (*vt legit Gulielm Canterus*) Prandete animo forti Lacedæmonij, hodie apud inferos forteſſe cœnabimus. *Diodor. Siculus ſic habet de eodem.* τοὺς (στρατιώτας) παρήγγειλε, ταχέως ἀριστοποιεῖσθαι ὡς ἐν ᾅδου δειπνησομένους. Hos (*milites*) exhortabatur, pranderent alacriter, apud inferos cœnaturi.

Smierć nieubłagána.

Quid vici proſunt aut horrea —— ſi metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro? *Horat.*

Non ſi trecenis quotquot eunt dies Amice places illacrymabilem
Plutona tauris. ſ. *afferes moram morti. quod præceſſit. Idem Horat.*

μόνος θεῶν γὰρ θάνατος ἀ δώρων ἐρᾷ. *Æſchylus.*

Vnica deorum (*vel dearum*) non amat mors munera.

ἀλλ' ἂν ἄπονα δίδῃς θάνατον φύγοι, ἀλλὲ καρέας
νόσους, ἀλλὲ κακὸν γῆρας ἐφέξόμενον. *Theognis.* (ſtantem.

Neq; mortem pretio dato quis effugiet, neq; graues Morbos, neq; ſenectutem in-

Smierć nieuchronna. Smierć wßędy naydzié.

Certa quidem vitæ finis mortalibus adſtat.
Nec deuitari letum pote quin obeamus. *Lucret.*

Iratis propitijſque dijs moriendum eſt, *Seneca*.

ἀλλὰ

ἀλλὰ τὸ μοιρᾶων νῆμ' ἄλυτον ἐδέπω ἐστὶ
ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα. *Phanocles.*

Sed Parcarũ filũ inſolubile, non eſt Effugere (*cuiquã*) quotquot in terra paſcimur. ἐ γάρ ἐς ἀποτροπίη θανάτοιο. *Apollonius Rhodius.* Nil eſt quod auertat mortem, nullum remedium effugium mortis.

ἐ γάρ πως θάνατόν γε φυγεῖν εἱμαρμένον ἐστὶν
ἄνδρ', ἐτ' ἐ προγόνων ἦ γένος ἀθανάτων. *Tyrtæus.*

Non eſt fatale vllum mortem effugere
Virum, nec ſi maiorum immortalium ſit genus vel ſoboles.

ὅτε γὰρ ἐ καιρὸς ἔ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ,
ἐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς Ζηνὸς ἐκφύγῃ μολών. *Sophocles.*

Cum namq; mortis hora fixa aduenerit, Vel ad atria fugiens Iouis haud effugerit.

Mors grauis è templis in caua buſta trahit. *Ouid.*

ἐδὲ γὰ ἐδὲ βίη ἡρακλῆος φύγε κῆρα. *Homer.*

Neque enim & vis Herculea effugit fatum.

Lumina ſis (*ſuis*) oculis etiam bonus Ancu' reliquit. *Lucreti. ex Ennio. de Anco Romanorum rege optimo. Galli dicunt.* Etiam reges moriuntur.

μοῖραν δ' οὔπω φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
ἐ κακὸν ἐδὲ μὲ ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. *Homer.*

Parcam autem neminem dico effugere poſſe hominum,
Neque malum, neque bonum, poſtquam priùs vel iam natus eſt.

Idem Homerus ait. (*Omitto verſus Græcos*) Ne dij quidem à morte liberant.

Ille licet ferro cautus ſe condat & ære,
Mors tamen incluſum protrahet inde caput. *Propertius.*

Ire tamen reſtat, Numa quò deuenit & Ancus. *Horat.*

Quò priùs Æneas, qnò Tullus diues & Ancus. *Idem.*

Fruſtra cruento Marte carebimus, Fruſtra per autumnum, nocentes
Corporibus metuemus auſtros. Viſendus ater flumine lãguido Cocytus &c.
Linquenda tellus & domus & placens Vxor. *Idem.* Neque vlla eſt
Aut paruo aut magno leti fuga. *Idem.* Cedes còemptis ſaltibus & domo
Villaq; &c. cedes &c. *Idem.* Non mortis laqueis expedies caput. *Idem.*
Nullo fata loco poſſis excludere, cùm Mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt. *Mart.* i. *etiam Romæ ad Tiburim in loco ſalubri morieris: Sardinia peſtilens eſt inſula.*

Vulgaris verſiculus. Contra vim mortis non eſt medicamen in hortis.
Vel. Contra vim mortis nulla herbula creſcit in hortis.

Affine, Smierć wßyſtkiem poſpolita. Kto ma vmrzeć, podźść ty goły.

Smierć opilego. Vtonął w flaßy winá / wć dzbanić piwá.

Anginam vinariam paſſus eſt. *Feſtus ait:* Anginam vinariam pati dicitur, qui

vino ſuffocatur. τῇ ὀινάγχῃ ἀπηγχονίσθη. i. Oenanche ſuffocatus eſt. *dictum formatū ait Scaliger ad exemplū illius de argyranche Demoſthenis. V.* Przędárowano go.

Smierć otwiera / co żywy záwiera.

Smierć oczy gebe záwiera / ſkrzynie i béz kluczá otwiera.

Abſumet (*vel dic* Reſerabit) hæres Cæcuba (*vina optima*) dignior.

Seruata (*munita*) centum clauibus (*ſeris*) *Horat.*

θλασθεῖσα πυξὶς ἐπέχει τὰ κέρματα. *Al.*

Confracta pyxis æra dat quæ clauſerat. *Vt pueri & mendici, more ſatis omnibus noto, faciunt.* V. Łákomy. Skapy. *&c. vbi plura ſimilia.*

Teſtamentum ſpeculum vitæ hominis. ἡ διαθήκη ἔσοπτρον βιώσεως.

ἐπεὶ ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ. *ex Menandro.*

Vbi morieris, rurſus id quod prius eris. *Veſpaſianus apud Suetonium, verſum Menandri torſit in Cerylum libertum præditum, qui vt euaderet ius fiſci imperialis, & ius hæreditatis in bonis eius maneret, cœpit ſe pro ingenuo venditare & Laches appellari optauit. illi ergò Cæſar:* ὦ λάχης λάχης, ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἔσῃ κήρυλος: O Laches Laches. Vbi morieris Cerylus ceu prius eris. i. *libertus.* q. d. *detegetur tuum figmentū, & libertus declaraberis ac bona tua fiſcus rapiet. V.* Teſtáment vmárłego.

Smierć rána wiélom pożytécżna.

ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος: *Menander.*

Quem diligunt dij, iuuenis ille mortem obit. *Plautus ſuprà idem dicit. Sic Sapientiæ c. 4.* Raptus eſt &c. Placita enim erat Deo anima illius. *Terinæo cuidam Elyſio grauiter ob mortem filij mœrenti redditum eſt oraculum: (habet id Plutarc.) tale.* ἦ μά γε νήπιε ἠλύσι' ἠλίθιοι φρένες ἀνδρῶν,

εὐθύνειν κεῖται μοιρηδίῳ θανάτῳ.

ἐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν ἐσθλ' ἐσὶ, ἐσθλὲ τεκοῦσι.

Quos verſus Cic. 1. Tuſcul. ſic vertit. Ignaris homines in vita mentibus errant.

Euthynous (*filius mortuus*) potitur fatorum munere læto. *al. numine letho.*

Sic fuit vtilius finiri ipſique tibique. (*vel ipſi atque parenti*)

Sed primum verſum propriis verbis reddo: Certè ſtulte Elyſie inſipientes (*ſunt*) mentes virorum. *In eodem libro affert Cic. aliquot exempla eorum, qui cùm à dijs pro beneficijs petijſſent, quod ipſis optimum iudicarent, mortem obtinuerunt. Et addit:* Iudicauiſſe deum (*Apollinem*) mortem eſſe homini optimum.

Ibidem Silenus Midam regem docet: Non naſci longè optimum eſſe; proximum autē, quamprimum mori. *Ibidem Euripides*, nato homine, lugendum; mortuo, gaudendum eſſe cenſet. *Verſus eius vide ſub* Żywot lucki péten Klopotow.

Vixiſſe (*i. mortuum eſſe*) nimiò ſatius eſt quàm viuere. *Plaut.*

ὃ γ' ἂ δυνάμενος ζῆν καλῶς, ἂ ζῇ κακῶς. *Menander.*

Ne turpiter viuito, qui honeſtè non poteſt.

Noſtri quid ſimile dicunt, Maßli złem być rácżey vmrzy co rychley.

ζωῆς

ζωῆς πονηρᾶς θάνατος ἀιρετώτερος. *Idem.* Optatior mors improbâ longè vitâ. *De improbis item, vel extremè miseris moribundis vel mortuis noſtrates dicunt.* Pan Bog śie nád niem zmiłował. *Et* Oby śie go Pan Bog rozmiłował!

Smierć ſtráßna.

φοβερώτατον ὁ θάνατος. *Ariſtotel.* Res maximè omnium terribilis, mors. *Declarat id Ouidi. exemplo vaccæ mactandæ.*

Vtué grauem pauida eſt vbi tolli vacca ſecurim,
Aut ſtringi cultros in ſua colla videt. *Sic & ego. &c.*

L. 1. Reg. c. 15. Agag *rex Amalecitarum occidendus ait:* Sicciné ſeparat amara mors?

Mortem timere crudelius eſt quàm mori. *P. Syrus.*

Nil eſt ei beatum cui ſemper aliquis terror impendeat. *Cic. de Damocle.* *Alluſit & Horat.* Diſtrictus enſis cui ſuper impia Ceruice pendet; non Siculæ dapes
Dulcem elaborârunt ſaporem, Non auium citharæque cantus,
Somnum reducent. Komu śmierć ſtráßna práwie w oczách ſtoi / Nie vćießy go nić / nić vſpokoi.

Smierć wßyſtkiem poſpolita.

Omnes eodem cogimur, omnium Verſatur vrna, ſeriùs ocyùs
Sors exitura &c. *Horat.* Omnes vna manet nox, *Idem.*
Sed tamen huc omnes, huc primus & vltimus ordo
Eſt mala, ſed cunctis iſta tenenda via eſt. *Properti.*
Longiùs aut propiùs mors ſua quemque manet. *Idem.*

πᾶσιν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρότερον ἢ ὕστερον. *Archinus.*
Omnes homines debent mori, ſiue priùs, ſiue poſteriùs.

τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατ' θανεῖν μένει. *Euripid.*
βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. *Idem.*
Neceſſe cunctis eſt mori mortalibus. Stat ſua cuique dies. *Virg.*
Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam,
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas. *Ouidi.*
Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat,
Omnibus obſcuras inijcit illa manus. *Idem.*

ἁμῶς ἅπαντες ἀποθνήσκομεν. *Pindar.* Similiter omnes morimur.

ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμ' Ἀίδαο, πέτε δὲ ἀδόκητον καὶ δοκέοντα. *Idem.*
Sed communiter venit fluctus Orci, obruitque inopinantem & opinantem.

Ibimus omnes ibimus. *Statius.*

ὁ θάνατος κοινὸς καὶ τοῖς βελτίοσις καὶ τοῖς χείροσιν, ὅτε γὰρ τοὺς πονηροὺς ὑπερορᾷ, ὅτε τοὺς ἀγαθοὺς θαυμάζει. *Lyſias.* Mors communis & optimis & peſſimis, neque enim improbos deſpicit, neque probos admiratur vel reuereretur.

Pauido fortique cadendum eſt. *Lucanus.* *Affine,* Smierć nieuchronna.

Smierć wßyſtko rowna.

Omnibus eſt eadem leti via: &c. Hac par diuitibus pauper egenus erit. *Cornel. Gallus.* ἰσοτιμία ἐν ἅιδε καὶ ὁμοιοι ἅπασες. *Luciani.*

Æqualitas eſt apud inferos, & omnes ſibi ſunt ſimiles. *Sæpe hoc is auctor expendit & declarat in Dialogis mortuorum lepidè & aculeatè vt ſolet. Non diſcernitur illic Therſites à Nireo, nec Irus ab Alcinoo, nec coquus ab Agamemnone. &c Idem.*

A morte ſemper homines tantundem abſumus. *P. Syrus. i. æqualiter. Nam licet alius alio citiùs vel tardiùs moriatur, tamen hoc modicum eſt, cùm ipſa tota vita ſit inſtar puncti reſpectu æternitatis. modicum autem diſtantiæ, nil diſtare putantur. aliter interpretatur hunc mimum Scaliger infrà.*

Omnia mors æquat. *Claudian.* Mors ſceptra ligonibus æquat. *Recent.*

Smierć zá páſem. Smierć wßiedy ná ßiéká dybié.

ἀπὸ λεπτῆς μίτου τὸ ζῆν ἤρτηται. *Suid.* A tenui filo vita pendet. *vt nauigantium.*

Zdrowie ná łyczku. —— Digitis à morte remotus

Quatuor aut ſeptem ſi ſit latiſſima tæda. *Iuuenalis de nauigantibus.*

Sic 2. Regum 20. Dauid Saulem fugiens dicit: Vinit Dominus quia vno tantùm (*vt ita dicam*) gradu ego morsque diuidimur. *Hoc ſenſu accipit Scaliger illum mimum P. Syri.* A morte ſemper homines tantundem abſumus. δακτυλιαῖος nempe & digito exhibito pronunciationem adiuuando. aſſentirer illi, ſi legeret Tantùm abſumus. Tantundem namq; non δακτυλιαῖον eſt, vt Tantùm, ſed æqualitatis ſimilitudinem vel comparationem ſonat. *Vide Caput præcedens.* *Ouid. de ſe inter Scythas degente:*

—— Ego perditus enſem Hæſurum iugulo iam puto iamque meo.

Tempora longa tibi vitæ promittere noli,

Quocunque ingrederis, ſequitur mors, corpus vt vmbra. *Cato.*

μὴ μακρὰς σαυτῷ κατὰ βίου καλλιπαίνῃ,

ὡς σκιὰ σώματι γὰρ μόρος ἕπεται ἡμῖν ἀφίξει. *Planudes.*

Sed in σκιὰ vltimam longâ corripuit. Si placet corrigere dic: Ζῶμεν ὥσγε σκιάμεν &c. Mors ſenibus in iaunis, iuuenibus in inſidijs. *S. Bernard.*

Rectè ergo monet Horat. Omnem crede diem tibi d illuxiſſe ſupremum.

ſic legendum (non tibi diluxiſſe) cenſent pleriq; Critici poſteriores, quos adfert Andr. Schot. l. 2. Pœticarum obſeruat. c. 16. vbi ſimilia multa ex Pœtis & aliis ſcriptoribus profert. qualia ſunt. Med-erga, Ted erga, Red-hibeo, Red-integratio, Red-eo. Maled' ominatis verbis. O factum maled, ô miſelle paſſer. &c.

Smierći ſukáć wzywáć nié trzébá, ſámá przyydźié.

Parce venturis, tibi mors paramur, Sis licet ſegnis properamus ipſi. *Seneca. Here.*

Hic (*Orcus*) leuare functum pauperem laboribus (*Furē.*

Vocatus atque non vocatus audit. *Horat.*

καλούμενός τε καὶ ἄκλητος θεὸς παρέσται. *Laconum dictum.*

Vocatus & inuocatus deus (*mors*) adeſt. *Hoc de ſenectute quoq; & pœna malefactorū*

vſurpari

vſurpari ſolet. — In medio Tibure Sardinia eſt. *Martial. i. in loco ſalubri pereundi occaſio facile ſe offert. Tibur ſalubre, Sardinia peſtilens.*

Talia mortis exempla vide ſub Vlić czyń śie chorem.

Smierći vchodźi kaźdy ták meśé. Żywotá co żywo broni.

καστόρια φύσις. Caſtorea induſtria vel ingenium. *Ex Plinio. qui ſcribit, Caſtorem periculo vrgente teſticulos ſibi dentibus abſcindere & fugere, ratum ſe ideò peti. De eodem ſic Iuuenalis*

Imitatus Caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno
Teſticulorum, adeò medicatum intelligit vnguen. *Et Cicero.*

Redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur. *Negant id boni multi auctores, quos attuli Tomo 1. ſub* Bóbr. *Elephas dentes ſuos excuſſos terra obruit, ne ab eis prodatur. Pierius. Orcynus piſcis cetaceus hamo vel telo fixus, ima pelagi petit, & vulnus matus vlerò facit, ſicq; telum eĳcit. Athenæus. De labrace idem ſcribit Plutarch. Similis eſt Vulpes Æſopi, quæ παγίδι ληφθεῖσα, τὴν ἀρᾶς ἀποτομέσης ἐφυγεν.* Laqueo capta, caudâ abſciſsâ effugit. *Scolopendra cùm imprudens hamum cum eſca deuorauit, interanea euomit & hamo abiecto reſorbet. Plin. Vulpi piſci id tribuit Plutarch. Fur apud Herodotum in Euterpe, manum laqueo ferreo in theſauro regio expilando captam, ſponte abſcidit, & ibidem reliquit ac fugit.*

Lachares Sophiſta inſignis, captiu à Demetrio Athenis, veſtem ſeruilem indutus atramento facie oblita, corbem ſterquilinio tectum portans, porta paruula egreſſus, Daricis in fuga proiectis euaſit. Suidas. Meſon Athenienſis aſtrorum peritus ne cogeretur ire ad bellum quod infelix futurum ex aſtris coniectabat, inſanum ſe fingens domum ſuam incendit, & liber euaſit. Rhodigin. Quod inſinuat illa veterum religio circa ignem quem nefas putabant extingui, ſed ſinebant ſponte deficere. τὸ πῦρ μὴ σβεννύειν. i. Ignem ne extinguito. *quo ſymbolo αὐθαιρεσίαν damnabant, & ſignificabant nefas eſſe cuiquam manus ſibi ſponte afferre, & mortem conſciſcere. quod etiam aſſeruit Plato, & eum ſecutus Cicero. Qua in re turpiſſimè hallucinatus eſt Seneca, licere id ſæpiùs affirmans.* V. Żywot naſ miłśy. Zdrowie nędźnyſtko.

Smierći w kłoporach wzywamy / a gdy przyydzie zawieramy.

ἀπόντα ῥᾴδιον ἐκκαλεῖν ἐπὶ κακά. A.

Perfacile prouocantur abſentia mala. *ex Senecâ.*

τῇ μείρακι ὁ ξυλοφόρος (vel φασσοφόρος) ἐψεύσθη φόβῳ. A.

Mentitur è timore mortis (*vel morti*) baiulus. *Ex Apologo.*

Lignator faſci lignorum quem geſtabat ſuccumbens, mortem inuocauit: quæ cùm ei ſe obtuliſſet, & quid vellet interrogâſſet; reſpondit: Huic faſci geſtando impar ſum, tu precor me adimas, cùm nullus alius præſto ſit.

Smierteiny o smiercelnych rzęgach myślić ma.

ἐὶ θνητὸς εἶ, θνητὰ χρὴ φρονεῖν. Antiphanes.

Mortalis es! mortalia optime cogita.

θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν ἀ ἂν ἀθάνατα φρονεῖν. Apud Ariſtotelem.

Mortalia

Mortalia oportet mortalem & non immortalia ſapere.

—— Quid æternis minorem Conſilijs animum fatigas? *Horat.*

Cùm ſis mortalis quæ ſunt mortalia cura. *Cato.*

θνητὸς ἐὼν θυμῷ Φρονέειν μέμνησο βρότεια. *Mylius.*

Hæc & ſimilia Ethnicorum quorundam ſunt. Oppoſita ſententia eſt Chriſtianorum vera, quam & diuina oracula & omnes docti & religioſi viri hominibus variè proponunt & inculcant. in his recens Hieremias Drexellius: ſumma eſt: τὸν ἀιῶνα *vel* τὰ ἀιώνια μελέτα. *i. Æternitatem vel res æternas meditare, cura. Sed & Ethnici ſapientiores & meliores licet æternitatem non ita pernoſcerent, tamen ſponte naturæ & rationis lumine excitati multas cogitationes & curas de ea ſuſcipiebant; & colloquia ac diſputationes habebant: homines & à cura & amore caducarum rerum abducebant. Teſtantur id vt cæteros mittam libri Platonis Epicteti Plutarchi Cic. Senecæ &c. Sed & mortalia cogitare licet vt ea contemnas, vel ne ex eorum copia & vſu ſuperbias & inſoleſcas. Affine,* Człowiekiem ſie znay.

Smieſek. Żartownik. Szyderz.

Cauillator facetus. *Plaut.* γελωτοποιός. Dicax ſum factus, iam ſum cauillator probus. *Idem Plaut.* σκωπτικός. Sum petulanti ſplene cachinno. *Perſius. Nam riſus intemperantiam, ex magnitudine lienis prouenire, cenſent quidam apud Plinium. Vnde illud:* Splen tumidus nocet & riſum tamen addit ineptum. *Seren. Sämonic.*

Vetus etiam dictum eſt apud Eraſmum Caſaubonum & alios: Corde ſapimus, ſplene ridemus, felle iraſcimur, iecore amamus. *Obiter tamen hoc addiderim. Iræ ſedem cor eſſe, & in eo ortam per pectus ceu fumum diffundi: alij per ſtomachum dicunt. Vide ſi lubet Cerdam ad illa 1. Æneid.* Talia flammato ſecum dea corde volutans.

Smutkowi ſie nie podday.

μὴ δάκνε τὸν θυμὸν. μὴ κάτεδε τὸν θυμὸν ἄλγεσι. *Ex Homero.*

Ne mordeas animum. Ne exedas animum doloribus.

Simile eſt illud: Cor ne edito. *ſub Vlié frázuy ſie.*

Ne dederis in triſtitiam cor tuum, ſed repelle eam à te. *Eccleſiaſtic. 38.*

A triſtitia enim prouenit mors. *Ibidem.* Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi. *Prou. SS. c. 25.*

ἀεὶ τὸ λυπεῖν ἐκδίωκε & βίε. *Menander.* Semper procul triſte omne vita pellito.

οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακόν. *Idem.* Mœrore nulla peior eſt res hominibus.

λύπαι γὰ ἀνθρώποισι τίκτουσι νόσους. *Idem.* Triſtitia morbos procreat mortalibus.

Smi ſie dość frząſowliwemu / leż nie mniey wielomowniemu.

Multas curas ſequuntur ſomnia. *Eccleſiaſtes c. 5.* Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates & ſermones innumeri. *Ibidem. His adde cum Plutarcho Melancholiã.*

πολλοὶ λόγοι μέλεταί τε, πολλ' ἐνύπνια. *A.*

Curæ atque verba multa, multa inſomnia.

Bene conſtituto & temperato corpore homines non ſomniant vt Cleon & Thraſimedes apud Plutarchum. Atlantes populi nulla ſomnia patiuntur. Plini. & Ammian.

Sniadánie

Śniadánie pedle / dobry obiad zépſuié.

λιτὸν ἀκρόδισμα κακύνει ἄριστον πολυτελές. *A.*

Ientaculum vile optimo obſtat prandio.

Fames non integra deintegrat conuiuij ſuauitatem. *Ieiunos conuiuas priſci amabant. Cic. de ſe.* Integrā famem ad ouum affero. *hoc autem erat initium epularum. ex Horatio. licet & in ſecunda menſa apponerentur ait Lambin. & Rhodigin. ex Athenæo. Et apud Plutarch.* ἀκρόδισμα ἔρωμα διὰ τὴν ἀκρασίαν καὶ ὄνειδος πάλαι. *i.* Ientaculum eſt eſus ex incontinentia & probrum olim.

Ergo: Vt prandeas ſuáuiter, Fac integram famem afferas.

Soba mierz drugich. Ná ſwoe ſłáboſć pátrzac zrozumiey drugiem.

νόει τὰ σὸν πλησίον ἐκ ζεαυτοῦ. *Eccleſiaſtici c. 31.* Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo. Suſcipe pauliſper partes meas, & eum te eſſe finge qui ego ſum. *Cic.*

Soba nié mierz drugich. Nié wſzyſcy mogą co ty.

Deſine vnumquemq; moribus (*aut viribus*) tuis æſtimare. *Cic.* Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas; viſcera autem impiorum crudelia. *Prouer. SS. c. 12.*

Sobié dobry. Sobié gali. Ná ſwe koło wods ciągnié.

Suis commodis natus. *Cic.* Ad ſuum quæſtum eſt callidus. *Plaut.* In ſinum (*ſuum*) omnia confert. *Lampridius.* Hedera *præſertim* candida, *arbores alias amplexa, omnem earum ſuccum attrahit, & in tantam craſſitudinem excreſcit vt fiat arbor. arborem autem cui adhæſit ſtrangulat & arefacit. Plini.* *Et Laberius.* Vt hedera ſerpens arborū vires necat. *Symbolum eſt hominis aliena commoda ad ſe pertrahentis, & præſertim tenuioris diuitem emulgentis vel emungentis.* *Simile eſt* Cardamum, Caryophylum, Camandagia, *ſub* Pánowié z poddánych żyią. κοχλίου βίος. *Plutarch.* Cochleæ vita, *quæ ſibi & ſubinde ſuo ſucco viuit.* ἑαυτῷ σοφὸς. *Plato.* Sibi ſapit. ἑαυτῷ βαλανεύει. *Ex Ariſtoph.* Sibi ipſi balneū parat. ἑαυτῷ ψάλλει *Plato.* Sibi canit. *vt diſcipulus Antigenidæ tibicinis apud Cic.* Sibi intùs canit hoc carmen. *Cic.* i. *ſuis commodis conſulit hac lege lata Rullus. inſta-Aſpendij citharœdi, de quo ſuprà.* Sam ſobié gedé.

ὥσπερ αἱ τίτθαι σῖζει. *Ex Ariſtophan.* Inſtar nutricis paſcit: *quæ partem manſi plerunq; & quandoq; maiorem aut meliorem ipſa glutit.*

Vulpes apud Æſopum cauda in laqueo abſciſſa, ſuadet aliis vulpibus, vt caudas ſuas pondus inutile exemplo ſuo abſcindant, ſed aliæ ei reſpondent: εἰ δὲ σοὶ μὴ συμφέροι, οὐκ ἂν ἡμῖν αὐτὸ ζωπυρίζοις. Niſi tibi hoc conduceret, nobis non conſuleres. ὑδραργύρου δίκην. Hydrargyri inſtar, *omnia ad ſe trahit è Tzetze.* Buxus ſibi virotem obtinet. *Vide* Człowiek śie nié dla śiebié tylko rodźi. & Káżdy ſobié woli.

Sobié pierwey dobrzé vczyń / potem drugiemu.

Sam rad drugiemu/dogodźiwſzy ſobié ſámemu. Pierwey Sobkowi potem Sobkowi. Dabo egenti, ſed vt ipſe non egeam. *Seneca.*

Dilige ſic alios vt ſis tibi carus amicus.

Sic bonus eſto bonis, ne te mala damna ſequantur. *Cato.*

ὡς ἑτέρους φίλει, ὡς καὶ σαυτὸν φίλτατος εἴης,
ὡς καλὸς ἴῶθι καλεῖς, κακὰ μή σοι πήματ' ἔχοιντο. *Planudes.*

Ita te aliorum miſereſcat, ne tui alios miſereat. *Plaut.*

De noſtro lumine alteri accendendum eſt, ſic tamen vt nobis luceat. *Cic.*

Plutarchus de profectu morum ait: Eos qui lecta ad ſuos mores non transferunt, ſed in ſcholam vel in forum proferunt, ſimiles eſſe inſtitoribus, aut aui, quæ pullis ſuis dat eſcam ſe defraudans.

S. Paulus à Corinthiis ſtipem Chriſtianis egentibus neceſſariam petens ait. Non vt alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio; ſed ex æqualitate, *& quæ ſequuntur plura ibidem.*

Sed reddare tuis tandem manſure Sabinis, (*ces, ſatisfacias.*

Teq; tuas numeres inter amicitias. *Martial.* i. *tibi etiã non tantùm amicis va-*

Qui ſe deteriorem facit, non ſibi tantùm nocet, ſed & omnibus quibus melior factus prodeſſe potuit. Sic qui benè de ſe meretur, hoc ipſo alijs prodeſt, quòd illis profuturum parat. *Seneca.* Opta vicino ſed magis ollæ. V. Kto ſobié woli.

Hæc licet rectè dicantur, nihilominùs philautiam & Veterem legem imperfectam olent; perfectiora ſunt conſilia Euangelica, quæ propria commoda alienis poſtponere & ſe neglecto alijs conſulere docent, conſilio, fauore, prece, opera, facultatibus, corpore, vitâ denique ipſa in commodum aliorum impenſa, quod poſt Chriſtum præſtitére tam multa in omni gente, ſexu, ætate, ſtatu, fortunis, digniſſima cælo capita.

Affine, Bliżba koſzulá. Káżdy ſobié woli. Szczodrobliwości miárá mieszká.

Sokół kiedy wiec zépśćié / biedna wroná mu dogrzćć.

Canum degeneres caudam ſub aluum reflectunt. *Plini.*

πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. *Ariſtophan.*

Fuêre quondam ſtrenui Mileſij. *Adde*: Nunc verò Myſorum præda ſunt. *Vide* Lédá kto nádemna &c. Degeneres animos timor arguit. *Virgil.*

ἦ ὀλίγον ὅι παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς. *Homer.*

Quàm minimè ſimilem natum genuit ſibi Tydeus.

At non ille, ſatum quo te mentiris Achilles, Talis — fuit &c. *Virg.*

Sowá choćby pod niébiośá latáła / ſokołem nigdy nié będzié. *Ruſſorum di-*

Licet ſuperbus ambules pecunia, (*ctum.*

Fortuna non mutat genus. *Horat. de Pompeÿ liberto diuite & ſuperbo.*

Sic Adrianus Imperator, cùm vidiſſet ſeruum ſuum inter duos Senatores ambulantem, miſit qui illi colaphum impingeret dicens: Noli inter eos ambulare, quorum adhuc potes ſeruus eſſe. *Spartian.* Simia eſt ſimia licet aurea geſtet inſignia. V. Promot. Corncu la furtiuis ornata plumis nunquam rex auium erit. *Ex Apologo Horatÿ.*

ἐ κ ἔστ' ἰρηξ, γλαὺξ καὶ ὑψιπέτης σφόδρα. *A.*

Altè licet noctua volato, falco non eris.

Affine, Godność niégodnemu. Szláchćic nowy właz.

Sowá

Sowá ná dáchu kwili: komuś vmrzeć pochwili. Sowká wola: Podź.

ὁ βύας βύζει, vel ἕβυζε νεκρικόν. Bubo ferale gemit vel cecinit.

Celebris eſt opinio apud multos ſcriptores de cantu bubonis, tecto alicuius præſertim illuſtris viri inſidentis: eum nempe certum eſſe mortis nuntium.

Sic apud Virg. Didoni morituræ viſa eſt hæc auis.

Sola in culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces. *Seruius ait:*

Sane bubo ſi alicuius ædes inſederit & vocem miſerit, mortem ſignificare dicitur.

Tectoq; profanus Incubuit bubo Fæda volucris — venturi præſcia luctus.

Ignauus bubo dirũ mortalibus omen. *Ouidi.* Dirũ in vrbibus oſtentũ. *Plini.*

Bubo culminibus lauacri regij inſidens, occentanſq; funebria. Ammian.

Commodi Imp. cubiculo, deprehenſus eſt bubo inſidens, & mors eiuſdem conſecuta. Lampridi. Bubo cùm in vrbe viſus fuerit, ſolitudinem ſecuturam ſignificat. Iſidorus. Apud Pierium Noctua mortis nuntia. à nocte dicta. affert idem exempla.

Et hæc quidem opinio de cantu bubonis mortis alicuius præſago, antiquiſſima & apud omnes gentes firmiſſimè credità, ad noſtra vſq; tempora deuoluta eſt, ac fidem antiquam obtinet: nec facile eſt eam refellere vel ſuperſtitionis vanæ nomine condemnare; cùm tot experientiæ & euentus infausti conſecuti, eam comprobare videantur. Sed neq; abſurdum eſt, præſenſionem aliquam mortis alicuius, ſeu potiùs cadaueris mox futuri ex corpore ægrotantis, concedere buboni vel noctuæ, præſertim ægrotanti vicino. nempe tecto eius inſidenti. ſiquidem aquilæ & vulturi, eadem cadauerum longo etiam loci & temporis interuallo præſenſio ab omnibus conceditur. Fateor hîc quoq; vt in aliis, ſuperſtitionem poſſe obrepere, & malos genios, ſuam operam facilè malè credulis accommodare ſolere, vt apud ſuperſtitioſos Ethnicos plerunq; accidebat. Addo, nihil etiam obſtare, quominùs talia portenta, aliquando à Deo ad ſimiles effectus prænotandos aſſumantur & dirigantur. id quod in aliis naturæ monſtris vt aſtrorum phænomenorum brutorum & hominum toties contingere ſolere ſcimus. Addo nihilominùs, id non eſſe perpetuum & certum, ſed contingens. nec enim neceſſe eſt vt quotieſcunq; quis moritur, noctua illi ocinat, vel quotieſcunq; & vbicunq; illa canit, ibi aliquem mori. Hæc mea opinatio eſt, doctioribus rem definiendam relinquo in medio. Ego legi non paucos qui hæc ventilárunt, qui refutárit vel damnárit legi neminem.

Spáć długo gospodarzowi. Sromotá i hetmánowi.

Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat. *Cato villico præcipit.*

Villicus primus omnium vigilet. Plurimùm enim refert, colonos à primo mane opus aggredi. *Columella.* Somni & vini ſit abſtinentiſſimus (*villicus*) quæ vtraque ſunt inimiciſſima diligentiæ. Nam ebrioſo cura officij pariter cum memoria ſubtrahitur: & ſomniculoſo plurima effugiunt. &c. Igitur primus omnium vigilet, familiamque ſemper ad opera cunctantem feſtinanter producat, & ipſe ſtrenuè præcedat. *Idem Columel.*

ἐγρήγορος χρὴ πρότερον ἑαυτὸν ἐγείρειν καὶ καθεύδειν ὕστερον. *Ariſtotel.*

Expergiſci oportet primum dominum familiæ & dormire poſtremum.

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. *Homer.*

Non oportet tota nocte dormire virum conſultorem, vel ducem, principem. *Aliter.* Perpetuam noctem dormire haud principe dignum eſt. *Eraſm. qui plura ſimilia ex eodem Homero adfert. Sic & Virg.* Æneam ſæpe vigilantem deſcribit. ἐγρηγορότες δὲ ἄρχοντες ἐν πόλεσιν νύκτωρ, φοβεροὶ μὲ κακοῖς, πολεμίοις τε ἅμα καὶ πολίταις. *Plato.* Principes qui noctu vigilant in ciuitatibus, formidabiles ſunt malis, hoſtibus pariter & ciuibus. Somno ſuccumbendum non vacandum. *Seneca. Et de ſe ipſo ait.* Breuiſſimo ſomno vtor & quaſi interiungo, ſatis eſt mihi vigilare deſiſſe. aliquando dormiſſe me ſcio, aliquando ſuſpicor. *Rex Perſarum habebat cubicularium ad hoc vt mane ingreſſus ad eum diceret.* Surge ô Rex & curam gere rerum tibi mandatarum. *Plutarch.*

Epaminundas dux Thebanus cùm ciues eius feſtis diebus compotationibus liberiùs indulgebant, ſobrius vigilabat dicens: Sobrium ſe eſſe & vigilare, vt cæteris liceat liberiùs bibere & dormire. *Plutarch.* *Grues noctu excubias habent lapillum pede tenentes, qui decidens negligentiam & ſomnolentiam vigilis prodat. Dux ipſe erecto collo prouidet omnia. Plini. Solin.* *Delphinus ſemper mouetur, etiam cùm dormit, & quandiu viuit. Ælianus. Plutarch.* *Sol in monumento Ioſue, typus vigilantiæ principum, apud Hebræos. Cauſſinus.*

Affine, Czuyny. Wiedoſpáć trzebá/ dla chlebá. Spánie márne kochánie.

Spáć po obiedźié/ Pić tákżé rzadko śie powiedźié.

Non bonus ſomnus eſt de prandio. *Plaut.*

Socrates apud Platonem cenſet, In meridie non eſſe dormiendum, ne cicadæ nos rideant. ſ. *quæ tunc maximè canunt. vt Virgil. ait:* (*Apule.*

Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. *Sic & Theocrit. Heſiod. Sidonius.*

Damnat item ſomnum pomeridianum Schola Salernitana aliquot morborũ genera procreantem, his verſibus ſed ἀμέτροις. Sit breuis aut nullus ſomnus tibi meridianus
Febris, pigrities, capitis dolor, atque catharrhus
Hæc tibi proueniunt ex ſomno meridiano.

Apud veteres tamen æſtiuo præſertim tempore ſomno meridiano ſed breui, nocturni ſomni breuitatem compenſabant homines annoſi vel negotiis grauibus preſſi.

Varro de ſeipſo ſic ſcripſit: Ego hic vbi nox & dies modicè redit & abit, tamen æſtiuo die, ſi non diffinderem inſititio meo ſomno meridiem, viuere non poſſem.

Et Cic. de ſe. Nunc propter intermiſſionem forenſis operæ & lucubrationes detraxi & meridiationes addidi, quibus vti antea non ſolebam.

Cornelius item Celſus. Longis diebus, potiùs ante quàm poſt cibũ meridiari ſuadet.

Sanè in hac re conſuetudo plurimùm valet, quam euitare præſtat quàm illi ſubdi & accerſere ſibi iacturam temporis neceſſariam, qua carere poteras, quod maximè iuuenibus inculcandum, quorum nec ætas, nec leuia negotia, nec valetudo, hoc leuamento indigent.

De Potu pomeridiano (*vt hic, quia ſimile eſt, expediam*) *idem multi ſentiunt. vt Auicenna*

vt Auicenna & Galenus apud Rhodiginum l. 28. c. 29. Seneca item epistola 122 post prandium & cœnam (aliquanto interuallo) bibentes reprehendit. Adde versiculos vulgares in eandem sententiam.

Vt minùs ægrotes nunquam post prandia potes. *Idem.*

Abstineas potu, pransus. &c. *intellige, nisi notabilis necessitas vrgeat, cui tamen cautè & modicè consulendum. Cauendum autem hîc etiam, ne consuetudo contrahatur.*

Ego hac in re sic ratiocinari soleo. Si post cœnam sumptam noctu à potu abstinere etiamsi necessitas sentiatur non obest; cur obesse debet si post sumptum prandium idem fiat? præsertim cùm propior sit cœna, in qua consulere necessitati sitis licet. Dices. Molestum esse ferre sitim aut cruditatem, quæ noctu non sentitur. Respondeo. hîc de valetudine agi, non de molestia, quæ cedere debet sanitati; sed & ista molestia sæpe noctu sentitur, tamen superatur, & quidem vtiliter. Plutarchus inter signa profectus morum ponit, noctu sitientem potu abstinere. Addo illud quod monet Garner. Noxium admodùm esse, proximè ante somnum, eundo nempe cubitum bibere. quod Medici approbant.

Spádło mu &c. *V.* Táńszy teraz. Omylká go nádzieią.

Spánie / test niérobotnych márne kochánié.

Spánie / vymá żywotá. Spiacy vmárłemu podobny. Sen obraz śmierći.

καθεύδων ἀδεὶς ἀδενὸς ἄξιος, ἀδὲν μᾶλλον ἢ μὴ ζῶντος. *Plato.*

Nullus dormiens vllius pretij est, nihilo magis quàm is qui viuens non est.

Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago? *Ouidi.*

ὕπνος τὰ μικρὰ θανάτου μυστήρια. *Mnesimachus.* (est.

Arcana quædam parua sunt mortis sopor. *vel* Imago quædam parua mortis somnus

ὕπνος δὲ θανάτου τις προμελέτησις πέλει. *Menander.*

Est aliqua præmeditatio mortis sopor.

ὕπνος — ἥδιστος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς. *Homer.*

Somnus suauissimus morti maximè similis.

Mortis imago & simulacrum est somnus. Nil morti tam simile quàm somnus. *Cic. Seneca in Herc. Furen. Somnum alloquitur.* Frater duræ languidæ mortis

Pauidum leti genus humanum Cogis longam discere mortem.

τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἄλλων οὐδὲν διαφέρειν. *dixit Aristotel.* Dimidio vitæ felices ab alijs (*infelicibus*) nil differre. ſ. *somno. Nam vt idem dicit:* ἀγαθὸς καὶ κακὸς ἥκιστα διάδηλος κατ' ὕπνον.

Bonus & malus minimè dignoscuntur in somno vel dormientes.

ὀλίγος χρόνος ὁ βίος τοῖς ἀνθρώποις δεδομένος, ὕπνος οἷον τελώνης τὸ ἥμισυ τούτου ἀφαιρεῖ. *Ariston apud Plutarch.* Cùm exiguum tempus vitæ datum sit hominibus, somnus velut publicanus dimidium eius aufert. *Gorgias Leontinus senex moribūdus dormitans dixit:* ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακαλατιθεσθαι τῷ ἀδελφῷ. *Aelianus.* Iam me somnus incipit commendare suo fratri. ſ. *somno.*

Affine, Vśiedospáć, Spáć długo sromotá.

Spánienm głodu pozbyć / zápomnieć. Sen táknienia lekárſtwo.

ὕπνος ἐ πεῖναν τὴν κακίςατον δαμᾷ. *Menander.*
Somnus malorum peſſimam famem domat. (por.
ὕπνος πέφυκε σώμαſι σωτηρία. *Idem.* Eſt ſanitas ſalusque corporis ſo-
τειναῦσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἐπέρχεſαι *Diogenian.*
Eſurienti vulpi ſomnus obrepit. *Contra Ouidi. de ſe.*
Is quoque qui gracili cibus eſt in corpore ſomnus,
Non alit officio corpus (*meum*) inane ſuo. Sed vigilo. &c.

Glires etiam ſomno ali & pingueſcere ſcribit Plini. & apud Mart. Glis de ſe loquitur.

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Sparzył śię. Poczuł. Dáto mu śię znáć.

τὸ θερμὸν ἕ ὀſελῶ ἑθράξαſο. *Zenodot.* Calidam veru partem apprehendit.
πῦρ παλάμη. ſ. ἥψατο. Palma (*manus*) ignē ſenſit. *Cùm quis aduertit in ſe quid dictū.*
——— πείρη δὲ μαθὼν ἀποπάυεται ἐρμῆς. *Oppian.* Experientia doctus abſtinet ab
Attriuit duris in cotibus alas. *ex Virgilio de apibus.* (impetu.
Fragili quærens illidere dentem Illiſit ſolido. *Horat.*

μῦς ἐγεύſο τ πίσης. *Theocrit.* Mus picem guſtauit. Senſit. Malo ſapit. *& plura his ſimilia vide ſub* Po błodźić mądr. Kto śie ná goracem spárzy.

Spia tego: iákby ich porzézał. Nie dowołaß śię nikogo.

Cannenſem cladem dicas ita ſomno obruti ſunt. *Ex Cic. Celebriores clades apud Plutarch. & Herodotum, ad Thermopylas, ad Marathonem. &c.*
Ferreus ſomnus vrget oculos. *Virg.* Somno vinoque ſepulti. *Idem.*
Lethæo ſomno perfuſi. *Ex eodem.* ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδουſι.
Endymionis ſomnum dormiunt. *ex Ariſt. Cic. aliquot is annis dormijt.*
Epimenidis etiam ſomnus *celebris eſt, apud Lucianum, Laértium, Plini. Gellium, qui 57. annis dormiſſe fingitur. Vnde & prouerbium illud præcedentibus ſimile.*
ὑπὲρ τ ἐπιμενίδην κοιμᾶζ. Vltra Epimenidem dormire. *Suidas ſex tantùm annis eum dormiſſe ait.* ζυβαριτικὸς ὕπνος. Sybariticus ſomnus. *de longo & quieto ſomno dicitur. Nam Sybaritæ Athenæo teſte, præter alias delicias, tam accurati erant circa ſomnum, vt nullum gallum qui eos excitaret, nullum artificem ſtrepitum facientem in ciuitate ſua ferrent, quò quietiùs dormirent.* In militis obærati lecto cubare videtur vel videntur. *Iocus eſt Auguſti. V.* Kto spáć nie może.

Spieg. Wyżeł.

Canes venaticos, & Canes Cybiraticos (vel Cibyraticos) *appellat Cic. emiſſarios Verris, qui ſagaciter odorabantur & inueſtigabant omnia ad cupiditates Verris ſatiandas commoda. ab vrbe Cibyra celebri.* Eoſdē Cybiratas Pantheras *appellat* ἀπὸ τ πάντος θηρῶν *quod omnia venarentur & captarent inſtar Pantherarum, quæ etiam cicurate venationem docentur & inſtar canum exercent.* Oculi eius ſunt, *de ijſdem emiſſariis. V.* Reká to ieſt.

Spiewa

Spiewá po niéwoli/ choć mu śie niéchcé. Wolałby płákáć.
Z płáczem by o tem wéſélu powiádáć.

ἐπάιτυ ᾠδή. Mendici cantus. ſ. *quem inopia & fames extorquet.* *Similis eſt,* Naufragorum cantus *qui naufragium ſuum pictum in tabula circumferentes, idipſum proclamabant vel canebant, ad opem ferendam obuios flectentes.*

——— Cantas cùm fracta te in trabe pictum Ex humero portes. *Perſius.* q. d. *non ex animo cantas.* *De eodem Iuuenal.* Naufragus aſſem
Dum rogat & picta ſe tempeſtate tuetur.

πονηρὰ κῶ τρυγόνα ψάλλει. *Suidas.* Male canit inſtar turturis. (*i. miſerè viuit*) *Nam vt idem dicit:* ἡ τρυγὼν ἐπειδὰν πίνῃ, τότε μάλιστα ψάλλει. Turtur cùm maximè eſurit tunc maximè canit. (*cantata.*

ἀδμήτυ μέλος. *Pollux.* Admeti cantus vel nænia, *poſt mortem caræ vxoris ab eo* λιτύερσαν ᾠδὴν ᾄδει. Lityerſam cantionem canit. *quam filius Lityerſæ ob leniendum patris occiſi luctum canebat. ex Polluce.* Φρυρᾶς vel Φρυρὸς ᾄδων. *Ariſtoph.* Excubitor canens. ſ. *vt ſoletur tædium & ne obdormiſcat.*

Spiewáiąc/ śpiąc/ gráiąc/ zá dar to ſpráwiß. Jáż wianki wił.

ᾄδε ὥσπερ ἐις δῆλον πλέων. *Plato.* Cane tanquam Delum nauigans. *Nam illa nauigatio erat ſecura amœna & iucunda, ita vt nauigantes hymnos Apollini canerent.*

Cretenſium pueri leges modulatè concinendo facile ediſcebant, pòſt deorum hymnos deinque præſtantium virorum laudes. Rhodigin. Meminit Ariſtot. & Cic. aliquoties.

Cantantes licet vſque, minus via lædet, eamus
Cantantes vt eamus. &c. *Virg.* *Idem ait Theocrit.* *V.* Rozmowá gdy ieſt wćiéßna τοξεύοντα καὶ ἀκοντίζοντα τυγχάνειν τινός. *Lucian.* Sagittando & iaculando conſequ aliquid. *Affine,* Béz práce ma kołáczé. Lacno to.

Spodźieway śie śmiélé/ poki dußá w ćiélé.
Poki iédno człowiek żiewa/ wßyſtkiego śie niéch ſpodźiewa.

Omnia dum viuit homini ſperanda ſunt. *Seneca.* Ægroto dū anima eſt, ſpes eſt *Cic.*
Spes bona dat vires, animum quoque ſpes bona firmat,
Viuere ſpe vidi qui moriturus erat. *Ouidi.*

θαρσεῖν χρὴ Φίλε Βάττε, τάχ' ἄμεινον ἔσετ' ἄμεινον,
ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες. *Theocrit.*
Fidere Batte decet, meliùs cras forſan habebis,
Sperandum eſt viuis, non eſt ſpes vlla ſepultis.

ἔλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον. *Linus.*
Speranda ſunt omnia, ſiquidem nil eſt quod ſperari non poſſit,

ἄελπτον οὐδὲν, πάντα τ' ἐλπίζειν χρεών. *Euripides.*
Res nulla deſperanda, ſperanda omnia (*ſperare vtile eſt.*) (randa ſunt.

ἔλπιζε πάντα μέχρι γήρως ὑγιὴς ὤν. *Menand.* Vſq; ad ſenectam cuncta homini ſpe-

οἴσῃ

οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτεμένους. *Aeſchylus.*
Vidi ego fugientes viros ſpe paſci.
αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας. *Euripid.* Spes alunt exules. *Alexander cùm omnia ſua diſtribuiſſet, Perdiccæ interroganti,* Tibi verò rex quid relinquis? *reſpondit:* Spes meas. *E Plutarcho. Affine,* Nádzieią ießcze ieſt. Bedzie też kiedy dobrze.

Spokoyne/ dobre/ łácno rządzić. W pokoiu łácny rząd.
Tranquillo quilibet gubernator eſt. *Seneca.* Fece nos tibi obedientes. ℞. Facile eſt imperium in bonis. *Plaut,* νέναρχος ἐν γαλήνῃ ἅπας ἐστιν καλός. *A.*
Quiuis gubernator bonus placido in mari.
Nullus erat iuſtis reddere iura labor. *Ouid. de aureo ſeculo.*

Spolnié ſzey / ſporzey / mocniey/ lépiey. Siły złączone mocnieyſze.
Wßyſtko przewodzą / gdy ſie wßyſcy zgodzą.
Vulgare dictum eſt. Virtus vnita fortior. *Cerda.* ἡ ῥώμη ἡνωθεῖσα ῥωμαλεωτέρα. *A.* *Sic Virg.* Haud aliter ſociûm virtus coit omnis in vnum. *Et Saluſt.* Duobus locis haud longè inter ſe caſtra faciebant, vbi vi opus erat, cuncti aderant.
Auxilia humilia, firma conſenſus facit. *P. Syrus.*
Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia magnæ dilabuntut. *Saluſt.*
Mutua defenſio firmiſſima vel tutiſſima. *ex Homero, qui ait:*
παυρότεροι δὲ πολὺ φθίνῡσιν, μέμνηλο γὰρ αἰεὶ.
ἀλλήλοις ἄν ὅμιλον ἀλεξέμεναι πόνον αἰπύν.
Pauci verò valdè perierunt, meminerant enim
A ſe mutuò turmatim depellere laborem grauem.
φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροι σῷ ἰσχώμεν. *Homer.*
Amice frater, vires viri (*huius*) ambo reprimamus.
——αἴκε ὄφελός τι γενώμεθα καὶ ἁλὶ ἐόντε,
συμφερτὴ ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν. *Idem Homer.*
Forte vtilitatis aliquid erit vbi duo erimus,
Vnita virtus eſt pollens etiam inertium virorum.
πολλῆσι χερσὶ κεφότερόν ἐστι τὸ βάρος. *A.*
Multæ manus onus reddunt leuius. *Vetus dictum tractum à ferentibus vel trahentibus onera. Symbolum huius rei optimum, ſunt* Helciarij nauales vel remiges *quos Ariſtophan ait,* ὁμοῤῥοθεῖν. *i.* pariter remum ducere, *& magnam nauem mouere facillimè. Huc facit* Faſciculus ſagittarum, *quem Scilurus Scytharum rex filiis frangendum porrexit, apud Plutarchum. quas colligatas nemo frangere attentauit, diſſoluto autem faſciculo ſingulas facile frangi pater, concordiam docens filios, oſtendit.*
Aphyæ, *vel* apuæ, *minuti & imbelles piſciculi, conglobant ſe multi ſimul & ſic ſe contra magnos piſces tuentur. Oppianus. Suidas.* ἀλλήλοισι χέρες τε καὶ ἄκρα πόδες ἐσμέν. *Nazianzen.* Alij alijs inuicem & manus & aures & pedes ſumus.
τοῖς ἀσθενέσιν ἰσχὺς ἄπιον ὁμοφροσύνη, ταπεινότητος δὲ καὶ ἀσθενείας καὶ τὸ ἰσχυροῖς

ρὸς

ρρώσταις ἀλληλοφθονία. *Dionyſi. Halicarnaſ.* Infirmæ res cõcordia potentes ſunt, potentibus autem abiectionis & imbecillitatis cauſa eſt inuidia mutua.

Φέρων τις μὴ φέρει. *Antiphanes.* Ferens non fert. ſ. *qui fert vnum aliquod onus cum aliis, videtur non ferre, quia magna pars oneris in alios deriuatur. Sic qui ſimul trahunt vt ſuprà dixi. Item qui pro conuinio ſymbolam conferunt, exigua pecunia lautè & ſuauiter epulantur. Vt Heſiodus dicit:*

ἐκ κοινῆ πλείη τε χάρις, ὀλιγὴ δ' ὀλιγίη.

Ex communi *(conuiuio)* plurima gratia, & ſumptus exiguus.

Si ſurus ſurum fert ſe defendere poſſunt. *Ennius apud Feſtum. Simile quid præſentibus dictis protuliſſe videtur, ſed locus corruptus & mutilus eſt.*

ὁμόνοια μέγιστον ἀγαθόν. *Xenophon.* Conſenſus maximum bonum.

τὸ παχρίον τὸ ἔντριτον (*al.* τελεπλωμένον, τριπλῆν. *Symmach.*) ἐ ταχέως διαῤῥαγήσεται. *Eccleſiaſtæ 4.* Funiculus triplex difficile *(non cito)* rumpitur.

Elephanti gregatim incedunt, & vno in foſſam à venatoribus factam & leuiter tectam lapſo, reliqui ſarmenta & terram ingerunt, & eum educunt. Plutarch.

Cœcus claudum ferens. V. Ślepy kładzie.

κοινὸς μὲν ὁ κίνδυνος, ἡ δὲ σωτηρία ἁπάντων ἀμέριστος. *Simocatta.*

Commune periculum, ſalus autem omnium indiſcreta. *Sic Virgil.*

——— Vnum & commune periclum Vna ſalus ambobus erit.

Lapis Scyrus. V. Siły rozdwoione.

Affine, Wiele ich/ wiecey moga. Łżey nedznemu nie ſámemu. Dwá wiecey mogą.

Sporo. Spory.

πήχεσιν αὐξάνεσθαι. ſ. ἐπὶ σοφίαν, πλοῦτον. &c. *Eunapius.* Cubitis adoleſcere aut prouehi ad ſapientiam, ad opes. &c.

κατὰ πῆχυν ἐπιδιδόναι. *Suidas.* Cubitis creſcere, proficere.

τριπήχεα τεμαχέα. *Crates.* Tricubitalia fruſta carnis.

πήχεσι διαμετρεῖν τὴν γλῶτταν, ὥσπερ τὰς νείλε ἀναβάσεις. *Philoſtrat.* Cubitis metiri linguam (*eloquentiam*) veluti Nili incrementa.

Salix typus incrementi celeris & magni, ob quod à ſaliendo dicta videtur Verrio. Noſtri dicunt. Ják konop roſcie.

βασιλικῷ πήχει πάντας ὑπερήνεγκας. *Nicephorus Imperatori dicit:* Regio cubito (*qui maior cæteris eſt*) omnes ſuperaſti.

χοδάλε χοίνιξ. *Suidas.* Chodali chœnix. *de magna menſura.*

Othus & Ephialtes quotmenſibus 9 digitis creſcebant. *Ex Homero Hygen.*

Spráwá / rząd / iák w Oſiéku. Obiéśiwſzy dopiero po órtél.

Ciuitas, rus. *Epicharmo.* ἀγρὸς ἡ πόλις.

Huc trahunt plerique illud Senecæ: Vos P. C. mera mapalia feciſtis. i. *Perturbatè & diſſolutè non iuxta diſciplinam curiæ egiſtis. quod enim feciſtis, rus merum eſt, & mapalibus. i. rudibus paſtorum vel ruſticorum tugurijs ſimile vel dignum eſt. Sic ferè interpretantur Turneb. Scalig. Rhenan.*

Minùs crimine quàm abſolutione peccatum eſt. *Seneca de corruptis iudicibus, qui plùs peccant malè iudicantes, quàm reus quem iudicant.* *Perſæ ſi quid conſultant ſobrij, decernunt ebrij: & ſi quid ſtatuunt ebrij, confirmant ſobrij. Herodot.* *Huc accerſe poſita ſub Dicto.* Kráwcá zá kowalá obiéšić. *quibus ſimile eſt illud* ὑφάντᾳ παίσας (*non* παίσμᾳ *vt Eraſmus ſcribit*) ἡπήτης ἐτύφθη. Textore lapſo ſartor vel ſutor vapulauit. *Paulus Leopard. è Græcis. Eraſmus vertit: Ob textoris erratum Hypates vapulauit. vitioſè legens* ἡπήτης. *aſpero ſpiritu pro leni.* λημία δίκη. *Suidas.* Lemnium iudicium *κάκιστον idem. i. peſſimum interpretatur.* V. Wymowká ſtába. & Okrutny.

Spráwe odbiéżáne tácno wygráć.

ἐρήμην *vel* ἑτερομόλιον δίκην νικᾶν *vel* ἕλειν, ῥᾴδιον. Deſertam vel abſente qui contradicat cauſam vincere obtinere, facile. τοσαύτας πόλεις ἐρήμην ἔχω ζῶ ἀλῶναι. *Lucian.* Tot ciuitates deſertas abs te capi. ſ. *minimè glorioſum.* Σκιαμαχεῖν πρὸς ἀπόντας ἄπονον. *Ex Luciano.* Vmbraticam pugnam aduerſus abſentes exercere nullus labor eſt. ῥᾴστόν ἐστι μόνον θέοντα νικᾶσθαι. *Lucian.* Facillimum eſt ſolum currentem (*in ſtadio*) vincere.

Spráwiedliwié ſię obchodź.

μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν. *Athenæus.* Stateram ne tranſgrediaris. i. ne quid præter ius & æquum facias. Statera doloſa abominatio coram Domino: pondus verò æquum, voluntas ipſius. *Prou. SS. c. 11.* Pondus & pondus, menſura & menſura (*i. diuerſa pondera, alterum ad emendum, alterum ad vendendum*) abominabile eſt apud Deum. *Ibidem c. 20.*

μὴ πλεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν. *Phocylides.*
Ne diteſcas iniuſtè, ſed ex iuſtè partis viuito.
ἐν δὲ δικαιοσύνῃ ξυλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἐστίν. *Ariſtotel.*
Iuſtitia in ſe virtutem complectitur omnem.

μὴ κινεῖν γραμμήν. *Ex Theocrito.* Ne moueas lineam aut metam. *vt in ſtadiis curſorum ſeruatur.* Clauum rectum tene. *vt nauarhus. Ex Ennio.* νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατὸν. *Pindar.* Moue aut guberna iuſto clauo exercitum. *tralatum item à nautica.* ἐξ ἴσου δίδου πᾶσιν. Ex æquo da omnibus. Biantis Prienenſis inſtar iudica. *quia is iuſtus erat, ſed & multi alij. V. infrà mox.*

δίκαζε τοῦ πριηνέως κρῆσσον δίκην. *Laërtius.*
Melius Prienenſi Biante iudica.

τ' ἅλα παράβαλλε. Salem apponito. i. *æquitatem omni negotio adhibe, quæres conſeruat inſtar ſalis puras. Eraſmus.* τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδόν. *Ariſtides.* Rectam ingreditor viam. *Ageſilaus iuſſus à patre iniuſtam ferre ſententiam reſpondit:* A te pater doctus ſum legibus parere, itaque & nunc obtemperabo tibi, nil in leges peccando. *Plutarch.* *Themiſtocles Simonidi iniuſtum quid poſtulanti reſpondit:* Neque tu Pòéta bonus eſſes, ſi contra carminis legem caneres; neque ego bonus magiſtratus, ſi non iuxta leges

iudicarem

iudicarem. *Idem.* *Traianus tradens gladium Præfecto Prætorio dixit:* Hoc gladio pro me vtaris, donec iusta facio; sin iniustè egero, contra me. *Dio.*

Sinistra manu cibum non sumendum. i. *iustè viuendum.* *Ε Pythagor.*

μοῖραν πᾶσι νέμειν, ἰσότης ἐν πᾶσιν ἀρίστη. *Phocylides.*

Partem cuique suam tribue, æqualitas in omnibus optima.

Sprawiedliwy.

σάθμης ἀκριβέστερος: Amussi exactior. *Sic Theognides.*

τόρνῳ, σάθμης, καὶ γνώμονος εὐθύτερος: Torno, amussi & gnomone rectior.

κανόνος ὀρθότερος: *Nicarchus.* Regulâ rectior.

δίκης δικαιότερος: *Suidas.* Iustitiâ iustior.

τὴν ὀρθὴν βαδίζει. *Aristides.* Rectam ingreditur viam. τῆς τρυτάνης καὶ τῆς σκάλης δικαιότερος: *Suidas.* Trutinâ iustior. *Simile est illud Gallorum apud Garnerum:* In statera aurum & ferrum sunt eiusdem ponderis. *seu. Statera suo officio fungens, non attendit pretium auri & ferri, sed pondus.* *Sic iustitia & iustus, non respicit personas, sed æquitatem & suo momento rem quamlibet æstimat.* *Sic Cic.* Vnamquamque rem momento suo æstimandam & ponderandam *ait.* *Item.* Petunt aliquid publicani, caue quicquam momenti habeat gratia.

βόκχυρις, βακχύρεως κρίσις. *Plutarch. Suidas.* Bocchyris. *seu* Bacchyreos iudicium. *rex fuit Ægypti iustissimus, qui causas diligentissimè examinabat.*

Refert Plutarch. in Demetrio quomodo is causam meretricis & adolescentis lepidè deciderit.

ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος ἐ βούλεται. *Menander.*

Vir iustus est, non qui abstinet ab iniuria,
Sed qui nocere quamlibet queat abstinet.

βουλήσεται καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ἂν μᾶλλον ἢ κρῖναι κακῶς. *Suidas.* Vel in Ægypto optârit esse potiùs, quàm perperam iudicare. i. *quiduis potiùs mallet pati; Ægyptius autem latrociniis erat tunc infesta & infamis.* *Alioqui* Ægyptius iudex *pro incorrupto & æquissimo.* *Nam in Ægypto iudices futuri, iuramento adigebantur se, ne si Rex quidem iubeat, iniustè quicquam iudicaturos.* *Alexand. Neapol. & Rhodigin.*

ὁ μηδὲν ἀδικῶν, μηδενὸς δεῖται νόμου. *Antiphanes.*

Iniustè agens nil, lege non vlla indiget. *Simile est illud S. Pauli.* Lex iusto non est posita. *1. Timoth. 1.* *Huc illa* Iustior Aristide vel Alter Aristides. *de quo Val. Max.* Iustior Minoe, Rhadamantho, Aeaco: *ex Platone Virg.* *Item,* Iustior Zaleuco. *Ex Valer. Max.* Phocione, *ex Plutarcho. &c.*

Sprośny: wielki. Plugawiec.

τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι αὐτῷ οὐκ ἔξεστι. *Timæus historicus de Demochare,* Sacrum ignem sufflare illi nefas. *s. ob spurcitiem.*

Teterrimum oris & corporis eius odorem ne bestiæ quidem ferre possent. *Cic.*

Fescennina locutio, licentia, versus, mores. *Catull. Liu. Plin. pro impudicis, lasciuis.*

μύση καταθεές. *Suidas.* Abominandus ſcarabæus.

ὑώδης βίος, ἢ ἄνθρωπος. *Eudemus.* Suilla vita vel homo. *qui turpibus voluptatibus deditus eſt.* Ægyptij *etiam impurum & luxurioſum ſignificare volentes*, porcum pingebant. *Horus.* *Et S. Petr.* Sus lota in volutabro luti. *quia ſues magis luto quam pura aqua delectantur, ait Clemens Alexandrin.*

Voluptuoſos item & luxurioſos *Horat. vocat* Epicuri de grege porcos. *qualis & ipſe fuit.* *Item Leuit. 11.* Sus immundus eſt & in cibis vetitus.

ῥυπονόσυλος. *Pollux.* Sordidis vnguibus & digitis. Scordalus. *Seneca.*

Illius domino non lutum eſt lutulentius. *Plaut. de lenone.*

Noctis tenebris talia committimus. *Ex Platone.* Sproſna rzeczy.

Athenis ab Acropoli, in qua erat ſimulacrum Palladis æneum à Pericle poſitum, arcebantur canes, ne quid indecorum & loco illo indignum ab illis committeretur. Rhodigin.

ὁ κύων ἀκρόπολιν μὴ εἰσίτω. Canis Acropolin non intret.

Sprzeczánie wielkie / prawdy vſtępuie.

Nimium altercando veritas amittitur. *P. Syrus.*

Φιλονεικία δὲ ἀληθέος ἀποτυγχάνει. *A.*

Srogi / ſtráßny ná weyrzeniu / w poſtępkách.

ταυρηδὸν βλέπει. *Plato. Ariſtophan.* Taurinum tuetur. βόϊον βλέπει. *Syneſius.* Bubulum aſpicit. — λοξαῖς δὲ κόραις ταυρώδεα λεύσσων. *Nicander* Obliquis pupillis (*oculis*) taurinum tuens. Torua tuentem. *Virgil.*

τραγωδικὸν ἢ μανικὸν βλέπει. *Ariſtophan.* Tragicum & furiale quiddã oculis ſpirat.

τιτανῶδες βλέπων. *Lucian.* Titanicum aſpiciens. *vel.* Titanico aſpectu homo.

κυκλώπειον βλέμμα. *Suidas.* Cyclopicus aſpectus. ἄρη βλέπων. Martem tuens. *apud Ariſtophan.* μισῶν λόγους ἄνθρωπος, ἀδεπώποτε ἀντίθεον εἰπὼν ἀδὲν, ἀλλ' ἄρη βλέπων. Sermonis oſor homo, nihil & vnquã loquẽs Contra, ſed ore præferens Martem truci. *Simile eſt illud eiuſdem.*

πυῤῥίχην βλέπων *vel* βλέπει. Pyrrichen tuens vel tuetur. *i. vultum trucem & ferocem præſefert inſtar eorum qui* Pyrrhichen *ſaltabant armati ad bellum ſe exercentes.*

ναύφρακτον βλέπει. *Suidas.* Nauticum tuetur. i. *oculis inſtar foraminum nauium in quibus remi ſunt. ſeu oculis valde diductis.*

ἀτρέως ὄμματα. Atrei oculi. *cuius crudelitas notã ex Seneca Thyeſte.*

κενταυρικῶς βλέπειν. *Ariſtophan.* Centauricè ſeu immaniter tueri.

λήμνιον βλέπειν. *Euſtath.* Lemnium obtueri. *à crudelitate gentis illius inſulæ.*

δρακόντειος νόμος. *Xenarchus.* Draconiana lex. *à Dracone legislatore. qui leges Athenienſibus ſtatuit, quarum quia pleræq; capitale ſupplicium earum violatori minabantur, non atramento ſed ſanguine ſcriptæ dicebantur. Gellius.* *Simile eſt illud:*

Ζαλεύκεια νόμος. Zaleuci lex. *Valer. Max.* Tenedius homo. *V.* Sad ſurowy.

Cœlum territat armis. *Virg.* Patruus. *Cic.* Fuit in hac cauſa quidam patruus

truus, censor, magister. *Et Horat.* Patruæ metuentem verbera linguæ. i. *increpationes duras.* Ne sis mihi patruus *Idē Horat.* Tutor. *Persius.* Ne sis mihi tutor.
Vt ipsa fronte & aspectu suo horrido, Seplasiam (*Capuæ erat platea vnguentariorum*) sublaturus videretur. *Cic. de Pisone. ipso truci vultu castigante lenocinia.*
Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio, vt illo supercilio, tanquam Rhadamanthus ille niti videretur. *Idem de eodem* (*al.* Vt illo supercilio Reipub. tanquam cælum Atlante niti videretur.)
κιλίκειος τράγος. *Suidæ.* Cilicius hircus. *de homine hispido & improbo ac fero.*
Areopagita *quod vsurpatur pro tristi, iusto, & seuero. Refert Helladius quendam iudicem ex Areopagitis, ob passerem, qui accipitrem fugiens in eius sinum deciderat, necatum, iudicio Senatus damnatum & Ordine motum esse.*
τὸ γοργείας κεφαλῆς ἀπόγονος. *Aristidis.* Gorgonei capitis posteritas. *Nam Gorgones aspectæ homines obstupefaciebant.* (nus.
Æacidinis minis animisque expletus incedit. *Plaut. i. Achillea iracundia & fastu pleta.* ταῖς ἀπειλαῖς ἀποπλέοντα. *Cratinus.* Minis interficit. *Simile est illud Plauti licet adulatoriè à parasito Militi glorioso dictum:* Cuius tu legiones difflauisti spiritu.
ἀργεῖος vel ἀργείως ὁρᾷς. *Suidas.* Argiuos *vel* Argiuè aspicis. *de toruè & fixis oculis intuente.*

Sroká przyléciáłá béda gośćié.

ζειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλοι, ξεῖνον δὲ μέλισσα. *Suidas.*
Hospitem apis, Siren venturum signat amicum. *Dicitur de eo, qui suæ spei blandiens, ex leuissimo argumento diuinat futurum quod optat. Huc aliqui trahunt illud Aristophanis.* ἡ χελιδὼν τὸ θέρος λαλεῖ. *i.* Hirundo æstatem loquitur, nuntiat. *cùm ex aliquo indicio non vano de futuro euentu ominamur, inquit Iunius. Simile est nostrum de pica: hæc enim garrula cùm sit, facile strepit vbiq;, præsertim verò viso homine. Hinc fabula & obseruatio vana, vt & de ape. &c.*

Sroká zé krzá / á dwié w kierz.

Inuenies *vel* Inueniam alium. *ex Virg.* V. Nié trudno o to.

Srom ktorá.

Pauo amissa cauda pudibundus quærit latebras. *Plini. Idem facit Ceruus amissis cornibus, latet pudore vel timore cùm inermis sit, donec renascantur. Pieri. ex Plinio. Vulpem Æsopi amissa causa pudet inter caudatas versari, quare suadet cæteris vt caudas abscindant.* *Vide* Oko wstydu rozsadnik. & Wstyd mie.

Sromotá długo gdźié mießkáć / á gośćiem śię zwáć.

Sromotá w iédney záwßé ßkolé być / ábo iédnego śie vczyć.

ἀ δεῖ τὸν ξένον, ξένον ἀεὶ εἶναι. *Aristot.* Non oportet hospitem, semper esse hospitē. *Sic Cic. Labieno.* Adeóne hospes huius vrbis, adeóne ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ, vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare?

videare? *Idem Attico.* Eſt enim aliquid aduenientem non eſſe peregrinum atq; hoſpitem (*multò magis verò habitantem alicubi.*)

ἀισχρὸν μαθεῖν μὲν ἀιὲν, ὕστερ δ᾽ ἴδμεναι. *A.*

Diſcere perennè turpe, nunquam addiſcere. *Quod S. Paulus exprobrat quibusdam Timotheo iterum ſcribens.*

Sromotnié.

Sutorio atramento abſolutus. *Cic. i. corruptis iudicibus infami decreto abſolutus.*

Pśiem ſwedem wyßędł ſad iego. τῇ κηπάιᾳ ἀπεχωρήσαλο. *Galenus.* Poſtico diſceſſit. i. *ianua quæ ad hortum à tergo domus ſpectat, nam in fronte publicum reſpicit.*

Srzodku śie trzymay.

Inter vtrumque vola. *Dædalus præcipit Icaro apud Ouidium.*

Medio tutiſſimus ibis. Inter vtrumque tene. *Phœbus Phaëthonti apud eundem.*

Neque altum ſemper vrgendo, neque nimiùm premendo littus iniquum. *Horat.*

Alter remus aquas, alter tibi radat arenas. (*lum.*

Tutus eris, medio maxima turba mari eſt. *Propert. i. procul à littore periculum.*

Tutiſſima per medium via. quia vtriuſque extremum, vitium eſt. *Quintilian.*

τὰν μέσαν δίωκε. *Athenæus.* Mediam ſequere. *ſ. viam.*

Media agina ferri. *Tertullianus ait:* Inter bonum & malum ſuo arbitrio agitatus, in neutram tamen partem pronus & præceps. mediæ, quod aiunt, aginæ æquilibrato impetu ferebatur. *Tralatum à libra.* Nos mediam viam eligentes. *Iuſtiniã.*

μηδὲν ἄγαν· τοῦδ᾽ ἄνδρα, πάντων μέτ᾽ ἄριστα. — *Theognis.*

Nil nimium properes, media omnium optima.

μηδ᾽ ἄγαν γ᾽ ἀγχαίης ταρασσομένων πολιητῶν
κύρνε, μέσην δ᾽ ἔρχευ τὴν ὁδὸν ὥσπερ ἐγώ. *Idem.*

Ne nimium turberis turbatis ciuibus
Cyrne, mediam verò ingreditor viam velut ego.

μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑστερορρῆν. *Hippocrat.* Nil temerè, nil negligenter agendum.

ὡς δ᾽ ὅτε καπνὸν καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε νῆα. *Homer.*

A fumo nauim ſimul atq; à fluctibus arce. à fumo, i. *à littore in quo foci fumantes ſunt.*

μὴ σύντονον δίωκε, μήτ᾽ ἀνειμένην ἁρμονίαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νέων. *Athenæus.*

Nec contentum & acutum melos ſeu tonum (*qualis Phrygius*) perſequere, nec remiſſum (*qualis Ionicus mollis & Lydius lugubris*) ſed mediam viam tene. (*& tonus tibi placeat temperatus qualis Dorius*) *Multa Rhodigin. de hac re habet l. 9. & alibi.*

Antoninus Pius in Vrbe ſemper manſit, vt in medio prouinciarum ſitu vndiq; nuntios citiùs acciperet, alij dicunt ne prouincias grauaret. Pierius.

Affine, Co wczáś. Miárą wćßyſtkiem.

Stan obieray ták nalépßy. Zá czaſem bedźieć znośnieyßy, abo ſmácznieyßy.

ἕλε βίον τὸν ἄριστον, ἡδὺν γὰρ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. *Pythagoras.*

Elige

Elige vitam optimam. hanc enim (*licet primò iniucundam*) consuetudo iucundam reddet. *Affine*, Vlalog vlaćnia trudnośći.

Stára głowá / rozum młody. Stáry á głupi. Wystárzał śie z rozumu.

Nullum argumentum habet quo probet se diu vixisse, præter ætatem. *Seneca.*
Auctoritatem habemus senum, vitia puerorum vel infantium. *Idem.*
Quid turpius quàm senex (*nunc primùm, rectè*) viuere incipiens? *Idem.*
Quibus post iuuentam canosq; puerilitas est. &c. qui à pueris magnitudine tantùm formaque corporum differunt. *Idem l. in Sapientem. vbi senes pueris fusiùs comparat. Sic apud Isaiam c. 65.* Improbus homo *vocatur* Puer centum annorum. *Contrà verò proborum nullus erit puer in cœlo vel infans, nec senex qui non impleuerit dies suos.*

Non ætate verùm ingenio adipiscitur sapientia. *Plaut.*

Infantes sumus & senes videmur. *Martial. licet ille alio sensu dixerit. nempe Ego nondum prouecta ætate videor senex ob morbos frequentes.*

δὶς παῖδες οἱ γέροντες. *Plato. Varro.* Bis pueri senes.

τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶ νῦν ἀκ ἔχον. *Euripides.*

Vestram senectam video mentis indigam.

ἐν παισὶ μὲ γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς. *Philostrat. de Hermogene.*

Inter pueros senex, at inter senes puer. *Nam is iuuenis, fuit Sophista celebris, vir factus vsq; ad summam senectutem instar pueri fuit.*

αἱ παλιαὶ σὺν νῷ γεραρώτεραι, αἱ δ' ἄτερ νοῦ,
μᾶλλον τ' πολλῶν εἰσιν ἀεὶ δ' ἐτῶν. *Philo.*

Canities veneranda cui est mens, mente carens at—,
Multorum annorum est opprobrium illa magis.

αἱ τρίχες ἢν σιγᾷς, εἰσὶ φρένες, ἢν δὲ λαλήσῃς,
ὡς αἱ τ' ἥβης, ὦ φρένες, ἀλλὰ τρίχες. *Idem in Senem stultum.*

Crines (*tui cani*) si taceas, sunt præcordia (*prudentia*) si verò loquaris (*stultè*)
Vt iuuentutis non præcordia (*non mentes*) sed capilli simplices sunt.

Profectò deliramus interdum senes. *Plaut.* Stárzy podczás ſędá co báia.

Stara to prośnika. abo powieść.

Vetus querela. *Virgil.* Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam.
Vetus adagium est. *Plaut.* Tritum sermone prouerbium. *Cic.*
Vetera vaticinamini. *Plaut.* παλαιὸς ἀνθ. *Euripid.* Vetus cantilena.
πρὶν θέογνιν γεγονέναι. *Plutarch.* Priùs quàm nasceretur Theognis. i. *pridem hoc dictum est.* *Affine sequens.*

Stáre dźiećie wspominaſi.

ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς. Antiquiora diphthera loqueris. *Diphthera erat pellis capræ (quæ Iouem lactauit.) in qua ille omnia quæ in orbe fiunt scribere singebatur. Proinde quæ nec in memoria hominum nec in scriptis veterum exstant, ex diphthera petita dicuntur. i. fabulosa.* τὰ περὶ δ' εὐκλείδα ἐξηλάζεις. *Lucian.* Quæ ante Euclidem

clidem fuêre exquiris. *Simile illud*: Ante Theognidem acta profer. *suprà.* Ταῦτα πρωϊκά ἐστιν. *Athenæus.* Hæc Saturnia ſunt. i. *priſca, obſoleta.* ἀπὸ ναυάκυς, *al.* καυάκυς, ἀυάκυς. *Stephanus.* A Nannaco. ſ. petita. *qui ante Deucalionẽ regnaſſe ferebatur in Phrygia & diluuiũ prædixiſſe. al. Cannacus vel Cannacas.* A ſæculo Aboriginum repetita. *Aborigines Italiæ populi antiquiſſimi, quaſi ſine origine. de his Feſtus, Liuius.* *Item.* Ab Euandri matre geſta vel audita narras. *Ex Gellio.* κηκείδε καὶ Βυφονίων. *Suidas.* Cecidis & Buphoniorum. *de re obſoleta. Cecides antiquus fuit Pœëta. & Buphonia feſta Athenienſium ob vetuſtatem neglecta. Affine præcedens.*

Stáre pomiátáia.

Stáry koń do gnoiu/ choć przëd tem ſłużył w boiu.

Sexagenarius de ponte deijcitor. *Varro.* i. *Tanquam emeritus, liberetur à ferendo ſuffragio, quod per pontem incedentes ferebant, qui ſenſui ſenibus fauens & honorificus eſt. ex Macrobio.* *Aliter Ouid. ait:* Pars putat, vt iuuenes ferrent ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes. *quo ſenſu dictum illud accepiſſe videtur Cic. pro Sexto Roſcio.* Senes ſexagenarij more maiorum de ponte in Tiberim deijciebantur.
Vtrumq; ſenſum expendit & præterea alium addit Feſtus Verbo Sexagenarios.
Plato ad magiſtratum νομοφυλάκων (præfectorum legibus ſeruandis) minorem annis 50 non admittit, nec maiorem annis 70 in eo manere ſinit.
ἵππος γήρας. *Plutarch.* Equi ſenecta. ſ. *contempta quia inutilis.*
Sicut fortis equus ſpatio qui forte ſupremo
Vicit Olympia nunc ſenio confectu' quieſcit. *Horat.*
Nam equi fortes & generoſi confecti ſenio in piſtrinum aut molam trudebantur, vel vehendo ſimo & ſimilibus rebus vilibus addicebantur.
Equis vetulis teneros anteponere ſolemus. *Cic.*
Cedit enim rerum nouitate extruſa vetuſtas. *Lucreti.*
Sic voluenda dies commutat tempora rerum.
Quòd fuit in pretio, fit nullo deniq́ue honore.
Porrò aliud ſuccedit, & è contemptibus exit. *Idem.* ναῦς παλαιὰ πόντον οὐκ ἀνύσει. *Diogenian.* Nauis vetus non nauigabit per mare. Zuż nie po niem. γέρων βοῦς ἀπένθητος βόμοισι. *Suid.* Bos ſenex nõ lugetur à domeſticis. Stáreg nie żal.
——— Vetulus bos Qui domini cultris tenue & miſerabile collum
Præbet ab ingrato iam faſtiditus aratro. *Iuuenal.*
μένε ὦ γαλαίπορ' ἀτρεμὰ ζοῖς ἐν δέστροισι. Maneto placidè in lectulo miſer tuo. Seni dictum. *apud Plutarch.*
γραῦς ὡς ἵππος τὸν καραδρᾶιον τάφον ἕξεις.
Anus velut equus cauernoſum ſepulchrum habebis. i. *inhonorum, in præcipiti foſſa.* φιλοῦ καινὸς, ὥσπερ τὰ καινὰ τῶν ὑποδημάτων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διὰ τὴν ἀμέλειαν ἐστὶν, ἐπὰν δὲ παληθῇ πολλάκις, καὶ ὑπὸ τῆς πηλοῦ ἀναπλασθῇ, ὑπὸ τῆς κλίνης ἀθλίως ἐρρίφθαι.

ἐρρίψεται. *Lucianus.* Amicus nouus, velut calcei noui, in pretio quodam & cura ſunt, vbi verò crebro fuerint calcati & luto deformati, ſub lecticam miſerè abijciuntur. Γεγηραικότος ἵππου οὐδὲ τὸ δέρμα χρήσιμόν. *Idem.* Senio confecti equi ne pellis quidem vtilis eſt.

τριβωνες ἐκλιπόντες οἰκεῖαι πρόπας. *Euripides.*

Filis ſolutis lacera peteunt pallia. Stáry plaſcz pomiátáią.

Contemnunt ſpinam cùm cecidêre roſæ. *Ouid.*

οὐδὲν ἔτι ἐσθὶ γήρως, *Ariſtides de Neſtore.* Nil amplius eſt præ ſenio.

Senes Ariſtophanes appellat θαλλοφόρους, *ceu ad munia publica & alia grauia negotia ineptos, ſed tantùm ad ramos oleaginos virides in pompa geſtandos vtiles. vt faciebant in Panathenæis ſenes Athenienſes emeriti teſte Xenophonte. Hinc ſenex apud Alexidem ait:*

ἤδη γὰρ ὁ βίος ἡμῖν ἑσπέραν ἄγει.. Iam namq; vita veſperā ducit mea.

Vilia ſunt nobis quæcunque prioribus annis

Vidimus, & ſordet quicquid ſpectauimus antè. *Calpurnius.*

Affine, Czáſu mu też iuż. *& ſequens.*

Stárè pomiátáia / gdy mieszi náſtáią.

πολλοὶ ἥλιον τὸν ἀνατέλλοντα προσκυνοῦσι, μὴ δὲ τὸν δύνοντα.

Pleriq́ue ſolem orientem adorant, minimè verò occidentem. *Ex Plutarcho. apud quem Pompeius hoc dicto tangebat Cinnam ſeneſcentem ipſe florens & creſcens. Dictum tractum à more Perſarum ſolem orientem adorantium. quòd ſicut Pompeius ad fortunam Cinnæ & ſuam tranſtulit: ita ad ætatem trahi poteſt.*

ἐκ αὐδῶ τὰ παλαιὰ. καινὰ γὰρ ἄμεινα κρείσσω, νέος ὁ Ζεὺς βασιλεύει. *Athenæus.* Non cano vetera. noua enim meliora. iuuenis Iupiter regnat.

Succeſſore nouo pellitur omnis amor. ſ. *vetus. Garner.* *Huc transfer Lucretij verſus duos proximo dicto poſitos ſuprà.* Quod fuit in pretio. &c.

Stárego laſká ábo podporá / zeby.

Γέροντος ἄμυλοι οἱ γναθοι βακτηρία. Edentulæ ſunt ſcipio malæ ſeni. *Vel*

ἀνδρὸς γέροντος οἱ γνάθοι βακτηρία. Viro ſeni maxillæ baculus. *Vel*

Maxillæ ad inſtar ſcipionis ſunt ſeni. Senes dentibus niti & ingredi *dixit Eraſm. quòd victu meliore egeant, licet pauciore, ſed crebriùs ſumpto. Vide* Stáry iák dźiećie.

Stárego odmienić / odućzyć / przéformowáć trudno.

Senex pſittacus ferulā negligit. *qua caput eius percutitur cùm docetur loqui. Plini. Apule.*

τὸ ῥαβδίον ἀμελεῖ ὁ ψιτταικὸς γέρων. *A.* Non curat ictum pſittacus ferulæ ſenex.

μάτην γέροντα ψιτταικὸν μάθοις λαλεῖν. *A.* Fruſtra docebis pſittacum loqui ſenem.

γέροντα δ' ὀρθὸν φλαῦρον ὃς τέθραπται. *Ariſtophan.* Corrigere vanum eſt á puero lapſum ſenem. Res eſt ſera canes vetulos aſſueſcere loris. *Eraſm.*

Senis linguam mutare difficile. *Hieronym.*

γεράνδρυον μεταφυτεύειν. *Suidas.* Annoſam arborē tranſplantare. ſ. *fruſtrà tentes.*

Seneca tamen affirmat ſe à quodam perito patrefamilias audiſſe: Quamuis vetus arbuſtum poſſe transferri. Et ſic ferè Euripides.

γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ. Ego te docebo quamlibet ſenex ſenem. *Sic* Connus, *qui Socratem fidibus canere docuit,* γεροντοδιδάσκαλος *per iocum à pueris vocatus eſt. i. ſenum magiſter.*

Frangas potiùs quàm corrigas quæ in prauum induruerunt. *Quintilian.*

ξύλον ἀγκύλον ἢ σκαμβὸν ὀδέποτ' ὀρθόν. *Galenus.* Lignum curuum aut tortũ nunquã erit rectũ. Quæ præbet lætas arbor ſpaciantibus vmbras,

Quo poſita eſt primùm tempore, virga fuit.

Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli;

Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis. *Ouid.*

Lupus ſenio non emendatur. *Garner. è Gallicis.*

τὴν τρίχα μὲν ἀλλάττει καὶ ὲ γνώμην λύκος. *A.* Pilum lupus mutare non mentem ſolet *(vel poteſt)*. i. Senectus improbis affert canitiem, non aufert nequitiẽ: Sed quid ſperem? ætate porrò minùs peccaturum putem. *Terent. de ſene nequam.*

νεκρὸν ἰατρεύειν καὶ γέροντα νουθετεῖν, ταὐτὸν εἶναι, *dixit Diogenes.* Mortuo mederi & ſenem admonere vel inſtituere, idem eſſe.

μή με διδάσκ', ἅτοι τηλίκος ἐμὶ μαθεῖν. *Theognis.*

Me haud doceas, tantus diſcere non valeo. *Dicit maturus homo.*

Affine, Ztałog trudno odmienić. Czégo ſie nowa ſkorupká nápiię.

Stárego trudno oſzukáć.

Seni verba dare difficile eſt. *Ex Terentij Andria, vbi Dauus de hero ſuo ſene ait:* Huius minas timeo, cui verba dare difficile eſt. i. *decipere.*

γέρων ἀλώπηξ οὐκ ἁλίσκεται πάγῃ. Annoſa vulpes haud poteſt laqueo capi.

Stáremu dobrzé czynić dáremna vtrátá.

μή ποτ' εὖ ἔρδειν τ' γέροντα. Ne vnquam bene mereris de ſene.

Apud Ariſtotelem dictum Ethnicorum, non omnium, ſed eorum qui amicitias & officia vtilitate metiuntur; & tantùm ijs bene faciunt, à quibus compenſationem ſperant. Similis eſt illa ſententia ſuprà: Dobrzé czyń á wiedz komu. *& alia infrà.* Zébraká żywić żkodá.

Melius alij quamuis Ethnici (vt Chriſtianos interim & Deum ipſum idem præcipientem taceam) cenſent ſenes honorandos, conſulendos, audiendos, alendos, iuuandos. Sic Iuuenal. Satyra 13. Ouid. 5. Faſtorum. Cic in Catone & alias ſæpe. Seneca item ſæpiùs & præſertim l. 4. de Beneficiis. Sed ſuffecerit Prytaneum Athenienſium, in quo ciues pauperes benè meriti, publico ſumptu honeſtè & lautè habebantur. vt Cic. Liui. & alij teſtantur. Adde ſi lubet huius rei rationem; quia ſenes pueris ſimiles ſunt, qui ſibi prouidere nequeunt: deinde de multis, vel certè de aliquibus, interdum de omnibus benè meriti: deniq; quia etiam tunc vtiles eſſe poſſunt; conſilio, ſi docti vel experti multa; exemplo, ſi honeſti & probi; colloquio, ſi affabiles & diſerti; vel ſaltem quod frequentius eſt garruli, ideoq; iucundi.

Stáremu folguy / młodem háruy.

Sicut

Sicut fortis equus, ſpatio qui forte ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit. *Ennius.*
Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat (*ægrè valens reſpirare*) *Horat.*
ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' (*i. κάκελα*) ἐπίβαλλε. *Zenodot.* Equo ſeneſcenti minorem rotulam admoue. *Rotula erat publica* (τροχίσκιον *Heſychio*, *& forte idem* κάκελον, *niſi calcar potiùs eſſe velis*) *quæ igni candefacta malis equorum imurebatur.* (*quod tamen equis iuuenibus magis quadrat.*)

Accedent anni & tractari molliùs ætas Imbecilla volet. *Horat.*
νέων δὲ πάντες οἱ μεγάλοι καὶ πολλοὶ πόνοι. *Plato.* Iuuenibus cōueniunt omnes magni & multi labores. —— ποιεῖν τι δεῖ εἰς γόνυ χλωρόν. *Theocritus.* Aliquid agere opus eſt eos quibus genu eſt viride.

Munere aſſiduo valentem exerce iuuentam. *Catullus.*
Alexander bucephalo iam annoſiore parciùs & tantùm in prælio vtebatur. Plutarch.

Bos ſenex operarius non mactandus. *Ex Varrone qui ait:*
Bos ſocius hominum in ruſtico opere & Cereris miniſter. ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, vt capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet.

Stáremu nié wiéle trzébá.

αὐτάρκης ὁ πρεσβὺς ἔχων ἅλα καὶ δύο κέμμα. *Suidas. ex Epigramm.*
Sufficiunt ſeni cum ſale duo grana hordei.

Stáremu plaſáć śie nié chcéł nié przyſłoi. Stáry śie nié odmłodźi.

Gratias ago ſenectuti, quæ debebam nolle, non poſſum. *Seneca.*
O præclarum munus ætatis! ſiquidem id aufert nobis, quod eſt vitioſiſſimum in adoleſcentia, nempe voluptates. *Cic.* Magnam gratiam habendam ſenectuti, quæ efficeret, vt non liberet, quod non oporteret. *Idem.* Non modo vituperatio nulla, ſed etiam ſumma laus ſenectutis eſt, quòd ea voluptates nullas magnoperè deſideret, careat epulis inſtructiſque menſis, & frequentibus poculis, careat vinolentia cruditate & inſomnia. *Idem.*
Sic prorſus L. 2. Regum c. 19. Berzelai vir priuatus, benè de Dauide exulante meritus, inuitatus ab eodem ad conuictum regalem, reſpondit: Octogenarius ſum hodie. nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue aut amarum? aut poteſt delectare ſeruum tuum cibus & potus? aut audire vltrà poſſum vocem cantorum atque cantatricum? &c. ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τῶν κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
ἥ τ' ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται. *Euripides.*
Sed & ſenecta valere Cypridem iubet Et ipſa rurſum inimica ſenibus eſt Venus.
Senes amatores *apud Plautum ſapiùs irridentur, luduntur, exagitantur, increpantur.*
ἀπρεπές ἐστ' ἅπαντι τ' ἀνδρὶ γέροντα χορεύειν. *A.*
Res nimis indecor eſt ſenicam ductare choreas.
Feſtus ex Verrio & aliis priſcis ſcriptoribus, profert dictum ceu paradoxum, iſtud:

Salua res eſt; ſaltat ſenex. *Cùm enim quodam tempore Romæ ludi, quos nefas erat interrumpi, agerentur; nuntiato repentino hoſtium aduentu, omnes ludorum ſpectaculo omiſſo vrbe effuſi ſunt, ſolus C. Pompinius libertinus mimus ſenex ad tibicinis cantum ſaltabat, donec hoſte fuſſo omnes redirent; qui videntes ſenem ſaltantem præter opinionem ſuam & ætatem illius, gratulati ſibi ſunt ſeruatam religionem ludorum, quos inopinatus ſenex continuauit. Sed hic ſaltus non delicias ſed religionem olebat, ideoq; admirabundi lætabantur.*

Starému żywot namilſzy.

Ἔ ζῆν γὰρ ἐθέλει ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ. *Crates.*

Nemo diutiùs viuere atque ſenex cupit.

Hinc eſt in eisdem paſſim auaritia, vel certè parſimonia, vt Terent. dixit. & Cic. ſenes ait, quò minùs viæ reſtat, eò plùs viatici quærere: abſurdè id.

Rectè P. Syrus. Male viuunt qui ſe ſemper victuros putant.

Sed hîc verum eſt illud: Kto czego máło ma / oſzczęda.

Stárość obraz ábo owoc młodości. Znáć piwo wiáto po ocćié.

Poznáć łácno w ſtárości: iáki kto był w młodości.

ἐκ καλάμης ἁλῶ ἐστιν ὁ τεθερισμένος στάχυς. *Euſtathi. ex Homero.* E culmo cognoſcitur demeſſa ſpica. *Et Ariſtot.* Senectam καλάμην *vocat.*

ἐκ λειψάνων δεῖ νεανικὴν ῥώμην ἔχειν. *Ariſtophanes.*

Iuuenile robur ex reliquijs conijce.

Sic ex acero de vino iudicatur, è fragmentis de opere nobili &c.

τὸν οἶνον ἐκ τοῦ ὄξους γινώσκομεν. *A.* Vinũ ex acero quale fuerit diſcimus.

Capræ anniculæ pera, *ex Euſtathio qui ait.*

αἰγὸς ἔτι πεῖνος ἐρυθρὰ πήρη ἀρίστη.

Anniculæ capræ rufæ pera optima habetur.

Dictum ait Eraſm. quadrare in eum adoleſcentem qui modeſtus & bonæ ſpei, annis moroſior euaſit. Mihi videtur potiùs ſonare commendationem iuuenilis ætatis, quæ etiam in ſenectutem redundat. i. iuuentutis amabilis ſenectus non moleſta conuerſantibus.

τῶν καλῶν καὶ ὀπώρη καλή. *Plutarch.* Pulchrorum & autumnus pulcher.

Ita Phrynes forma in iuuentute admirabilis, etiam in ſenectute ſpectabilis fuit: quam tamen ipſa facem ſuæ pulchritudinis, cùm iam anus eſſet, vocabat. Ex Plutarcho.

Contrà verò. Intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. *Cic.*

Quæ peccauimus iuuenes, ea luimus ſenes. Damnum tunc factum, nunc apparuit. *Seneca.* Przypłácíß w ſtárości roſpuſtney młodości. *Affine,* Jáki kto z młodu,

Stárość ſámá choroba. Stárość ſtek chorob i przykrośći.

Stárość nie ſámá przychodźi: kupę z ſobą chorob wodźi.

Ipſa ſenectus morbus eſt. *Terenti.* τὸ γῆρας αὐτὸ νόσημά ἐστιν. *Apollodor.* τὸ γῆρας νόσος Φυσικὴ. *Ariſtotel.* Senectus morbus naturalis eſt.

Senectus morbus inſanabilis eſt. *Seneca.* νόσος ἀθεράπευτος. Valetudo ſenilis. *pro morbus obnoxia. licet aliquando ſenes tẽperantes ſint ſaniores. Rhodigin. ex Galeno.*

Χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἀνθρώποις βάρος. *Menander.*
Pergraue ſenectus eſt onus mortalibus.
Φόβα τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον. *Idem.*
Metue ſenectam, non enim ſola aduenit. *ſed cum tot moleſtiis.*
μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει. Longæua multas calamitates vita habet.
τὸ γῆρας ὥσπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν,
πάντ' ἐς ἰδεῖν ἐς ἅπερ καταφυγόντα. *Antiphanes.*
Quædam malorum ara eſt ſenectus omnium,
Adeò videre eſt cuncta ad hanc concurrere.
πρὸς γὰρ τὸ γῆρας ὥσπερ ἐργαστήριον ἅπαντα τ' ἀνθρώπινα προσφοιτᾷ κακά *Idem*
Namq; ad ſenectã prorſus vt ad ergaſtulum Mala vniuerſa confluunt mortalium.
ζοφοῦ ἐστὶν ἡμῶν ὁ βίος ὅπου προσφερὴς,
ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γίνεται. *Idem.*
Eſt vita vino noſtra quam ſimillima, Vbi paululum reſtat, in acetum vertitur.
Senectus pleriſq; ſenibus ſic odioſa eſt, vt onus Ætna grauius ſe dicãt ſuſtinere. *Cic.*
Morte magis metuenda ſenectus. *Iuuenal.*
Multa ſenem circumueniunt incommoda (*quæ enumerat*) *Horat.*
——— Tarda ſenectus. Debilitat vires animi, mutatque vigorem. *Virgil.*
Febre caret ſola, circumſilit agmine facto
Morborum genus omne. ſ. *ſenem. Iuuenal.* *Apud Plautum in Mercatore vetula quidpiam graue ferens queritur & vrgenti ſe.* Quin is ocyùs.
Æt. Nequeo mecaſtor, tantùm hoc oneris eſt quod fero.
D. Quid oneris? Æt. Annos octoginta & quatuor,
Et eodem accedit ſeruitus, ſudor, ſitis, Simul hæc quæ porto deprimunt,
Apud eundem ſenex ſic loquitur, in Menæchmis. Conſitus ſum
Senectute, onuſtum gero corpus, vires
Reliquêre. Vt ætas (*ſenecta*) malã merx eſt ergo!
Nam res plurimas peſſumas cùm aduenit adfert,
Quas ſi autumem (.i. *commemorem*) omnes, nimis longus ſermo ſit.
Et hæc omnia ad vituperium ſenectutis dicta ſunt. Contraria nihilominùs ad laudem eiuſdẽ leges apud multos, præſertim apud Plutarchũ, Cicer. Senec. Petrarchã: his adde Euripidem. qui ait: ὦ τέκνον, ἐκ ἅπαντα τοῦ γήρως κακά
πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ ἐμπειρία γεροντικῶν ἔχει τὸ δρᾶξαι τῶν νέων σοφώτερον.
O nate, non omnia ſenectutem mala Comitantur, aſt ſenilis experientia
Monſtrare ſe plùs ſapere quàm iuuenis, poteſt. *Idem aliàs ſubinde dicit.*
Rectè Themiſtocles 107 annos natus moribundus, dolebat tum ſibi eſſe moriendum cùm ſapere didiciſſet.

Stárości prágniemy / gdy przyydzie teſknemy.
γῆρας ἐπὰν μὴ ἀπῇ πᾶς εὐχόμεθ', ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,

μέμφεται ἔστι δ' ἀεὶ χρῆσιον ὀφειλόμενον. *Menecrates.*

Omnibus eſt optata ſenectus, aſt vbi venit
Accuſatur, & eſt grata futura magis.

γῆρας εὔξαντο, εἶτα εἰς αὐτὸ ἀφικόμενοι στενάζουσιν. *Democritus.* Senectutē optabant, deinde ad ipſam deuenientes ingemiſcunt.

Hæc ſpecioſè non verè dicuntur. Non enim ſenectus, ſed longa vita ab omnibus expetitur, nil interim de ſenectute cogitantibus, immò eam exoſis.

ὠνείδισάς μοι γῆρας ὡς κακὸν μέγα,
ὃ πάντες ἱμείρομεν, ἀνὴλ' ἔλθῃ ποτὲ,
ἀνιώμεθ', ἔτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει. *Crates.*

Mihi ſenectā ceu graue exprobras malū, Quā cupimus omnes; aſt vbi illa venerit,
Triſtamur, & naturæ ita ingrati ſumus.

Theodectes Nuptias & Senectutem ſimilia duo eſſe dicebat. vtrumq; enim abſens exoptant homines, & vbi conſecuti ſunt faſtidiunt & triſtantur. Stobæus.

καλὸν τὸ γῆρᾳ, καὶ τὸ μὴ γῆρᾳ πάλιν. Bonum ſenectā dicimus, ſimul & malum. *Bonum, ijs qui honeſtè & temperanter vixerunt; malum ijs, qui inhoneſtè & intemperanter; Item bonum ob bona animi, malum ob mala corporis.*

Stárßy godnieyßy. Stárßy Bóg niż S. Marćin.

Maximus natu primus dicat. ſ. *ſententiam ſuam in Senatu. Solonis legibus id cautum fuiſſe tradit. Æſchines.* *Item Athenis præco clamabat:*

τίς ἀγορεύειν ἐθέλει τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; Quis in concione loqui vult ex ijs qui quinquageſimum annum exceſſerunt?

Da Prætori, da deinde Tribuno. Pòſt libertino. *Iuuenal.*

Idem de inepto & ſuperbo Pòéta ſic dicit:

Ipſe facit verſus, atque vni cedit Homero,
Propter mille annos. (*quibus illū Homerus præceſſit; non ob Pòéſim præſtantiorem.*)

Damnat hoc iudicium & æſtimationem ex antiquitate ſumptam & Horatius indignans ei,

Qui veteres ita miratur laudatque Pòétas
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet — *Item.*
Qui redit ad faſtos, & virtutem æſtimat annis,
Miraturque nihil, niſi quod Libitina (*mors*) ſacrauit (*venerandum fecit*)
Et niſi quæ terris ſemota ſuiſque Temporibus defuncta videt. &c.

Prima officia dijs immortalibus debentur. *Cic.* πρῶτον τὸ ὅλον ἢ μέρος, ἢ τὸ μέρος τοῦ ὅλου. *Hippodamus.* Prius totum parte non pars toto.

Stary. Stárodawny. Stárego wieku.

ἀρχαιότερος Ἰαπέτου. *Plato.* Antiquior Iapeto. *Cœli & terræ filius is erat.*

ἀρχαιότερος Κόδρου. Antiquior Codro. *rex Attica fuit.*

ἀρχαιότερον ἢ Χάους καὶ χρονίων ὀπίζειν. *Ibicus.* Antiquius chao & Saturni tempora redolens. *Chaos antiquiſſimum Heſiodo & Ouid.*

Antiquius

Antiquius cælo & chao. *Prudentius de Chriſto.* V. Stáre dźiéć. *& ſequens.*

Stáry ábo dawny to zwyczay.

Nié zá nas śie to poczęło / nié zá nas ma vſtáć.

Non à nobis hæc cœpta ſunt, non in nobis deſinent.

Apologus apud Plutarchum talis eſt. Fures rogárunt magiſtratum vt patibula tollerentur. Reſpondit magiſtratus, ſe id facturum ſi ipſi ceſſarent furari.

Tum illi: ὃ νῦν γε κἀχθὲς ἀλλὰ ἀεί ποτε ζῇ τοῦτο, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου ἐφάνη. Non modò neque heri ſed ſemper hic mos viguit, & nullus eſt qui ſciat quando primum apparuit vel ortus eſt. *Magiſtratus verò ijſdem verbis repetitis illis reſpondit. Similia ſunt illa.* Vetus eſt ranarũ querela. Semper agricola in nouũ annum diues. Hoc non modò factum antè nunquam eſt, ſed in omni memoria omino eſt inauditum. *Cic.* Antiquius id memoria noſtra eſt. *Idem.* *Affine præcedens.*

Stáry bárzo. Zgrzybiáły. Jédna noga w grobié. Smierć mu w oczy záglada.

Senex Acheronticus, capularis, libitinarius. Anima fœtida. Vua paſſa. *Plaut.* ἡ ἀσταφίς. Mors. Mortẽ amplexari .i. *ſenem Plaut.* Rugoſi paſſiq; ſenes. *Lucil.* Triſecliſenex. *Næuio.* i. *nonagenarius, nam γενεὰ* 30 *annorum erat, non ſemper* 100. *Muret.* Seſquiſenex. *Varro.* Capulare cadauer. *Lucil.* Silicernium. *Terent.* Depontanus ſenex. *Feſto.* ὁ ἔμψυχος νεκρὸς. *Sophocles.* Viuum cadauer. ὁ ἔμψυχος τάφος. *Lucian.* Viuum ſepulchrum. γήραος ὅδος *Homerus.* Limen ſenectæ. ſ. *extremum.* Danace paranda. i. *nummus quem det Charonti. nam mox morietur. Eraſm. ex Plutarcho. Luciano.*

οἱ ἄμυλοι γνάθοι. Edentulæ maxillæ. *ſine molaribus dentibus.*

ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον. Viri ſenis velut vua paſſa cranium.

τί δ' ἄλλο φωνὴ ἢ σκιὰ γέρων ἀνήρ; Quid aliud eſt quàm vox & vmbra vir ſenex?

τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχει. *Lucianus.* Alterum pedem in loculo habet. *Iuliani ICti ſimile dictum refert Pomponius IC.* Etſi alterum pedem in ſepulchro haberem, etiamtum addiſcere aliquid vellem. πρὸς τῷ ἀσαχῷ γενόμενος, κοὐ μενοῦνγε τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ χάρωνος ἔχων. *Lucian.* Æaco vicinus, & tantùm non alterum pedem in cymba Charontis habens.

Χάρων σύμβολον αὐτῷ δίδωσι. *Ariſtophan.* Charon ſymbolum ei dat.

Χάρων αὐτὸν ἔδακεν. *Ex Luciano.* Charon illum momordit. *Dæmoniacli ſeni crura iutumuerant. & quidam rogabat quid eſſet? cui ille:* Charon *inquit* me momordit. *Nam in ſenectute morbi mortis nuntij.*

Animal veſpere tripes. *Senis peripbraſis ex ænigmate Sphingis apud Lactantium al. Lutatium. Quærebat illa ex tranſeuntibus. Quod animal eſſet, mane quadrupes, meridie bipes, veſpere tripes.* τετράπους δίπους καὶ πάλιν τρίπους. *& non valentes reſpondere è rupe præcipitabat. Tandem Oedipus reſpondit aptè. Eſſe hominem talem, & monſtrum ſuſtulit. alij aliter referunt vt in re fabuloſa licet.*

συπεῖον γερόντιον. Stupa senieulus. Wyschły iák bczepá. πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ ἀιακῷ γενόμενῳ. *Lucian.* Æaco ipsi iam vicinus. *qui index est inferorum.* *Tali seni apud Aristophanem dicitur:* Χώρει εἰς τὴν ναῦν, Χάρων σε καλεῖ. Perge ad nauem Charon te vocat.

Stáry álé zgerſtwi / w rzeczach biegły.

Ceruina senectus. *Iuuenal.* Nestorea senecta. *de Nestore Homer. sic:*

τρὶς γὰρ δὴ μιν Φασὶν ἀνάξασθ γένε' ἀνδρῶν. (quentem.

Illum iam exegisse hominũ tria sæcula fama est. *adde, sanum, prudentẽ, elo-* *Sic Vlyssis,* ὠμὸν γῆρας. Cruda senectus. *apud Philostratum. Et Virg. de Charonte.*

Cruda deo viridisque senectus. ὠμογέρων. Crudus senex.

Gorgiæ senectus. *qui vltra centum annos sanus vegetus vixit. Cic. Rhodigin.*

Cato Maior, *annos 90 natus Sergium Galbam accusauit. Plutarch.*

τὸ γῆρας ἐλαφρόν. Senectam continentem, agilem esse, *ait Nazianzen.*

Vsque ad nouissimam ætatem viridis. *Plini. iunior. de femina 80 anorum.*

Equus Sophocleus. ἵππῳ Σοφοκλείῳ παραπλήσιον. *Philostrat.* Equo Sophocleo similis. *Nam Sophocles in Electra describit equum generosum, qui quantumuis senex esset, animo tamen forti in malis erat.* *Sibylla viuacior. Seruius.*

ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἴλλω, κὴν μυελία ἤδη. *Homer.*

Qui iam incuruus erat senio, sed plurima nôrat.

Ergini cani. V. Oſiwiał przed czáſem. Vt adolescentem, in quo senile est aliquid; sic senem in quo adolescentis probi est aliquid, laudamus. *Cic.*

Stáry / długowiéczny / długo żyiący. Dawno pámiętá.

Sibyllæ ætas. *Propert.* Longæua sacerdos Sibylla. *Virgilio.* Cumæi anni. *Ouid.* Pylij anni. *Vel* Pylios annos viuit. *Idem.* Orcum moratur. *Horati.* Nestorea senecta. Nestoris annos habet. Viuit ter Nestoris annos. *Martial.* ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκώς. *Plutarch.* Cornice viuacior. *cui nouem ætates hominum tribuit Hesiod. Plini.* Cornicibus omnibus supersit. *Martial.* Cornicis vetulæ temporibus parem *ait Lycen. Horati.* Φοίνικος ἔτη βιοῖ. *Lucian.* Phœnicis ætatem viuit. *qui nouem cerui ætates viuit. Hesiod.* Ceruo viuacior. *qui Hesiodo* τετρακέρως *est, i. quadruplo plures annos quàm cornix viuit. Plini.* Coruo viuacior. *qui triplo diutiùs ceruo viuit. Plini.* Tiresia viuacior. *qui sex ætates hominum vixisse fertur. Plini. Lucian.* τὸ ἡσιόδειον γῆρας. *Hesiodi senecta, quem duo sæcula vixisse ait Pindar.* Ἰθωνῆ γῆρας *Lucian. Suid.* Tithoni senecta longissima. *Memmit eius Cic.* πολλῶν πανηγύρεων Διὸς βαλάνους ἔφαγεν. Multorum festorum Iouis glandes (*inglandes*) comedit. i. *Multas vixit Olympiadas.* ὑπὲρ τ καταλογον ζῆ. *Suidas.* Vltra catalogum (*i. præscriptum in fatis diem*) viuit. ὑπὲρ τὸν ἄτρακτον βιοῖ. *Lucian.* Vltra colum vel pensum viuit. i. *vltra fatalem diẽ, alluſit ad Parcarum fusos.* ὑπὲρ τὸ λίνον ζῆ *Idem eodem sensu.* Vltra linum viuit.

Dextra suos iam computat annos. *Iuuen. i. centum annos excessit. quia in sinistra*

vſq; ad

vſq; ad centum computabant, ſupra centum in dextra. Plini. Apuleius. Gyraldus. Hieronym. qua de re multa habet Pierius l. 37. toto. *Vide* Pánow wielkich przyiaćiélé.

De ætatibus viuacium animalium habet Heſiod. Plutar. Virgil, in Catalectis. Ætatũ verò vitæ humanæ diſtributionem in partes 4. 5. 7. 10. 12. vide apud Rhodig. l. 19. c. 21. & c. 22.

Stary goſpodarz Pan Bog.

Sententia Chriſtianis ſatis nota, & in diuinis libris celebris. Sapientiæ c. 14. Tua autem prouidentia pater gubernat. ſ. *mundum vel omnia. Apud Euangeliſtas* Chriſtus Deum *aliquoties allegoricῶς appellat* Patremfamilias. ſ. *totius mundi, qui præter alia, veſtit agros floribus & herbis ac plantis, boues & iumenta curat, paſſeres & coruos alit, ſcit qua re indigeant homines. Similia multa legere eſt in Pſalmis Dauidis, Eccleſiaſtic. &c. Addo Ethnicos. Cic.* Deorum prouidentia mundus adminiſtratur. *Idem.* In mundo eſt Deus aliquis, qui regit, qui gubernat, qui conſeruat, terras & maria contemplans, hominum commoda vitasque tuetur.

ἔστι μέγας ἐν ἀρανῷ Ζεύς, ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει. *Euripides.*

Eſt magnus in cœlo Iupiter, qui inſpicit omnia & continet aut firmat.

Ariſtoteles Deum vocat οἰκονόμον ἀγαθὸν. *i.* Patremfamilias optimum.

Stáry iák dźiećię.

δὶς παῖδες οἱ γέροντες. *Ariſtophan.* Bis pueri ſenes. *Varro.* τρίτερον γερόντιον. *Alciphron.* Tripuer ſenex. ἀρ' ὡς ἔοικε δὶς γένοιτο ἂν παῖς γέρων. *Plato.* Sanè videtur bis puer fieri ſenex. δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῶ τῷ λόγῳ. *Theopompus Comicus.* Eſt ſermo verus bis vocans pueros ſenes.

πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ. *Sophocles.*

Nam vir ſeneſcens rurſus efficitur puer. *Iuuenalis de ſene.*

Huius Pallida labra cibum accipiunt digitis alienis.
Ipſe at hiat tantùm ceu pullus hirundinis, &c.

παλίμπαιδας αὖ γέροντας γίνεσθαι, *dixit Lucian.* Denuò pueros fieri ſenes. Latini *quoq; priſci* Senem vocabant pupum. i. *puerum apud Varronem, quia vt Ariſtoteles ait, ſimiles ſunt ſenes pueris, colore albo, balbutie, exarmatis gingiuis, imbecillitate virium, morum ineptia, leuitate animi, deſipientia, ciborum qualitate & quantitate, denique quod puerorum aſpectu & conſuetudine multùm delectantur. His adde cibum frequentem, licet modicum, vtriſq; communem. Facile tamen ait Plutarch. ieiunium ferunt ſenes ob calorem exiguum.* γεροντοτροφία ἔοικε τῇ παιδοτροφίᾳ. *Antiphon.*

Nutrire ſenem idem eſt atque nutrire puerum.

Nam ſenes non tam multa quàm frequenti alimonia naturam reficiunt, interuallo ad digeſtionem dato. *Marſilius Ficinus.* Stárému iák dźiećiećiu częſto ieść trzébá. *Et Rhodigin. ait:* Qui primordia vitæ ſenilis agunt, famem facile ferunt: at qui ad ſummam & occiduam ſenectam vergunt, ſæpè & modicè refici debent.

Senex cùm extemplo eſt, iam nec ſentit nec ſapit.
Aiunt ſolere eum rurſum repueraſcere. *Plaut.*

Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer. *Idem. ſed de improbis moribus ſenis, qui dedecent ſenem loquitur, præſertim verò mulieroſitas, quam is Pòèta ſæpe damnat in hac ætate.* Ad platagen Architæ recidit. *Rhodig. de ijs qui repueraſcunt. Nam Architas inuenerat crepitaculũ quo ſe pueri oblectarent & quieti domi eſſent. Meminit Ariſtotel.*

Stáry mlodemu rychley zrozumie.

—— Fecimus & nos Hæc iuuenes. *Apud Iuuenalem dicit Senex. Cui reſpondet Pòèta dicens:* — Eſto, deſiſti nempe, nec vltra
Fouiſti errorem. breue ſit quod turpiter audes.
Quædam cum prima reſecantur crimina barba. Indulge veniam pueris.
In Pſeudolo Plauti, Seni patri in filium ſeuero alter ſenex dicit:
Quid mirum fecit? quid nouum? adoleſcens homo ſi amat &c.
Nam quod tu damni & quod feciſti flagitij,
Populo viritim potuit diſpertiriet.
Id ne tu miraris, ſi patriſſat filius? *Catonis ſimile dictum ſub* Tkni śie ſam, *In eandem ſententiam in Adelphis Terentij Mitio loquitur Demeæ duro patri in filium diſſolutum. Et in Heautontim. Clitipho iuuenis corruptus ſimilia ſecum loquitur de patre ſuo olim iuuene diſſoluto, nunc in ſe ſeuero, & poſt alia ait:*
Mihi ſi vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre:
Nam & cognoſcendi & ignoſcendi dabitur peccati locus. Nõ vt meus. &c.
Concedit & Cicero ſenex iuuenibus ludum, relaxationem, iucunditatem, ſed meminiſſe iubet honeſtatis & verecundiæ, ac omnem intemperantiam cauere. In quo grauiter errabant & caſtigandi ſunt Comici illi ſenes, qui profuſionem, luxum, beluationes, ſcortationes, damna, dedecora, toleranda in iuuenibus putabant, & ad omnem licentiam conniuebant.

Stáry oſzczędny ábo ſkąpy.

Senes ad rẽ attentiores. *Sic Terentianus ſenex.* Ad omnia alia ætate ſapimus rectiùs,
Solum vnum hoc vitium affert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes quàm ſat eſt.
ἀνελεύθεροι γέροντες. ὅτι διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἴσασιν, ὡς χαλεπὸν κτήσασθαι καὶ ῥᾴδιον ἀποβαλεῖν. *Ariſtoteles.* Illiberales ſunt ſenes, quia experiendo didicerunt, quàm difficile ſit acquirere & facile amittere. Auaritia verò ſenilis, quid ſibi velit, nõ intelligo. Poteſt quicquam eſſe abſurdius, quàm quo minùs viæ reſtat, plùs viatici quærere? *Cicero. quod Gaza ſic reddidit Græcè:* ταύτην πλείω ζητεῖν σφόδρα, ἢ ἐλάττων ὁδὸς καταλείπεται. *Sic Seneca.* Quid ſtultius, quàm via deficiente viaticũ quærere vel augere? Triparcos, aridos, auidos vetulos, *tales Plaut. vocat.*
Quærit & inuentis miſer abſtinet ac timet vti. *Horat. de ſene.*
Rectè hunc monet Cato. Cum tibi diuitiæ ſuperant in fine ſenectæ,
Munificus facito viuas, non parcus amicis,
ἦν ἄφενός τοι πλεῖστος ἔοι ποτὶ γήραϊ δόμῳ,
ξμικρολόγῳ μὴ ἴσθι, φίλοισι δὲ πλησιόδωρος. *Planudes.*

Stáry

Stáry przykry / niedogodny / mierzíony / gniewliwy.

Difficilis, querulus — cenſor, caſtigatorque minorum. *Horat. de ſene.* μεμψίμοιρος, ὀδυρμικός. *Ariſtot.* Accuſans ſuam ſortem, querulus. Sunt moroſi, anxij, iracundi, difficiles & auari ſenes. *Cic.* Sed tamen moroſitas & ea vitia quæ diximus, habent aliquid excuſationis. *Idem.*

Apud eundem Cæcilius Pòéta ſic de ſenibus loquitur :

Tum etiam in ſenecta hoc deputo miſerrimum,
Sentire ea ætate eſſe ſe odioſum alteri. *Apud Nonium.* Senex odiũ & tædium. *Et Iuuenal.* ——Grauis vxori natiſq; ſibiq́ue. *Horat.* Canicies moroſa.

Apud Plautum Chryſalus de ſuo hero ſene ait :

Hunc ſi vllus deus amaret, plùs annis decem,
Plus iam viginti mortuum eſſe oportuit,
Qui terræ odium inambulat, & iam nihil ſapit
Nec ſentit, & tanti eſt, quanti eſt fungus putidus.

Item alius. Nauteam malit bibere quàm oſculari vxorem anum. *Item.* Mortem amplexari. i. *ſenem,* animam fætidam. *& plurima talia.*

πικρόν ἐστι γῆρας ἐν οἰκίᾳ μένον.

Moleſta res eſt in domo manens ſenex. Stárego młodźi nič rádźi widzą.

Odioſa eſt hæc ætas *(ſenecta)* adoleſcentulis. *Terent.*

E medio æquũ excedere eſt, iam nos fabulæ ſumus Senex atq; anus. *Terent.*

ὀχληρὸς ἀνὴρ ἐστιν ἐν νέοις γέρων. Moleſtus eſt iuuenibus admodũ ſenex.

τὸ γένος ἦν τις ὀργίσῃ τὸ τ̃ γερόντων, ἐοικ' ὅμοιον ζῴοισιν. *Ariſtophan.* Qui ſenum genus irritat, ſimilis eſt crabrones excitanti. *At Euripides ſecus ſentit :*

ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ νοτὶς, ἐν χειρὶ θήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

Senilis ira mollis inſtar guttulæ, Pungit celeriter at & hebeſcit celeriter.

Stáry rozum lépßy niż młody. Stáry ma nád młodego.

Adde quod eſt ſenibus rerum prudentia maior. *Ouid.*

Mens & ratio & conſilium ineſt in ſenibus. *Cic.*

Γνώμη γέροντος ἀσφαλεστέρα νέου. Sententia ſenum quàm iuuentæ tutior. — Nec prudens ſit puer vllus. Nec tam doctus equæ pullus, quam fortis equi vis.

πολλῶν νέων δὲ κἀν γέρων εὔψυχος ἦ, κρείσσων. *Euripid.* (*Lucreti.*

Multis iuuenibus eſt ſenex magnus animo Melior.

γῆρας λέοντος κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν. *Stobæus.*

Senex leo vigente melior hinnulo.

γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τ̃ γεραιτέρων. Præſtantiores ſunt ſenũ ſententiæ. ὀπλοτέρων φρένες ἠρεθισμέναι, τὸ δὲ γῆρας ἔχει τι λέξαι τῶν νέων ζοφώτερον. *Lucian. ex Pòétis.* Iuuenum mentes inſtabiles, *(ſublime volantes)* Senectus verò habet quid dicat iuuenibus ſapientius. *Senectus propria & maximè accommoda animæ ætas, in qua flacceſcentibus aliis omnibus, ſola viget magis ſapientia. Vnde Themiſtocles*

Stocles post centum & septem vitæ annos moriturus doluit tunc sibi demigrandum esse cùm maximè sapere incepisset. Rhodigin. ἀκέσασε νέοι γέροντες, ὃ νέα γερόντες ἤκουον. Audite iuuenes senem quem iuuenem senes audierunt. *apud Plutarch. Augustus dixit Romanis tumultuantibus ob leges latas ad corrigendos eorum mores.*

ἀεὶ δ' ἐν βουλῇσι γέρων πολυειδὴς ἀμείνων. *Q. Calaber.*

Sēper in consilijs peritus senex melior. *Vel* Semper consilijs pollentē malo senectā,

παλαιὸς αἴνος, ἔργα τῶν νεωτέρων,
βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. *Euripides.*

Dictum vetustum est. facta iuuenum, cæterùm
Magis valent consilia natu grandium.

νέων ἀνδρῶν αἰχμαὶ, βουλαὶ τ' γερόντων *Plutarchus.* Iuuenum virorum lanceæ, consilia senum. s. *sunt propria, vel præstantia.*

ἀετὸς γῆρας, κορώνη νεότης. *Suidas.* Aquilæ senecta, corydi iuuenta.

τὸ μὲν ποδὸς μόλις ἐστι βραδύ, τὸ δὲ νοῦς ταχύ. *Euripides.*

Tardus quidem pes, animus est porrò celer. s. *senis.*

κάμηλος ἐὰν ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀναβιβάζει φορτία. *Synesius.* Camelus etiam scabiosus multorum asinorum (*asanorum*) onera portat. *Sic Senex etiam æger, multis etiam integris iuuenibus præstat.*

ἀτρέμας βοῦς *s.* κινεῖ πόδα. Intrepidè bos mouet pedem. *Sic Hieronym.* Bos lassus fortiùs figit pedem. *Dictum sumptum à more triturandi demessa frumenta, boum pedibus ea calcantium, vt in Italia & Palæstina fit. & in libris sacris sæpe habetur. Apud Suidam Senex dicit:* ἐγὼ τὴμὸν γῆρας ἀμείνω ἢ πολλῶν νεανιῶν κιχίνας νομίζω εἶναι. Ego meam senectam meliorem multorum adolescentum cincinnis puto esse.

Stáry wiélomowny / świégotliwy.

Senectus naturâ loquacior. *Cic.* Anus multiloqua. *Plaut. infrà.*

Deficit auditor non deficit ipse loquendo.
O sola fortes garrulitate senes! *Cornel. Gallus.*

Senem *Euripides* vocat γλώσσης ψόφον. i. Linguæ strepitum. *Et Menander.* σκιὰν καὶ φωνήν. i. Vmbram & sonum. *Cato senex apud Cic. ait:* Ego propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuijs delector. &c. habeoq; senectuti maguam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis & cibi sustulit. *Quærit Camerarius cur loquaces sint Pueri Mulieres & Senes? Et R. Pueros esse tales ob copiam humoris, vel quia magis appetunt & incipiunt loqui & verius balbutiunt. Mulieres naturâ sunt garrulæ. Senes verò ob annos & experientiam multa habent quæ alijs velint communicare. quod insinuat etiam. Horat. in Poëtica.*

Stary zapamietliwy. Wywiétrzał mu rozum / pamięć.

Languescit senum Memoria longo lassa sublabens situ. *Seneca Oedipo.*

Omnia fert (*aufert*) ætas, animum quoque (*memoriam*) *Virgil. Cerda.*
Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Mœrin

Ipsa

Ipſa fugit. *Apud eundem Virg. loquitur Paſtor ſenex.*

Sed omni — Membrorum damno maior dementia, quæ nec
Nomina ſeruorum, nec vultum agnoſcit amici
Cum quo præterita cœnauit nocte. *Iuuenal. de ſene.*
Senior bulla *(puerili)* digniſſimus. *Idem.* *Simile illi.* Senex bis puer.
Nam meo quidem animo vetulus decrepitus ſenex,
Tantidem eſt quaſi ſit ſignum pictum in pariete. *Plaut.*

ἐπαυθήσας τρίχας γνώμην νεανικὴν ἔχει. *Suid.* Effloruêre illi capilli, at mentem iuuenilem habet.

παρεξηυλημένον νοῦν ἔχων. Euanidam mentem vel extritam habet, *vt tibia elinguata, carens lingua.* Βεκκεσέλλων: *Ariſtophan.* Becceſelenus. *de ſene delirante.*

τὴν μωρίας, τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί. *Suidas ex Ariſtopha.* O ſtultitiam! Iouem eſſe credere, natum tot annos. *Dictum ex ſententia eorum qui Iouem eſſe, nugas Pòëtitas pueris credibiles aſſerunt, in ſenem qui abſurda quæuis more pueri credit.*

κρονόληρος: *Plutarch.* Saturni more delirans.

κρονικαῖς γνώμαις ληρεῖ. *Ariſtopha.* Saturnijs ſententis lippit. *Hominis anniculi Cor duarum drachmarum, quinquagenarij centum drachmarum eſſe, ait Varro, & inde ſingulis annis minui vſq; ad centeſimum annum, vltra quem vix aliquis ſana mente viuit.*

καὶ σ' ὁ πολυθρύλητος χρόνος γέροντ' ἐμὲ τίθησι καὶ τὸν νοῦν κενόν. *Sophocles.*
Et te longinquum tempus, Senem ſimul fecit & mente vacuum.

Stárych ſłuchać, ſtanowáć; z ſtáremi nakładać dobrźe.

Sapientes ſunt qui vino vetere vtuntur. *Dictum hoc à Platone ſumptum Paræmiographi allegoricῶς trahunt ad commendationem antiquitatis omnis, ſed præſertim ſcriptorum. Nam & Plautus eodem ſenſu vſurpauit dicens.*

Qui vtũtur vetere vinò, ſapientes puto. Et qui libenter veteres ſpectãt fabulas,
Antiqua opera & verba cùm vobis placent,
Æquum placere eſt antè veteres fabulas. &c.

Sic & Pindar. ἄνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, Lauda vetus vinum. *ſed in iudicio de Pòëtis & Pòëmatis diſſentit à Plauto. addit enim:* ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Flores autem hymnorum recentiorum. *Idem cum Pindaro ſentit Horat. & probat fusè epiſtola ad Auguſtum. Non ſola nec omnia vetera Pòëmata eſſe bona.*

νέος ὢν ἀκοῦσαι τ' γεραιτέρων θέλε. Qui iuuenis eſt audire ſeniores velit.
ἀνδράσι δὲ παλαιτέροισιν ἐρίζεμεν οὐκ ἐθελήσω. *Homer.*
Nolo viris ego cum priſcis certamen inire.

ὁμιλίας δὲ τ' γεραιτέρων φίλει. Sit grata conuerſatio tibi ſenum.

ἄκουε δ' τὰ τέτταρα ὦτα ἔχοντος. *Zenodot.* Audi eum qui quatuor aures habet, *qualis fingebatur Apollo. vel ſignificatur vir prudens qui multa audiuit, vidit, expertus eſt. qualis Vlyſſes, Neſtor, Hercules Gallicus. Item ſenes qui multa audiuerunt & experti ſunt 4 aures habere dici poſſunt.*

Gallorum dictum eſt, Cane vetulo latrante, proſpectandum. i. *Auſcultandũ cùm quid*

monent vel præcauent senes. Nam canes vetuli, non temerè latrant vt iuuenculi. Vt lex coronam & diadema, ita natura canos dignitatis ac principatus venerabile signum fecit. E Plutarcho.

Stárzy podczas dźiwy broią / gdy ich czem dobrem nápoią.
Stáry tácno odmłodnieié / gdy sobié troche podleié. Stroi bábá turnieié, &c.

οἶνος ἄγωγε γέροντα κ᾽ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν. *Athenæus.*
Vina senem inuitum cogunt ductare choreas.
οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνην ἀναβάλλει. *Idem.*
Insanire facit sanos quoque copia vini.
οἶνος γέροντας ἀ θέλοντας, ὡς λόγος πείθει χορεύειν. *Idem.*
Fertur senibus etiam haud volentibus merum Suadere choreas.
Vina parant animos &c. Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ rugaque frontis abit. *Ouid.*
Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Mouit & ad certos nescia membra modos. *Tibull. Senes facile inebriari ob calorem imbecillum & alieni humoris copiã docet Camerar. problem 7. decadis 6.* γέρων βακχεύει, γέρων κωθωνίζεται. *Ex Athenæo.* Anus bacchatur, anus ebria saltat, seu cothonissat. *Nam κώθων significat temulentum vel poculi quoddam genus.*
ἡ δρὺς μαινὰς ἐγένετο. Quercus Mænas facta est seu bacchatur, saltat. *Sumptum ex Orphei fabula, qui cantu suo arbores ad saltum excitasse fingitur.*
Ælia Catula femina nobilissima & ditissima iam octogenaria publicè in ludis spectante Nerone saltauit. Dion. Colligitur & ex Suetonio.

Stárzy / rádźi śie nápiiáia / o tédze mié wiele dbáia.

ἀετὸς γήρας. Aquilæ senectus. *Dictum in senes bibaces magis quàm edaces. Sic apud Terent. Syrus adulans hero suo seni, hilariori in vino hesterno viso ait:* Visa verò est, quod dici solet, aquilæ senectus.
Nam aquila vt scribit Aristotel. Demetr. Phalereus & Plinius, non moritur senio, nec ægritudine, sed fame. siquidem in senecta tantopere illi rostrum superius excrescit, vt cibum capere non possit, sed bibendo tantùm vel sugendo sanguinem de præda, vitam aliquandiu producat. S. Hieronym autem scribit: Aquilam vbi grauatam se senio sentit, sese in fontem mergere & sic reiuuenescere. S. Augustin. ait: eam rostrum immodicè protuberans ad petram allidere, & eo decusso cibum capere ac reuirescere. Eucherius ait eam in senectute plumas amittere, & à pullis suis in nido ali, donec recrescant.
Peculiare vitium senum bibacitas vulgò habetur: vel quòd natura frigus ætatis vini calore arcere cupiat: vel quòd vinum non solùm calefaciat, sed etiam humectet senes frigidos & siccos; vel denique quod ex vino orta hilaritas minuat ætatis molestias, & obliuionem quandam earum afferat. vt in L. Prouer. SS. c. 31. insinuatur.
Quærit Plutarch. 1. Symposiac. Cur senes mero delectentur. *& respondet, Causam esse spiritus languidos & imminutos qui mero excitantur & augentur. alij apud eundem frigiditatem causam esse quæ mero discutitur asserunt.*
ec Horatius se ad compotationis hilaritatem excitans ait: Narra-

Narratur & priſci Catonis Sæpe mero caluiſſe virtus. *quod Plutarch. de Catone iuniore ſcribit, qui tamen Cicerone teſte, cùm totanocte bibiſſet, interdiu aleæ ludebat, & alia ſeria negotia obibat. Plato qui iuuenibus vino interdixit, ſenibus largiores compotationes conceſſit. Idem Vinum remedium aduerſus ſenectutem datum ait, contra debilitatem & mœrorem. Sed optimum eſt dictum S. Pauli:* Modico vino vtere. idque propter ſtomachum & frequentes infirmitates.

Vinum lac ſenum. *Garner.* οἶνος γάλα γερόντων.

Stárzy ſobié lat vymnia / młodźi przydáią.

De feminis habet Martialis epigramma 20. l. 4.

Dicit ſe vetulam, cùm ſit Cærelia puppa (.i. *parua puella*)

Puppam ſe dicit Gellia, cùm ſit anus. *Nam plerunq; feminæ iuuenes, vt quam primùm nuptum eant, annos ſibi addunt; contrà annoſæ viduæ, minuunt. Poteſt id quadrare & in mares in variis negotiis, varias ob cauſas. Apud Plautum in Milite Periplectomenes propè ſexagenarius probat multis ſe iuuenem eſſe, viribus, indole, vigore animi, & ſenſuum viuacitate, comitate, alacritate, liberalitate & ſimilibus.*

Contrarium tamen quoq; facile accidere poteſt & ſolet, vt maturi annoſiores quàm ſunt, eſſe ſe dicant; & iuuenes, iuniores.

Státecżny. Staty.

Lineæ inſiſtere. *Tertullian.* i. *in inſtituto permanere. Ductum à loco certaminum.*

Gradum figere. *Idem.* i. *in ſententia perſiſtere.*

Decedere de ciuitate quàm de ſententia maluit. *Cic. de Q. Metello.*

Anchora Conſtantiæ & Stabilitatis ſymbolum. *apud Pierium.*

ἐβάλετ' ἄγκυραν. *Pindar.* Iecit anchoram. *tr. At Virg. proprio ſenſu.*

Anchora de prora iacitur. Anchora fundabat naues.

Ouidius allegorico. Littoribus noſtris anchora pacta tua eſt. i. *Promiſiſti; ſis conſtans.*

ἐν πείσῃ τὴν καρδίαν τηρεῖ. *Syneſius.* In anchorali fune cor tenet. *Sic legit & interpretatur Paulus Leopardus, & reijcit Rhenani ac Iunij lectionem ac interpretationem. quam habes ſupra ſub* Vtá złem ráżié.

ἄκμων μέγας δ' ἐ φοβεῖται τοῦ ψόφου,
ἀλλ' νῶς ἰσχύφρων πᾶσαν ἔλκυσαν βίαν.

Strepitũ nec incus maxima metuit, neq; Mens firma quoquò traxeris violentiã.

Tenax propoſiti vir eſt. quem Non ciuium ardor praua iubentium,

Non vultus inſtantis Tyranni Mente quatit ſolida, nec auſter,

Nec fulminantis magna Iouis manus &c. *Horat.*

Eſt animus tibi Rerumq; prudens & ſecundis, Temporibus dubijſq; rectus. *Idem.*

Nec tædia cœpti Vlla mei capiam dum ſpiritus iſte manebit. *Ouid.*

Permanet in voto mens mea firma ſuo. *Idem.*

Ex ſeſe natus. *Tacit.* i. *ſui ſemper ſimilis, & conſtans ſibi.*

ὁ ἀγαθὸς ὅμοιος ἀεὶ καὶ ὁ μεταβάλλων τὸ ἦθος. *Ariſtotel.* Bonus ſui ſemper ſimilis & non commutat mores.

Annoſa

Annoſa quercus fruſtra flatibus tunditur. *Ex Virgilio.*

ὥσπερ ἡ πέτρα παράλιος κυμάτων ἐπιφορὰς ſ. ἀμελεῖ. *Nazianzen.*

Vt marinus ſcopulus fluctuum incurſiones non curat.

Illa velut pelagi rupes immota reſiſtit.

Vt pelagi rupes magno veniente fragore, Quæ ſeſe circũ multis latrantibus vndis,

Mole tenet, ſcopuli nequicquam & ſpumea circum

Saxa fremunt, lateriſque illiſa refunditur vnda. *Virg.*

Tu ne cede malis, ſed cõtra audentior ito. *Idẽ.* Mens immota manet. *Idem.*

ῥᾷστον ἂν ἡγοῦ ὅλον τ' σίπυλον μεταχωρῆσαι, ἢ σὲ τ' καλῶν ἀπάγειν. *Lucian.* Citiùs quis Sipylum (*montem*) loco mouerit, quàm te à pulchris abſtraxerit.

τετράγωνον. i. Quadratum, *vocat Ariſtoteles, eum qui virtuti inſiſtens, fortunæ caſus optimè fert. Fuſiùs id declarans Rhodigin.* Quadratus inquit Numerus continet denarium. *Figura item quadrata quatuor lineis æqualibus & angulis rectis conſtat. Corpus demiq́, quadratum (vt cubus) ſex quadratas ſuperficies æquales habet; quarum quælibet quatuor lineas & quatuor angulos habet, quare quomodocunq́, cadat, rectum ſtat. Sic vir bonus continet omnes perfectiones virtutis, & in quocunq́, motu fortunæ rectus æqualis & ſui ſimilis permanet. Lacon mutilatus pedem, nomen ſuum inter milites profeſſus eſt, & vetantibus reſpondit:* Non fugientem ſed manentem pugnare cum hoſtibus oportet. *E Plutarcho.* ἐδὲ γόυ κάμψας. Ne genu quidem flexo. i. *conſtanter, aſſiduò, ex Æſchylo. apud quem Vulcanus Prometheo dicit:* Itaque petram hanc ſeruabis inſomnis & ſtans ne genu quidem flexo. *Pulli anſerum eſurientes, fruticibus aut herbis ſolidioribus ita pertinaciter obluctantur, vt collum abrumpant. Columel. Varro. Plini. Symbolum conſtantiæ, perſeuerantiæ in actionibus laudabilibus.*

Nec mea iam mutata loco ſententia cedit. *Virg.*

Diſrumpantur ij qui me poſſe aliquid doluerunt. &c. nec tamen ego de meo ſtatu demigro, &c. *Cic.* ἀδιάπτωτον φρόνημα. Immerſabile ſuber *vocat Pindar. virum probũ non cedentem improborũ ſermonibus vel fortunæ caſibus. Affine,* Vlič námowiſſ.

Stoi ſám ſám zá trzéch / zá dźieśiąćiu. &c.

Hermes omnia ſolus & ter vnus. *Martial. de gladiatore celeberrimo, qui inſtar cuiusdam Triſmegiſti erat. Inſignes eius laudes ſunt l. 5. ep. 25.*

——— ἀνὴρ πολλῶν ἀξιάξιος ἄλλων. *Homer.* Vir multis alijs æquandus honore. *Paraſitum Plautus in Menæchmis pro octo conuiuis numerat.* Quærit opſonator ex hera ſua, quæ opſonio tribus ſufficiẽs eum emere iuſſit: Cuiuſmodi hi homines (*conuiuæ*) erunt? *Reſpondet illa:* Ego & Menæchmus & paraſitus eius. *Tum opſonator:* Iam iſti ſunt decem. Nam paraſitus octo hominum munus facile fungitur. *Apud eundem in Captiuis, Paraſitus ceu lupus famens in penu irruit & totum vaſtauit.*

Sic apud Athenæum. εἰσὶν γὰρ ἡμῖν τ' κεκλημένων δύο

ὅτι δεῖπνον ἄμαχοι Φιλοκράτης καὶ Φιλοκράτης,

ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα, δύο λογίζομαι, μᾶλλον δ' μεγάλως τρεῖς—*Eubulus.*

Conuiuarum quos inuitaui duo ſunt In cœna prorſus inuicti Philocrates & Philocrates,

locrates, Vnus quidem ille eſt, at pro duobus computo, Magis autem pro magnis tribus. *Ideò apud Martialem Opſonator hoſpitem interrogat dicens:*

Dic quotus es? quanti cupias cœnare? nec vnum Addideris verbum.

πολλῶν ϛραχιόνων ἀπλάξιϛ. *Philoſtratus de Palamede.* Multis brachijs æqualis. *Sic Archimedes* ἑκατόγχιϛ. *i. Centimanus dictus eſt, teſte Euſtathio. quod vno impulſu baliſtæ multa iacula in hoſtes funderet.*

πολλῶν ὑπετῶν ἀπλάξιϛ. *Xenophon.* Plurium famulorum inſtar eſt.

Strách dziécinſki/ głupi/ prozny. Boiśie/ á ſám nié wie czégo.

πανικὸς φόϐος: Panicus timor, rumor, caſus. *Cic.*

ἐν τῇ νυκτὶ φόϐος σφίσιν ἐμπίπτει πανικός. *Pauſanias.*

Noctu timor panicus ipſis incidit. *Idem hunc timorem vocat,*

ἀπὸ ἐδεμίας αἰτίας δείματα γινόμενα. Ex nulla cauſâ terricula orta.

πανικοῖς moueri *Cic.* ἀδεὲς δείδιας πλέϐ: Inanem metuiſti metum.

μορμολύκεια πλέδοικας. *Baſilius.* Terriculamenta laruæ expauiſti.

Omnia tuta timens. *Virg.* Lamiæ turres, quibus nutrices pueros terrent. *Tertullian.* Terricolas lamias *vocat Lucillius. al.* terriculas. *an potiùs legendum* Turricolas, *quæ vox alludit Tertulliani dicto.* ψευδόπυρα. Simulati ignes. *translatum à militibus qui ignibus hoſtes terrent. Eraſmus.*

αἱ τίτθαι τὴν λαμίαν διηγούμεναι τὰ παιδία κηλῶσι. *Dio Chryſoſto.*

Nutrices lamiam commemorantes deleniunt pueros,

χύτραν τρέφειν. *Suidas ex Ariſtophane.* Ollam alere dicebatur is, *qui figmento aliquo metum alteri incutere conabatur. Sumptum ex more Athenienſium, qui ollas in tectis diſponebant, quarum ſtrepitu vlulas, quarum ibi copia maxima erat, abſterrebant.*

σκιαὶ καθάρσι. *Diogenian.* Vmbræ ſcarabæi.

μορμολυκείοις ἐκφοβεῖς τ λέοντα. Larua terres leonem. *Seneca.*

ἀσκῷ μορμολύττεσθαι. *Diogenian.* Vtre terrere vel terreri.

ἀσκοφλαυρίζειν. *Heſychio idem.* τῇ σκιᾷ μορμύσσῃ *Heſych.* Vmbrâ territas.

ἀστραπὴ ἐκ πυέλου. *Diogenian.* Fulgur ex pelui. *non nocet, ſed tantùm terret, & quidem pueros.* Vt pueri infantes credunt ſigna omnia ahena

Viuere, & eſſe homines; ſic iſti hæc omnia ficta

Vera putant, credunt ſignis cor ineſſe & ahenis. *Lucillius.*

Fulmina bruta & vana. *Plini.* Cerui puniceas plumas timent. *Virgil.*

Pueri quos amant, cum quibus ludunt; ſi perſonatos videant, expaueſcũt. *Seneca.*

τὴν ἑκάτην χθονίαν σκύλακες τρομέουσι. *Theocrit.* Hecaten ſubterraneã canes timent. *Dicuntur enim canes ſpectris terreri, quod fieri poteſt ex imaginatione forti vt hominibus accidit. Noſtras etiam vulgus ridiculè:* Ventum à canibus videri & timeri ait. *Hinc illud fortè.* Wiátru śie boiß. Timere ne cœlum ruat. *ex Terent. Confer* Vlić ſtráßny.

Straßny.

Pro manduco ad ludos locari queat, Ita clarè crepitat dentibus. *Ex Plauto.*

Gorgo altera. *de qua Philoſtratus.* Δείματα τ̃ γοργῦς ἐνὶ ὐχαῖς λίθοι γίνονται.
In terriculamentum Gorgonis incidentes, lapides fiunt.
Et trepidæ matres preſsêre ad pectora natos. ſ. *Furia inſonante. Virgil.*
Ferro igniq; minatur. *Cic.* Ferro & flamma vaſtitatem infert. *Idem.*
Salmoneus alter. Ζαλμωνεύς. *Heſiodo. Eunapio. qui tonitrua & fulmina imitando, terrebat & perimebat homines.* *Similis illi Choſroas apud Cedrenum. Anthemius apud Agathiam. Alladius apud Dionyſium. Claudius imperator apud Feſtum.*
κάμηλος ἐν Αἰγυπτίοις. *Lucian.* Camelus apud Ægyptios. *de re terribili.*
Ptolomæus Lagi introduxit in Ægyptum Camelum Bactrianam admodum nigram, quam auro & gemmis ornatam cum in publicum produxiſſet, ſpectatores territi fugerunt. Rhodigin.
Quidam magis timent Cacodæmonem, quàm fullo vlulam auem inauſpicatam & mortis præſentiam. Ater enim veſtitus, quo in funeribus vtimur, fulloni ingratus & odioſus eſt, quia nullum lucrum ex eo capit. Ex Varrone. *Vide ſi lubet* Stráßydło *in 1. Tomo.*
Affine, Srogi. Szpętny.

Stráßny wiélom / ſtráchay śię wiélu.
Złe śię ich čiębię boi / tyleć ich o żywot ſtoi.
Multis terribilis caueto multos. *Auſoni. ex Periandro.*
πολλοῖς δείματος φοβεῖτο πολλός. *A.*
Semper redundat ipſum in auctorem timor. *P. Mimus. vel Laberius.*
Quem quiſque odit, perijſſe expetit. *Ennius.* Quem metuunt, oderunt. *Idem.*
Neceſſe eſt multos timeat quem multi timent. *Laberius.*
Nemo ſecurè potuit terribilis eſſe. *Seneca.* Semper in auctores redundat timor: nec quiſquam metuitur, ipſe ſecurus. *Idem.* *Sic Dionyſius Tyrannus, adeò omnes timebat, vt nec tonſorem admitteret, ſed filias ſuas ad tondendos capillos, & poſtea adultis ferrum non credens, carbonibus iuglandis adurendos adhiberet. nec ad vxorem accederet, niſi præmiſſis qui veſtes & arculas excuterent, ne quod ferrum occultaretur. Cic. & Valer. Maxim.* *Similis illi fuit Alexander Pheræus vt ijdem teſtantur.*
Omnia quæ naturâ fera ac rabida ſunt, ad minima conſternantur. *Seneca.*

Straż pánſka nawiérnieyßa / poddánych miłość.
Magnum timoris remedium eſt clementia. *Seneca. Octauia.*
Nero. Ferrum tuetur principem. *Seneca.* Meliùs fides. *Ibidem.*
ἀληθινὴ καὶ βέβαιος εὔνοια, φυλακτήριον ἀρχοντος. *Plutarch.*
Vera & firma beneuolentia, cuſtodia principis.
Fruſtra ſe terrore ſuccinxit, qui ſeptus charitate non fuerit. *Plini. iunior.*
Beneuolentia ciuium ſeptum eſſe oportet non armis. *Cic.*
βασιλεῖ πίστεως καὶ χάριτος ἰσχυρότερον οὐδὲν, οὐδὲ ὀχυρώτερον. *Plutarch.*
Regi fide & beneuolentia fortius & munitius nihil.
Rex apum ab examine toto conglobatur, cingitur, protegitur, fouetur, portatur certatim & ſtudiosè. Plini. Pierius. *V.* Łágodnośćia wiecey ſpráwiß.

Stroi

Stroi śię á przędźię ßpętnу ábo ßpętną.

ὡραῖος ἄνευ κάλλους. *Ariſtotel.* Formoſus ſine pulchritudine.
πρόσωπεῖον ἀ πρόσωπον ἔχει. *Lucilli.* Perſonam ſeu laruam, non faciem ſeu vultum habet. *Quales ſunt feminæ ceruſſatæ. de quibus Iuuenal. Satyra 6.*
Simia eſt ſimia etiamſi aurea geſtet inſignia. *Lucian. ſuprà ſub* Promot.
Simia purpurata. *ſub* Vlić przyſtoi. πίθηκος ψιμυθίου ἀνάπλεως. *Ariſtophan.*
Simia fucata ſeu plena fuci ceruſſæ. *de anu deformi fucata.* λήκυθον ἔχει πρὸς τὴν γνάθους *Idem.* Lecythum habet in malis. i. *tantam copiam pigmentorum quæ lecythum impleat. Simile eſt illud Ariſtotel.* ὡήθης αὐλὸν εἶναι συκαμίνων τάλαρον. Videris eſſe ipſe ſycaminorum calathus. ſ. *ita multùm purpuriſſi in genia habes.* Ják Toruńſka cegłá.
V. Vrodá bez vkładności.

Stroić śię w nießześćiu nié przyſtoi.

Immundas (i. *aduerſas*) fortunas æquum eſt ſqualorem ſequi. *Plaut.*
Ouidius, excuſans librum ſuum quem mittebat exul Romam inculcum, dixit.

Nec te purpureo velent vaccinia ſucco,
Non eſt conueniens luctibus iſte color.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur, &c.
Fortunæ memorem te decet eſſe meæ.

Romani, non ſolùm in funere carorum, ſed etiam in publica aliqua calamitate, terrore, periculo, veſtitum mutabant. quod ſatis ex Cic. Liuio, Varrone conſtat. fuit verò luctus index color pullus, vt & apud nos. ἔνθημα λαμπρὸν σκιερᾷ ἐ πρέπει τύχῃ. *A.*
Res luctuoſas ſplendida haud decet toga.

Stroyno á głodno. Swietno á chłodno.

Munda fames. *Martialis cùm multa dixiſſet in laudem villæ & vitæ ruſticæ, addit alloquens Baſſum vrbanum:* At tu ſub vrbe poſſides famem mundam.
Olere & eſurire ridiculum. *Idem Martial. in Fabullum conuiuatorem ſplendidè parcum.*

Vnguentum fateor bonum dediſti, Conuiuis here, ſed nihil ſcidiſti.
Res falſa eſt benè olere & eſurire.

Qui non cœnat, & vngitur Fabulle. Hic verè mihi mortuus videtur.
Ambitioſa paupertas. *Iuuenal de ſuis ciuibus ait:*
Commune hoc vitium eſt hîc: viuimus ambitioſa Paupertate omnes.

εἰς τὰ καθαρὰ δ' ὁ λιμὸς ἐπιοικίζεται. *Menander.*
In pura quoque & in ſplendida fames immigrat.

Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲ ἔχει, δίψῃ δ' ἀπολλύται. *Suidas.* Delphus vir coronam quidem geſtat ſiti autem perit. *Dictum in Connam tibicinem vinolentum, qui victor in Olympijs coronam obtinuit, ſed egens ob ebrietatem egeſtate premebatur.*
Benè veſtiti, malè comedunt. *Garner. è Gallico.* Multùm holoſerici parùm panis.

ὁ ἡμφιεσμένος καλῶς φάγει κακῶς. *A.* (*Idem.*
Qui ſplendidè veſtitur, is edit ſordidè.

Huc & illud: ὑποδημα καλὸν ὑπιπολὺ πίζει πόδα. *A.*
Plerumque pulcher calceus premit pedem.
Vide Bucʒno! Byto ná co pátrzyć. Sworſki żywot.

Stroyny: Stroyno vbrány. Zbyték w vbiérzé. Nié wédług ſtanu vbior.
Baſilicè ornatus incedit. *Plaut.* Induta regillam. i. *regiam veſtem. Idem.*
Impluuio induta. *Idem.* i. *pretio areæ impluuij.* Quid iſtuc mirabile eſt?
Quaſi non fundis exornatæ incedant multæ per vias. *Idem.*
Quare vxor tua locupletis domus cenſum auribus gerit? *Seneca.*
Bina ac terna patrimonia ſingulis auribus pendent. *Idem de mulieribus loquitur.*
Aurea quòd fundi pretio carruca paratur. *Martial.*
Matrona incedit cenſus induta nepotum. *Properti.*
Quis furor eſt cenſus corpore ferre ſuos? *Ouidi.*
Gemmis auroque teguntur Omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui. *Idem.*
Quorum luxuries fortunæ cenſa peredit. *Nonius ex Cicer.*
Qui vno filo villarum inſuunt pretia. ſ. *gemmas. Hieronym.*
Vno lino decies H-S inſuitur. ſaltus & inſulas tenera ceruix fert. *Tertullian.*
Mirum negotium! mulieres ad omnia delicatæ, ad vitiorum ſarcinas fortiores ſunt viris. *Cyprian.* Andromaches inſtar ædificat caput. V. Pilność wczéśna.
Lollia Paulina, quadringenties H-S (*ea ſunt decies centena millia aureorum*) *operta, ſpectata eſt. Plini.* εὐπάρυφος ἐν κωμῳδίας. *Plutarch.* Euparyphus ex Comœdia, *à veſte vtrinq; purpureas virgas aſſutas habente. qualibus vtebantur diuites ſplendidi, & perſonæ in Comœdiis inſigniores, vt Lucianus Militem glorioſum.* εὐπάρυφον ἐν χλαμύδι *appellat.* Θεσσαλικαὶ πέζυγες. *Pollux. Suid.* Theſſalorum alæ, *ad luxum veſtium pertinent. veſtes manicatas intelligit Eraſmus, quæ apud Virgil. Troianis probri inſtar obijciuntur. Sed Henric. Stephan. de veſtium inferioribus partibus ſciſſis accipit.* iáko náśé roſpory. Oculis guloſus. *Seneca.* Non ſunt homines ad popinam dentibus ventre & ore contenti; oculis quoque guloſi ſunt. ſ. *ſplendidè ſe veſtientes.* Afra auis. *aptè dicetur homo ſplendido exotico & vario ornatu. ſic Plaut. vocat Pœnum, auem ob manicas verſicolores pendentes inſtar alarum.* (pauonis. ποικιλώτερος καὶ παγχρύσου ὥσπερ ταὼς *Syneſius.* Maximè varius & omnicolor inſtar *Apud Plautum conſpicatus quidam lenonem natali ſuo ſplendidè veſtitum dicit:*
Vt veſtitus eſt perfoſſor parietum! Jákoć śie ztodźiey vſtroił!
Tonſorem iuſſerat ſibi vocari Iulianus Imper. qui cùm ſumptuosè ornatus veniſſet, dixit ei: Tonſorem ſe non Senatorem vocaſſe, *& ſic eum dimiſit. Zonaras.*
ἐπὶ χεῖρας φέρει. *Euſtathi.* Ad manus fert. ſ. *laxa & longo ſyrmate fluentia gerit veſtimenta vt manibus extremæ earum oræ ſubleuari debeant.*

Strugat ſtrugat / áż przeſtrugat.
Dictum hoc perſtringit eos qui nimis accuratè & exactè res agendo excedunt modum. Talis in Heauton. Terent. Menedemus *ſeuerus in filium pater.*
Oraculum illud magnoperè cuſtodiendum. Segetem ne defruges. *Plini.* i. *Ne aſſidua cultura*

dua cultura & fructibus percipiendis exinanias & sterilem reddas agrum. Idem Cato, Varro, Columel. Virg. præcipiunt agricolæ. In omni re videndum est Quatenus. Etsi enim suus cuiq; modus est, tamen magis offendit nimium quàm parum. *Cic.* μὴ λεπτὰ ξέειν. *Ex Suida.* Ne tenuiter radas. *Vel* μὴ λεπτὰ ξαίνῃς. Ne tenuiter diducas. In vitium ducit culpæ fuga si caret arte. *Horat.*

Vide Przynagláć. Válegánie. Co wczás. Miárá wè wßyſtkiem.

Strzéżonego Bóg ſtrzéże. Chcacego zginąć nikt nie vſtrzeże.

ἐρέπτια Φυλαττόμενος ὑ καταχώσεια. *A.*

Non cito ruinâ perit, is qui ruînam (al. rimam) timet. *P. Mimus.*

Cauendi nulla est dimittenda occasio. *Idem.*

Citius venit periclum cùm contemnitur. *Idem.*

Non potest nimis pudicitiam quisquam suæ seruare filiæ. *Plaut.*

Confer. Kto ſie ſam zginąć nápiera.

Subtelnego ciała człowiek zdrowy / mądry.

ἐν τῷ μαλακῷ ὑγιὲς. In malaco sanum. *Quintil. i. qui carne molli & tenera sunt, sani & prudentes sunt, quia ob raritatem & molliciem cutis euaporant facilè humores superflui, qui potentias obnubilant. Vnde è contra crassi & stupidi παχύδερμοι. i. crassa cute sunt. Rhodigin. Ex Aristot. Problemate 53. sect. 1.*

Subtelność / troſká / robotá / niepożytéczna. Sztuká wielka: máły pożytek.

νῆμα ἀράχνης. Aranearum telas *vocabat Ariston Chius Dialecticorum subtilitates. Pierius.* Aranearum telas odit Minerua. *Petrarcha.*

μυρμήκων ἀτραπὸς ᾄδει. *Aristophan.* Formicarum semitas canit.

λεπτολογίαι, λεπτολεσχίαι. Subtiles nugæ. λεπτὴ φροντὶς. *Aristopha.* Minuta diligẽtia.

λεπτὸν ξαίνεις vel ξέεις. *Suidas.* Nimis subtiliter ducis fila, vel radis aliquid.

ὠὸν κολλᾶν. *Diogenian.* Ouum glutino compingere.

κέγχρον διοτρύσειν. *Suidas.* Milium torno sculpere.

κέγχρον τρυπᾶν. *Galen.* Milium terebrare. περιεργία, *hæc Græcis.* i. Superuacua operositas. *Quintil.* *Talis fuit illius apud Quintil. l. 2. c. 21. qui grana milij è longinquo iaciebat in foramen acus certo ictu. dignus qui artis præmium, modium milij ab Alexandro acciperet. vel vt alij aiunt cumulo milij obrueretur. Non dissimilis Xenocratis periergia apud Plutarchum, qui syllabarum numerum ex omnibus literis inter se compositis indagauit & reperit centies millenum & ducentorum millium.* Nodum in scirpo quærere. *Enni. Plaut. Lucil. Festus. & apud Terent. sic:*

CH. At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me male habet. Ꝟt. *Pamphilus.* Dignus es cum tua religione odio. Nodum in scirpo quæris.

Quædam inefficacia & inutilia ipsa subtilitas facit. *Seneca.* Laterunculis ludimus, in superuacaneis subtilitas teritur. *Idem.*

Suchy Márzec / mokry Máy: Bedźie gumno iáko gay.

Simile apud Latinos ruſticorum vetus carmen habet Macrobius & Feſtus.

Hiberno puluere, verno luto, grandia farra Camille metes.

Simile dixi. Nam apud nos Martius plerumq; eſt finis hyemis: Maius extremus, initium æſtatis aut vicinus valdè. Huc aliqui trahunt illud Virgilij:

Humida ſolſtitia (*.i. æſtates*) atque hyemes optate ſerenas Agricolæ.

Et videtur quidem non prudens votum. æſtas enim debet eſſe ſicca, hyems humida. Sed interpretantur aliqui de moderato humore æſtatis, quæ ſiccißima cùm ſit, optant agricolæ aliquam temperiem ab humore. Sic hyemis ſiccitatem ac ſerenitatem optant, quæ humiditatem nimiam temperet. alij aliter. vide ſi lubet Cerdam.

Galli apud Garnerum dicunt. Mars aridus, Februarius niuoſus, Aprilis humidus, Maius viridis, Anni fertilis nuntius. Item. Ianuarius rigidus, Mars puluerulentus, Aprilis nimboſus, Maius ventoſus, Annus fructuoſus.

Adde illud Catonis. Agro ſicco per ſementem, agro læto per ver.

Et Plutarch. ait: σῖτον ἐν πηλῷ φυτέυειν, τὴν δὲ κρίθην ἐν κόνει. Frumentum in luto ſerite, hordeum verò in puluere,

Affine his eſt illud apud Suidam ex aliquo Pœta.

νιφοστιβὴς χειμὼν εὐκάρπῳ θέρει.

Hyemem niuoſam ſequitur æſtas fertilis.

Sumnienia trudno pozbyć.

ζωὴ ἀνὴρ συνειδὸς ἔστι σύμφορος βροτῷ. *A.*

Homini perennis conſcientia eſt comes.

Conſcientiam à dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis auelli non poteſt. *Cic.* Magna vis eſt cõſcientiæ in vtramq; partẽ. *Idem.* Conſcientia graue pondus. *Idem.*

Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem (*conſcientiã*) Pœna grauis. *Iuuenal.*

Mors faciet certè, ne ſim cùm venerit exul.

Ne non peccârim, mors quoque non faciet. *Ouidi.*

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi

Diſplicet auctori, prima hæc eſt vltio, quòd ſe.

Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis

Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam. *Idem. ibidem. & plura talia.*

Martialis vbi in maledicum Pœtam multas diras effudit, ſic claudit.

Et cùm fateri Furia iuſſerit verum, Prodente clamet conſcientia, Scripſi.

Quot ſcelera quis in vita patrauit, tot notas apud inferos vmbra vel anima eius exhibet. Simile quid habet Plutarch. de ſera Numinis vindicta.

Sumnienie dobre, wielka vćiecha y obroná.

εὖ οἱ συνειδὸς πάμπαν ὀλβιώτατον. *A.* Nil conſcientia eſt beatius bona. Vacare culpa maximum eſt ſolatium *Cic.* Ego præclara conſcientia ſuſtentor. *Idem.* In ipſa conſcientia rectè factorum, ſatis magnus laborum fructus eſt. *Idem.* Ego, quicquid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti feram. *Idem.* Cùm culpa careamus, omnia humana pacatè & moderatè feramus. *Idem.*

Nec

Nec à quo culpa abſit, quicquam in malis numerandum. *Idem.*

— Hic murus aheneus eſto. Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. *Horat.*

τὸ μὴ συνειδέναι γὰρ αὐτῷ τῷ βίῳ
ἀδίκημα μηδὲν, ἡδονὴν πολλὴν ἔχει. *Antiphanes.*

Nil eſſe conſcium ſibi in vita mali, Affert voluptatem cuiuis maximam.

βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός,

Omnibus hominibus conſcientia eſt Deus. *ſ. propitius vel iratus.*

— Valeat poſſeſſor oportet Si comportatis rebus benè cogitat vti. *Horatius de ſanitate mentis probæ loquitur, ſimilitudine allegorica. Contrà verò idem*

Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit. i. *animum malè affectum & vitioſum nulla res oblectare poteſt. Eadem ſimilitudine vſus eſt Lucret.*

Intellexit ibi vitium vas efficere ipſum,
Omniaque illius vitio corrumpier intùs. *Sed hæc duo ad malam potiùs conſcientiam pertinent.* Sumnienie złé niczem śie nié vćiębſy.

Vita ſecura, vbi conſcientia pura. *Bernard.* Secura mens, iuge conuiuiũ. *Prou. SS. 15.*

βροντῆς ἀκούσας μηδαμῶς πόρρω φύγῃς
μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς αὐτῷ δεσπότῃ. *Philemon.*

Tonitru ſonante neutiquam fugies procul
Si nil tibi ipſe conſcius fueris here. (*vel, mali*)

τὸ μὴ δι' αὐτὸν κακῶς πράττειν, ἐ μικρὸν κέφισμα πρὸς τὰς τύχας. *Plutarch.*

Abſque culpa infelicem eſſe, non paruum leuamen calamitatum. *In Rudente Plauti Damones probus ſenex dicit:* Semper cauere hoc ſapientes æquiſſimum eſt,
Ne conſcij ſint ipſi maleficijs ſuis. Subiecit pedibus Acherontem. *Turneb. ex Virgil. de homine probo benè ſibi conſcio.* *Affine,* Vlićwinny śmiáły.

Sumnienie świádćć niéomylny. zá wielé świádkow ſtoi.

Conſcientia mille teſtes. *Quintilian. Accipe hoc, Senario.*

συνειδὸς αἵτι μυρίων ἐν μαρτύρων. *A.* Eſt mille ad inſtar conſcientia teſtiũ.

Mea mihi conſcientia pluris eſt quàm hominum ſermo. *Cic.* Magna vis eſt conſcientiæ in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccârint. *Idem.*

Si honeſta ſunt, quæ facis; omnes ſciant, ſi turpia, quid refert neminem ſcire cùm tu ſcis? O te miſerum ſi contemnis hunc teſtem! *Seneca.*

Conſcia mens recti famæ mendacia ridet. *Ouidi.*
Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora, pro facto ſpemque metumque ſuo. *Idem.*

Lucianus Ethnicus & atheos ſcribit, in inferis ad tribunal Minois acenſari defunctos ab vmbris, quæ olim viuos comitabantur, & conſcia erant omnium actionum, Minòémverò his auditis addicere reos certis ſuppliciis.

Sumnienie złe ſtoi zá kátá.

Prima & maxima peccantium pœna eſt, peccaſſe. *Seneca.*

Nil miſerius quàm animus hominis conſcius. (*ſ. mali.*) *Plaut.*

Illo nocens ſe damnat quo peccat die. *P. Mimus Syrus.*

Ipſa ſibi carnifex conſcientia mala eſt. *Pacatus.*

κακὸν συνειδὸς αὐτ' ἑαυτῷ δήμιος. *A.*

ἡ συνείδησις πολλάκις τὴν ψυχὴν. Conſcientia verberat animum. *Paulus IC.*

—— Quos diri cõſcia facti Mens agit attonitos & ſurdo verbere cædit. *Iuuenal.*

Pœna etenim vehemens & multò ſæuior illis,
Occultum quatiente animo tortore flagellum,
Quam vel Cedicius grauis inuenit aut Rhadamanthus,
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem. *Idem.*

Heu quantùm miſero pœnæ mens conſcia donat! *Lucan.*

Eſt pœna præſens conſciæ mentis pauor,
Animusque culpa plenus & ſemet timens. *Seneca Hippolyto.*

Suum quemque ſcelus exagitat, ſuæ malæ cogitationes conſcientiæq; terrent. *Cic.* Vultures Titium continuò exedunt. i. *Mala conſcientia tormentum ſemper habet. Macrobi. Et apud Æſchylum Prometheus dicit:* συνοίδα δ' ἐμαυτῷ κέαρ. Conſcientia exedit mihi cor vel animum. *Nam Promethei in Caucaſo affixi cor ab aquila laterari aliqui finxerunt. vt Lucian. in Prometheo vtroq;.*

Huic epulæ ſordent, quem tecta piacula mordent. *Anonym. rhythmic.*

Sumnienie zle: troſtliwe / boiázliwe / podéyrzliwe.

Conſcientia graue pondus. *Cic.* Semper præſumit ſæua, perturbata conſcientia. *Sapientiæ c. 17.* Fugit impius nemine perſequente. *Prou. SS. 28.* Non eſt pax impijs. *Iſaiæ 57.* Nunquam ſecura eſt praua conſcientia. *P. Mimus.*

ὁ συνιστρῶν αὐτῷ τι, κἂν ᾖ θεασόμενος,
ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ. *Menander.*

Sibi conſcius malè quid, licet audaciſſimus, Timidiſſimum ipſum conſcientia efficit.

κλέπτων ὅταν τις ἐμφανὼς ἐφωρεθῇ,
σιγᾶν ἀνάγκη, κἂν καλὸν φέρῃ τόμα. *Sophocles.*

Furto in recenti deprehenſus quiſpiam. Licet ore ſit bono, tacere cogitur. *Ruſſi dicunt.* Vtá zlodyiu ßapká horet. *quia putat ſe ab omnibus agnoſci & ſpectari.*

οἱ φῶρες τὴν βοὴν. ſ. φοβεῖσθαι, vel ἀισθάνεσθαι. Fures clamorem timent vel ſentiunt ſtatim. λύκος πρὸ τῆς βοῆς πτήσσει. *Diogenian.* Lupus ante clamorẽ feſtinat. *Sic Virg.* Ac velut —— Occiſo paſtore lupus magnoque iuuenco
Conſcius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pauitantem vtero; ſyluasque petiuit. Wie piés komu ſádlo ziadl.

Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici. *Cato.*

δίεται ἀλλοτρίως λαλεῖν πρὸς ἄλλον, τι συνειδώς. *Mylius.*

Beſſus patre ſuo clam occiſo, cœnans apud vicinum haſta hirundinum nidum deiecit & pullos macſauit, quod inquiebat ſe patris ſui interfectorem falsò clamarent. qua re delata ad regem captus & punitus eſt. E Plutarcho.

Sumnienie

Sumnienie z twarzy poznáć.

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu! *Ouid.*

Apud Rhetores inter argumenta facti probabilia ponuntur, erubuiſſe, expalluiſſe, expauiſſe, titubaſſe, inconſtanter locutum eſſe, concidiſſe, &c. Cic. Quintilian.

Timor eius, perturbatio, ſuſpenſus incertuſque vultus, crebra coloris mutatio, quæ antea erant ſuſpicioſa, hæc aperta ac manifeſta faciebant. *Cic. de Oppianico.*

In Adelphis Terentÿ, cùm Mitio deprehendiſſet Æſchinem adoptatum filium in loco ſuſpecto, & erubeſcere ac tacere aduertiſſet, dixit: Nihil mihi reſpondes? ——

Mirabar quid hic negotij eſſet tibi? *Deinde tacitus ſecum loquitur:*

Erubuit, ſalua res eſt. i. *prodit ſe eſſe conſcium rubore & nondum eſt perfrictæ frontis, & perditi pudoris. Vide plura ſimilia ſub* Twarz wynurzy.

Affine eſt & Niewinny śmiele mówi.

Surowie śie z kim obchodźić.

E ſyngrapha cum aliquo agere. *Cic.* Nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par ſit ratio datorũ & acceptorum. *Idem.* Ad viuum reſecare. *Idem.* Tabellis obſignatis cum aliquo agere. *Idem.* i. *ſic eum conſtringere vt nil excuſare poſſit. More eorum qui ita aliquid repetunt ab aliquo vt habeant ſcriptum quo illum conuincant ſi neget promiſſum debitum. &c.*

Sub formula iudicare. *Seneca.* i. *ex præſcripto ſummi iuris, non ex æquo bono.*

Obtorto collo ad prætorem aliquem trahere. *Plaut.*

Radere vſque ad viuam cutem. *Idem.* Ξυρεῖν ἐν χρῷ. *Sophocles.*

Patruum eſſe, agere, ſapere. *Ex Cic. Horat. Catullo. Nam patrui carent tenero illo affectu quem patres habent, ideoq; qui filios ſuos meliùs educare volebant, patruis eos commendabant.* — Patruæ metuentem verbera linguæ. *Horati.*

Triſtem literam dare. *Cic.* i. *condemnare litera θ prodita. quæ fuit nota condemnationis. Aſconi.* Nigrum theta præfigere vitio. *Perſius.* *In Bacchidibus Plauti Chryſalus ſeruus Nicobuli dicit, ſe caſtigaturum filium eius Mneſilochum diſſolutum. (licet id fingat & filio potiùs faueat) dicens:* —— Plura ex me audiet hodie mala,

Quàm audiuit vnquam Clinia (*diſſolutus filius*) ex Demetrio (*ſeuero ſuo patre.*) *Ex aliqua veteri Comœdia Græca vel Latina ſumptum eſt.*

Talia ſunt illa. Cenſorem agere. Areopagitam eſſe. Multo vngue notare. Crebrò obelos apponere &c. *Vicinum,* Rozſadek ſurowy.

Swa wola / wielka niewola. Wolność ná zle / ſzkodliwa.

Wolność fałſywa ieſt / czynić co ſie podoba.

Beatos aiunt qui viuunt vt velint. falſum id quidem. *Cic.* Velle quod non deceat, miſerrimum eſt. *Idem.* Miſer cui peccare licet. *Idem.* Non tam miſerum eſt non adipiſci quod velis, quàm adipiſci velle quod non oporteat. *Idem.* Infelix cui omnia licent. *Idem Cic. & Ammian.* *Damnant ſapientes illam ſententiam Iuuenalis, licet non ex mente Pœtæ ſed tyranni vel heri imperioſi prolatam,*

Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. *& illam Libertinorũ apud Perſiũ.*

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi,
Cur mihi non liceat iuſſit quodcunque voluntas?

Apud eundem diſſolutus quiſpiam ita loquitur:

An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam Cui licet vt voluit?

ſed refellit & hunc Poëta. Similia habet Cic. in Offic. & Paradoxis.

Et Horat. lib. 2. Satyra 7. Quiſnam igitur liber? &c.

Verum quidem eſt, Stoicos ſimili modo definiuiſſe libertatem. ſic enim dicunt apud Laërtium: ἔστιν ἡ ἐλευθερία ἐξουσία αὐτοπραγίας. Libertas eſt facultas viuendi vt velis. *Sed longè diuerſo ſenſu, nempe ſecundum rectam rationem & virtutem, non ſecundum libidinem. Sic Epictetus apud Arrianum.*

ἐλεύθερός ἐστιν, ὁ ζῶν ὡς βούλεται. Hic liber eſt, quicunq; viuit vt lubet.

Affine eſt illud: Swa wola w pieklé gora. *Planè ſic S. Bernardus.* Quid odit aut punit Deus præter propriã voluntatem? Ceſſet propria voluntas & infernus non erit: In quem enim ignis ille deſæuiet, niſi in propriam voluntatem?

Swar.

πόλεμος ἀσίδηρος, ἀναίμακτος. Bellum ſine ferro, incruentum. Verbis fieri ſolita velitatio. *Ex Plauto.* λογομαχία.

Swarliwy. Ják przekupká śie ſwárzy.

Nulla ferè cauſa eſt in qua non femina litem Mouerit. *Iuuenal.*

Sedemus domi mulierum ritu altercantes. *Liuius.*

Mulieri rixoſæ vir dicebat: Mulier es vxor. i. *rixoſa. Plaut. Terent.*

Perge anus ad colum rixari. *Liberius Sanga. Viro id dictum eſt.*

λοιδορεῖσθαι ἃ πρέπει ἄνδρας ποιητὰς, ὥσπερ κρεοπωλίδας. *Ariſtophan.*

Conuicijs vti non decet Viros Poëtas, vt panum venditrices.

Labris velitari inter ſe. *Afranius.* Neſcio quid velitati eſtis inter vos. *Plaut.*

Caninâ eſt facundiâ hic homo.. *Ex Saluſtio.*

ζηλοτύπων ὑλάκτων ἠπειρώτης κυνός. *Syneſius.* Vehementiùs latrans Epirotico cane. *Epiri canes Moloſſi cæteris præſtantiores erant magnitudine, robore, celeritate, voce.*

Lapidem à cane morſum tetigit vel calcauit. *Ex Plinio, qui ex ſui temporis ſuperſtitione dixit, tales rixoſos reddi, ob ſimilitudinem affectus.*

ἐρετριέων ῥῶ. *Diogenian.* Eretrienſium Rho, *qui crebrò hanc literam aſperam & ad caninum ſonum accedentem, etiam loco mollioris Sigma vſurpabant.*

ἐκ ταυτὸς ἂν τις ποικίλμα δισσῶν λόγων ἀγῶνα τοῦτ' ἂν, εἰ λέγειν εἴη σοφός. *Euripid.* Quacunq; de re orationis duplicis Certamen excitat, locutor callidus.

Funem cõtentionis ducere. *Tertullian.* i. *litigijs certare.* λογομαχεῖν. verbis pugnare.

δάφνη χλωρὰ καιομένη. *Diogenian.* Laurus viridis incenſa. ſ. *ſtrepitum magnum edit. ſic & rixoſus.* Inſana laurus adeſt. *Ex Plinio, qui ſcribit, in Ponto Laurum Inſanam ab effectu dictam, creſcere, ex qua ſi quid decerptum inferatur nauibus, iurgia fieri, donec abijciatur. Nugæ.*

μηδὲν

μηδὲν δ' νυκτομαχεῖν διαφέρει ἡ ἔρις αὐτῶν. *Nicephor. Callistus.* Nihil à nocturna pugna differt eorum altercatio. Swárzą śie lédá o co / á ſámi nić wiedzą o co.

ψυχὴ ἔχων στόμα θῆρον, ἔπη δ' ξίφη, ἀστίδα φωνήν. *Nonnus.*

Pro haſta habēs os promptū, pro gladio verba, pro ſcuto vocē. *Aſſi.* Zwádliwy.

Swarzćié śie wy / á my bedźiem ieść. Niech onigadáią / á my iedźmy.

ἄλλοισι γλῶτ' ἄλλοισιν εἰσι γόμφοι. Alijs lingua eſt (*ad loquendum*) alijs dentes (*ad comedendum.*) Aliena inſania benè vti, prudentis eſt. *Ex Plinio.*

Stultus atque inſanus damnis certant, nos ſaluæ ſumus. *In Truculento Plauti, meretrices irridentamatores, denarijs certantes in eaſdem conferendis.*

Simile, Niech śie on gniewa. Mow ty 1. *& ſequens mox.*

Swarzćié śie wy / á wilk w owce / á nieprzyiaciel bierzé / pali.

Swá śie wádzą / á trzéći porwał. Gádu / gádu / á pśi *&c.*

Dum mutua ſtulti Paſtores odia exercent, lupus intrat ouile. *Hoſpitalium.*

Dum leo & vrſus de præda contendunt & pugnant; vulpes eā rapit & fugit. Æſopi apologus.

Illi hæc inter ſe dubijs de rebus agebant (*Latini Rutuli.*)
Certantes, caſtra Æneas aciemque mouebat. *Virg.*
Cogite concilium & pacem laudate ſedentes,
Illi armis in regna ruunt. *Turnus inſultat ſuis conſultantibus.*

ἔτι διαβουλευόμενοι τί δεῖ πράξειν, ἀπώλοντο. *Polybius.* Dum adhuc quid facto opus ſit conſultant, perierunt. *Simile*, Niech śie on gniewa.

Swego kraiu polá. każdy oracz świádom.

τὰ ἀνέμων στάσεις γινώσκουσιν οἱ ἐγχώριοι. *Suidas.* Ventorū ſtationes norunt indigenæ. χρὴ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς γεωργήσειν, τὴν φύσιν πρῶτον τῆς γῆς εἰδέναι. *Xenophon.* Oportet eum qui agrum rectè colere debet, naturam priùs terræ pernoſcere.

Sic & Virgil. Ventos & varium cæli prædiſcere morem
Cura ſit, ac patrios cultuſque habituſque locorum.

Columella quoq; villico præcipit: Vt cæli & anni præſentes mores intueatur; neque enim eundem ſemper velut ex præſcripto habitum gerunt. V. Każdy kray 2.

Swiadek niepéwny / podéyrzány.

οἰκόθεν ὁ μάρτυς. *Lucian.* οἰκιακὸς μάρτυς. Domeſticus teſtis. Teſtimonium domo miſſum. *Cic.* Domeſticum præconium. *Idem.*

Teſtes, quos accuſator domo produxerat, interrogari non placuit. *Paul. I. C.*

Iure ciuili domeſtici teſtimonij fides improbatur. *Idem.*

κωφαὶ μαρτυρίαι Surda teſtimonia. ſ. *in ſcriptis, quæ nec audiunt nec loquuntur.*

κωμικὸς μάρτυς. *Polybius. Cic.* Comicus teſtis. i. *futilis & obuius ac facilis ad teſtimonium dicendum. vt in Comœdijs fit. vel à κῶμος. ea eſt comeſſatio, quòd cōpulones prompti ſint ad dicendum pro ſuo conuiuatore teſtimonium. alij hunc Ciceronis locum aliter legunt, & variè interpretantur. ſed ſenſu ferè eodem.*

τενέδιος αὐλητής. *Stephan.* Tenedius tibicen. *quia à Philonome pretio corruptus, falsum testimonium dixit apud Cygnum contra Tennem, quasi de stupro illam interpellasset.*
χορὸς οἰκεῖος *Lucian.* Chorus domesticus. *pro conductis laudatoribus.*
κἦ μ' ἔφατ' ἀ μάτηρ πολυδεύκεος ἔμμεν ἀμείνω. *Theocrit.* Me quoq; Pollucem mea mater vincere dixit. *Affine,* Niewierz. Niedowierzay.

Swiádek pewny / prawdziwy.

ἀττικὸς μάρτυς. *Diogenian.* Atticus testis. i. *probatissimus, incorruptissimus.*
ἀττικὴ πίστις. *Idem.* Attica fides Romanis semper probata. *Quintilian.*
ἐκ τῶν διὸς πέλλων ὁ μάρτυς. *Lucian.* Ex Iouis tabulis testis.
Testis omni exceptione maior. *Iustinian.* Locuples testis. *Cic. Bud.*
Negante Tyranno apud Rhadamanthum scelera obiecta à Cynico Philosopho, aduocantur testes, lectus & lucerna eius, & conuictus damnatur. Lucian. *Affine,* Wiáry godźien.

Swiádomemu wierzyć śie godźi.

Experto credite. *Virgil.* τῷ ἐμπείρῳ πίστευσον.
Qui nauigant mare enarrant pericula eius. *Ecclesiastic. 43.*
E portu soluentibus, ij qui iam ex alto in portum inuehuntur, prædicere summo studio solent, & tempestatum rationem & prædonum & locorum &c.
Cic. pro Murena. Huc & illud suprà positum. Ventorũ stationes norunt indigenæ,
Ei auscultandum cui quatuor aures. i. *experto vel seni.* V. Stárych słuchać.
Æneas narraturus excidium Troiæ ait: Et quorum pars magna fui. *quo dicto fidem sibi comparat.*

Swiégotliwy. Wielomowny. Nie wrzod mu w gebe. Ják klekotka. Jezyk mu iák ná kołowrocie biega. Swierzbi go iezyk. Mowi co ślinà do geby przyniesie.

Dicenda, tacenda loquitur. *Ex Horatio.* Philomusus *Martialis l. 9. ep. 36.*
Citeria loquacior. *Ex Festo, apud quem Cato de quodam garrulo ait:* Quem ego credo ludis in pompa vectitatum iri pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturũ. *Erat verò citeria effigies quædã arguta & loquax (i. strepera) ridiculi gratia in pompis vehi solita. Idem Festus.*

Quocunq; in triuio cuicunque est obuia narrat. *Iuuenal. de muliere loquaci.*
Cedunt Grammatici, vincuntur Rhetores, omnis
Turba tacet, nec Causidicus nec Præco loquuntur,
Verborum vis tanta cadit. —— Iam nemo tubas atq; æra fatiget,
Vna laboranti poterit succurrere lunæ. *s. clamore suo, quod alioqui fieri solebat tinnitu multo peluium & aris. Idem de eadem.*

ἀρχύτας πλαταγή. *Aristot.* Archytæ crepitaculum, *quod sponte sua sonabat.*
λέγει ὅτιπερ ἐπ' ἀκαιρίαν γλῶτταν ἔλθῃ. *Lucianus.*
Dicit quidcunque in temerariam linguam venerit. Sermo illi in faucibus non in pectore nascitur. *Erasm. imitatus Senecam qui dixit: Non à summis labris ista venerunt, habent hæ voces fundamentum. s. in pectore, corde, animo.*

ἄοινον συμπόσιον. *Plutarch. de garrulis.* Sine vino compotatio.
Tonſor, Lippus, *Horatio pro curioſo & loquaci. quia curioſi ſimul garruli ſunt.* *Similiter* & βαλανεύς *Platoni. Diogeniano.* Balneator.
ἄοινος μέθη. *Theophaſt.* Citra vinum temulentia.
ὁ θεόφραστος τὰ κυρεῖα ἄοινον μέθην ἐκάλει *Plutarch. i.*
Theophraſtus tonſtrinas abſque vino temulentiam vocabat.
γλώσσης ἀξήπαλός ἐστιν ἡ ἀδολεσχία. *Aſtydamas.* Linguę deambulatio eſt loquacitas.
ἀκόλαστον ἔχει γλώσσων ἀισχίστην νόσον. *Euripides de garrulo.*
Morbus pudendus lingua erat ei incontinens.
Mortualia gloſſaria. *Cato apud Gellium vocat Philoſophos garrulos & præfeis ſimiles, qui multa ſubtiliter dicunt, & vitæ ac morum diſciplina carent.*
ῥαχίας λαλίστερος. *Suidas.* Littore vel caute loquacior. Garrit quicquid illi in buccam venit. *Cic.* τέττιγος εὐφωνότερος. *Theocrit.* Cicada vocalior.
λαλεῖν τέττιξ. *Athenæ.* Garrulitate cicada. ſ. *paraſitus.*
ἀχάλινον στόμα. *Euripid.* Os infrene. Farcit centones. *Plaut. i. mendacia cõſuit & prædicat gloriosè. al.* Sarcit centones. μόχος ἄδων Βοιώτειον. *Suidas.* Moſchus (*citharœdus*) canens Bœotium, vno ſpiritu diu canebat ſed ineptè. *In loquaces ineptè.* στόα ἐπιφωνος. *Plutarch.* Porticus (*in Olympio erat*) ſepties reddens vocem ſemel prolatam. δωδωναῖον χαλκεῖον. *Zenodotus.* Dodonæum æs, aut cymbalum, *quod ita artificiosè conſtructum erat, vt ad venti flatum ſonaret. Vel vt Suidas ait, ex pluribus peluibus ſe contingentibus conſtabat, quarum vna percuſſa ſonus ad omnes in orbem tranſibat. vnde illud etiam* ὥσπερ τὰ χαλκεῖα πληγέντα μακρὸν ἠχεῖ. Tanquam pelues complosæ longum reſonant. *Simile eſt illud Iuuenalis de muliere garrula.*
Tot pariter pelues tot tintinnabula credas Pulſari.
λαλίστερος κορώνης. *Anacreon.* Cornice loquacior. δαυλία κορώνη. Daulia cornix.
τρυγόνος λαλίστερος. *Zenodot.* Turture loquacior. Threicia hirundo. *Vide* Vlié wielki Orator. χελιδόνων μυσεῖα. *Ariſtophan.* Hirundinum muſea, *de garritu moleſto.* ἀηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι. Luſciniæ cathedris inſidentes, *de virorum doctorum & eloquentium conſeſſu interpretatur Henr. Steph. & caſtigat Eraſmũ* λέσχας *nugas interpretantem.* (potens.
λέγειν δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος. *Epicharm.* Ineptus ad dicendũ, ſed tacere imλαλεῖν ἄριστος, κἀδωνατώτατος λέγειν. *Eupolis.* Garrire prõptus, dicere autẽ eſt impotẽs. *Dicere eſt oratorũ & prudentium: loqui omniũ etiam auium.* Loquentiæ ſatis, eloquẽtię parùm habet. *Salluſtius apud Gelliũ. Contrà verò Alcibiades celebratur, quòd fuerit nõ tam* λαλεῖν δεινότατος ἢ λέγειν ἄριστος. *i.* non tam ad loquendum potentiſſimus, quàm ad dicendum optimus. *Meminit Plutarchus.* τρυγὼν ψάλλει. *Suidas.* Turtur cantat. *de inepta loquacitate vel muſico aut pòëta ingrato, qualis eſt turturis cãtus.*
Tam multa quam ſapiens dixiſti, ſed non talia. *Apud Ariſtot. eſt ille verſus:*
ὦ φίλ' ἐπεὶ τόσα εἶπες, ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνὴρ. *Addit Ariſtot.*

ἀλλ' ὦ τοιοῦτε. O amice, siquidem tam multa locutus es, quàm multa sapiens vir, Sed non talia. χαλινὸς ἐκ ἔστιν ὅπῃ τῇ γλώσσῃ. *Philostr.* Frenū nō ineſt linguæ. στόμα ἀπύλωτον. Sine foribus os. ἀθυρόγλωσσον *idem.* ἀχαλίνωτον. ſine freno, ἀπεραντολόγος. Sine fine ſeu modo loquax.

ἴσος χρὴ καμινοῖ. *Homer.* Similis anui foco aſſidenti. ſ. *garriendo.* Muliere loquacior. *quam Plaut.* Multiloquā Largiloquā *vocat. V.* Niewiáſtá kádźda wielomowna. μακρότερα τ' ἰλιάδος λαλῶν. *Pollux.* Prolixiora Iliade loquens.

ὑπὸ λογοδιαῤῥοίας ἐνοχλέμενος. *Athenæ.* Proluuie verborū turbatur, *vel* laborat. λογοδιάῤῥοια *vox tracta à vitio alui* διάῤῥοια, *ad linguam & ſermonem.*

ὑπὲρ τὸ ὕδωρ ἐνχεόμενον εἰπεῖν. *Budæus ex Syneſio Philoſtrato.* Supra aquam infuſam, *vel* ad clepſydram dicere. *de iis qui loquuntur tantùm vt tempus dicendo aſſignatum expleant, non vt aliquid dignum vel vtile auditoribus afferant.* Mowi iak by go náiat. Mowi byle śie mowiło. *Tractum dictum à priſco more Oratorum ad clepſydram in iudicio dicentium, quæ tempus aſſignatum metiebatur. Quintilian. hoc vocat* Aquam perdere. i. *tempus quod aqua clepſydræ metiebatur. Apud Plaut. garrienti dicitur:*

Si graderere tantùm quantùm loquere, iam eſſes (*al. iſſes.*) ad forum.

μηδέποτε σιωπᾷν. Nunquam tacendū. *Pſeudorhetoris Lucianici præceptum ironicῶs accipiendum.* τοῖς λάλοις ἐξ ἄκρου ἡ γλῶττα πᾶσιν ἐστι τετρυπημένη. *Lucian.* Loquacibus omnibus lingua in fine perforata eſt. (*inſtar dolij vel vaſis alicuius pertuſi vel Herculis Gallici.*) *Huc aliqui trahunt illud dictum Ariſtotelis:* αἰσχρὸν σιωπᾷν Ἀριστοτέλη καὶ ἰσοκράτην λέγειν. Turpe eſt tacere Ariſtotelem & Iſocratem dicere. *Sed ironicῶs nunc accipe, de eo qui æmulatur in dicendo meliorem ſe.*

ὁ ῥωποσπερήθρας. *Euſtathi.* Futilis & nugax garrulus. πέρπερος eſt malus, ῥῶπον ſcrutum. *Hinc &* ῥωποπερπερὴ φράσις. Temeraria garrulitas.

ἀραβικὸς αὐλητὴς *vel* αὐλός. *Pollux. Menand.* Arabius tibicen vel tibia. *qui leui pretio multùm canit. De eodem eſt ille Senarius.*

δραχμῆς μὲν αὐλεῖ, τεττάρων δὲ παύεται.

Drachma canit (*vná conductus*) ſed quatuor compeſcitur. *tam auidus eſt cantus. Simile eſt illud Martialis de magiſtro Scholæ clamoſo.*

— Vis garrule, quantum Accipis vt clames, accipere vt taceas?

Garrulo apud Euripidem dicitur. χρόνος γὰρ ἄν σε καιρὸν ἐξείροι λόγος. Temporis opportunitatem tibi eripiet ſermo. Gádu gádu á &c. *Spartani Cephiſophontem profeſſum ſe de quauis re per integrum diem poſſe dicere, vrbe eiecerunt dicentes:* τ' ἀγαθὸν μυθητὰν δεῖν τοῖς πράγμασιν ἴσον τ' λόγον ἔχειν. Boni oratoris eſſe æqualem rebus orationem habere. *Plutarch. Cleomenes legatis Samiorum longa oratione vſis,* ῥητ. Prima non memini, ideoque media non intelligo, & vltima mihi non probantur. *Idem.*

παφλαγὼν. *Euſtath.* & παφλάζειν. *Ariſtoph.* Inſtar vndæ littori illiſæ ſtrepere. *Simile illud Pherecratis:* λοπὰς παφλάζει βαρβάροις λαλήμασι. Patella ſtrepitat barbaris

barbaris ſermonibus. ἀβδηρολόγ☞ Abderologus. *quaſi* Stultiloquus. *nam Abderitani Martiali ſtulti.* Abderologum *Tatianus vocabat Democritum* ἀβδηρίτην *Cic. ſtultum.* βομβύλι☞ ἄνθρωπ☞. *Heſychio.* Bombylius homo, *pro futili verboſo. Ab inſecto api aut veſpæ ſimili, ſed grandiori, ſtrepero, melliſicij ignaro.* ἀφωνότερ☞ πέρδικ☞. *Plutarch.* Peioris ſoni quàm perdix, quæ κακκαβίζει. caccabat. *quæ vox ſonum Cacophonum & ingratum indicat.* Przykro wielomowny.

Dat ſine mente ſonum. *Virg.* Mowi lędá co. βαττολογεῖν. *apud S. Matthæum eſt* Stultè loqui. Os habet, linguam, audaciam, confidentiam. &c. *Plaut.* μυσῶν ὄρνιθες. *Theocritus vocat Pòètas* (Muſarum aues) *quòd aſſiduò canant & recitẽt aliis ſua carmina.* *V.* Mito kiedy nas ſłucháią.

Linguam dentibus longiorem habet. *Garner. è Gallic. de garrulo.* Χῖ☞ παρεστὰς κῶον ὐκ ἐᾷ λέγειν *Strattides.* Chius propè adſtans non ſinit Coũ loqui. *In eum qui prudentiorem obtundit garriendo. Nam Chij leues erant & garruli, Coi laudatos multos viros habuerunt.* *Aſſine,* Mate rzéczy rozbierzáć.

Swierzbi go grzbiét / vßy. Żáławia / goni ná guz / ná złe.

Malum quærit, mendicat. Malam rem quærit, meretur. Moleſtus es, emis litigium. Liuorem ſcapulis iſtoc concinnas tuis. Niſi abeas malum tibi magnum dabo. Crepabunt malæ tibi, niſi me omittis. Caue ſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent. Num tibi adoleſcens malæ an dentes pruriunt?

Ne ſubitò metus exoriatur ſcapulis *(tuis)* ſtultitia tua Appropera. *ex Plauto omnia.*

Swierzbi mie grzbiét / vßy. Potka mie dźiś coś. Wziąć mmé dźiś.ć.

Mirabar quòd dudum ſcapulæ geſtîbant mihi,
Hariolari quæ occeperunt ſibi eſſe in mundo malum.
Timeo quid rerum geſſerim hîc, ita dorſus totus prurit.

Perij, dentes pruriunt. Caput prurit, perij. Vah iam ſcapulæ pruriunt. Vmbra mea iam intûs vapulat. i. *proximè adſunt verbera, nam vmbra corporis comes. Omnia ex Plauto.* νῦς ἐν τοῖς σκύτεσίν ἐστι *Ariſtophanes.* Mens eſt in corijs ſeu loris, *quibus ſerui rei cædiuntur. i. timeo plagas, vt Eraſm. explicat. alij explicant: In ſcutis vel in coriis quibus clypei teguntur. i. cogito militiam.*

Swietem miéyſcom / rzéczom / perſonom dáy pokoy. ßánuy.

A ſacris abſtinendæ manus. *Dictum recentiorum. Confirmat illud ſatis vnum exemplum Heliodori, qui 2. Macchabæ 3. magno ſuo malo attentauit templo Hieroſolymitano vim inferre, & illud expilare. Ethnici quoque etiam tempore bellij parcebant hoſtium, aris, ſacellis, ſepulchris, trophæis, arcubus triumphalibus, & aliis rebus dedicatis vel aliqua religione contactis. Muret. ex Dione Xenophonte Plutarcho.* *Huc pertinet* Aurum Toloſſanum, *Vide* Kościelny zbior. *Adde illud Homeri*

ὁπποτ' ἀνὴρ ἐθέλῃ σὺς ἅλμενα φωτὶ μάχεσθαι,
ὅν τε θεὸς πρῇσι, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθῃ. *i.*

Quando

Quando vir vult aduerſo Deo cum viro (*aliquo*) pugnare,
Quem Deus magni facit, citò ei magnum malum aduoluitur.

πάρες τ̃ μάντιν. Omitte vatem. i. *ne lædat, ne ferias. Olim augur coronatus exercitum præcedebat ſecurus, nam violare eum religio erat.*

ἀκίνητα κίνεις. *Zenodot.* Non mouenda moues. *Generale dictum eſt, ſed peculiariter etiam intelligit idem Zenodot. de aris, ſacellis, ſepulchris, & aliis huiusmodi quibus religio & reuerentia debetur. Alexander Seuerus Imp. Ethnicus, cùm Chriſtiani locum quendam publicum occupaſſent, quem popinarij ſibi deberi contendebant, reſcripſit:* Melius eſſe vt quomodocunque Deus illic colatur, quàm popinarijs dedatur. *Lampridi.*

In Pythij templo cacare. V. Kiedyś ſpiżowato.

Swieto do zbytku powod.

Hoc dicto improbatur vitioſus mos vulgi diebus feſtis helluandi. Iudæis hoc ſolenne erat vt conſtat ex libris ſacris. vnum locum profero ex 2. l Eſdræ c. 8. vbi in ſolennitate maxima & die Domino ſanctificato, ſeu die Domini ſancto dicit Eſdras populo: Ite comedite pinguia & bibite mulſum &c. ἑορτὴ ἀφορμὴ γαστριμαργίας. *Antiſthenes.* Feſtiuitas helluationis occaſio. *Caſtigat hos Seneca dicens:* Licet ſine luxuria agere diem feſtum. *Thomas Morus carcere incluſus diebus feſtis ornatum elegantiorem ſumebat, & mirantibus id, reſpondebat:* Non ad conſpectum populi, ſed ad Dei honorem feſtos dies colo.

Swietych rzeczy nie pospolitować / nie każdemu pokazować.

μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί. *S. Matthæus c. 7.* Nolite dare ſanctum canibus.

μηδὲ βάλητε ὑμῶν μαργαρίτας ἔμπροσθεν τ̃ χοίρων. *Idem.* Neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.

ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπιθέσθε βεβήλοις. *Pythagoras.*

Cordatis cantabo, fores aſt obdo profanis. *Sic legendum monet Lauinnon* βέβηλοι *vt Eraſm. legit.*

φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπιθέσθε βεβήλοις. *Orpheus.*

Cantabo queis fas, ſit ianua clauſa profanis.

ἐ γὰρ θέμις βεβήλοις ἅπτεσθαι δόμων. *Euripid.*

Nefas profanis has domos attingere. Procul ô procul eſte profani. *Virgil. è Græcis qui dicebat:* ἐκὰς ἐκὰς ἔστε βέβηλοι. *Item.* ἐκὰς ἐκὰς ὅσσις ἀλιτρός. Procul procul impius omnis. *Et Horat.* Odi profanum vulgus & arceo.

μή τις βεβηλος ἀκούσῃ. *Plato.* Ne quis profanus audiat.

μὴ πᾶσι ἅπαυστας ἀναῤῥῆξαι θεσμὸν λόγον. *Pindar.*

Non omnibus vulgandum vetus dictum.

ἄθρει περισκοπῶν μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούσῃ. *Plato.* Obſerua circumſpiciens ne quis non initiatus (*profanus*) exaudiat.

βεβήλοις τὰ τῶν ἐλευσινίων θεῶν μυστήρια διηγήσει. *Lyſias.* Profanis Eleuſiniarum dearum (*Cereris & Proſerpinæ*) myſteria non narranda.

ἁγνασία

ἀγνωσία σεμνότης ἢ τελετή. *Syneſius.* Ignoratio venerationem addit ſacris. *In Pſalmo 64.* Te decet hymnus Deus in Sion. *aliqui cum S. Hieronymo legunt:* Te decet ſilentium &c. *quòd Deus in ſilentio meliùs laudetur, expenſa eius maieſtate & collecto animo hominis.* Σιλληνοί. Sileni, *imaguncule erant fictiles, ita concinnatæ, vt clauſæ ridiculam quandam tibicinis ſpeciem foris exhiberent, apertæ autem deum aliquem continerent. Pierius. & Rhodigin. ex Platone & Xenophonte. Silenorum item epigraphen addit Pierius hanc:* Diuina in occulto.

Simile eſt illud Pythagoricum: ἐν δακτυλίῳ θεὸν εἰκόνα μὴ φέρειν. In annulo imaginem Dei ne circumferas. *Sicut & principis imaginem annulo vel nummo inſculptam latrinæ vel lupanari intuliſſe, capitale erat teſte Seneca apud Rhodiginum, qui Pythagoræ dictum aliter intelligit. ſ. animum non immergendum eſſe corpori nec mancipandum ſenſibus ex mente Platonis. Non procul abijt & illud eiuſdem Pythagoræ Latinè à Pierio & Braſſicano redditum. De diuinis rebus abſq; lumine ne loquaris. i. ſacra tractare volens da operam diſciplinis quæ veritatis lumen ſubminiſtrent. Pierius.*

In Hebræorum veterum religione reuerentia ſacris addebatur, occultatione, ſeparatione à vulgo, ſilentio, veſtitu ſplendidiore, lotionibus, & plurimis aliis ritibus, vt cuiuis qui libros ſacros modicè inſpexit, notum eſt. Cic. apud Lactant. ait: Non ſunt iſta vulgo diſceptanda, ne ſuſceptas publicè religiones diſputatio talis exſtinguat.

Swieże rzeczy. Swieże rzeczy przyiemnieyſze.

γλυφάνῳ ὄζει. Cælaturam aut ſcalprum *(recens)* olet. *Ex Theocrito qui habet:*
— νεοδρυὲς ἐπὶ γλυφάνοιο πόσδον. *i.* Quod nuper natũ redolet cælamina ſcalpri.
Tolle recens primus piper è ſitiente camelo. *Perſius.* i. *iamiam aduectum camelo etiamnum ex itinere ſitiente, & nondum potato.*
ὡς ἡδὺ μὲ γεωργῷ διψήσαντι πιεῖν ἐκ πηγῆς προσθέντα τὸ στόμα νάμασι! *Libanius.* Quam ſuaue eſt agricolæ ſitienti bibere de fonte admoto ore ſcaturigini!
Multùm crede mihi refert, à fonte bibatur
Qui fluit, an pigro quæ ſtupet vnda lacu. *Martial.*
Gratiùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ. *Ouid.* *Simile,* Nowe rzeczy.

Swinia kwiczy, á wór drze.

Dictum hoc quadrat in eum, qui queritur iniuriam ſe pati, cùm ipſe eam alteri inferat vel ſatis vlciſcatur. Ruſticanũ quidem eſt, ſed aptum. placet illud aliis linguis cõmune facere.
ὁ σὺς σπαράττων βύλακον χεύζῃ μέγα. *A.* Lacerando ſaccũ porca grunnit acriter.
Simile eſt illud: Bijć/ ptácżć/ vćićka/ świádczy/ ſkárży. V. Kurczy ſie á kolć.

Swoiego poſtradał/ cudzego nie doſtał.

Monedula ſe dealbauit & inter columbas latens bene paſcebatur dum tacuit, ſed ex voce agnita, expulſa eſt ab albis columbis, & à nigris monedulis non recepta. Æſopus.
Simile eſt illud S. Baſilij: Et ſenatorem perdidiſti & monachum non feciſti.
τὰ ἴδι' ἀπέβαλες, ἀλλότρια δ' ἃ μὴ ἔτυχες. *A.*
Proprijs relictis nec aliena poſſides. *vel,* nactus es. *Huc canis Gabriæ. ſub* Kto dwu záiącow goni.

Swoiem folgowáć.

Parcendum ſuis, natura monet.

Canis caninam non eſt. *Varro.* ὁ κύων κυνέλεω οὐκ ἔδει. .i. Canis pellem caninã non comedit, non rodit. *Alluſit Martial. abominans ipſe reſpondere detractori allatranti ſe:*

Nos hoc à ſcabie tenemus vngues, *inquiens.* Sed
Non deerunt tamen hac in vrbe forſan &c.
Pellem rodere qui velint caninam. i. *reſpondere conuiciis.*

Indica Tigris agit ſæua cum Tigride pacem
Perpetuam, ſæuis inter ſe conuenit vrſis. &c. *Iuuenal.*
Parcit cognatis, maculis ſimilis fera. *Idem.* *Similia habet Plint.*
ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἀγνίσει φαγών; *Æſchyl.* (am vorans?

Quinã expietur auis aliã comedens auem? *vel* Quo pura pacto fiet auis alitũν ἐμψύχων ἀπέχου. Ab animatis abſtine. *Pythagoricum præceptum. in quem ſenſum ſunt illa apud Ouid. 15. Metamorphoſ. in perſona Pythagoræ prolata:*

Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora &c.
Heu quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi! &c.
Quid meruiſtis oues placidum pecus? &c. (*Hol. 108.*
Quid meruêre boues animal ſine fraude doloque? &c. *Lege Senecam epi-*

Simile eſt illud alterum eiuſdem Pythagoræ præceptum: ἰχθύων μὴ γεύεσθαι. Piſces ne guſtato. *quòd ſimiliter ex animatis ſint & quidem hominibus minimè noxiis, deinde quòd non ad neceſſitatem ſed ad luxum expetantur. item quòd ex Pythagoræ diſciplina* ἐχεμυθίας .i. *ſilentij ſint obſeruantiſſimi. item quòd diis nunquam immolentur, denique quòd incolæ ſint maris, cuius aqua homines non vtuntur, aërem verò hominibus vitalem non ferant. hæc & plura apud Plutarchum. quem vide etiam L. de eſu carnium.* *Adde quod piſces vorent alios piſces etiam ſui generis, vt luctus lucium, quod nec lupi faciunt vt eſt prouerbium. Plutarch. Iuli. Scaliger.* Flammis exuris quem genuiſti. V. Dobrodźiéyſtwo dáne zépſowáć. *Romanis Conſulibus in vrbe faſces abſq; ſecuribus, extra vrbem ſecures etiam præferebantur. Dionyſ. & Valer. Maxim.*

Swóy do ſwego lnié. Równy rad równemu.

Jáki kto ſam ieſt / z tákiem rad przéſtawa.

Pares cum paribus facillimè congregantur. *Cic.* ἀγνὸς ἀγνῷ τίμιος, καὶ πῶλος πώλῳ. *Nazianzen.* Purus puro pretioſus & pullus pullo.
ἥλιξ ἥλικα τέρπει. *Ariſtotel.* Coætaneus coætaneum delectat.
τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. *Idem.* Simile ſimili carum, amicum.
τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ ἐφίεται. *Idem.* Simile appetit ſimile.
ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. *Plato.* Simile ſimili ſemper appropinquat.
οἱ ὅμοιοι τοῖς ὁμοίοις εὖνοι εἰσί. *Xenophon.* Similes ſimilibus beneuoli ſunt.
ὡς ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ἐς τὸν ὅμοιον! *Homerus.*
Vt ſemper Deus ad ſimilem ſimilem trahit vltrò!
ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἰζάνει. *Diogenian.*

Semper

Semper monedulæ monedula aſſidet. vel graculus graculo.

ὁμοιότης τ̃ φιλότητ̃ μήτηρ. *Plato.* Similitudo amicitiæ mater.

θὴρ θῆρα ἔγνω. *Ariſtotel.* Fera feram nouit. Concolores aues plerumque ſimul volitant. *Iunius.* τέττιξ μὲ τέττιγα φίλ̃, μύρμαξ δὲ μύρμακα. *Theocrit.*

Cara eſt formicæ formica, cicada cicadæ.

γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,
παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή. *Plutarch.*

Seni ſenilis lingua iucundiſſima, Pueroq; puer, & femina apta feminæ.

πάντες μὲ ἡμῶν ὁμοῖοι ἴσοι, ὅστε κατ' αὐτὸν
οἰκόσιν χώρης, ὅδε παλαιότερος. *Theognis.*

Omnes hi ſe venerantur inuicem æquales, & in vicina regione habitantes, & ſenes. Scitis omnes quantam vim habeat ad coniungendas amicitias morum ac naturæ ſimilitudo. *Cic.* Magna inter molles concordia. *Iuuenal.*

Nos quoque ſenes eſt æquum ſenibus obſequi,
Ita vt filium meum amico & æquali ſuo video inſeruire. *Senex Terentij.*

αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν.

Sponte bonis mos eſt conuiuia adire bonorum.

κακὸς κακῷ γὰ ζωῆτησεν ἡδόνη *Ariſtotel.* Malus cum malo colliqueſcit voluptate. *Quare miratur Martial. ſimiles diſſidere dicens;* Vxor peſſima, peſſimus maritus,

Mirum eſt non bene conuenire vobis.

ἐσθλῷ γὰ φίλ̃ ἐσθλὸς ἀνὴρ, χαλεπῷ δ' ἀλεγεινός. *Q. Calaber.*

Bonus vir amicus eſt bono, improbo moleſtus.

Swóy ſwego wydat / przekonat / oßukat / zhánbit. *&c.*

Cornix cornici oculum effodit. *Macrobi.* ἡ κορώνη τὴν κορώνην ἐξωμμάτωσεν.

ἐξηπάτησεν ἡ ἄροτρ τὴν ἄμπελον. *Ariſtopha.* Vallus vitem decepit. *quam fulcire & ſuſtentare debebat alligatam ſibi.*

Huc trahe & illud ſuprà poſitum. Canis caninam eſt. *ſenſu paradoxo ſeu incredibili.*

Symoná ſwiete i Judy / nábawi cie pewney grudy.

Feſta dies Iudæ prohibet te incedere nudè. *Ex Anonymo qui habet:*

Simonis Iudæ non debes currere nudè. *de frigore incipiente.*

Simile eſt illud. Spyta cie Luty / maß-li bóty. *de frigore etiamtum durante.*

Pocula Ianus amat, ſed Februus algeo clamat. *Idem Anonym.*

Syn'oycu poſpolicie podobny / oyca náſládugié.

ἐν τέκνοις γνωσθήσεται ἀνήρ. *Eccleſiaſtici 11.* In filijs ſuis agnoſcetur vir.

ὁ πατρός ἐστι τὸ παιδίον. *Varro apud Nonium.* Patris eſt filius. i. *eius mores imitatur & exprimit. vt Alexander Philippi ambitionem teſte Philoſtrato.*

Patriſſat filius. *Apud Plautum patri conquerenti de luxurioſo filio, reſpondet amicus:*

Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum
Eſſe probiorem quàm ipſus fuerit poſtulet.

Nam tu quod damni & quod feciſti flagitij (*in iuuentute*)
Populo viritim potuit diſpertiri.
Idné tu miraris ſi patriſſat filius? .i. *ſi te olim talem & nequiorem imitatur.*
Similis eſt patri filius. *Cic ait:* Non video cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.
Et Iuuenal. Indulge veniam pueris —— fecimus & nos Hæc iuuenes.
Saluus ſit (*filius meus*) ſpero eſt ſimilis maiorum ſuûm. *Terent.*
— Redit ad auctores genus, Stirpemq; primâ degener ſanguis refert. *Seneca Hippolyt.* *Affine*, Oycá dobrego dobry ſyn. Nié vrodźi ſowá ſokołá.

Sytoſć zdrowiu i cnocie ſzkodliwa.

Membra cibi letho nunc rerum copia merſat. *Lucret.*
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ. *Horat.*
— Vides vt pallidus omnis Cœna deſurgat dubia! *Idem.* i. *lauta.*
Putet aper rhombuſque recens, mala copia quando
Ægrum ſollicitat ſtomachum. *Idem.* Sytemu nic nié ſmákuié. Corpus onuſtum
Heſternis vitijs (*helluatione*) animum quoque prægrauat vnâ
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ. *Idem Horat.*
κόρος ἔκγονος ὕβρις. *Philo.* Saturitatis proles petulantia, flagitium. (*di 32.*
Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. i. *ſaltare circa idola.* *Exo-*
Iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, abundantia, otium. *Ezechiel. 16.*
Formoſus Monachus ex valetudinario factus robuſtus, rogatus quomodo ad id peruenisſet, reſpondit ordinato & vniformi victu. rogatus verò quid hodie comediſſet? reſpondit: Satis. quid verò heri? ſimiliter Satis. i. *moderatè &c. Vincentius Belouacenſis.*
Nihil eſt quod certiorem & citiorem inducat caliginem (*oculorum*) iugi ingluuie. *Salesberienſis.* Edacitas oculos vorat. *Portunianus.*
τὸ ἐσθίειν πολλὰ καὶ κρέα φαγεῖν, οὐ μὰ λογισμὸς ἐξαίρει, καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας. *Theopompus.* Multa edere & carnibus veſci, rationis & conſilij vſum adimit, & animos tardiores efficit.
πολλῷ τι πλείονας λιμὸς κόρος ὤλεσεν ἤδη
ἄνδρας, ὅσοι μοίρας πλεῖον ἔχειν ἔθελον. *Theognis.*
Multò plures ſatietas quàm fames perdidit Viros, qui plùs quàm par erat (*vel, quàm ſors eorum ferebat*) habere voluerunt.
In multis eſcis erit infirmitas & auiditas appropinquabit vſque ad choleram.
Propter crapulã multi perierunt. *Eccleſiaſtic. 37.* Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. *Eccleſiaſtes c. 5.* Plures occidit gula quàm gladius. *Vetus dictum à multis paſſim vſurpatur.* πλείους πολυφαγία ἢ τὸ ξίφος ἀπέκτανε. *A.*
Perimere plures quàm gladius amat gula.
Vulpes macra ingreſſa eſt cameram paruo foramine, ſed idem illam bene paſtam tapere non potuit nec egredi permiſit. Apologus Horatij.
Affine, Kto nié doyié. Obżárty. Ma chleb rogi. Potraw rozmáitość.

Szalbierz. Oßuſt. Máchlarz. Cygan. Żyd.

Planus. Biſpellio. Sycophanta. Oſtentarius. Saccularius, Calophanta. Holophanta. Æru-

ta. Æruſcator. Agyrtes. Nugiuendus. *hæc & plura habes poſita & explicata in 1. Tomo ſub Voce* Szátbierz. *quibus adde.* Fumi venditor. *Vide etiam hîc ſuprà* Chytry. *nam affine eſt huic.* Euthalius cum crumenis *vel* Euthalij crumenæ. V. Podobni ſobiě.

Szalony. Száléié. Zaßédł w głowe. Odßédł od śiébié.

Atra bili percitus eſt. Peſtis te tenet. Intemperiæ te agunt. Baccha baccha-tur. Bacchanal exercuiſti. Laruarum plena eſt. Inſaniâ grauida eſt non puero. Pro cerrito circumferendus eſt. *Plauti omnia.* Tonſore eget. *ex Horat.* i. *inſanus eſt. nam inſani incedebant intonſi & horridi.*

οἰστρωλήγ Θ᾽ *ſeu* οἰστρωπαροχωλήγεις. *Plato.* Oeſtro percitus.

λύσσα καὶ οἶστρ Θ᾽ ἀυτὸν ἄγει. *Plutarch.* Rabies & œſtrus eum concitat.

Curatoris eget. *Horat. Nam pupillis & mente captis curatores publicitùs dabantur. Qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant XII Tabulæ, quæ ſic habent:* Prodigo & furioſo bonorum ſuorum, adminiſtratio interdicta eſto, & in curatione agnatorum ſunto. *Cic.* Ad agnatos & gentiles deducendus eſt mente captus, vel commotæ mentis, vt ipſi eum curent. *Varro. Cic. Columel.*

στρύχνου ἢ μανικὸν ἔπιεν. Strychnum aut manicum bibit. *herba eſt quæ guſtata inſaniam affert. ex Dioſcoride Plinio.*

τὴν ὀρέστ ου μανίαν νοσεῖν. *Simocattus.* Oreſtis inſaniam inſanire.

——Tribus Anticyris caput inſanabile. *Horat.* i. *helleboro triplo auctiore quàm quod in Anticyra inſula naſcitur.* Nauiget Anticyras. *Idem Horat.*

Anticyras melior (.i. *dignior*) ſorbere meracas. *Perſius.*

πίΘ᾽ ἑλλέβορον. *Ariſtophan.* Bibe helleborum. *Inſano dicitur.* *Sic Ouid.*

I bibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.

Eodem ſenſu. τὸν μανδραγόραν πέπωκε. i. Mandragoram bibit. *licet vſurpare cum Luciano loquente de inerudito libros multos còémente.*

In mari merſandus. *vt ſolet fieri à rabido cane morſis. Carol. Bouill.*

Inſanior Labeone. *Horat. Labeo Iuriſconſ. fuit doctus vir, ſed præfracti ingenij, & adeò liberæ linguæ, vt Auguſto quoq; reſponsárit ac reſtiterit. Gelli. Sueton.* Zuchwáły. Vporny.

ἑλλεβόρου δεῖσθαι. *Lucian.* Helleboro indigere. *ſignum inſani.*

Expulit helleboro morbum bilemque meraco. *Horat.*

Non poteſt hæc res trium iugerum helleboro obtinerier. *Plaut.* i. *non poteſt hic inſanus multo helleboro ſanari. vt ſuprà tribus Anticyris. Horat.*

Porcum immola. *Inſano dicebatur.* Immolat æquis Hic porcum laribus. *Horat.*

Nunc tu quidem hercle certò non ſanus ſatis
Menæchme, qui nunc ipſus maledicas tibi.
Iube ſi ſapias, porculum afferri tibi. *Plaut.*
Adoleſcens, quibus hic pretijs porci veneunt,
Sacres ſinceri? nummum vnum en à me accipe
Iube te piari de mea pecunia Nã ego quidem inſanũ eſſe te certò ſcio. *Idẽ.*
Sed mulier poſtquam experrecta es, prodigiali Ioui

Aut mola ſalſa hodie aut thure compreeatam oportuit. *Idem.*

Obſerua tot remedia inſaniæ, ſed aliqua inepta. Accipe aliud: Sectio venæ eſt, *apud Iuuenal.* O medici! mediam pertundite venam. ſ. *in fronte, ſi in manu non liceat. Illuſtrat id Lòénſis ex Paul. Ægineta & Aëtio, contra Georg. Merulam. Item aliud apud eundem.* Cucurbitæ appoſitio. Vacuumque cerebro

Iam pridem caput hoc ventoſa cucurbita quærit. *Hypallage eſt: dicendum erat: caput quarit cucurbitam.* ſ. *ad minuendum ſanguinem. Aliud.* Ζκίλλας ἀπὸ σήμα & τίλλειν *Ex Theocri.* Squillas à ſepulchro vellere. *quia ea herba remediũ habebatur inſaniæ.* Cyclaminum *item* effodere iubebatur inſanus. *Sic apud Theocritum.*

ἐλθὼν τὰν κυκλάμινον ὄρυσσέ νιν ἐς τὸν ἁλέντα. .i.

Hinc abiens fluuio effodias cyclaminon Halente. *Nam huius herba ſuccus detrahit capite pituitam craſſam & mentem inſanis reſtituit. Dioſcorides.*

Sale perungendus. *Ex Ariſtophane qui ait:* ἁλσὶν ἀλσμηχθεὶς ἴσως᾽ ἂν ἐρρεῖ.

Sale hic perunctus forſan adiuuabitur. *In eos dicebatur qui ætate vel temeto delirarent. nam ebrij oleo & ſale perungebantur. alij à vaſis teſtaceis quæ ſale durabantur tractum volunt: alij ab vtribus qui ſimiliter ſale durabantur.*

Dij tibi dent tuã mentem. ſ. *qua cares. Mart. inſano dicendum.* Exijſſe è poteſtate dicuntur, *qui non ſunt in poteſtate mentis, cui regnũ totius animi à natura tributum eſt. Cic.* Archigene eget. *qui fuit celebris medicus Romæ ſub Traiano.*

Ocyus Archigenem quære, atque eme quod Mithridates Compoſuit. *Iuuenal.* ἀσκληπιᾶ δεῖσθαι. *Plutarch.* Æſculapio (*medicinæ deo*) indigere.

Pœtæ item furore corripiebantur cùm verſus ſcribebant. Sic Dauus Horatij de ipſo irato: Aut inſanit homo, aut verſus facit ———

Id verò maximè accidebat ſcribentibus Dithyrambos Bacchi. Horat. de Pindaro ſic ait:

Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit, numeriſq; fertur Lege ſolutis.

διθυραμβοποιῶν νῦν ἔχεις ἐλάττονα. *Ariſtophanis interpres.*

Dithyrambicis ſcriptoribus, *qui inſania furunt* minùs ſapis.

Diciſq; faciſq; quod ipſe Non ſani eſſe hominis non ſanus iuret Oreſtes. *Perſius*

ἀπὸ νῶ ἐξέπεσεν. A mente delapſus eſt. *Ex Platone, Ariſtophane, Plutarcho, quanquam ij ludentes in verbis,* ἀπὸ νῶ, *detorſerunt alia forma efferentes.* ſ. ἀπ᾽ ὄνου ἔπεσεν. *i. ab aſino decidit. ſed eodem ferè ſenſu.*

τί δῆτα λῆρεῖς ὥσπερ ἀπ᾽ ὄνου ἐκπέσων; *Ariſtophan.* i. Quid tandem nugaris quaſi ab aſino delapſus? (*& voluit intelligi, mente lapſus*) *Simile illud eſt.* De curru lapſus. V. Mić do rzéczy. *Affine,* Głupi.

Szánowáć czego.

Cautè tractandum vas Samium. *ex Plauto qui ait:* Vide quæſo ne quis tractet illam indiligens. Scis tu vt confringi vas citò Samium ſolet. *ex creta inſula Sami factum.* τενέδιον κέραμον *Dion Chryſoſtom.* Tenedium fictile. Tenedia teſta. *In Tenedo inſula ex luto illius ficta. Aquilæ & leones inter ambulandum retro auertunt vngues, ne eorum aciem atterant, ad pugnam vel ad prædas rapiendas, neceſſariam. Ex Plutarcho.* *Affine,* Żáł oká ſtrzéżé. Szánowáć

Szanowáć mniey iéſt niż miłowáć. Niékáżdy miłuie / co ßánuie.

Vis te Sexte coli? volebam amare. Sed ſi te colo Sexte, non amabo. *Martial.*

ὁ πᾶς σεβάζων τ σεβασμένον φιλεῖ. *A.*

Non quiſquis aliquem colit, eundem diligit.

Szánuy ßcześcia. Nié podnoś śie ßcześciem. Nié vſay ßcześciu.

Bánuy kołá z góry / á ochroniß ſkóry.

Fortunam reuerenter habe, quicunque repentè

Diues ab exili progredière loco. *Auſonius.*

Contrahes vento nimium ſecundo Turgida vela. *Horat.*

Crede obſequenti *(fortunæ)* parciùs; leuis eſt dea. *Seneca Octauia.*

μηδὲ ἄγαν χαλεπῶσιν ἀσῶ φρένα, μηδ' ἀγαθοῖσιν

χαῖρ', ἐπὶ ἐς' ἀνδρὸς πάντα φέρῃ ἀγαθῦ. *Theognis.*

Neque rebus moleſtis nimis excrucia animum, neque bonis

Lætare nimis, ſiquidem boni eſt viri omnia ferre.

Pertimeſce fortunæ rotam. *Cic.* *Confer* Szcześćie odmienne. Szcześćie pobláża.

Szátá dodaié śmiałości wiáry / vrody / godności.

ἔσθης ἀνὴρ, Veſtimenta vir. i. *virum dignum reddunt.*

Veſtes non homines omnis honorat homo. *Anonym. rhythm.*

Veſtis noua vel melior pretioſior, noua conſilia & altiora ſuggerit. *Ex Horatio, qui ait:* —— Eutrapelus cuicunque nocere volebat,

Veſtimenta dabat pretioſa. beatus enim iam

Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia & ſpes.

Creditur inſipiens, quia cultior, eſſe peritus. *Garner.*

Plebs bene veſtitum, ſtultum, putat eſſe peritum. *Idem.* *Plura habes ſub dicto* Jákie odźienie / tákie raczenie. Jnáczey téraz gebe noſi.

Szátá świetna nié ozdobi złego A podła nie oßpeci dobrego.

Nec bonum nec malum gladium vagina facit. *Seneca.*

οὔτε καλὸν οὔτε κακὸν ξίφος κολεὸς ποιεῖ. *A.*

Vagina eburnea plumbeo gladio nil prodeſt. *Ex dicto Diogenis.* *V.* Szkodá kráſy.

Pulchrè ornatus, malè moratus, cunctis ingratus.

In veſtimentis, non eſt ſapientia mentis. *Anonym. rhythmic.*

Lacones toto anno vnam veſtem habebant. Plutarch. *Pictor imperitus pinxit Helenam vt potuit, quam vt commendaret, tabulam anno veſtiuit, ob quòd ab Apelle reprehenſus eſt. Clemens Alexandrinus.* Aurati calcei ligneos pedes non iuuant. *Ex Luciano.* *V.* Szkodá kráſy. *Lege* Niéwieścia ozdobá. *nam ſimile eſt.*

Szátá wydaié człeka obyczaié. Jnáć ptaká po pierzu.

Amictus corporis & riſus dentiũ & ingreſſus hominis enũtiãt de illo. *Eccleſiaſtici 19.*

E plumis auis dignoſcitur, & ex veſtitu ingenium & vita hominis ſpectatur. *Paræmia recentiorum. Nam qui à communi veſtitu hominum ſui ordinis diſcrepant, ſiue in colo-*

re, ſiue

re, siue in forma, siue in compositione & modo gestandi vsitatam vestem, vix aliam causam sui facti afferre possunt, quàm quæ vanitatem, ostentationem, arrogantiam, leuitatem, curiositatem, & defectum iudicij oleat. Et verum est illud triuiale:

Est vestis testis, quales intrinsecus estis.

Vanum cor, vanitatis notitiam ingerit corpori. Exterior enim superfluitas, vanitatis indicium est. Mollia indumenta molliciem animi indicant. *Bernardus.*

Apud Plautum puella vrnam habens interroganti seruo. Quid vis? Rt. Sapienti ornatus quid velim indicium facit. i. *si sapias ex aspectu agnosces quæ sim, & quid velim. s. aquam hausturn eo.*

Szczery co w sercu / to y w vściech.

Amicitias atque inimicitias in fronte promptas gerit. *Cic.* Quod cum cæteris animo sentiebat, & vultu promptum habuit & lingua. *Idem.* *Symbolum candidi hominis, Persea arbor folia habens forma linguæ, fructum forma cordis, monens vt hæc duo consentiant. Ex Plutarcho, Clusio, Anonymus.*

In primori fronte animum gestat. *Apule. i. vultu ipso prodit suam mentem.*

ὁ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει. *Aeschylus.*

Nam non viderier optimus sed esse vult. *V. sequentia.*

Szczerze. Co na sercu / to na ięzyku. Co na ięzyku / to na sercu.

Vera *vel* verissima fronte dicere. *Cic.* Vero verius dicam, *vel* audi. *Martial.*

Aperto pectore dicere, scribere. *Cic. Plin. iunior.* Aperto viuere voto. *Persius.*

Concordet sermo cum vita. *Seneca.*

Quod sentimus, loquamur; quod loquimur, sentiamus. *Idem.*

Nil tibi per ludum simulabitur, omnia fient Ad verum. *Iuuenal.*

ἐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν, ἀδ' ἀμφοτέροις γίνεσθ φίλον. *Praxilla Pòëtria.*

Non licet vel non decet vulpinari, & vtrique parti fieri amicum.

γλῶσσα ἐκ ἔξω φρενῶν. *Pindar.* Lingua non extra mentem. s. *est. vel sit.*

ἀπὸ καρδίας ἐρεῖν. *Plutarch.* Ex animo loqui.

ἄκουε ἀπὸ καρδίας λεγόμενα. Audi ex animo dicta.

τὰς χεῖρας συγχεῖσθαι μὴ συγκεχυμένους τοῦ δακτύλους. *Diogenes Làërti.*

Manus non confusis seu non contractis digitis porrigendæ. i. *Comitati addendam liberalitatem interpretatur Erasmus & Pierius. Alij apertè agendum non fucatè: clara erat one non obscura vtendum; vitandam auaritiam.*

— ἐκ ἂν ἔγωγε ἄλλα παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, ἀδ' ἀπατήσω. *Homer.*

Non vtique ego Alia extra (*rem*) dixero declinans, neque decipiam.

τῶν ἀδέν τι ἐγὼ κρύψω ἔπος, ἀδ' ὑπικδύσω. *Idem.*

Horum neutiquam ego abscondam verbum (*vllum*) nec occultabo,

μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων. *Phocylides.*

Nec alium occultes in corde sensum, aliud loquens.

Aspice vultus Ecce meos, vtinamque oculos in pectora posses
Inserere, & patrias intùs deprendere curas. *Ouidi.*

Aulæum

Aulæum ſcenicum remoue, Siparium complica. *Ex Apuleio. i. apertè dicito ſine inuolucris verborum. tralatum à theatro ſcenico.* Statim in ipſo vultu inſcriptus debet eſſe ſermo ac ſtatim ex ipſis oculis apparere. *M. Antoni. Philoſophus.*

ἐλεύθερα γὰρ ἀνδρὸς τ' ἀληθῆ λέγειν. Verum fateri ſemper ingenui eſt viri.

Szczęścia wiele / rozumu mało. Szczęście głupie. Szczęśliwy a głupi.

Gdźiė błędnie pánuiė / tám rozum błąkuiė.

πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν ἀ φρονοῦσι δέ. *Menander.*

Multi ſunt felices ſed non ſapiunt. Felicium nempe ſapiunt pauciſſimi.

ὦ πόλις πόλις! ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς! *Eupolis, de Athenis.*

O ciuitas ciuitas! Vt es magè fortunata quàm rectè ſapis!

Sic & Demoſthenes ſæpe perſtringebat Athenienſium conſultationes. vnde & illud Prouerbium: ἀθηναίων βουλία. Athenienſium ſtulta conſultatio. quæ tamen Minerua præſidis vrbis ope, plerunq; illis bene vertebat.

πολλοί τοι χεῖρες μὲν ἀριστερὰς φρένες, δαίμονι δ' ἐσθλῷ,

οἷς τὸ κακὸν δοκέον γίγνεται εἰς ἀγαθόν. *Theognis.*

Multis læua quidem mens eſt, at numina dextra,

Queîs benè vertit & id quod temere inſtituunt.

λόγος τέ τις ἐστὶ τῶν γεραιτέρων, ὅστ' ἂν βουλεύσῃ μωρά τε βαλεύσωμεθα, ἄπαιδά ὄπι τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν. *Ariſtophan.*

Eſt ſermo quidã dictus à maioribus; Fatua licet ſtatuamus ac vecordia,

In melius attamen omnia nobis cedere. πολλῷ τὸ φρονεῖν εὖ δαι, μονίας πρῶτον ὑπάρχει. *Sophocles.* Longè primum ad felicitatem pertinet ſapere.

Affine, Bogátemu nié trzébá rozumu. Pánom nié trzébá nauki.

Szczęścia w świeta ſłukac.

Superſtitioſum dictum hominum improborum, qui tum, cùm omnes propè, domibus relictis ad templa ſe conferunt, occaſionem furtis vel aliis ſceleribus commodam ſe nactos putant, & fortunam neſanda facinora appellant. *Simile quid Galli vſurpant:*

Apti ſtruendis inſidijs feſti dies. *Garner.*

Szczęście cego mi nié dało: tego mi nié będzié brało.

Nil eripit fortuna, niſi quod & dedit. *P. Syri Mimi.*

μόνον ὃ δέδωκε, δύναται ἁρπάζειν τύχη. *A.*

Szczęście niéſzczęśliwe. Szczęście zbytnie vſtáwiczne / podéyrzáne.

Nihil infelicius eo, cui nihil vnquam euenit aduerſi. *Seneca.*

Nouerat id Polycrates Samiorum Tyrannus feliciſſimus, qui vt ſuam perpetuam felicitatem aliqua moleſtia caſtigaret. & interrumperet; annulum pretioſiſſimum coniecit in mare, ſed eum breui in piſce à piſcatore ſibi oblato reperit. vide finem: tandem ab Oræte Perſa captus & in furcam actus eſt. Herodot. Strabo. Cic. Vt rectè hîc vſurpari poſſit prouerbij inſtar. εὐτυχία πολυκράτους. Fortuna Polycratis.

Philippus item Macedò, teste Plutarcho, cùm multa prospera eodem die ei nuntiarentur exclamauit. O fortuna! pro tot tantisque bonis paruo aliquo malo me affice. *Theramenes Atheniensis è 30 Tyrannis cùm collapsa domo in qua cum multis cœnabat, solus saluus euasisset; exclamauit.* O fortuna! cui me alteri occasioni vel articulo reseruas? *Plutarchus.* ἀνὴρ πονηρὸς δυσυχεῖ, κἂν εὐτυχῇ.

Felix licet sit improbus, miser est tamen.

διηνεκὴς εὐτυχία ἐστὶν ἀτυχία. *A.* Felicitas perennis, infelicitas,

Miserrima est fortuna, quæ inimico caret. *P. Mimus.* (tuna.

μεγίστη δρχὴ κακῶν τὰ λίαν ἀγαθά. *Plato.* Maximũ initiũ malorũ valde bona for-

ὥσπερ τὸ λαμπρὸν φάος παραυγίαν παρέχεται τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὕτω καὶ ἡ ὑπερβάλλουσα εὐτυχία τῷ νόῳ τῆς ψυχῆς. *Archytas.* Vt lux nimia oculos perstringit vel offendit, sic nimia felicitas animi mentem.

Huc Aureas compedes, *accerse. ex* Dworski żywot.

Szczęście odmienne, niestałe, zgubne iest.

Żaden na świecie nie był we wszem albo záwsze szczęśliwy.

ἡ τύχη εὔριπος: Fortuna Euripus *vel* æstuaria.

Ex æstuantis more fertur Euripi. *Boëtius de fortuna.*

ὄλβος δὲ οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται. *Pindarus.*

Felicitas mortalium hau diu (*mansura*) venit.

Fortuna vitrea est, tum cùm splendet frangitur. *P. Syrus.*

Fortuna vsu dat multa, mancipio nihil. *Idē.* Res inquieta est in seipsa felicitas. *Idē.* Inquieta res est felicitas, ipsa se exagitat. *Seneca.* Fortuna nil dat mancipio. *Idem.* Imprudentium fiducia est fortunam sibi spondere. *Idem.*

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,

Et manet in nullo certa tenaxque loco. *Ouid.*

Quolibet est folio quauis incertior aura. *Idem.*

Malè geritur quod geritur fortunæ fide. *P. Mimus.*

Leuis est fortuna, citò reposcit quod dedit. *Idem.*

νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυσυχῶν περίλυπος. *Isocrates.* Existima nil in rebus humanis esse stabile. sic enim neq; felix existens nimis lætus eris, neque infelix existens nimiùm tristaberis. Nulli homini est perpetuum bonum. *Plaut.* Actutum fortunæ solent mutarier. *Idē.*

Fortuna sæuo læta negotio, Ludum insolentem ludere pertinax,

Transmutat incertos honores, Nunc mihi nunc alij benigna. *Horat.*

Hinc apicem rapax Fortuna cum stridore acuto

Sustulit, hîc posuisse gaudet. *Idem.* Fortunam rotat omne fatum. *Idem.*

θνατῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος ἔβη. *Euripid.* Mortalium nemo ad finem beatus,

τυχεῖν δ' ἓν' ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἅπασαν. *Pindarus.*

Vnum omnem felicitatem consequi impossibile.

πόλεμος καὶ τὸ τῆς τύχης παράλογόν ἐστι. *Thucydides.*

Bellum & fortuna carent ratione certa; seu inopina sunt.

ὡς

ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ καὶ πλάνον τύχη! *Euripides.*
Quam varia res fortuna quamque vaga nimis! (felix ſiue beatus.
οὐδείς τοι πάντ' ἐστὶ παυόλβιος.—*Theognis.* Nullus prorſus in omnib. eſt
ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. *Heſiodus.*
Ipſa dies quandoque parens, quandoque nouerca.
ἄλλοτε γάρ τε φίλη πέλει ἠὼς, ἄλλοτε δ' ἐχθρή. *Q. Calaber.*
Nunc inimica mihi lux eſt, nunc rurſus amica.
Haudquaquam quempiam ſemper fortuna ſecuta eſt. *Ennius.* (modis.
οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. *Ariſtophan.* Haud viuit vllus omnib. felix
ἀνθρωπείη εὐδαιμονίη οὐδαμὰ ἐν τὠυτῷ μένει. *Herodotus.*
Felicitas humana nunquam in eodem (*ſtatu*) permanet.

Soldanus à Ludouico 2 Rege Franciæ captus, biennio non riſit: tandem currus euntis rotas volui ſpectans, riſit, fortunæ inconſtantiam cogitans, & à Rege hoc audiente humaniùs habi-

Multa dies variuſque labor mutabilis æui, (*tus eſt. Cedrenus.*
Rettulit in melius: multos alterna reuiſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit. *Virgil.* (*Catalectis.*
Nec quos clarificat, perpetuò fouet; Nec quos deſeruit, perpetuò premit. *Idem in*
οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη. Fortuna dat alijs, at alijs eripit.
Vultus fortunæ variatur imagine Lunæ;
Creſcit, decreſcit, in eodem ſiſtere neſcit. *Garner. ex Rhythmic.* *Vide verſus Plauti ſub* Odmienito ſie ßcześćie. *Affine*, Vlié iédnákie záwße. Kto bywa ná koniu. Ogladay ſie. Odmian ná świećie pełno. Wyſokie rzéczy.

Szcześćié poblaſa! nié podnoś ſie. Szcześćie ſie przéćiwi! niéupadáy.
Dum fortuna iuuat, caueto tolli. Dum fortuna tonat, caueto mergi. *Auſonius.*
Fortuna dum blanditur, captatum venit. *P. Syrus.*
μήτε ἄρα εὐτυχίαις ὑπερχαιρῶ, μήτε συμφοραῖς σπωμένῳ. *Iamblicus.*
Neque felicitate inſleris, neque calamitate deprimaris.
Rebus anguſtis animoſus atque Fortis appare, ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo Turgida vela. *Horat.*
Quæ tibi mulier videtur multò ſapientiſſima?
R. Quæ cùm res ſunt ſecundæ, ſeſe poterit noſcere,
Et illa, quæ æquo animo patietur ſibi eſſe peiùs quàm fuit. *Plaut.*

Ageſilaus Philippo tumenti victoria Cheronea ſcripſit: Si vmbram tuam metieris, non reperies illam vel tantulo maiorem nunc quàm fuerit ante victoriam. *Rhodigin. è Plutarcho.* Bene ferre magnam Diſce fortunam. *Horati.*
Fortuna magna non caret formidine. *Seneca.* (caue.
ὅτ' εὐτυχεῖς, μάλιστα μὴ μέγα φρόνει. Dum cuncta proſpera ſunt, ſapere multùm
Beneficia fortunæ viſcata & inſidias *vocat Seneca Philoſophus.*
Icarei fati memores eſtote beati. *Anonym. de quo Ouidius ſic:*

Dum petit elatis nimiùm ſublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

Szczęście podnośi / rozpuſzcza.

ἡ τύχη ἐυνοϊκὴ ἀλάζονας θνητοὺς ποιεῖ. *A.* Fortuna reddit inſolentes queis fauet.
Secundas fortunas decent ſuperbiæ. *Plaut.*
Χαλεπὸν καὶ πολλῦ ἐπαίνε ἄξιον, ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ δ' ἀδικεῖν γενόμενον, δικαίως βιῶναι. ὀλίγοι δὲ γίνονται τοιῦτοι. *Ariſtides.* Difficile & magna laude dignum eſt, in magna peccandi licentia ſitum, iuſtè viuere. Tales pauci ſunt.
Singularis homo priuatus, niſi magna ſapientia præditus, vix facile ſe regionibus officij, magnis in fortunis & copijs continet. *Cic.*
γηθόσυνος δ' ἄρῳ πετασ' ἰτία δῖος Ὀδυσσεύς. *Homer.*
Lætatus aura ſecunda pandebat vela diuinus Vlyſſes.
Ex humili (*quoſdam*) magna ad faſtigia rerum
Extollit quoties voluit fortuna iocari. *Iuuenal.*
τάνταλος κατασχεῖν μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. *Pindar.* Tantalus magnam felicitatem concoquere non potuit.
Quia paululùm vobis acceſſit pecuniæ, ſublati animi ſunt. *Terent.*
Huc aliqui trahunt illud Apulej. Vbi vber ibi tuber. i. *vbertas affert tumorem. vel vbertatem comitatur tumor.* i. *copiam arrogantia.* Superba eſt felicitas. *Curtius.*
εἰώθασι μάλιστα οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκήτως εὖ πράττοντες, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. *Clemens Alexandrin.* Solent maximè ij, quibus præter ſpem & exſpectationem res proſperæ eueniunt, euadere inſolentes.
Dum ſurgunt miſeri, miſeris nolunt miſereri. *Anonym. rhythm.*
Corde ſtat inflato pauper honore dato. *Idem.*
Vermis in farina molitorem ſe putat. *Garner. è Gallico.* *Affine*, Ma chleb rogi.

Szczęście podwyższa / szczęście poniża.

Si Fortuna volet, fies de Rhetore Conſul:
Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor. *Iuuenal.*
Seruis regna dabunt, captiuis Fata triumphum. *Idem.* *Vt accidit Ventidio & Tullio quos idem affert. Plures Valer. Max. l. 3. 6. 7. Rhodigin l. 21. c. 38.*
Fors domina Campi. ſ. *Martij, in quo magiſtratus creabantur plerunq; temerè & fortuitò vel muneribus comparato fauore. &c. Cic.*
Valet ima ſummis Mutare & inſignem attenuat Deus. *Horat. de fortuna.*
ὅιακα τρέπει πάντων ἑκάστῳ. *Varro, ex Anaxandrida.* Clauum vertit fortuna cuiuis.
Quos tibi fortuna ludos facis? facis enim ex profeſſoribus Senatores ex Senatoribus profeſſores. *Apud Plini. iuni. Valerius Lucinianus è Senatore Rhetor in Sicilia damnatus exilio à Domitiano, de ſe protulit.*

Szczęście albo szczesliwy przyiaciel nie potrzebuie.

μή μοι τότ' ἔλθῃς, ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς. *Ariſtopha. Suidas.*
Ne tum

Ne tum mihi adſis quando res cedunt benè. *(vel ſunt proſperæ)*
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν,
ὅτ' ἂν δὲ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλῳ;
ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων. *Euripides.*
Iuuare amicos in malis opus eſt ſitos, Quid opus amico eſt, cùm Deus dederit bona? Iuuare ſolus ſufficit vbi vult Deus.
βάλλ' ἐς κόρακας. ὡς χαλεπόν ἐστιν οἱ φίλοι
οἱ φαινόμενοι παραχρῆμ', ὅτ' ἂν πράττῃ τις εὖ! *Ariſtophan.*
In rem malam! prò quam moleſta eſt res nimis,
Cùm adſunt amici, quando quis agit proſperè!

Szczęście ſie polépßyło.

ἀμεινόνων οἰωνῶν ἔτυχον, Meliores aues nactus ſum. *Tractum ab auguribus.*
ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. *Demoſthen.* Effugi malum, inueni bonum.
ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν. *Ariſtophan.* Meliùs quàm heri nobis ſuccedit.
ὁ χθὲς μὲ ἀδὲν, τήμερον δ' ὑπερμέγας. *Idem.* Qui nihil heri fuit hodie eſt quam maximus. Heri ſeruus, hodie liber. *Vlpian.* ὐ Χίος ἀλλὰ Κῶος: *Ariſtarch.* Non Chius ſed Cous. ſ. *cecidit. à talorũ iactu vbi Chius eſt vnio, Cous ſenio.*

Szczęście ślepe. Szczęśliwe nießczęście.

ἡ πάγη ἀμύνει. Laqueus auxiliatur. σπένδε τῷ κοαλέμῳ. *Ariſtophan.* Liba vel ſacrifica Coalemo. i. *ſtultitiæ, tanquam Deo vel Deæ. ob euentum bonum.*
νῦν εὖ πεπλόηκα, ὅτε νεναύαγηκα. Nunc benè nauigaui cùm naufragium feci. *Suidas de Zenone, qui naufragio emerſus Crateti adhæſit & Philoſophus inſignis euaſit, illud dictum vſurpans.* ὐδὲ ὅτω κακῶς. *Plato.* Ne ſic quidem malè. ſ. *accidit. Dictum adoleſcentis qui canem ſe allatrantem ferire volens, ſaxo iacto nouercam percuſſit.*
τοξικὸν ἐγένετο ἀντίδοτον. Toxicum factum eſt remedium.
Apud Auſonium vxor maritum veneno ſanauit, quo illum necare volebat.
O magnũ in ſubitis caſibus ingenium! *Martial. de porca vulnerata partũ edente.* Sic Tyrannum quidam occidere volens, tuber eius peſtilens diuiſit gladio & illi ſaluti fuit. *Seneca. De Theſſalo Prometheo idem dicit Rhodig. Sic Telephum Achillis haſta vulnerans ſanauit. Ouidi. Eunomo citharœdo cum Ariſtone certanti publicè, ruptæ chordæ vicem cicada inſiliens citharam, ſuppleuit. Clemens Alexandrin. Strabo. Plutarch. Huc accerſe Theognidis dictum ſuprà ſub* Szczęścia wiele *poſitum. Themiſtocles cum victus à Rege Perſarum captiuus honorificè & regaliter tractaretur, dixit ad ſuos:* ἀπωλόμεθα ἄν, εἰ μὴ ἀπωλόμεθα. Perijſſemus, niſi perijſſemus. *Plutarc.*
Affine, Trefunèk podczás lépßy. Tráfi ſie i ślépey kokoßy. Sámo ſie náwinęło.

Szczęście wiele ábo wßyſtko może.

Fortuna, humana fingit arctatque vt lubet. *Plaut.*
τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' ὐκ εὐβουλία. *Theophraſt.*

Fortuna (*nituntur*) mortalium res non consilio prudenti. *Vel*
Vitam regit fortuna nō sapientia. *Cic. Refutat hoc dictū Plutar. L. de Fortuna.*
ἡ τύχη πάντων ἐστὶ κυρία. *Æschines.* Fortuna omnium est domina.
μεγάλη δὲ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὰ τ̃ ἀνθρώπων πράγματα. *Demosthenes. Plutarch.* Magnum momentum potiùs verò totum est fortuna ad omnes hominum actiones.
Sors omnia versat. *Virg.* *Multa ex suprà positis huic loco quadrant.*
Hæc omnia vt & superiora de fortunæ potentia figmenta sunt Ethnicorum, Christiani Fortunam Fatum rident, & Deo, omnia quæ homini accidunt, attribuunt. Sed & Plutarchus Ethnicus refutat hanc opinionem libello de Fortuna.

Szczęście rozum odeymuie: á nieszczęście go dodáie.

In malis meliùs sapimus; secunda rectum auferunt. *Seneca.* (rozum zfánkuie.
Fortuna nimium quem fouet, stultū facit. *P. Syrus.* Gdźie zczęście pánuie tám
χαλεπώτερόν ἐστιν εὑρεῖν ἄνδρα, τ' ἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά. τὰ μὲ γὰρ ὕβριν τῖς πολλοῖς, τὰ δὲ ζωφροσύνην τῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ. *Xenophon.* Difficilius est inuenire virum prosperas res bene ferentem, quàm aduersas; illæ enim insolentiam multis, hæc autem modestiam omnibus inserunt.
ὀλίγοι εἰσὶν, οἷς μ̃ τὸ εὐτυχεῖν παραγίνεσθαι τὸ φρονεῖν. *Plutarch.* Pauci sunt quibus cum felicitate simul contingit sapere.
Fortunâ dulci ebria Cleopatra. *Horat.* τῇ τύχῃ μεθύουσα.
Sic Demosthenes Philippum dixit: μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων. Ebrium esse magnitudine rerum à se gestarum. *Affine,* Bogátemu nié trzéba rozumu.

Szczęście w testament nie idzie. Szczęściem oycowskiem syn nie dziedziczy

ὁ κληρονομῶν πατρικῆς οὐκ τύχης. *A.* Hæres parentis nemo fortunæ est sui.
Demetrius iunior rogatus, quî præclarum principatum à patre relictum amiserit? respondit:
ἐπὶ τὰ μὲ ἄλλα μοι κατέλιπεν ὁ πατὴρ, τὴν δὲ τύχην, ἣ ταῦτα ἐκτήσατο καὶ διεφύλαξεν, οὐκέτι. Quia alia reliquit mihi pater, fortunam verò, qua hæc acquisiuit & custodiuit, non item. *Plutarch.*

Szczęście serce czyni pysznie. Za szczęściem serca przybywa i ubywa.

Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus. *Terent.*
τύχη μικροὺς μεγάλους τε τοὺ̃ βροτοὺς ποιεῖ. *A.*
Fortuna paruos atque magnos nos facit. *Lepus leonem timens fugit, sed à ranis se timeri videns animum sumit. Æsopus paulò aliter refert, sed sensu eodem.*

Szczęściem rozum miech kieruie: á mem śie przędzie rátuie.

Szczęście podczas sprawi / czego rozum nie może.
τέχνη τύχῃ εστερξε καὶ τύχη τέχνῃ. *Aristotel.*
Ars fortunam amat & fortuna artem. (nam. *Horat.*
Si quod opus est iactu non cadit, id arte corrigas. *Terent.* Arte emendaturus fortu-

πολλάκις

πολλάκις ὁ τέχνη δ᾽ οὐκ ἐθέλησε, αὐτὸν τύχη. *A.*

Fortuna ſæpius efficit, quod ars nequit.

Sic Protogenes pictor cùm ſpumantem canem effingere aptè diu tentans non poſſet, iratus arti penicillum abiecit, & ſpongiam in locum tabulæ odioſum impegit, quæ ſpumam qualem optauerat expreſſit, & fortuna fecit in pictura naturam, quod ars non potuit. Plinius. qui ſimilem caſum refert Nealcis qui ſpumam equi, quam diu ſtudio & arte effingere non potuit, proiecta ſpongia optimè expreſſit.

Si non eraſſet fecerat ille minùs. *Martial. vel illa. ſ. manus. de Scæuola.*

Vt quiſq; fortuna vtitur, ita præcellit, atq; exinde ſapere eum omnes dicimus. *Plaut.*

Szczęśliwe powodzenie / rodzi złośliwe vbęſpieczenie.

Τὴ εὐτυχίαις ἕπεσθαι ὡς ἐπίπαν ἀκολάσταν ῥᾳθυμίαν καὶ καταφρόνησιν. *Diodor. Siculus.*

Secundas res cõſueuit vt plurimùm comitari ignauia & contemptus. ſ. *periculorum.*

Szczęśliwie & Szczęśliwy.

ἐξ οὐρίου φέρεσθαι. *Suid.* Secundis ventis ferri. *Cic.* Cuius venti nunc ſunt valdè ſecundi. *Idem de Cæſare.* Secundiſſimo vento curſum tenet. Bona ei nauigatio à dijs datur. *Idem.*

(Nunc) agimur tumidis ventis aquilone ſecundo
Non — aduerſis ætatem ducimus auſtris. *Horati.*

Pulchrè hæc cõfertur ratis. *Plaut.* Nunc ventus nauim defert. *Idem.* Nunc ventus ſecundus eſt. *Idem.* φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ. *Homer.* Ferens ventus & vnda.

κατὰ ῥᾳθυμίαν πορεύεται. *Lucian.* Secundum æſtum vel ſecundo æſtu procedit.

ναυσιφορήτοις ἀνδράσι, πρῶτα χάρις, πομπαῖος ἔρως. *Pindar.* Naui euntibus viris, prima gratia, deducens aut ſecundus ventus.

Dijs hominibuſq; plaudentibus. *Cic.* Dijs ſecundis. *Virg.* Omine ſecundo. *Horat.* οὐκ ἄνευ θεῶν οὐκ ἀθεεὶ *Theocrit.* Non ſine dijs. *Horat.* Volente Deo. *Virg.* Virgula diuina illi omnia ſuppeditantur. *Cic. alluſit ad Monſtrificam virgam Palladis apud Homerum, qualem etiam habuit Mercurius & Circe apud eundem Homerum. Similis erat Gygis annulus ad omnia commoda concilianda & mala amolienda efficax. apud Platonem Lucian. Ariſtophan. vnde Prouerbium ortum eſt:*

γύγου δακτύλιον ἔχει. *Plato.* Gygis annulum habet. *Plaut. Cic.*

Simile & illud: τὴν δ᾽ Ἅιδου κυνέην ἔχει *Plato. Ariſtophan.* Orci galeam habet. *qua tectus Perſeus mira patrauit, & Pallas apud Homerum.*

ἐφέσια γράμματα φορεῖ. *Athenæ. Suidas.* Epheſias literas fert. *Magicæ quædam erant notæ, quibus vtentes in omni negotio victores & felices euadebant.*

ἀμαλθείας κέρας ἔχει. *Lucian.* Amaltheæ cornu habet. Copiæ cornu. *Horat.*

αἶγα τὴν οὐρανίαν ἀστέλλουσαν ἐθεάσατο. *Plutarch.* Capram cœleſtem orientem conſpexit. *Nam feliciſſimum id habebatur, Capram Iouis altricem inter ſidera relatam conſpicere.* Gallinæ filius albæ. *Iuuenal.*

ὀρνίθων γάλα ἀμέλξειν Gallinarum lac mulgere.

ὀρνίθων γάλα αὐτῷ πάρεστι. *Ariſtophan.* Gallinaceum lac illi ſuppetit; *quod iactatum*

tum ſcribit Strabo. de Samiorum agris feraciſſimis. Et Euſtath. Lac ouium fert Samus Ionica. Bona ſcæua ſtrenaque mihi occeſſit obuiam. *Plaut.*

τρὶς ἓξ ἔβαλεν. *Ex Æſchylo.* Ter ſex iecit. *Iactus hic in teſſeris feliciſſimus.*

τρὶς ἓξ νικηϕόρος κόλος. *Suid.* Ter ſex aut tres ſeniones in cubis victorioſus iactus.

τρὶς μάκαρες. *Homer.* Ter beati. O terque quaterque beati. *Virg.* Felices ter & amplius. *Horat.* Aui ſiniſtra dictus populi magiſter. *Cic.* i. *ſecundo auſpicio.* Siniſtra cornix lætum & ratum augurium facit. *Idem.* Intonuit læuum. *Virg.* Bonis auibus. *Ouidi.* Secundis auibus. *Cic.* Cornix à læua, coruus à dextra. *Plaut.*

Dies notandus candido calculo, meliore lapillo nota: *Item* Creta vel Creſſa nota, *pro felici die. ex Horat. Perſi. Iuuenal. Et Plutarch. ait:* Diem felicem à Græcis vocari λευκὴν ἡμέραν. albam candidam diem, *ab albæ fabæ calculo qui alicui ſortitò obtigit. Meminit albi calculi in ſuffragiis Ariſtotel. Lucianus, & Ouidius 15. Metamorph.* ἀγαθὴ ἐκ τῆς Φαρέτρας ἡμέρα. *Philarchus.* Bonus è pharetra dies. *De die felici, candidis calculis notari ſolito. Mos is Scythis erat vt die feliciter tranſacto, album calculum in pharetram mitterent; infeliciter, atrum: poſt mortem verò effuſis è pharetra calculis, de vita mortui felici vel infelici prout calculi hi vel illi plures erant, iudicabatur.* Candidus dies. *Catul.* Candida hora. *Ouidi.*

τοῦτο ὁ Θεὸς ἡγεμονεύει vel ὑφηγεῖται. *Homer. Plato.* Hac nos Deus ipſe ducit. Iouis Corinthus. διοσκόρινθος: *de feliciſſimo & prapotente, qualis fuit Aletes qui potitus Corintho ex reſponſo Iouis Dodonæi, eam Iouis Corinthum appellauit. Rhodigin.* Hercule amico. *Horat.* Hercule dextro. *Perſius.*

ἑρμῆ κλῆρος. *Pollux.* Mercurij ſors, *dicebant primam portionem capientes. Etiam,* Mercurio dextro *dicebant aliquid aggredientes.*

Venimus ad fumum fortunæ. *Horat. de Romanis.*

Pileatus natus eſt. *Gallorum dictum apud Caſaubonum ortum ex ſuperſtitione antiquæ obſtetricum, quænatos cum pileo naturali, felices putabant. meminit Lampridius, Balſamon, Chryſoſtom, & noſtri dicunt.* Z czepku ſie vrodźił.

Szczodrem łacno być/ gdy ieſt z czego.

ἐκ πηγῶν ἀντλεῖν ſ. εὔπορον. *è Chryſoſtomo.* E fontibus haurire. ſ. *affatim, promptũ eſt. Sic,* è pleno haurire vel promere *ex Plauto.* Qui multùm habet piperis. &c.

V. Bro czego wiele ma. *Huc trahas & illud Hipponactis.* ἐκ πελλοῦ θρώσκειν. Mulctro bibere. ſ. *vbi copia eſt lactis.* *Conſer,* Cudzego nie zal.

Szczodrobliwości miarą mieść. Drugiem day/ á na ſie pámietay.

Ita te aliorum miſereſcat, ne tui alios miſereat. *Plaut.*

Modus benignitatis facultates. *Cic.* Videndum ne maior ſit benignitas quàm facultas. *Idem.* Multi ſua patrimonia inconſultè largiendo effuderunt. *Idem.* Nam Largitio fundum non habet. *Idem.*

χάριν χαρίζου κατ' ὅσον ἰσχύεις ὁμῶς.

Quantum valebis eſto in omnes beneficus. V. Sobie pierwéy.

Szczodroblis

Szczodrobliwy. Szczodrzé dáłé. Nié żałuié.

ἐκ πίθου ἀντλεῖ. *Theocrit.* E dolio haurit. *(non è paruo vasculo.)*
ἐκ πηγῶν ἀντλεῖ. *Chrysost.* E fontibus haurit. Manum non contractis digitis porrigit. *ex Laërtio. V.* Szczerzé. μεδίμνῳ δημετρεῖ. *Suidas.* Modio dimetitur. Pleno modio. *Cic.* Plena manu. *Cic. Seneca.* Effuso sinu. *Liui.* Soluto sinu, aperto penu, arca recluſa, plena liberalitate, copiâ effuſa. *Seneca.* Sine radio cumulat omnia. *Rhodigin. vt frumenta vendentes ſolent.*
ὐ μιᾷ χειρὶ δωρούμενος, ἀλλ' ἀμφοῖν. *Suidas.* Non vna manu largiens, at ambabus.
αὐτῷ κρατῆρι γίνῃ κακά. Ipſo cratere contingant mala. *Imprecatio eſt. i. affatim. à cratere ſalientium, vel in quo vinum miſcetur. Vnde* Crater malorum.
ἀμπνίας χειρὶ. *Suidas.* Larga manu. πίονι μέτρῳ. *Theocrit.* Pingui menſura.
αὐτῷ κανῷ. *Zenodot.* Ipſo caniſtro. *vel* Vna cum ipſo caniſtro. Z ſzżieżą ćiąſto. *ſ.* da. ábo daiby. Ipſo horreo. *ſ. largiri.* vel cum ipſo horreo. *Eraſm.* Corbibus aurum gerere ad amicas. *apud Plautum. i. profusè, prodigè.*
θεαγένους μεγαλοφροσύνη καὶ εὐεργεσία. *Eunapius.* Theagenis munificentia & beneficentia. *pro inſigni & effuſa liberalitate quâ Theagenes Prætor Athenienſis admodùm excelluit.* βοθυτεῖν. *Ariſtophan.* Immolare boues. i. *magnificos ſumptus facere, quod heroum vel regum eſt.* Nimia largitio *cuiuſdam carpitur apud Plutarchum hoc verſu quadrato.*

ὦ φιλάνθρωπός σύ γ' ἔσ. ἔχεις νόσον, χαίρεις διδούς.

Non es beneficus, laboras nam (*morbo*) dandi libidine. ſeu, non ab humanitate id, ſed à voluptate tua proficiſcitur, quia dans gaudes. *De Alexandro M. Plutarch. ſcribit :* ὅλως ἠχθέτο τοῖς μὴ λαμβάνουσι μᾶλλον ἢ τοῖς αἰτοῦσιν. Omninò magis ægrè ferebat, ſi qui non accipiebant *(quæ dabat)* quàm ſi poſcerent. *Idem Phocioni ſcripſit* : Si non admitteret dona ſua, renunciare ſe ei amicitiam.

Philotas Alexandri aulicus munificentiſſimus, amico poſcenti, iuſſit dari, negante procuratore eſſe, Quid ais inquit ? non eſt ſcyphus aut veſtis ? *Idem.*

Cyrus Lyſandro duci Laconum petenti à ſe vt obolum adderet ad ſtipendia nauticorum, decem millia Daricorum addidit & plura promiſit, dicens : καταχορηγήσειν τὰ οἰκεῖα, κἂν ἅπαντα πάντα, καταχεῖν ἔφη τὸν θρόνον ἐν ᾧ καθήμενος ἐκκεκομμένος χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν ὄντα. Se ſua in ipſum profuſurum. quod ſi omnibus deficeretur, conciſurum ſolium aureum & argēteum, in quo iura dabat & legationes audiebat. *Plutarch.*

Szczodry nié żebrzé. Kto dáié, ten też bierzé.

δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' ὅτις ἔδωκεν. *Heſiodus.*

Datori eſt qui det, nulli autem danti, nullus dat. Danti dabitur. τῷ δίδοντι δοθήσεται. Si das, ipſe *(Deus)* dabit : ſi non das, ipſe negabit. *Seberus.*

Date & dabitur vobis. *Apud Cæſarium l. 4. c. 38. Abbas quidam parcus qui liberali ſucceſſerat, dicebatur eieciſſe ex monaſterio Fratrem Date, quem ſecutus etiam alter Dabitur*

vobis, quia parcitate eius monaſterium ad penuriam redactum eſt. ſed monitu ſenis monachi hoc apologo vſi reſipuit.

Χαρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί. *Sophocles.*

Beneficium ſemper beneficium parit, vel gratia gratiam.

Szczupły. Szczury. Cienki. Gliſta Konop'.

μονόγραμμος. Monogrammus. *Lucil. quaſi vna linea conſtans.*

Cingulus, *qui tenuis eſt ea parte qua cingimur. Feſtus.* Przewieźiſty.

Iuncea virgo. *Terent. i. inſtar iunci tenuis & gracilis.*

Pectus cicadæ cruſculumque formicæ. ſ. *tibi eſt. Martial.*

ὑπὲρ τὰς μύρμηκας ἔνσομος. *Syneſius.* Formicis magis inciſus vel tenuis in medio, *more inſectorum vt ſuprà Cingulus.* *Simile eſt,*

σφηκώδης & λαγαρός. Ventre exili inſtar veſpæ, graciſis in medio. *vt verſus* λαγαροὶ, *qui in medio breuem ſyllabam pro longa habent.*

κληματὶς ἀιγυπτία. Clematis Ægyptia. *Laërtio teſte dictus erat Zeno, gracili & procero corpore, atra cute. inſtar huius herbæ apud Dioſcoridem & Plinium.*

καλάμινα σκέλη φορῶν. Arundinea cruſcula habens. *de Cyneſia Plato Comicus.*

κηρῶν λεπτότερος. Vmbris vel candelis tenuior. *Ælianus de Archeſtrato Pœta, qui captus à Ptolomæo & bilance appenſus oboli tantùm pondus æquauit.*

λεπτότερος Φιλήτα. *Suidas.* Tenuior Phileta *Pœta Coo, qui plumbum pedibus appoſuebat, ne à vento abriperetur.* *Similis fuit Cineſiæ Pœta Dithyrambicus, procero corpore, ſed adeò tenui, vt aſſerculis tiliaceis ſe vndiq; cingeret,* φιλύρινος. *i.* Tiliaceus *ideò dictus. Suidas.* Item Melitus Tragicus Pœta *Socratis accuſator. Itemq;* Philippides Pœta. Διὰ δακτυλίου μέν σ' ἄν μ' ἐλκύσαις. *Ariſtophan.*

Per annulum me facilè ſanè traxeris.

λεωτρόφιδος λεπτότερος. *Athenæ.* Leotrophide tenuior. V. Chudy.

Szérokie wrota do piekła. Pochodźiſta droga do piekła. Piekło zámknąć otwárte. Puſtcza i o północy.

Dilatauit infernus animam ſuam, i. *capacem ventrem. Iſaiæ 5.*

Lata eſt porta & ſpatioſa via quæ ducit ad perditionem. *Matthæ. c. 7.*

Noctes atque dies patet atri ianua ditis. *Virg.* Facilis deſcenſus Auerni *Idē.*

Nec ire labor eſt, ipſa deducit via.

Vt ſæpe puppes æſtus inuitas rapit. *Seneca Furente.*

ἁπλῆ οἴμος εἰς ἄιδος φέρει. *Plato.* Plana via ducit ad Orcum.

εἰς ἀίδην πάντεσι καταβάσις. *Epigram.* In Orcum omnibus deſcenſus. ſ. *patet.*

τὸ δὲ κεφάλαιον, μέμνησο, ὅτι ἡ θύρα ἠνοιγμένη. *Arrianus.*

Et quod caput eſt, memento, quod ianua aperta ſit. ſ. *ad Orcum.*

Szkodá krasy / gdzie rozumu niemáß.

τὴν χύτραν μὴ ποικίλλειν. Ollam noli exornare.

ὄνε κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ. Asini caput ne laues nitro.
Impendium inutile asini caput smegmate lauare. *Garner. Galli.*
ξυλίνας πόδας καλλίοσι χρυσώμασι κεκοσμημένος ἔχων. *Lucianus de quodam stulto diuite, qui amissis pedibus ligneos adsciuit & pulchris calceis ornauit.*
Indecens est stulto gloria. *Prouer: SS. c 26.* Non decent stultum diuitiæ. *Ibidem c.19.*
ἐν ἐλεφαντίνῳ κολεῷ μολύβδινον ξίφος. In eburnea vagina plumbeus ensis.
Diogenes Cynicus dixit adolescenti formoso turpe quidpiam elocuto. *Huc & illa.*
Struma dibapho non tegenda. Simia purpura non induenda. &c. *V.* Złé przystoi.
Szkodá tu tego. Godność niegodnemu. Głowká iáko mákowká. Vrodá bez vkłádności.

Szkodá tu tego. Szkoda psu białego chlebá. Roßt daremny. Zdobiß czégo nie trzebá.

ζιτὸν εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. *Pythagoras.* Cibum in matellam ne imponas. i. *prauo animo elegantem sermonem ne committas. Plutarch.*
τὸν ἐπὶ φακῇ μύρον. *Varro. Cic. Gelli.* In lente vnguentum. s. *non consumendum.*
ὅταν φακὴν ἕψητε μὴ ἐπιχεῖν μύρον. *Aristotel.*
Vnguenta lentem dum coquis ne infuderis.
μύρον δολιχεῖον σαπρὸν ἀ πιέσαι. *Nazianz.*
Vnguenta vasi sordido ne immittito. (*ne credito*)
Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. *Horat.*
νεκρὸν μυρίζεις *vel* ἀ μυρίζειν.. Mortuum vnguento perungis *vel* ne perungas.
ἀκ ἂν μυρίζειν γραῦς ἔστ' ἠλείφειο. *Plutarch.*
Vnguento anum perfundier minimè decet.
λαδίῳ εἰς φάκον μὴ ὀμόργνυσθαι. Vnguento (*Ladano pretioso*) sella nō abstergenda.
τὸ ἐν λαχάνοις πέπερι. *Rhodigin.* In oleribus piper. s. *non absumendum.*
εἰς κόπρον θυμιᾶς. *Suidas.* Ad fimum odorem aromatum suffis. *vel* ne suffias.
ἀ πρέπει τὴν χύτραν ἔτνους μεστὴν χρυσῆ τορύνη (ἀλλὰ συκίνη) *Platonus dictum contractum.* Non decet ollam lente plenam tudicula aurea, sed ficulna.
Lacon videns Athenis apparatum tragicorum choragorum dixit: ἀ σωφρονεῖν τὴν πόλιν μὴ τοιαύτης σπουδῆς καὶ δαπάνης παίζουσα. τῷ γὰρ ὄντι παιζόντα δεῖ παίζειν. *Plutarch* Non sapere ciuitatem quæ tanto studio & impensis ludicra exerceret. Omino enim ludendum est ludendo.
Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit sibi. *P. Syrus.*
Ethnicorum mos erat ponere esculenta in sepulchris, cuius meminit *S. Augst.*
Eburneis rastris solum vertere. Ligonibus aureis terram fodere *Prudentius.*
Pes ligneus & aureus calceus. *Vide* Szátá świetna. *Simile illud:*
Aureo hamo piscari. *V.* Złé stoi to zá to. Aureis bracteis inaurare glandium putamina. *Erasmus.* Aurum in freno. *V.* Złoty térmz świát.
ἀρότρῳ ἀκοντίζειν. *Plutarch.* Aratro iaculari, *vbi damnum non exiguum fit.*

τί με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν. *Plutarch. Sueton.* Quid opus erat me longis tibijs canere? i. *tantum apparatum & ſumptum facere. Eraſm ex Dione.*

κερκυρᾶια μάσιξ. *Interpres Ariſtophanis.* Cercyræa ſcutica. *de re ſuperuacaneo & non decenti cultu exornata. vt Cercyrei ſcuticarum manubria ebore ornabant.*

Affine præcedens & Zbytki to. Vlić przyſtoi. Vlić twey głowy.

Szkodáß tego ábo tákiego rozumu w kácié / ábo do igły / do motyki / ć.

Vt ſæpe ſumma ingenia in occulto latent!

Hic, qualis imperator! nunc priuatus eſt. *Apud Plautum Paraſitus de quodam viro graui militariter iocante, aſſentando eidem, protulit. Sed ſeriò & verè hoc dici potuit de Epaminunda Thebanorum Imperatore laudatiſſimo, cùm inuidorum & inimicorum opera imperio deiectus, inter manipulares & gregarios militaret, vt ſcribit Cornel. Nepos. Rectè & illud ex Cic. hîc vſurpes.* Qualis ſub ſordido palliolo ſapiētia!

Nicias dux Athenienſis, cùm populo ſpectaculum exhiberet, & ſeruus eius ſtatura & forma egregia, in choragio Bacchi perſonam inſigniter repræſentaret, populo multùm & diu applaudente, exſurgens herus, libertate eum donauit, dicens: Non æquum eſſe vt is qui Deo ſimilis declaratus ſit, in ſeruitute teneatur.

Therſites genere eſt, virtute at præſtat Achillem. *ex Iuuenali.*

Vide Podczás w podley ſukmánié.

Szkodá zársbować / co śie nié ma gotować.

Non plùs mactemus quàm quod condire valemus. *Anonym. Rhythmic.*

μὴ πλέονα ζῴπτειν ἢ δυνατὸς ἦς καταφαγεῖν. *A.*

Ne plura mactes quàm queas abſumere. *vt lupi faciunt.*

μὴ κρητικὴν θύσῃς θυσίαν. *E Zenodoto.* Ne ſacrum Cretenſe facias. *in quo nil guſtabat ex epulis qui eas parabat.*

Szkodnicy trzéwika nż nogi / mowi ſkapy y vbogi.

Bis Cotta ſoleas perdidiſſe ſe queſtus, Excogitauit homo ſagax & aſtutus,

Ne facere poſſet tale ſæpiùs damnū: Excalceatus ire cœpit ad cœnā. *Martial.*

Similis apologus Polonicus eſt de ruſtico, qui calceos in nundinis emptos manibus ferens nudipes clauum calcauit, & pede vulnerato exclamauit: Benè habet, ſi hic calceus fuiſſet, actum iam de eo eſſet: nunc pes ſanabitur.

ὑπόδημα φειδῶ φίλτερον μάλα ἢ ποδός. *A.*

Pede cariores calcei parco viro. *Vel.* Pede cariores calcei ſunt pauperi.

Szkołá káżdemu otwárta. Vczyć śie (w ſzkołách) káżdemu wolno.

ἄφθονοι μουσῶν θύραι. Carent inuidia Muſarum ianuæ. i. *ædes.*

ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι. *Zenodot.* Apertæ Muſarum fores. *Præclarè Salomon de ſe, Eccleſiaſtæ 7.* Quam (*ſapientiam*) ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo. *Huc facit Heracliti dictum ad doctrinam quoſuis inuitantis:* Introite, nam & hîc dij ſunt. *Gellius.*

παιδόν

παιδόκ ἐστὶ θύρη. *Ex Nonno.* Omnium capax eſt ianua. *adde iſta. vt ſit quaſi inſcriptio Scholæ.* Quid eſt ſtultius, quàm quia diu non didiceris, nõ diſcere? Omnis ætatis homines ſchola admittit. *Seneca.*

Szkolne gospodárſtwo/ a z kśiąg hetmánſtwo / oboie niepéwne.

ἐκ τῶ βιβλίω κυβερνήτης. *Galenus.* Ex libro gubernator. ſ. *non eligendus. Nam talis longè inferior eſt eo, qui magiſtro & experientia duce didicit.*

Szláchćic nowy / z cnoty i zaſług vczyniony / nie z przodkow vrodzony.

Nouus homo. Nouus ciuis. *Cic. Apud Romanos, homines nobilibus antiquis familiis orti, recens nobilitatem conſecutis, tanquam probrum obijciebant quod eſſent noui. Sic Catilina inuectus eſt in Ciceronem.*

Et Iuuenal. in eorum perſona, quin verba ipſorum vſurpans, ſed aliter ipſe ſentiens, ait:

Hic nouus Arpinas ignobilis, & modò Romæ Municipalis eques &c.

Sed & ipſe Cic. hoc ipſum de ſe teſtatur, dicens: Video inuiſum eſſe nouitati meæ. Mortalibus, *ait Tacitus*, natura inſitum eſt, recentem aliorum felicitatem ægris oculis aſpicere. *Ruſſi noſtri idem ſenſu allegorico dicunt.* Z ſowiohо hniźdá / choć ſokot wylętit / ſoroki ná iohо ſkrzhetáty budut.

Refellunt & damnant hanc opinionem ipſi Ethnici ſcriptores multi probi & ſapientes. Ariſtot. Plutarch. Euripides, Menander, Epicharmus, Cic. Iuuenal. Ouidi. &c. (quos vide ſub Cnotá ßláchćicem czyni. Lepicy być zacnem. Szláchectwo bez cnoty.) *qui nouam nobilitatem virtute & induſtria propria partam ac ornatam, præferunt nobilitati veteri ignauæ ac degeneri. Nam* ἐκ βραδυπέλων ὄνων ἵππος ὤρθτε.

E tardigradis aſinis equus emerſit, vel emergere, oriri ſolet.

ἄλλοτε ἐκ σκύλης ῥόδα φύεται. *Ex Theognide, qui oppoſito ſenſu habet.* Interdum è ſquilla naſcitur roſa. Et roſa è ſpina. *Nazianzen.*

Maiores nido pennas extendit. i. *Genus & maiores ſuos factis laude dignis ſuperauit & exornauit. Horat. de ſe librum ſuum alloquens, ait:*

Me libertino natum patre, & in tenui re.

Maiores pennas nido extendiſſe loqueris. *Nam ſic natus, nobilitatem & dignitates Romæ aſſecutus eſt, & ſummis viris ac Imperatori ipſi notus & carus fuit. Acron.*

In eandem ſententiam Cic. de ſe. Ego *inquit* maioribus meis virtute mea præluxi. *Et pro Muræna gloriatur*, Se clauſtra nobilitatis refregiſſe, & perfeciſſe labore ſuo, vt aditus ad Conſulatum non magis nobilitati quàm virtuti pateret. *Plura ibidem ſimilia habet. Vide* Vroſt prętko. Zazdroſć z cudzego dobrá.

Szláchćic nowy właz. Szláchćic ortowy. Ktory ßláchectwo kupił.

γενναῖος ἐκ βαλανείου. *Suidas.* Generoſus è crumena. Nam Genus pecunia donat *Horat. Tales verò ſæpe ſolent eſſe inſolentiores.* V. Pan z nedzniká niéznośny. *Qualis Chryſogonus libertus Syllæ potens, audax, ſuperbus, luxurioſus. Cicerone teſte. Item Ventidius Baſſus apud Gellium. Vide* Godność niégodnemu.

Nitedula ex vepribus vel è vepriculis extracta vel emergens, *vocatur à Cic. Numeri-*

ui quidam è ſordibus plebis progreſſus. *Talibus aptè dicetur illud Horatij dictum Menæ liberto Pompeij.* Licet ſuperbus ambules pecunia

Fortuna non mutat genus. Mutauit calceos. *Cic. de Aſinio qui* Senator voluntarius lectus ipſe a ſe. apertam videns Curiam poſt Cæſaris mortem, mutauit calceos Pater Conſcriptus repente factus eſt. *Nam lunula ex aluta calceis addita & clauus aureus in toga erat inſigne Senatoriæ dignitatis.*

ἐκ Φελλέως ἦλθεν *Ariſtophan.* E Phelleo venit: *qui ex humili fortuna & aſpera vita ad dignitatem emerſit. Nam Phellus erat locus montanus ſterilis aſper paſcendis capris aptus.* V. Podiego rodu. ἐκ πενιχρὸς εὐπόρος καὶ ἐκ δ' ἀφώνου λογιος ἐγένετο. *Apud Plutarchum dixit Pompeius Marcellino liberiùs loquenti de ſe à quo erat euectus.* E fameli o vomens & è muto loquens factus eſt V. Pomni czymés był.

Szlachcic po bábcé.

Jocus eſt in eos qui nobiles haberi volunt, cùm non ſint. Poteſt dici. Nobilis vt Car. *vel* Nobilitas eius Carica *vel* Carum. *Nam Cares à matribus nomina, familiam, & nobilitatem ſumebant, teſte Herodoto. & Lycij ſimiliter Rhodigin.* *Hinc illud:* ὁ μητρὸς ὡς ἀἰξ καλεῖται. *Suidas.* Matris vel à matre velut hœdus vocatur. *Et illud Gallorum:* Sapiens eſt filius qui patrem ſuum nouit. *quod quaſi adynaton profertur. Nam apud Homerum Telemachus rogatus an Vlyſſis eſſet filius reſpondit:*

μήτηρ μέ τ' ἐμὲ φησὶ τεκέμεναι· αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ'· ὲ γάρ τις ὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.
Eſſe quidem illius mater me ait: aſt ego ſanè
Neſcio: nemo ſuum patrem vnquam nouerit ipſe.

Szlachcic vrodzony / zacnie vrodzony / ſtarodawnego domu.

Domi nobilis. *Cic. qui bene natus apud ſuos tantùm notus eſt.*

κέκροπος εὐγενέστερος. *Lucian.* Cecrope generoſior. *Ægyptius is erat antiquiſſimæ nobilitatis Athenarum conditor. Tzetzes Ouidi.*

A Pico numerat genus. *Iuuenal.* *Saturni hic filius Fauni pater fuit, Aborigivum antiquiſſimæ gentis rex. Halicarnaſſ.* ὄρνις ἐκ τῶν ὀρνέων. *Ariſtophan.* Auis ex auibus. προσελληναῖοι. προσέλληνοι. *Suidas.* Antiquiores Luna. *Arcades ita ſe vocabant, quaſi Antelunares.* διὸς αὐτοῦ δεκαιότεροι, πρότεροί τε κρόνου καὶ τιτάνων. *Ariſtophan. Lucian.* Ioue ipſo antiquiores, priores Saturno & Titanibus.

τεττιγοφόρους. & τεττίγων ἀναμέστους. i. Cicadas ferentes & cicadis plenos, *ſe vocabant Athenienſes. nam aureis cicadis capillos conſpergebant vt probarent ſe antiquiſſimos omnium &* αὐτόχθονας. i. terrigenas. *Ariſtophan. Suidas.*

In Perſa Plauti Sagariſtio ſeruus rogatus qui vocetur, confingit nomina Patronymica nobilium ſimilia Nugipolyloquides &c. μήλιος ἡρακλῆς. *Suidas.* Pomarius Hercules. *Contemptim dicebatur in eum qui nomen clarum iactans, nulla induſtria ſua id ornabat, ſed inſtar Herculis pomarij ſeu terriculi hortorum iners manebat. ſcio id aliter a Suida & Polluce explicari, ſed huic loco non ita quadrat eorum ſenſus.*

Lunatos

Lunatos calceos habet i. *E nobilitate antiqua eſt. Nam Romani Senatorij & Patricij Ordinis nobiles, lunulam calceis aſſutam gerebant, vt à cæteris nobilibus recentioribus inferioris ordinis diſcernerentur, quòd Luna antiquitatis ſignum eſſet, & tales etiam calceos Arcades, à quibus Romani erant oriundi, geſtárint. Vel quòd Luna tenuis ſimilis eſt literæ C, quare ſignificabat eos qui hanc geſtabant è numero Centum Patrum eſſe, à Numa inſtitutorum. Vel vt inſtar lunæ ſolem ſequentis, ducem ſuum ſequerentur & ei parerent, vel deniq; vt admonerentur inconſtantiæ & mutationis perpetuæ rerum humanarum imagine lunæ mutabilis. Eadem Rhodiginus habet.*

ἐν τοῖς ἀστραγάλοις τὴν εὐγενειαν ἔχει. *Philoſtrat.* In aſtragalis (.i. *in talis pedum, in pedibus vel calceis*) nobilitatem habet. i. *Lunam, ſignum nobilitatis.*

Apud eundem Philoſtratum: τὸ εὐγενείας σύμβολον ὑπερφυὲς ἐλεφάντινον μηνοειδές. Nobilitatis ſymbolum ſupertalare eburneum luniforme.

Felix & ſapiens & nobilis & generoſus
Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ. i. *calceo. Iuuenal.*
Non heſterna *(non recens)* ſedet lunata lingula planta. *Martial.*

Cera & ære nobilis. i *imagines maiorum multas ex cera & ære habens. de quibus Iuuenal.*

Tota licet veteres exornent vndiq́ue ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atq́ue vnica Virtus.

καπνώδεις εἰκόνες. Fumoſæ imagines. *Cic.*

ἐξ ἐτεοβουτάδων ἕλκει τὸ γένος. Ab Eteobutadis ducit genus. *Familia hæc erat Athenis nobiliſſima & antiquiſſima à Bute Pandionis Athenarum regis filio ortum trahens, ex quo ſacerdotes & ſummi magiſtratus creabantur. Suidas Stephan. Rhodigin.*

Gallinæ filius albæ. *Iuuen* i. *nobilis. Vet. Scholiaſtes.* Tria nomina habet. *Idem Iuuenal.* i. *nobilis eſt. Britannic.* *Vide* Vlič ták cirzie zowia. *Obſeruabis porrò nobilitatem hanc à maioribus claris ſumptam & nihil ex propria virtute vel induſtria addentem, à pleriq; ſcriptoribus non magni, immò parui æſtimari, & ſequenti membro leges.*

Szlácheczwo béz cnoty / z tykow forboty.

Przodkow dobroć / zácnoſć; złego / podłego potomká nič zdobi.

Aliena iactat, qui genus iactat ſuum. *Seneca. Herc. Furent.*
Vtcunq́ue defecêre mores, Dedecorant benè nata culpæ. *Horati.*
Non *(etenim)* cenſus nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos ingeniumq́; facit *Ouidi.* *Hinc Antigonus Centurionis egregij filio timido & molli dignitatem petenti reſpondit:* Apud me adoleſcens propriæ non paternæ virtutis ſunt præmia. *Ex Plutarcho.*

νομίζω ὅταν εὐγένειαν ἔχῃς ὢν κακὸς
λέγειν σὺ, αὐτὸς δυσγενὴς ὢν τῷ τρόπῳ. *Epicharmus.*

Suffocor ego dum nobilitatem quis malus Collaudat, ipſe ignobiles mores habens.

πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς, εἰσὶν κακοί. *Euripides.*

Pleriq́ue ab ortu nobiles, ſunt improbi

Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum

(maiorum)

(*maiorum*) quarum nihil ſimile habes præter colorem. *Cic. Piſoni dixit.*

Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipſi, Vix ea noſtra voco. *Ouidi.*

—— Quid prodeſt Pontice lõgo Sanguine conſeri — Si male viuitur. *Iuuenal.*

—— Quis enim generoſum dixerit hunc qui Indignus genere & præclaro nomine tantùm Inſignis? *Idem.* — Tumes alto Druſorum ſtemmate, tanquam Feceris ipſe aliquid, propter quod nobilis eſſes. *Idem præclara illa Satyra Octaua quæ tota huc transferenda eſſet, adeò rem hanc omnem eruditè & eloquenter tractat, ſed fuſiùs, quam maximè tamen Nobilibus commendanda.*

Vide Lépicy być zacnem. Przodki ſławne.

Szpétna twarz cnotá ozdobić może; Niécnotié gładkość nic nié pomoże.

Malo pater tibi ſit Therſites (*ridiculus, deformis, vilis Homer.*) dum modò tu ſis Æacidæ (*Achilli*) ſimilis &c. Quàm te Therſitæ ſimilẽ producat Achilles. *Iuuenal.* Pulchriores ſunt Sileni Alcibiadis quàm Helena Paridis. *Nam Socrates Hipponax quin & Æſopus formam deformem virtute vel ingenio ac induſtria exornarunt: Forma Paridis ac Helenæ, & ipſi & tot gentibus perniciosa cum dedecore fuit.*

ἐγὼ δυσειδὲς σῶμα κ᾽ δυσώνυμον γλώσσῃ ζοφὸν τίθημιν εὔμορφόν τ᾽ ἰδεῖν *Sophocles.*

Nam turpe corpus nulliuſque nominis Facundia facit ſcitum & aſpectu elegans.

Szpetna twarz zwierciadłá nie lubi.

οἱ δύσμορφοι ἔκπλεξιν μισοῦσιν ἔσοπτρον. *A.*

Oderunt ſpeculum deformes cernere vultu.

Simia odit fugit & frangit ſpeculum ne ſe turpem videat. Iacobus Pontanus. Camelus apud Solinum bibiturus turbat priùs aquam. An ob eandem cauſam? quibusdam ita videtur. Elephas ſimiliter apud Aelianum. Sed & multi equi idem faciunt.

Szpétne przy pięknem ſpętnéyſze. Piękne przy ſpętnem pięknéyſze.

Pictor qui gallos malè pinxerat, gallos viuos obambulantes à tabula ſua venum expoſita abigebat. E Plutarcho.

καλὰ παρὰ τὰ κακὰ πιθέντα καλλιώτερα. *A.*

Admota fædis pulchra pulchriora ſunt.

κακὰ παρὰ τὰ καλὰ κείμενα ἔτι κακώτερα. *A.*

Admota pulchris fæda fædiora ſunt. *Sic apud Planudem, mango vendens pueros duos cum Æſopo deformi, eum in medio poſuit, vt illi pulchriores viderentur alteram partem dicti Polonici hoc illuſtrat.* *V.* Rownánie.

Szpétnego nikt nié chcé.

Aſpicis vt veniant ad candida tecta columbæ,
Accipit vt nullas ſordida turris aues? *Ouidi.*

Szpétny ták ſtrašydło. Mogłby niem dzieci ſtrášyć.

Mogł by go nád proſem poſtáwić. Złé by śie z niem w drodzé potkáł.

Et *Ironicè* W podárki go poſtáć!

Therſites *apud Iuuenalem.* θερσίτειον βλέμμα. *ex Homero.* Therſitea facies.

καθάρα

καραβάρου μελάνλερ. *Suidas.* Scarabæo nigrior. κακὸν οἰώνισμα *i.* Malum augurium vel omen, *occursus deformis hominis.*

Et cui per mediam nolis occurrere noctem. *Iuuenal.*

Ita turpis vt Venerem fuget è fano si intret. *Plaut.*

O qualis facies & quali digna tabella! *Iuuenal. de Hannibale luſco elephanti aut camelo inſidente. Nam inſigniter deformes pingi per ludibrium ſolent. vt Bupalus pinxerat Hipponactem Pòëtam deformem.*

Æſopo deformior. *vel* Alter Æſopus puerorum formido. *de quo Planudes in eius Vita ſcribit, quòd cùm illum venum expoſitum, nemo emere ob deformitatem vellet, ille cuidam dixerit: Sunt tibi domi pueri parui turbulenti, petulantes, flentes: his præſice me pædagogum.* καὶ πάντως αὐτοῖς ἀντὶ μορμὼς ἔσομαι *i. & omninò eis pro larua ero.*

κορυθέου εἰδεχθέστερος. *Zenodot.* Corytheo deformior. *ſtultus is & inſigniter deformis erat..* ἐρινὺς ἐκ τραγῳδίας. *Ariſtophan.* Erinnys ex Tragœdia. *de anu fœda.*

Cyclopem ſaltare poſſet. i. *magnus & deformis eſt. ex Horatio.*

Hermocrates, qui duxerat Antipatri filiam deformem, rogatus quando præbiturus eſſet ἀνακαλυπτήρια. *(i. quando ſponſa depoſito velo donariis honorabitur) reſpondit: immò dic* ἐγκαλυπτήρια. *ſ. quòd deformis ſit, non deponet velum. Ex Philoſtrato.*

σὲ δ' οἰωνίσαιτ' ἄν τις ἰδών. Augurium quis capere poſſit te viſo. i. *malè ſibi ominari. Nam occurrere deformi malum omen habebatur: contrà formoſo obuium eſſe, bonum omen. Sic Adrianus Imp. ex ſcurræ Mauri occurſu mortem ſibi ominatus eſt ſecutam. Rhodigin. Refellit hanc ſuperſtitionem Bròdæus Miſcell. l 4. c. 1.*

Leporem nunquam edit. *Nam edere leporem formæ conducere putabatur. Vide* Gladki. *Martialis Galliæ quæ deformis formoſam ſe credebat, dicit:*

Ediſti nunquam Gellia tu leporem, i. *deformis es.*

Χαρίεις ὥσπερ νεκρός. *Theopompus.* Cadaueris inſtar venuſtus. *V.* Stráßny.

Sztuczna rzecz. Sztuká wielka/ miſterna/ wytworna.

παλαμήδειον εὕρημα. Palamedis vel Palamedeum inuentum.

παλαμηδικόν γε τοῦτο τὸ εὕρημα καὶ σοφόν. *Eupolis.*

Palamedis inuentum iſtud eſt & elegans.

Palamedes fuit vir admodùm induſtrius, & multa antea ignota hominibus deprehendit & tradidit, quæ recenſet Philoſtratus & Æſchylus.

γλυφάνῳ ὄζει. *Theocrit.* Cælaturam olet. Cælatum nouem Muſis opus. *Horat.*

ἀκέσεως καὶ ἑλικῶνος ἔργα. Aceſei & Heliconis opera. *quæ ſingulari artificio elaborata ſunt. quale erat peplum Palladis ab his artificibus contextum.*

Anniceris curruum agitator in Academia coram Platone, currum in orbem multis vicibus ſic egit, vt ſemper in eodem veſtigio & orbita hæſerit. Plato id contempſit, cæteri omnes admirati ſunt. Ælian. Leges apud eundem & apud Plinium ſubtiliſſima opera ſculptorum, quibus adde Iliada Homeri in tenuiſſima membrana ſcriptam, quæ nuce includebatur. meminit & Cic. Franciſcus Alumnus in ſpatio denarioli ſcripſit Symbolum

Apoſtolorum & Initium Euangelij S. Ioannis quo Sacra clauduntur, idq; ſine notis, ſed expreſſè. Spectauit Carol. Imp. & Clemens Papa. Ex Iunio.

Apelledori pictoris operibus inſcribebatur iſte Senarius Græcus.

μωμήσεταί τις θᾶσσον ἢ μιμήσεται. Carpet facilius quiſpiam quàm imitabitur.

ἤ τις ἢ οὐδεὶς. ſ. μιμήσεται. *ex Herodo. Xenoph. Ariſtid.* Aut aliquis aut null⁹. ſ. *imitabitur.*

Sic Plinius de Pauſia Sycionij Buthyſia. i. tabula immolationem boum exhibente, dixit: Hunc imitati ſunt multi, æquauit nemo.

γλαύκα τέχνη ἐπεξειργασμένον. *Zenodotus.* Glauci arte elaboratum. *fuit verò is faber æris quipiam inſignis.* Phidiæ Minerua. *Cic. in cuius ſcuto artifex nomen ſuum tanta arte illigarat, vt tolli niſi tota ſtatua diſſoluta non poſſet. Ariſtotel.*

δαιδάλιον ποίημα vel ἄγαλμα. *Plato.* Dædali opus vel ſtatua, imago. *Apud Homerum* δαίδαλα. artificioſa opera. *& Virg.* Dædala Circe. & ipſe Dædalus *pro artifice mirabili. Dædali opera reuincta ſeruari oportebat, alioqui fugiebant ait Plato. & appoſita alicui operi illud peragebant inſtar inſtrumentorum viuorum & ſeruorũ. Ariſtotel. Fides ſit penes auctores.*

ἡρακλεια ἀσπις. *Iuſtinian.* Herculis clypeus. ſ. *affabrè factus.*

Linea Apellis, *qua is Protogenem ingenuè id agnoſcentem & fatentẽ ſuperauit. vt deſcribit fuſiùs Plini. De eadem Statius.* Linea quæ veterem longè fateatur Apellem. *Circulum ſine circino pingere, & centrum in eo ſine inſtrumento deſignare, artis magnæ vtrumq;. Polydor. Virgil.* *Affine,* Wybornarzécz. Wyrobiona.

Sztuká chytra.

στρατήγημα. Stratagema. *Cic. Callidum inuentum militare ad nocendum hoſti, ſed tranſfertur ad alia extra bellum.* κερκώπειον παιπάλημα. *Syneſio.* Cercopia. aſtutia. *Nam Cercopes aſtuti erant.* ὀδύσσειος μηχανή. *Suidas.* Vlyſſeum. commentum vel machinatio. *Noũ Vlyſſis verſutia ex Homero. Virgil.*

πυρρίαδρα μηχάνημα. *Ariſtopha.* Pyrrhandri (*ſycophantæ improbi*) machinamentũ.

μεγαρικὴ μηχανή. *Suidas.* Megaricum commentum. *Megarenſes aſtuti & fraudulenti habebantur. Hinc oriundus Euclides machinarum inſignis artifex.*

σισύφου μηχαναί. *Ariſtophan.* Siſyphi artes, *quem Homer. callidum & Vlyſſi parẽ facit.*

θεσσαλῶν σόφισμα. *Suidas.* Theſſalorum ſophiſma. *qui callidi & fraudulenti apud Euripid. & Demoſthenem. Cato cùm Senatum aut Populum gratia vel ſtudijs præoccupatũ ſenſit, totum diẽ dicendo conſumpſit & aduerſarijs tempus eripuit. Plutarch. auctor.*

Φοινίκων ζωθῆκαι. *Diogenian.* Phœnicum pacta. ſ. *fraudulenta. quia bi diem & noctem hoſpitio pacti, abire noluerunt, diem & noctem interpretantes ſemper.*

λοκρῶν σύνθημα. *Zenod.* Locrenſe pactum. *qui cùm Peloponeſio fœdus initum eluſerunt.*

θρᾳκεια παρόδρεσις. *Zenodot.* Thracium commentum *qui cum Bœotijs inducias aliquot dierum pacti, noctu in eorum agros incurſiones faciebant.*

Cyrus exercitum Cræſi numeroſiorem & potentiorem obiectis camelis quorum odorem equi non ferunt, diſſipauit & vicit. Pierius.

ψάφων

ψάφων ὄρνιθες. *Apoſtolius.* Pſaphonis aues. *Impoſtor erat quidam in Libya, qui plurimas aues vocales & humani ſermonis imitatrices cepit, & eas ſonare docuit hæc verba;* μεγας θεὸς ψάφων. Magnus deus Pſaphon. *quæ dimiſſæ verba illa reſonabant & alias aues ſonare fecerunt, ſicq; ab ignaris cõmenti hominibus deus creditus & in deos relatus eſt. Iſmenias Thebanus miſſus à ſuis legatus ad Regem Perſarum, ne illum adorare ex lege Perſarum videretur, vbi ante regem conſtitit, annulum è digito cadere in terram permiſit, quem mox acceptурus ſe inclinauit & legem Perſarum ſeruaſſe viſus eſt, nec patrium morem violaſſe. atq; à rege quæ petebat obtinuit, & multis magnis muneribus donatus receſſit. Rhodigin.* Condali vafricies. *Mauſoli Cariæ regis hic erat præfectus, qui peragrans prouinciam ab offerentibus oues boues & ſimilia non accipiebat ſtatim, ſed hominem & domum adnotabat, & poſt multum tempus exigebat, ac bene enutrita animalia cum fœtu recipiebat. Apud Rhodiginum.* Mauſolus *corrogare volens pecuniam à ſubditis, certos ſubornauit, qui ipſo in concione pecuniam poſtulante ſponte ſe daturos proclamarent, quos verum id eſſe rati alij pudore ſequebantur. Ibidem.*

λεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς αἰγύπτιοι.

Fabricare vafri machinas Ægyptij. *Nam & Herculanus nodus & Caſſioticus nodus ab ipſis profectus eſt.* Anaximenis preces. ſ. *aſtutæ. Philoſophus hic Lampſacenus ad Alexandrum excidium Lampſaco minitantem ibat, ſed Rex iurauit ſe nil facturum eorum quæ peteret. quo ille intellecto admiſſus petijt, vt Lampſacum deleret, & ſic eum iuramenti reum fecit, ac patriæ ſalutem retulit. Pauſanias.*

Ageſilaus conſicturus cum ſuis paucis contra ducenta Perſarum millia, manui Victoriam inſcripſit, & accepto ab ariolo iecinore, illud in manu illa tenuit, donec literas manui inſcriptas reciperet, & oſtenſa Victoria in iecinore expreſſa, ſuos ad prælii animauit. Plutarc.

Polycrita Naxia capta ab hoſtibus ab his impetrauit vt fratribus ad caſtra patria aduerſa placentas mittere poſſet, moxq; laminam plumbeam placentæ incluſit, quæ ſignificabat, quo tempore hoſtilia caſtra inuadere deberent, & dolus ſucceſſit. Idem Plutarch.

Vide factum Cimonis ſub Glupiem ſie zda. *& Semiramidis ſub* Aby ogonėk.

Megarenſes contra Elephantos Antipatri porcos pice oblitos & incenſos emiſerunt, qui grunnitu, quem elephanti timent, exercitum eius diſturbârunt. Pierius.

πάλαισμα. *Æſchin. Xenophon.* Aſtuta ratio luctatorum aduerſarium ſupplantandi. Przez noge. Φρυνίχου πάλαισμα. *Diogenian.* Phrynichi lucta. *de eo qui aſtu & dolo vtitur, qualis erat Phrynichus proditor.*

Sztuká na ſztuke.

——Sic ars deluditur arte. *Cato.* τέχνη τέχνην παίζει. *Planudes.*

Sic hoc decet, dari facere verba cuſtodi catæ. i. *cautæ. Plaut.*

Vt ab illis fallimur, itidem fallam. *Terent. Poteſt huc trahi & illud eiuſdem.*

Fallacia alia aliam trudit. *Ipſe paulò aliter accepit.*

Artificiũ omne, incrementũ recipit. *Martian. Celſus ICti.* i. *vno aliud maius eſſe poteſt.* καλῶς παλαίει τὴν ἀλώπεκα. *Suidas.* Pulchrè fallit vulpem. i. *dolis doloſum fallit.*

Anus lippa cùm medicus eam curans quotidie ei vaſa non aduertenti ſubtraheret, ſanata

tandem medico pretium poſcenti reſpondit: Se nil videre. ſ. vaſorum domi. & ſic ambiguo dicto illum perſtrinxit & eluſit. Æſopus. Adde Apologum eiuſdem de Lignatore. ſub dicto: Kto cudzego prágnie. *Xanthij á Bruto obſeſſi per fluuium vicinum vrbi vrinantes fugiebant. at ille retibus tranſuerſis cum tintinnabulis fugientes deprehendebat & capiebat. Plutarch. Vide & brutorum induſtrias & aſtutias: Picus, cùm ei nidi foramen in arbore lapide obſtruitur, admota herba ſibi nota illum eijcit. Ælian. Conchæ à Polypis correptæ, brachia eorum teſtis clauſis præcidunt, & inde eſcã habent. Plini. Vulpes Erinaceum aggreſſa conglobatum videns inuertit, & ſpinas ſupini ſenſim disgregans ipſum penetrat ad viuum & diſcerpit. Ælianus.*

Affine, Jeſt rozum nád rozum. Wet zá wet.

Sztuka záchodze ná kogo. Sztuki záżywam.

Aliquam machinabor machinam. *Plaut.* μηχανήν τινα μηχανήσομαι. Quot admoui machinas! quot fallacias! *Idem.* Sycophantias componere. *Idem.* Hanc fallaciam apparo vt &c. *Idem.* Nec fallaciam Aſtutiorem vllus fecit Pòéta, atque vt hæc eſt fabrefacta à nobis. *Idem.* Contechnatus eſt quidpiam .i. *technam aliquam reperit, inſtruxit. Idem.* Intendam in illum balliſtam. *Idem.* .i. *machinam admouebo.* Infortunij balliſta intenta eſt probè. *Idem.* Mittam lineam. *Idem.* i. *iaciam hamum. vel filum hamatum. Lòènſis.* Kzuce wedke.

Doctè atque aſtutè mihi captandum eſt cum illo,
Non ego illi extemplò meum oſtendam ſenſum,
Diſſimulabo me horum quicquam ſcire. *Idem.*

Δαιδάλεα πτερὰ ποιήσασθαι. *Suidas.* Dædali alas aſſumere. i. *artem aliquam comminiſci, vt Dædalus nouo commento alarum, è manibus Minois effugit.*

κόραξ ὑδρεύων. *Suidas.* Coruus aquans. *de eo qui in difficultate artem aliquam reperit. vt coruus teſte Plinio cùm ſitit, lapillis in ſitulam iectis, aquam ex imo fundo ſurſum aſcendere facit & bibit. Idem aſſerit Plutarch. & addit ſimile quid de cane in olei vas non plenum lapillos inijciente. Sed & nos videmus auiculas in cauea, aquæ vaſculum leue ex imo ſibi pedibus filum calcando ſuſtollentes ſæpiùs, ad caueamq; trahentes & bibentes.* Commouere ſacra. *apud Plautum, idem quod ad fallacias conſuetas confugere. Sic Pſeudolus apud illum.* Scis tu quidem hercle, mea ſi commoui ſacra,
Quo pacto & quantas ſoleo turbelas dare.

Gdy ia ruße ſwey głowy/ rozumu. gdy ßtuk ſwoich dobede. *Tralatum à ſacris Bacchi furioſis, quæ nunquam impune commouentur. Plura Taubman. è Scaligero, Turnebo, Seruio.* τοὺς νόμοις πολεμίζειν. *Plutarch.* Cuniculis oppugnare. i. *teſtis dolis. Cic. In Pſeudolo Plauti docet Ballio adoleſcentẽ pecuniæ indigũ quî eã facile acquirere poſſit, dicens:* Eme die cæca oliuum (*id eſt pecunia credita*) id vende oculata die (.i. *præſente pecunia*)
Iam vel ducentæ fieri poſſunt præſentes minæ.

Szukaß czego niemaß. abo gdźie czego niemaß.

Wczoráyßego dniá ßukaß.

Nodum in ſcirpo quæris. *qui lauis eſt totus. Plaut. Terent. Feſtus.*

Hominem

Hominem inter viuos quæritamus mortuum. *Plaut.*
Inhiat quod nuſquam eſt miſer. *Idem.* Venaris in mari, piſcaris in àére. *Idem.*
λύκκ πεϱὶ ζητεῖς. *Suidas.* Lupi alas quæris.
ὄνκ πόκκς ζητεῖς. *Ariſtopha.* Aſini vellera quæris. *Affine,* Co zginęło. Czás vtrácony.

Szydzą z niego.

Caudam trahit. *Horat.* *Caudam trahere is dicitur qui riſu & ſibilis ab omnibus excipitur. Tractum à more puerorum petulantium, qui ei quem deridendum propinare omnibus volunt, clā imprudenti caudā animalis aſſuunt, & ſibilos ac clamores tollunt. Læuin. Lamb.* ὁ πίθηκος κλοιῷ δεθεὶς τ πρόχηλον, ἄλλοις γέλωτα παρέχει. *Lucian.* Simia trunco collo alligato, cæteris riſum præbet.
ἀποσυρίσας cum paſtoritia fiſtula aufert. *Cic.* i. *ab aliis plauſum ab aliis ſibilos aufert.*
Maiores nuſquam ronchi. *Martial.*
V. Pálcem go ſobie pokázuią. *Et ſequentia.*

Szydźić z kogo ſłowy, ábo rzécza, ſpráwa táka. Gębe wykrzywiáć. Ogon przyßyć. Gębe podmázáć.

Naſo aliquem ſuſpendere adunco. *Horat.* *Sumptum id à geſtu irridentium alios, naſo cum capite ſurſum moto, qui videtur eſſe tunc paxillus in quo qui ridetur appendatur. Læuin. Caſaubon.* *Perſius idem paulò aliter protulit.*
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo. i. *celeriter ſurſum moto naſo peritus irridere quemuis.* *Naſum enim mores ſubdolæ irriſioni dicauêre, ait Plini.*
Vnde & apud Martial. Pueri naſum rhinocerotis (i. *longum, ſcientem irridere)* habent. *Item* Naſutus *pro cauillatore & ludificatore vſurpatur.*
Perſius item. Rides? & nimis vncis Naribus indulges. i. *irrides aduncо naſo vt ſuprà.* *Sed vetus interpres Perſij Incuruum naſum intelligit. incuruatur enim inquit naſus cùm ridemus. & firmat dicto Horatij illo.*
Minùs aptus acutis Naribus horum hominum. &c. i. *moroſus & iracundus non eſt idoneus ad conſuetudinē facetorum, quia cùm multa habeat ridenda, non patitur ſe rideri.*
Græci μυκτηρίζειν *dicunt eodem ſenſu.* i. *irridere, naſo ſuſpendere.*
Barbam alicui vellere. *Horat. Perſi.* i. *contumeliosè illudere. Lambin.*
Scommatico dicterio ridiculè aliquem lædere. *Cic.*
Deridere aliquem albis dentibus. *Plaut.* Sublinere os alicui. *Idem.* *Græci dicunt* ὑπαλείφειν τόμα. i. *illudere & pro deridiculo habere.*
Ita mihi ſtolido ſurſum vorſum os ſubleuêre offucijs. *Plaut.* *Tractum à ludo quo dormientibus vel vigilantibus incautis per iocum & luſum fuligine os pingi ſolet, vt hoc modo omnibus deridendi propineutur. Nonius. Lambin. Douza.*
In Pœnulo eiuſdem, mulier ſorori ſuæ formā glorianti dicit. Stulta ſoror es magis quàm volo. An vero pulchra videre obſecro, ſi tibi os non eſt ſublitum fuligine. i. *ſi os tibi per iocum aliquis non inquinauit: aut ſi non es pro ridiculo habita? Lambin. Douza.*
Sublectare os alicui. *Plaut.* i. *blandè ſed fictè demulcere.*

περικείρειν τοῦ πλοκάμους *Lucian.* Circumtondere comam. i. *ludibrio exponere aliquem ceu ſtultum. Nam ſtupidis non ſentientibus circumtondebatur coma.*

βάλλειν καὶ σκώπτειν τινὰ τῶν ἐπὶ διονυσίοις σκωμμάτων. *Syneſius. Suidas.* Cauillari & iacere in aliquem ſcommata Dionyſiaca. i. *qualia Dionyſiorum ſeu Bacchanaliorum licentia permittit. Sic apud Plutarchum in conuiuio quidam, balbum iubent cantare, caluum ſe pectere, claudos ſaltare.*

Perſius tres modos aut ſpecies ſannarum ſuo tempore vſitatiorum tangit.

Primus eſt. Digito Indice in eum quem ridebant directo, eiuſdem curuati crebra motitatione ciconiam roſtro pinſentem repræſentabant. & hunc Ciconiam *vocabant.*

O Iane à tergo quem nulla Ciconia pinſit. *Perſi.* i. *quem nemo ſic irridet.*

Alter modus erat. Pollicibus temporibus appoſitis, manus mouebant expanſas, vt aures aſinus mouere ſolet. quo facto hominem aſinum eſſe ſignificabant.

Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. *Perſius. & Galenus.*

ὥστε ὄνου σείειν τὰ ὦτα. Inſtar aſini mouet aures.

Tertius ſannæ modus erat. Linguam ad contumeliam alicuius exſertare. Sic Perſius.

Nec linguæ quantùm ſitiat canis Appula tantæ.

Leges hoc genus irriſionis apud Liuium & Gellium, qui ſcribunt Gallum militem contra Romanos linguam exſertantem à Tito Manlio probrum non ferente occiſum.

Et apud Iſaiam c. 57. Iudæos, qui Chriſtum in cruce pendentem irridebant, increpat Deus dicens: Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam?

De eiſdem ſannis ſic S. Hieronym. Ne credas laudatoribus, immò irriſoribus tuis, qui cùm te impotem mentis effecerint, ſi ſubitò reſpexeris; aut ciconiarum deprehendes poſt te colla curuari; aut manu auriculas aſini agitari; aut æſtuantem canis protendi linguam. *In primo modo videtur à Perſio diſcrepare, ſed alibi ait:* manum in ciconiam incuruare, *quia vtroq; modo fiebat, immò forte etiam pluribus. quis enim petulantiæ leges ponat? aut quando poſitas illa ſeruet? Huc deniq; pertinet illud.*

Frigidā alicui ſuffundere, *in Plauti Ciſtellaria. idem eſſe quod,* verbis proſcindere, conuiciari, maledictis probriſque inceſſere, *ait Brodæus, Dalecampius, Rhodiginus, qui eodem ſenſu ex Polluce affert* λοιδορεῖν *& ex Ariſtophane* πλύνειν. *i. lauare, allegorico ſenſu, vt vulgò etiam vſurpatur. Gruter,* πλύνειν *explicat lotio aſpergere. Dalecamp. & Broda.* μυκτηρίζειν *ſimiliter vſurpari aiunt. Ad eundem ſenſum accedit Eraſmus, dicens id dictum ex more eorum, qui ludere aliquem in conuiuio volentes, aquam fundunt quò is labatur. vel ex more balneatorum per iocum frigida aliquem aſpergentium, quod item placuit Lambino. Porrò Caſaubon. dictum Plauti trahit ad* λαθροδάκνας *ſeu* λαθάργους *clanculùm mordentes. Item Eraſm. ad clanculùm inſtigantes, more fabrorum aris, qui aqua inſperſa ignem excitant, vel more eorum qui equos in certaminibus frigida aſperſos recreant vt alacriùs currant. Non longè diuerſus ab hoc ſenſus eſt ille quem attigit, ſed non probauit Rhodigin. ſumptus à more eorum qui animo deficientibus aſpergunt aquam, vt in Trinummo Plauti Staſimus ſeruus vult aſpergere Charmidam herum dicentem: Adimit animam mihi ægritudo. actu 4. ſcena 3.*

Affine eſt, Zá nos wodzić.

T.

Táiemna ſchacká. Cudzy śie tám nieukázuy.

ἀττικοὶ ἐλευσίνια ſ καθ' ἑαυτοὺς ἑορτάζουσι. *Zenodot.* Attici Eleuſinia ſacra. ſ. *inter ſeſe celebrant: de iis dicitur qui ſecretò de re arcana inter ſe tractant. Nam Eleuſinia in honorem Cereris, magna religione excluſis profanis agebantur. Sic ſacra Bonæ deæ Romæ excluſis viris. Ex vtriúſq; foras aliquid efferre vel vulgare capitale erat.*

Taiemnic cudzych nié chciey przyymowac: Przyiete pomni wiérnie záchowáć.

Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquam,
Commiſſumque teges, & vino tortus & ira. *Horati.*

Nam, Comiſſa tacere Qui nequit, hic niger eſt hunc tu Romane caueto. *Idem.*

An coli poterit iuſtitia ab homine propter vim doloris enuntiantem cõmiſſa? *Cic.*

μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων ἢ τὰς τ χρημάτων παραϰαταθήϰας. *Iſocrates.*

Magis cuſtodi vel ſerua ſermonum quàm pecuniarum depoſita.

ὀργῆς χαρὲν τὰ ϰρυπτὰ μὴ Φάνῃς Φίλῳ. Secreta amici iratus euulges caue.

Apud Plautum ancilla ſecreti tenax cuidam illud ſolicitè expiſcanti reſpondet:

Vetita ſum, ne hoc cuiquam homini dicerem. omnes muti vt loquerentur priùs.

Reſpondet alter. Edictum eſt magnopere mihi, ne cuiquam homini crederem.

Omnes muti vt loquerentur priùs hoc, quàm ego.

Athenienſes laudantur, quòd Epiſtolam Olympiadis vxoris ad Philippum Macedonem interceptam non ſoluerint, ſed obſignatam ei miſerint. Plutarch.

Euripides cuidam graueolentiam oris ſibi obijcienti reſpondit: Ne mireris, multa ſecreta in eo computruerunt. *Eraſm. alij Demoſtheni id tribuunt.*

Quod ſcis, neſcis. *Terent.* Tu pol ſi ſapis, quod ſcis, neſcias. *Idem.*

Iuuenalis ſecreta principum & opulentiorum maximè cenſet vitanda dicens:

Tanti tibi non ſit Omnis arena Tagi, quodque in mare voluitur aurum,
Vt ſomno careas, ponendaque præmia ſumas
Triſtis, & à magno ſemper timearis amico.

Philippides Pòéta Lyſimacho Regi offerenti ſibi quiduis rerum ſuarum reſpondit:

πλὴν τῶν ἀπορρήτων. Modò ne arcani quidpiam. *Plutarch.*

Zeno ne tormentis coactus arcana proderet, linguam abſciſſam dentibus in Tyrannum exſpuit. Idem. *Vide* Miey ięzyk zá zeby.

Taiemnic nié tacno śie leżá komu zwierzay.

Seruum ſe alterius facit, qui ſua ſecreta alicui pandit. *Garner.*

ὃς ἄλλῳ ἐσῃ ὦπνι τ' ἀπόρρητα Φανεροῖς. *A.*
Arcana cui tua pandis huius ſeruus es.

Ne interula quidem ſit arcani conſcia. *Rhodigin. ex Plutarch & Plinio dictum Metelli refert, qui ſciſcitanti cuidam ſecreta, reſpondit:* Si tunicam horum conſciam eſſe ſcirem, protinùs eam exurerem.

Antigonus

Antigonus filio de horâ mouendorum castrorum interroganti, eam non indicauit sed tubam exspectare iussit. Rhodigm. ex Plutarcho. *Vide* Mieć ieżyk zá zeby.

Taiemnicę trudno zatrzymać.

Percunctatorem fugito, quia garrulus idem est,
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures. *Horat.*

A facie verbi parturit fatuus. *Ecclesiastici 19.* i. *Vbi verbum audiuit, cupit illud proferre velut mulier parturiens.* Sagitta infixa femori canis: sic verbum in corde stulti. *Ibidem.* s. *inquietum illum reddit donec ejiciat.* *Aristoteles rogatus quid difficillimum esset in vita?* Tenere & tacere quæ dicenda non sunt. *Laértius.*

ἄῤῥητα κατέχειν ἔργον ἐς ἀνέρι λάλῳ. *A.*

Secreta continere futili labor est viro.

Habet vnusquisque aliquem cui tantùm credit, quantùm ipsi creditum est. Vt ergo (.i. *quamuis*) garrulitatem suam custodiat & contentus sit vnius auribus; populum faciet. (*dum ille alter tertio narrabit idem, & tertius quarto &c.*) Sic quod modò secretum erat, iam rumor est. *Seneca.*

ῥᾴων ἂν τις ἄνθρακα πυρὸς ἐπὶ τῆς γλώττης κατάσχοι, ἢ λόγον ἀπόῤῥητον. *Socrates apud Stobæum.* Faciliùs quis carbonem ignitum in lingua contineat, quam sermonem arcanum.

Táiemny ból ciężży. *Vide* Skryta ráná.

Ták kostká pádá. Ták śie trafito.

Id cecidit. s. *in iactu aleæ vel tesserarum. Terenti.* Ita cecidit. s. *alea, sors, euentus. Cic.* Ea sors exijt. Ita Fors tulit, dedit. Sorte obuenit. Sors obtulit. *Idem.* ὅτως ἔπεσεν ὁ κλῆρος. Id sors creuit. *Liui.* Eam sortem Fors (*fortuna*) obiecit. *Horat.* Quam sortem tribuit Fortuna. *Ouid.* Quod Fors feret, feramus. *Terent.* Ják kostká pádnie. ná tem przestáymy.

Alio item sensu vsurpatur dictum Polonicum: Ták kostká pádłá. i. *Sic decretum est.* ὅτως ἐψηφίσθη. *Affine,* Bóg ták chćiał.

Ták muśi być. Bez tego nie może być.

Arator nisi incuruus, præuaricatur. *Plini.* i. *facilè à recto sulco transuersus deflectit, & malè suum officiũ peragit. Extendunt hoc dictũ aliqui ad alia negotia tralato sensu.* V.G. *Leno nisi periurus sit, præuaricatur. Miles nisi rapiat: Mercator nisi mentiatur: Caupo, Tonsor nisi multiloquus sit. &c. præuaricatur. Sed hæc dicuntur iuxta id quod fit plerumq; licet vitiosè & improbè; non iuxta id quod lex diuina & recta ratio præscribit. Sic Martial. vitiosum suum librum excusans, ait:*

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala multa.
Quæ legis. hic aliter non fit Auite liber.

Et Ausonius Centonis sui nuptialis licentiam excusans, ait: Sacra hæc (.i. *nuptiæ*) non aliter constant. *Frustra hæc ille. & frustra illud:*

Lasciua est nobis pagina, vita proba est.

Nam

Nam tacere Christianus Pòèta debuit, quæ omnes gentes etiàm barbaræ occultant, & quæ Ethnici Pòètæ erubescentes tribus verbis honestiùs attigerunt, quin velarunt potiùs, vt Virg. in 4. Æneid. Terent. in Eunucho. mitto Plautum & alios. Ille verò & Virgilium pudicum Pòètam (vt quidam ait) fecit impudentem, eius verbis rem pudendam describens. Plutarch. de Pòètis. Sacra *inquit* absque choris ac tibiis nouimus, Pòèsin absque fabulis atque mendacio non nouimus. *Præclara sanè commendatio!*
Vinalia sine vino expediri non possunt. *Varro.*

Ták wczás. Nie nagorzey. Nie nagorßy. Nié poślédni.

Nil egregiè & tamē mediocriter. *Sic Terent.* Horū ille nihil egregiè præter cætera.
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter. *Idem.* Non posteriores tulit.
Non est pusillum si quid maximo est minus. *P. Syrus.*
Non optima sunt hæc, neque ego vt æquum censeo,
Verùm meliora sunt quàm quæ deterrima. *Plaut.* *Vicinum est illud Terentij:*
Neque nihil neque omnia hæc sunt quæ dicit. i. *aliqua rectè & verè dixit, non omnia tamen.* Extremi primorum extremis vsque priores. *Horat.*
οὔτε κάκιστος οὔτε πρῶτος. *Theocrit.* Neque pessimus neque primus.
Neque deficit neque mensuram excedit. *Sic Hesychius.*
ὡς μήτε κρέσαι, μήθ' ὑπὲρ χεῖλος ἁλεῖν.
Nec concutere (*mensuram*) neque labra super immittere.
Nam concussa metreta plùs capit, quod iniustum est, vt & labra excedens, quare neutrum emptor æquus postulet. alij κρουσιμετρεῖν concutere mensuram explicant, de bilance, cùm venditor alteram lancem trudit, vt præponderare videatur.

Ták-ci dudki łowią.

Pretium stultitiæ habe, vel habes. *Terent. dicit.* Pretium ob stultitiam fero.
——— Vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores elementa velint vt discere prima. *Horat.* *Norunt hoc astuti Russorum pueri, de quibus illud vulgare.* **Mowżę Fiedorku / Aż. Ż. Nie choczu / nie budu.**
Nam veluti pueris absinthia tetra medentes
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoq; liquore, Vt puerorū ætas improuida ludificetur,
Labrorum tenus interea perpotet amarum
Absinthiî laticē deceptaq; non capiatur, Sed potiùs — recreata vigescat'
Piscatores Indi Ostrea capiunt effuso in aquam vnguento, cuius suauitate illa multùm delectari nouerunt. Philostratus.
Aues assuescunt. sæpe edunt. semel si sunt captæ, rem soluunt aucupi. *Plaut.*
Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps *Cato.*
ὅτι καὶ ἰξεύσης ὄρνιν ἀπατᾷ γλυκὺ μέλπει. *Planudes.*
Decipiuntur aues per cantus sæpe sùáues. *Anonym. rhythm.*
Fallitur ex facili qui caret arte doli. *Idem.*

Tak ciągni rzemyk ábo tyczko / żeby śie nié zérwáło.

μὴ πάνυ τείνειν καλῶδιον, ὅτι διαῤῥαγήσεται. *Ex Luciano.* Non nimis tendendus eſt funiculus, quia abrumpetur. τόξον ὑπερβίως ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται. *Plutarch.* Arcus vehementer intentus rumpitur.

Poſſunt hæc omnia ad plures actiones accommodari. V. G. *Danda eſt iuuenibus aliqua remiſſio, quia nullares eſt, qua continuum laborem perferre poſſit. Quintilian. Item. Sic ſumptus faciendi, ne cenſum ſuperent. quod poſt Plautum Cic. monuit. Item. Sic tractandi & caſtigandi iuuenes à parentibus & magiſtris, ne obtundantur & obſtupeſcant, vel alienentur ab illis. quod docet Quintilia. & Menedemus Terentij. Item. Sic agri colendi ne nimia cultura exhauriantur. Cato, Plinius, Colume. Virg. Item. Ita labores ſuſcipiendi, ne vires frangantur ex Cic. & talia plura quæ leges ſub his capitibus* Co wczás. Ják ko kogo zſtáić. Máierá wẽ wßyſtkiem. Wédług ſtáwu grobla. Zgadzay śie gebo zmießkiem. μὴ λεπτὰ ξαίνειν. *Ex Suida.* Ne tenuiter diducas. *(vt nentes ſolent,)*

Tak ſák. Tak owák.

Surſum deorſum, vltrò citroque commeare. *Cic.*

ἄνω κάτω τε τοὺς λόγους μεταῤῥέφειν. *Ex Platone.* Surſum deorſumq; rationes vertere.

φύρσει ταῦτα θεὸς πάλιν τε καὶ πέρσω. *Euripides.*
Surſum deorſumque iſta permiſcent dij.

Takiem bądź za takiego chcesz być miány. Máa-li być / mech bedźie.

τοιοῦτος ἴσθι, οἷος ἀξιοῖ ἐρᾶς. *A.*
Talis ſtude eſſe, qualis audire expetis, *(vel æſtimari amas.)*
Tu rectè viuis, ſi curas eſſe quod audis. *Horati.* Eſſe quam videri bonus malebat. *Saluſt de M. Catone.*

Actio voci ſit conſentanea. Tales ſimus, quales videri & haberi volumus. *Plato.*

ἐν λακεδαίμονι, ὁ ἐλεύθερον, μάλιστα ἐλεύθερον εἶναι, καὶ ὁ δοῦλον, μάλιστα δοῦλον. *Plutarch.* Apud Lacedæmonios qui liberi ingenui ſunt, maximè ſunt ingenui; qui verò ſerui maximè ſerui. *hi enim ingenuis omnia obſequia etiam viliſſima exhibebant, adde agriculturam mercaturam & omnia opificia ac artes illiberales.*

Simile eſt illud Platonis. de Athenienſibus. ὅσοι ἀθληώτατοι εἰσὶν ἀγαθοὶ, διαφερόντως εἰσὶ τοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι. Qui ex Athenienſibus probi ſunt, ij egregiè probi ſunt, veriſſimè dictum videtur.

Takiemu takie.

Komu co miło i przyſtoi / niechay śie przy niem to zoſtoi.

Dignum patella operculum. *S. Hieronym.* Aſinus carduos edit. *Idem.* Similes habent labra lactucas. *Idem. qualis cardium aſino.* Nauem perforatam debilis aut imperitus gubernator regat. *Idem.*

Vxor peſſima, peſſimus maritus,
Mirum eſt non bene conuenire vobis. *Martial.*

Cyprio boui merendam. ſ. *ſtercus, dato. Ennius. Feſtus. Nam Cyprij boues teſte Plinio & Feſto*

& Feſto excrementa humana appetunt ceu medicinam contra tormina. Dicti huius vſus eſt cùm ſordido homini digna ipſo exhibentur.

Simile eſt illud: Mazam aſininam ſcarabæo. *Ex Ariſtophane qui ait:*

ἀλλ' μᾶζαν ἐτέραν ἐξ ὀνίδων πεπλασμένην .ſ. καυθάρῳ.

Mazam dato alteram ex aſelli ſtercore. ſ. *ſcarabæo.*

ἄϊρ' ἄϊρε μᾶζαν ὡς τάχιστα καυθάρῳ. *Idem.*

Age tolle mazam cantharo quantocyus. *quia is in ſtercore viuit.*

Vſurpatur hoc cùm conuiuæ ſordido cibus conueniens datur vel dandus eſt.

ὑμεῖς δ' ἔχηθ' ὅμοια τοῖς βελβύμασι. *Euripides.*

Habete veſtris cogitatis ſimilia (*vel congrua.*)

λευκόχροα θεοῖσιν, χθονίοις μελανωπὰ δ' ἐρίσσει. *A.*

Alba placent ſuperis, Diti cum manibus atra.

Ethnicorum ſunt iſta, qui bonis & fauentibus diis albas pecudes mactabant, malis verò & noxijs nigras. Sic Apollo apud Porphyrium:

Φαιδρὰ μὲ θεοῖσιν, χθονίοις δ' ἐναλίγκια χροιῇ.

Splendida cælitibus, terrenis atra (*ſimilia*) colore. ſ. *immolanda.*

Idem habet Homer. Virgil. toties. Lucret. Tibull. Ouid. &c.

Ridet hos Arnobius dicens. Quæ ratio eſt in coloribus, vt meritò his albas, illis atras mactari conueniat? Quia dijs ſuperis (*inquitis*) atque hominum dexteritate pollentibus, color lætus acceptus eſt, ac felix hilaritate candoris: at vero dijs læuis ſedeſque habitantibus inferas, furuus eſt gratior. &c.

τὸν πηλὸν κακύνειν. Male tractare lutum. i. *indignum indignè. Suidas.*

ζεὺς ἀετὸν εἵλετο. Iupiter aquilam delegit. ſ. *miniſtram fulminis, quod altiſſimè volet & fulmine non ledatur. Dicitur de eo qui præclaros & ideoneos ſibi adſciſcit. Apud Suidam Iouis idolum ſiniſtra ſceptrum dextra aquilam tenet.*

Dignus eſt Deucalion aquis Phàéthon igne. *Vide* Βδιοβῆ podia/ zia.

Sepulchretus Plato iuſſit attribui terram ſterilem & viuentibus inutilem, ne fœcunditas terræ matris impediatur. Nouo paxillo pendeat cribrum nouum. *Varro.*

Paruis parua. ἀιεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ δίδωσι θεοί. *Callimach.*

Semper dij patuis munera parua danunt.

ἐις τὴν ἀμίδα ἐυρεῖν. *Lucian.* In matellam immeiere. ſ. *conuenit. Cum vilis homo prout dignus eſt tractatur aut negotio abiecto addicitur.*

ἐις ἀγρὸν μάνης. *Heſych.* In agrum ſeruus. ſ. *mittendus. Manes ſeruile nomen.*

ὄνῳ χόρτος καὶ ῥάβδος, πλάλῳ ἄρτος καὶ μάστιγες. *Gregor. Palama.* Aſino gramen & baculus, ſeruo panis & ſcutica. *Sic Eccleſiaſtic. 33.* Cibaria & virga & onus aſino: panis & diſciplina & opus ſeruo.

Alexander ſcrinium Darij auro elaboratum Homero cuſtodiendo dicauit. *Plini.*

ἡ γλῶσσα τοῦ κήρυκι τέμνεται. *Ariſtophan.* Præconi lingua (*bouis*) præciditur. ſeu præciſa in ſacrificijs datur. *Aptè, quia is ſuam habet venalem & conuocat populum, & Fauete linguis, proclamat.* *Diogeni Cynico qui Canis paſſim audiebat, con-*

uium ingreſſo, comiuæ oſſa proijciebant; qui eadem permingebat. Lætius.

ὄντως Μενεκράτε ἄρεστόν ἐστι θυσία. *A.*

Meritò Menecratis prandium eſt ſacrificium.

Menecrates Syracuſanus medicus fuit ſuperbus adeò, vt Iouis nomen habitumq; vſurpans, paludamentum purpureum, coronam auream in capite, ſceptrum in manu gerens, cinctus tanquam deorum turba eorum, quos morbo aliquo leuauit, incederet. Hunc Philippus rex Macedonum ad conuiuium vocatum ita accepit, vt ſoli cum aſſeclis menſam altiorem adornari iuſſerit; erecta etiam ara cum floribus, fructibus, thymiamatis, tanquam Ioui & diis. Interim dum in alias menſas fercula varia inferuntur, illi nil penitùs affertur. Ergo aduertens ludibrio ſe haberi, furibundus ſe à menſa omnibus ridentibus proripuit. Nec queri potuit minùs honorificè ſe tractatum, quàm quem ſe venditabat Iouem, decebat. Ex Hegeſandro, Æliano, Rhodigin.

Leo X. Pont. Max. Chimiſtæ libellum de auro ex quauis materia conficiendo, offerenti, crumenam vacuam dedit dicens: Ego quidem auro te donarem; ſed cùm tu eius conficiendi certam ſcientiam polliceare, ſat erit, ſi habeas vbi aurum confectum reponas. Iouius.

Sic Ptolomæus rex Zoilo Homeri caſtigatori & obtrectatori penuria preſſo & à ſe ſtipem petenti, reſpondit: Homerus ante mille annos mortuus, tot hominum millia ſemper paſcit: tu qui doctior illo es, debes, non modo teipſum, ſed plures alios paſcere. *Vitruuius.* Equus probus Probo debetur. V. Komu Bóg co obiécał.

Martialis Cauſidico inepta carmina ſcribenti inſcripſit l. 14. Cor bubulum, *vt legit Aldus. Turneb. Ian. Gulielmi, & ſubdidit Epigramma.*

Pauper cauſidicus nullos referentia nummos
Carmina cùm ſcribas, accipe cor quod habes. ſ. *bubulum, qui tam ſtupidus es, vt bos. Lipſius legit in Lemmate,* Corculum, *& in fine,* Cor quod abeſt.

Quale forum fuerit, veſtigal, tale requirit, (*vel remittit*) *Anonym. rhythm.*

In tali tales capiuntur flumine piſces. *Garner.*

Qualis canis, talis funiculus. *Idem è Gallico.*

ἅπτὶ τ̃ αὐτ̃ς κεραμίδ῾ καθεύδει κύων, ὅτι ἔχει ὅμοιόν τι κεραμίδι. *Ariſtotel.*

In eadem tegula dormit canis, quia habet ſimile quid tegulæ. *Affine,* Dobra kośić brzozá. Nálazł swoy swego. Jáka praca/ táka płaca. Jákie odźienie/ tákie raczenie.

Tamci świát. Tám by śie ſtárzeć.

Beatorum inſulæ. *Cic.* In beatorum inſulis æuum degere. ſ. *optabile.*

αἱ τ̃ μακάρων νῆσοι. *apud Heſiodum Ariſtophan. Idem* τὸ ἠλύσιον πεδίον. *Euſtathi.* i. Elyſius campus. Deorum Inſulas & Fortunatas inſulas *vocat Plin.* Alcinoi horti. & Midæ roſetum. *Tertullian. de loco amœno & deliciarum pleno.*

ἐν μόνῃ γὰρ λυσιτελεῖ γηράσκειν. *Plutarch.* In ſola Sparta expedit (*iuuat, vtile eſt*) ſeneſcere. *Valer. Max. refert, Legatum quendam extraneum ſenem Athenis ingreſſum theatrum, Athenienſes neglexerunt; Lacedæmonij autem aſſurgentes honorárunt, & loco præcipuo inter ſe collocárunt. quod factum cùm Athenienſes quoq; approbarent; quidam Lacon dixit: Scire Athenienſes quid deceat, ſed negligere.*

Lyſander item Dux Laconum dicebat: Lacedæmone honeſtiſſimum eſſe domicilium ſene-

um ſenectutis. *Cic.* Sed & Prytaneum Athenienſium *in quo ſenes bene meriti honeſtè alebantur, hic habet locum. Ex Cic.*

Celebre eſt item. Aureum ſæculum ſeu Saturnium regnũ vel æuum. ἡ κρόνιος ζωή. *Damaſcio.* Snturnia vita. *quam deſcribit Lucian. in Cronoſolone lepidè more ſuo. Adde ſi lubet,* Lotophagorum inſulam. Maſſilienſes mores. Alexandrinas delicias. Sybariticam & Syracuſanam menſam. *& talia plura, ſub* Delikat *poſita. De Athenis elegantes Lyſippi Comici verſus habet Dicæarchus.*

εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, σέλεχος εἶ, εἰ δ' τεθέασαι, μὴ τεθῆσθαι δ', οὗτος εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχῃς, καυθήλιος εἶ. Si conſpicatus nunquã es Athenas ſtipes es.

Si conſpicatis captus haud es, aſinus es.

Sin tibi placentes deſeris, canthelius. i. *magnus aſinus, ſeu ſtupidus es.*

Tam mierzy, á tu vdérzy. Tu mierzy, á indźié vdérzy.

Alium percuſſiſti fortuna, me petiſti. *Seneca.* W mieś Fortuno miérzyłá, w inſzegoś vgodźiłá. Co inſzego potkáło, to śie mnié doſtáć miáło. *Licet item inuertere,* Alium petiſti fortuna, me percuſſiſti. ἄλλα ἐστόχασθης, ἐμὲ ἔπληξας. Faber cadit, cùm fullonem ferias. *Arnobi. Quadrat & illud Horatij de Pœeta mordaci, qui vnum aliquem perſtringens, cæteris omnibus audientibus eſt odioſus.*

Cùm ſibi quiſque timet, quanquam eſt intactus, & odit.. *quia id ſibi ſub alieno nomine dictum putat vel dicendum exſpectat.*

ἐκεῖ βλέπουσα δεῦρ' ἀνίει τἀγαθά. *Interpres Ariſtophan.*

Illuc tuendo fac remittas huc bona. *In eum qui alij adblanditur alij benefacit.*

Affine, Tu ſtoi á indźié ſwe broi. O kiem inſzem mowi, á o ſobié myśli.

Tám śie pokázowáć gdźié nikt nié widźi.

ἐν τῷ σκότῳ ὀρχεῖσθαι. *Lucian.* In tenebris ſaltare. ſ. *& egregium ſaltatorem ſe putare vel iactare. Non poſtrema laus apud antiquos fuit decorè & agiliter ſaltare, tam in ludicris ſaltationibus vt in ludis, conuiuiis; quàm in ſeriis vt in ſacris & bellicis. Vide Rhodigin. l. 5. c. 4.* *Affine,* Sam śie chwali. Śmiáły bez przeczniká. Tu śie pokaż.

Tani robotnik ábo rzemieśnik, nie możé być wyborny.

ὁ ὀλιγόμισθος ἐργάτης ἀδιάφορος. *A.* Cõductus obolo haud eximius eſt artifex. *In Pſeudolo Plauti, Coquus ineptiſſimus nummo conducitur, bonus drachma, Quia (vt idem ait:)* Nemo illum *(coquum)* quærit qui optimus & cariſſimu' eſt,

Illum conducunt potius qui viliſſimu' 'ſt

In Aulularia eiuſdem, Coquus vilis vocatur Nundinalis, *qui à plebe ad nundinas confluente vili pretio conducebatur. vt Alciat. Douza & Lambin. interpretantur. vel qui cœnam tantùm feralem ſeu funebrem coquere ſolebat, quæ nono die à morte alicuius fiebat, Silicernium dicta. vt Lipſius & Scalig.* *Dicit enim Plautus de illo:*

Cocus ille nundinalis eſt, in nonum diem Solet ire coctum.

Semiraſus vſtor *Catulli idem.* i. Buſtuarius & vilis coquus. *de tali item in Pſeudolo*

Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad ſe noluit, *(Plaut.*

Vt eſſet hîc qui mortuis cœnam coquat. *Vicinum eſt.* Drogość rzéczy cukruié.

Tanie rzéczy niéſmácżne.

Merx vltronea putet. *S. Hieron.* τὰ ἀδάπανα, ἄχυλα. Non ſumptuoſa, inſipida. κύνες ἐσθίειν ἔπωλεν ἔυωνον κρέας. Vili caro empta canibus eſt dignus cibus. Nullus emptor difficilis emit bonum obſonium. V. Co śie kupi tanie. *&c.*

Tanie to ſobié wiec ſłácżna Ludźié / gdźem barzo obfituią.

τὸ ὕδωρ ἄριστον ὄν, εὐωνότατον, ὅτι κοινόν. *Plato.* Aqua cùm ſit optima, & vtiliſſima, viliſſima eſt; quia communis, ſeu omnibus expoſita. *Et Pindarus.* Aquam poſtponit auro. *Triuialis rhythmus eſt.*

Quod rarum, carum: vileſcit quotidianum. V. Rzatkie rzéczy.

Ariſtoteles tamen vulgata præfert raris ob vtilitatem maiorem, dicens: ἄφθονον δὲ σπανίου (ὑπερέχον) ὅτι χρῆσις ὑπερέχει i. Expoſita ſeu vulgata raris præſtant, quia vſus eorum maior eſt. *Item.* τὸ πολλάκις δὲ ὀλιγάκις ὑπερέχει. Quod frequens eſt, ei quod rarum eſt, præſtat. ſ. *ob vſum. Sic ferrum auro præfert Plinius initio lib. 33. vbi plura de hac re habet.*

Tánſiy téraz. Spádło mu z grzanki. Spuśćił.

Quondam in domo Cæſaris vnus vir fuit, nunc ne in viginti quidem eſſe poteſt. *Cic. de Publio.* Anſer depulſus eſt è Phalerno. *Anſer fuit Pòéta ineptus & petulantis linguæ, qui à M. Antonio quòd eius laudes celebraſſet, donatus erat agro Phalerno. quem carpens Cic. dixit.* E Phalerno Anſeres depellantur. *de eodem Virgil. Ouid. Propert.* ἀπ' ὄνου ἔπεσεν. *Ariſtophan.* Aſino decidit. *In eum qui à præſentibus commodis ob inſcitiam excidit. Aliter hoc acceptum vide ſub* Szalony.

Affine, Obćięto mu ſtrzydłá. Odmienito śie. Omylitá go nádźiećiá.

Táż babá / ná tychże kołach. *Vide* Jednáko. Po ſtáremu.

Tegoć téżkié niédoſtawało. *Indignatio Ironica eſt.*

Sic Cic. Id hercle reſtabat. *Item.* Vnum etiam reſtat illi ad omne dedecus. *Et Æſchinus Terentij, Lenoni dicenti.* Tamen tibi à me nulla orta eſt iniuria. *reſpondet:* Nam hercle etiam id reſtat.

Scilicet hoc etiam reſtabat adultera dixit Vt fœcunda fores. *Ouidi.* *Apud Virg. Io. Venus de Iunone Acheronta mouente ait:*

Nunc etiam, Manes (hæc inentata manebat Sors rerum) mouet &c. *At illud ſeriò dictum.* Chordæ vice. καὶ ταῦτα ὡς ἀντὶ χορδῆς κεῖσθω τοῖς ὑπὸ σοῦ πεφιλοσοφημένοις. *Plutarch.* Et hæc chordæ vice addita ſint ijs quæ à te diſputata ſunt. *Tractum à Cicada Eunomi.* V. Niéſpodźiány rátunek.

Tegoż to piotu kół. *V.* Jedná to burſá.

Tem ſtoi. Tem śie fcżyći. To iego ozdoba / zálecenie.

Quod ſal carni, hoc veritas hiſtoriæ, aut Pòéticæ delectatio. *Iunius.* ἅλας τοῖς κρέασι, ἵνα μὴ ῥαδίως διαφθείρωσι. *Philo.* Sal carni (*inſpergitur*) ne facilè

cilè computreſcat. *Sic dices.* Quod ſal carni hoc ſapientia vel elementia principi. *Item.* Quod ſal carni, hoc epitheta orationi, *Ariſtotele teſte. &c.*
Simile eſt illud Varronis Cic. Plinij. Anima ſui pro ſale data. *ſeu.* Quod ſal carni, hoc anima ſui. *Vide* Jéšć á pić. *Et Paraſitus alieno viuens apud Plautum dicit.* Quod foris guſto, id beat. V. Tomoie. Claudus in equum inſilit. V. Wola bárzo.

Tem-ći wßędy zátkáć. Tem wßyſtko narabiaß. Tylko teś to vmieß.
ἐν καρὶ τὸν κίνδυνον ποιεῖν. *Plato. Ariſtides.* In Care periculum faciendum. *Idem Cic. Græcis obijcit dicens:* Nonné hoc veſtra voce vulgatum eſt? Si quid cum periculo experiri velis, in Care potiſſimùm faciendum. *quia Cares erant milites mercenarij cuiuis pretio militantes & in acie plerumq; locabantur.*
Atomi vltimum Phyſicorum refugium. In omnem diſputationem veniunt atomi. *Apud Cic. Cotta Velleio Epicureo dicit:* Abuteris ad omnia atomorum regno & licentia. hinc quodcunque in ſolum venit, effingis atque efficis. &c. Iſta ſunt flagitia (*i. commenta*) Democriti & Leucippi. &c.
Ex Latinis Lucretius Philoſophus & Pòéta in eadem hæreſi fuit, & perpetuò atomos inculcat, ex ijs omnia componens, in eaſdem omnia reſoluens.
Ad machinas confugere. *Dictum è ſcena petitum, de quo ſic Plato.*
οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐπειδάν ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀποφεύγουσι, θεὸς αἴροντες.
Tragœdiarum ſcriptores ſicubi hæſerint, ad machinas confugiunt, deos tollentes vel producentes. *Et Cic.* Vt Tragici Pòétæ cùm explicare exitum argumenti nō poſſunt, confugiunt ad deos. *Meminit & Horat. in Pòéſtica.*
Adde & illud Horat. Et fortaſſe cupreſſum Scis ſimulare. *De pictore qui nil ſcit pingere niſi flores, plantas, &c.* *Lepidum eſt epigramma Martial. 32. libri 11. de Cæcilij cœna ſatis lauta & numeroſis ferculis ex ſolo cucurbitis vno aſſe tantùm conſtans.* Et ex ſue 50 fercula. *Vide* Gniezego co. *vbi alia ſimilia leges.* *Affine,* Záwße iedno.

Ten-ći winien. *Cum Ironia.* Vtá tem-ći śis pomścić.
κύων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτῶσα. *Plato.* Canis in lapidem indignabundus ſæuiens. *Nam canis cùm percuſſus eſt lapide, non eum petit qui lapidem iecit, ſed lapidem quo ictus eſt. Pacuuius apud Nonium.*
Equum percutere quidam volens non potuit, & ephippium percuſſit. *Apologus.*
Pueri cùm ceciderunt, terram verberari volunt (*quin ipſi verberant.*) *Seneca.*
Sic Cyrus rex Gyndem fluuium, ob equum ſibi earum in eo merſum, in 300 & 60 riuos diſperſit & arefecit. tanti fuit ei vlciſci mutum flumen, vt ei totum exercitum & tempus, quo Babylonem expugnare ſtatuerat, impenderet. Idem Seneca.
ἠκούσαμέν ποθ', ὅν ὁ μάγειρος ἐξαμαρτάνοι, τυπτεῖσθαι αὐλητήν. *Eubulus.*
Audiui aliquando, ſi coquus quid peccet, percuti tibicinem.
Tigris equum lacerans. V. Tobiéć tego przypłácić.
Quidam iratus agaſoni voluit eum verberare; exclamauit hic: Athenienſis ſum. ille vero ad aſinum eius conuerſus, at hic inquit Athenienſis non eſt, & eum faſte dolauit. Plutarch.

Illud

Illud ſerium eſt. Diſcipulo peccante magiſter vapulat à Diogene apud Plutarchum. Cacodæmon me impulit. V. Zák ná oſtá. Vapulet vocator. *Vide* Kráwcá zá kowalá.

Ten mie wnét námowi / ktory zyni to co mowi.

Si vis me flere, dolendum eſt. Primum ipſi tibi; tunc tua me infortunia lædent. *Horat.* Summa circa mouendos affectus in hoc poſita eſt, vt moueamur ipſi, & à tali animo proficiſcatur oratio, qualem facere iudicem volet. *Quintilian.* Primum eſt vt afficiamur, antè quàm afficere conemur. *Idem.*

——— Nec vultu deſtrue verba tuo. *Ouid.*

Cleomenes rex Spartæ, Sophiſtæ cuidam de fortitudine diſſerenti, reſpondit: Aquila non hirundo de fortitudine mihi diſſerat. *Plutarch.*

Polus hiſtrio Electram Sophoclis agens fleuit, & totum theatrum lacrymare fecit. Gelli. Craſſus apud Cic. non ſolùm incendere iudices, ſed & ipſe ardere videbatur.

Nec ſine igne quid ardeſcit, nec ſine humore irrigatur; nec poteſt res calorem alteri dare, quem ipſa non habet. *Quintilian. In eandem ſententiam Cicero 2. de Oratore affert multa. & Ariſtotel. 3. Rhetoric.* Ὁμοιοπαθεῖ ἀεὶ ὁ ἀκούων τῷ παθητικῶς λέγοντι. i. Similiter ſemper afficitur auditor ei qui cum affectu dicit.

τρόπος ἐστὶν ὁ πείθων & λέγοντος, & λόγος: *Menander.*

Non verba, mores ſed loquentis, permouent. *Ad eandem rem multùm etiã faciunt geſtus loquentis & pronuntiatio ſeu actio à Cicer. & Demoſthene mirificè commendata. Et apud Lucianũ Hiſtrio Neronis tam ſcitè ſolis geſtibus agebat comœdiã, vt Demetrius Stoicus Philoſophus exclamárit:* Audio homo non tantùm video, quæ facis.

Eundem ſaltatorem Legatus è Ponto petijt à Nerone, vt ſibi eſſet interpres ad vicinam gentem alterius linguæ, ſiquidem (aiebat) abſq; linguæ officio omnia geſtu aptè eloquitur. Alter barbarus videns quinq; perſonas dramati paratas & vnum hiſtrionem, quærebat qui aly cum illo ſaltaturi eſſent, & aduertens vnum omnia repræſentantem dixit: Fefelliſti nos amice, vnum corpus, plures animas habens. *Idem Lucian.*

Tepy. Niédowcipny. Miálkiego / niéglebokiego rozumu.

Piſtillo retuſior. *S Hieronym.* Piſtillo retuſius *vocat dictum vel argumentum, quod minimè eſt acutum. Sic Cleanthes dictus erat,* ὁλμος ἄπλυτος i. mortarium aut piſtillum ignauum, ob ingenium hebes. *Huc faciunt illa.* Bœoticum ingenium. Auriculæ aſini. Fungus. &c. *ſub* Gruby. Glupi Nicwart.

Zeno Cleanthem diſcipulum ſuum duræ ceræ ſimilem aiebat, quòd is tardè audita percipere, diu tamen retineret. Suidas.

Cleanthes & Xenocrates tardiſſimi inter condiſcipulos, dicebant ſe ſimiles ἀγγείοις βραχυστόμοις καὶ πινακίοις χαλκοῖς. Vaſculis anguſti oris & tabellis æreis. *Plutarch.*

Téſtáment vmárłego / zwierćiádło żywego.

Téſtáment káżdego / zwiérćiádło żywotá iego.

Teſtamentum hominum, ſpeculum morum. ſ. *eorundem*, vulgò fertur. *Plini iuni. qui tamen hoc falſum eſſe ait, intellige, ſi vniuersè accipias. Sæpe tamen & plerumq; verum*

verum eſt. Nam quo quis ſtudio & affectu viuens fuit, eum mortuus plerumq. oſtendit. Patet id ex dicto Neronis. Me mortuo terra igni miſceatur. *& Sardanapali.* Hæc habeo quæ edi bibi. &c. *& ex pluribus ſimilibus. Adde lepidum teſtamentum Grunnij Corocottæ Porcelli per Braſſicanum ex antiquitate erutum: meminit eiuſdem S. Hieronym.*

ἥ τε Λαθήκη ἔστοπρον ἠθῶν καὶ βίου. *A.*

Tknął-em go w ſ:dno. Trąſiłem gdźié bok. Poczuł.

Tetigi hulcus. *Ex Terent.* ἐκίνησα ἢ ἔθιξα τὸ ἕλκος. Moui aut attigi hulcus. Intellexi quid eum pupugiſſet. *Cic.* Pobaczyłem gdźié go/ ábo/ co go zábolało. Tangere aliquem. ſ. *dicto. Terentij eſt hoc,* Tetigi illum. *Item.* Senſit. πῦρ παλάμῃ ἡψάνετο. *vel* πυρὸς παλάμῃ ἥψατο. Ignem palma ſenſit. *vel* Ignem manu attigit. *ductum ab jis qui ſcintillam in manum illapſam ſtatim ſentiunt & excutiunt. Noſtrum eſt illud.* Do czego ſtugi nié trzébá? Do czego Pan nié czéka ſtugi? Et ℟. Do ogniá. Gdy iſkrá ná rękę pádnié.

Percuſſit ea res animum ipſius. *Cic.* Percuſſit animum illico. ſ. *res viſa, vel ſuſpicio ex re viſa orta. Terent. Percuſſit hic quoq; legit Muret. & quidam alij.*

Italo perfuſus aceto. ſ. *eſt. Horat.* i. *ſalibus mordacibus perſtrictus.*

Achaicum telum ieci. i. *mores alicuius appoſitè ſcommate perſtrinxi. Eraſm. ex Suida.*

Tkni go tędno/ obaczyß coć vczynię.

Phraſis eſt eleganter prolata apud Plautum in Rudente aliquoties. vbi Demonax ſenex puellas naufragas contra vim Lenonis tuetur dicens:

Agedum tange vtramuis digitulo minimo modò. Extemplo ego te faciã. &c.
Occipito modò illis afferre vim ioculo pauxillulùm. (*Item.*
Ita ego te hinc ornatum amittam, tu ipſus te vt non noueris, *Item.*
Quid illas ſpectas? quas ſi attigeris, oculos eripiam tibi.

Tkni go tędno/ poznaß co teſt. Vderz w garnéc. dźwięk go wyda.

Vulgus literatorum hic vſurpat illud ex Pſalmo 143. Tange montes & fumigabunt. *Et Polydorus Virgil. hoc ſenſu vulgò vſurpari ait. Sed non rectè. vt ex interpretibus ſacris huius loci conſtat, quod etiam ipſe Polydor. agnoſcit. Et verò oracula diuina nec cuiuis pro arbitrio interpretari, nec ad quemcunq; vſum detorquere fas eſt. Vſurpauit tamen ſic & Ieremi. Drexelli. & Antoni. Sucquet. Aptius eſt ad hunc ſenſum illud Iob. c. 1.* Tange cuncta quæ poſſidet. *&c. Accipe alia aptiora ad dictum Polonicum reddendũ ex Perſio, qui de teſta ſeu fidelia ait:* —Sonat vitiũ percuſſa (.i. *ſonitu prodit rimã*) Maligné Reſpondet viridi (.i. *crudo*) non cocta fidelia limo (.i. *argilla*) *Senſus eſt. paruum & obſcurum ſonum edit.* Ταθρὸν ἀυηχεῖ ἢ φθέγξεται μακρὸν ὄσρακον. *Ex Luciano & Plutarch.* Obſcurè ſonat percuſſa (*talis*) teſta.

Poteſt huc trahi ex Martiali illud. Vrſi fumantem naſum tentare vel tangere. i. *laceſſere nociturum.* V. Day złému pokoy. *Aptiſſimum eſt illud.*

Silex frigidus ſi percutias ſcintillas feruentes eiaculatur.

Contrà verò in bonam partem dictum Polonicum explices ex eodem Perſio. qui de Cornuto magiſtro ſuo dicit: Pulſu dignoſcere cautus (al, Pulſa.)

Quid ſolidum crepet. ὑγιὲς φθέγξεται, *ait Plato.* i. Solidum crepat., *de teſta oene cocta.* *Sic Anatolius in Geoponicis dolia ait probari.* τῷ κρουσθέντας ἀποδιδόναι ἦχόν τινα ὀξὺν καὶ τόρον. Si pulſata reddant ſonum quendam acutum & tinnulum. *Et Auſonius.*

Sit ſolidum quodcunque ſubeſt, nec inania ſubtùs
Indicet admotus digitis pallentibus ictus. πλαξαγῇ δοκιμάσῃς.

Suid. Crepitu probabis. i. *ex dicto alicuius animũ facilè deprehendes.* *Aſſi.* Vderz w ſtół,

Tẽni śie ſam.

In tuum ipſe ſinum inſpue. Reſpice te. *& talia* V. *ſub* Pátrz ſam śiebié.

Multorum cùm facta ſenex & dicta recenſes
Fac tibi ſuccurrant, iuuenis quæ feceris ipſe. *Cato.*
ἀλλοτρίους λαλέουλα πάνυς τε καὶ ἔργα γεραιῷ,
ἐλθέτω ἐς μνήμην, ἃ νέος λόγῳ ἄξι' ἔρεξας. *Mylius.*

Tłuſty potéć mázáć.

τὸ φῶς ἡλίῳ δανείζειν. *Gratian.* Soli lumen mutuum dare. *Vel vt Cic.* Lucernam ſoli adhibere. Crœſi pecuniæ teruncium addis. *Idem Cic.*

Quam iniquè comparatum eſt, hi qui minùs habent
Vt ſemper aliquid addant ditioribus! *Seruus apud Terenti.*

Magno flumini riuulum inducis. V. Vlépſzyſporzyß tem.

μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον. Dignus odio eſt qui diuiti dat ipſe egens.

Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus. *Martial.* *Idem caſtigat Gargilianum quod Diuitibus ſenibus viduiſq; ingentia mittat.* Munera & munificus haberi velit. *Huc illud* Baccas vngere ceu carentes oleo *è Græcis.* V. Wrzkomo niema.

πλούσιος πλουσίῳ μηδὲν πεμπέτω. *Lex in Saturnalibus apud Lucianum.* Diues diuiti nihil mittat. *Simile eſt.* Drwá do láſá.

Tobié śmiech / a mnié nié do śmiechu: á mnié do płáczu.

τυρρήνων μαστίγωσις. Tyrrhenorum caſtigatio. *qui ſeruos ad tibiarum modos cædebant.* *Athenæus.* *Similis fuit apud Lacedæmonios ludus Bomonicarum (.i. victorum aut certantium ad aram) qui* Διαμαστίγωσις, *Diamaſtigoſis (quaſi diuerberatio) dicebatur. in quo pueri & iuuenes publicè nudi ad aram cædebantur, parentibus ſpectantibus & applaudentibus, atq; laceratos ad fortiter ferendum exhortantibus. Nam qui ſine clamore, gemitu, lacrymis, plures plagas perferebat, victor renuntiabatur. quare accidebat, vt aliqui vſq; ad necem ſuſtinerent verba, & ibidem occumberent. Ex Plutar. Cic. Seneca.* γέλως μεγαρικός. Riſus Megaricus, *eſt intempeſtiuus & valdè moleſtus ei qui ridetur.* Per riſum furis. *Ex Seneca.*

τὰ παιδάρια παίζοντα τοὺς βατράχους τοῖς λίθοις ἐφίεσθαι, οὐ γὰρ οἱ βάτραχοι μὴ παίζοντας, ἀλλὰ ἀληθῶς ἀποθνήσκειν, *dixit Bion apud Plutarchũ.* Pueros per iocum ſeu ludendo ranas ſaxis petere, ranas autem non ioco, ſed ſeriò & verè mori.

Poteſt hic vſurpari illud: Tu crocum ediſti, ego cepas vel allia.

σὺ κρόκον

σὺ κρόκην ἐδήδοκας, ἀλλ' ἐγὼ τὰ σπορόλια. *A. Item illud.*

Tu ſub tecto imbrem audis, ego compluor. Tu verberas, ego vapulo. &c.

Apud Lucianum. Simia trunco alligata riſum alijs præbet, ipſa verò moleſtiam ſentit.

Tobié tego przypłáćić. Tá cie śie to obáli / przyydźié.

O twoie śie to głowe oprzé. Twoią to ſkórą / mießćk poczuié.

Tuo capiti ſuis malum. *Ex Terent.* σῇ κεφαλῇ κακὰ ῥάπτεις. *Ex Homero.*

In te hæc faba cudetur. *Ex Terent.* i. *in te hoc malum recidet, tu hanc culpam lues.*

Ἐπὶ ζωπῷ τὴν σελήνην καθελεῖς. In tuum ipſius malum lunam deduces. *vt accidit Aglaonicæ mathematicæ vel veneficæ, quæ ideo periit.*

εἰς οὐρανὸν τοξεύεις. *Zenodot.* In cælum iacularis.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. *Heſiodus.*

Malum conſilium conſultori peſſimum, *Gellius.*

Tigris equum lacerat qui raptori catulorum ſuorum in fuga ſeruijt. Pierius.

ἀνὰ σοὶ τάδε πάντα λέπαργε. Super te hæc omnia Leparge. *Agricola alloquitur bouem fortem, cui poſt laborem finitum inſtrumenta ferenda imponit. Huc facit apologus Æſopi de Equo, qui cùm aſinum ſub onere lapſum leuare rogatus nollet; mortuo illo & onus & pellem eius ferre debuit. Et Plutarchi de Camelo nolente bouem parte oneris leuare.*

Megi tergi facio hæc non tui fiducia. *Seruus Plautinus.* Mniéć tego przypłáćić. Tá mniéć to przyſchnié. V. Przypłáćiß tego.

Tobiéć to gorzey. Dźiećiol drzéwo kłnié / á nos ſobie pſnié.

Si ſtimulos pugnis cædis, manibus plùs dolet. *Plaut.*

Lapidem verberas. *Idem.* Malo ſuo vim ſuam exercet. *Seneca.*

πρὸς κέντρα λακτίζεις. *Euripid.* Contra ſtimulum calces iactas.

Nam quæ inſcitia eſt, aduerſus ſtimulum calces? (rit;

Quaſi iſtic maior mea res agatur quàm tua. Hîc ſi quid nobis forte aduerſi euene-

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. *Terent.*

Nocitura petis vel petuntur. *Iuuenal.* Ergo ſuperuacua aut nocitura petuntur.

ἐπ' ἀλλοτρίαις ζυμφοραῖς, ἰδίας τρυγᾶς λύπας. *Tzetzes.* In aliena miſeria proprios metis dolores vel moleſtias. Felis limam lambens linguam cruentat.

V. Tá śie rozgedał. Niewiem kogo barźiey boli.

Tobiéć to lépiey. Sobié dobrzé czyniß.

Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis. Tibi deniq; iſte pariet lætitiam labos. *Plaut.* ἀγαθῶν ἔργων χάριτες ἐπὶ σοὶ τοιοῦντας ἐπανατρέφουσι. *Agapetus.* Bonorum factorum gratiæ ad auctores reuertuntur.

τὸ ἵλεων καὶ πρᾷον, καὶ φιλάνθρωπον, οὐδενὶ τῶν ζώντων ἐυμενέστερόν ἐστιν ἑαυτῷ, καὶ φίλον καὶ ἄλυπον, ὡς αὐτοῖς τοῖς ἔχουσι. *Plutarch.* Placidi, manſueti, humani, mores, nemini corũ cum quibus viuitur ita grati & iucundi ſunt, vt ei qui ijs eſt præditus.

Toć iego zabawa / roſkoß.

πότε ἄρτεμις οὐκ ἐχόρευσε; Quando Diana non ſaltauit? q. d. *ſemper ſaltat, niſi forte venatione occupetur, ſed neq; tunc immota eſt.*

Die Muſa quid agat Canius meus? ridet. *Martial. l. 3. ep. 20.*

Huic adde ſi lubet. Democritum perpetuò ridentem. *Ex Iuuenali.*

Toć powiádam. To wiedz wiedzac

Id ego iam nunc tibi renuntio futurum vt ſis ſciens *Terent.* Dixi. *apud eundem.*

Demipho. Satis iam verborum eſt: niſi tu properes mulierem
Abducere; ego illam eijciam. Dixi Phormio. *Et. Phormio.*
Si tu illam attigeris ſecùs quàm dignum eſt liberam,
Dicam impingam tibi grandem. Dixi Demipho.

Apud Plautum item adoleſcens minatur feminæ: Ita me Iupiter &c. &c.
Niſi ego te tuamque filiam —— obtruncauero,
Poſtea autē cū primo lucu eras, niſi ambo occidero, &c. Dixi quæ volui. Vale.

Præcipiens præcipio. *Sic Actorum 5.* παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μὴ διδάσκειν.
Præcipiendo præcipimus vobis ne doceretis. &c.

Toc to teſt. Toć to było. O toć go to bito. Przetoć nie rygy.

Hoc eſt. Hoc illud eſt. Hoc illud eſt quod dicitur. &c. *Sic in Aſinaria Plauti vxor comperta fraude mariti adulteri, dicit:*

Hoc Ædaſtor eſt, quod ille it ad cœnam (*amicæ*) quotidie,
Ait ſe ire ad Archidemum. &c. *Et apud Terent. vxor itidem marito ait:*
Hæccine erant itiones crebræ & manſiones diutinæ
Lemni? hæccine erat quæ noſtros fructus minuebat, vilitas?

Apud eundem Simo vbi deprehendit filium implicatum amoribus ſororis Andriæ, dicit:

Atat! hoc illud eſt. hinc illæ lacrymæ. hæc illa eſt miſericordia.

Vſurpauit hoc dictum Cic. pro Cælio. Hinc illæ lacrymæ nimirum, & hæc cauſa eſt horum omnium ſcelerum atque criminum.

Hegio Plautinus paraſito deploranti filium Hegionis captum ab hoſtibus dicit:

Huic illud dolet, Quia nunc remiſſus eſt edendi exercitus. i. *aparatus. nam apud illū ſolebat bene epulari.* Hoc illud germana fuit. *Virg. licet paulò aliter. vt & Perſius.*
Hoc eſt quod palles? cur quis non prandeat hoc eſt.

Aptiſſimum illud Luciani in Eunucho. αὕτη ἡ ἑλένη ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχουν πρὸς ἀλλήλους, ὡς ὑπὲρ πατρίδος καὶ κινδυνεύσης, καὶ ἱερῶν πατρῴων καὶ τάφων προγονικῶν. Hæc illa eſt Helena, de qua ſingulari certamine decertabant, perinde ac pro patria periclitante, & ſacris patrijs ac monimentis progenitorum. *Loquitur de cenſu annuo nummûm decies mille, philoſopho aſſignato, pro quo illi contemptores pecuniæ facti, ſuccedere mortuo cupientes, litigabant.*

ἐνταῦθεν ἀρχὴ καὶ πολέμου, *Ariſtophan.* Hinc belli initium.

ὕδρος ἐν τῷ πίθῳ *Sabellic.* Hydrus in dolio. *Ex Apologo quopiam de hydro qui in dolium vini lapſus, ſenſim illud exhauſit, & tandem in fundo repertus eſt.*

Tangit id Iuuenalis, ex quo forte Sabellicus apologum confecit, dicens:

—Tanquam

—— Tanquam alta in dolia longus Deciderit ſerpens bibit & vomit.

Scribit & Plini. ſerpentes vini eſſe auidiſſimos. Idem leges apud Surium in vita Simeonis Sali. Dictum hoc vſurpatur, cùm fraus vel cauſa damni deprehenditur. Vt in Apologo Polonico Vxor vbi cognouit bouem à martto venditum & pecuniam conſumptam dixit: Przetoż nie ryczy. *In Perſa Plauti Seruus pecuniam emendis bobus datam interuertit, & coram altero ſeruo gloriatur, dicens. Boues bini hic ſunt in crumena. Vt in Aſinaria alius 20 minas ex aſinis venditis in crumena fert & dat luxurianti herili filio.*

To ma w czem chodźi.

Hoc quod induta ſum, ſummæ opes. ſ. *ſunt meæ. Plaut.*
ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφίεσθαι. Omnem ſubſtantiam eſt indutus.
Poteſt hîc rectè vſurpari dictum Biantis (apud Cicer.) Ego omnia mea mecum porto. *Vel rectiùs.* Ego mea omnia in corpore meo porto. Sic Cenſum totum fert corpore. Fundum ſuum indutus eſt, *& talia, leges ſub* Stroyny. *nam ſæpe ſumptuosè ornati vix plus habent opum.*

To moie co z iem co wyptie.

Vox ſeruorum & operariorum vilium, qui nullam ferè aliam laboris ſui mercedem præter victum, aut, ſi quando, etiam veſtitum percipiunt.
Deinde Paraſitorum, quorum quidam in Captiuis Plauti dicit:

Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat. *Idem de heris dicit:*
Ipſi opſonant, quæ paraſitorum antè erat prouincia. *Item.*
Spero me ob hunc nuntium æternum adepturum cibum. *Item.*
Ita me amabit ſancta Saturitas, vt vidi (*Iuramentum eſt paraſiti*)

Alius in Perſa. Cynica eſſe è gente oportet paraſitum probum. *Item.*
Me quoque vendas ſi lubet Dum ſaturum vendas. *Plura ibidem.*
Alius item in Sticho. Nulli negare ſoleo qui eſum me vocat. *Ibidem plura.*
Denig; dictum hoc, eſt hominum voluptuoſorum, qui ſunt Epicuri de grege porci vt ait Horat. Vel, Epicuri ex hara producti, *vt Cic. Quanquam Epicurum multi graues ſcriptores ab hac vulgari calumnia defendunt; aſſerunt; eum doloris vacuitatem tantùm, & victum frugalem ex pomis & oleribus, qui ſanum corpus & vitam iucundam reddat, probaſſe: turpes verò voluptates Ventris Gulæ Bacchi Veneris damnaſſe. Sic Athenæus, Plutarch. Varro. Cic. & inter omnes Seneca ſæpiſſimè & fusè hunc Philoſophum laudat & aurea præcepta morum & vitæ ex illo depromit.*
Aliunde ergo potiùs ſumendæ ſunt horum epulonum voluptuoſorum voces. Suffecerit porro vna inſtar omnium Sardanapali quæ vulgò iactatur: Hæc habeo quæ edi &c. *Item.*

Es, bibe, lude licet, poſt mortem nulla voluptas. *Variè hæc à variis profertur. Vide* Żáżyway poki możeß.

Tonacy léda zégo i miezá i cierma śie chwyci.

In magnis periculis minora contemnuntur & ſubeuntur. Cuiuſuis rei diſpendio vitam omnes tuentur. vt Caſtor. Vt mortem fugias enſes calcabis & ignes.

Qui merguntur, quicquid occurrit manibus arripiunt, etiamſi nihil omnino eis

prodeſſe poſſit, vt ſunt herbæ & earum radices &c. *S. Bernard.*
Naufragus adſtrictè ſtramen ſtipulaſque prehendit. *Vide hoc* W nierzadźić.

Torowanem goſcincem leda kto traſi.

Antegreſſos ſequi facillimum. προσεδηκότας ἕπεσθαι ἁ πλεῖνος πόνος. *A.*
Sequi antegreſſos nullus eſt penitus labor.
προτρέχοσιν ἀκολουθῆσαι ἀδαμία πλάνη. *A.*
Sequi priores nulla prorſum erratio eſt.
Glacie fracta quiuis aquam ingreditur.
Inuentis addere facile eſt, non item noua inuenire. (rzawßy.
Pedarius Senator. Bos armenta *&* *ſimilia.* V. Bozá zá kozámi. Łácniey potráfić vy-

Towárzyſkość zbytnia / ſługe pſuié / i wzgárdę páná v niego gotuié.

Vſtáwiczne obcowánie / iedna lékkie poważánie.

Poſpolitowániem perſony drogie tánieią.

Nimia familiaritas parit contemptum. *Plini. iunior. Et Plutarch. ait (Latinè reddo :)* Ea vis eſt conſuetudinis atque conuictus cum amicis, vt omnem maieſtatem deprimere valeat. Et in familiaritatibus retineri grauitas, quæ ad gloriam requiritur vix poteſt. *Sic & Apulei.* Conuerſatio perpetua contemptum parit; raritas autem admirationem conciliat. *Ratio eſt. Quia nemo eſt ſine aliquo næuo, qui aſſidua vel frequenti conſuetudine ſe tandem prodit & contemptibilem hominem reddit.*
Mitium dominorum apud ſeruos ipſa conſuetudine metus exoleſcit. *Plini. iuni.*
Facilè contemnitur clericus, qui ſæpe vocatus ad prandium non recuſat. *Hieronym.*
Familiaris dominus fatuum nutrit ſeruum. *Bernardus.*
Lacides Philoſophus inuitatus ad conuictum Attali regis reſpondit : Imagines eminùs ſpectandas. *(nam ſic pulchriores videntur, vt etiam Horat. ait)* Laërti.
Vulpes apud Æſopum nunquam conſpicata leonem, eum primò viſum ſic pertimuit, vt ferè moreretur; ſecundò aſpectum, minùs timuit; tertiò auſa eſt accedere & alloqui.
Epimythion Planudis. ἡ ζωήθεια τὰ φοβερὰ τῶν πραγμάτων εὐπρόσοδα ποιεῖ.
Conſuetudo vel conuerſatio, etiam terribiles res acceſſu faciles reddit.

Towarzyſtwa złego vchodź.

μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. *Pythagor. Plutarch.* Ne guſtes ea quibus nigra cauda. i. *ne verſeris cum ijs, qui nigris & probroſis ſunt moribus, & tandem turpem exitum ſortiuntur.*
μὴ πλησιάζειν μήτε ἅπτεσθαι τῆς νάρκης. *Ex Platone.* Ne appropinques neque tangas torpedinem. ſ. *ne ſtupore corripiaris.*
ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε ζωοδίαν ἀεί. Vitato conſuetudinem viri improbi.
κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὁδὸν ἁπλῶς ἁπλοπόρει. Neq; via eadē cum malo graditor viro.
Cironia capta laqueo cum gruibus excuſabat ſe agricolæ, at ille reſpondit :
—— φίλος μέν εἰ σύ μοι, ἀλλ' ἡ πάγη λαβοῦσα σὺν κακοῖς σ' ἔχει.
Amica tu quidē es mihi, Sed laqueus qui cepit te cū malis tenet. *Gabrias.*
Affine ſequens dictum vtrumq;.

Towárzy-

Towárzyſtwo z mądremi / dobremi; mądrego / dobrego czyni.

Ζοφοὶ τύραννοι τ̃ σοφῶν σωτσίᾳ. *Euripid.* Sapiunt tyranni ſapientiſi cõmercio.

Ζοφοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός. Agendo cum ſapientibus ſapiens eris. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. *Prou. Salomon. c. 13.*

ἐσθλῶν μὲ γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι. *Theognis.* A bonis bona diſces.

Quam maximè propinquitate ad probos te adiunxeris,

Tam optimum eſt. *Plaut.* Ruta iuxta ficum ſata, mitior euadit. *Pierius.* Occurſus ipſe ſapientium iuuat. Et eſt aliquid quod ex magno viro vel tacente proficias. *Seneca.* Feræ quoque conuictu noſtro manſueſcunt. *Idem.* Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, deorumque ſimulacra ex vicino cernentibus. *Idem.* *Sic Polemo aſpecto tantùm in ſchola Xenocrate, ad melius vitæ genus traductus eſt. Plutarch.* *Et Philiſcus Ægineta venerat Athenas ſpectandi gratia, ſed audito Diogene Philoſophus factus eſt; frater eius ad reuocandum eum miſſus, ſimiliter fecit: pater ipſe vtrumq; reuocaturus eò profectus idem fecit. ε Suida.*

τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν καὶ τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς ἔχειν τινὰ ἀξιομνημόνευτον. *Plutarch.* Proborum virorum etiam in vino & in ludo voces & conuerſatio habet quiddam commemoratione dignum. *Affine,* Obcowánie.

Towárzyſtwo zé złemi / głupiemi; dobrego złem / mądrego głupiem vczyni.

κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός. Malus ipſe fies ſi malis conuixeris.

φθείρουσιν ἤθη χρηθ' ὁμιλίαι κακαί. *Menander. 1. Corinth. 15.* Mores bonos mala vitiant conſortia. *Vel.* Corrũpunt rectos mores cõmercia praua.

μωροὶ τύραννοι τ̃ κακῶν ζωτσίᾳ. *Eraſm. imitatus eſt Euripidem.*

Stulti tyranni ſtultorum ex conſortio.

βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. *Euripides.*

Barbarus es inter barbaros degens diu.

Dum ſpectant læſos oculi, læduntur & ipſi,

Multaque corporibus tranſitione nocent. *Ouidi.*

χωλῷ παρικεῖς κἂν ἑνί, σκάζειν μάθοις. *Plutarch.*

Claudo propinquus *(vel vni)* claudicare mox ſcies.

Sic Platonis familiares contractos eius humeros imitabantur: Ariſtotelis amici balbutiem eiuſdem: Alexandri familiares ceruicem inflexam tenebant. Plutarch.

οἱ τοῖς πονηροῖς ζυζῶντες, κοινωνοῦσι τ̃ ἐκείνων κακίας. *Philo.* Qui cum malis ſimul viuunt, affricant ſibi eorum malitiam.

τὸ γὰρ ἕτερον κακὸν εὖ πως θιγγάνοντα ἀναπίμπλησι φιλεῖ. *Idem.* Nam malum alterius facilè quodam modo accedentem afficere ſolet.

Amicus ſtultorum ſimilis efficietur. *Prou. Salom. c. 13.*

βλαβερὰ αἱ μετ' ἀνοήτων ζωτσίαι *Philo* Noxia cum ſtultis conſuetudo.

νάρκη θαλάττια τ̃ θιγγάνοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ. *Plato.* Torpedo marina, accedentem & tangentem ſe, torpidum reddit. Aco-

Aconitum etiam contactu necat: ita conuictus quorundam protinùs inficit. *Plini.*

—— Dedit hæc contagio labem Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit & porrigine porci. *Iuuenal.*

λῆγμα κυνὸς λυσσῶντος. Canis rabidi morſus. *de ijs qui malorum congreſſu infecti, alios inficiunt. Rhodig. Potes etiã vſurpare de contagioſo & improbo, vel de ipſa contagione.*

Pix dum palpatur, palpando manus maculatur. *Anonym. rhythmic.*

Affine, Obcowánie. Jéden zły wielu dobrych zépſuié.

Tráfi śie i namedrßemu i naoſtrożnieyßemu potknąć.
Podczás też ſproſnié ßfánkuié/ ten co wiele dokázuié.
Koń ma cztery nogi/ á potknié śie.

Quandoque bonus dormitat Homerus. *Horat. Sic vulgò vſurpatur hic verſus. cùm tamen non* Aliquando, *ſed* Quotieſcunque, *ſonet vox* Quandoque. *Henric. Steph. & P. Victori.* Inſidias & campus habet, nec foſſa, nec agger,
Nec ſint ſaxa licet, fallere plana ſolent. *Martialis.*

καὶ σώφρων ἥμαρτε. *Theognis.* Et ſapiens errauit.

πεφύκασιν ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν. *Thucydides.*

Solent omnes & priuatim & publicè peccare.

Nemo mortalium omnibus horis ſapit. *Hoc velut oraculum & à vate prolatum ſcribit Plinius.* Humanum eſt errare. *Seneca.*

Cuiuſuis hominis eſt errare, nullius niſi inſipientis perſeuerare in errore. *Cic.*

Verùm hercle, vah! cenſen' hominem eſſe me? erraui, *Terent.*
Homo ſum; humani à me nil alienum puto. *Idem.* (boni. *Idẽ.*
Id peccatum magnum, at humanum tamen, Fecêre tale ante alij ſæpe itẽ
Communia hæc eſſe, fieri poſſe ſemper cogita. *Idem.*
Humanum amare eſt, humanum autem ignoſcere eſt. *Plaut.*

Nil eſt iam quod tu mihi ſuccenſeas, Fecêre tale ante alij ſpectati viri, *Idem.*

Eſt enim humanum peccare & collabi aliquando. *Cic.*

ἡγεῖτο γὰρ ἀνθρώπῳ μὲν εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν, θεῷ δ' ἢ ἀνδρὸς ἰσοθέου τὰ πταισθέντα ἐπανορθοῦν. *Demonax apud Lucianum.* Exiſtimabat hominis quidem eſſe peccare, Dei verò aut viri Deo ſimilis peccatum corrigere.

τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἔξω τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης κεῖται. *Themiſtius.*

Nil peccare, extra naturæ humanæ conditionem ſitum eſt.

τὰς ἁπάσας (παγίδας) μὴ ῥᾴδιόν ἐστι διαφεύγειν. *Plato.*

Omnes laqueos effugere difficile eſt.

Quadrupes in plano quandoque cadit pede ſano.
Ne mirere bipes, ſi titubet tibi pes. *Anonym. rhythm. & Garner.*

Non eſt tam bonus vllus equus qui haud ceſpitet vnquam. *Gallic. Garner.*
Sæpe perit parvis nauta peritus aquis. *Idem Garner.* (ſolent.

καὶ αἱ σοφαὶ γνῶμαι ἐμποδίζονται ἐνίοτε. *Suidas.* Sapiẽtia ingenia impediri quoq;

Trafi śie i ślépey kokoßy źiárno. Leniwemu podczás Bog dáié.

Quis

Quis eſt qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? *Cicero.*
Fieri non poteſt, vt non aliquando ſuccedat multa tentanti. *Seneca.*
πολλὲς κακῶς πράσσοντας ὤρθωσεν τύχη. Multos agentes perperam Sors adiuuat.
πολλὲς ὁ καιρὸς ἄνδρας ἐκ ὄντας ποιεῖ. Multos viros occaſio facit, qui haud erant.
Attulit ipſe viris optatum caſus honorem. *Virgil.*
ὅσα μῦς ἐν πίσῃ. ſ. ἔπαθεν. *Suidas.* Quanta Mys in Piſa. ſ. *pertulit. dicitur de iis, qui optatis potiuntur ſed tardè & magno labore ac moleſtia. Nam Mys pugil Tarentinus diu certans in Olympiacis certaminibus ad Piſam, multis plagis acceptis à multis aduerſariis, vix tandem ſemel vicit.* Przypłacił tego zwyćięſtwá.
δέδοται καὶ κακοῖσιν ἄγρα. *Suidas.* Obtigit & malis, ignauis venatio, præda.
Caſus vbiqúe valet. *Ouid.* — καὶ ἄφρονι πολλάκι δόξα,
ἔπεσε, καὶ λιμῆς τις κακὸς ὢν ἔλαχεν. *Theognis.*
Et inſipientē ſæpe gloria Secuta eſt, & honorē etiā malus exiſtēs aliquis ſortitus eſt.
Ars non ea eſt (i. *non eſt ars ea*) quæ ad effectum caſu venit. *P. Syrus, Seneca.*
Interdum & vulgus rectum videt. *Horati.*
V. Szcześćie ślepe. & Trefunek podczas lepſzy niż rozum.

Tráfis cie. Nie chybie cie.

Omnia mea tela ſic in te conijcientur, vt nemo per tuum latus, quod dicere ſoles, ſaucietur: omnia in tuis pulmonibus ac viſceribus hæreant. *Cic. Vatinio.*
Procridis telum me habere putes, vel habuiſſe putabis. V. Pewny.

Tráfiemy śie v tárek. Naydziemy śie v ſoli.

Exſpectabo te ad macellum. *Ex Iuuenali qui loquens de guloſis, qui pecuniam fenore acceptam in epulis lautis conſumunt, & creditores ſuos eludunt ac vitant, ait:*
Multos porrò vides, quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet exſpectare macelli. *Nam certò illos eò venturos nouit, quibus in ſolo eſt viuendi cauſa palato vt idem Poëta dicit.*
Ad poſterius dictum Polonicum, alludit illud Plauti.
Eodem pretio mihi ſal perhibetur quo tibi. i. *venditur.* q. d. *ambo ſalem emere ſolemus, itaq; te iſtic inueniam, vel nos ibi videbimus.*

Tráfił do celu / ábo w cel.

Non irritam miſit ſagittam. Achaicum telum iecit. *Vide* Zgadł.

Tráfił ná dobry byt.

ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. *Demoſthen.* Effugi malum, inueni melius.
Incidit in Sirenas vel Lotophagos. *Ex Symmacho.*
Sic eſt. Captus es vnctiore cœna Et maior rapuit canem culina. *Martial. paraſito renuenti venire ad cœnam eius vocato.*
ὄνος εἰς ἄχυρα. *Philemon.* Aſinus in paleas. ſ. *incidit.*
Auis incluſa in cauea & fame enecta, in offam pultis inuadit. *Cic.*
Sic Corum ex Arca Noë emiſſus, non eſt reuerſus in cadaueribus occupatus. Geneſ. 8.

ὐ γὰρ ἄκανθαι. Non enim iam ſunt ſpinæ. *qualibus horrebant agri ante fruges repertas, victuſq; fuit agreſtis & aſper, ex glandibus, herbis &c. Vult dicere:*
ὐκ ἔτι βίος ἀκανθώδης. Non ampliùs vita aut victus ſpinoſus eſt.
Vide Byt ma dobry.

Tráſit ná práſk. *Vel* Traſiß na praſk.

αἶξ εἰς τὴν ἑορτὴν .ſ. ἐνέπεσεν ἢ ἦλθεν. *Athenæus.* Capra ad feſtum. *incidit vel venit. quo immolanda erat Baccho.*
ὗς ἐπὶ ῥόπαλον .ſ. ἐνέπεσε *Suidas.* Sus (*mactandus*) ſub fuſtem incidit.
Tetra bellua in foueam incidit, obruatur. *Cic. de Antonio.*
Decidit in caſſes, præda petita meos. *Ouidi.*
Seruus (*reus ſeu nocens*) in piſtrinum fugit. *quò ſerui delinquentes detrudebantur. Quare herus quidam ſeruo ſuo hic deprehenſo dixit:* Hîc te eſſe vel habere volui.
ἀγόμενος διὰ φρατόρων κύων. Ductus per Phratoras canis.
Apud Athenienſes ſi canis in comitia incurrebat, petebatur à populo per φρατρίας (.i. tribus) diuiſo. Φράτωρ eſt contribulis.
In ipſo iudicio fur deprehenſus. *vbi mox peccati pœnas dabit.*
Altero reo vapulante, alter (*eiuſdem criminis conſcius*) ſuperuenit.
δεῦρ' ἴθ' ἵνα πλάῃς. *Ariſtophan.* Huc ito vt plores. *de ijs qui ſuo malo aliquò tendunt.*
Dictum Polonicum ſolet aliter vſurpari ſenſu fauente & gratulante. q. d. Opportunè venit. *vel vt Plaut.* Opportunitate aduenis. Opportunitate optima venis. *Item vt Terent.* In tempore venis. *Item.* In ipſo articulo. In ipſo temporis articulo. *vt Plaut. Cic. Terent. loquuntur.*
Sic Suidas interpretatur illud: ξυρὸς εἰς ἀκόνλιν .ſ. ἐνέπεσεν. Nouacula in cotem .ſ. *incidit vt acuatur. de ijs qui ſiunt voti compotes. Simile ait illi Aſinus in paleas.*

Tráſit ná zły raz.

In ſalebras incidit. *Cic.* Incidit in ſcopulum: offendit ad ſcopulum. *Idem.* Reſtare tibi videbatur ſeruorum nomen, quò tanquam in portum reiectus à cæteris ſuſpicionibus confugere poſſes. vbi ſcopulum offendis eiuſmodi, vt &c. *Idem.* Ad eum ſcopulum tuas rationes appulit, ad quem &c. *Idem.*
Incidit in difficilem nodum. *Idem Cic.* Tráſit ná ſek.
Infelix ſaxis in procurrentibus hæſit. *Virgil.*
In rupes, in ſaxa, in breuia, in Sirtes incidit. *ex Virgil.*
Quanta laboras in Charybdi! *Horati.* εἰς μελίττας ἐκώμασας,
In apes incidiſti. *Vel. Velut comeſſabundus ad apum nidum acceſſiſti, vnde non facile ſine aculei puncto recedes.* *Affine,* Tráſiłá koſá. Trefunek nießczeſliwy.

Traſit podle celu. ſażen od celu. *i.* Chybił traſit.

ἀπὸ σκοπῆς .ſ. ἐκόντισεν, ἐτόξευσεν. *Ex Homero.* Procul à ſcopo telum iecit.
πόῤῥωθεν τοῦ σκοποῦ ἐτόξευσεν. *Herodian.* Longè à ſcopo iaculatus eſt.
ἀπὸ σκοποῦ ἀπέτυχεν. *Athenæus.* A ſcopo aberrauit.

ἐδ' ἅπαξ ἔβαλεν. *Plato. Suidas.* Ne prope quidem iecit.

Diogenes Cynicus videns quoſdam imperitè iaculantes, prope ſcopum conſedit, & rogatus cauſam reſpondit: Ne me feriant ſi procul ſedeam. *ſignificans illos quiduis potius à ſcopo remotum, quàm ipſum ſcopum tacturos. Nam* Aberrandi cauſa meta non ponitur. *ait Epictetus. Vide* Kto ni naczniè zmierza.

Trafił ſwoy ná ſwego.

Eſernius cum Pacidiano compoſitus. *Gladiatores bi erant inſignes per omnia ſibi aequales. apud Lucil. & Cic.* Bithus contra Bacchiũ. *Gladiatores item pares arte & audacia. Sueton. Horat. Vſurpatur, cùm duo improbi cõtendunt neuter alteri cedere volens.* Autolycus in Siſyphum incidit. vafer in vafrum, *quem tamen fallere non potuit. Rhodigin. è Graecis. fures bi aſſluti erant. ſed Euſtathio Siſyphus rex prudentiſſimus.*

κρὴς πρὸς αἰγινήτην. Cretenſis in Æginetam. *Ambo fallaces.*

Συνῆλθον ἀτταβάς τε καὶ νουμήνιος: *Diogenianus.* Conuenerunt Attabas & Numenius, *furum hoc par inſigne fuit.* ὁ κρὴς τὸν κρῆτα. Cretenſis Cretenſem. ſ. *reperit.*

σύροι πρὸς Φοίνικας. *Suidas.* Syri aduerſum Phœnices. *In eos qui pariter dubiæ fidei, verſipelles & fraudulenti ſunt.*

ναύσων ναυκράτες. *Heſychi.* Nauſon Naucrati. *cùm duo ſimilia conueniunt, vel ſe ſalutant. Nam Nauſon & Naucrates à naue vtrumq; dicitur. Sic in Aſinar. Plauti Leonida & Libanus ſerui ſalutant ſe inuicem multis titulis ſeruilibus probroſis.*

Corydon & Thyrſis, Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et certare pares & reſpondere parati. *Virg.* Rowni ſobie.

ἰσόλεος ἐὼν ἄλλῳ κρείσσονι ἀντέτυχεν. *Zenodot.*
Bonus vel fortis ipſe exiſtens in alium meliorem incidit.

πρόσθε μὲν ἰσόλεος ἔφυγε, διώκει δέ μιν μέγ' ἀμείνων. *Homer.*

In anteriora bonus vel fortis fugit, perſecutus autem eũ eſt multò melior vel fortior Cornix cornici oculos effodit. *Macrobi. Demoſthenes Phocionem, ſecurim orationum ſuarum vocabat. apud Plutarch.* ἡ πάγη παγὶς ἕλκεται. Laqueus laqueum cepit. *Cùm malus alter alterum ſimilem obſeruans ab eodem deprehenditur.*

Surdaſter cum ſurdaſtro litigat. V. Obádwá pẃni. οὐ τοῦ ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιᾶται. *Lycurgus Sophiſta.* Cum alijs tragœdis decertare vult. ſ. *Tragœdus. Affine,* Vdálił ſwoy ſwego. Vdié tráfitéś ná dudká.

Trafił zé dżdżu pod ryne.

De fumo in flãmam. ſ. *delapſus eſt. Ammian.* Incidit in flammã cupiens vitare fauillã. ἀτέχνως φεύγων κάπνον, εἰς πῦρ ἑαυτὸν ἐνέβαλεν. *Plutarch.* Imprudenter fugiens fumum, in ignem ſe deiecit. κάπνον γε φεύγων, εἰς τὸ πῦρ πρηνὴς πέσον.
Dum fugio fumum, flammam in ipſam decidi.

μὴ τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακίαν καταπίπτῃς. Ne fugiens cinerem in prunas labare (*caueto.*) De calcaria in carbonariam. ſ. *tranſire. Tertullian.*

Incidit in Scyllam dum vult vitare Charybdin, *Ex Homero & Virgilio.*

Χάρυβδιν ἐκφυγὼν τῇ σκύλλῃ ἐνέπεσεν. Charybdin euitauit in Scyllã incidit. Doria in aquas ſe merſit vt pluuiam declinaret. *Garner. è Gallicis.*

μὴ βρεχθείη ἵνα ἔτρεχεν εἰς βόθρον καὶ ἀπεπνίγη. *Apoſtolius.* Ne pluuia aſpergeretur quidam cucurrit in foſſam & ſuffocatus eſt. Ex his laqueis ſi te exueris, ac te aliqua vi ac ratione explicâris; in plagas maiores incidendum eſt tibi. *Cic.*

Equus nolens onus aſini leuare, eius pellẽ ſub onere mortui & onus cogitur portare. Æſopus.

Ancillæ dum ad galli cantum ſurgere coguntur, eum occidunt, & poſtea etiam media nocte ab hera excitantur. Idem. *Aſinus olitori ſeruiens, meliorem dominum optabat; venditus figulo, iniquiùs ferebat; tandem ad coriarium deuolutus priora fruſtra deſiderabat. Idem.* *Affine*, Jednego złego pozbedźieß / á drugie náſtapi.

Tráfilá koſá na kámien.

ξυρὸς εἰς ἀκόνλιν ſ ἐνέπεσε. Nouacula in cotem incidit. *Sic vulgò vſurpatur. Aliter.* V. Tráfil ná práſk.

——— Fragili quærens illidere dentem Infregit ſolido. *Horati.*

——— Secuit Lucilius vrbem — & genuinum fregit in illis. *Perſius.* i. *caſtigauit acriter hic Satyricus malos mores ciuium ſed parùm profecit.*

Cum dolore cædentis ſolida feriuntur. *Seneca.* Tela à duro reſiliunt. *Idem.*

Aqua Stygis omnia vaſa è lapide, teſta, vitro, ferro, ære, auro, ſtanno, plumbo perforat, ſolum cornu aſini Scythici ei reſiſtit, & eo continetur. Ælian. Pauſanias.

V. Tráfil ſwoy ná ſwego.

Trawi dobrzé.

ἀλεκτρυόνος κοιλίαν ἔχει. Galli ventriculum habet. *Ariſtophan. id vſurpauit allegoricῶs de prodigis, qui citò abſumunt pecuniam.*

Rectè etiam dices. Struthionis ventriculum habet, *Nam hæc auis ferrum concoquere vulgò dicitur & ſcribit Plinius. Rhodiginus autem ait, eum id efficere, non calore ventriculi, vt aliqui putant, ſed occulta qualitate ſeu proprietate, quam ἰδιότητα ἄῤῥητον, proprietatem inenarrabilem medici vocant. Noſtri Anati etiam tribuunt εὐπεψίαν ſeu δύναμιν πεπτικὴν, vim coquendi. dicunt enim:* Trawi iák kámieñ. *Huc poſſet aduocari &* Roſomaca, Larus, *& alia ſimilia poſita ſub* Obżárty.

Paraſitorum ea cum primis laus eſt, *de quibus Plaut. ſæpe multa in hanc ſententiam vt Menæchmis.* Paraſitus octo hominum munus facilè fungitur. ſ. *in menſa.*

Item Captiuis. Dieſpiter te perdat & ventrem tuum
Paraſitosque omnes. &c. Quaſi lupus eſuriens. &c.

In Sticho Gelaſimus inſigniter hoc exprimit, ſed pluribus. Vide aliqua ſub Głodny.

καὶ βαίτυλον ἂν καταπίοι. *Heſych.* Bætylum quoque deuoraret. *Saxum, quod faſcijs inuolutum loco Iouis Saturnus deuorauit.*

Tréſunek nießczęśliwy.

Aquæ iugulant. i. *inſtar teli vel mucronis transfigunt hominem. Martial. de puero ſtiria ſupernè lapſa occiſo.* Heu vbi mors non eſt, ſi iugulatis aquæ! *nam non iugulare, ſed ſuffocare aquæ ſolent.*

Lepus

Lepus apparuit. Φανεὶς ὁ λαγὼς δυσχεῖς ποιεῖ τοὺς ὁδούς. *Suidas.*
Si appareat lepus, iter infelix facit.
Apud Horat. l. 3. Oda 27. sunt plura talia ex quibus infelix iter sibi ominabantur. vt serpens scindens iter: fœta vulpes occurrens, & alia vanissimæ superstitionis. V. Záiac. ὄνος ἐν μελίτταις. *Suidas.* Asinus inter apes. *s. incidit.*

Asine, Trafił ná zły raz. Trafił ná práſe.

Tréfunek podczas lepſzy niż rozum. Szczęście podczás rozmyſł przechodźi.
Ταὐτόματον ἡμῶν καλλίω βουλεύεται.
Casus repens quandoque meliùs consulit. Fit sponte sæpe, cogitantem quod fugit.
ἔνιοι κακῶς φρονοῦσι πράττουσες καλῶς. Pleriq́ue agunt feliciter & sapiunt parùm.
Martial. de dextra Scæuolæ ab eo in focum imposita, quòd à Rege quem petebat aberrasset, dicit: Maior deceptæ fama est & gloria dextræ;
Si non errasset, fecerat illa minus.
πολλάκι παρ' δόξαν τε καὶ ἐλπίδα γίνεται εὑρεῖν
ἔργ' ἀνδρῶν, βουλὰς δ' οὐκ ἐπέγενσε τέλος. *Theognis.*
Sæpe præter opinionem & spem contingit inuenire
res hominibus. consilijs verò non adfuit euentus.
ἡ τύχη πολλὰ τῆς σοφίας διαφέρουσα πολλῷ αὐτῇ ὁμοια ποιεῖ. *Plutarch.*
Fortuna à sapientia distans plurimùm, multa eius operum similia facit.
Psittacus sonans ô Leo! *liberauit Leonem à Basilio Macedone rege patre in carcerem coniectum. Zonaras. Vide* Coruum sutoris, *sub* Sármo robiß.
Adde spumam equi casu proiecto penicillo in tabulam, expressam, quam ars & industria exprimere non potuit. Ex Plinio sub Szczęściem rozum niedy kieruié.
Melius est incidere in medicum felicem quàm peritum. *Garner.*
ὄνος ὄρνις. *Aristophan.* Asinus auis. *s. auguratrix. i. Et ex asino ceu ex aue boni auspicij contingit petere omen. Ex asino surgente, & quodam dicente:* Vide quomodo asinus surrexit: *alter hinc omine sumpto de ægro quodã respondit, eum conualiturum. V. sequens.*

Tréfunek pożądány, ßczęśliwy, niéſpodziany.
αὐτὶ χορδῆς τέτιξ ἤχησε. *ex Plutarcho.* Vice chordæ (*ruptæ*) cicada sonuit.
Certante publicè Eunomo Locrensi cum Aristone Rheginensi citharœdo, in cithara Eunomi ruptâ chordâ, cicada aduolauit, & sonum opportunum canendo suppleuit, ac eum victorem fecit. Strabo. Seruus perfuga in pistrino ab hero persequente repertus. suprà Tráfił ná práſe. *Iason Pheræus deplorabatus, cùm mori voleus vomicam confodisset, sanus remansit. Plini.* Priuignus saxum in canem iecit, & nouercam imprudens percussit. *V.* Z tąk nienagorzey. *Piscatoribus post longum laborem vacuis abiturientibus, thunnus vltrò in nauem insilijt. Æsopus. Epimythion Planudis.*
πολλάκις ἃ μὴ τέχνη παρεσχε, ταῦτα τύχη ἐδωρήσατο.
Sæpe quæ ars non præbuit, ea fortuna donauit. *Huc pertinet. Corui dictum.* Opera & impensa perijt. *ob quod cariùs emptus est ab Augusto quam*

reliquæ aues Cæſarem ſalutantes. Macrobi. 2. Saturnali. & ſic non perijt.

Simile. Vlieſpodźiany rátuneк. Tréfuneк podczás lépſzy niż rozum.

Trudna to gadka / kweſtyia / piſanie / mowa.

Σφιγγὸς πράγματα παρέχει. Sphingis negotia faceſſit. *Nam Sphinx difficilem quæſtionem viatoribus tranſeuntibus proponebat, & ſoluere neſcientes è rupe præcipitabat. Solus Oedipus ænigma eius ſoluit. Vide* Stáry bárzo.

τὰ Βοιώτια ἀινίγματα. *eadem* Bœotia ænigmata. *nam Sphinx ad Thebas Bœotias fuit Alluſit Dauus Terentij dicens:* Dauus ſum *(non intelligo obſcura)* non Oedipus.

Iſti quidem hercle orationi, Oedipo opus coniectore eſt, qui Sphingi interpres fuit. *Plaut.* Numeris Platonicis obſcurius. *Cic. Nam Plato Pythagoram ſecutus Philoſophiam numeris obſcurauit. Vide ſi lubet Rhodiginum lib. 22. à c. 6.*

Ex vulturum nidis expoſitio petenda. *Idem.*

ταῦτ' ἃ δ' ὅτ' ἐστιν ἃδ' ἂν ὁ Ἀπόλλων μάθοι. *Antiphanes.*

Hæc porrò qualia ſint nec Apollo dixerit. *(vel intelligat.)*

Non lectore tuis opus eſt, ſed Apolline libris. *Martialis Sexto Pòéta ita dicit:* Scribere te quæ vix intelligat ipſe Modeſtus (iuuat?

Et vix Claranus *(docti Grammatici. non ICti. Rader.)* quid rogo Sexte

Non lectore tuis. &c. Pythagorico more loqui. *Ficinus ex Platone.*

Adde Pythagoræ ſymbola. Heracliti dicta aut ſcripta, *qui Cicer. teſte* σκοτινὸς. *i. Obſcurus dictus eſt, qui de induſtria obſcuritatem affectauit. Hinc Socrates de eiuſdem ſcriptis dixit:* δηλίᾳ κολυμβητῇ δεῖται. *i.* Delio natatore hic opus eſt. i. *tam profundus eſt hic liber, vt facile in eo lector niſi ſit excellens, vt Delius natator, ſubmergatur. Laértius id Crateti tribuit. Delij natatoris nomine Franciſcus Floridus intelligit eum, qui omnia ſciat, qualis fuit Apollo in Delo inſula natus; vel qualis Pyrrhus Delius piſcator, qui ob fabuloſam Pythagoræ μετεμψύχωσιν (i. animarū per varia corpora tranſitum) omnia ſcire putabatur, quòd Pythagoras ſuam animam per varios inſignes viros peruagatam, tandem in Pyrrho fuiſſe affirmaret, vt Laértius in eius vita ſcripſit. Tale eſt dictum illud Plinij lib. 7. c. 50.* Atq; morbus eſt aliquis per ſapientiam mori. *cuius varias lectiones & interpretationes doctorum virorum affert Andr. Schott. l. Philoſophicarum obſeruationum 5. C. 10. & tandem poſt omnia in medio relinquit.*

Herculeus *vel* Herculanus nodus. ἡρακλεῶν ἄμμα. *Oribaſius.* Herculeum nodum *Seneca vocat Syllogiſmum inſolubilem. Qualis autem fuerit hic nodus, & quid ſignificauerit, explicat poſt alios accuratè Iac. Nicol. Loenſ. l. 6. c. 13.*

Tenebræ ſunt. Tenebris obducta res. Tenebræ offuſæ. *Cic. Quintilian.*

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ! τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον

ἀπιστίαν! ἆρ' ἐπ' ἐμοὶ γενήσεται; *Ariſtophan.*

O Iupiter! quam res eſt noctium Immenſarum! nunquámne dies erit?

καρκίνου ποιήματα. *Suidas.* Carcini Pòémata. ſ. *obſcura.*

Lex Africani. *pro re obſcura apud I C. in Pandectis.*

Plaut. de literis à femina inconcinnè ſcriptis ideoq; obſcuris ait:

Has quidem pol credo niſi Sibylla legerit, Has

Interpretari alium poteſſe neminem. *Item.* Has quidem gallina ſcripſit. πρόβλημα ἀρχιμήδειον. *Cic.* Problema Archimedeum. *Nobiliſſimus Mathematicus Geometra Siculus πολυμήχανος dictus. Vitruui.*

Plura ſunt hîc negotia quàm vocabula. *Vlpian.* Plures res quàm verba. *Seneca.* πεζὴ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. Natare non ego ſcio pedibus ambulo.

Tricas Tellenas citiùs extricaueris. *Varro à Tellene tibicine & verſificatore inepto & ſimul obſcuro.* Mater Euandri vix intelligat. *Vel* Cum matre Euandri loqui videris. ſ. *ita antiquis obſoletis verbis vteris. ex Gellio.* Oedipus aduocandus eſt. ſ. *interpretando obſcuro ſermoni. Apud Lucianum Demonax affectatè & antiquè loquenti, dicit:* Ego te nunc interrogaui, tu mihi quaſi Agamemnone regnante reſpondes. i. *obſcurè. Ibidem de altero ſimili dicitur:* ἡμᾶς τοὺς νῦν προσομιλοῦντας καταλιπὼν, πρὸ χιλίων ἐτῶν ἡμῖν διαλέγεται. Nobis qui nunc cum eo colloquimur relictis, quaſi ante mille annos nobiſcum ſermocinatur. i. *verbis vtitur obſoletis qualibus ante mille annos priſci vtebantur.*

Vulgare eſt illud ænigma, quod habet Suidas, de nano percutiente pumice veſpertilionem in ſambuco ſedentem. ἀνὴρ οὐκ ἀνὴρ, ὄρνιθα κ' οὐκ ὄρνιθα, ἐπὶ ξύλῳ καὶ ξύλῳ καθημένην λίθῳ οὐκ λίθῳ διῶλεσεν. Vir non vir, auem non auem, in arbore non in arbore ſedentem, lapide non lapide peremit. *Aliter explicat Rhodig. V.* Vli to ni owo. Plutonis galea opertum, i. *obſcurum. Vide* Kryie śie.

ὁ Δωτιάδου βωμὸς καὶ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα. *Lucian. Suidas.*

Doſiadæ ara & Lycophronis Alexandra. *Poëmata erant obſcuriſſima. Adde illud Varronis apud Gellium* Semel & bis minus. *vbi Terminum Politianus explicat. Item Tauri Philoſophi quæſtiones apud eundem Gellium l. 6. c. 13. & alias l. 18. c. 2.* Ceratinas. Crocodilites, *& talia plura, poſui in 1. Tomo ſub* Mowá trudná. *Huc pertinet* Nodus Gordius & Nodus Caſſioticus *allegorico ſenſu. quem noſces ex proprio & hiſtorico infrà mox poſito.* Cacozelos *& affectantes obſcuritatem & antiquitatem ſermonis deridet egregiè Lucian. in Lexiphane.*

Trudna to rzecz abo ſpráwá. Nie wiédzieć co tu poczáć.

Simul ſorbere & flare haud factu facile eſt. *Plaut.*

Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt. *Idem.*

Sine pennis volare haud facile eſt, *Idem.* Bez ſkrzydeł látáć. Meæ alæ pennas non habent. *Idem.* Hæret hæc res. *Idem.* Aqua hæret *Cic. Plaut.* Scrupoſa hæc ratio eſt. *Lucreti.* Duras fratris partes prædicas. *Terent.* Ire per extentum funem. *Horat.* Clauam Herculi extorquere. Ioui fulmen eripere. *Macrob ſ. difficile eſt. Vel* Faciliùs clauã Herculi extorqueas quàm hoc. &c. Eſurienti leoni prædam exſculpere. *Lucillius.* Herculeus Nodus. *Senec.* Nodus Gordius. *ex Curtio & Plutarcho, fuit in regiâ Midæ plaustrum in quo nodi erant plures in ſe implicati, celantes nexus vnde inciperent & vbi deſinerent. Oraculum verò fuit, qui nodum illum ſoluiſſet, eum Aſiæ imperaturum. Igitur Alexander magnus gladio illum diſſecuit, vt oraculum impleret. de eo Auſonius.* Lora abdita opertis

Principijs & vtroque caput celantia nodo.

κάθαμ-

κάθαμμα γορδίε. *Plutarch.* καστιωτὸν ἄμμα. *Suidas.* Caſſioticus nodus. *à Caſſio Ægypti ciuitate, in qua artificioſi nodi nectebantur. Et alioqui*, admirandi in nectendis machinis Ægyptij.

ὄρη πεσσέρπειν πραγμάτων δηλοῖ βίαν. *Suidas ex Onirocriticis.*

Verſus montem repere, difficultatem negotiorum notat.

καθαπτὰ λύειν *Ex Ariſtoph.* Contigua ſoluere. ὄνος δ' ὅτι πᾶσι τέτυκται. *Galen.* Trabs in omnibus eſt. *vt cùm arantibus trabs obſtat.* ὄνος *Opinatio Henri. Steph. è Xenophane quẽ affert.* Faciliùs cauũ à cõuexo diſiunxeris. *Budæ. ex Ariſtot.*

Here, quæ res in ſe neque conſilium neque modum
Habet vllum, eam conſilio regere non potes. *Terent.* Imitatus eſt. *Horati.*
O here quæ res Nec modum habet neque conſilium, ratione modoque
Tractari non vult. Nodus vindice dignus. *Horati.*

τὴν αὐγίε βόρασίαν ἢ κόπρον ἐκκαθαίρεσθαι. *Lucian. Nazianzen.* Augiæ ſtabulum vel ſimum expurgare. *qui labor Herculis non poſtremus fuit. nam tria boum millia pluribus annis iſtic ſtabulabantur.* Augiæ cloacas purgare maluiſſes. *Seneca.*

ἄμμον μετρεῖς. *Athenæ.* Arenam metiris.

Mallem Teucrum Pacuuij ediſcere, quàm Manlianas leges. *Cic. Pòéma Pacuuij fuit prolixum & difficile, tamen ſtylo meliori ſcriptum, quàm Manlij leges.*

ἐκ τῆ ψάμμε χοινίον πλέκειν. *Ariſtides.* Ex arena funiculum nectere.

ἴσθμον ὀρύσσειν. Iſthmum perfodere. *quod fruſtrà tentárunt Democritus rex, Dictator Cæſar, C. Princeps, Domitius Nero, infauſto etiam exitu. Plini. Suetoni. Herodot.*

θεομαχεῖν. *Euripid.* Cum dijs pugnare. Gigantum more cum dijs bellare. *Cic.*

Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι κἀν τύχῃ. Pugnare cum dijs cumq; fortuna graue eſt.
Ζῆτ' ἐφ' ἑκάστῳ μεῖζον ἢ τροίαν ἑλεῖν. *Eubulus.*
Difficilius id eſt cuique quam capere Ilium.

σκαπέρδαν ἕλκειν. *Euſtathi.* Scaperdam trahere, *de labore vel negotio difficili. tractum à ludo in quo alter alterum funè ſurſum trahere nititur. Pollux. Heſychius.*

ὑφαίστειος δεσμός. *Suidas.* Vulcanium vinculum. *de re vel negotio intricato, difficili.*

ἀπὸ Δωρέως ἐπὶ Φρύγιον. *Suidas.* A Dorio ad Phrygium, *præter alium ſenſum, Eraſm. interpretatur. de difficili tranſitu ab vna re ad aliam. Dicas* Wielki ſkok.

ἔπρεπε ποιῆσαι τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν,
ἀλλ' ὅτι τῷ πρακτέῳ ποιῆσαι ὕστερον ἀδύν. *Ariſtophan.*
Ambulet vt cancer rectè, haud effeceris vnquam,
Nec quicquam efficies vbi res erit antè peracta.
Incerta hæc, ſi tu poſtules ratione certa facere,
Nihilo plùs agas, quàm ſi des operam, vt cum ratione inſanias. *Terent.*

μῦς εἰς τρώγλην ἃ χωρῶν, κολοκύντιον ἔφερε. Mus in antrum quod illum capere non potuit, cucurbitam ferebat, trahebat.

——— ἑκατὸν δέ τε πρέσθ' ἁμάξης. *Heſiod.* Centum plauſtri ligna. i. *res ea*

operoſa

operosa est & multa requirit. Nouacula cotem discindere. *Ex Liuio.*
διαζεῦξαι ῥῦν ποταμοῦ. *Nazianzen.* Fluminis cursum inhibere.
ἀκίνητα κινεῖς. *Plato.* Immobilia moues. *Sic vulgò redditur. sed Henric. Stephan. non mouenda quæ moueri non debent, alio sensu.* ἑλεῖν πόλιν. *Idem.* Capere ciuitatē.
πυῤῥίχαν κινησίν μαθεῖν. *Aristophan.* Pyrrhichen Cinesiæ edisscere. *Saltationis genus velox fuit apud Lacones, cui Cinesias Pòëta carmen modulatum aptum ex Pyrrhichijs consians accommodauit, quare Camelum Pyrrhichen saltare ἀδύνατον.*
δελφῖνα πρὸς τὸν ἔρμιον δεῖς. Delphinum cauda ligas. *quæ & lubrica est & valida, sic vt naues etiam ea euertat.*
Saxosam terere viam. *Propert.* i. *in difficultatibus versari. Scalig.* Scruposam viam commeare. *Plaut.* *Affine*, Niepodobieństwo. Sármo robiß.

Trudno śie śmiać abo śpiewáć gdy co dolega.

μουσικὰ ἐν πένθει ἄκαιρος διήγησις. *Ecclesiastic.* 22. Musica in luctu importuna narratio.
Hei mihi, difficile est imitari gaudia falsa,
Difficile est tristi fingere mente iocum.
Nec benè mendaci risus componitur ore.
Nec benè solicitis ebria verba sonant. *Tibullus.*
χαλεπὸν ἀδημονοῦντα τὰ γελάσιμα λέγειν. *A.*
Quid ploras pater? *R.* Mirum ni cantē, condemnatus sum. *Cic. ex Ennio.*
Quale gaudiū mihi qui in tenebris sedeo & lumen cæli non video? *Tobias cæcus c. 5.*
Affine, Smiech zmyślony.

Trudno to dochowáć cáto / ná co ich godźi niemáto.

Magno cum periclo custoditur quod multis placet. *Trochaicus P. Mimi.*
πολλοῖς δοκοῦν, ἀ φυλαχθεῖν ῥᾴδιον. *A.*
Haud facile id est seruare, quod multis placet.

Trudno wiele i mądrzé abo g-rzéczy mowić.

Mądry nie wiélomowny. Wiélomowny nie káżdy mądry.
Non est eiusdem & multa & opportuna dicere. *E Græco Senario.*
χωρὶς τόθ' εἰπεῖν πολλὰ κἀ τὰ καίρια. Diuersa sunt hæc, multa & apta dicere.
σὺ δ' εὔτροχον μὲν γλῶσσαν ὡς φρενῶν ἔχεις,
ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες. *Euripides.*
Tu linguā habes vir vt sapiens volubilem, Verùm tuo in sermone nulla mens inest
εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ κἀ ταχέως λαλεῖν
ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες
ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ. *Nicostratus.*
Si continuò multa celeriterque dicere Signum foret prudentiæ, tum hirundines
Dici hominibus sapiētiores par foret. Moschus canens Bœotiū. V. Swiégotliwy,
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis. *Cato.*

πᾶσιν ἔνεστι λόγος, τὸ δ' οὐ νῦ ὀλίγοισι φρόνημα. *Plautus.*
Sine virtute argutum (.i. *facundum*) ciuem mihi habeam pro præfica. *Plaut.*
ἐτὶ τὰ πολλὰ ἔπη φρονίμως ἀπεφήνατο λόξως. *Thales. Laërtius.*
Non multis demonſtratur prudentia verbis.
Homerus laudat Menelaum pauciloquum & eruditum. V. Mało mowi.
Elephas beluarum omnium maxima & prudentiſſima, linguam adeò exiguam habet vt ægrè poſſit conſpici. Ariſtotel. *Affine,* Mieý ięzyk. Milczeć lepiey. Milczenie głupiego.

Trudno zatáić ábo zátrzymać co nowego / dwornego / ſmacznego.
Swierzbi ięzyk tego / co wie co dwornego.
Flammam à ſapiente faciliùs in ore ardente opprimi, quàm vt bona dicta teneat (.i. *ſilentio contineat*) *dixit Ennius apud Cic.*
Sic apud Iobum c. 32. Eliu Buzites, poſt multa his ſimilia, ait: Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit. Loquar & reſpirabo paululùm. &c.
Inſignis locus ſi S. Gregorium interpretem adhibeas.
Simile quid apud Ieremiam c. 4. ſed alio affectu. Ventrem meum, ventrem meum doleo. &c. non tacebo. &c. *Martialis de Philomuſo:*
Artibus his cœnam ſemper Philomuſe mereris,
Plurima dum fingis, ſed quaſi vera refers. Scis. Scis. Scis &c.
Tolle tuas artes, hodie cænabis apud me,
Hac lege, vt narres nil Philomuſe noui.
Vide Mié oſtoi śie. Táimenice trudno zátrzymáć.

Trudność vſtąpi / gdy wola / chęć przyſtąpi.
λεία ἰὼς καὶ καλάντης πορεία εἰς τὸ βελόμενον. *Plutarch.* Læuis & pronus eſt progreſſus ad ea quæ volumus. θελῆσαι δεῖ μόνον, εἶτά σοι πέπρακται τὸ πᾶν εὐμαρῶς. *Lucian.* Velle ſolum oportet, poſtea omnia facilè perficies.
Omne in amore malum, ſi patiare, leue eſt. *Properti.*
βελήθητι μόνον καὶ πάντα ἕψεται. *Libanius.* Velis tantùm & cuncta ſequentur.
Vulgare dictum. Volenti nil difficile. ἄπρακτον οὐδὲν τῷ θέλοντι ἢ δυσχερές. *A.*
Cuiuis volenti difficile factu nihil.
Quando volens graditur, crine vir attrahitur. *Anonym. rhythmic.*
Vide Chcącemu nic trudnego.

Trunék odmieni zdánie i mowę trzeźwiego.
Ináć o rzéczách ſądźiemy / gdy przy pełney posiędźiemy.
Anacharſidi quidam hoſpes dixit: Vxorem habes deformem. At ille. Porrige, ait, puer poculum, erit formoſa. inuenus illum vino delenitum mutaturum ſententiam. ex Athenæo. *Simile quid Martial.*
Omnia promittis cùm tota nocte bibiſti, Mane nihil præſtas. Mane bibe.
ἀλλάττει οἶνος τὸν λογισμὸν καὶ λόγον. Mutare mentem verbaq; ſolent pocula.

Trunék

Trunék ty iédno dobry day / o kubék ſrebrny nic nié dbay.

Quiſquam plumbea vina vult in auro? *Martial. q. d. potiùs in plumbeo ſeu vili calice des vina aurea ſeu bona, quàm contrà.*

Similia habet Iuuenal. Satyra 11. de ſupellectili menſæ ſimplici.

Nulla vncia nobis Eſt eboris, &c. quin ipſa manubria cultellorum
Oſſea, non tamen his vlla vnquam obſonia fiunt
Rancidula, aut ideo peior gallina ſecatur.
ὀστρακίνοις κυάθοις οἶνος καλὸς ἡδὺ πίνεται. *A.*
Fictilibus cyathis bona vina ſùáue bibuntur.

Trzéy M. o iédnem oßczépié.

ὁ γερύων ἁλοὺς θορῶν. Geryon haſtatus, *qui tricorpor fuiſſe fingitur.*

Lepidum epigramma habet Martial. l. 6. de Calliodoro, qui cùm vnum tantùm cenſum equeſtrem haberet cum fratre communem, ſe tamen Equeſtris Ordinis ciuem haberi volebat, & in ſubſelliis Nobilium ſedebat. quare poſt alia dicit illi Pòéta.

Surge, ſolœciſmum Calliodore facis. ſ. *in re & verbis. Vnus ſedetis, duo ſedes. Hoc facile eſt ad dictum Polonicum accommodare.* v. g.

Vnus cùm ſitis (*cenſu, armis*) ſcribi tria nomina (*pro tribus militibus*) vultis,
Fors haſta in bello ſufficit vna tribus!
Ni vos Geryonis triplicis denſamini in artus,
Haſta ſolœciſmum veſtra dat iſta grauem. *Tres haſtati vna haſta.*

Hermes ter vnus. *Martial.* οὐ δύο μάχεως ἐ θέμις ἐνὶ τῷ ξίφει. *A.*
Pugnare binos enſe non licet vnico. V. Dagon iéden.

Trzyma śie ták pijány płotá.

ὥσπερ λεπὰς προσίζεται. *Ariſtophan.* Inſtar oſtrei adhæreſcit.

Claudi more tenet pilam (.i. *columnam*) *Cic.*

ἀπρὶξ ἔχεσθαί τινος. *Lucian.* Mordicùs tenere aliquid. *Cic.*

Sufficit illi αὐτὸς ἔφα. i. ab alieno iudicio pendet. *Eraſm.*

Martial. de iucunda & hilari vita & gaudio. ait:

Hæc vtraque manu, complexuque aſſere toto,
Sæpe fluent imo ſic quoque lapſa ſinu. V. Kozá zá kozámi.

Trzymam co ſłábo / zá ogon.

Teneo aliquid digitis primoribus. *Ex Plauto. qui ait:*

Tenetis rem? R. Vix quidem hercle, ita pauxilla eſt, digitis primoribus.

Laciniâ obtinere. *Cic.* Lacinia tenere. *Plaut.* i. *extrema ora, modicè.*

ἀπ' ἐρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχεις. *Lucian* Cauda anguillam tenes.

τὴν ὦτων λύκον κρατεῖ *Plutarch.* Auribus lupum tenet. *Varro. Ad hunc ſenſum firmandum facit illud Plutarchi:* λύκον φασὶν τῶν ὤτων ἐ κρατεῖν. Aiunt Lupum non poſſe teneri auribus. *quia breues ſunt ratione corporis, non item vt lepori.*

φακῆ γωνίας κρατεῖν. *Suid.* Lenticulam angulo tenere. *nam ſic facilè elabitur.*

Posticulum recepit (i. *excepit, retinuit sibi*) cùm ædes vendidit. *Plauti adolescens prodigus in Trinummo.* i. *particulam quandam, quæ post eas ædes erat, non vendidit, sed retinuit. Gellius.*

Trzymay co maß, coś vchwyćił, czegoś dostał.

ὑμεῖς δ' ἀσπερχὲς ἔχεμεν μᾶλλόν τε πίεζεν. *Homer. de Proteo capiendo.*
Vos retinete arctè, multò & magè stringite vinclis. *De eodem Virg. sic:*
Sed quantò ille magis formas se vertet in omnes,
Tantò nate magis contende tenacia vincla.

Tu sęk. To twarda kostka.

Illud durum. *Terentij Phædria, audita difficili obiectione senis patris seorsum stans, tacitè cum Geta seruo loquens respondet.* Illud durum. τοῦτο *vel* ἐκεῖνο σκληρόν.
Hoc opus, hic labor est. *Virgil.* Dentem dente rodis. *Martial.*
Hoc loco (i. *argumento*) valdè vrgeor. *Cic.* κάρφεμμα λύειν. Nondum soluere. s. *difficile. Hesych.*

Tu śie pokaż. Tu śie popisuy. Teraz śie pokazuy.

αὐτὸς ῥόδος αὐτὸς πήδημα. Hic Rhodus, hic saltus. *Apud Æsopum quidam iactabat se Rhodi egregiè saltasse, cui alius quidam audiens respondit:*
ἰδοὺ ῥόδος ἰδοὺ πήδημα. Ecce Rhodus ecce saltus. *Dictum in eum qui gloriatur se fecisse quod nemo vidit, quo iubetur re ipsa quod dicit comprobare.*
Sic Martial. In Nævolum. Cùm clamant omnes loqueris &c.
Ecce tacent omnes, Nævole dic aliquid. Nunc illas promite vires. i. *depromite. Apud Virg. nautis dicitur.* ἔξιθι ὦ ἥλιε. *Eustathi.* Exorere Sol. *hortatur prodire in publicum veritatem vel virum doctum cum sua doctrina. Iunius.* πᾶιε τὸν ἀπ' ἀρότρου. *Pausanias.* Inflige *plagam* ab aratro. i. *fortiter percute vt solebat aratrũ pugno instruere loco mallei. Agricola dicit filio in certamen pugilũ ingresso & labanti.*
Prodi ex vmbra in puluerem & solem atque in aciem. *Ex Cic.*
Si patrij quid Martis habes, illum aspice contrà
Qui vocat. *Virg.* i. *qui prouocat ad certamen.*
Aude, atque aduersum fidens fer pectus in hostem. *Idem.*
Experiare licet, possit quid viuida virtus. *Idem.*
Χαλεπώτερον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γένηται. *Plutarch.* Difficillimũ esse opus quando in vngue lutum versatur. i. *Tunc in summa difficultate versatur opifex, quando summam manum operi imponit, & limando ac poliendo ad vnguem seu vngue explorat ne quid hiet ne quid protuberet vel asperum relinquatur, vt faciunt statuarij & plastæ, cùm lutum eis in vngue, vel vnguis in luto seu opere versatur. Transfertur idem ad alios artifices. Obseruauit Iunius & correxit Erasmi interpretationem.*
Digna res est vbi tu neruos intendas tuos. *Terent.* Palmariũ hoc tibi puta. *Ex eodẽ.*
Scis te mihi sæpe pollicitum esse, factis nunc promissa appareant. *Idem Terent.*
Si quidem istæc perfeceris, virtute Agathocli regi anteceſseris. *Plaut.*
Nunc ipsa vocat res. *Virg.* Bonus gubernator in tempestate artem suã ostendit. Nauta in tempestate, miles in fronte aciei cognoscitur. *Garner.* *Huc*

Huc illud. In puluerem & ſolem prodire. Wyſtąpić ná pláć. *Sic Cic.* Qui priuatim in porticibus ad voluptatem differunt; in xyſto ſpatiantur: qui in foro cauſas graues agunt; in ſolem & puluerem prodeunt, magnum periculum magnæ laudis ſpe ſuſcipientes. *Vicinum eſt illud Virg. & Horat.* Deſcendere in æquor, in campum. *Item* Deſcendere in arenam. *Eraſm.* W gránki wſtąpić.

Aſter gẽma in nocte profunda inſtar ignis lucet. Hermeſianax. Chryſopraſus Æthiopicus, in luce non agnoſcitur, in tenebris lucet nocte igneus, die pallidus. Iſidorus, Solin. Smaragdus contrà inſignis, in luce & ſole eminet; vilis verò, obfuſcatur. Plini. Vnde in eũ, qui præpoſterè ſe occultat, cùm apparere & ſpecimen præbere oportebat, ceu paradoxon dicitur. δείγνωτος ζμάραγδος ἐν τῷ φάει σκοτεινός. Inſignis Smaragdus in luce eſt obſcurus. *Adde apologum Phædri de fucis apum fauos ſibi vſurpantibus, quos cùm Veſpa iudex lectus, probationis gratia iuſſit mel in ceram ſubitò indere, non potuerunt, & ſic fauis abdicati ſunt.*

Nunc amici an inimici ſis imago ſciam, nunc ſpecimen ſpectur (.i. *aſpicitur*) nunc certamen cernitur. (.i. *committitur.*) *Plaut.* *Vide* Vá zlem ráżić śie pokaż.

Tu ſtoi á indzié ſwe brot. Przy mnié ſtoi / á przećiw mnié ſtuko ſtroi.

ἔνθεν ἑστάναι, ἐκεῖθεν δὲ ζωίσασθαι. *Vel.* ἐμοὶ συνίστασθαι, ἐκείνῳ δὲ ζωηγορεῖ. *A.* Hinc ſtat, illinc cauſam dicit. *In Menæchmis Plauti, filia patrem ſuum aduocauit contra maritum, iniuriam ſe ab illo pati conquerens; ſed patre maritum defendente, reſpondet illa:* Non equidem te mihi aduocatum pater adduxi, ſed viro.

Hinc ſtas (*iuxta me*) illinc cauſam dicis. (*maritum aduuas.*)

In Caſina item quidam aduocatus indignabundus loquitur.

Contriui diem Dum adſto aduocatus cuidam cognato meo.

Quem hercle ego litem adeò perdidiſſe gaudeo.

Ne me nequicquam hodie ſibi aduocauerit. i. *ne ſine damno mea opera vſus ſit. Melùs apud Terentium alius.* Aduerſúsne eum cauſam dicerẽ cui aduocatus venerã?

Twarz łácno wynurzy / co śie w ſércu burzy.

Twarz vmyſłu zwierćiádło / wyda wnét co tám pádło.

Vulgare dictum. Vultus index animi. *Ab indice horologij aliqui trahunt.*

Animi imago vultus eſt. *Cic.* *Rectè* & Speculum *voces.*

ἔκτυπον ἐστι σήμα τοῦ ὄψεως. *A.* Vultus latentis pectoris ſpeculum patens.

Vultus & frons animi eſt ianua, quæ ſignificat voluntatem abditã ac retruſam. *Cic.*

Cor hominis immutat faciem eius, ſiue in bona ſiue in mala. *Eccleſiaſtici. c. 13.*

γνοίη δ' ἂν ὡς τὰ πολλὰ γ' ἄνθρωπον τρέπει
τὸ χρῆμ' ἰδών τις, εἰ πέφυκεν εὐγενής. *Euripides.*

Vt plurimùm cognoſcere poteſt quis hominem,

Vultu eius inſpecto, an ſit ortu nobilis.

Is erat Apronius, qui, vt ipſe non ſolùm vita, ſed etiam corpore atque ore ſignificat, immenſa aliqua vorago eſt, aut gurges vitiorum turpitudinumq; omnium. *Cic.*

Nõ ſolùm exoratione ſed etiam ex vultu & oculis & fronte meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. *Cic.*

Licet ipſa negeſ Vultus loquitur quodcunque negas. *Seneca Oetæo.*
Quid tacita verſas? Licet ipſa fileas totus in vultu eſt dolor. *Idem Agamem.*
Effare, dubitas? cur genas mutat color? Quid verba quæris? *Idem Oedipo.*
Multa turbatus ſolet Deregere vultus. magna nolentem quoque
Conſilia produnt. *Idem Thyeſte.*
Mentis vitio læſa figura tua eſt. *Ouid. i. palles ex amore.*
τὸν Αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεως γινώσκω. Æthiopem ex vultu cognoſco.
οἵα γὰρ ἡ μορφὴ, τοιᾶδε καὶ ἡ ψυχή. *Planudes de Æſopo in vita eiuſdem.*
Qualis eſt forma; talis & anima. *De Æſopo tamen hoc falſum erat.*
Ex viſu cognoſcitur vir & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. *Eccleſiaſtic. 19.*
Deprendes animi tormenta latentis in ægro
Corpore, deprendes & gaudia, ſumit vtramq; Inde habitū facies. *Iuuenal.*
ἐὰν μὴ λέγῃς σὺ φανῇ δῆτα τῷ δέρματι. Vt nil loquare, è pelle noſcitur tua.
E plumis & cantu auis cognoſcitur. *Garner. Gallic.* *Ideò Pſeudolus apud Plautum hero fraudem ſtruens, tegit illam ficta confidentiæ ſpecie, & dicit:*
Decet innocentem ſeruum ſuperbum eſſe apud herum ſuum.
Similem ſe exhibet Tyndarus mendax in Captiuis eiuſdem. *In Phormione Terentij Geta docens Antiphonem fingere vultum innocentis filij apud patrem dicit:*
Nunc cùm maximè opus eſt vt ſis apud te.
Nam ſi ſenſerit te timidum pater eſſe; arbitrabitur Commeruiſſe culpam. &c.
Quid ſi aſſimulabo? Satin' eſt? — Vultum contemplamini, hem
Satin' ſic eſt? Non. Quid ſi ſic? Propemodum. Quid ſi ſic? Sat eſt. *Hæc Terent.*
Vultus ſæpe tacens, ſigna loquentis habet.
Vultu talis eris, qualia mente geris. *Anonym. rhythmi.*
Te prodet facies, cùm male quid facies. *Idem.*
Eſt facies teſtis, quales intrinſecus eſtis. *Idem.*
Diſtortum vultum ſequitur diſtortio morum. *Idem.*

Affine, Swmnienie z twarzy poznáć. Oko do ſercá okno.

Twem cie orężem porobię.

Tuo te gladio iugulo. *Ex Terentio qui ait:* Suo ſibi hunc gladio iugulo.
In tuum ipſe mucronem incurras neceſſe eſt. *Cic.*
Hunc telo ſuo ſibi malitia ſua à foribus pellere. ſ. *oportet. Plaut.*
πρὸς ἡμῶν τὰ τοξεύματα λαβὼν, καθ' ἡμῶν ἐτόξευσας. *Lucian.*
A nobis iacula ſumpta, in nos iaculatus es. *Muta perſonam prout commodum eſt.*
ἐκ δὲ βοὸς σοῦ ἱμάντας λήψομαι. *Plutarch.* Ex ipſo boue lora ſumam.
Tabellis obſignatis tecum agam. i. *tuo teſtimonio & ſcripto obſignato te conuincã ex Cic.*
Tuis te pingam coloribus. *Plini.* Ornabo te ex tuis virtutibus. *ex Terent. i. flagitiis.*
Perillus taurum. ſ. *æneum, ſuo malo fecit, nam in eo primus combuſtus eſt.*
Fatale fuit me furari, *dixit ſeruus Zenoni fatum aſſerenti: & Zeno ei viciſſim:*
Fatale eſt etiam vt te cædam. *Laërtius.* *Apud Plautum quidam crimen excuſans ait:*

Deos

Deos credo voluiſſe. *Rot alter.* At ego deos credo voluiſſe, vt apud me, te in nerue enecem. *Lacon reo dicenti,* Se nolentem peccaſſe, *reſpondit:* Nolens etiam pœnas dabis. *Plutarch.* Suis artibus petere aliquem. *Liuius.*
Hic eſt gladius quem ipſe feciſti. *& plura ſimilia. V. ſub* Vá śie rozgę dał. *&* Sam ſobie winien. Sam śie ßpéci. *Vide item reſponſum ſerui Piſonis ſub* Z réieſtru ſtuży.

Twierdzić vporniè co/ teſt głupiego: Zda mi śie ták ieſt/ mowa mądrego.

ARBITROR *verbo vtebantur Romani in rebus magni momenti, timentes errorem. Sic Cic. de Iudiciomaro.* Qui primùm verbum illud conſideratiſſimum noſtræ conſuetudinis ARBITROR, (quo nos etiam tunc vtimur, cùm ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipſi vidimus) ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe ſcire dixit. *Arbitror etiam vox Arceſilai eſt apud Laértium.* Feciſſe videri *apud Cic. iudices pronuntiabant, cùm reum criminis conuictum, pœna dignum ſignificare volebant. Idem Cic. laudat maiorum diligentiam, qui voluerunt, eum qui teſtimonium diceret,* vt Arbitrari ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet: *quæſq; iurati iudices cognouiſſent,* ea, non vt eſſe facta, ſed vt Videri, pronuntiarent.
πρεσβύτεροι ἴσασιν ὀδέν καὶ ἀμφισβητοῦντες προσθέασιν ἀεὶ, τὸ ἴσως, καὶ τάχα. καὶ πάντα λέγουσιν ἔτω. παγίως δὲ ὀδέν. *Ariſto:.* Senes nihil ſciunt, & dubitantes apponunt ſemper Forte, Fortaſſis: & omnia ſic dicunt, aſſeueranter autem nihil. Puto ita eſſe. Niſi fallor ita eſt. *Bloſius. Thomas à Kampis.*

Twoié to ßtuki wymyſły. Tyś tégo ſprawcá. Tyś tégo nawárzył.

Tu es huic rei caput. *Terent.* Túte intriſti. *Idem.* Tu princeps, architectus, machinator, fons & caput. Cauſa & fons mœroris. Seges, materia, gloriæ alicuius. *Cic.* πηγὴ καὶ ῥίζα. Fons & radix. Tu Sator ſartorque ſcelerum & meſſor, adde & occator. *Plaut.* Tu hanc ſementem malorum feciſti. *Cic: dicit.* A dijs tantam ſementem malorum arbitremur eſſe factam!

Twóy rzad niech będzié.

Ad loquendum atq; ad tacendum túte habeas portiſculum. (i. *virgam quâ remigibus ſignum dabatur nauigandi & conſiſtendi.*)
Et meam partem loquendi & tuam trado tibi. *Plaut.*
Tu reſtim ductato licet. *(inter ſaltantes) Ex Terentio.*

Twóy teraz czas.

λέγε, σοὶ γὸ ὕδωρ νῦν ῥεῖ *Lucian.* Dic, tibi enim aqua iam fluit. (*in clepſydras*) Ζοὶ ὕδωρ ἐκκέχυται. *Idem.* Tibi aqua infuſa eſt. *Apud eundem eſt:* ἔγχει ἀποκρινουμένῳ. Infunde reſponſuro. *Noſtro more dices:* Verte clepſydram.

Tyſem wypuśćić. Milczkiem zbyć. Niepoczćiwie odprawić.

ψευδοθύρῳ ἀποπέμπειν. Pſeudothyro dimittere. i. *falſa vel poſtica porta.*
τ' αὐλείῳ εἰσαγίσθαι, παραθύρῳ ἀποκλείσθαι. *Ex Plutarcho.* Antica receptum poſtica excludere.

Tyſſo

Tylko mie tu cień.

Vmbram & imaginem tantùm meam videtis. *Ex Cic.* (chżiac.
Hîc ſum & hic non ſum. Præſens abſum Animus eſt alibi. *&c.* V. Słucha nie ſłu.

Tylko vkazat / rozłákomit.

τὸ θέατρον ὁμῦ ἀνοίξας ἔκλεισεν. *Heliodorus.* Theatrum ſimul aperuit & clauſit.

Tyś mądry. *Ironia ſtultum perſtringens.*

Salue Thales. *Plaut.* Χαῖρε Θαλῆς. *Sic Ariſtophan. Geometræ ærem ſe menſurum pollicenti dicit.* ἄνθρωπ' Θαλῆς. Homo Thales. *Nos dicimus.* Mity Sáłomonié. Mity Filozofié.

Tytuł fałſzywy / pochlebny. Tytuł bez rzéczy. Miecha bez piwá / winá.
Mercenarium præconium. *Cic. ait.* Multis verbis mercenario præconio ornatum edicti caput. *al.* Proæmio. ἐν θύρᾳ καλός. *Ariſtophan.* In oſtio formoſus.
ἐν τῷ μετώπῳ νῶν ἔχει μόνον — *Amphis.*
In fronte tantum mentem habere cernitur.
Libri inepti titulus ſpecioſus. *Alludit Lucianus.* V. Dworſki żywot.
Cicero quoq; carpit Philoſophos, qui de contemnenda gloria libros ſcribentes, nomen ſuum illis inſcribunt, & in eo ipſo in quo prædicationem deſpicere videntur, prædicari ſe volunt. atq; aliud in titulo aliud in libro ponunt. quin titulo librum inanem reddunt ac euacuant. *Sic Seneca.* Aliud in titulo aliud in pyxide.
ἀνδρεῖ' ἐν τῷ πίνακι. *Plutarch.* Fortis in tabula picta. *de eo qui ſuorum maiorum aut ciuium aut gentilium fortium ſtemmata imagines, ipſe ignauus oſtentat.*
Sic Nobilis Doctus &c. *in tabula.* *Adde illud Julio & Cæſare Conſulibus. explicatum ſub* Sam chcę rządzić. *Sonat enim Titulum glorioſum falſum.*
Affine, Máſzkará. Niéſzczery Promot. Znáczey mowi.

V.

Vbiwſzy nie daſz śie náplákáć.

Sic fermè Cic. in Piſonem. Mœrorem relinquis, mœroris aufers inſignia. *Item.* Eripis lacrymas, non conſolando, ſed minando. quod nulla in barbaria quiſquam Tyrannus fecit. *Item.* Quis hoc fecit vlla in Scythia tyrannus, vt eos quos luctu afficeret, lugere non ſineret? *Benigniùs Vlyſſes in Troade Senecæ Andromachæ roganti moram cædis filij, reſpondit.*
——— Arbitrio tuo, Implere lacrymis. fletus ærumnas leuat.
οὐδεὶς ὀδύρεται μυόμενῳ Nemo luget vel lamentatur clauſis labris.
Heu quam miſerum eſt ab eo lædi, de quo non poſſis queri. *P. Syrus.*
Miſerum eſt, tacere cogi quod cupias loqui. *Idem.*
δεινὸν τυπέντα κωλύεσθαι κλαυθμυνῆς. *A.*
Graue eſt vetari flere cùm percuſſus es. V. Náplákáć śie.

V Bogá to w rękv. Bóg tem władnié. Nié w mey to mocy.

Sperat quidem animus, quò eueniat, dijs in manu eſt. *Plaut.*

— ἐν τᾶυτα θεῶν ἐν γόναϲι κεῖται. *Homerus.* Et hæc in genibus deorum ſunt.

νῦν δ' ἕπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μὰν τέλος *Pindar.*

Nunc ſequor ego quidem, aſt in Deo eſt ſitus exitus. *Simile illud eſt.*

ἐν πέντε κριτῶν γόναϲι κεῖται. *Zenodot.* In quinque iudicum genibus ſitum eſt. .i. *arbitrio, poteſtate.*

Vbogi ćierpliwy.

Pauper læſus tacebit. *Eccleſiaſtic. 13. Apud LXX eſt:* πτωχὸς ἠδίκηται καὶ αὐτὸς παρακαλέϲει. i. Pauper iniuria affectus eſt & ipſe (*tamen*) deprecabitur, ſupplicabit lædenti.

Vbogi gdy bogatemu daruié / żebrzé / albo co kupuié.

Cùm forte pauper diuiti quid dat, petit. *Garner.*

ὅταν τι πτωχὸς πλουσίῳ δοίη, αἰτεῖ. *A.*

Eleganter in hanc ſententiam Iſocrates ad Nicoclem diſſerit. (Latinè tantùm pono)

Qui vobis ô Nicocles regibus donāt veſtes, æs, aurum elaboratum, aut quiduis harum rerum, quibus ipſi indigent, vos verò abundatis; omninò mihi videntur non donationem ſed mercaturam facere, & artificioſiùs iſta vendere, quàm qui manifeſtè adulantur. ἐ βέλομαι πλουσίῳ δωρεᾶϲ πέτης,

μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἐ διδὰϲ αἰτεῖν δοκῶ. *Euripides.*

Donare pauper nolo ego aliquid diuiti,

Ne videar amens, atq; donando petere. V. Tłuſty poléć mázáć.

Vbogi tacno śie pożywi / leda gdźié śie przytuli.

ἀετὸϲ πολὺϲ καλιᾷ λεπτὸν ὄρνιν ἀμφέπει. *Nazianzen.*

Magna aquila paruam nido auem complectitur.

Quod aquilæ è præda cadaueris ſupereſt, corui edunt. *Plinius.*

Paupertas parui poſſeſſio. *Seneca.* **Vbogiemu nié wiéle trzébá.**

Pauper cui opera vita erat. *Terent.* i. *qui manu victum quærebat Græcis* χειρώνακτος.

Ad lampadem diuitis pauper noctu incedit ſine damno illius.

παρακλύσομαι. *Suidas.* Vna lauabor. *dicitur de eo qui tenuis cùm ſit, inſinuat ſe in ſocietatem alterius ditioris ſuo aliquo commodo, exiguo vel nullo alterius incommodo vel damno. Tractum à more priſco pauperiorum, qui vnà cum diuitibus lauantes, ſpongiis, guttis, ſtrigilibus & alia ſupellectile eorum vtebantur.*

Vbogi nié ieſt co ma potrzeby. Bogactwá wielkie na malé przeſtawáć.

Quod ſatis eſt, cui contingit, nil ampliùs optet. *Horati.*

Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus. *Idem.*

ἔχων ἀναγκαῖα βίᾳ, ὃϲ ἔϲτιν πένης. *A.* *Item Horati.*

Si vętri bene, ſi lateri eſt pedibuſq; tuis; nil Diuitiæ poterũt regales addere maius.

ἀρκέμενος παρ᾽ὀλίγοις ἐστὶ πλούσιος. *A.*

Similis est sententia Theocriti, ex qua videtur hæc formata, sed longior.

An parùm habet qui non alget, nen esurit, non sitit? Plùs Iupiter nō habet, *Seneca.*

Benè est cui Deus obtulit Parca quod satis est manu. *Horat.*

Magnas esse diuitias lege naturæ compositā paupertatem. *Epicurus apud Senecam dixit.* Vtar & ex modico quantùm res poscet acerno Tollam. *Horati.*

Mensura tamen quæ Sufficiat census, si quis me consulat, edam.

In quantum sitis atque fames & frigora poscunt. *Iuuenal.*

Quanquam sumus pauperculi, est domi quod edimus. *Plaut.*

Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia. *P. Mimus.* Vbogi niema tego owego / á bogacz tákomy wßyſtkiego.

Vbogi me toż ieſt co żebrak.

Non est paupertas Nestor habere nihil. *Martial. de quodam qui mendicus cùm esset, contemnere se opes præseferebat & hinc laudem captabat. Cùm pauper sit, qui habens saltem necessaria, plura non appetit.*

Pulchrè hæc duo distinguit Aristophan. in Pluto actu 2. scæna 5. inter alia multa dicens: πτωχῷ μὲν γὰρ βίος — ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα, ὁ δ᾽ ὀλίγα πένης, ζῆν σῴζόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα. Mendici vita est, nil prorsus habendo viuere: pauperis verò, viuere parcè, & rebus gerendis operam dare. *Plura ibidem quæ etiā collegit Suidas sub verbo* πτωχείας ἀδελφὴ πενία. *Suidas.* Mendicitatis soror paupertas.

Sed præstantior est Paupertas Christiana, quæ etiam necessaria contemnit. de qua SS. interpretes multa afferunt ad illa verba: Beati pauperes spiritu. Nestor Horatianus similis est Furio Catulli: cuius mendicitatis commoda vbi irridens idem enumerauit, addit.

Hæc tu commoda tam beata Furi Noli spernere nec putare parui

Et sestertia quæ soles precari Centum, desine; nam sat es beatus.

Vbogi obiad i y bogátemu podczás ſmácznieyßy.

Plerumque gratæ diuitibus vices, Mundæque paruo sub lare pauperum

Cœnæ, sine aulæis & ostro Solicitam explicuêre frontem. *Horat. Mæcenatem ad pauperem suam cœnam inuitans scripsit.*

Sic Euander apud Virg. Æneam in tugurium Herculis inducens, ait:

Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum

Finge deo, (*Herculi*) rebusque veni non asper egenis.

——— Subiêre minores Sæpe casas Superi. *Ouidi.*

ἐνίοτε βασιλεῖς τέρψεν ἀγροικος βίος. *A.*

Quandoque agrestis mensam placuit regibus.

In hanc sententiam est tota fere epistola 18 Senecæ, præclaris documentis plena. Inter cætera dicit: Interpone aliquot dies quibus contentus minimo ac vilissimo cibo, dura atque horrida veste, dicas tibi: Hoc est quod timebatur? &c. Tunc exultabis dupondio satur. &c. In hoc victu voluptas est stabilis & certa.

Artaxerxes Mnemon cum in fuga hordaceum panem cum ficubus ederet dixit: Dij boni cuiusmodi voluptatis hactenus expers fui! *Plutarch.*

Vbogi

Vbogi rzádko vczony ábo záwolány.

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi. *Iuuenal.* Rara in tenui facundia panno. *Idem.*
πενία δ' ἄπιμον καὶ τ' εὐγενῆ ποιεῖ. Vel nobiles inopia facit ignobiles.
πολλοὶ πλοῦτον ἔχουσιν ἀιδρεῖς, οἱ δὲ τὰ καλὰ
ζητοῦσιν, χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ. *Theognis.*

Multis diuitiæ ignaris adſunt, at honeſta Qui quærũt, grauis hos pauperies cohibet.
οὐκ ἂν γένοιτο φρόνημα εὐγενὲς ἐν ἀνδράσι ἀπορουμένοις τ' καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων. *Halicarnaſſ.* Nil generoſum poteſt ſapere vir, qui quotidiano victu (*neceſſario*) caret.
Sed mihi ſordes Nudaq; paupertas & adũco fibula morſu Obſtiterũt. *T. Calpurni.*
ὕδωρ τε πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις. *Demetri. Halicarnaſ. de Poëta.*
Aquam bibendo, nil parere poteris boni. *Et Iuuenal. de Virgilio.*
Quodſi Virgilio puer & tolerabile deſit
Hoſpitium, caderent omnes à crinibus hydri,
Surda nihil gemeret graue buccina. i. *non caneret bellum à furiis excitatum.*

Vulgò dicitur. Difficile eſt pauperem philoſophari.
ὡς χαλεπόν ἐστι τὸν πένητα φιλοσοφεῖν! *A.*
ἡ πενίη θυμοφθόρος. *Heſiod.* Paupertas corrumpens animum.
ὁ πλοῦτος ἐστὶν ἐφόδιον τ παιδείας. *Suidas.* Opes viaticum ad ſcientiam bonum.
Huc illa. Honos alit artes. *Cic.* Sint Mæcenates &c. *Horat. Cancri echini & alia oſtrea aũ conchylia cum lunæ lumine creſcunt. Plini. Gelli. Bellonius. Sic eruditi cum liberalitate principum vel opulentorum.*

Vbogi śmiech lucki.

ὁ πτωχὸς καταγέλαστος. Pauper ridiculus eſt. *Sic Iuuenalis.*
Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit. *Item.*
Quid quòd materiam præbet, cauſaſque iocorum Omnibus hic idem?

Et apud Plautum Paraſitus Gelaſimus ſic de ſe in Sticho prædicat:
Gelaſimo nomen indidit pater paruo mihi,
Quia inde iam à pauxillo puero ridiculus fui,
Propter paupertatem adeò hoc nomen repperi.
Eò quia paupertas fecit ridiculus forem. *Idem* iocos ridiculos ſe vendere prandio cœna &c. proclamat. *Ibidem quidam ait:* Ex Gelaſimo (.i. *ridiculo, faceto*) nolle ſe fieri Catagelaſimum. (.i. *deridiculum, & deriſui eſſe*)

Vbogi ſwobodny. Ná vbogiego nikt nié waży.

ἐλευθερία, ἡ ἀκτημοσύνη. *Crates.* Libertas, inopia.
πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά *Philetas.*
Quiuis egenus magna lucratur (.i. *euadit*) mala.

V. Vbogi wßedy béſpiéczny. Chudobié zißey.

Vbogi trocha nié gárdzi. Zébrak nié przébiera.

—— Non eſt veriſimile hominem pauperem
Pauxillum parui facere, quin nummum petat. *Plaut.*

λέχεται γὴ ζῶλον ἀλήτης. *E Pauſania Plutar-* Accipit & glebam erro.
πωλοῖο πήρα παντὸς ἐχὴς, ὁπῶν λάβοι. *A.* Mendiculorũ pera recipit quidlibet.

Vbogi wſzędy béſpiéczny.

Etiam in obſeſſa via pax pauperi. *Seneca.* Nudum latro tranſmittit. *Idem.*
Inops audacia tuta. *Petronius.* Paupertas à diſpendio tuta. *Symmachus.*
Cantabit vacuns coram latrone viator. *Iuuenal.* Dolia nudi
Non ardent Cynici, (*teſtacea*) ſi fregeris, altera fiet
Cras domus, atque eadem plumbo commiſſa manebit. *Idem.*
Pauperem vnum centum viri ſpoliare non poſſunt. *E Chryſoſtomo.*
Sæpiùs & fideliùs pauper ridet. nulla ſolicitudo in alto eſt. etiam ſi qua incidat cura, velut nubes leuis tranſit. Felicium hilaritas ficta eſt, grauis & ſuppurata triſtitia. *Seneca.* Vbogi cześćicy i prawdźiwiey węſoły.
ἀνδρὸς πένητος δὲ ἐν ἀσφαλέστερον. *Nazianz.* Securius nil paupere (*inuenies*) viro.
Anguſta capitur tutior in menſa cibus. *P. Syrus.*
Nulla aconita bibuntur Fictilibus. *Iuuenal.* Egeſtas facile habetur ſine damno. *Saluſti.* *Catullus in Furium pauperem. poſt alia dicit* (*licet per ludibrium.*)
—— Nihil timetis. Non incendia, non graues ruinas,
Non facta impia, non dolos veneni, Non caſus alios periculorum.
Huc facit apologus Phædri de duobus mulis, quorum alter ferebat pecuniam, alter ordeum, occurrêre prædones, illum pecunia ſpoliárunt, hunc cum ordeo dimiſerunt.
Qui vacuus vadit, res ſibi nulla cadit. *Garner.* V. Chudobié ćiśćy.

Vbogi zdrowy.

ἡ ὑγιείας μήτηρ ἡ ἀπορία πέλει. *A.* Eſt ſanitatis mater indigentia.
Apud Lucianum Paupertatis comites Sanitas, Robur, Sapientia, Frugalitas, Quies, αὐταρκεια, Superuacaneorum contemptus &c. totum agmen cogit Fames.
Antiphanes vbi cœnam parcam deſcripſit, ſubdit hunc ſenarium.
τοιοῦτος ὁ βίος ἀπύρετος, φλέγμ' οὐκ ἔχων.
Talis diæta febre, pituita caret. *Sic Catullus in Furium, licet ludens.*
Furi cui neq; ſeruus eſt nec arca, Nec cimex, nec araneus, nec ignis. &c.
Nec mirum. bene nam valetis omnes, Pulchrè concoquitis &c.
Atqui corpora ficcióra cornu — habetis, Sole & frigore & eſuritione.
Quare non tibi ſit benè & beatè? A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua
Muccuſque & mala pituita naſi. &c. ſat es beatus.
Vide Martial. Epigramma, ſub Choroby délikat nié tácno zbedźié.

Vbogi zle ma v ludźi rozumienie. O vbogiem zlé poſpolicié trzymáią.
Parùm fidei miſeris eſt. *Saluſti.* Contemnere fulmina pauper
Creditur

Creditur atque deos, dijs ignoſcentibus ipſis. *Iuuenal.*

χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλός. *Alcæus.*

Pecuniæ ſunt vir (.i. *faciunt virum*) pauper autem nullus eſt bonus.

ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐστὶν ἡ τ' ἀδοξία. *Menander.*

Ignobilis vir habetur omnis qui eſt egens.

Qui pauperes ſunt, ijs antiquior officio pecunia eſt. *Cic.*

οἱ μὲν τὴν κακότητα καλαμπύψαντες ἔχουσι
πλούτῳ, τοὶ δ' ἀρετὴν ἑλομένη πενίη. *Theognis.*

Alij improbitatem tectam habent Opibus: alij virtutem pernicioſa paupertate.

Rara viget probitas, vbi grandis regnat egeſtas. *Garnerus.*

In paupertate magna, parua fidelitas. *Idem.* *V.* Žebrakowi nič wierz.

Vbogi z nedzé grzeſy.

Propter inopiam multi deliquerunt. *Eccleſiaſtici c. 27.*

πεινῶντι κλέπτειν ἐς' ἀναγκαίως ἔχον. Famelico eſt neceſſe furari viro.

Magnum pauperies opprobrium, iubet

Quiduis & facere & pati, Virtutisque viam deſerit arduæ. *Horati.*

ὑπὸ τ' ἀνάγκης πολλὰ ποιεῖμεν κακά. Neceſſitate plurima facimus mala. *Intellige inuitante, non cogente.*

καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακά,
πενία δὲ κρείσσων τ' ἐμῶν βουλευμάτων. *Eurip.*

Bene noſco qualia facere apparo mala, Sed conſilijs inopia fortior eſt meis.

χρημοσύνη κακὰ πολλὰ διδάσκει——ἄνδρα καὶ οὐκ ἐθέλοντα. Paupertas multa mala docet virum etiam nolentem.

In Trinummo Plauti Sycophanta ſic loquitur.

Viden' egeſtas quid negotij dat homini miſero mali!
Ego nunc ſubigor trium nummorum cauſa, vt has epiſtolas
Dicam ab eo homine me accepiſſe, quem ego, qui ſit homo, neſcio,
Neque noui, neque natus nécne is fuerit, id ſolidè ſcio &c.

Quiſquis inops peccat, minor eſt reus. *Petroni. Non in omni genere peccati tamen, ſed circa res neceſſarias.*

Vbogich iéſt naukà. Vboſtwo wiele dobrego nauczy.

Paupertas omnes artes perdocet, vbi quem attigit. *Plaut.*

Et laris & fundi paupertas impulit audax Vt verſus facerem. *Horat.*

Paupertas omnium artium repertrix. *Apuleius.* Quemcunque cum aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata eſt. *Idem.*

Fœcunda virorum Paupertas. *Lucanus.* Labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas. *Virg.*

ἀ πενία διόπαιε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,
ἁνὰ τᾷ μόχθοις διδασκαλος. *Theocritus.*

Vnica paupertas Diophantes ſuſcitat artes, Ipſa laborandi doctrix.
πενία γάρ ἐστιν ἡ τρόπων διδάσκαλος. *Antiphan.* Morum magiſter optimus penuria.
πενία τὴν σοφίαν ἔλαχε. *Zenodot.* Paupertas ſapientiam ſortita eſt.
ἀκανθὶς ἐν ἀκάνθαις εὐμελὲς καὶ εὔμουσον φθέγξεται. *Ariſtotel.* Acanthis in ſpinis ſuauiter canit. *Sic multi homines in re tenui ſapientiores & meliores euadunt.*
πενία σοφία αὐτοδίδακτος· ἃ γὰρ ἐκείνη τοῖς λόγοις πείθει, αὕτη τοῖς ἔργοις ἀναγκάζει. *Xenophon.* Paupertas eſt ſapientia, quæ per ſe vel ſine magiſtro diſcitur. nam quæ illa (*ſapientia*) oratione perſuadet: hęc (*paupertas*) opere ſeu re ipſa cōpellit exſequi.
Hominem experiri multa paupertas iubet. *P. Syrus Mimus.*

Vbogiego i ſwoi nié znáia. Vbogi máto ma przyiaćioł.

πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος. *Euripides.*
Amicus omnis longè amicum inopem fugit.
Nemo amicus. nemo propinquus, (*reo ab omnibus deſtituto*) *Seneca.*
πτωχῷ φίλοι οὐδὲ γενήτορες. Mendico ne parentes quidem ſunt amici.
Nil habuit Codrus quem nudum & fruſta (*panis*) rogantem
Nemo cibo, nemo hoſpitio, tectoque iuuabat. *Iuuenal.*
—— ἔγνως ἦτ' ἔπος· ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. *ex Epigram.*
Dictum hoc Scis, quod habenti nil. nullus amicus erit.
Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit. *Prouer. SS. c. 14.* Fratres hominis pauperis oderunt eum, inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. *Ibidem c. 19.*
Diuitiæ addunt amicos plurimos; à paupere autem & hi quos habuit ſeparantur. *Ibidem.* Quia egens relicta eſt ignoratur parens,
Negligitur ipſa, & negat hanc cognatam ſibi Demipho, negat, negat, & c.
At ſi talentûm rem reliquiſſet decē (*Stilpo pater puellæ*) primus eſſes memoriter. Progeniem veſtram vſq; ab auo atq; atauo proferens. *Terent. Phormio.*
ναυσικλείδου ἐρημία μήτ' ἔαρ μήτε φίλους ἔχει.
Nauſiclidis ſolitudo neque ver neque amicos habet. *Solitarius quiſpiam fuit.*
Martialis laudans Domitiani tempora, excipit hoc vnum dicens:
Eſt tamen hoc vitium, ſed non leue, ſit licet vnum,
Quod colit ingratas pauper amicitias. *quia diuites parui æſtimant & non compenſant ſuis clientibus ſeu pauperibus amicis operam, officia, ſtudia, obſequia eorum.*
Curia pauperibus clauſa eſt. *Ouid.* ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
πένητός ἐστιν. οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ
αὑτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
δεόμενον, αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ. *Menander.*
Difficile eſt inuenire cognatum Pauperis, nec enim vel vnus confitetur (ſtat. Ad ſe attinere auxilio aliquo Indigentē: petiturū enim ſtatim quidpiā putat, exſpe-
Cùm moritur diues, concurrunt vndique ciues,
Cum moritur pauper, ſequitur vix vnus & alter. *Anonym. rhythmic.*

Vbogiego

Vbogiego prośiatko drogie: ábo kłopot.

Vitulus pauperi caſtrum. ſ. *æſtimatione & vtilitate. Paulò aliter vſurpauit Oldendorpius, ad curam & ſolicitudinem referens, ſed & hoc locum hîc habet.*
Ouum pauperi bouis inſtar eſt. *Garner. Gallic.* Frumẽto carentes eruum magni æſtimant. V, Zły głod. τὰ γὰρ οἰκεῖα ἑκάστοις φαίνεται πολλοῦ ἄξια. *Ariſtotel.* Sua cuique videntur magni æſtimanda.
ἐν τοῖς ἐνδεέσι, καὶ τὰ μικρὰ τῶν κερδῶν, μεγάλα εἶναι δοκεῖ. *Vlpianus Rhetor.*
In rebus anguſtis etiã parua lucra, magna eſſe vidẽtur. *Affine,* Bázdemu ſwoie mito.

Vbogiego zdanie: nié dba nikt ná nie.

τοῦ γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί. Vanus putatur ſermo pauperis viri.
Pauper locutus eſt, & dicunt. Quis eſt hic? *Eccleſiaſtic. 13.*
——— ἐμοὶ δ' ἄφωνος χρημοσύνη, πολλῶν γνὺς ἂν ἄμεινον ἔπη. *Theognis.*
Mutus pauperie ſum, Quanquam alijs meliùs plurima perdidici.
— λόγος ὁ τῶν ἀδοξούντων ἰὼν καὶ τῶν δοκούντων αὐτὸς, ἑαυτὸν σθένει. *Euripides.*
Sermo profectus à viris inglorijs, Idẽ qui ab illuſtribus, idẽ haud valet tamen.
πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίᾳ δεδμημένος ἔτ' ἂν ἐπεῖν
οὐδ' ἔρξαι δύναιτ' ἀγλῶσσα δὴς ὁ δέδηε. *Theognis.*
Paupertate etenim deuincto lingua ligata eſt Vt facere & fari iam nihil ille queat.

Vbogiemu łácniey być dobrem. Vboſtwo złości mé rodzi.

Humi iacentem ſcelera non intrant caſam. *Seneca Thyeſte.*
ἡ πενία γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον. *Stobæus.* Paupertas officina ſchola virtutis eſt.
Et Calamitas virtutis eſt occaſio. *Seneca Philoſophus.* (ficax.
Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas Quondã, nec vitijs contingi parua ſole-
Tecta, labor, ſomniq́ue breues & vellere Thuſco (bant.
Vexatæ duræq́ue manus, ac proximus vrbi
Hannibal, ac ſtantes Collina turre mariti. *Iuuenal.*
Vide Bogactw przybywa. Bogáty rzadki ſprawiedliwy.

Vbogo ale chedogo.

Pauperies immunda domus procul abſit. *Horati.*
Poteſt eſſe non incompta frugalitas. *Seneca.*
Nec affectatæ ſordes, nec exquiſita munditia conueniunt Chriſtianis. *Hieronym.*
ἐθίζε δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον ἄθρυπτον. *Pythagoras.*
Sueſce tibi vt ſine delicijs ſit munda diæta.
Quanquam res noſtræ ſunt, pater, pauperculæ,
Modicè & modeſtè melius eſt vitam viuere. *Plaut.*
λεπτῶς καλῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ λαμπρῶς κακῶς.
Tenuiter & honeſtè viuere præſtat quàm ſplendidè improbè.
Paupertatem amo, ſordes non amo. *S. Bernard.*
Nam etiam in ipſis ſordibus poteſt eſſe iactantia, eoq́ue periculoſior quò ſub ſeruitutis Dei nomine decipit. *S. Auguſtin.*

Vboſtwo śmierći śię rowną.

Βίος βίᾳ δεόμενος ἐκ ἔστιν βίος. Vita victu carens non eſt vita. *Vel.* Vita haud vocanda eſt vita victus indiga.

Ἄδην πενίας βαρύτερον ἐστι φορτίον. Nō eſt onus inopia aliud magis graue. Melior eſt mors quàm vita amara. *Eccleſiaſtici 30.* Melius eſt mori quàm indigere. *Ibid. 40.* Paupertatem *Heſiodus vocat* ἄλαμένην, θυμοφθόρον. Pernicioſam, animi corruptricem. Staberius *apud Horat.* quoad vixit, credidit ingens

Pauperiem vitium, & cauit nil acrius. &c.

Τ' ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς, ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο μηδὲ κτήσατο.
ὅστις δὲ μὴ ζώντων τεθνεὼς περιπάσσει. *Antiphanes.*

Argentū & anima & ſanguis eſt mortalibus, Hoc qui caret nec cōparare niſus eſt,
Viuos is inter, mortuus circum ambulat.

τεθνάναι Φίλε κύρνε πενιχρῷ βέλτερον ἀνδρί,
ἢ ζώειν χαλεπῇ τειρόμενον πενίῃ. *Theognis.*

Mori care Cyrne pauperi melius viro, Quàm viuere graui preſſum pauperie.

πτωχεύειν πάντων ἐσ' ἀνιηρότατον. *Tyrtæus.* Mendicare omnium eſt intolerabiliſſimum.

Affine, Żywot w nędzy nieluby.

Vboſtwo zbytku potomek.

ἀσωτίας ἐστὶ θυγάτηρ ἡ ἀπορία. *A.*

Germana Luxuriæ eſt Inopia filia. *E Trinummo Plauti. vbi Luxuria filiam suam Inopiam trudit in domum adoleſcentis prodigi iam inopis, dicens:*

L. Sequere me mea gnata vt munus fungaris tuum.
I. Sequor, ſed finem fore quem dicam, neſcio.
L. Adeſt. hem illæ ſunt ædes. I. intrò nunciam. &c.

Poſtea ad auditores conuerſa Luxuria dicit: poſt alia, hæc:

Adoleſcens quidam eſt, qui habitat in hiſce ædibus,
Is rem paternam me adiutrice perdidit.
Quoniam ei, quî me aleret nihil video eſſe reliqui,
Dedi meam gnatam, qui cum ætatem exigat. *Sic & Claudian.*
Et Luxus populator opum, cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur Egeſtas. *Gallorum illud eſt.*
Luxurioſus ſimul euadit auarus. *nempe quia luxu ad inopiam redigitur.*

Vboſtwo złodźićyſka pokrywká.

κλεπτῶν παραπάλυμμ' ἐστὶν ἡ πενιχρότης. *A.* Solenne furum tegimen eſt penuria. Soli fures (*aſtuti*) de paupertate conqueruntur, dum volunt ſuæ vitæ ſcelera tegere. *Alexand. Seuerus apud Lampridiū.* Proinde cum diuites erunt omnes, *aut Ariſtoph.* ἔσθ' ὅταν κλέπτης ὁδὶς ἔσται. πῶς γὰρ κλέψαι μετὸν αὐτῷ; Ne fur quidem vllus erit. quo modo enim furabitur, cùm habeat ipſe?

Vboſtwo z mieſtawa ciągłe.

Si ad

Si ad paupertatem admigrant infamiæ, Grauior paupertas fit. *Plaut.*

Contrà verò: Dum existimatio est integra facile cõsolatur honestas egestatem. *Cic.*

καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς.

Egere præstat quàm scelere diteſcere. *Simile est illud suprà positum.*

λεπτῶς καλῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ λαμπρῶς κακῶς.

Parcè ast honestè viue, non lautè improbè. μᾶλλον ἀποδέχῃ δικαίαν πενίαν ἢ πλοῦτον ἄδικον. *Isocrates.* Præfer iustam paupertatem opibus iniustis.

Vcho iédno day ſkárżacemu; drugie choway obwinionemu.

Słuchawßy ábo mowiwßy zá báranem / trzébá téż ſłuchać ábo mowić z á wilkiem.

κρίνων τὸ γ' ἕτερον ὦς πάρεχε καὶηγόρῳ, ἕτερον ὁ μελέτω σοι σώφρονι τηρεῖν. *A.* Iudicans alteram aurem præbe accusatori, alteram vero cura reo reseruare. *Vel.*

Aurem alteram actori, alteram dato reo. *Sic Alexander orante accusatore, aurem alteram manu admota claudebat, dicens;* eam se reo reseruare. *Plutarch.*

Nemo innocens, si accusasse sufficit. *Iulian. apud Ammian.*

τίς ἐς' ἀναίτιος εἰ καὶηγορεῖν ἅλις; *A.* Si sat erit accusare quis erit innocens?

Vide affine huic. Sad béz drugiey ſtrony.

Vćiékáć mężnemu nié przyſłoi: By mu zginąć / plácu doſłoi.

In fuga, fœda mors; in victoria, glorioſa. *Cic.*

θανεῖν πρὶν αἰσχρὸν μὴ κατ' ἀξίαν τυχεῖν. *Euripides.*

Mori priùs (*præstat*) quàm turpe quid contra dignitatem accidat.

θάρσος μὲν μερόπεσσι κλέος μέγα, φύζα δ' ὄνειδος. *Q. Calaber.*

Fortitudo hominibus gloria magna, fuga autem dedecus. πολὺ λώϊόν ἐστιν τεθνάμεν' ἐν πολέμῳ ἢ ἀνάλκιδα φύζαν ἐλέσθαι. *Idem.*

Multò melius est Occumbere in bello quàm imbellem fugam capeſſere- *Hinc laus illa militum.* Pugnaciſſimus quisque in veſtigio occubuit. *Tacit.*

Contrà ῥιψάσπιδα *esse & dici, probrosum (i. abiecto clypeo fugere) vt de se fatetur Horat. dicens:* Et celerem fugam Sensi relicta non bene (*i. turpiter*) parmula.

Apud Isocratem lex militaris præcipua: τὸ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα. Non deſerere ordinem, nec fugere, nec abijcere arma.

Et apud Modeſtinum IC. est. Qui in acie primus fugã fecerit, ſpectantibus militibus propter exemplum, capite punitor. *Item* qui arma amiſerit.

Apud Homerum Diomedes Vlyſſem à fuga reuocat illo verſu.

μή τίς σοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

Ne quis te à tergo fugientem fixerit haſta.

Vczacy drugich ſam ście vczy. ábo douczą.

Homines dum docent, diſcunt. *Seneca.* οἱ διδάσκοντες διδάσκονται.

Munus & officium (*Pòéticum*) nil ſcribens ipſe docebo. *Horat.*

Isocrates rogatus cur ipse à causis & concionibus remotus, alios oratores probos efficeret, re-

ſpondit:

ſpõdit: καὶ αἱ ἀκόναι, αὐταὶ μὲν τεμεῖν ὐ δύνασθαι, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσι. Et cotes, ipſæ ſcindere non poſſunt, ferrum autem ad ſcindendum aptum (*acutum*) reddunt. *Id imitatus eſt Horatius dicens*: Fungar vice cotis, acutum

Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.

Ferrum ferro acuitur. *Prouer. SS. c. 27.* *Seneca epiſtola 27.* In eodem valetudinario cum alijs animo ægrotantibus iacere ſe, *ait; & tamen præcepta rectè viuendi eis tradit, & remedia morborum communicat.* Si cultrũ cultro exacuas, acuetur vterq;.

Vczen podczas miſtrza przechodzi.

πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλοις. *Cic. ex Comico quopiam.* i. multi diſcipuli meliores magiſtris. ſ. *ſunt, vel potiùs, euadunt poſtmodùm exercitatione præſtantiores.*

Quadrat in eum, qui cùm diſcipulus vel ſubditus ſit alteri; plùs illo ſapit, à quo doceri vel regi deberet, quod interdum accidit. Vel ironicõs in eum, qui ſapientior ſuo doctore eſſe velit, cùm non ſit. Item in eum, qui fraudem ab alio edoctus, eundem qui docuit decipit, & laqueus laqueum capit. Cum his non pugnat illud Chriſti apud Matthæum cap: 10. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. *intelligendum enim plerumq; & communiter, ita eſſe, ſed aliquando accidere oppoſitum: vel certè, non eſt ſuper magiſtrum, quandiu eſt diſcipulus; vel in eo, in quo eſt diſcipulus.*

Vczonego nagrobék.

Ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ μουσῶν

Ζεμνὰ ἐδάην. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὀλβια τοῦτο ἔμαρψε. *Laërtius. Epitaphium Cratetis factum ex Epitaphio Sardanapali, quod vide ſub* Ζῆζyway.

Hæc habeo quæ didici, & ſtudio aſſecutus ſum, & cum Muſis

Honeſta didici, cætera multa & opulenta faſtus rapuit.

Vczonem nie tácno / nie ládáiáko zoſtáć.

Non ſex paratur aut decem Sophos nummis. *Martial.*

γράμματα μαθεῖν δεῖ, καὶ μαθόντα νεῦν ἔχειν. Literas oportet diſcere, & diſcens mentem habeat, i. *non ſit ſtupidus vel ſupinus & ſegnis.*

ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὰ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς. *Hippocrates.* Vita breuis eſt, ars verò longa, tempus autem præceps. *Adde:* ἡ δὲ ἐμπειρία σφαλερά. i. Experientia porrò fallax. Literarum radices amaræ, fructus dulcis. *S. Hierony.*

Multa tulit, fecitque puer, ſudauit & alſit,

Abſtinuit Venere & Baccho ——— extimuitque magiſtrum. *Horati.*

ἐγκράτεια καὶ καρτερία ἀδελφαὶ πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, καὶ πρὸς εὐδαιμόνων οἰκητήριον ἄγουσες. *Cebes.* Abſtinentia ſeu continentia & tolerantia ſorores ad veram eruditionem & beatorũ domicilium ducentes. *Simile præceptũ Epicteti eſt:* ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Suſtine (*moleſta*) & abſtine (*iucundis noxiis.*)

Gutta cauat lapidem, non vi, ſed ſæpe cadendo.

Et doctus fit homo, non ter, ſed ſæpe legendo. *Anonym. rhythm.*

Ars certos, vſus promptos, imitatio reddit

Perfectos,

Perfectos, aſt hæc tria concurrentia ſummos. *Idem.*

ἡ ἀληθινὴ παιδεία ἐν πέτρᾳ ἀποκρήμνῳ, καὶ οὐδὲς πρὸς αὐτὴν δυσάνοδος; τραχεῖα καὶ πετρώδης, καὶ θύρα μικρά, *In Tabula Cebetis.* Vera eruditio in rupe prærupta & via ad eam inacceſſa aſpera ſaxoſa & ianua parua.

Vczony głowiek.

Bibliotheca animata & viuum Muſeum. ἡ βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον vocatus eſt Longinus Caſſius ab Eunapio.

ἀμιλλᾶσθαι καὶ ταῖς μούσαις τολμᾷοι vel δύνοιτο. *Ex Galeno.*

Certare vel cum Muſis audeat aut poſſit. *vt certauit Thamyris Thrax lyricen, ſed ab eis victus, & oculis orbatus eſt. quod tamen refellit Rhodigen. Vide & Chelpliwy.*

οὔτε μουσῶν οὔτε χαρίτων ἀπαίδευτος ἀνήρ. *Plutarch.* Neque Muſarum neque Gratiarum indigus vel expers vir. i. *nec indoctus nec inhumanus.*

ἀκαδημείας ἥκεις. Ex Academia venis. *De docto compoſito vel eleganti. nam Plato Academiæ præſes, elegantiæ erat ſtudioſus.*

καὶ νεῖν καὶ γράμματα οἶδας. Et natare & literas ſcit. *Pierius ex more Athenienſium, apud quos hæc laudi ducebantur & eruditos notabant. Vnde Octauian. Auguſtus nepotes ſuos vtrumq; doceri curauit. Et Caligulæ probro datum quòd natare neſciret. Vtrumq; Cynocephalo Ægyptij tribuebant.* Item μέλιττα μουσῶν. χαρίτων θρέμμα. Apis Muſarum. Gratiarum deliciæ. *Docti viri periphraſes.*

Porcus literarum. *Sic vocabat Varronem Palæmon magni nominis Grammaticus. quòd ſicut Suis carne nil lautius, copioſius, parabilius, variisq; condimentis aptius, vtpote quæ ſo propè fercula epulis gratiſſima ſuppediter; ita Varronis ſcriptis (licet ex ijs quamplurimis fragmenta tantùm exſtent) nil copioſius & magis varium eſt. quocirca etiam doctiſſimus & omnium diſciplinarum parens ab omnibus ſemper habitus & dictus eſt, non ſolum ab Ethnicis Cicerone, Quintiliano &c. ſed etiam à Chriſtianis Lactantio Auguſtino. &c.*

ἀηδὼν μουσῶν *Euripides.* Luſcinia Muſarum. *de inſigniter docto præſertim Pòèta.*

διπλᾶν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. Duplo vident plùs literas quotquot ſciũt.

Vczony głowiek / á zle po łácinie &c. mowi.

μάγειρος πονηρὸς ἁλίσκων. Coquus malè condiens.

In virum doctum qui vitiosè pronuntiat & peccat in quantitate ſyllabarum, & ſimilibus.

Vczony głowiek á zły.

Scholæ, non ſibi doctus. *In eum, qui ſcit quomodo alios doceat, & neſcit quomodo ipſe viuat. Ex Seneca. qui ait:* Scholæ non vitæ diſcere eos, qui doctrinam ſine virtute habent. ψευδοπαιδείαν. i. falſam eruditionem *appellat Cebes.*

Tales erant Philoſophi veterum pleriq; omnes, tales Phariſæi apud Iudæos, tales & nunc hæreticorum doctores & oratores. vtinam non inter Catholicos ſimiles reperiantur!

Epictetus de ſe: Erubeſco *inquit* Chryſippum (*philoſophum moralem*) alijs prælegens, ſiquidem facta verbis ſimilia & conſentanea demonſtrare nequeo.

Mores primùm, mox ſapientiam diſce, quæ ſine moribus malè diſcitur. *Seneca.*

Non eſt quod timeas, ne operam perdideris, ſi tibi didiciſti. *Idem.*

ἄλλους τὰ καλὰ (*vel* καλῶς) διδάσκει, αὐτὸς ζῇ κακῶς. *A.*

Docet alios benè, ipſe ſed viuit malè. *Symbolum huius aquilæ, quæ altè volat & cadaueribus viuit: ſic vir doctus impuræ vitæ. Heſychius.* V. Znáczey mowi.

Vczony przy dworzé/ béz pata niéwolnik.

λέων κρόκῃ δεθείς. *Lucian.* Leo funiculo vel filo vinctus. *In eum qui ſpe alicuius commodi in aula hæret, nil interim operæ pretium faciens, ſæpe etiam multa ſe indigna ferens, tantùm vt princeps dicat ſe talem alere virum.*

Exaggerat id inſigniter Lucianus De mercede conductis, vbi etiam Aulæ picturam imitatus Cebetem apponit. V. Dworſki żywot. *Non multùm abſimilis eſt Oda Græca Sapphica longiſſima & libelli iuſti inſtar, De Miſeria Pædagogorum Lutherani cuiuſdam. argumentum mihi arriſit, ſed ſcriptor more ſuo multa inepta falſa & impia extra chorum ſaltans admiſcet, Catholicos lacerat, Lutherum ad ſidera vſq; extollit.*

Dionyſius iunior alere ſe aiebat multos Sophiſtas, non quòd eos magni faceret, ſed vt propter eos in admiratione eſſet. Plutarch.

Vczony śic téraz nié pożywi.

Pauci nunc Marones quia pauci Mæcenates. *Ex Martiali qui ait (ſed contraho)*

Temporibus noſtris — Ingenium — miraris abeſſe Maronis. &c.
Sint Mæcenates non deérunt Flacce Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt. &c.

Magnum, ſemper inane, ſophos. *Idem.* i. *Egregiè docti, tenues inopes.*

Quam multi tineas paſcunt blattaſque diſerti! *Idem Martial.* W kačić léża.

——— Ciceroni nemo ducentos Nunc dederit nummos. *Iuuenal.*
——— Seſtertia Quintiliano Vt multùm duo ſufficient. *Idem.*
Spes nulla vlterior, didicit iam diues auarus
Tantùm admirari tantùm laudare diſertos, Vt pueri Iunonis aucm. *Idem.*

νῦν πεῖνα, δίψα, ψύχος ἀμπέχει σοφόν. *A.* Fames ſitis friguſq; nunc ambit ſophũ. *Vel imitatione Iuuenal.* Sapiens laudatur & alget.

Cum bene laudauit (*Pòétam*) laudato ianua clauſa eſt. *Ouid.*

βραχεῖα ζοφῷ τύχη παρεμπίπτει. *Epicurus.* Exigua fortuna accidit ſapienti. *Ex Cicer. De hac re multa habet Quintilian. libro de Cauſis corruptæ eloquentiæ.*

Ad rem faciunt verſus illi Cratetis apud Laértium, quibus perſtringit diuites profuſos in homines nihili, & parcos in ſapientes & vtiles.

τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ', ἰατρῷ δραχμήν,
κόλακι τάλαντα πέντε, συμβούλῳ κάπνον. πόρνῃ τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον.

Aſſignat coquo mnas decem, medico drachmam, (lum.
Adulatori talenta quinq;, conſiliario fumum, Scorto talentũ, philoſopho triobo-

Vczony z kśiąg. Kśiąg dość ma/ vczony.

Ad arculas ſedet. *Quintilian. de eo qui ita libris adhæret, vt ſine eis nil poſſit.*

ἐκ δὲ βιβλίου κυβερνήτης. *Galenus & Plutarch.* Gubernator ex libro. *Sic.* Doctus ex libro. *qualis Caluiſius Sabinus apud Senecam epiſt. 27. qui infelici memoriæ conſulere volens, ſeruos còëmit in Pöétis probè verſatos, & inter conuiuas eruditus volens videri, ab eis ſingula ſciſcitabatur. lepidè à conuiuis irriſus. Similis Calliphanes ſub* Cheꝛpliwy. *Lucianus ſcripſit librum Aduerſus indoctum multa librorum ſupellectile tumentem, quem acerbè obiurgat & irridet, docens eruditè librorum copiam non efficere hominem doctum.* Medicus ex commentario. *Manardus.* *Ipſe quoq; Seneca carpit doctos ex libro Epiſtola 33. dicens:* Turpe eſt ſeni aut proſpicienti ſenectutem ex commentario ſapere. Hoc Zeno dixit. Tu quid? Hoc Cleanthes. Tu quid? quouſque ſub alio moueris? aliquid de tuo profer. aliquid interſit inter te & librum. Quouſque diſces? iam & præcipe. Quid eſt quare audiam quod legere poſſum? *Hæc ille & plura talia. Nihilominùs ipſe iam ſenex ſcribens Lucilio, in qualibet ferè epiſtola aliquod dictum ex Epicuro profert. Et ſanè non video, cur docto etiam viro, non liceat ex alienis lectis vel auditis aliquid ad rem ſuam confirmandam vel ornandam adferre, cùm non apud Rhetores tantùm, ſed etiam apud Philoſophos ac Theologos admittantur argumenta ex locis externis petita, qualia ſunt oracula, teſtimonia, exempla, prouerbia, ſententiæ, apologi & talia. quæ magiſtri artium quam plurima collecta in promptu habere diſcipulos iubent. Nemo quoq; meminiſſe tenetur omnium, quæ vnquam legit vel audiuit, ſed recurrere ſine dedecore ad librum, & ex illo depromere ea quæ neceſſaria ſunt, poteſt. vt dictum illud vulgare ſonat:*

Liber eſt ſecunda memoria. *Et Polybius teſte Suida. Militare imperium tribus modis diſci ſolere ſcripſit.* 1. *eſt* τραπηγία ὑπομνηματικὴ. *ex libris & commentariis.* 2. μεθοδικὴ *ex virorum peritorum traditione.* 3. ἐμπειρικὴ. *ex vſu & exercitatione ac experientia. Sed & integra opera, multi viri docti Græci & Latini, ex alieno inſignia confecerunt. quales ſunt Ariſtoteles, Laërtius, Plutarch. Stobæus, Plinius, Gellius veteres, & poſteriores Rhodiginus, Alexander Neapolitan. Turnebus, Iſidorus, Bonauentura vt ſexcentos alios omittam. Multorum inſtar ſint Lipſij Politica & Philippi Boſqueri conciones, non ex memoria, ſed ex libris iiſq; plurimis & variis deprompta, quas tamen nemo non ſuſpicit, & ſine magna oblectatione nemo legit.*

Illud nihilominùs hîc fatendum eſt, eum qui ſe alicuius artis magiſtrum vel peritum profiteatur; debere paratum eſſe, vt de omnibus illius artis partibus, quantùm ad docendum ſatis eſt promere ex ſeſe poſſit. Nam huic turpe eſſet, in quouis euentu libros quærere vel voluere. Vulgaris rhythmus eſt:

Menti da, haud chartæ, quicquid cognoſcis in arte,
Nam ſi charta cadit, tum tota ſcientia vadit.

Sic Antiſthenes cuidam ob commentarios amiſſos cum dolore querenti, dixit: ἔδει ἐν τῇ ψυχῇ αὐτὰ κεῖσθαι μὴ ἐν τοῖς χάρταις καταγράφειν. *i.* Oportebat illa in animo potiùs quàm in chartis deſcribere. *Sic Zeuxidamus quærenti, cur Spartani leges ſcriptas adoleſcentibus legendas non proponerent, reſpondit, vt condoceſierent facinoribus potiùs egregiis quam ſcriptis animum aduertere. & Plutarcho.*

Vczyć śie od kogokolwiek godźi.

——— Fas eſt & ab hoſte doceri. *Ouidi.*

μάθοι γὰρ ἂν τις καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν σοφόν. *Suida.* Diſcere licet vel ab hoſtibus prudentiam. Ab omnibus libenter diſce quod neſcis. *S. Auguſtin.*

Aſinus vites putare hominem docuit. *Pierius.*

Sapientior omnibus eris, ſi ab omnibus diſcere volueris. *Hugo.*

Quod tu non noſti, nouit fortaſſis aſellus. *Idem ex Chryſippo.* (nić.

Quin olitor quandoq; eſt opportuna locutus. *ex Gellio.* V. Podczás w podłey ſukmáś ześ ráczéy, ieſt kiedy y chłop rzecze co dobrego. *A.* Bona diſcere à quocunq; nullum dedecus.

πάμπολλ' ἀπ' ἐχθρῶν μανθάνουσιν οἱ σοφοί. *Menander.*

Multa ab inimicis diſcere ſapiens ſolet. *Vt cautelam, prouidentiam, induſtriam, vigilantiam, dolos, arma, machinas, &c. in bello.*

Vczyć śie záwſze nie ſromota. Záwſze iéſt czego śie vczyć.

Tandiu diſcendum eſt, quandiu neſcias: quin quandiu viuas. *Seneca.*

καλὸν δὲ καὶ γέροντα μανθάνειν σοφόν. Didiciſſe ſemper aliquid & ſenē iuuat, Nulla ætas ad diſcendum ſera. *S. Ambroſi.* *Socrates mirantibus quod ſenex citharam pulſare diſceret, reſpondit:* Atqui præſtat ſerò, quàm nunquam diſcere.

γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. *Solon. i.*

Seneſco ſemper multa diſcens. *Vel.* Diſcenti aſſiduò multa, ſenecta venit. Solon, *inquit Cic.* gloriabatur ſe quotidie aliquid addiſcentem ſenem fieri.

Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui,
Aliquid moneat, vt illa quæ credas ſcire, neſcias,
Et quæ tibi putâris prima, in experiundo repudies. *Terent.*

M. Antonin. Imper. ad Sexti Bœotij ſcholam pergens, rogatus quò iret, reſpondit: Ad Sextum Philoſophum cogniturus, quæ nondum ſcio: Nam καλὸν καὶ γηράσκοντα τὸ μανθάνειν. Honeſtum eſt diſcere etiam ſeni.

κἂν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βούλομαι. *Saluius Iulian. & Pomponi IC.* Etiamſi alterum pedem in ſepulchro haberem, addiſcere aliquid vellē.

Diſcere ne ceſſes, curâ ſapientia creſcit,
Rara datur longo prudentia temporis vſu. *Cato.*

μήποτε λῆγε μαθεῖν, σοφίην μελέτημα ὀφέλλει,
πολυετὴς ὁ χρόνος σεμνὴν ἐπέθηκε φρόνησιν. *Mylius.*

Ne pudeat quæ neſcieris te velle doceri,
Scire aliquid laus eſt, pudor eſt nil velle doceri. *Cato.*

μὴ αἰσχυνθῇς ταῦτα μαθεῖν, ἅπερ οὐ δεδάηκας.
αἶσχος μή τι μαθεῖν ἐθέλειν, τὸ δ' ἐναίσιον ἄνθος. *Planudes.*

Diſce docendus adhuc. *Horati.* ἐν μεσημβρίᾳ βίου φιλοσοφεῖν. *i.* In meridie vitę philoſophari, *Syneſius dixit eos, qui prouecta ætate ad ſtudia ſe conferunt. Vide apud Iunium l. 4. animaduerſ. c. 24. exempla eorum qui ſerò literas aggreſſi, in eis tamen profecerunt.*

Vdérz w ſtół / ozwą śie nożycé.
Sam śie ozwié nié pytány / gdy kto ſtyßy ſwe przygány.
Co gánia w poſpolitośći / winnemu przéniká kośći.

Conſciu⸗ ipſe ſibi de ſe putat omnia dici. *Cato.*
πᾶς γὰρ ὑπαίθ⸗ ὢν αὐτὸς περὶ πάνθ' ὑφορᾶται. *Planudes.*
Si quem mens angit, vox hunc leniſſima tangit.
αὐτῷ ἁρμόζει, ἑτέροις λεχθέντα, σωφρόνως. *A.*
Dicta alijs, vltrò ſibi conſcius applicat ipſe.

Affine, Słowo rzéczone w poſpolitośći. Tkní go iédno / poznaß.

Vgodzi ábo tráfi Bog gdźié boli.
ᾧ τις θίγειθ' ἁπαρνέεται, οἶδεν ὁ Θεός. *A.*
Vbi quis recuſet tangier, nouit Deus.
ᾧοι τις θιγόμεν⸗ λυπέετ', ἴσησιν ὁ Θεός. *A.*
Quæ tacta doleant cuiique, cognoſcit Deus.
ἄγαν ἀγαπητὰ ταχύτερον ἀφαιρεῖ Θεός. *A.*
Quæ cara nimiùm ſunt citius aufert Deus. *Sic apud Iobum Satan dicit:* Extende manum tuam & tange cuncta quæ poſſidet. *Item.* Mitte manum tuam, & tange os eius & carnem. *Et 2. Regum 12. Nathan dicit Dauidi.* Filius qui natus eſt tibi morte morietur. *Item Geneſis c. 22. Abrahæ dictum:* Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis — & offer illum. &c.

Vgroziß mi / ábo / mu. Vczyniß mi. Żaymiéß mi káżki ná błocié.
Modicè me tangunt tuæ minæ. *Cic.* Muſca armatum petis. *Scaliger ex Catullo.*
τὸν λέοντα πέτρινον πατεῖς. *Gabrias.* Leonem lapideum calcas. Bolić go to!
ὕδωρ ὑπέρῳ πλήττῃς. *Lucian.* Aquam piſtillo (*in mortario*) tundis.
ὅσον μέλει τῇ χελώνῃ μυῶν. *Suidas. ſ.* τόσον vel ἧσσον τοῦτο μοι μέλει.
Quantùm curat teſtudo muſcas, tantùm vel minùs hoc ego curo.
ἡ δὲ χελώνης ποινή. Teſtudinis pœna. ſ. *à Ioue illi irrogata, vt nunquam teſta exeat, quod illa libens facit. Æſopus.* Intra præſepes meas me vocat ad herum meum arbitrum. *Plauti piſcator dicit litigans cum quodam de re inuenta.* q. d. *vt idem dicit:* Euge ſalua res eſt, præda hæc perpetua eſt mea. *ſ. quia herus fauebit mihi & addicet eam.* Equitem in campum prouocas. (*ex Platone.*) *qui maximè campo aperto & plano gaudet & valet in eo.* Dentem dente rodis. *Martial.* Echinum non eſt lædere vel tangere, qui στρογγύλ⸗ ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας κεῖται, δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχαν⸗. *Athenæus.* In orbem vndique conuoluens ſpinoſum corpus (*echinus*) iacet, nec morderi, nec tangi facilis. εἰκῇ τῷ ἡρακλεῖ. *Plutarch.* Fruſtra Herculi. ſ. *intentes minas, iudicium, qui nullum timet.*

χωρὸν γὰρ βέλ⸗ ἀνδρὸς ἀνάλκιδ⸗ ἐπιδευὲς. *Homer.*
Ignaui imbelliſque viri ſunt languida tela.

Seruaueris. *In Amphitruone Plauti Mercurius de Soſia dicit:*

Quid

Quid ſi ego illum tractim tangam vt dormiat? Et *Soſia.*
Seruaueris. (*i. rem gratam feceris*) Nam cõtinuas has tres noctes peruigilaui.
Eluſit verbum Mercurij ſenſu prolatum tralato ad mortem, proprio ſenſu ad ſomnum trahens Soſia. νεκρὸν λοιδορεῖς. *Ariſtophan.* Mortuum conuiciaris.
τῷ σκέλει τὴν πέτραν θένε. Tibia petram percute. *Aues volantes quidam videns ſtrepitum ciebat, alter verò dixit ridens illum,* Tibia ſaxum percute, *item alter:* Dalapidi volam & cadent omnes. V. Vźiédbam nic naň.

Vźiać komu obroku.

Reddam te ex fero manſuetum fame. *Plaut.*
Demam hercle iam tibi de ordeo, rolutim in badiſſas. *Idem.*
εἰς τὴν γαστέρα ἐνάλλεσθαι. *Plutarch.* In ventrem (*alicui*) inſilire. i. *commeatum & victum ſubtrahere.* *Eodem ſenſu dictum volunt aliqui illud à Terentio:*
Pugnos in ventrem ingere. ſ. *paraſito, qui tales ictus (famis) maximè ſentit.* *Et Plauti Gelaſimus paraſitus dicente quopiam:* Perij. *ſubdit:*
Quid ego? cui miſero medullam ventris peredit fames.
Indico bellum ventri. *Horat.* *Plura in hanc ſententiam poſui in 1. Tomo ſub* Vymuie obroku.

Vźaśiwßy vćiékł.

Aculeo dimiſſo ac teſtimonio dicto fugit. *Cic.*
ὀιεὶ βαλὼν ἔφυξε. *Plato.* Aculeo infixo vel telo iacto fugit.
οἷον ἐμβαλὼν λόγον ἐν νῷ ἔχεις ἀπέναι. *Idem.*
Dicto ceu iaculo menti iniecto vel infixo paras diſcedere.
ὥσπερ βαλανεὺς καταπλήσας ὕδωρ. *Idem.* Ceu balneator offuſa aqua ſ. *abijt.*
ἃ γὰρ ἱκανὸν τὸ ἔτως ἐπόντα ἀπηλλάχθαι. *Ariſtotel.*
Non enim decebat, his dictis, abſcedere, ſ. *ſed probare.*

Vźaźeć zeby.

Senties qui vir ſiem. *Terent.* Erigere vel emittere aculeos in aliquem. *Cic.*
Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. *Idem.*
V. Poznaß mie.

V kţá dwá końcá / nié wieß ktorem bić. Sam kty nié bţé.

ἐχ ὅπλα πλὴν ὁπλοφόρον ἐστὶ Φοβητέον. *A.*
Non arma ſunt timenda ſed vir hæc tenens.
V. Vźiéwiem kto wygra. Vźié ſtráßny.

Vźtadność / iédna lucka miłość.

ἔν τ' εὐπροσηγόροισιν ἐστί τις χάρις. In comitate gratia eſt quædam ſita.
ἴσῳ μὲν ἴσοι πᾶσι, κἂν πρείττης βίῳ,
Par omnibus ſis (*moribus*) quamlibet maior opibus (*victu*)
εὐνοίας θαυμαστὴ δὲ δημοτικείαν ἤθους. *Plutarch.* Beneuolentia mirabilis ex comitate

tate morum. ſ. *naſcitur.* καὶ ἐν τῷ τιμᾶν, μισητέον τὸν ἥττονα. *Vlpianus Rhetor.* Etiam in honore exhibendo ſuperari, odioſum eſt.
τὸ πρὸς τοὺς ἐπιτυγχάνοντας δυσχερείας τῇ τῶν τρόπων εὐαρμοστίᾳ κρατητέον. *Demoſthenes.* Obuiorum moleſtiæ morum concinnitate vincendæ.

Vlžy śie zá czáſem ciężar.

αἰσωπικὸν φορτίον. Æſopicum onus. ſ. *caniſtrum pane plenum, quod Æſopus ſibi, licet initio cæteris grauius videbatur, elegit in via geſtandum. nam vno & altero hoſpitio diminutum & tandem breui euacuatum eſt. Ex Planude.* V. Czás wßyſtko vlácnia.

Vmárłem day pokoy.

Nullum cum victis certamen & æthere caſſis. *Virg.* Iam parce ſepulto. *Idem.*
Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit. *Ouid.*
τί κέρδος ὐκ ἔτ' ὄντας αἰκίζειν νεκρούς; *Stobæus.*
Quodnam eſt lucrum exſtinctos laceſſere mortuos?
ξεινων ἠμεδαπῶν φείδεο, ἔξοχα δ' ἄλλε,
οἱ τὰ σφε πάντα λίπον ἀδρηνέων νεκύων. *Nazianzen.*
Hoſpitibus vel peregrinis noſtratibus parce, peculiariter autem,
Ijs qui omnia reliquerunt imbellibus mortuis.
νόμος σόλωνός ἐστι, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα. *Demoſthenes.* Lex Solonis eſt, non maledicendum eſſe mortuis.
Hebetatur in cadaueribus nouacula. *Hieronym. Mercurialis ex Plutarcho.*
Apud Plutarchũ in Numa. Mortui dicuntur ſacri & ſepulchra eorũ ſacra. *Sic & ICti.*
Niconis pugilis 1400 coronis ornati ſtatuam æmulus verberans, ab ea ictibus conuulſa obrutus perijt. Suidas. ἀνελεύθερον τὸ πολέμιον νομίζειν τὸ σῶμα τῶν τεθνεώτων. *Plato:* Illiberale eſt hoſtem putare eſſe corpus mortui.
Non eſt eruendus Lyſander è ſepulchro. *Vide* Vlić wſpominay złego.
τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν. *Plutarch.* Non-mouenda (.i. *quæ nefas eſt mouere*) non ſunt mouenda. (*vel, ne moueto*) *tales ſunt mortui.*
ὐκ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. *Homer.*
Non eſt fas occiſis viris gloriando inſultare.
ὐ γὰρ ἔτι φθιμένοισι πέλει κότος, ἀλλ' ἐλεητοὶ,
οἵηισι ὐκ ἔτ' ἐόντες, ἐπὴν ἀπὸ θυμὸς ὄληαι. *Q. Calaber.*
Non enim mortuis iraſcendum eſt, ſed miſericordia digni ſunt,
Hoſtes non amplius exiſtentes, poſtquam animus eorum (*hoſtilis*) perijt.
Viuorum oportet meminiſſe, mortui letho (.i. *obliuioni*) dati ſunt. *Cic. Varro.*
— Ne vacua dentes in pelle fatiges. ſ. *in mortui exuuio. Martial.*
De abſentibus & mortuis nil niſi bonum dicendum. *Garner.*
Cum mortuis luctari. &c. *Vide.* Dokázowáć nád vmárłem.
Veſtigia hominis ferro non configenda. *Pythagor.* i. *memoria non laceranda.*

Vmárły nić vkáśi / nić zemśći śię. Po śmierći śię go nić bóy.

οἱ τεθνηκότες ὐ δάκνυσιν. Mortui non mordent. *Apud Plutarchum Theodorus Rhetor, conſultanti regi Ægypti quid agendum cum Pompeio à Cæſare victo ad ſe confugiente. reſpondit:* ὁ νεκρὸς ὐ δάκνει. Mortuus non mordet. *occidendum cenſens.*

Vmárły od zazdrośći od krzywdy wolen.

Vmárłemu nikt nić záyrzy/ nić záßkodźi.

Non ſolet ingenijs ſumma nocere dies. *Ouid.* Maius ab exſequijs nomen in ora venit. *Idem.*

Famaq; poſt cineres maior venit, & mihi nomen
Tunc quoque cùm viuis annumerarer erat. *Idem.*

Tu mihi, quod rarum eſt, viuo ſublime dediſti
Nomen, ab exſequijs quod dare fama ſolet. *Idem.* Z zá żywotá ś po śmierći ſtawny. Exſtinguit inuidiam mors. *Cic.* Mortui non dolent.

οὐ γὰ θανόντας ὐκ ὀρῶ λυπουμένους. *Euripid.* Nam mortuũ dolere video neminem.

τὸν ὐκ ἐόντα ἅπας ἐώθεν ἐπαινεῖν. *Thucydides.* Eum qui iam non eſt (*non viuit*) quilibet ſolet commendare, laudare.

τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὐ μέτεστι τοῖς τεθνεῶσιν, οἱ δ' ἔπαινοι τοῖς καλῶς πραχθεῖσιν ἔπαινοι, ἴδιον αὐτῶν κτῆμα ἐστὶν, ὐδὲ γὰ ὁ φθόνος αὐτοῖς ἔτι ἐναντιοῦται. *Demoſthen.* Cæterorum bonorum non ſunt participes mortui, laudes autem honeſtè actorum, propria ipſorum poſſeſſio eſt; non enim inuidia ampliùs illis aduerſatur.

Affine, Zazdrość żywe prześláduie. Dobremi zá żywotá gárdźiemy.

Vmárły żaden śie nie wróći. Żaden z piekłá nie wybrnie.

Cùm ſemel infernas intrârunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante viæ. *Propert.*

Cùm ſemel occideris & de te ſplendida Minos Fecerit arbitria,
Non Torquate genus, non te facundia, non te Reſtituet pietas. *Horat.*

Qui nunc it per iter tenebricoſum Illuc vnde negãt redire quenquã. *Catull.*
Vnde non vnquam remeauit vllus. *Seneca Oetæo.*

Gradumq; retrò flectere haud vnquã ſinunt Vmbræ tenaces. *Idẽ Furente.*

ἀίδεω γὰρ ἐστι δεινὸς Orci nam horrendus eſt
μυχὸς, δύσβατος δ' ἐς αὐτὸν Specus, moleſtus autem in ipſum
κάθοδος, καὶ γὰ ἕτυμον Deſcenſus, nam paratum (*certum*) eſt
καθαβάντι, μὴ ἀναβῆναι. *Anacreon.* Ingreſſo non regredi.

ἀλλ' ὅτι τοί γ' ἐξ ἀίδα παγκοίνου λίμνας πάλιγκ' ἀυτῆς, ὅτε γόοις ὅτε λιταῖσιν. *Sophocles.* Sed nequaquam ex Orco palude omnibus communi, patrem aut fletu aut precibus excitabis. ὐ γὰ ἀνάξεις πότ' ἔνερθεν κλαίων τοὺς θανόντας ἄνω. *Euripides.* Non enim reduces vnquam ex imo (*Orco*) flens defunctos ad ſupera.

κωκυτὸς ἀνυπόστροφος οἶμος. *Orpheus.* Cocyti irremeabilis ſemita.

— Facilis deſcenſus Auerni. Sed reuocare gradum ſuperaſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. *Virg.* Ob noſtros luctus non viuet lumine functus.

Ex Garnero. *Vide Catulli verſus ſub* Vlić iutro zmartwych wſtáć.

Vmie

Vmie to iak páćierz.

Decătatas habere debet cauſas orator. *Cic.* Tanquā dictata perdiſcere oratione *Idē.*
——— Auctores nouerit omnes Tanquam vngues digitoſque ſuos. *Iuuenal.*
——— Hæc recinunt iuuenes dictata ſeneſque. *Horati.*
Tanquam nomen meum teneo. *Ex Martiali.* V. Wiem to.

Vmieß teść / nie vmieß robić.

Comeſſe panem tres pedes longum potes, Pultare fores neſcis. *Plaut.*
ὄνε γνάθος. *Heſychi.* Aſini mandibula. *Nam aſinus piger & edax eſt.*

Vmilkli wßyſcy.

ὁ ἑρμῆς ἐπεισελήλυθεν. *Plutarch.* Mercurius ſuperuenit. *dicitur cùm in cœtu plurium colloquentium ſilentium accidit, tanquam ominoſum. Mercurio enim præſente qui facundiæ præſes eſt, non decorum habebatur continuare ſermonem.* *Apud Plinium l. 28. c. 2. Malum omen dicitur, ſi conuiuæ omnes repente conticeſcant: aliquid enim mali cuipiam eorum euenturum credebatur. Nugæ ſuperſtitionis Ethnicæ qualibus hic auctor abundat & maximè toto hoc capite. Noſtrates hîc dicunt:* Aliquis decuſſatim pedes iunxit. *quod etiā vſurpant Germani. Originē ſuperſtitionis cognoſcere non potui.*

Vmknąć. Vciéc. Wywinąć śie. W nogi. A moi w chróſt.

γλῶ περὶ γῆς (*i. terram pro terra*) cogito. *Cic.* Φεύγει ὥσπερ ὂις λύκον ἀθρήσασα. *Theocrit.* Fugit vt ouis viſo lupo.
γῆν περὶ γῆς διώκειν. *Ariſtophan.* Terram pro terra perſequi.
Vtar ea porta quam primùm videro. *Cic.* Induamus talaria. *Idem. ſ. Mercurÿ alata. ex Homero.* Ex hac naſſa exire conſtitui. *Idem.*
Citiùs abeunt, quàm in curſu rotula (*curulis vel ſigularis*) circumuertitur. *Plaut.*
Citiùs fugiunt, quàm ex porta ludis cùm emiſſus eſt lepus. *Idem.*
τὰς τῶν κακῶν ξυνουσίας φεῦγε ἀμεταστρεπτί. *Plato.* Malorum conſortia fuge ſic vt nec retrò aſpicias. ἡ κυνάμυια αὐτὸν ἄγει. *Homer.* Cynamya eum rapit vel corripuit. i. *citò fugit.* *Affine,* Wyśiekł śie. Pocáłuieß nożki.

Vmrzeć nalépiey gdy śie dobrzé dzieie.

Par ille eſt ſuperis, cui pariter dies Et fortuna fuit. *Senecæ Oetæo.*
Dum vita grata eſt, mortis conditio optima eſt. *P. Syrus.*
εὐκταῖόν ἐς' εὐδαιμονοῦντα κἀθρεῦν. *A.*
Optabile eſt, cùm maximè es felix, mori.
Sic Iacobus Geneſis 45. vbi audiuit Ioſephum viuere glorioſum, ait: Sufficit mihi &c. & c. 46. eo viſo. Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam. &c.
Item Simeon conſpecto Meſſia: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine. *S. Lucas c. 2.*
Et Chæreas apud Terentium latus quodam euentu ait:
Nunc eſt profectò interfici cùm perpeti poſſum,
Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua.
Mori eſt felicis antè quàm mortem inuocet. *P. Syrus Mimus.*

Nuſquam meliùs morimur homines, quàm vbi libenter viximus. *Idem. licet hæc ſententia non tempus ſed locum reſpiciat.*

Ænetus Quinquertio victor proclamatus in Olympiis accepta corona ſtatim præ gaudio obiit. Pauſanias. Similia exempla habet Valer. Maxim. l. 9 c. 12.

Vmyć śie do tégo trzébá. Vtié vmywaiéś śie do tego.

Non quacunque manu. ſ. *ſacra tractanda, contingenda. Eraſm. qui affert verſiculum illũ Martialis.* Non quacúnque manu victima cæſa litat i. *impetrat votum vel propitiat deos. quo ſenſu hanc vocem vſurpat. Plaut. Ouid. Liui. Seneca. Sueton.* (dendũ. ἀνίπτοις ποσὶ τοῖς ἱεροῖς ἂκ ἐπιβητέον. *Lucianus.* Illotis pedibus ad ſacra non acce-

ἀνίπτοις χερσὶ τ ἱερῶν ἅπτεσθαι ἀθέμιτον.

Illotis manibus ſacra contingere nefas. *Vtrumq; complexus eſt Nazianz. dicens:*

ἀνίπτοις χερσὶ, καὶ ἀμυήτοις ποσὶ, τοῖς ἁγιωτάτοις ἑαυτὸς ἐπεισάγουσιν.

Illotis manibus & profanis pedibus, ſacris ſeſe ingerunt.

Apud Plautum quidam Ethnicus ait: Eo lauatum vt ſacrificem.

Et apud Virgil. ſacra ſua nugacia contingere non audet Æneas priùs quàm ſe flumine viuo abluat, poſt cædes multas editas. ad quem locum multa affert Cerda.

μὴ καθαρῷ καθαρῶ ἐφάπτεσθαι μὴ ὅ θέμιτον ἦ. *Plato. Syneſi. Nazianz.*

Impuro purum contingere nefas ſit.

τ μυηρίων βίβλους ἐτόλμησαν ἔνιοι τ ἀμυήτων ἀναγινώσκειν. *Galenus.*

Myſteriorum libros auſi ſunt quidam non initiati legere. *Olea à pueris tantùm vel à viris puris & caſtis iuramento conſtrictis colebatur & legebatur ob vberiorem prouentum. & quia Palladi ſacra. Rhodigin. è Græcis.*

Vmyſł wſpániały / ná krzywdy trwáły.

Magni animi eſt iniurias deſpicere. *Seneca.*

Magnæ feræ minutorum canum latratus ſecuræ exaudiunt. *Idem.*

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem cùm iacet hoſtis, habet.
At lupus & turpes inſtant fugientibus vrſi. *Ouidi.*
Non niſi delecta paſcitur ille fera. *Martial. de Leone ludente cum lepore.*

Ingenuitas non recipit (*i. contemnit, non ſentit*) contumeliam. *P. Syrus.*

Quò quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ
Et faciles motus mens generoſa capit. *Ouidi.*

ἐλέφας Ἰνδὸς κώνωπος ἂκ ἀλεγίζει. *Phalaris.* Elephas Indus non curat culices.

ἄκμων μέγιστος ἂ φοβεῖται σὺν ψόφῳ, καὶ νῦς ἐλέφων πᾶσαν ἐλκυσαν βίαν.

Non metuit incus maxima ſtrepitus (*graues*) Prudenſq; mens, omnem trahentem hanc vi, impetum. Struthiocamelus concoquit lapides, oſſa. *Aelian. Albertus.* & vir fortis aduerſa quæuis. *Anonym.* *Antonius Pius Imperator, in domum Omuli conſularis veniens, & columnas porphyreticas cernens admiratus, rogauit vnde illas Omulus haberet. Cui Omulus:* Cùm in domum alienam veneris, inquit, & mutus & ſurdus eſto. *quod dictum Imperator patienter tulit. Capitolin.* *Affine,* Vtié dbam nic naſi. Vgroźiß mi, Vpárł

Vpárł śię. Chcé ſwe przéwieść/ ſwego dokázáć. Swoié porzé. Oćiatny. Zaćiał śię. Daley nié poſtapi.

Durauit cor. *Plaut.* Durauit animum. *Ouid.* Obſtinatè dat operam. *Terent.* γυναικὸς φρένες. *Diogenian.* Muliebris animus, *de quo Terentius.* Noui ingenium mulierum. Nolunt vbi velis, vbi nolis cupiunt vltrò. Gradum fixit. *Tertullia.* Niſi fractis cruribus non cohibebitur. *ex Cicer.*

Nec magis incepto vultum ſermone mouetur
Quam ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes. *Virg.*
Illa velut pelagi rupes immota reſiſtit. *Idem.*
Illa velut rupes immoto ſaxea viſu Hæret. *Statius.*
Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum aut æquum ſciunt,
Melius, peius; proſit, obſit; nihil vident niſi quod lubet. *Terent.*
Negat ſe ipſi conceſſurum Ioui, ſi is ſe oraret. *Plaut.*

Retrogradus. *Lamprid. al.* Retrorſus. i. *refractarius. Caſaubon.* τὸ Φιλοξένᾳ ὀ. Philoxeni Non. *qui nolens Dionyſii inepta carmina probare, vno verbo* Non, *reſpondit, & potiùs ad latomias reduci maluit.* νιόβης ἀρχέτυπον. Niobes Archetypon. *de homine præfracti ingenij, qui ab opinione ſua abduci non poſſit.* τὸν ὀνηλάτην νικᾷ. *Suidas.* Agaſonem vincit. ὄνος ὕεται. *Suidas.* Aſinus compluitur, *de eo qui non mouetur moleſtius. Nam aſinus vix fuſtem ſentit, tantùm abeſt vt pluuiam curet.* ἀγναμπτότερος βάτου ἄνυδρου. *Suidas.* Rubo arido inflexibilior. ἅλκων τὸ χαλινόν. *Aeſchylus.* Mordet frenum. ἡ ἀβουλία

ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ προσκεῖται κακόν! *Sophocles.*
Vt temeritas maximum homini adiacet malum!

Victus victorem tenet. *in eum qui victus, pertinaciter victum ſe non agnoſcit.* παλαιστρίτης κρατεῖ τὸν αὐχένων καθελὼν καὶ βάλλων καὶ τοῦτο νικᾶν ὑπολαμβάνει. *ex Galeno.* Palæſtrita deiectus tenet ceruicem eius qui eum proſtrauit & ſic ſe viciſſe arbitratur.

Vpátrzył pogodę.

Obſeruauit lupus dum dormitant canes. *Plaut.*
παρεσκόπει ὁ λύκος τοὺς καθεύδοντας κύνας. *A.*

Vpitéś śię / przéſpi śię.

Edormi crapulam & exhala. *Cic. in Antonium.* Somno ſanari ſolet homo ebriolatus. *Plaut.* ὁ ὕπνος ἀρχαλέην ἀπαλλάξει μέθην. *A.*

Somnum ſepeliui omnem & edormiui crapulam. *Plaut.*
Interea in angulum aliquò abeam atque edormiſcam hoc villi (i. *vini*) *Terent.*

Vrodá béz vkładności / (ábo béz przyiemności) nié przyćiągnié wiélé gości. (ábo / nié wzruſzy ludzkiey miłości.)

Forma ſine Gratijs, eſca ſine hamo. *Ex Nicarcho qui ait:*

καλὸς ἀνὴρ χαρίτων, τέρπει μόνον, ὃ κατέχει δὲ
ὡς ἄτερ ἀγκίστρου ἰχθύιον δέλεαρ.

Forma ſine Gratijs (*i. ſuauitate morum*) delectat ſolùm, non capit autē (*non detinet*)
Veiut ſine hamo natans eſca (*piſcium*) *Simille eſt illud Catulli.*
Quintia formoſa eſt multis: mihi candida, longa,
Recta eſt; hoc ego, ſic ſingula confiteor.
Totum illud, Formoſa, nego: nam nulla venuſtas,
Nulla in tam magno corpore mica ſalis. *i. vt Victorius intelligit, nulla in ea venuſtas, vel pulchritudo acria, venuſtati miſta, quæ aſpicientes alliciat & afficiat, vt ſal ſolet commendare cibos. Non audio hic Quintilianum (& cum eo Eraſmum) qui interpretatur; nihil eſt in eo ridiculum. Nam non ea mens Poëtæ eſt, qui loquitur de forma Quintiæ, negans eam eſſe venuſtam ioci autem non ad formam, ſed ad mores & ſermonem pertinent, & placere ſine forma poſſunt: immò deformes, ridiculum quid loquentes, magis mouent & afficiunt. Sic apud Cic. Lamiæ Oratori deformi arriſum eſt, vbi ei Craſſus dixit: Audiamus pulchellum.* ἀναφρόδιτος, ἀχάριτος *Græcis eſt. Sine Venere. Veneris expers, ſeu inuenuſtus, illepidus,* ἄχαρις. *Sine gratia vel Sine Gratijs, qui nunquam ſacrificat Gratijs, vide dictum Platonis ſub* Ktiè wěſoty.

Salu ergo micam intellige cum Brodæo leporem, gratiam, venerem, hilaritatem. Affine his eſt illud apud Ælianum de Protogenis pictoris Ialyſo imagine excellenti, quam cùm aſpexiſſet Apelles, admiratus & ſtupens obmutuit, deinde ſubdidit:

ὁ πόνος μέγας καὶ τεχνίτης, ἀπολείπεταί γε μὴν τῆς χειρουργίας ἡ χάρις, ἣν ὁ αὐτὸς εἰ τύχοι, ὁ πόνος αὐτῷ δι' ὑφαντῆς ψαύσῃ. Inſignis labor & artifex, deeſt tamen operi gratia, quam ſi vir ille aſſecutus fuiſſet, opus eius cœlum contingeret.

Czégoś muniè doſtáiè. μὴ κρῖνε ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον.
Spectato forma neminem, ſed moribus.

δύσμορφος εἴην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός. Deformis eſſe malo quã pulcher malus.

τὰν μορφὰν ἀγαθὸς, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἐθ' ὅμοιος. *Theocrit.*

Forma bona (*homo*) ſed moribus non ſimilibus. (*i. non bonis*)
Nil valet abſque aliqua forma decora bono. *Gerner. Rectè monet Horati.*
Ne corporis optima lynceis Contemplere oculis, Hypſæa cæcior, illa
Quæ mala ſunt ſpectes. (*Hypſea mulier cæca.*) *Affine,* Piękniè á dáley nic.

Vroda czeſto ábo wiclom ſzkodliwa.

Pulchritudo ſæpe periculo eſt (*alicui*) *Cic. Exempla ſunt infinita. Sufficiat Abſalon & Helena. adde Lucretiam & Virginiam ex Liuio. de quibus Iuuenal.*

Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipſa habuit. cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere, atque ſuam Rutilæ dare. (conſpicans.

μισῶ σου ἑλένης ἴδε καὶ τὸ κάλλος ἄνισον. *A.* Laudato formam, at exitum Helenæ

καλὴ

καλὴ ἑλένη, Φρύγας, ἑλλάδ', αὐτήν τ' ὤλεσεν. *A.*
Pulchra Helena, Troas, Græciam, & ſe perdidit.

Terent. de iuuencula formoſa: Huius formam atque ætatem vides,
Nec clam te eſt, quam illi nunc vtræque res inutiles
Et ad pudicitiam & ad rem tutandam ſient.
Rarò forma viris (*ſæcula proſpice*) Impunita fuit. *Seneca Hippolyt.*

Arbores proceræ & rectæ, pro ædificiis exſcinduntur; humiles & tortæ pratereuntur ſalua. Adde Nucem Ouidianam, cui vt ipſa loquitur
Fructus obeſt, peperiſſe nocet, nocet eſſe feracem. &c.

Vrodá rzadka / rzadko bez wady / rzadko cnotliwa.

——— Rara adeò concordia formæ Atque pudicitiæ. *Iuuenal.*
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. *Ouid.*
Faſtus ineſt pulchris ſequiturque ſuperbia formam. *Idem.*
Nimia eſt miſeria pulchrum eſſe hominem nimis. *Plaut.*
Dilige denarium, ſed parcè dilige formam,
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat habere. *Cato.*
ἀργύριόν γε φίλει, μετρίως δ' ἀγαπάζεο μορφήν,
ἧς τινὲς ἄθ' ὅσιός τις ἔχειν ἄτ' ἔυχεται ἐσθλός. *Mylius.*
Sed caſto quid forma noceat? R. Quid profuit immò
Hippolyto graue propoſitum? quid Bellerophonti? *qui ambo ob formam eximiam licet alieno vitio perierunt. Iuuenal.*
παυροῖς ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ κάλλος ὀπηδεῖ,
ὄλβιος, ὃς τούτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν. *Theognis.*
Paucos mortalium virtus & forma comitatur.
Felix qui horum vtrumque ſortitus eſt.
κάλλος δυσάρηστον ἔφυ παισὶν τοκεῦσι. *Phocylides.*
Difficile eſt formam proſis ſeruare parenti. Vrodá rzadka / rzadko ſie cáto
Formoſis leuitas ſemper amica fuit. *Propert.* (dochowa.
Eſſe ſolet rarò pulchra pudica caro. *Anonym. rhythmic.*

Vrodá rzecz nie trwała.

Anceps forma bonum, mortalibus Exigui donum breue temporis
Vt velox celeri pede laberis! *Seneca Hippolyt.*
Hic fulgor teneris qui radiat genis Momento rapitur, nullaque non dies
Formoſi ſpolium corporis abſtulit. Res eſt forma fugax. *Idem.*
O formoſe puer, nimium ne crede colori,
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. *Virgil.* .i. *ne nimiùm fidas formæ vel tibi ob eam placeas. Nam liguſtra flores cuiuſdam arboris candidi & odorati facile decidunt, & lapſi aut decerpti mox flaccescunt ac marcescunt: Vaccinia autem .i. flores hyacinthi nigri ſeu purpurei, durant & velli debent: Sic vaccinia intelligunt ex Theocrito & Plinio Turnebus, Hermolaus, Dalecamp. Cerda, qui copiosè hunc locum illuſtrat.*

Brodæus

Brodæus Vaccinia mora agrestia, Iunius baccas palustres interpretatur non malè.

καὶ καλῶ καλόν ἐστι τὸ παιδικὸν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ. *Theocrit.*

Et pulchritudo puerilis pulchra est, sed modicum viuit. i. *durat.*

ἀνθρώων γὰρ γένος ἐστὶν ὁμοῖον ἄνθεσι ποίης. *Q. Calaber.*

Hominum enim genus est simile floribus herbæ.

Non hoc semper eris, perdunt & gramina flores.

Perdit spina rosas, nec semper lilia candent. &c.

Donum forma breue est, nec se tibi commodat omnis. *Nemesian.*

Non semper idem floribus est honos Vernis. *Horat.*

Forma bonum fragile est. *Ouid.* Formam populabitur ætas. *Idem.*

Tempus erit quo te speculum vidisse pigebit. *Idem.*

τὸ ῥόδον ὀλιγαζῆ βαιὸν χρόνον, ἢν δὲ παρέλθῃ,

ζητῶν εὑρήσεις, ἐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον *Ex Anthologi.*

Exiguo floret rosa tempore, mox vbi transit,

Non rosa cùm quæres, sed rubus asper erit.

Post paucos annos Alcibiades quondam pulcherrimus, in ipso Alcibiade adhuc viuente quærebatur ab ijs qui ipsius formam antè demirati sunt. Fauorinus apud Stobæum.

Vroda wielki orator, wielki mocarz.

Formosa facies muta commendatio est. *P. Syrus Mimus.*

ὡραῖον ὄψανόν ἐστ' ἀποδοχὴ λαθραία. *A.*

τὸ καλῶ βασιλεία ἀδορυφόρητος. *Carneades.* Forma est regnum sine satellitio. *quòd formosi absq; vi obtineant quicquid volunt.*

Virtute formæ id euenit, te vt deceat, quicquid habeas. *Plaut.*

ὡς ἡδὺ καλῶ ὅταν ἔχει νοῦν σώφρονα!

Quam grata forma iuncta cui morata mens!

καλὸν γὰρ πρέπυσον ἀμωμήτοιο γυναικὸς,

ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ. *Musæus.*

Forma enim celebris inculpatæ feminæ, Acutior apud homines est volucri sagitta.

Nata erat huic Chione quæ dotatissima forma Mille procis placuit. *Ouid.*

καὶ μήτηρ καὶ ἀδελφαὶ τῷ κάλλει τῶν ἀρρένων ἁ νέμουσι. *Synesius.* Et mater & sorores pulchritudini virorum multùm tribuunt.

Formosa virgo est; dotis dimidium vocant.

Isti qui dotes negligunt vxorias. *Afranius.* *Sed sæpe in talibus,*

Si verum excutias, facies non vxor amatur. *ait Iuuenal.*

ἡ βία τῶν ἄλλων ἁπάντων κρατεῖν δύναται, κάλλος δὲ καὶ τὴν ῥώμης αὐτῆς ἀρχὴν πέφυκεν. *Isocrates.* Vis cætera omnia vincere potest, pulchritudo verò & ipsi robori imperare solet.

ἔδωκε

φύσις γυναιξὶ κάλλος, Dedit Natura mulieribus formam,

ἀντ' ἀσπίδων ἁπάντων, Loco scutorum omnium,

ἀντ'

ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων, Loco haſtarum omnium,
νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον, Vincit autem & ferrum,
Ϲ πῦρ καλή τις ὄσα. *Anacreon.* Et ignem quæ pulchra eſt.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat. *Virg.* Vrodą cnote
Eſt procerum verè, procerum corpus habere. *Anonym. rhythm.* (3dobi.
Forma inſtar veneficij eſt. *Olympias conſpecta pellice Philippi regis mariti ſui, quam veneficiis vti rumor ſparſerat, dixit:* Χαιρέτωσαν αἱ Φαρμακίδες, σὺ γὰρ ἐν ζωῇ τὰ Φάρμακα ἔχεις. Valeant calumniæ *(inte ſparſæ)* tu enim in teipſa veneficia habes. .i. *formam eximiam, quæ abſq; veneficiis quemuis capiat.*

Eadem audiens aulicum quendam duxiſſe vxorem formoſam, ſed malæ famæ dixit; μωρός ἐστιν ἐκεῖνος, ἐπεὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐγάμησε. Stultus eſt ille, ſiquidem oculis vxorem duxit. *Adde exemplum.* Heſter & Holophernis. *Affine,* Oká ſtrzęż.

Vroſt pretko. Vroſt wielki z małego. *tralato ſeu paræmiaco ſenſu.* Quantus ex nihilo, *Iuuenal.* Nouus homo. *Idem.* Modo egens, repente dines. *Cic.* ἐκ μικροῦ τετράπηχυς. *Philoſtrat.* Ex paruo quadricubitus. .i. *magnus creuit. alluſit ad ſtaturã hominis, quæ iuſta tricubitalis eſt, quatuor cubitorũ ingens.* πήχεσιν ἠυξάνετο. *Eunapius.* Cubitis adoleuit. *inſtar cuiuſdam Gigantis, qui ſingulis menſibus cubito altior fiebat. talis & Antæus Libycus 60 cubitos altus. Plutarch.*

Ἀπὸ κώπης εἰς τὸ βῆμα ἐπήδησεν. *Syrianus.* A remo ad tribunal ſaltauit.

Ἀπὸ ϑυννοσκοπείου ἐπὶ τὴν ἡγεμονικὴν ἁπήλατο ἁλάμενος. *Syneſius.* De ſcapha piſcaria ad triumphalem currum ſaliens. *de Andronico dictum, qui infimis natalibus ortus præfecturam beneuolentia principis aſcenderat.*

λακκόπλουτος. *Plutarch.* E lacu diues, *qui theſaurum inuenit. vt accidit Callię qui indicem auri occidit & diues repente factus nomen illud obtinuit. Heri ſeruus, hodie liber. Vlpian. Crocodilus typus eius qui ex humili & obſcuro, clarus honoratus diues effectus eſt. quia crocodilus ex ouo anſerino pari prognatus, ad 15 ampliùs cubitos excreſcit; immò quandiu viuit creſcere dicitur. viuit verò diutiſſimè Pierius ex Plinio.*

E molitore princeps. *Ariſtophan.* V *Eucrates ſub* Wyśliznąć śie.

ὁ νῦν μὲν ἀδεής, ἄυριον δ' ὑπερμεγας. *Ariſtophan.*

Hodie nullus, cras maximus. *Vel.* Nunc nullius valoris, ingens cras nimis.

Βουλεύεις Ἀγαθῖνε. τὸ βοῦλα δὲ τοῦτ' ἐπείων νῦν
ἐπὲ ποσοῦ τιμῆς; ὀλίγα γὰρ ἦν πρότερον. *Anthol.*

In Senatorem pretio ex Seruo factum. Conſultas *(ſeu Senatorem agis)* Agathine, hoc vero B *(in voce* βουλεύειν *deliberare, conſultare)* nunc emiſti. dic quanto pretio? Dum namque priùs fuit *(in voce* δουλεύειν *ſeruire, quæ ei priùs conueniebat.)*

ἐκ κεραμίας ἐπὶ τὴν βασιλικὴν ἁπήλατο ἅρμα. E figlina regalem currum conſcendit. *Syneſius. de piſcatore dictum, ad Agathoclem figulum tranſtulit Eraſmus.*

Affine, Godność niegodnemu. Szláchćic nowy. Szczęśćie podwyższa.

Vrosta wilczkowi zeby.

αὐξήσεται λυκιδεῦ ὀδόντες εἰς βορᾶν. *A.*

Lupi catulus, innoxius: creſcant illi dentes, mordebit.

Illuſtrant hoc dictum Pœtæ. Sed puer, eſt ætas mollis & apta regi. *Ouid.* *Aſt vbi ſuccreuit.* Imberbis iuuenis — monitoribus aſper. *Horat.* *Sic Nero iuuenis, probus erat. Iulianus apoſtata & tot alij.* *Et Ezechielis c. 19.* Leunculus (i. *Ioachaz vel Ioachin*) leo factus eſt. i. *euaſit rex crudelis.* *Item* Roboam. *3. Regum 12.* *Apud Plutarchum de Democrate Lacedæmonio dicit Cleomenes Arato,* εἴ τι πράττεις πρὸς λακεδαιμονίους, ὥρα σοι ταχύνειν, πρὶν ἢ κέντρα φύσαι τοῦτον τὸν νεοττόν. Si quid moliris contra Lacedæmonios, properandum tibi eſt, antequam huic pullo creſcant aculei. Neronis quinquennium, *Rhodiginus ex Sexto Aurelio dicit eſſe adagium in eos, qui initio mites ſunt & tractabiles, paulò poſt erupturi in barbaram truculentiam. talis enim fuit Nero vt Traianus etiam dictitabat:* Procul diſtare cunctos principes à Neronis quinquennio, quo humanus, clemens, liberalis, officioſus, modeſtus, pius exſtitit. *Vide Rhodig. l. 11. c. 12.*

In aula cuiuſdam viri nobilis fuit catulus lupi, capræ diu familiaris, foras etiam cum ea exiens & rediens ſalua; tandem maior factus & percuſſus domi, eam eduxit nec amplius reduxit nec ipſe rediit.

Vrzad drugiemu zdać.

Alteri curſuro lampada tradere. *Lucret. à ludis Græcorum* δαδουχία *vel* λαμπαδοφορία *dictis, quos deſcribit Pauſanias, nam in ijs curſores lampadem manu ferentes currebant, & decurſo curriculo quium ſequenti curſuro lampadem porrigebat. Meminit Varro & Cic. Tria verò hæc lampadum certamina fuiſſe apud Athenien. ſcribit Rhodigin. ternis feſtiuitatibus recurrentia. ſ. Panathenæis, Hepheſtijs ſeu Vulcanijs, & Prometheis. cui verò currenti fax exſtinguebatur, is præmio victoriæ excidebat.*

Vrzad kupiony nędobry.

Omnis mercatura ſordida. magiſtratuum verò ſordidiſſima. *Simile quid habet Cic. qui etiam caſtigat Antonium,* quòd domi ſuæ turpiſſimo mercatu omnia venalia habuerit, etiam iura regni, & iuriſdictionem in Sicilia.

Omnia empta venalia ſunt. *Alexander Seuerus apud Lampridium Honores iuris gladij, nunquam vendi paſſus eſt, dicens:* Neceſſe eſt, vt qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores Præfectos, quos ſi patiar damnare non poſſim. *Idem dicebat:* Nolle ſe ab aulicis vendi ſuas diſpoſitiones. (i. *officiorum diſtribuendorum deſignationes*) *Idem recuſantes publicis muneribus præficiebat.*

ἀργυρολογεῖν τὰς ἀρχὰς πάσης ἐστὶ πονηρίας παράμιον τε καὶ τέρας. *Iuſtinian.* Mercaturam exercere magiſtratuum (*vel pecuniam colligere vendendis dignitatibus*) omnis mali initium & finis eſt.

Vrzad niech cię nie podnoſi / lecz kto to podczas noſi.
Vrzad / nie ciebie bánuie / gdyż i lepſzy vſtępuie.

Non

Non tibi ſed religioni. ſ. *honor exhibetur. Apud Gabriam aſino ſacra ferenti & ob honorem ſacris exhibitum ſuperbienti, dictum eſt.* ὁ θεὸς σὺ, τὸν θεὸν δ' ἄγεις. Non es tu deus, ſed deum (.i. *idolum*) geſtas. *Epimythion additur tale:* ὅτι σοὶ ἐν ἀξιώμασι ὑμωμένοις δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. Quòd oporteat eos, qui in dignitatibus conſtituti honorantur, cognoſcere quòd homines ſint. ὄνος εἶ ἄγων μυστήρια. *Ex Ariſtophane.* Aſinus es portans vehens myſteria. *Apuleÿ etiam aſinus myſteria Cereris portauit.*

Vide Godność niegodnemu. Szcześćie niech cie nie podnosi.

Vrzędnicy często odmieniać dobrzé.

Spongiæ humefactæ exprimendæ. *Suetonius de Veſpaſiano ſic habet. Procuratorum rapaciſſimum quemq; ad ampliora officia ex induſtria promouebat, quò locupletatū mox condemnaret. Quibus pro ſpongiis vulgò vti ſe dicebat, quod ſiccos (tenues) humefaceret, (diteſcere ſineret) & humentes (ditatos) exprimeret. (confiſcaret.)*
ὃν ἀπόγιον ἐκπίεζε ποσάκις ἔπιδρύει. *A.* Quoties repletur cunq; ſpongia, exprime.

Vrzędnicy często odmieniać nie dobrzé.

Muſcæ ſaturæ non abigendæ, nam ieiunæ moleſtiores erunt. *Ex apologo de Vulpe ægrotante quæ muſcas & culices vetabat à ſe abigi, dicens, acriores fore morſus ieiunorum.*
τοὺς περιόντας ἀλλάξαι ὡς μύας κακόν. *A.*
Mutare muſcas atque præfectos malum eſt.
Tiberius collata officia non facilè mutabat, quòd ſaturos & opulentos præſides minùs noxios prouincialibus duceret. Alexander Neapolit. *Confer.* Lèpſzy ſtáry ſługá.

Vrzędow zwłaſzcza ſądowych vchodź.

πῶν κυάμων ἀπέχεσθαι. *Pythagoras. Ariſtotel.* A fabis abſtineto. i. *magiſtratibus & iudiciis, in quibus olim ſuffragia fabis calculi vice datis ferebantur. Alias huius dicti interpretationes, ex etymo vocis, ex cauſis naturalibus & moralibus, ex antiquitate & ſuperſtitione, & eruditorum ſenſu petitas, quas huc alij afferunt, prudens omitto, vtpote huic loco minimè vtiles. Vide tamen* Podárki bráć / podiego ieſt ſércá.
λάθε βιώσας. *Suid.* Late viuens. Crede mihi bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam. *Ouidi.*
Nec vixit male, qui viuens morienſque fefellit. *Horat.* Prywatny żywot lèpſzy.

Vrzędy i godności / ſzczęście rozdaie bez rożności.

Fors, domina Campi. ſ. *Martij, in quo magiſtratus creabantur tumultuariis populi ſuffragiis, non dignitatem Candidati ſpectantis; ſed vel familiæ claritatem, vel munerum largitatem, vel prenſationis diligentiam & ſubmiſſionem, vel clientum & cognatorum multitudinem, vel denique temerè & fortuitò in quempiam repente inclinati. Ex Cicer.*
Iudice, quem noſti, populo, qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ ſeruit ineptus,
Qui ſtupet in titulis & imaginibus &c. *Horati.*
Si fortuna volet fies de Rhetore Conſul. *Iuuenal.*

Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphum. *Idem.*

οὐκ ἀξία νέμει ἀξίας, πλὴν ἡ τύχη. *A.* Fors dignitates distribuit, haud dignitas. *Alludit his Senarius ille.* ἔσω ταμίας, τ' ἄλλα δ' ἃ βούλει κύων. Sit quæstor in reliquis canis esto si lubet. i. *modò habeas magistratum aut munus quodpiam, vt quæstoris, dispensatoris &c. reliqua (vt sis probus) nil cures. Ironia est carpens malum morem vsitatum. Henric. Steph. apud Suidam legit.* ἔσω τομίας. *Sit vel esto Eunuchus &c. nam Eunuchis omnia committebantur. Et Suidas in Eunuchos dictum id esse dicit. adde quod μι in ταμίας sit breue, in τομίας longum.*

Vsilnić co czynić, o co ście starać.

Omnem mouere lapidem. *Plini iunì.* πάντα λίθον κινεῖν. *Chrysostom. Suidas.* παντοίης ἀρετῆς μεμνήσκεο. *Homer.* Omnis virtutis memẽto. *vel.* Omnes vires exsere.

πάντα κάλων σείειν. *Apollonius.* Omnem rudentem mouere. *Tractum à nautis.*

πάντα κάλων ἐξιέναι. *Euripides.* Omnem rudentem expedire.

ἅπασι κάλοις πλεῖν. *Pollux.* Omnibus rudentibus nauigare.

πάντα κύβον ῥίψαι. *Lucian.* Omnem aleam iácere.

ἅπασαν μηχανὴν μηχανάομαι *vel* προσφέρω. Omnem machinam admoueo.

πᾶσιν ἴχνεσι ζητεῖν. Omnibus vestigijs inquirere. *Cic.*

παντὶ στήθει: παντὶ θυμῷ. *Aristot.* Toto pectore, animo, *amplecti, cogitare.*

πᾶσαν φωνὴν ἱέναι. *Plato.* Omnem vocem mittere. *Simile est illud Quintiliani.* Toto organo instructa vox. *Muta paululum.* V. G. Toto organo concinere.

βιαίῳ κώπῃ *s.* πλεῖν. *Aristides.* Violento remigio nauigare. Remis & aura vti. *Ouid.* ἀ τῇ ἑτέρᾳ ληπτέον. *Plato.* Non vna manu capiendum est.

ἄκροις τοῖς ἱστίοις χρῆσθαι. *Aristophan.* Summis vti velis. *s. ad cursum intendendum.*

ἄνω κὴ κάτω φοιτᾶν. *Aristophan.* Sursum deorsum cursitare. *Terent.* i. *solicitè.*

ὅλῳ ποδὶ. *Suidas.* Omni pede standum est. *Quintilian. vt milites, agricolæ, palæstritæ, & similes serij & fortes viri facere solent.*

πυξὶ κ̀ λακτίζειν. Pugnis & calcibus. *Cic.* πυξὶ ὁμοῦ κὴ ποδοκέλει. Pugno & tibia.

ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι κὴ πάσῃ μηχανῇ. *Lucianus.* Dentibus & vnguibus & toto conatu.

Toto corpore atque omnibus vnguiculis *(al. vngulis) Cic.*

Potuit quæ plurima virtus Esse, fuit: toto certatum est corpore regni. *Virgil.*

Summa nituntur opum vi. Pro se quisque viri. *Idem.*

Cato maior animaduerso luxu & potentia Carthaginis, reuersus suadebat vt deleretur, & de quacunq; re in Senatu sententiam dicebat, sic claudebat: ὅτως δοκεῖ μοι καὶ καρχηδόνα μὴ εἶναι. Sic censeo & Carthaginem non exstare seu delendam esse.

Currum trahere. *est solicitè & laboriosè aliquid agere. Marcel. Donat. ex Suetonio, apud quem* Statuæ *Neronis curuli, retrò scomma quidam apposuerat:* Nunc demum agona esse, & traheret tandem. *s. currum. Sic Lauin. Sabellic. Beroald.*

ἀλλ' ὅσσον μὲ ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε. *Homer.*

Immò quicquid ego possum manibus pedibusque.

In id

In id omnes neruos ætatis induſtriæque meæ contendo. *Cic.*
Manibus pedibuſque conari. *Terent.* σὺν ὅλοῃ καὶ ἀσπίδι. *Ariſtophan.*
Cum haſta & ſcuto. (*quo habitu Mars vltor pingebatur.*) .i. *omni conatu.*
Omni telorum genere vti. *Sic Homer.*

ἔγχεί τ', ἄορί τ', μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν.

Haſtaque, & gladio, ſaxis ingentibus atque. Omni certaminis genere. *Ex eodem Homero qui habet:*

πύξ τε παλαισμοσύνῃ τε καὶ ἅλμασι, ἠδὲ πόδεσσιν.

Et pugnis pedibuſque & ſaltibus atque palæſtra.
ἀμφοτέροις αὐλεῖν ſ. χερσὶ .i. σπουδῇ τι ποιεῖν. *Suidas.* Vtraque manu haurire. .i. *cum conatu & ſtudio aliquid agere.* ἓν πρὸς ἕν. *Plato.* Vnum ad vnum. .i. *pro ſe quemq; contendere, ſingulos contra ſingulos pugnare.* Modis omnibus incitat.

πολλὰ μὲν ἂρ μάστιγι θοῇ ἐπεμαίετο θοίνων,
πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ. *Homer.* Multùm ille ſcuticaq; cita celerare iubebat, Multùm idē blandè affatus, multumq; minatus.

Acheronta mouere. *Virg. i. omnes modos etiam improbos nefarios & impios tentare, modò quod aggreſſus es perficias.* Vltima experiri. *Saluſt. Curtius.* Omnia experiri. *Cæſar. Cic.* Neruos addere. *Seneca.* Omnibus neruis contendere. *Cic.* νεῦρα ἐπιτείνειν. *Plato.* Neruos intendere. Omnes neruos contendere in aliqua re. *Cic.* Nauibus atque quadrigis. *Horati.* Commouere ſacra. *Plautinum. aliqui explicant, intendere ingenium, machinas adhibere.* Gladiatorio animo ad me affectat viā. *Teren. i. perire vel perdere paratus.* Desperatè. εἰς ἑκάτερον αὐλὸν αὐλεῖν. *Ariſtides.* Vtramque inflare tibiam.

τῇ γῇ καὶ θαλάττῃ. *Demoſthen.* Terra & mari. πάσῃ τέχνῃ. *Suidas.* Omni arte. Ego in hoc triduo aut terra aut mari alicunde euoluam id argentum tibi. *Plaut.* Tertia natura ſic ab his inueſtigata eſt, vt nulla pars cælo, mari, terra prætermiſſa ſit. *Cic.* Cæſim atque punctim. *ex Liuio.* Extrema linea amare. *Terent. i. impenſiſſimè. à curriculis in quibus calx erat extrema linea. Eraſmus. Turneb. ſed vide Indicem.*

ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν. Cominus atque eminus.
συστάδην καὶ ἀπὸ δοράτων μάχεσθαι. Cominus & haſtis pugnare.
Velis equiſque. *Eraſm. reijcit Henric. Steph. & ſupponit:* Velis remiſque. & Viris equisque. *ex Cæſare. Cicer. Saluſtio.*

Vśmiechnąć śię / znáć zezwala.

Riſit, ergo permiſit. Riſit, conſentit igitur. *Martialis l. 11. epigr. 7. petens veniā liberiùs iocandi Saturnalib. dicit:* Verſu ludere non laborioſo

Permittis puto pileata Roma. (*nam tunc etiam ſerui pileos geſtabant*)
Riſiſti! licet ergo, nec vetamur,
Quicquid venerit obuium loquamur, Moroſa ſine cogitatione.

Sic 1. Æneidos. Iupiter conceſſurus Veneri poſtulata ab ea, Subriſit; *& in 12. Iunoni ſimiliter reſponſurus,* ſubriſit. *Et in Ecloga 3. dicit.* Nymphas faciles riſiſſe. *i. diſſimulaſſe*

laſſe Menalca violante earum ſacellum. Apud Homerum μειδιάω, ὑπομειδιάω, rideo, ſubrideo, diſſimulando moleſtiam vel offenſam. vt Euſtathi. explicat.

Ὑστερίζειν, μοχλίζειν, wiekßemu, mædrßemu.

Viuere ſi rectè neſcis, decede peritis. *Horati.*

Cedere maiori virtutis fama ſecunda eſt. *Martial.*

Quem ſcieris non eſſe parem tibi, tempore cede. *Cato.*

εἶκε ποτὶ καιρὸν, τελέθων ἀνόμοιος ἐριστῆ. *Mylius.*

Nunc aliena tua tamen ætate omnia mitte,

Æquo animoque, agedum, iam alijs concede, neceſſe eſt. *Lucretius.*

Maiori cede. *Cato.* τῷ μείζονι ὑποξίσχου. *Planudes.* (nolo.

ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω. *Homer.* Antiquioribus cũ viris certare

Prudentiori, cedamus: ſtultiori, remittamus. *Seneca.* Cede Deo. *Virgil.*

νάνος ὢν, ὕπειξε. Nanus cùm ſis, cede.

μηδὲ θεοῖσιν ἴσ' ἐθέλε φρονέειν. *Homer.* Neque dijs paria velis ſapere.

μηδ' ἐθέλ' ἐξ ἐριδος σεῦ ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι. *Idem.*

Nec velis ex contentione cum meliore (*fortiore*) te viro pugnare.

—— Tu cede potentis amici Lenibus imperijs. *Horati.* Ne litiges cũ homine potente. *Eccleſiaſtic. c 7.* Noli reſiſtere contra faciem potentis. *Ibid. c. 4.*

ὃ τὸ νικᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι καλὸν, ἐν οἷς τὸ νικᾶν βλαβερόν. *Plutarch.* Non tantùm vincere ſcire pulchrum eſt, ſed etiam vinci, vbi victoria eſt damnoſa.

δυοῖν λεγόντοιν, θατέρου θυμουμένου,

ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις, σοφώτερος. *Euripid.*

Dicentibus duobus, irato altero, Qui non repugnat dictis, eſt ſapientior.

πῦρ τῷ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. *Pythagoras.* Ignem gladio ne fodito. i. *potentiorũ iracundiam ne concites Diogen. Plutarch. interpretatur. Criſſon Himeræus curſor celeberrimus, cum Alexandro M. curſu certans, conſultò poſterior erat, ne regem vincens pudore afficeret, quod generoſi animi rex vbi aduertit, ægrè tulit. apud Plutarch.*

Vt in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, cùm poſſit aliquantò clariùs dicere quàm ipſe primarum, multùm ſubmittere, vt ille princeps quàm maximè excellat. *Cicero.*

οὐκ ἔστι θνητοῖσι πρὸς ἀθανάτους μάχεσθαι,

οὐδὲ δίκην ἐπιεῖν, οὐδεὶ τοῦτο θέμις. *Theognis.*

Non licet mortalibus contra immortales pugnare,

Nec litem intendere. nulli hoc fas eſt.

ὁρᾷς παραῤῥεθοισι χειμάρροις, ὅσα

δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς σπουδάζεται,

τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται. *Sophocles.*

Vides exundantibus fluminibus, quæ arbores cedunt, ramos ſeruant; quæ renituntur, radicitùs pereunt. *Quercus vento reſiſtens, fracta eſt: arundo flexu obſequens,*

ſalua

ſalua remanſit. Auienus. qui dialogiſmum inter has habitum pluſculis verſibus elegantibus confecit. Similis eſt apologus apud Æſopum de Oliua & arundine.
Vipera erinaceo ſpecu ſuo cedere coacta eſt, metu aculeorum. Apologus.
Nulla contumelia eſt quàm facit dignus. *M. Antoni. apud Cic.*

Φρενίμως χύτρα τ κάκκαβον φεύγει μακράν. *A.*

Prudenter olla à cacabo abſcedit procul. *Ex Apologo Auieni. & habetur idem Eccleſiaſtici 13.* Poſterus dies fruſtra ſe præfert feſto diei præcedenti. *ex Apologo Themiſtoclis apud Plutarchum.* Submittere faſces, *apud Cic. Liu. Plini. eſt poteſtatem & auctoritatem magiſtratus ad priuatam mediocritatem demittere.* Spuśćić. Godnośći pompy poniecháć. Cedere maiori non eſt pudor inferiori. *Anonym. rh. Affine,* Mocnieyßemu mocny vſtepuić, Lepiey ſwego. Vić ſtáday śie z dworem. Vić rownia mnić zroba. Podleż.

Vſtáwami i mežámi miáſta ſtoia mé murami.

οὐ τείχεσ', ἀλλὰ τοῖς νόμοις πόλις ἀσφαλής. *A.*

Vrbs tuta non ſit mœnibus ſed legibus. Vrbs legibus munitior quàm mœnibus. *Talis erat Lacedæmon optimis diu vſa legibus, moribus, & inſtitutis; nec viros modò fortes & bellicoſos, ſed feminas etiam magnanimas & viriles habuit. De hac ciuitate Seneca in Medea ait:* Muris quod caret oppidum. *Et Claudian.*

Lacedæmon Deſpexit muros rigido munita Lycurgo. *Is enim teſte Plutarcho, vetuit illam vrbem cingi muris.*
ἀτείχιστοι μὲ πολλαὶ τ πόλεων διαμένουσι, νόμων δ χωρὶς, οὐκ ἔστιν εὐδαιμίαν οἰκεῖαν πόλιν. *Dion. Chryſoſtom.* Abſque mœnibus multæ ciuitates durant, abſque legibus autem nulla habitatur. *Demaratus rex Spartæ exul interrogatus, cur cùm rex fuerit exularet, reſpondit:* Quia Spartæ potentiores ſunt leges, quàm reges. *Plutarch.*
οἱ νόμοι κρείττονες ἢ βασιλεῖς. *Neq; ſolùm leges, ſed & viri fortes legibus præſertim obſequentes, pro muro ſunt ciuitati, ex eorundem Laconum ſententia. Ageſilaus dux Laconum, ciues armatos oſtendens dixit:* Ταῦτά ἐστιν τὰ λακεδαιμονίων τείχη. *i.* hæc ſunt Lacedæmonum mœnia. *Lycurgus verò:* οὐκ ἀτείχιστον εἶναι πόλιν, ἣ τὶς ἀνδράσι καὶ ὐ πλίθοις ἐστεφάνωται. i. Nequaquam immunitam (*ſine muro*) ciuitatem eſſe dicendam, quæ viris non lateribus cincta eſt. *Panthæas item Lacon legatus in Aſia, oſtendentibus ſibi murata ædificia ſplendida, reſpondit:* καλὴ νὴ τοῦ θεὸς γυναικωνίτης. Pulchrum per deos gynæceum. *Simile reſponſum Ageſilai:* Pulchrum ædificium, ſi mulieres, non ſi viri ſunt inhabitaturi. *Rhodigin.*
ἄλις ἀσφαλίζει ἄνδρες ἰσχυροὶ πόλιν. *A.* Sat firma fortes ſunt viri vrbis mœnia.
ἐν εὐνομίᾳ τὰ πάντα ἐστί. *Hippodamus.* In recta legum cõſtitutione ſunt omnia.
ἔστι γὰρ εὐνομία ἀρετὴ πόλεως. *Idem.* Eſt enim legum bona conſtitutio ciuitatis virtus. Lex mutus magiſtratus & magiſtratus lex loquens. *Cic.*
Archidamus rogante quodam qui Spartæ præeſſent, reſpondit: Leges & magiſtratus ex earum præſcripto.

Vſtáwičznié hárn / hárn.

ἡ σχολὴ δούλοις. *Ariſtotel.* Non eſt otium ſeruis. *Sic Plauti Soſia.*

Opulento homini (*i. apud opulentum*) hoc magis ſeruitus dura eſt,
Hoc magis miſer eſt diuitis ſeruus. Noctes dieſq; aſſiduò ſatis ſuperq; eſt,
Quo facto aut dicto adeſt opus quietus ne ſis, &c. *Plura vide ſub* Poddánes

Diem nocti æquabant per ſomnum vinumque. *Liuius.* (mu káżdy pan cieżki
Catena negotiorum. *Seneca.* Σισύφου λίθον κυλινδεῖν. Siſyphi ſaxum voluere.
Alluſit Terent. *Delphinus aſſiduò monetur etiam dormiens quandiu viuit. Plutarc.*
οὐδ' ὅσον κινῆσαι τὸ οὖς σχολὴν ἄγω. *Lucianus.*
Neque quantùm ſcalpendis auribus opus eſt otium habeo.
οὐδ' ὅσον ἀπομύξειν σχολὴν ἄγω. *ex eodem.*
Nec ad emungendum otium habeo. V. Prácowity. Robotny.

Vſtáwicznié by brat. Vſtawnié proſi.

Flagitator aſſiduus. *Plaut.* Sol ſemper hic eſt vſque à mani ad veſperum
Quaſi flagitator adſtans vſque ad oſtium. ſ. *vt ſolent mendici.*
ἐπὶ καλάμης ἀρῶν. *Suidas.* In culmo arat. *is qui crebrò & importunè petit vel exigit aliquid ab aliquo. Tralatum ab auidis agricolis aſſidua cultura agrum exhaurientibus.*
Semper petit vel petunt. *Plaut.* V. Wżyſcy bráć chcą.
In Moſtellaria Plauti creditor debitore conſpecto ait:

Cedo fœnus, redde fœnus, fœnus reddite,
Daturin' eſtis fœnus actutum mihi? Date mihi fœnus. ℞.
Fœnus illic. fœnus hic. Neſcit quidem niſi fœnus fabularier. Veterator.

Vſtáwicznié bierac / i nawiękßego vbędzié / niéſtánié.

De magnis diuitijs ſi quid demas, plus fit, an minus? Minus. *Plaut.*
Vbi de pleno promitur, neſcit quid det quid damni faciat. &c. *Idem.*
Non illud tibi apparere ſi ſumas poteſt (*i. ſi aſſiduò expendas argentum vel pecuniam, nullo modo tibi durare diu poteſt.*)
Niſi tu immortale rêre eſſe argentum tibi. *Idem.* Confit citò (*i. citiùs*) quâm ſi tu obijcias formicis papauerem. *Idem.*
Semper depromendo & nihil infundendo citò vas euacuatur. *Garner.*
ζωὴ ἐκ λαβῶν, καὶ τὰ δὲ μέγιστ' ἐλαττοῖ. *A.* Qui iugiter ſumit, minuit & maxima.

Vſtawicznié pyta nieſtwornié.

εἶθις ἂῦ πύθω δ' ὁδός. *Diogenian.* Iterum atque iterum ad Pythum via.
In eum qui moleſtus eſt de eadem re iterum atq; iterum interrogans: vt ſolebant euntes in ciuitatem Pythum Apollinis oraculo celebrem, & Græcis frequentatam. Idem faciunt noſtri viatores viarum ignari obuios quoſuis interrogantes, an recta & certa hæc ſit via ad illum locum & quam procul is abſit.
ῥοδίων χρησμός. *Diogenian.* Rhodiorum oraculum, i. *Rhodijs redditum, caſtigans ipſorum importunitatem toties de rebus minutis Mineruam interrogantium.*

Vſtáwi-

Vſtáwiczność i mile rzéczy hiodzi.

Aſſiduum mirabile non eſt. τὸ ζωὴν ἐδὲν θαυμαστόν.
Omnia deſiderata magis quàm aſſiduò percepta delectant. *Cic.*
Etiam mellis aſſiduus vel nimius vſus parit faſtidium. *Ex Pindaro & Salomone Prou. 25.* V. Odmiéná 3. Záwße icdno 2. Przyie śie.

Vſtáwiczność wiéle może / i ſam gwałt czeſto przemoże.

Czeſto kápiac miękka wodá / natwárdßy kámień wygłoda.

Gutta cauat lapidem, conſumitur annulus vſu
Et teritur preſſa vomer aduncus humo. *Ouid.*
Quid magis eſt durum ſaxo, quid mollius vnda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua. *Idem.*
Nónne vides etiam guttas in ſaxa cadentes
Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa? *Lucreti.*
πέτραν κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείη *Charilus. Galenus. i.*
Saxum cauat ſtilla aquæ aſſidua. *Vel vt vulgò profertur.*
Gutta cauat lapidem, non vi, ſed ſæpe cadendo. *Ex Ouidio.*
Longa dies molli ſaxa peredit aqua. *Tibull.*
ὁ ταῦτα δράσας ὕστερον σώφρων ἐγένετο *Suid.* Eadem ſæpe agens tandem ſapiens euaſit.
ἄμαχόν τὸ ἐνδελεχές. *Plutarch.* Inuicta inexpugnabilis eſt aſſiduitas.
πάντα γὰρ ἢ ἐνδελεχίας κατορθοῦται πράγματα. *Menander.*
Cuncta nam Peragi queunt aſſiduitate negotia.
σταγόνες ὑδάτων πέτρας κοιλαίνουσι, σίδηρος ὁ καὶ χαλκὸς ἢ ἁφὰς τῶν χειρῶν ἐκτρίβεται. *Plutarch.* Guttæ aquarum ſaxa cauant, ferrum autem & æs contrectatione manuum atteritur.

Stillicidi caſus lapidem cauat, vncus aratri
Ferreus occultè decreſcit vomer in aruis,
Strataque iam vulgi pedibus detrita viarum Saxea conſpicimus. *Lucreti.*
Nam leuiter quamuis quod crebro tunditur ictu
Vincitur in longo ſpatio tamen, atque labaſcit. *Idem.*

Silices formicæ crebro curſitantes atterunt. *Plini.* Multis ictibus deijcitur arbor.
πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς πέρα δαμάζεται. *Diogenian.*
Multis domatur dura quercus ictibus.
ἐν τῷ λέγειν τὸ λέγειν ποιοῦσιν. Dicendo homines vt dicant (*benè*) efficiunt. *Cic.*
Agendo vt agant (*bene*) *Plini. iunt.* Stillando cuppa impletur. *Garner.* Si paruum paruo crebrò addas. &c. V. Máło do máłá. *Sciurus tandiu verſat caſtaneã hirſutam, donec aculeos eius atterat & corticem interiorem aperiat. Anonym. Hieroglyphic.*

Vſtáwy bez wykonánia / nic nié ſą i bez karánia.

Quid leges ſine moribus Vanæ proficiunt? Quid triſtes querimoniæ, (*de corruptis moribus & neglectu legum*) Si non ſupplicio culpa recidítur? *Horat.*

Non ſatis eſt bonas leges habere, niſi ciues earū cuſtodes ſint diligentiſſimi. *Columel.*

ἐν ᾗ πόλει ὁ νόμος δεσπότης ἀρχόντων, οἱ δὲ ἄρχοντες δοῦλοι τοῦ νόμου, σωτηρίαν καὶ πάντα ἀγαθὰ — καθορῶ. *Plato.* In qua ciuitate lex magiſtratibus imperat, & magiſtratus legi ſeruiunt vel obtemperant *(ibi)* ſalutem & cuncta bona cerno.

Antiochus Tertius ſuis ciuitatibus ſcripſit: Si quid vnquam per literas mandauero, quod legibus aduerſetur, ne id curetis; ſed pro eo, quod me inſciente ſcriptum eſt, habeatis. In Curculione Plauti quidam lenoni dicit:

Rogitationes plurimas propter vos populus ſciuit,
Quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam.

Quaſi aquam feruentem frigidam eſſe, ita vos putatis leges. i. *dum recentes ſunt leges, metuuntur vt aqua feruens; dum obſoleſcunt, inſtar aquæ frigidæ non curantur. Idem Trinummo.* Leges mori (*præpoſterè*) ſeruiunt.

Mores autem rapere properant quâ ſacrum quâ publicum.
Hercle iſtis malam rem magnam moribus dignum eſt dari. *Ibidem.*

Mores (*caſu recto*) leges (*caſu quarto*) perduxerunt iam in poteſtatem ſuam.

Magis queis ſunt obnoxioſi quàm parentes liberis. *licet mores magis deberent eſſe obnoxij & obſtricti legibus, quàm parentes liberis. Acidalius.*

Ex miſeræ (*Leges 12 Tabul.*) etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis,
Vbi malos mores affigi nimiò erat æquiùs. *Idem.*

Sic Cyprian. Inciſæ ſint licet leges 12 Tabulis & publicè, ære præfixo, iura præſcripta ſint; inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur. &c.

καλοὶ νόμοι, καλῶν δέονθ' ὑπηςατῶν. *A.* Leges bonæ, bono indigent antiſtite.

ἐκ ὀρθούντες σὺ τρόπους νόμοι, κενοί. *A.* Eſt vana lex, niſi corrigat mores malos.

στέφανον μὴ δρέπεσθαι. Coronam ne carpſeris. i. *leges vrbis ne violes at ſerues, nam vrbium muri (quales & leges) coronis ſimiles. S. Hieronym.*

Vſtawy iáko paięczyna / z tárga te léda maránina.

Vſtáwy właſna ieſt páięczyná: przérwię zuchwáléc / vwięźnię chudźiná.

τῆς ἀραχνίοις νήμασίν ἐσιν ὁμοιοι οἱ νόμοι. *Solon.* Araneæ caſſibus ſunt ſimiles leges. *quòd ſicut illæ à maiuſculis inſectis & volucribus diſrumpantur, muſcas paruas & culices retineant: ita hæ à potentioribus violentur, tenuiores còèrceant. Anacharſidi id tribuit. Valer. Max.*

Innodat culicem ſed veſpæ peruia tela eſt,
Sic rumpit leges vis, quibus hæret inops.

Similiter Garner. Obſeruat latam plebecula ſubdita legem:
A magnis proprio viuitur arbitrio.

V ſtołu wſtyd zbytęczny / nępożytęczny. Kráść śie wſtydz / mé ieść.

Verecundari neminem apud menſam decet,

Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur. *Paraſiti eſt Plautini ſententia, quæ hodieq; locum habet in menſis tenuioribus æqualium egenorum, vel famelicorum; quales ſunt mendici, & aularum viliores aſſeclæ, quibus fames inutilem verecundiam eripit. de qua ſic Heſiodus:* αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει.

Pudor autem non bonus indigentem virum ducit. *Et Homer.*

αἰδὼς

αἰδὼς δ' ἐκ ἀγαθῇ κεχρημένῳ ἀνδρὶ πάρεστιν.
Verùm homini pudor haud quaquam conducit egenti.

Hoc modo apud Aristophanẽ δεῖπνον ἑκάτης. Cœna Hecates, *à pauperibus diripiebatur. Sed & apud honestos conuiuas nimia in edendo verecundia minùs probatur. Molestus enim est conuiua, qui nonnisi monitus vel rogatus manum mouet. Porrò modestia moderatio ac temperantia vbiq; locum & laudem habet. Ideoq; qui mensam festinata voracitate inquinabant, eam relinquere debebant, admonuit Dalecampius.*
Adde quòd mensæ, etiam priuatorum, sacræ habitæ fuerint apud Ethnicos. Scaliger ex Festo, Arnobio, Plutarch. V. Chleb swiety.

Vßczypliwy. Vßczypliwié mowi. Obrázliwié žártuié. Przyćina. Szczypié. Caninam facundiam exercet. *Saluſti. quia maledici & rixoſi, canes imitantur: vel à Cynicis Philoſophis maledicentia & impudentia celebribus: qualis in primis Diogenes.*
Cui canis ex vero ductum cognomen adhæret. *Horat.*
κυνικὸς. Cynicus. *Ciceroni pro ſcurriliter dicaci.* Bioneis delectatur ſermonibus. *Horat. à Bione Philoſopho qui mordaciſſimis ſcriptis Pòëtas laceranit. Acron.* Tellenis cantilenas canit. *Pòëta & tibicen erat facetus & dicax ac mordax, de quo Plutarch. Zenodot.* Zoilus. *Martiali.* Ζωίλος. *Sophiſta quidam fuit, qui Homerum, Platonem, & alios magnos viros carpebat, libris etiam editis, vt Ælian. ſcribit, qui eum vocat* κύνα ῥητορικὸν *i.* canem rhetoricum, & ψογερὸν, *melius* ψεκλικὸν κακοδαίμονα. i. Cacodæmonem vituperia amantem, *Hic item rogatus: Cur ita omnibus malediceret? reſpondit: quia malè facere non poſſum.*
Idem Vitruuio & Plinio teſte, dictus eſt Homeromaſtix. ὁμηρομάστιξ i. Homeri flagellum. *& ab eo deinceps alij, qui proba ſcripta bonorũ auctorum caſtigabant & vituperabant. Zoili & Homeromaſtiges.* θηρὶξ ὕστριχος. Hyſtricis ſeta: *pro dicto aculeato & mordaci.* Momus alter. *Nam Momus omnium hominum & deorum opera carpebat, teſte Platone, Ariſtot. Luciano. Philoſtrato.* Vitilitigator. *Plini. ex Catone.* Dente Theonino rodit aut circumrodit. *ex Horat. Theon Pòëta fuit quidam rabioſæ & petulantis maledicentiæ.* Archilochi rabies. *Horati.* Archilochia edicta aut dicta. *Cic. Pòëta fuit mordacia ſcribens carmina.* Hipponax *item* Iambographus mordaciſſimus, *qui verſibus ſuis Bupalum & Anthermum pictores vel ſculptores ad laqueum adegit. Hinc* Hipponacteum præconium. *Cic. pro mordaci infamia.* Scommatibus acuit orationem. *Cic.* Labienus *ob mordacitatem dictus* Rabienus *& libri eius combuſti, ob quod viuus ſepulcrum ingreſſus eſt. Rhodigin. poſt Senecam.*

Vßy wielkie gnuśnego / mate chytrego.
οἱ τὰ ὦτα μικρὰ ἔχοντες, ὀνηκώδεις, οἱ δὲ μεγάλα, ὀνώδεις. *Photius.*
Qui paruas aures habent, ſimiles ſunt ſimijs (.i. *ridiculi & aſtuti*) qui verò magnas, aſinino ingenio ſunt (.i. *ſtupidi, tardi, pigri. Idem dicunt Phyſiologi.*

Vtarto mu rogow.

μῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξεν .ſ. ἀυτόν. *Syneſius.* Murem pro leone illum reddidit. Vel ex leone murem illum fecit. i. *ex formidabili inſtar leonis, mure non minùs placidum reddidit. Sic interpretatur Henric. Stephan. & reijcit Eraſmum interpretantem ſic: Ingentia & fortia pollicitus, longè diuerſa oſtendit. Polonicum dictum aptiùs Syneſio reſpondebit ſi dicas:* Vtárł mu rogow. *vt Syneſius loquitur de Andronico feroci à Iulio compreſſo. Vide in hanc ſententiam plura ſub* Obćieto mu ſtrzydłá.

Vtrapionemu nić przydáy vtrapienia.

μὴ νοσοῦντί μοι νόσον προσθῇς, ἄλις γὰ ζυμφορᾷ βαρύνομαι. *Euripides.* Ne mihi ægroto morbum addas, ſatis enim calamitate grauor.

μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ. *Herodotus.* Ne malo, medearis malo.

Crudelis in re aduerſa eſt obiurgatio. *P. Syrus.*

In vitia miſeri dicere contumelia eſt. *Idem Syrus, vt legit Eraſmus.*

Sic Pſalmo 68 conqueritur de Iudæis Propheta vel Chriſtus. Et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. *Simile eſt.* Vnić przydaway nedzć nedznemu.

Vtrapionemu / obruſzonemu lćdá co záwádzi.

Animus affectus minimis offenditur. Nunquam ſine querela ægra tanguntur.
Imbecilla ſe lædi putant, ſi tangantur. Omne inualidũ naturâ querulũ eſt. *Seneca.*

Quibus res minùs ſecundæ ſunt, omnia ad contumeliâ accipiunt. *Terent.*

Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio. *Syrus Mimus.*

In calamitoſo riſus etiam iniuria eſt. *Idem.*

πρὸς ὕβριν ἅπαντα λαμβάνουσι δυσχερῆς. *A.*

Ad contumeliam ſuam miſer trahit omnia. Vtrapiony podeyrzliwy.

καὶ τὸν γέλωτ' ἀδίκημ' οἴει κακόμενος. *A.*

Riſum quoque ſuam iniuriam læſus putat, Ne moueas feſtucam. V. *ſub* Vnićdotkliwy. A laſſo rixã ne quæras, quia mox inuenies. *Ex Seneca.*

Vtratnik. Márnotrawca. Rozrzutny.

Bona ſua pro ſtercore habet; foras iubet ferri: metuit publicios (*al. publicos .i. adiles*) mundiſſimum fit: puras ſibi eſſe vult ædes: domi quicquid habet verritur ἔξω. i. *extra, vel foras. Plaut. de Dinarcho aſoto adoleſcente.*

Rem familiarem abijcit velut onus ſtercoris. *Apuleius.*

Quicquid erat nactus prædæ maioris, id omne (na dediſſes
Verterat in cinerem & fumum. *Horat. de Menio luxurioſo.* Decies cente-
Huic parco paucis contento, quinq; diebus Nil erat in loculis. *Idem de Tigellio he-*
Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum. (*luone.*
Ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca
Nummus, & è pleno ſemper tollatur aceruo,
Non vnquam reputant, quanti ſibi gaudia conſtent. *Iuuenal.*

Gallonius alter. *vel* Viuit vt Gallonius ad voluptatem omnia referens. *Cic. qui eundem vocat* lurconem, omnia gulæ ventriſque delectatione metientem. *Item* gurgitem ſquilla acipenſere omnia conſumentem. *Meminit eiuſdem Lucil.*

Is vel

Is vel Herculis quæſtum conterere poteſt. *Plaut.*

Ede columnas Megaclis *Dives is omnia decoxerat, nihilq; ſibi reliquerat præter columnas ante domum nobilitatis inſignia.* *Suidas ex Ariſtopha.*

ἀλλ' ἔδῃ ἐλθὼν τοὺς μεγακλέους κίονας. Sed abi columnas comedito Megacleas.

Gallina aceruum frumenti dum paſcitur diſſipans, typus prodigi. Pierius.

καλλίας πτεροῤῥύει. *Suidas.* Calliæ defluunt pennæ. *qui amplas opes per luxum ac libidinem abligurierat. & factus erat nudus inſtar auis deplumatæ.*

Charybdis bonorum *Cic. ſub* Obẏárty. Promuſque quàm condus magis. *Auſonius.*

ὅλῳ τῷ θυλάκῳ ἐ τῇ χειρὶ σπείρει. *ex Plutarch Pindar.*

Toto thylaco (*i. corbe*) non manu (*vt mos eſt*) ſerit.

ἅπαξ ἅπαντα αὐτῷ κανῷ. *Zenodot.* Simul omnia ipſo caniſtro. ſ. *dat, profundit.*

Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant,
Atque ipſæ vitijs ſunt alimenta vices. *Ouidi.*
Luxuriámque lucris emimus, luxuſque rapinas,
Et ſummum cenſus pretium eſt, effundere cenſum. *Manilius.*

Propter viam fecit. *Plaut. Macrob. Feſt. i. luxu omnia abſumpſit.* *Erat apud Romanos ſacrificium Herculi fieri ſolitum, quod* Propter viam *dicebatur, in quo omnia abſumi opus erat, & ſi quid ex epulis ſupereſſet, id igne comburi oportebat. Hinc Cato iocatus eſt in Albidium quendam nepotem, qui bona ſua omnia abligurierat, & inſuper domum quæ reſtabat incendio amiſerat, dicens, eum propter viam feciſſe.* Proteruiam *hic legit Eraſm. & quidam alij, ſed* Propter viam *retinent Anton. Auguſtin. Scalig. Turneb. Muret.*

Dat, profundit, perdit, perit. *ex Terent.* *In profuſos in dando & ædificando Plutarchus vſurpat ex Epicharmo illa:* ἐ φιλάνθρωπος τύγ' ἐσσὶ, ἐχθὴς νόσον χάιρεις δ' ἰδεῖν, *addit Plutarch.* χαίρεις οἰκοδομῶν. *i.* Non hominum amans tu es, morbum habes, dare gaudes, ædificare gaudes. Piſcis pluris quàm bos, apud luxui deditos vænit. *Cato mirari ſolebat quomodo ciuitas ſalua eſſe poſſit, in qua pluris piſcis quàm bos venderetur.*

ἀλεκτρυόνος χιλίαν ἔχει, ταχὺ γὰρ καταπέψει τὸ ἀργύριον. *Ariſtophan.*

Gallinacei ventrem habet, citò enim concoquit argentum.

κατεσθίει τὴν οὐσίαν. Deuorat ſubſtantiam. ἐν πίθῳ ὠνεῖται. *ex Theocrito.*

De dolio haurit. *Citer. i. è magno vaſe promit, ideoq; non parcit.*

Dolium pertuſum, *rectè hic vſurpes.* *Affine,* Było kiedyś. Poßło wßyſtko.

Vwiązł. Vwiązłeś. Vwikłał ſię. W ciáſną dźiurę wpadł.

Inter Orci cancros adhæſit. *Apuleius ſic:* Benè quòd in meas manus incidiſti, & inter ipſos Orci cancros iam adhæſiſti, &c. i. *intra cancellos, clauſtra firma, è quibus tanquam ex Orco non patet egreſſus.* In Sirenas incidit. *ex Homero. Ouid. Horat.*

Apud Sirenios ſcopulos conſeneſcere. *Gellius.* In foueam decidit ex qua ſe extricare non poteſt. *Lactantius.* μῦς ἐν πίσσῃ. Mus in pice. ſ. *hæſit.*

εἰσδυόμενος εἰς πόρκην, ὅθεν ἔξω πάλιν ῥᾳδίως ἔξειμι τ' αὐτὴν ὁδόν. *Antiphan.*

Inuolutus caſſibus, vnde non facilè rurſus foras egredi eadem via licet.

εἰς ἄρκυς ἐμπέπλημαι. *Heliodor.* In caſſes incidi. Irretitus corruptelarũ illecebris. *Cic.* Abire hinc nullo pacto poſſum ſi velim: Ita me vadatum amore vinctũq; attines. Nec quomodo nunc ego me expeditum ex impedito faciam, conſilium eſt. *Plaut.* Tactus ſum vehementer viſco. *Idem.* *Tralatum ab auium aucupio, vt & illud:* Viſcus merus eſt veſtra blanditia. *Adoleſcens dicit meretricibus apud eundem.* *Apud eundem mulier dicit adoleſcenti amoribus malis ineſcato:*

Fixus hîc apud nos eſt animus tuus clauo Cupidinis.

In medio luto ſum. *Idem Plaut.* παγιηλωμένος εἰμὶ τῷ &c. *Chryſoſtom.* Trabalibus clauis affixus alicui rei. *Arnobius.* Hedera illum circumplexa eſt. i. *illigatus & impeditus eſt aliqua re, quæ ſit inſtar hederæ tenacis & quæ attigerit ſtrictè complectentis. Pierius ex Horatio, Catullo.* *Affine,* Ani mie tám. Nié wyſiglus ieſt śie. Mam cię.

Vżalenia godny. Kamien by go zapłakał.

Vel hoſti miſerandus. καὶ ἐχθρὸν ἐλεῆσαι θεασάμενον πὴν τοῦ παρόντος τὴν ἀνθρώπου. *Suidas.* Vel hoſtis miſereretur cernens præſentem hominis calamitatem. Vel Priamo miſeranda manus. *Virgil.* Miſerabitur hoſtis. *Idem.* Lapides flere cõégiſſes. *Cic.* V. Żałoſna rzecz.

Vżywáme złe / dobrey rzeczy nié ma wádzić.

ὁ χρὴ τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν εἰς τὰ πράγματα μεταφέρειν. *Iſocrates.* Non oportet hominum improbitatem in res transferre.

Non res in vitium ſed male facta cadunt. *Sic Quintilianus de Oratoribus.* Cum actores cauſarum eadem in alijs litibus defendunt, quæ in alijs impugnârunt, id non artis ſed hominis eſt vitium. *Et Iſocrates:* ὁ καλήγορήτεον τούτων τῶν πραγμάτων ἐστὶν, δι' ὧν ἄν τις μετ' ἀρετῆς πλέον ἐπιτήδευσιν, ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων τοὺς περὶ τὰς πράξεις ἐξαμαρτανόντων ἢ τοῖς λόγοις ἐξαπατώντων καὶ μὴ δικαίως χρωμένων αὐτοῖς. *i.* Non ſunt accuſandæ res illæ, per quas cum virtute præſtare alijs poſſis, ſed homines potiùs, qui circa res illas peccant, & loquendo decipiunt, non rectè vel non iuſtè illis vtentes.

Quis gladium damnet, quo fors occiditur inſons?

Ebrietas non eſt vini, ſed culpa bibentis. *Sic apud Plautum quidam in Aulularia & alter in Truculento crimen à ſe ebrio commiſſum in vinum transferens, refutatur egregiè.* *V.* Pijáńſtwem grzech wymáwiáć.

W.

Wachániac śie nié náyie. Wechem wilk ſyt nié będźie / nié tyié.

Res ſalſa eſt bene olere & eſurire.

Qui non cœnat, & vngitur Fabulle, Hic verè mihi mortuus videtur.

Martialis in conuiuatorem, qui vnguento ſuaui cœnaculum aſperſit, & nil cibi appoſuit.

Sic

Sic Iuuenal. in aliũ. Poma, *inquit*, comedit ipſe, quorũ ſolo paſcaris odore, *non edas.* Menecratis cœna. ſ. *non ſatiat, quia ex floribus vnguentis conſtabat. V.* Tákiemu tákie. Non ſum coquus. i. *odore ſolo non paſcor, vt coquus. V.* Kucharz śie wachániac náyić.

——— Carne opus eſt ſi ſatur eſſe velis. *Martial.*

ὀδοῦσιν ἀ ὐ ῥισὶν ζῷ λύκος. *A.* Non naribus ſed dentibus viuit lupus.

ἀκτῖσι σελήνης βότρυς ἀ πεπάνεται. *è Plutarcho.*

A lunæ radijs non matureſcit botrus.

Wáde pokryć wrzedem godnośćią ſtanem / ść.

Strumam dibapho tegere. *Cicer. de Vatinio improbo ciue, Sacerdotij munere ornato. Vſurpatur cùm vir improbus & indignus ac infamis dignitate aliqua exornatur. Nam purpura διβαφος bis tincta, fuit nota & ornamentum magiſtratuum. Sic apud noſtrates:* Corke chromo &c. do klaſtorá. *Taceo alia odioſa ſednota.*

Warchoł. Buntownik.

βορβοροτάραξις. *Ariſtophan.* Cœni agitator. *pro turbulento & ſeditioſo.*

Wáſmośći wáſmośći. Széptu ſzéptu / á daley nic.

Inanis loquacitas & verba in labris naſcentia. *Quintilian.*

ἀπὸ τ χειλῶν (ἄκρων) λαλεῖν. *Epicteto.* Summis labris loqui.

Summa ſaliua: *vel* Summis in labris natat ſaliua. *Ex Perſio qui perſtringens Neronem (qui mollicie cum feminis certabat, & tamen Poëta videri voluit, ac poëmata ſcripſit) dicit:*

Summa delumbe ſaliua

Hoc natat in labris. ſ. *more feminarum delicatarum, quæ non ex imo pectore loquelam edunt, ſed in ore quin extremis labris formatam. Caſaubonus.*

Quid cùm legitima fraudatur litera voce,
Blæſaque fit iuſſo lingua coacta ſono!
In vitio decor eſt; quædam male reddere verba
Diſcunt, poſſe minus quàm potuêre loqui. *Ouid. de mulierum ſermone.*

Watkn nié zſtáć.

Deficiunt nerui. *Horat.* Res me ipſa deficit. *Cic.* Defit mihi fortuna. *Idem.* Res anguſta domi. *Iuuenal.* Vacuam domum inhabitat. *Vide* Wrzkomo coś. *Licet etiam vſurpare dictum Polonicum Græca allegoria, hoc modo:*

ἐλλείπει ὁ κρόκης τῆς κρόκης. *i.* Trama ſtamini deficit, vel non ſuppetit.

Watpienie droga do mądrośći Watpić połowicá umieiętnośći.

Watpienie / rodźi pytánie: á to záś rzéczy pozwánie.

Διαπορία, πρὸς γνῶσιν ἰθυπόρος τριβός. *A.* Recta ad ſcientiam via, dubitatio.

ὁ διαπορεῖν ἀρχόμενος, ἄρχεται φρονεῖν. *A.*

Dubitare quisquis incipit, ſapere incipit.

ὐκ ἀποροῦν, ἢ πάντ' ἔγνω, ἢ μηδέν. *A.*

Qui non dubitat, aut omnia ſcit, aut nihil. *Dictum tritum in ſcholis.*

Atqui

Aliqui omnia ſcire nemo poteſt. Reſtat ergo vt nil dubitans parùm aut nil ſciat.

Watpliwégo / abo watpiacego tácno nakiérowáć.

Dum in medio eſt animus, paulò momento huc illuc impellitur. *Terent.* νῦς ἀμφίβολ& ὀλίγῃ ῥοπῇ καταφέρεσθαι. *A.*

Waſywßy ná ryby / ná piéprz żáluié.

ὃς ἰχθύας ἀνήλωσεν εἰς πέπερι ὃ θέλῃ. *A.*

Impendit in piſces & in piper abnuit. *Sic* Sumptu facto in equum, facere hunc in frena recuſat. *Item* Exſtructa domo, inſtruere illam non vult. quod minus eſt. *Sic Martial.* Emi hortos, plus eſt; inſtrue tu, minus eſt.

W cżepku śie vrodźił. *v.* Szczęśliwy

W dobry cżás mowić. Bożé day w dobry cżas mowić.

Nie chwalac śie. Niech to nikogo nie obraża.

Σὺν ἀδρασείᾳ λέξαιμι *Euripides.* Volente Adraſtia dixerim.

ἀδράστια ἐργοις σωμάτων φθόνον. *Idem.* Adraſtia arceas dictorum inuidiam.

ἀπείη ἀδραστια *Lucian.* Abſit Adraſtia. i. *inuidia.*

πρόσκυνῶ δὲ ἀδράστειαν χάριν ἃ μέλλω λέγειν. *Idem.* Supplico Adraſtiæ *vel* deprecor Adraſtiam ob ea quæ dicere debeo.

Fors dicta refutet. *Virgil.* Ad mortem ſi te (Fors dicta refutet) Prodiderim &c. i. *quod nolim, quod abſit, quod dij omen auertant. Erythræus. Adde illud, Oratorum, qui, quod populo ſuadebant,* Mineruam ſibi ſuggeſſiſſe aiebant, *& tamen gloriam ſibi vendicabant. Apud Homerum quoque in re difficili* Pallas dicitur aliquid ſuggeſſiſſe. *Et Ariſtophan.*

τὸ μὲν νόημα τῆς θεᾶς, τὸ δὲ πρᾶγμ' ἐμόν.

Excogitauit hoc dea, aſt opus eſt meum. *Sed loco* πρᾶγμα, *i. negotium, in verſu prouerbiali poſuit poëta* κλέμμα *i. furtum, carpens Cleonem rapacem. Rationem dicti Polonici pulchram, licet petere ex P. Syro, qui ait:*

Irritare eſt calamitatem, cùm te felicem vocas. V. Milcz kiedy dobrzé. Abſit verbo inuidia. *Liui.* Ignoſcat mihi Nemeſis. *Lambin:* Præfiſcini dictum ſit. *Plaut. i. ſine arrogantia.*

ὡς τε σὺν θεῷ εἰπεῖν, μηδὲν δεινὸν πάσχειν διὰ τὸ ὁμολογεῖν. *Plato.* Quod beneuolente Deo dictum ſit, & nil mali eueniat ob confeſſionem.

μὴ μέγα λέγε, μή τις ἡμῶν βασκανία περιτρέψῃ τὸν λόγον τὸν μέλλοντα λέγεσθαι. *Idem* Ne loquaris grandia, ne qua nobis inuidia interturbet orationem futuram. Nos in otio. Nemeſis non audiat. *Budæus. Deſpuebant etiam Ethnici ad amoliendam inuidiam, faſcinum, morbum. Plini. ait:* Deſpuimus morbos comitiales, defaſcinationes, veniam quoque ſpei audacioris à dijs petimus in ſinum ſpuendo. *Sic apud Theocritum.* ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Ne mihi noceat faſcinum vel inuidia, ter in meum deſpui ſinum.

θεῶν

θεῖον ἐξάιρω λόγον, *Plato vt legit Eraſm.* Diuinum excipio ſermonem. *Cùm glorioſius aliquid excidit, ominis gratia excipiebant deos, qui omnia poſſunt, & quibus nemo præſcribit. Henric. Steph. corrigit Eraſmum & legit* λόγῳ, *vt ſit ſenſus.* Deum excipio ab hoc ſermone. *Probat ex Platone & Syneſio.*

W dobry rok leda ziemiá żyzna. Żyzna rola czás dobry czyni.

ἔτος φέρει ὄχι ἄρουρα. *Theophraſt.* Annus (*i. cæli & aëris bonitas*) producit (*fructus vberes*) non ager. Ziemi dobrey niebo i czás wiele pomaga. *Nam multùm ad fertilitatem agri facit cælum, ſol, aër, venti, pluuiæ. Quare Columella inſtruens villicum ait:* Cæli & anni præſentes mores intueantur; neque enim eundem ſemper velut ex præſcripto habitum gerunt. *Cato etiam duo hæc conſiderare iubet:* Salubritatem cæli & vbertatem loci. *Plini. item ait:* Ad ſoli naturam, ad loci ingenium, ad cæli cuiuſque mores dirigenda ſolertia eſt. Ea maximè conſtat cælo, ideò & ſiderum mores noſcendi. *Idem docet Virgil.*

γῆ μὲν κακὴ
τυχοῦσα καιρῷ θεόθεν, εὐσταχυν φέρει,
χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ', ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν,
κακὸν διδωσι καρπόν. *Euripides.* Terra quidem mala,
nacta cælum bonum diuinitùs, bonam ſegetem fert;
bona verò priuata ijs quæ habere eam conueniebat, malum fert fructum.

W dobry ście rok vrodźił. *i.* rosły / spory / cieliſty.

Per annonam laxiorem aut vilem natus eſt. *Ex Plauto, apud quem Paraſitus oppoſite ſenſu ait:* Per annonam caram natum me dixit pater. W drogim ście rok vrodźił. *Simile eſt illud Feſti,* Bupes βοῦπαις, *quaſi bos puer, vel bouiſimilis puer.*

Idem Vitruuij Catlaſter *Cariſio & Scaligero.* ἀνδρόπαις *idem.* vir puer.

Wdzięczna rzecz / wonna / przyiemna iák rozbierał.

ἁδύ τι νέκταρος ὄσδει. *Theocrit.* Fragrat nectaris inſtar.

Ambroſia dulcius. *Catull.* Nomen nectare dulcius beato. *Martial.*

Literæ olentes Platonicum nectar. *Symmach.*

ὄζει τ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος. *Suidas.* Redolet ambroſiam & nectar.

ὄζει ἴων, ὄζει ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου. *Athenæus.* Olet violas, olet roſas, olet hyacinthum. Mellitos verborum globulos & omnia dicta factaque quaſi papauere & ſanſucho ſparſa. *Petronius.*

θελχθήσῃ καὶ ὑφ' ἡδονῆς ὀλίγου τε κυκεῶνος ἄλλῳ μεταδώσεις πεῖν. *Lucian.* Oblectaberis & præ voluptate ne minimùm quidem cyceoni potando tribues. i. *non deſiderabis potionem ſuauiorem. Cyceonis potionem ex caprino caſeo, farina & vino Pramnio fuiſſe ſcribit Brodæus: hanc tamen illo ſæculo iucundam habitam idem docet, vt & caprinum ſanguinem apud Homerum & Galenum. Item Moretum apud Virgil. alia apud alios. adde equinum ſanguinem & carnes in deliciis eſſe Scytharum. Talia ergo ad morem & vſum variarum gentium interpretari oportet.* Gallinacei lactis hauſtus.

ſtus. *Plini. pro re rara & iucunda. licet aliqui album oui intelligant.* V. Wiele dobrego.
πολὺ πηκτίδ@ ἡδυμελίστερ@. *Sappho.* Multo ſuauior pectide: *citharœdi inſtrumento, ſeu cithara.* αἷμα καὶ ψυχή. *Antiphan. de pecunia.* Sanguis & anima. *Simile eſt illud.* ζωὴ καὶ ψυχή. Anima & vita. *de re admodùm ſuaui. Eraſm. licet aliqui hoc dicto abuſi ſint.* τοσοῦτον ὅσον ἐκ διονυσίων. *Ariſtophan. Suidas.* Tantùm quantùm ex Bacchanalibus. *de re vehementer expetenda ac exſpectata, quæ nectar & ambroſiam olet vt idem Ariſtophan. ait. Eraſmus, Iunius.*
Aut piſcem olet aut florem. ſ. *thymallum. S. Ambroſ. de re ſuauis odoris.*
Epelanes, *piſciculus Sequanæ odoratiſſimus. Rhodigin. l. 28. c. 7.*

W dziurawy ſtatek leieß. W dziurawy wor ſypieß.

In pertuſum ingerimus dicta dolium. *Plaut.*
εἰς τίθον τετρυμμένον ὕδωρ ἀντλεῖς. *Lucianus.* In perforatum fundis aquam dolium.
Laticē pertuſum cōgeris in vas, Quod tamē expleri nulla ratione poteſtur. *Lucret.*
εἰς δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐγχέομεν τίθους. *Alciphron.* In Danaidum dolia amphoras infundimus. V. Dziuráwego ſtátku. Nienáſycony. Dármo robiß.

Wechem doßedł.

Naſo pol iam hæc quidem videt plùs quàm oculis. *Plaut. de muliere quæ non videre ſe fingens militem, dixit illum intùs non eſſe, olfactu. Idem de anu vini odorem procul ſentiente ait:* Canem eſſe hanc quidem magis par fuit, ſagax naſum habet.
ῥινηλατεῖν *tr. Græci vſurpant.* φῶρας ῥινηλατεῖν. *Syneſius.* Fures olfactu ſeu odorem attrahendo perſequi. Sagaciter indagare.

Wedlug ſtawu grobla.

Ne ſumptus (*in agrum impenſus*) fructum ſuperet. *Varro.*
βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ σάκκου μέγαν. *Suidas.* Fructus papyri magnam ſpicam haud poſtulat. Non quantùm vis, ſed quantùm capis hauriendum eſt. *Seneca.*
Nos pro herili & noſtro quæſtu ſatis bene exornatæ ſumus. *Plaut.*
πρὸς πόδα ὑπόδημα. Iuxta pedem calceus.
ὅσον εἴη τὸ πρᾶγμα, τοσοῦτον καὶ ὁ λόγ@ ᾧ χρῆται. *Plutarchus.* Quanta res fuerit, tanta ſit & oratio qua vteris.
Pro re nitorem, gloriam pro copia eſſe oportet. *Plaut.*
Arcta decet ſanum comitem toga. *Horat.* V. Pomierz ſie ſam.
κατὰ ναῦν τὰ ἄρμενα. *Suidas.* Iuxta nauem carbaſa.
Affine, Jáko kogo zſtáić. Zgadzay ſie gebo.

Wę dwoie mioci. Na miedzy ſiedzi.

ὡς ἀγαθὸν ἐς ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν! *Ariſtophan.*
Quam res bona eſt habere plura agnomina! *In eos qui plures artes profitentur, vel plura officia habent, vel vtriſq; factioni inſeruiunt.* δισσὰς χορδάς. *Ariſtides.* Geminas chordas pulſare. δίπλυχα ὀρχεῖσθαι. *Idem.* Bifariam ſaltare.
μέσον δυοῖν καθίζεσθαι. Medium inter duos ſedere.

δυσὶ ἀγκύραις (*ſ.* ἀγκύραις) ἑρμεῖ. *Ariſtides, Pindar.* Duabus ancoris nititur. i. *duas patrias habet: vnde illud aliud* οἴκοθεν οἴκαδε. Domo domum. *ab amico ad amicum diuertit. Pierius.* Duplici ſpe vti. *Terent. ait:* Commodius eſſe opinor duplici ſpe vti. Hippopotamus. i. *Fluuialis equus duplici elemento viuit, interdiu in aqua, noctu aquis egreſſus in terram ſegetes depaſcitur. Pierius cum Plinio.*

Wegorzé w zámecié łowią. W odmecié ryby łowić.

τὰς ἐγχέλεις θηρᾶν. Anguillas capere. ſ. *in turbida aqua. Ex Ariſtophane qui ait:* οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι, ὅταν μὲν ἡ λίμνη καθεστῇ, λαμβάνουσι οὐδέν. ἐὰν δὲ ἄνω τε καὶ κάτω βόρβορον κινῶσιν, ἄιρουσι. καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς. i. Qui capiunt anguillas, cùm palus ſtat quieta, nil capiunt. ſi verò ſurſum deorſum lutum commouerint, capiunt. & tu capies vbi ciuitatem turbaueris. Piſcari in aqua turbida. *Goifredus. addit è Gallico dicto Garner.* Vtile eſt.

Vtile piſcari eſt turbata ſemper in vnda.

Eſt facilis captu turbata piſcis in vnda. *Idem.*

Simile quid eſt in Æſopi apologo, de Piſcatore aquam Viatori turbanti ob ſuum commodum.

In tanto ciuium numero, magna multitudo eorum eſt, qui aut propter metum pœnæ, peccatorum ſuorum conſcij, nouos motus conuerſioneſque Reipub. quærant: aut qui propter inſitum quendam animis furorem, diſcordijs ciuium ac ſeditione paſcantur: aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio mallent quàm ſuo deflagrare. *Cic.* *His adde fures, qui cùm clam nihil ſurripere poſſunt, incendium excitant, vbi palam ab omnibus omnia diripiuntur.*

Simile Ciceronis dicto eſt illud Plautinum. Quibus res timida aut turbida eſt,

Pergunt turbare vſq;, vt ne quid poſſit conquieſcere. *Sepia ad captandam prædam atramentum effundit, & ſic in tenebris obuia quæq; corripit. Plutarch.*

Weſele w płáczu. Po weſelu płáczu.

Ita comparatum eſt in ætate hominum, Voluptati vt mœror comes conſequatur. *Plaut.* Emortualis è natali factus eſt dies. *Idem.*

πολλάκις πρῶτον ἡσθέντες, ὕστερον ἐλυπήθημεν. *Iſocrates.* Plerumque priùs lætati, poſtea dolemus.

Riſus nimius lacrymas excutit. *Carol. Bouillus.* i. *lætitiam mœror turbat.*

Gaudia principium noſtri ſunt (*ſæpe*) doloris. *Ouid. habet: Phoce doloris.*

Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis. *Idem.*

Fortuna præſens (.i. *potens*) eſt, ſuperbos Vertere funeribus triumphos. *Horati.*

τὸν τραγικοῖς ἄχεσι τὸ κωμικὸν ἔργον ἀμείψας. *Agathias.*

Tragicis doloribus Comicum negotium (*actum, luſum*) commutans.

Βοιώτιος νόμος. *Zenodot.* Bœotica cantilena. *de ijs vſurpatur quibus priora quieta & proſpera fuerũt, poſteriora turbulenta & triſtia ſunt. vt Bœotijs accidit poſt mortem Laij, olim felicibus.* πυραύστα χαρὰν ἔχαιρε. Pyraustæ gaudes gaudium. *Muſcæ genus eſt ad lucernas alacriter aduolans & ab eis conflagrans. Zenodot. Ælian.*

Sophocles cùm eius Tragœdia viciſſet, gaudio mortuus eſt. Chilo ob victoriam filij in Olympijs ſimiliter. Plura talia Plini. l. 7. c. 53. Adde Iephthe poſt victoriam inſignem, filiam ſuam mœſtum immolantem. Iudicum c. 11.

Feruens olla frigidâ aſperſa eſt. *Carol. Bouillus. In hominem hilarem qui repentino infortunio & mœrore conſternatur. Tractum à coquis.*

Weſół gdy drudzy płáczą. Wſzyſcy głód cierpią/ a on bánkiety ſtroi.

Apollo Tortor. *Dictum ſpargebatur Romæ de Auguſto, qui in ſumma annonæ caritate & penuria, cœnam ſumptuoſam parabat, ipſe Apollinis ſcenico ornatu diſcumbens, conuiuas verò deorum dearumq; habitu ornatos adhibens.*

Apollinem *ergò eum vocárunt ob habitum ſimilem*, Tortorem *verò ob crudelitatem Apollinis in Marſyam citharœdum victum & excoriatum. Dictum in eos quadrat, qui præſertim principes in publicæ miſeriæ, intempeſtiuis deliciis & voluptatibus diſſluunt.*

Bomonicarum ludus. V. Tobié śmiechy/ á mnié nié do śmiechu.

Wéſoło ten táńcuié/ komu ſzczęśćie intonuié (przyśpiewuié.)

Sat ſcitè ſaltat cui fortuna citharam pulſat. *Garner. è Gallico.*

γηθοσύνως ὀρχεῖται ὅτῳ γε τύχη κιθαρίζει. *A.*

Sat lætus ſaltat, citharam cui Fors bona pulſat.

Wét zá wét.

Eodem poculo bibes. *Plaut.* Deludo luſorem meum. *Idem.* Equidem hæc dixi per iocum. ℞. Per iocum item Dictum habeto, quæ nos tibi reſpondimus. *Idem.*

Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem. *Horati.*

Cædimus, inq; vicem præbemus crura ſagittis. *Perſius. vt in luſu pilæ. alij aliter.*

Tum pueri nautis, pueris conuicia nautæ Ingerere. *Horati.*

Parem calculum ponere. *Plini. iuni.* Par pari referre. *Terent. Cic.* ἴσον ἴσῳ ἀπιφέρειν. Par pari datum, hoſtimentum eſt opera pro pecunia. *Plaut.*

Vbi nominabit Phædriam tu Pamphilam Continuò. *Terent. Cic.*

ὄναρ ἀντὶ ὀνείρου. *Plato.* Somnium pro ſomnio. ſ. *dicam, vel audi.*

ἄχρις ὑβρίζειν τοὺς ὑβρίζοντας χρεών. *Æſchylus.* Sic conuiciantes conuiciari oportet. *Ethnica Sententia.* ὁ βαλὼν βεβλῆται. vel ὁ πλήξας καὶ πληγείς. *Ex Euſtathio & Philoſtrato.* Percutiens percuſſus eſt.

Dedit malum & accepit. *Plini. iuni.* Sphæram inuicem reddere.

ὥσπερ σφαῖραν ἐνδέξαμενος τὸν λόγον πάλιν ἐπαλαζέτω τὸ μειρακίου. *Plato.* Tanquam pilâ excepto ſermone rurſus retorſit in adoleſcentem.

Diogenes oſſa ſibi conuiuium ingreſſo à conuiuis per contemptum obiecta perminxit. ludum eorum ſimili ludo ſed inhoneſto improbans. Vulpes inuitato grue ad conuiuium, inſculum in lapidem effudit, & eum vt ederet hortabatur: Grus verò poſtmodùm eidem inuitatæ, offam bonam in vaſe oris anguſti appoſuit. Æſopus apud Plutarchum.

ὁρᾷς τὸ Διὸς, ὃ βέλος διέπτατο. Vides Dium, cuius iaculum tranſuolauit.

Dicitur cùm ſimile malum vel iniuria ladenti rependitur.

Nam

Nam Ætoli Dium Macedoniæ oppidum vaſtauerant, Macedones verò Thermum opulentiſſimam & mercatu celeberrimam Ætolorum vrbem viciſſim vaſtárunt, & muris hunc Senarium inſcripſerunt iniuriam priorem relatam exprobrantem. Vides Dium, cuius telum ad te peruenit. Veſpaſianum ploſtrum pro plauſtro pronuntiantem Florus Conſularis admonuit plauſtrum eſſe dicendum. ſequenti autem die conſpecto Floro Imperator dixit, Salue Flaure pro Flore. Sueton. Domitius apud Plutarchum Craſſo obiecit: Ob mortem muræna ploraſti. Craſſus verò reſpondit. Tu autẽ tres vxores abſq; vlla lacryma extuliſti. Pro pede xeniũ. *apud Homer. Bubulcus Vlyſſis vulnerato Cteſippo proco inſultat illi dicẽs:* τῦτό τοι ἀντὶ ποδὸς ξενήϊον. Hoc tibi xenium pro pede (*bubulo, quem Cteſippus dederat Vlyſſi mendicanti.*) *Vſurpari Gregorius Theologus in eos ait, quibus malum pro malo redditur. Euſtathius. Iunius. Nudipes obuium habens petaſatum, rogauit per iocum: quanti fungulus iſte? Cui ille: quanti calceoli tui & denario inſuper. Iouianus Pontanus. Lege epigramma 16. lib. in Caium 10. Martial. Affine.* Kto mi mowi. Jákie czéſtowánie. Jáka praca. Co drugiem czynił. Wzáiem ſie. Oddam. ꝛc.

Wezmuß oſtatek. Wziałés koná / wezmi i bicz.

ἀφεῖλες ἵππον, ἆῖρε καὶ φραγέλλιον. *A.*

Equum abſtuliſti mihi, flagellum en quoque cape. *Sic dixit Libertinus Abbas Fuldenſis Gotthis, qui ipſi equum ademerant, vltrò flagellum eisdem porrigens. D. Gregorius ſcribit. Talia ſunt illa.* Erepta ſecuri, tolle & manubrium. Cane ablato & lorum ſimul accipe.

Wézne-li ia kij. O gdzież to kija / kamienia &c.!

Phraſis eſt variè & eleganter à Latinis reddita.

Auferére non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero. *Plaut.*
At, ſcin' quomodo tibi res ſe habet,
Si hodie hercle fuſtem cepero aut ſtimulum in manum? *Idem.*
Quem ego pol iam hoc ſcipione. ſ. *feriam. Idem.*
Vtinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit, quî latera conteram tua! *Idem.*
Nimis velim lapidem, quî ego illi diminuam caput. *Idem.*
Vnde mihi lapidem? vnde ſagittas? *Horati. iratus Dauo ſeruo.*
Quos ego. ſ. *vlciſcar, puniam. Neptunus apud Virg. ventos increpans.*

Wiárá iák duſzá / raz vtrácona / niéprzywrocona.

Fides vt anima; vnde abijt, eò nunquam redit. *P. Syrus.*
Fidem qui perdit, perdere vltrà nil poteſt. *Idem.*
Fidem qui perdit, quò ſeruet ſe in reliquum? *Idem.*

ἅπαξ ἄπεστι πίστις ὡς ψυχὴ βροτῶν. *A.* Fides vt anima ſemel hàúd reditura abit.
ὁ πίστιν ἀποβαλών, οὐκ ἂν ἔτι κτήσαιτο. *Gorgias.* Qui fidem perdidit, non ampliùs eam recuperabit. βίος ἀ βιωτὸς πίστεως ἐστερημένῳ. *Idem.* Vita non vitalis eſt ei qui fide priuatus eſt. Honorem qui perdit, multùm perdit: fidem qui perdit, perdit omnia. *Garner.* V. Ktamcy.

Wiárá rzátká rzéć. Wiérnego trudno náléść.

Rara fides. *Horat. Cato.* ἡ πίστις σπανία. *Planudes.*

παύροι τι πολλῶν πιστὸν ἔχουσι νόον. *Theognis.*

Paucis è multis fidus adeſt animus.

Apud Terent. iuuenis deceptus ait: Attamen, Vbi fides? ſi roges, nihil pudet.

Apud eundem femina dicit: Fidelem haud fermè mulieri inuenies virum.

Virum fidelem quis inueniet? *Prouer. SS. c. 20.*

πιστὸς ἀνὴρ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἀντερύσασθαι ἄξιος. *Theognis.*

Vir fidelis auro & argento expendi dignus eſt.

Wiáry godzien. Prawda to co mowi.

Dignus qui-cum in tenebris mices. ſ. *digitis. Cic. Sumptum è ludo cuius meminit etiam Varro. Vſurpatur de eo qui adeò certæ eſt fidei, vt ne in tenebris quidem, vbi impunè poſſet, fallere velit colluſorem in ludo digitorum.*

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ. *Iuuenal. i. ſum dignus fide.*

οὗτοι χρησμὸς λέγει. *ex Theocrito.* Oracula loquitur.

ὥσπερ ἐξ ἀδύτου τινὸς χρησμὸν ἀπεφθέγξατο. *Galenus.* Tanquam ex adyto quopiam oraculum edidit. ὡς ἐκ τρίποδος. Tanquam ex tripode. i. *vera.* τὰ δ' ἐκ τρίποδος. Hæc ex tripode. i. *vera.*

Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. *Cic.*

τὰπὶ κοσκίνῳ. Quæ ad cribrum, vel quaſi ad cribrum dicta. ſ. *diuinantium per cribrum, vbi religio metuſq; erat fallere vel negare. Ex Luciano.*

ἀληθέστερα τῆς σιβύλλης ἢ βακίδος. *Dion Chryſoſt.* Veriora Sibyllinis aut Bacidis oraculis. *Nam vt mittam Sibyllas notas, Bacis etiam fuit fatidicus verax habitus, apud Platonem, Pauſani. Suid.* Hiſtorica fide verba ſua obligat. *Ouidi. nam hiſtoriæ anima veritas.* Attica fide vir. *ex Diogeniano.*

Xenocratis teſtimonium, *quem ſolum iniuratum dicere voluerunt Athenienſes, quod nulli alij conceſſum Luciano teſte. Meminit & Cic.*

ῥῆμα καὶ νεῦμα μόνον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, μυρίοις ἐνθυμήμασι καὶ περιόδοις ἀνεξέλεγκτον πίστιν ἔχει. *Plutarch.* Verbum & nutus ſolus boni viri, mille argumentis & periodis æqualem fidem habet. Tabulæ Metelli. *pro fide digniſſimis.* Cum Q. Metelli repetundarum accuſati tabulæ iudicibus inſpiciendæ circumferrentur, nemo fuit qui non remoueret oculos, & ſe totum auerteret, ne dubitarè de tanti viri fide videretur. *Cic.* *Sic Nazianzen. de Athanaſio*: τὰ ἐκείνου δόγματα πλάκες τοῦ μωσέως. Eius decreta reſponſa erant populo inſtar tabularum Moſis. i. *maximæ fidei, auctoritatis, ac reuerentiæ.* αὐτὸς ἔφα. Ipſe dixit. i. *Pythagoras.*

Tibi maxima rerum verborumque fides. *Virgil.*

ὁ δ' ἀνὴρ ἀνώμοτος πιστεύεσθαι ἄξιος. *Sic Henr. Steph. correxit Eraſmum.*

Hic dignus eſt omni abſque iurando fide.

τὸν δακτύλιον φορεῖ. Annulum geſtat in manu. i. *fide dignus eſt. Nam annulus ingenui homi-*

nui hominis fidem significabat, nec ornatus, sed signandi causa ferebatur olim, iúſq; tantùm vnus & liberis ſolis concedebatur. Cùm verò ſeruo quoque dabatur, ſimul libertas & ingenuitas eidem concedebatur. Macrob. Pierius.

Pythagoricus tripus. *Rhodigin. de homine non ſallente inſtar Delphici Apollinis.* ἠύς τε μέγας τε. *Homer.* Magnusque bonusque. καλῶν κἀγαθῶν μαρτυρία. *Ariſtides.* Honeſtorum & bonorum teſtimonium.

Wiátr go zły mię dotyczie / mię owrzemię.

Delicati periphraſis eſt. Quem ſpecularia à flatu ſemper vindicant. *Seneca.*

Hibernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſolos & ſine fæce diem. *(vbi arbores ſunt.)*
At mihi cella datur non tota clauſa feneſtra,
In qua nec Boreas ipſe manere velit. *Martial. de hoſpitis inhumani amici.*
Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro. i. *lectica munita vitro, Iuuenal. de muliere diuite delicata.* *V.* Delikat. Kochánie.

Wie Bog czyy báran czyy kozłéć.

Ex apologo Polonico noto. In quo vir nobilis ducebat hædum templo hoſtiam, videns autem colonum ſuum ducentem agnum, inſtitit vt commutaret ſecum, dicens; indecorum eſſe, herum offerre ſacris hædum, colonum verò eius, agnum: qui cedens precibus herilibus dixit;

ὃ ἀμνός ἐστιν, ὃ ἔριφος οἶδεν Θεός. *A.*

Cuius ſit agnus, cuius hircus, ſcit Deus. i. *Deus nouit occulta.*

σὺ μὲν βροτὸς λαθέσθαι ἐστὶν ὁ Θεόν. *A.*

Homines latere poteris haud poteris Deum. Abſconditorum cognitor Deus. *Daniel 13.* Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit. *Prouerb. Saiom. 24.* Noli inſpicere ſacrificium iniuſtum, quoniam Dominus iudex eſt. *Eccleſiaſtici 35.* Dona iniquorum non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorū. *Ibid. 34* Immolantis ex iniquo oblatio eſt immaculata. &c. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris. *Ibidem.* *Vide exemplum de 40. aureis. ſub* Bogáty rzadki ſprawiedliwy. *Audi & Ethnicos.*

Puras Deus non plenas aſpicit manus. *P. Syrus.*

Conſcios dictorum factorumque deos, *ait Seneca.* *Antalcidas cùm in Samothracia initiaretur, interrogatus, quid egregium in vita patraſſet, reſpondit:* ἐάν τί μοι πέπραχται τοιοῦτον. ἐπίσταται αὐτὸ οἱ θεοί. *Plutarch.* Si quid tale à me patratum eſt, ſciunt ipſi dij. V. Bogé nie oſukaß.

Wie on co mu ſmakuié.

ἡ αἶξ τὸ κατάμωμον. *Euſtathi. Philoſtrat.* Capra cinnamonum. ſ. *appetit, agnoſcit, perſequitur.* Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. *Virg.*

ὁ μαγνῆς σίδηρον ἕλκει. *ex Suida.* Magnes ferrum trahit.

Domini gulam habet coquus. *Ex Martiali.* *Ex floribus alij colorem vel odorem percipiunt; apis verò mel. idem facere oportet legentē Philoſophos Poëtas. Simonid. apud Plutar.*

Wie

Wie on gdźié co zdybáć / obćrwáć.

Scit bene venator ceruis vbi retia tendat. *Garner. è Gallicis.*
οἶδεν ὁ ἀγρώτης ἐλάφοις ποῦ δίκτυα βάλλῃ. *A.*

Wiecey dwá vyrzą niż ieden.

πλείω ὁρῶσι τέτταρ' ὄμματ' ἢ δύο. *A.*
Plus quatuor oculi videbunt quàm duo. *Vide* Jéden nié wiéle możé.

Wiecey Bog ma niż rozdał.

Præclara & vera ſententia. ac crebrò vſurpari poteſt, vel ad excitandam ſpem in rebus lapſis; vel ad retundendam arrogantiam eius qui præſe egentiores aut quoquo modo inferiores contemſit. πλείω δοθέντων θεὸς ἔχει δεδοσόμενα. *A.*

Sunt plura quæ Deus dare poteſt quàm dedit.
Sunt plura multò quæ Deus habet quàm dedit.

Simile quid habetur 2. Paralipomen. 25. Cùm Amaſias rex ſolicitus eſſet ob damnum centum talentorum datorum militibus ex Iſrael collectis, quos Deus reijcere eum iubebat, reſpondit Propheta: Habet Dominus vnde tibi dare poſſit, multò his plura. *Nam cùm opulentia & munificentia Dei infinita ſit, ea omnia quæ ex ſuo theſauro tot rebus creatis hucuſq; contulit, & aſſiduo confert, minima quædam & atomi vel puncti inſtar eſt particula, reſpectu eorum quæ habet & conferre poteſt & conferet præſertim ſpectata æternitate, vt Theologi docent.*

Wiecey kowalow niż złotnikow: gáydow niż orgánistow. ꝛć.

πολλοὶ βυκέται ταῦροι δέ τε γῆς ἀρόται.

Multi qui ſtimulent tauros, ſed rarus arator. i. *Cuiuuis artis nobilioris, pauciores ſunt artifices quàm vilioris: & in eadem arte quæcunq; tandem illa ſit, pauciores ſunt qui excellant. Garner.*

πολλοὶ θριοβόλοι ταῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Multos thriobolos paucos eſt cernere vates. *Thrioboli dicebantur diuinaculi ſortilegi, quit brias i. calculos ſortium in vrnas mittentes diuinabant. hi vatibus longè inferiores erant. Zenodot. Suidas.*

Wiecey w kánárzé cukru / niż w Tátárzech maki.

Plùs apud Campanos vnguenti, quàm apud cæteros olei ſit. *Plinius.*
Vſurpari hoc poteſt in laude alicuius loci, regionis, ſtatus, conditionis, vel perſonæ per comparationem cum aliis locis vel perſonis dicendo. Maiorem hîc eſſe copiam rerum exquiſitarũ, vel ſuauium, quàm alicubi vilium & ingratarum. Vide comparationem Chalcidij & Athenarum. ſub Przyśććk podczás. *Simile eſt illud alterum dictum Polonicum.* Wiecey v niégo rozumu w piećie / niż v ćiébié w głowié. *Sic de aliis rebus.*

Wiecey złégo niż dobrego ná świécié.

Plùs alòés quàm mellis habet. *Iuuenal. de vxore. ſed extende ad alia.*
Ita comparatum eſt in ætate hominum, ita dijs placitum,

Vt incom-

Vt incommodi plùs maliſque adſit, boni ſi quid contingit. *Plaut.*
Vbi voluptatem ægritudo vincat: quid ibi ineſt amœni? *Idem.*
Pluraque ſunt ſemper deteriora bonis. *Ouidi.* ὡς τὰ χείρονα πλείω βροτοῖσίν ἐστι τ̃ ἀμεινόνων. *Euripides.*
Peiora plura melioribus apud homines.
πολλοὶ ἱερεῖς καὶ παῦροι ἱερεῖς. *Chryſoſtom.* Multi ſacerdotes & pauci ſacerdotes, i. *multi habitu & nomine, pauci opere & vita.*

ζοιᾶτός ἐστιν ὁ βίος ἀνθρώπου γυνή,
εὐφραινόμεθ' ἔλαττον ἢ λυπούμεθα. *Philemon.*
Talis eſt ô mulier humana vita Minùs gaudemus quàm dolemus.
εἰ γάρ κεν ὅσα τερπνὰ καὶ ὄπποσα λυγρὰ βίοιο
ἀντιβαλοιτεύκης, μέσα τάλαντ' ἐρύων,
πολλῶν κεν βεβύθοιτο κακῶν ὑπὸ γαῖαν ἰόντα
πλάστιγξ, ἡ δ' ἀγαθῶν, ἔμπαλιν ὑψι θέοι. *Nazianz. i.* Si quot ſunt iucunda & quot moleſta in vita In lance appendas mediam trutinã trahens; Multis onerata malis ad terram ibit lanx, Bonorum verò (*lanx*) ſurſum feretur.
ἓν γὰρ παρ' ἐσθλὸν, πήματ' σύνδυο δάσονται βροτοῖς ἀθάνατοι. *Pindarus.*
Ad vnum enim bonum, duo ſimul incommoda tribuunt hominibus dij.
ὥσπερ κυαθίζει' ἐπὶ ἡμῶν ἡ τύχη,
ἓν ἀγαθὸν ὑπέχουσα, τρί' ἐπάντλει κακά. *Diphilus.*
Fortuna ſic plerumq; miſcet pocula, Ad vnicum bonum tria affundit mala.
Huc facit fabula Homeri de duobus doliis in limine Iouis ſitis, altero bonorum, malorum pleno altero; ex quibus ille cuius nato mox aliquid tribuit, ſed plùs ſemper è malis.
τὰ χείρονα νικᾷ. *Homer.* Deteriora ſuperant.
Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala multa. *Martial de ſuo libro.*

Wiećérza hoyna/ noc niéſpokoyna.

Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. *Eccleſiaſtes c. 5.*
Vigilia cholera & tortura viro infrunito (*intemperanti*) ſomnus ſanitatis in homine parco, dormiet vſque mane. &c. *Eccleſiaſtic. 31.*
Ex longa (*vellauta*) cœna, ſtomacho ſit maxima pœna. *Schola Salernitana.*
λαμπρὸν ἑδὼν δεῖπνον, σπιεχὴς ὀχήσεται ὕπνου. *A.*
i. ſplendidam cœnam edens, continuum non habebit ſomnum (ſed interruptum)
Idem de potu intellige, præſertim proximè ante ſomnum hauſto. quem noxium ex Gallico dicto ait Garner. contra morem quorundam gentium certè minimè laudandum.

Wiećérza ſkromna dáiéʃ/ Spokoyne w nocy ſpánie.

Vt ſis nocte levis ſit tibi cœna brevis. *Schola Salernitana.*
μικρὸν πὰρ δεῖπνον μακρὸν ἐχεῖο ὕπνον. *A.*
Quidam in diuerſorio cæteris in cœna paranda occupatis lectum parabat, dicens: Cœnam

vix vna hora durare, somnum 7. vel 8. horas requirere. Iacob. Pontan. Lepiey śie dobrzę wyſpáć/ niż dobrzę wiéczerzáć.

Wiedz mię wiedzac.

In multis eſto quaſi inſcius & audi tacens. *Eccleſiaſtic. 32.*

Tu quod ſcis, neſcias ſi ſapis. *Terent.* *Apud Plautum ſeruus timens plagas ob rem quãdam aſpectam curiosè, dicit:* Non vidi, etſi vidi. *Item.*

Nihil ſcio, niſi neſcio. *Item.* Neſcio etiam id quod ſcio. *Item.*

Plùs ſcire ſatius eſt quàm loqui ſeruum hominem, ea ſapientia eſt. *Item.*

Etiam illud quod ſcis, neſciueris: nec videris, quod videris.

ἐ πάντα γνωσὰ χρησιμὴν ἐκφέρειν. *A.* Non cuncta quæ ſcis propalare eſt vtile.

ἐγὰ δὲ τοῦτ' οἶδα σοφώτατος ἔλεγε Σωκράτης. *A.* Nil ſcire ſapiens ſe aſſerebat Socrates.

Etiam obliuiſci quod ſcis interdum expedit. *P. Sirus Mimus.*

τὰ γνώμη εἰδότ' ἐπιλαθέσθαι συμφέρει. *A.*

Affine, Miey iezyk zé zeby. Milczeć lépiey. Vić wßyſtko też trzébá wiedźiéć.

Wiedźa to ſi baby w ßpitalu. *v.* Jawna rzécz.

Wiekßa komorá niż ſtodołá. Wiekßa przédmowá niż kśięgá.

τὸ πήσαγμα μεῖζον θυλάκου. *Lucian.* Sarcinula acceſſoria maior culeo, ſeu ſacco enerario. *Sic legit & interpretatur Lucianum Eraſmus. At Henric. Steph. retinet vulgatam lectionem,* μὴ σοι μεῖζον προσκείσθω τὸ πτύγεγραμμα τοῦ θυλάκου. *vertit.* Ne iuſſio maior accedat inſcriptio ſacculo. *More eorum qui ſacculis addunt chartulas indicantes ad quem pertinant. Et Eraſmi interpretationem admittit correcta Græca Syntaxi.* μεῖζον τοῦ θυλάκου. Prologus fabulà enormior. *ex Spartiano qui ait:* Nimis pauca dicenda ſunt (*in præfatione*) nec debet prologus enormior eſſe quàm fabula.

Diogenes Cynicus videns ciuitatis Myndiorum paruæ portam amplam, dixit: Myndij portam claudite, ne vrbs egrediatur. *Laërtius.*

Oneris ſumptum funis (*quo fertur*) ſuperat. *Garner.*

Acceſſorium maius principali. V, Przydátek podczás lépßy niż dátek.

Wiekßie rzéczy minawßy/ o mnićyßé śie frąſuićß.

Vá śmierć idąc/ ná ćiáßny trzéwik vtyſkuićß.

Cùm capiti tuo mederi debeas, reduuiam curas. *Cic.*

ὠφεὶ τὴν παρεωχίας μέμφεσθαι, ὁ τοῦ μείζονι ἐνοχθησόμενος κακῷ. *è Plutarcho.*

De reduuia queritur, maiori obnoxius malo.

τὸ πάρεργον μεῖζον ἔργου. *Syneſi.* Superuacaneum maius ſerio. *ſæpe habetur à quibuſdam ſtultis. Adde apologum de Fure qui ad patibulum ducendus noluit exire veſte lacera indutus, ſtulta & intempeſtiua verecundiâ.*

Qui ſemetipſum non habet, Samum petit. i. *Bello captus & ſeruus factus, oblitus ſuæ libertatis de poſſeſſione Sami ſollicitus.*

Wielky hut niż puk.

Magno

Magno conatu magnas nugas. ſ. *dicere. Ex Terentio.*

μικρῶν περὶ μεγάλα προοίμια. De puſillis magna proœmia.

τί μοι μικρῶν περὶ μεγάλα Φροιμιάζει; *Plutarch.* Quid mihi de parvis magna facis proœmia? *Vulgare illud eſt:* Præfatio libro prolixior.

Prologus enormior fabulâ. (*eſt. vel non ſit.*) *Spartian.*

δρᾶμα ἐκ τραγικῆς κωμικόν. *Syneſius.* Drama è Tragico Comicum. i. *ex rebus turbulentis & triſtibus, quieta & læta.*

Leo audito ranæ coaxantis ſono, magnum quid ratus ſubſtitit, egreſſam verò è palude conſpicatus, pedibus obtrivit. Æſopus. V. Coli tu bedźić. Vlić toś obiécował.

Wiekſzy koſzt / nakład / niż zyſk / niż pożytek.

Aureo hamo piſcari, *aiebat Octauius eos, qui minima commoda maximo diſcrimine vel diſpendio ſectantur. Nam abrupti aurei hami damnum, nulla ferè captura piſcium compenſari poteſt, Suetoni.* Διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἱμάτιον ἀπώλεσας, *Ariſtoph.* Hæc propter ipſa veſtis interijt tibi.

Wiele á wſzyſtko złé.

Vulgare dictum. De omnibus aliquid & de omnibus nihil. ſ. *ſcire, facere, habere, poſſe.* περὶ πάντων τι καὶ περὶ πάντων οὐδέν.

Sic Homerus apud Platonem de Margite dicit.

Multa quidem nôrat, vitiosè ait omnia nôrat. *Verſus Græcus incertus ſic ſuppletur.* πολλὰ μὲν ἔγνωκεν, πλὴν πάντα γ' ἔγνωκε κακίως. *A. Simile eſt illud:* τὰ πολλὰ πρᾶττειν, ἐστὶ πανταχῆ σαπρόν.

Multa ſimul aggredi, eſt vbique putidum.

Wiele ćźęło. iák prochu. &c.

Ilias, Aceruus, Montes, Mare. Centum, Trecenti, Sexcenti. Innumeri numeri. Innumero numero ſemina. *Lucreti. Gellius. Cic. Terent. &c. & talia plura vide ſi lubet in 1. Tomo, & hîc infrà ſub titulis ſequentibus.* Ψαμάθῳ ἴσον. Arenæ par. Odyſſea errorum. *Budæus. Stratonicus in quodam oppido ſummis pedibus ingrediebatur circumſpectans cautè. & rogatus, cur id faceret, reſpondit.* Timere ſe ne quem præconē calcaret. *Significare voluit illic magnum numerum præconum fuiſſe. Eraſm.* Vlemáſk gdźié ſtapié. *Vide ſimile Luciani dictum ſub* Vlépodobieniſtwo. Septem *pro multitudine Pierius ex SS. libris & ex Virgilio.*

Illa autem Pòëtica. Quot cælum ſtellas. Quot littus arenas. Quot meſſis ariſtas. *& ſimilia, obuia ſunt & collegit Georg. Fabricius in Pòëtica ſua.*

Sic Homer. ὅσα ψαμαθός τε κόνις τε. Quantum eſt arenæ & pulueris.

Wiele dobrego.

Gargara bonorum. *Macrobius dicit* Gargara *abſoluè vſurpari pro immenſa rerum copia. à monte ſic dicto, circa quem regio eſt feraciſſima. ſic Macrobius.*

Alij fictam vocem eſſe aiunt à ſtrepitu quem facit multitudo rerum dum mouentur & colli-

duntur. ἔνδον γὰρ ἡμῖν γάργαρα. *Ariſtophan.* Intùs enim nobis Gargara ſunt. γάργαρα ἀγαθῶν, χρημάτων. *Sophron.* Gargara bonorum, pecuniarum, opũ. &c. ἀγαθῶν ζωρὸς. *Ariſtophan.* Bonorum ſtrues, aceruus. ἀγαθῶν θάλασσα. Mare bonorum. ἅμαξαι ἀγαθῶν. *Alexis.* Plauſtra bonorum. δάθος vel δατὸς ἀγαθῶν. *Suidas.* Dathus bonorum. *à regione Thaſſiorum feraciſſima & auriſera.* θάσος ἀγαθῶν. *Calliſtrat.* Thaſſus bonorum. *à loco fertili Thraciæ affini.* τὰ τῆς γῆς ἀγαθά. *Menander.* Bona terræ. ἀγαθῶν μυρμηκία. Bonorum myrmecia. i. *agmen vel examen. pro* Copia inſtar examinis formicarum numeroſa. *Nam ſunt & formicæ auriferæ Indorum, aurum colligentes & recondentes teſte Plinio & Theocrito. Sed & noſtrates multam vim frumenti optimi recondunt. Et bono omine in os pueri congeſſere grana apud Cic.* τὸ ζωὸς τῶν ἡδονῶν. *Plato.* Examen voluptatum. δραχμὴ χαλαζῶσα. *Zenodot.* Drachma grandinans. *Vel* Drachmæ grando. *Vel* Drachmis grandinat. *Tractum à miſſilibus theatri, in quibus inter alia donaria, etiam drachmæ ſpargebantur: quodam vero tempore cùm ſpargerentur, grando decidit; hinc origo dicti.* ἀγαθῶν ἀγαθίδες. *Pollux.* Bonorum glomi. *ſed maior dicto Græco gratia eſt ob alluſionem vocum. notatur multitudo, vt in glomo multa fila conglobantur.* Cornu Amaltheæ *vel* Copiæ. ἔξεις τὸ ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. *Lucian.* Habebis Amaltheæ cornu, & emulgebis lac gallinaceum.

Vide Doſtátek wßytkiego.

Wiele dobrego / nimieć / ábo pozbyć złego.

κακῶ ἀπαλλαγῆναι ἀγαθῶν ὑπέρμεγα. *A.* Ingens bonũ eſſe crede defungi malo. Nimium boni eſt cui nihil eſt mali. *Ennius apud Cic.* Wiele dobrego/ nic nie cierpieć złego. κεῖνος ὀλβιώτατος ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν. *Euripides.* Ille feliciſſimus cui per diem non contingit quicquam mali. *Fuére quoq; Philoſophi qui felicitatem ponebant.* ἐν τῇ ἀναλγησίᾳ. i. *in indolentia ſeu abſentia doloris. quos refellit Cic. 2. de Finibus. Meminit & Gellius l. 12. c. 5. Confine eſt illud.* μικρὸν κακὸν, μέγ' ἀγαθόν. *Diogenian.* Paruum malum, magnum bonum. Mało złego / wiele dobrego.

Wiele ich więcey przemoga. Wßyſtko przewodzą gdy śie wßyſcy zgodzą.

τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ. Plurium calculus vincit.
πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον. *Homer.* Plurium opus melius.
πλείων καὶ πλεόνων μελέτη. *Heſiod.* Plùs poteſt plurium induſtria.
πανταχοῦ τὸ πλέον μέρος κύριον. *Ariſtot.* Vbique maior pars potior, Maior pars vicit meliorem. *Liui.* Tu tantùm numero pugna. *Ouid.* Melius eſt duos eſſe ſimul quàm vnum &c. Si quis præualuerit aduerſus vnum, duo reſiſtunt ei. *Eccleſiaſtes c. 4.* Illos defendit numerus. *Iuuenal.*
ξυμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν. *Homer.*
Coniuncta virtus hominum etiam vilium multùm poteſt.

Multæ

Multæ manus reddunt onus leuius. πολλῶν χειρῶν εὐφορητότερον βάρος. *A. i.*
Leuius onus portatur à multa manu. A pluribus quod fertur, eſt leuius onus.
Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. *Ouidi.* *Affine*, Spolnič lżey.

Wiele o ſobié rozumie.

Cælum digito ſe attingere putat. *Cic.* *Lyſimachus apud Plutarchum ſuperbè dixit.* Τὸν οὐρανὸν τῇ λόγχῃ ἅπτομαι. Cælum lancea attingo.
Vertice ſidera tangit. *Ouid.* Contingere ſidera plantis. ſ. *ſe putat.* *Properti.*
Sublimi feriam ſidera vertice. *Horat. de ſeipſo.*
Quæſitam meritis ſume ſuperbiam. *Idem ſeipſum alloquitur.* (*gans.*
Fidis enim manare Pòëtica mella Te ſolum. *Idem Pòëtam arrogantem caſti-*
Iouis auribus iſta Seruas. i. *carmina tua ſoli Cæſari recitare vis.* *Idem eidem.*
Statuam ſibi ideo deberi exiſtimat. *Andr. Schott.*
Opinioni non reſpondet calculus. *Balduinus ICtus.* Plùs in opinione quàm in calculo (*eſt vel habet.*) *Iuſtinian. ICti.* ἄλλος μενεκράτης. Menecrates alter *ſub* Τέκιεπυ τέκιε. *Affine*, Chełpliwy. Sam śie chwali. Sam śie ſobié podoba. *Hos caſtigat vulgare diſticbon.*

Omnis homo nihil eſt, aliquid qui ſe putat eſſe,
Eſt aliquid quiſquis ſe putat eſſe nihil. *Anonym. rhythmic.*

Item Socrates Apollinis oraculo ſapientiſſimus declaratus, qui nihil ſe ſcire profitebatur, niſi hoc ipſum quòd nihil ſciret. Gallus ſuperbum animal. *Æliano teſte, quantumuis altum oſtium intrans caput inclinat, ne alicubi criſtam impingat & offendat.*

Wiele ſłuchay / mało mow'.

ἄκουε πολλὰ, λάλει ὀλίγα. *Bias.* Audi multa, loquere pauca.
Φιλήκοον εἶναι μᾶλλον, ἢ φιλόλαλον. *Cleobulus.*
Magis audiendi quam loquendi eſto cupidus.
ἄκουε, σίγα. *Lucian.* Audi, tace. Geminas habemus auriclas os vnicum. Binas aures, linguam vnicam, eamque ſeptam natura dedit homini; quòd plura expediat audire, quàm loqui. *Plutarch.*
Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. *S. Iacobus.*

Wiele ſtráciwßy / máła ábo oſtárłá mé zárzucay.

Po rozbiciu nawy / dęſki nié puſczay. Po ogniu i popioł pozbiéray.
Pieniądzé ſtráciwßy / mießék ſchoway.

Fracta naue naulum ſerua. *Ex Iuuenali qui ait:*
Furor eſt poſt omnia (*perdita*) perdere naulum.
μὴ παραπολλύτω τὸν ναῦλον. *Ex Ariſtippo.* Ne perdas naulum.
Mercatores cauti naufragium paſſi, vel ſi mercium pretium eos fallat, ſaltem curant vt habeant quî ſoluant naulum, dum domum redeunt terra ſeu aqua (nam & de terreſtri penſione vſurpant Græci naulum.) *Lepidè apud Lucianum Charon à Menippo Philoſopho pauperè & Diogeni ſimili ad Orcum tranſuecto, exigit naulum ſed fruſtrà. Nam*

& mortuis nummum in os imponebant stulti Ethnici naulum Charonti, ne errarent incerti sed transueherentur in locum conuenientem, teste Luciano, Apuleio. Et Iuuenalis ait:

—— Nec habet quem porrigat ore trientem.

Plaut. item ait: Abijt ad Acherontem sine viatico. *Sed & insepultos non recipiebat Charon in cymbam. Tertullian. Virg. Lucan. Euripid.*

ζωὸ τῷ κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα *s.* ἀπολέσας *vel* ἀποῤῥίψας. *Eudemus.* Cum cane (*amisso*) & lorum perdere vel abijcere,

Lapsa securi ne abijcito manubrium. *Ex Garner.*

τὸ ἔκνω ὀλέσας, μὴ ἀποβαλὲ τὸν λαβήν. *A.*

Puerorum est, si quid modicum ex ludicris rebus illis tollatur, reliquum abijcere & vociferari. E Plutarcho.

Wiele to kosztuié. Wiele do tego trzéba.

ἀδδηφάγος λύχνος. *Alceus.* Edax lychnus. *quia multùm olei absumit.*

ἀδδηφάγον ἅρμα. *Ex Aristoph.* Edax currus. *Nã sumptuosa res est currus & equos habere.* ἑκατὸν δέ τε δούρατ' ἀμάξης. *Hesiod.* Centum plaustri ligna (*sunt.*)

Centum autem lignis plaustrum compingitur vnum. *De re quæ multa adminicula vel magnas impensas exigit.*

ἀδδηφάγος τριήρης. *Lysias.* Edax triremis. *Naues enim magna magno sumptu indigent & dum construuntur & dum sunt in vsu.*

Eadem est Plauti sententia de naue. Adde mulierem ex eodem Plauto posui versus eius sub Nieźwiéśty długo śie stroia. *vt rectè etiam dici possit.* (nem.

ἀδδηφάγος γυνή. Edax mulier. *V. eundem Plaut. sub* Żoneś poiał z wielkiem wiáś

ἱππάρχου τεῖχος. *Suidas.* Hipparchi murus: *quo Academiam cinxit & multam pecuniam ab Athenienſibus eo nomine exegit.*

Wiéléto ná ćie ábo ná mię. Nié po twych to plécách. Nié zdołaß temu.

Non nostrum onus est, sed feremus. *Cic. Plini. Quintilian.*

Non nostrum onus. bos clitellas? *s. ferat. Vsus est Ammian. alluſit & Cic. ad clitellas boui impositas, cùm alicui imponitur munus vel onus cui non est ferendo. vt clitellæ asino, non bouí imponi solent.* ἐγὼ τοσοῦτον τράχηλον οὐκ ἔχω. Ego collum tantum non habeo. *s. ferendo oneri Cic. apud Plutarch.* Maiora viribus audes. *Virg.* Celocem regere nequis & onerariam petis. *Apulei.* Prouinciam cepiſti duriã. *Terẽ.*

δελφῖνος ἐν χέρσῳ βίη. *Pindar.* Delphinis in terra vires. *s. nullæ sunt. In eum quadrat qui vltra vires, scientiam, etatem, facultates aliquid aggreditur vel tentat.*

Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, ὅτοι δώσω. *Suidas.*

Arcadiam postulas, magna postulas, non dabo (*tibi illam.*)

βύβλου δὲ κάρφος ὐ κρατεῖ μέγαν στάχυν. *Suidas.*

Culmus papyri haud sustinet spicam grauem. *nam debilis est culmus papyri, ideò spicas inanes fert ait Erasm. qui apud Suidam loco* κάρφος *legit* καρπὸς, *nullo sensu bono, non enim fructus tenet seu sulcit spicas sed culmus. aliter V.* Przestań ná swem.

Sors

Sors tua mortalis, non eſt mortale quod optas. *Ouid.*
Magna petis Phaëthon, & quæ non viribus iſtis
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
Plùs etiam quàm quòd ſuperis contingere fas eſt Neſcius affectas. *Idem.*
ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς *vel* ἄλλη. *Suidas. Plato. Lucian.*
Vltra ſepta vel foſſam ſalis. *In pentathlo ſaltus terminus ſignabatur longurio vel foſſa ducta aut linea quopiam modo.*
τὰ σκάμματα παρεῖδες. *Chryſoſtom.* Septa vel foſſam tranſcendiſti.
ἄτλας οὐρανὸν ὑπεδέξατο. Atlas cœlum ſuſcepit. *de eo qui laborioſum & graue quid aggreſſus eſt.* Id nolit ferre rogatus Atlas. *Ex Martiali.*
ὃς μὲν γὰρ μικρῶν κρατέει, μεγάλων ἀίδηλον
ἤ πού ὑπερβήσῃ. *Nazianzen. i.* Qui res paruas aſſequitur, non eſt certum, an magnas quoque aſſecuturus ſit.
ἆρα ῥιπὶς τὸ αἰγαῖον διαπλεῦσαι θέλεις. *Lucian.*
Virgultea ſcaphula Ægæum mare traijcere vis.
Non ideò debet pelago ſe credere, ſi qua
Audeat exiguo ludere cymba lacu. *Ouidi.* *Melanthius choragus, hiſtrioni poſcenti ad ſcenam ornatum regina ac pediſequarum, reſpondit:* Non cernis vxorem Phocionis (*ducis Athenienſium*) ſemper cum vna ancilla prodeuntem? (*& aderat illa præſens*) *hanc vocem choragi theatrum plauſu ingenti excepit. E Plutarcho.*
Ancilla ſemel nunquam ſit hera. V. Przéſtań ná ſzkem. Trudna to rzécz. Zbyt ſi to. Vliè trzey to geby.

Wiele złego. Niebezpieczeńſtwo wielkie.

κακῶν βάθος. *Nazianzen.* Malorum abyſſus, profundum.
κακῶν παροψίδες. *Athenæus.* Malorum catini. κακῶν ἅμαξαι. Plauſtra malorũ.
κακῶν τρικυμία. *Æſchyl. Plato.* Malorum tempeſtas, trinus fluctus.
κακῶν σώρακος. *Ariſtophan.* Malorum corbis vel vas ingens.
Ἰλιὰς κακῶν. *Syneſius. Euſtathi.* Ilias malorum. *à libro Homeri longo malis pleno.*
ὀδυσσεία κακῶν. Odyſſea errorum. *Budæus. ab eiuſdem Poëtæ libro.*
κύρβεις κακῶν. *Suidas.* Cyrbes malorum. *Athenis* cyrbes *erant tabulæ triquetræ continentes leges & pœnas delinquentium.*
κακῶν θάλασσα, θησαυρὸς. *Euripides.* Malorum mare, theſaurus.
κακῶν πανήγυρις. *Suidas.* Malorum panegyris. Moles mali. *Cic.*
ἐσχάτων ἔσχατα κακά. Extrema extremorum mala.
αἰγύπτιος γάμος. Ægypti nuptiæ. *infauſtæ ob filios 50. ſimul à ſponſis occiſos.*
Illa verò Lemnia, Ogygia, Termeria, Magnetum mala. Lerna malorum &c. *rariora ſunt apud Latinos.* ἑνὶ μία ναῦς ἄγει. *Theognis.* Non vna nauis vehit vel capit. *ſupple, ſtultos, improbos. &c.* Nam nunc lenonum & ſcortorum plùs eſt ferè,
Quàm olim muſcarum eſt, cùm caletur maximè. *Plaut.* Certe ſcio
Triplò

Triplò plùs ſcortorum eſſe iam quàm ponderũ ſ. *in argentariis, in foro. Idem.*

Wielezłego / dwa na iednego. Wielom śie teden trudno oprzé.

Noli pugnare duobus. *Catull.* Ne Hercules contra duos.

πρὸς δύο δ' ἡρακλῆς λέγεται οὐδὲ τε εἶναι. *Plato.*

Contra duos ne Hercules quidem dicitur ſuffeciſſe, vel valuiſſe.

δυοιν ἐριζειν δίκαιον οὐκ ἔχει λογον. *Sophocles.*

Cum duobus litigare non habet iuſtam rationem, proportionem. *Vel.* Non æqua cum binis viro eſt lis (*aut pugna*) vnico. χαλεπὸν δὲ ἀνδράσι καὶ πλείοσι μαχήσασθαι περὶ δαιτί. *Homer.*

Difficile eſt cum viris pluribus pugnare in conuiuio. (multos.

——— χαλεπὸν γὰρ ἐρυκακέειν ἕνα πολλούς. *Idem.* Difficile eſt vnum cõpeſcere πρὸς δύο ταναηίκια μάχεσθαι χαλεπόν. *Plato.*

Contra duo contraria pugnare difficile. Ilicet obruimur numero. *Virg.*

——— ἀλλὰ κεν αὐτῷ αἰνότατα πότμον ὀπάσσῃ, εἰ πλείοσι μαχοίτο. *Homer.*

Accerſat mox ipſe ſibi crudelia fata Si multis pugnet.

Cedendum multitudini. πολλὸς φύλαττε σὺ καθ' ἕν' ἃ φοβέμεν Θ. *Caſaub. ad Capitolini. verſum Latinum hunc aptauit.* Multos caueto ſingulos ſi non times.

Affine, Złé *Omnes.*

Wielka klatká / á ptakow máło. Wielka ſtodołá / á zboża puſto.

ἐρημία μεγάλη 'ϛὶν ἡ μεγάλη πόλις. Eſt magna ſolitudo magna ciuitas. *De Megalopoli Arcadiæ dixit quidam Comicus. Strabo id accommodat Seleuciæ quæ Babylone maior, ſed magna parte deſerta fuit. Vſurpare id licet de rebus magnis & ſplendidis, ſed inculti, vacuis, inutilibus.*

Quid proſunt multa cubicula? in vno iacetis. non eſt veſtrum vbi non eſtis. *Seneca alloquitur diuites ſplendidu & vaſtis domibus habitantes.* *Affine illud Martial.*

Atria longa patent, ſed nec cœnantibus vſquam,
Nec ſomnõ locus eſt. quam benè non habitas!

Galli dicunt: In magna patina, parua portio. *Garner.*

Sic in magno gymnaſio pauci diſcipuli. &c. *Affine,* Wiáſtá ludźmi ſtoią.

Wielka rzéć. *ſeriò & ioco.* Nie przelewki to.

Dignum propter quod vadimonium deſeratur. *Ex Plini. Seneca. ſeriò & ioco.*

Tanquam pro aris & focis dimicare. *Ex Cic.* Res non eſt triobolaris. *Budæus.*

Scilicet hoc fuerat, propter quod ſæpe relicta
Coniuge, per montem aduerſum gelidaſque cucurri Eſquilias. *Iuuenal.*
— Habet Trebius propter quod rumpere ſomnum
Debeat, & ligulas dimittere, ſolicitus, ne &c. *Idem.* Pallet
Ceu Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram. *Idem.*
——— Tanquam famæ diſcrimen agatur Aut animæ. *Idem.*
— Titulo res digna ſepulchri. *Idem.* Eſt vel erat tanti. *ex Cic. Propert. Ouidi.*

Tanquam

Tanquam ſi laribus & ſepulchris auitis carendum ſit. *Ex Celſo IC.*

περὶ τ σελίνων μαχόμεθ' ὥσπερ ἰσθμίοις. *Diphilus.* Super apio certamus vt in Iſthmijs. i. *vt de re ſeria & magna. Nam corona victorum in Iſthmis, ex apio erat, pro qua tamen Græci enixè certabant obtinenda, quod aliæ gentes irridebant, vt Anacharſis Scytha apud Lucianum: quare dictum Diphili & ſeriò & ioco vſurpari poteſt. De apio certatur.* Ꝙ wielka rzecz idzie.

πολλοῦ ἄξιον παντὸς ἄξιον. *Ariſtophan.* Maximi faciendum. Omni re dignum. ἄξιον ἐπιμελείας, σπουδῆς, λόγου, πολλοῦ χρυσοῦ. *Xenophon.* Dignum cura, ſtudio, ſermone, auro plurimo. *Affine,* Wiele ledá to co.

Wielki / wzroſtu wyſokiego.

μόλων. *Ariſtophan.* Molon. ὁ μεγαλόσωμος. *Didymo.* Magnæ ſtaturæ.

μολιονίδης. *Plutarch. Nazianz.* Molionides. *eodem ſenſu.*

Apud Ariſtophanem item eſt iocus: μικρὸς, ἡλίκος μόλων. Paruus. quantus Molon. .i. *ingens. (aliter Suidas accipit)* *Similis apud Iuuenal. qui ait:*

— Nanum cuiuſdam Atlanta vocamus *per Antiphraſin. ſicut & Martial l. 6. ep. 77. Sed huic loco in proprio ſenſu quadrat* Atlas. *Niſi velis dicere.* Paruus velut Atlas. *iocando.* κολοσσικὸς. *Strabo.* Coloſſicus. coloſſi altitudine. Coloſſicoteros. *Vitruuio pro ingenti. Nam Chares Lyndius fecerat coloſſum 70 cubitos altum teſte Plini. Apud Lucianum Hiſtrioni longo dicitur.* τὸν καπαυέα ὀρχεῖσθαι ἱκανός Capanea ſaltare vel ſaltando repræſentare idoneus. *Eidē ſcalas muro admouenti acclamárunt ſpectatores.* ὑπέρβηθι τὸ τεῖχος, οὐδέν σοι δεῖ κλίμακος: Tranſcende murum, nihil tibi opus eſt ſcalis. ὄρνεον λευκὸν. *Suidas.* i. Afra auis, *pro magna, qualis eſt ſtruthio vel gallina Numidica.* Τανάγραιον κῆτος. *Athena.* Tanagræus cetus. *de homine magno & obeſo. à Tanagra Bœotiæ ciuitate in qua ingens cetus captus eſt.*

πίνῳ ἀναλίγκιος. *Theocrit.* Tityo ſimilis. *qui vt Ouidius ſcripſit, nouem iugera occupabat.*

ἵππος δόρειος. *Ariſtophan.* Equus Durius. i. *Troianus pro magno, de quo Virgil.* Inſtar montis equum. ſ. *in quo 23 armati incluſi erant,* ædificant.

Adde Gigantas, Polyphemos, Goliathos. &c. Crocodilus creſcit quandiu viuit. *Plini:* Othus & Ephialtes *proceri admodùm apud Homer.*

At αἰτναῖος κάνθαρος. *Ariſtophan.* Ætnæus ſcarabæus. *de magno & fœdo.*

Wielki / poſpolicie albo zgeſto niedowcipny.

ἄνους ὁ μακρὸς. *Ex Sophocle.* Amens longus. Nequam, magnus homo. *Varro.* οὐδεὶς, κακὸς, μέγας ἰχθύς. *Clearchus.* Nullus, malus, magnus, piſcis. i. *homo hic nullius eſt pretij, improbus, & ſtupidus ac infacundus vt piſcis. cæſim lege, vt & ſequentia.* μέγας, οὐδεὶς, ζαπρὸς, ἰχθύς. *Theophraſt.* Magnus, nullus, putris, piſcis.

Caliga Maximini *Capitolin. pro homine magno & inſulſo. quia is Imperator fuit altus octo pedes & amplius, idemq; ineptus & barbarus.*

Nulla in tam magno corpore mica ſalis. *Catullus.*

ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς. *Theocrit.* Vir tredecim cubitos longus, *& tam ſtultus vt vxori ſua ſalem pro nitro è nundinis attulerit.*

ἓξ χόας χωρεῖται .ſ. ὁ ἐγκέφαλος αὐτοῦ. *Ariſtophan.* Sex congios capit .ſ. cerebrum (*vel caluaria*) eius. i. *grandi nimis eſt capite.* μεγαλοκεφάλους *autem Medici & Phyſiognomi ſtupidos & hebetes eſſe cenſent.* V. *Rhodig. l. 20. c. 12.*

ἀντρώνιος ὄνος. *Suidæ.* Antronius aſinus, *à ciuitate in qua magni aſini fuêre. Antron dicta à cauernis.* ἀρκαδικὸν βλάστημα. Arcadicum germen. *de magno & ſtupido. Nam Arcades ſtupidi habebantur, & aſini Arcadici grandes erant.*

Rarò breues humiles vidi & longos ſapientes. *Anonym. rhythmic.*

Non in magnitudine bonitas ſed in bonitate magnitudo ſita eſt. *Zeno.* V. Pyßneq̃ gohánbá. *Nihilominùs tamen Magnitudo eſt additamentum pulchritudinis corporum teſte Ariſtotele qui ait:* τὸ καλὸν ἐν μεγάλῳ σώματι, ἐν μικρῷ δέ, εὐσχήμων καὶ σύμμετρος, καλὸς δ' οὐ. Pulchritudo in magno corpore ſita eſt, parui verò venuſti & moderati, pulchri nequaquam.

θαυμαστὸν τὸ κάλλος ἐς τὸ μέγεθος. *Ariſtides de Serapide & Æſculapio.* Admirandi ob pulchritudinem & magnitudinem. *Eadem eſt Platonis ſententia.*

Fulua coma eſt, longæque manus & maxima toto
Corpore, & incedit vel Ioue digna ſoror. *Propertius.*

Sic in Quintia Catull. laudat longitudinẽ, ſed nec micam ſalis in ea eſſe ait. Virgilius multos à magnitudine corporis commendat Iunonem, Didonem, Dianam, Turnum, Taurum &c. Contrà μικρὰ παῖς ἄχαρις. *Sapphus iudicio.* Parua puella ſine gratia eſt.

Wielkie woyborne rzéczy nié trwáte.

Quicquid ad ſummum peruenit, ad exitum properat. *Seneca.* Nec vltimum tempus exſpectant, quæ in primo maturuerunt. *Idem.* Ignis quò clarior fulſit, citiùs exſtinguitur: Sic ingenia, quò illuſtriora, eò breuiora. Nam vbi incremento locus non eſt, vicinus occaſus eſt. *Idem, qui affert exemplum de puero ſtatura virili Romæ nato, qui citò obijt.* Ipſa altitudo attonat (.i. *attonita habet*) ſumma, vt quantùm ad ſucceſſum acceſſerit, tantùm accedat ad metum. *Idem Seneca.*

Sæpiùs ventis agitatur ingens — Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntque ſummos — Fulmina montes. *Horati.*
In ſe magna ruunt. Lætis hunc numina rebus
Creſcendi poſuêre modum. Summiſque negatum — Stare diu. *Lucanus.*
Immodicis breuis eſt ætas & rara ſenectus. *Martial.* (*Agamemnon.*
— Nulla potentia longa eſt. *Ouid.* Sidunt ipſo pondere magna. *Seneca.*
Quid me — Fortuna — altè extuliſti grauiùs vt ruerem? *Senec. Octauia.*

ἀεὶ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί. *Hippocrates.* Summæ ſeu firmæ conſtitutiones corporis periculoſæ, fallentes. πάντα πέφυκεν ἐλαττοῦσθαι. *Thucydides.* Omnia ſolent decreſcere. ὄγκοι μεγάλοι, πτῶμα γίνεται μέγα. *Apollodor.*

Magnam ruinam magna dare moles ſolet.

Nil vnquam longum eſt quod ſine fine placet. *Rutilius Claudius Numatian.*

Finis, Wyſokie rzéczy niébéſpiéczne. Wiely

Wielkie rzéczy pomáłu rosną. Wielkich rzéczy / máłe początki.

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus vsa augentur. *Cic.* τὸ ἐν ἀρχῇ μικρὸν, ἐν τῇ τελευτῇ γίνεται παμμέγεθες. *Aristotel.* Quod in principio paruum est, in fine fit permaximum.

ψεκάδες ὄμβρον γενῶσαι. Minutæ guttæ imbrem pariunt.

Flumina magna vides paruis de fontibus orta,
Plurima collectis multiplicantur aquis. *Ouid.*
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,
Quaque venit multas accipit amnis aquas. *Idem.*
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit. *Idem.*

Animantia omnium maxima è minimis crescunt: Crocodilus in aquatilibus. Struthiocamelus in auibus. Elephas in quadrupedibus. Obseruauit Ælianus.

V. Máła iskierká. Nie záraz to.

Wielomowny. *V.* Swiégotliwy.

Wielomowny záwsze dworny.

πολύεργός ἐστιν ὅστις ἐστὶν πολύλαλος. *A.* Est curiosus quisquis est loquax nimis. *In eodem ordine ponit Horatius* Lippos & Tonsores, *quia lippi, cùm exire in solem non possint, auidè interrogant de omnibus, quæ postea aliis narrantes iucundè tempus transigunt. & idem ingenium est cæcorum. Tonsores verò quia varij ad eos perpetuò confluunt, quorũ singuli aliquid noui referunt, multa scire solent, quæ aliis referunt. De ijsdem Plutarch.* Παντελῶς δὲ λάλον ἐστὶ τὸ τ κειρέων γένος. Omninò garrulum est tõsorum genus. *Nam (addit idem) loquacissimus quisq; ad eos accurrit, & illis morbum suum affricat. Habet idem & Aristophanes in Pluto.* V. Kto dworny / ten wielomowny.

Wielu grzeszących liczbá nie obroni.

Peccantium multitudo non parit errori patrocinium. *S. Hieronym.*

μὴ δὲ λέγε, ὡς γέγονεν ἔτω πολλάκις, ἀλλ' ὡς πρέπει γενέσθαι. *Demosthen.*

Neque dicas, sic factum esse sæpiùs; sed, sic decere vt fiat.

Quid nobis in iudicio Dei proderit multitudo, vbi singuli iudicabuntur? vbi sola examinatio meritorum, actus quemque non populus absoluet? *Eucherius.*

Non nos ad incuriam peccatorum, sola peccantium numerositas pertrahat; neq; hoc quod sibi alij parùm consulunt, quædam nobis efficiatur auctoritas. *Idem.*

Delictum alienum semper vt opprobrium aspice, nunquam vt exemplum. *Idem.*

Mala erroris defensio peccantium multitudo.

Wiem ia cżego on chcé / ná co on godzi.

ζῆτα αἰτεῖ. *Aristophan.* Ficus petit. *Explicui id suprà, sub* Pochlebiáć.

Vt recitem tibi nostra rogas epigrammata. Nolo
Non audire *(mea)* Celer, sed recitare *(tua)* cupis. *Martial.*
Laudas balnea versibus trecentis Cœnantis benè Pontici Sabelle.
Vis cœnare Sabelle non lauari. *Idem.*

Wiem to dawno. Wiem to dobrzé.

Doctum doces. Posteriùs istuc dixti quàm credo tibi. *Plaut.*
Nota magis nulli domus est sua, quàm mihi lucus Martis. *Iuuenal.*
Totis diebus Aiet hæc mihi narras.
Et teneo meliùs ista quàm meum nomen. *Martial.*
γινώσκω, φρονέω, τά γε δὴ νέον κεκλύκας. *Homer.*
Cognosco, sapio, iam narras ista scienti.
τοῦτ' ἐμὲ ἤδειν πρὶν Θέογνιν γεγενέναι. *Plutarch.*
Hoc noueram antè quàm Theognis natus est. *Meminit & Lucil.*
Et Cic. apud Gellium ait: Hoc profectò nemo ignorauit priùs quàm Theognis (*Comicus*) vt Lucilius ait, nasceretur.
ὦ καινὸν εἶπας εἰδόσι. *Euripides.* Nil nouum dixisti scientibus.
εἰδόσι λέγεις. *Plato.* Scienti dicis. Quid opus nota noscere? *Plaut.*
Affine, Jéſna rzecz. Jéwna.

Wie pies komu ſadło ziadł. *V.* Sumnienie zle.

Wierz mi. Wierz mu. Prawdę mowie. Kto mi każé kłamać?

Fidei non meliùs credas. Ipsa fide fidelior. *Ex Plauto, cuius sunt illa:*
Fidei tuæ credo. Fidelis mihi sis. Ego sum tibi firma fide. Tuæ fidei Fides concredidi auram. Non est meum mentiri. Non Apollinis magis verum atq; hoc responsum est. *Hæc Plaut.*
Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta, nihil potest esse verius. *Cic.*
Hoc vatem dixisse puta. *Cato apud Plin.* Depone tutis auribus. *Horati.*
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, ei verêre verba credere? *Terent.*
Nunquam tu mihi diuini quicquam credideris post hunc diem, nisi ego &c. *Plaut.*
Non habeo vllam occasionem, vt apud te falsa fabuler. *Idem.*
Quid mihi sit boni si mentiar? *Idem.* Quid mercam quamobrem mentiar? *Idem.*
Qui interfuêre nunc quoq; memorant, postquã nullum mendacio pretium. *Tacit.*
——— Cùm sint præmia falsi Nulla, ratam debet testis habere fidem. *Ouidi.*
——— Nec erat cur fallere vellent. *Idem.* Mentiri non est meum. *Terenti.*
Iouem lapidem iurare paratus sum. *Rhodigin. ex Cic. Liuio, Apuleio, Festo, Gellio, Polybio.* i. *verè & sanctè affirmo aut iuro. Sumptum dictum ex more prisco in fœdere sanciendo seruato. vbi fecialis lapidem tenens supra pecudem dicebat: Si sciens fallo, ita me Iupiter mactet, vt ego hanc pecudem mactо, & feriebat agnum. Vel etiam. Si sciens fallo, ita peream vt hic lapis è manibus meis, quem procul abijciebat, perit.*
Elegans est item illa periphrasis: Ita me amet veritas. *Sic in Captiuis Plauti Parasitus affirmans quidpiam instar iuramenti dicit:* Ita me amabit Sancta Saturitas (*ceu Numen aliquod*) itaq; suo me semper condecoret cognomine (*s. ita vocer Satur*) vt ego vidi.
μὰ τὸν κόρον. *Velut* μὰ τὸν Ἀπόλλω, *&c.* Extra somnum narrare somnium. i. *reuera. Erasm. vetus dictum affert.* Φιλοσοφίαν ἀναιροῦσιν οἱ τοῖς θαυμασίοις ἀπιστοῦντες. *Plutarch.* Philosophiam tollunt qui admirabilibus non credunt.
Affine, Miáry godźien. Powiemci prawdę, Pewna to. Wieſczék

Wiéßżéć z niego ábo z ćiébié dobry.

Mopſo certior. ſ. *in prænoſcendis & prædicendis futuris, qua in re excellebat Mopſus. Rhodigin.* Hic homo ariolus eſt. *Plaut.*

Bonus vates poteras eſſe. nam quæ futura ſunt dicis. *Idem.*

Plùs artificum eſt mihi quàm verebar. ariolum hunc habeo domi. *Idem.*

Superſtitioſus (.i. *diuinus, ariolus*) hic quidem eſt, vera prædicat. *Idem.*

Non ipſum augurum collegium meliùs coniecturam fecerit. *Idem.*

Vah! ſolus hic homo eſt qui ſciat diuinitùs. *Idem.* Byt, *laudatus,*

Quin coniectores à me conſilium petunt,

Quod eis reſpondi, eâ omnes ſtant ſententia. *Idem.*

ἐν ὅλμῳ ἐκοιμήθη. *Suidas.* In holmo dormijt. i. *in tripode Apollinis.*

πρὸς ἅλα καὶ κύαμον. *Diogenian.* Circa ſalem & fabam *nam diuini reſponſuri ſalem & fabam apponebant.* τὸ σόν σοι λέξει ὄναρ. Tuum tibi narrabit ſomnium. *Ex Platone.* Danielis aut Ioſephi inſtar.

Cyzicenus quidam apud Plutarchum, cùm deprehendiſſet ericium foramen cubilis ſui vento inſtanti oppoſitum claudere, ventum oriturum certò prædicebat, & ſua induſtria vel arte id facere credebatur. Crocodilus oua ſua ponit in arena, quo Nilum non acceſſurum præſentit, vnde agricolæ id obſeruant. Plutarch. Plinius.

V. Zgadłéś & Mądry 1. & Mądry zá wrożká ſtoi.

Wieźień iáko ptak w klatce. otworzyß! idźieß.

Liber (.i. *ingenuus, in libertate natus*) captiuus, auis feræ (*al. ferè*) conſimilis eſt.

Semel fugiendi ſi data eſt occaſio.

Satis eſt, nunquam pòſt illum poſſis prendere. *Plaut.*

Homini miſero ſi ad malum accidit malum,

Maior lubido eſt fugere & facere nequiter.

Nam ſe ex catenis eximunt aliquo modo,

Tum compediti ianuã lima proterunt, Aut lapide excutiunt clauum. *Idem.*

ὄρνιθ' ὁμοῖος ἐυγενὴς ὁ δέσμιος, εὐκαιρίαν ὅταν ἔχει ὃ μέλλει φυγεῖν. *A.* Captiuus ingenuus homo ſimilis eſt aui, Nil fugere cunctatur vbi datur occaſio.

Wilcza pokorá. Łáſt śię á zle myśli.

Multorum quia imbecilli ſunt, latent vitia. *Seneca.* Leo leporem agit.

λαγὼ βίον ζῇς, ὁ πρὶν ἀτρεμὼν λέων. Leporis agis vitã intrepidus olim leo.

Ab inquieto ſæpe ſimulatur quies. *Seneca Oedipo.*

ὁ πολὺ κρεῖσσον ἴλαος ἀμύλης ἀλώπεκος. Pellace multò vulpe beneuolentior.

ὃς κέρκῳ Ζαίνων, ὅπου' ἂν δειπνῇς πλησίον,

ἐξεδέδαί σε τὸν λόφον, ὅπου σύ γε ἄλλοσε χάσκῃς. *Ariſtophanes.*

Qui cauda blandiens, quando cœnam obſeruat,

Exedit tuum opſonium, vbi tu aliorſum hiſces. i. *te vertes.* Largè blandus eſt. Vbi manum injcit benignè, ibi onerat aliquam zamiam. i. *damnũ infert. Plaut.*

παρδάλεως θάνατον ὑποκρίνεται. Pardalis mortem assimulat.
Sic illa facit, vt simias ad se tanquam mortuam securè accedentes capiat & deuoret. Ælian.
Vulpes mortua. Vulpes famelica, *simulans se mortuam iacet extentis pedibus & aues aduolantes capit. Epiphanius.* *Sic apud Æsopum.*
ἄιλουρος πεινῶν ἑαυτὸν ἀπηώρησε καὶ νεκρὸν εἶναι προσεποιεῖτο. Felis esuriens (*in conspectu murium*) se suspendit & mortuam simulabat, *vt mures securos è cauerna exeuntes inuaderet.* ἡ παλλὰς ἡμένη, *vel* ἡ πελειὰς ἡμένη *Ex Suida* Columba illex sedens. *vel* Columba illigata reti exoculata ad illiciendas aues. *Aristophan. sic:* καὶ ἐπαναγκάζει παλλὰς δεδεμένας ἐν δικτύῳ. Et cogit (*auceps*) paleutrias (*illices*) pellicere ligatas in reti.

Wilgem prawem czego dostáć ábo co trzymáć.

ἐν χειρῶν νόμῳ (*f.* κλᾶσθαι ἢ κρατεῖν. *Ex Polybio & Æschine.* Lege manuum (*i. violenta*) aliquid acquirere aut tenere.
Leonina societas. *Cassius ICtus. ex apologo Æsopi, de Leonis Vulpis & Asini societate, in qua prædæ pars maxima leoni ob violentiam eius cessit.*
ἀττικὸς παροικος. *Aristotel. Zenodot.* Atticus aduena. *de eo qui vicinum aut incolam sedibus suis vi ejecit, vt Athenienses fecêre Samiis.*
ἄρης τύραννος. *Suid. Zenodot.* Mars rex. *vel* Ferrum rex V. Kto mocnieyßy ten lépßy.

Wilk chowány / przyiaćiel iednány / (*addunt aliqui* Zyd chrzczony) niepéwny. Miłość ábo przyiaźń iednána / iák Márcowy lód nietrwáła.

Nunquá bona fide vitia manſuescunt. *Seneca.* Nemo diu ferre personā potest. *Idē.*
Ficta citò ad naturam redierint suam. *Seneca ex P. Mimo.*
Naturam expellas furca tamen vsque recurret. *Horati.* Tolle periclum,
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis. *Idem.*
κοὐ πίσυν ἐχθρῷ τίς ποτε ξυναλλάξεται; *A.*
Cum inimico nemo in gratiam tutò redit. *P. Syrus Mimus.*
Etiam sanato vulnere cicatrix manet. *Idem.*
ἐκ τραύματος ἀκεσθέντος ἡ ὀλὴ μένει. *A.*
Fides vnanima, vnde abijt eò nunquam redit, *Idem Syrus. sic legit Scaliger.*
.i. *fides amicorum dissoluta non facile coalescit.*
Amicitiæ vsu contractæ, si discidium accidat, facile redintegrantur: fratres verò vbi amore naturali exciderunt, non facile in gratiam redeunt, & licet redeant, reconciliatio semper cicatricem sordidam & latente malo infectam retinet. *Ex Plutarcho Græco.* Parùm fideliter exstincta incendia, maiore flāma reuiuiscunt. *Florus.*
Proprium est humani ingenij odisse quem læseris. *Tacitus.*
Frequentes offensæ suspectam reddunt amicitiam.
αἱ μεγάλαι ἔχθραι ἀλλάκτοι εἰσιν. *Gabrias.* Magnæ inimicitiæ irreconciliabiles sunt. *Ex apologo de Agricola & serpente, qui filium agricolæ necârat, & in antrum lapsus, illi amnestiam promittenti, non credebat.*

Wilk go ozionął. Wilká potkał. *V.* Milczy od ſtrachu.

Wilk w tey dźiedźinie nie ßkodźi / ná ktorey wilczatá ſplodźi.

Beneficia etiam animalia bruta ligant. *Vel vt Seneca:* Officia etiã bruta ſentiunt.

εὐεργέτας σφὲς καὶ τ' ἄλογα γινώσκειν. *A.*

In Meſopotamia ſerpentes non mordent incolas, ſed aduenas. *Ariſtotel.*

Leonis mira gratitudo in Androdum. *apud Gellium. l. 5. c. 14.*

Simile in Elpin Samium apud Plini. l. 8. c. 16.

Adde illud prædonum poſitum ſub Chleb namocniey wiażę. V. Swoiem folgo wolę.

Wilkiem orać.

Apud Latinos eſt. Iungere vulpes. *ſ. aratro. Virgil.* τὰς ἀλώπεκας ζευγνύειν.

Plura vide ſub dicto Bez ochoty. *nam finitima eſt ſententia.*

Winnieyßy pierwßy do ſadu: pierwey ſkarży.

οἱ φῶρες αὐτοὶ προτεγκαλοῦσι. *Ariſtides.* Fures ipſi accuſant.

Sæpe qui magis rei ſunt, priores accuſant, vt ſuſpitionem criminis à ſe amoliantur, & innocentiam mendacio probent. Talis apud Cic. pro Sexto Roſcio T. Roſcius & C. Fimbria.

ψεύδεσθαι προχειρότατον τοῖς πολλάκις ἁμαρτάνουσι. *Lyſias.* Mentiri promptiſſimum eſt ſæpe delinquentibus. *Minùs vrbanum ſed verum eſt illud Gallorum.*

Qui flatum ventris emiſit primus ſentit & conqueritur. *Garner.*

Priùs antidotum quàm venenum. *S. Hieron. de eo qui ſe ante purgat quàm accuſetur.*

Simile. Vtié winuia go. Wymawia ſie.

Winny pokorny.

Vt qui deliquit ſupplex eſt vltrò omnibus! *Plaut.*

ἑκὼν ἀπάντων προπίπτει γόνασι. *A.* Ad genua ſupplex omnium accidet reus.

Lupus occiſo paſtore cauda ſubmiſſa fugit. *Ex Virgilio.* V. Ziadł pieś ſadło.

Wino bárzo roztworzył ochrzćił.

βατράχοις οἰνοχοεῖν σε δεῖ. *Athenæ.* Ranis te miniſtrare oportet. *Vel.* Idoneus es qui ranis potum miſceas. *nam hæ copiam aquæ amant.*

Wino (abo piwo) i złe ieſt i dobre.

οἶνε τὰ μὲ σ' ἀνῶ, τὰ δὲ μέμφομαι, οὐδέ σε πάμπαν

ὅτε ποτ' ἐχθαίρειν, ὅτε φιλεῖν δύναμαι. ἐσθλὸς ϗ κακός ἐσσι. *Theognid.*

Vinum partim te laudo partim vitupero, neque te penitùs

Vel odiſſe vnquam, vel amare poſſum. bonum & malum es. *Vſum ſeu abuſum potiùs reſpexit Pœta, vinum malum vocans, nam alioqui ipſum bonum eſt, ſed à malo vſu, vt alia multa, calumniam patitur, quam ſi loqui poſſet à ſe remoueret, vt quidam apud Plautum dicit.*

Wino młodemu ßkodliwe.

μὴ πῦρ πυρὶ. Ignis igni non addendus. *Ex Seneca qui ait:* Calentibus ingenijs ſubtraha-

ſubtrahitur vinum, quod pueris Plato negandũ putat, & ionem igne incitari vetat. *Præſertim verò quòd* Vinum lac Veneris *dixerit Ariſtophan.* οἶνος δ' ἀφροδίτης γάλα. *Athenæ.* *Platonis illa verba ſunt:* πρῶτον μὲ τοὺς παῖδας μέχρις ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τὸ παράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι, διδάσκοντες ὡς οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ἐπιβάλλειν εἰς τὸ σῶμα. Ante omnia pueros vſque ad annum duodeuicesimum omninò vinum non guſtare docentes, quòd non oporteat ignem in corpus accerſere. *Sed hoc præceptum magis eſt neceſſarium ſequentibus annis ad quadrageſimum circiter.* Oleum ne addas camino. *Ex Horat. & S. Hieron. ait:* Quid oleum flammæ adijcis? i. *vinum adoleſcentiæ.* ἐλαίῳ πῦρ βάλλεις. *Ex Luciano.* Oleo ignem exſtinguis. ἂν οἶνον (ὁ παῖς) αἰτῇ, κονδύλῳ αὐτῷ δίδου. *Ariſtophan.* Si puer vinum petierit, pugnum ei impingito.

Mᵒ. ſnego wßyſcy nic niemamy / á wſzyſtko Moie to / wykrzykamy.

Meum & Tuum frigidũ (*& falſum*) verbum è vita humana explodendũ. *Ex Chryſoſtomo.* Ager quàm multos habuiſti dominos & quàm multos habiturus es! *Ex eodem.*

Cætera contemnit & *in* vſura (*i. in vſu*) omnia ponit

Non magnâ. i. *breui.* propriũ verò nil neminem habere. *Cenſet apud Lucil. vir ſapiens.*

Nihilné eſſe proprium cuiquam? *Terent.* Quam rem agere occepi
Proprium nequit mihi euenire quod cupio. *Plaut.*
Emptum cœnat olus —— Et vocat vſque ſuum —— tanquam
Sit proprium quicquam puncto quod mobilis horæ
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Permutet dominos, & cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur vſus, & heres
Heredem alterius velut vnda ſuperuenit vndam. *Horat.*
Nam propriæ telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quenquam ſtatuit; nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris,
Poſtremò expellet certè viuacior heres. *Idem Horat.*
ὅτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηταί βροτοί,
τὰ τῶν θεῶν τ' ἔχοντες, ἀπιμελούμεθα,
ὅταν δὲ χρήζωσ', αὖτ' ἀφαιροῦνται πάλιν,
ὁ δ' ὅλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος. *Euripides.*
Nequaquam opes proprias poſſident mortales.
Sed bona deorum habentes, ea procuramus,
Et vbi commodatò dederint, *al. cùm voluerint,* ea adimunt rurſum.
Diuitiæ proinde non ſunt ſtabiles, ſed diurnæ.
Fundus Achæmenidæ fueram, olim, nuncque Menippi,
Ex alioque alium transferar in dominum. *Ex Anthologio Græco.*

De vita ipſa Lucret. dicit. Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vſu.
Fortuna vſu dat multa, mancipio nihil. *P. Syrus.*

W młodośći/ rádzo/ myśl o ſtarośći. Nie záwſze będźie láto.

— Aiunt hac mente laborem Seſe ferre ſenes, vt in otia tuta recedant. *Horati.*
Paruula nam exemplo eſt magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque poteſt, atque addit aceruo,
Quem ſtruit haud ignara ac non incauta futuri. *Idem.*
— Populatque ingentem farris aceruum — inopi metuens formica ſenectæ. *Virg.*
Venturæque hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt. *Idem de apibus.*
ἠκ ἀιεὶ θέρ ἔσεσθαι, τοιεῖσθε καλιάς. *Heſiodus.*
Non ſemper æſtas erit, facite nidos. *Vel* Æſtas non ſemper fuerit, cõponite nidos.
Spyta cie źimá zárázem / bytliś lećić goſpodarzem.
Suidas de quodam dicit: Deſcribebat diuinos interptetes accuratè,
εἰς τὸ τ λήθης γῆρας ὑπομνήματα καταλείπων ἑαυτῷ καὶ ἀποθησαυρίζόμεν.
Ad obliuionem ſenectutis commentarios ſibi parans & recondens.
Σκόπει μὴ ὁ τέττιξ λιμώττων αἴτῃ μύρμηκας τροφήν. Vide ne cicada eſuriens mendicet à formica cibum. *Ex Apologo Æſopi de formica, quæ cicadam hyeme cibum mendicantem, ſaltare iuſſit poſt cantum æſtiuum.*
Cogitato quam longa ſit hyems. *Cato. allegoricõs trahe ad durationẽ moleſtæ ſenectutis.*
ὁ γέρων ἄπορ τἀλαιπωρότατ. *Diogenes rogatus* Quid eſſet in vita miſerrimum. *reſpondit:* Senex egens miſerrimus.

W mérzadźié leda kto przodkuié.
W potrzębié / w przygodźié leda pomoc miła.
ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς. *Plutarch.*
Rebus turbatis vel peſſimus eſt in honore. *Vel*
Diſſidio in populi capit & ſceleratus honorem.
ἐν δὲ διχοστασίῃ τ ἀνδροκλείδης τολεμαρχεῖ. *Suidas. Diogeniané*
Dux Androclides (*vilis homo*) quandoque in ſeditione eſt.
ἐν γὲ ἀμηχανίῃ καὶ κάρκιν ἔμμορε τιμῆς. *Plutarch. Suidas.*
In re difficili vel Carcinus (*improbus vir*) eſt in honore.
καιρῷ τυχὼν καὶ πτωχὸς ἰσχύει μέγα.
Mendicus etiam plurimum in loco (*vel, in tempore*) poteſt.
ναυηγὸς κραταιῶς καλάμου κάρφ τε πάζει. *A.*
Naufragus adſtrictè ſtramen ſtipulaſque prehendit.
In regione cæcorum luſcus regnat. *Græcorum eſt dictum.*

Wodká. cztowiek co tylko wode pija.
τῶν νυκτερίδων ὠὰ ἔγδυσεν. *E Philoſtrato.* Noctuæ oua guſtauit. *quia hæc data guſtanda infanti ante vinum guſtatum, nauſeam vini facere illi credebantur.*
Clitorio de fonte bibit. *Nam aqua huius fontis bibentes abſtemios reddit teſte Ouidi. & Vitruuio.* ὕδωρ πίνων ἐκπότως δύσκολ καὶ δύσποτός ἐστιν ἄνθρωπ. *Demoſthen.*

Demoſthen. Aquam bibens meritò difficilis & moroſus eſt homo.
ὁ ὑδροπότης σκώπτεται εἰς θηριώδη βίον. *Vlpian. Rhetor.* Aquæ potor irridetur ceu ad belluarum vitam accedens. *Noſtri etiam hic iocantur.* Bitá mie mátká od wody. *ambiguo ſenſu. Nam matres prohibere ſolent pueros ab aqua profunda fluminis vel ſtagni, non ab ea quæ poculo bibitur.*

Woienna zdobycz nie trwała.

τὰ σκῦλα πολέμι' ὀ μακρὸν χρονίζεται. *A.*
Durare non ſolent diu hoſtica ſpolia.
καθάπερ ἐκ πολεμίας ἀφειδῶς ἀποσιτούμενοι ἀποκλάυσιν. *Plutarch.* Tanquam ex hoſtili regione raptis profuſè cibis ſe onerantes fruuntur.
λαφυροπωλοῦσιν τὰ ὑπάρχοντα. *Athenæus de militibus.* Sub haſta vendunt ſpolia, *quæ minimo ſolent æſtimari, tanquam aliena & facilè parta.*

Woienne nowiny niepewne.

Pleraque belli vana & inania. *Curtius.* Famâ bella conſtant, & ſæpe etiam quod falſò creditum eſt, veri vicem obtinuit. *Idem.*
πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. *Polybius.* Multa belli *(in bello)* inania.
πανικὰ vocat *Cic.* ἄνα κενὰ τοῦ πολέμου. Panica *autem illi vocabant, ſubitum tumultum & terrorem inanem.*
Famâ bella ſtare & eum qui recedat fugere credi, *dixit Curtius.*
ἥκιστα πόλεμος ἔτι ῥητοῖς χωρεῖ. *Thucydides.* Minimè bellum intra dicta cohibetur. i. *Nunquam eò euadit quò euaſurum dicebatur.*

Wola ſtoi zá vczynek.

In ipſa deliberatione facinus ineſt, etiamſi ad id non peruenerit. *Cic.* Non exitus rerum ſolùm, ſed & conſilia legibus hominum vindicantur. minùs quidem dolendum eſt re non perfecta, ſed puniendum certè nihilo minùs. *Idem.*

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet, cedo ſi conata peregit. *Iuuenal.* Omnia ſcelera, etiam ante effectum operis, quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt. *Seneca.*
τὸ περιρρῆναι τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύνασθαι. *Herodot.* Cogitare *(ſeu attentare)* & facere *(mala)* idem apud Deum. V. Dobra wola ſtoi zá vczynek.

Wota barzo. Woznem by mu być.

Columnas rumpat. ſ. clamore. *Ex Æliano. Et Iuuenalis ait.*
— Conuulſaque marmora clamant, i. *ædes marmoreæ clamore reſonant. Sic Virgil.*
Et cantû querulæ rumpunt arbuſta cicadæ, i. *vehementer ſonant in arbuſtis.*
ὅσσον δὲ σὺν ἐπέεσσιν ἔπασχον ἢ δεκάχιλοι
ἀνέρες ἐν πολέμῳ ἔριδα ξυνάγοντες ἄρηος. *Homer.*
Tantùm vociferans quantùm nouies deciéſue
Mille viri clamare ſolent qui prælia miſcent.

δι' ἀσθένειαν ἅπτι τῳ κραυγὴν ὥσπερ χωλὸς ἐφ' ἵππον πηδᾷ. *Cic. apud Plutarch. irridens clamosum oratorem*: In clamorem velut claudus in equum ob imbecillitatem insilit. Neadas clamore superat. V. Vicwiáſtá káżda wielomowna.

Stentore clamosior. *de quo sic Homer:*

Στέντορι εἰσαμένῃ μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ
ὃς τόσον αὐδήσασκε, κὲ ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.

Stentori similis magnanimo æream vocem habenti
Qui tantùm vociferabatur quantùm alij quinquaginta.

Tu miser exclamas vt Stentora vincere possis. *Iuuenal.*

ἅρπαξ κεκραγὼς κυκλοβόρῳ φωνὴν ἔχων. *Aristophan.*

Rapax clamator Cyclobori (*torrentis strepori*) vocem habens.

λαρυγγίζειν *dicuntur, qui dilatato gutture fundunt vocem.*

Nego & negando, si quid refert, rauio. *Plaut.*

Vbi si quid poscamus, ad rauim poscamus priùs quàm quicquam detur. *Idem.*

Item vt de frumento anseres clamore absterret. *Idem.*

Apud eundem Pater audiens omnia sua absumpta à prodigo Filio, exclamat:

Hei mihi! disperij. Vocis non habeo satis. Vicini, interij, perij.

ἐπιτείνειν φθέγμα μέχρι πρὸς τὸν ὄρθιον. *Lucianus.* Intendit vocem vsque ad Orthium. *s. tonum acutissimum & sublimissimum. qualem cecinit Arion fidicen in mare deijciendus. Eundem Nomum seu modum aptum fuisse furori, & ardori bellico excitando aptum, ac prælio congressurìs cani solitum, eoq; audito Alexandrum ad arma prosiliſſe scribit Eustathius, Maximus Tyrius, & alij.*

μύσιον ἐπιβοᾶν. *Æschylus.* Mysium *vel* Mysorum more inclamare. *Nam Mysij & Phryges ob voces asperas funebri luctui adhibebantur.*

Coruus superuolans decidere queat. *de magno clamore. Sic apud Plutarchum cùm Pompeius eligeretur dux belli:* Populus τοσοῦτον ἀνέκραξεν ὥστε ὑποπτόμενον κόρακα ἐξ ἀγορᾶς εἰς τὸ ὄχλον πεσεῖν. i. tantopere exclamauit, vt coruus super forum volans in turbam deciderit. *Idem accidit in Gracia, cùm Q. Flaminius Procos. Romanus, victo Philippo & Macedonibus, Graciaq; iugo regum liberata, in celeberrimo Isthmiorum conuentu, per præconem libertatem ac immunitatem promulgare, suisq; legibus sine præsidijs alienis, Græcos viuere iussisset; tantus clamor ab omnibus præ gaudio editus est, vt vsq; ad mare tribus circiter millibus distans peruenerit, & corui tunc transuolantes in turbam delapsi sint; ludisq; omissis omnes ad Flaminium concurrerint salutantes, gratias agentes, & saluatorem Græciæ eum appellantes. Apud eundem.*

Carneades alter. *quem Plutarch.* μεγαλεφωνότατον *dictum scribit.*

Clamabant vt fittus Hyla Hyla omne sonaret. *Nautæ apud Virgilium Hylam puerum Herculis aut Polyphemi submersum frustra vocantes.*

Extra organum vox supra modum ac pæne naturam vocis humanæ acerba. *Quintil.*

Cœcus vti clamat scipione perdito. *Garner.* V. Vlič wołay.

Wolałbym ći ie w błoto wrzucić / ábo / dármo dáć.
Citiùs vel potiùs Telegoræ donârim. *Ex Athenæo. sic ille:*
μᾶλλον προέλοιμι τῷ τελεγόρᾳ δοῦναι. Malim Telegoræ donare.
Ciuis is erat opulentus apud Naxios, cui passim omnes varia munuscula vltrò offerebant. quare mercatores rem aliquam paruo licitantibus, respondebant: Malleui Telegoræ (*hanc mercem*) donare, quàm tam paruo pretio tibi vendere. *Nostri non solùm venditores paruo licitantibus, sed etiam emptores magno æstimantibus mercatoribus, dicunt:*
Wolałbym ie (te pieniądzé ktorych prosiß / ábo kupno) w błoto wrzucić. ábo do ßpitalá dáć. *Sic Zeuxes pictor, opera sua magno pretio vendebat. Apollodorus autem sua, non vendebat, sed tanquam nullo pretio æstimari possent, gratis donabat: & alioquì valdè diues erat. Plini.*

Wolałbym vmrzeć niż to vczynić / ćierpieć. Lépiey by vmrzeć. &c.
Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras Quàm &c. *Virg.*
Suspendio Hercle satius est me mortuum, quàm tu eius potitor (*al. potior*) fias. *Plaut.* i. *compos.* ἐγκρατής. Mea præda illa est proin tu te in laqueum duas. *Idem.* Restim volo mihi emere, quî me faciam pensilem. *Asotus egens apud eundem.* Suspendio deligenda arbor. *Plinius. de re admodum indigna & non ferenda. qualis erat illa (quæ occasionem huic dicto dedit) cùm meretricula scripsit in Theophrastum Oratorem & Philosophum nobilissimum.* Arborem *autem intellige infelicem & damnatam religione, diis inferis sacram, fructum non ferentem nisi forte nigrum vt sambucus. Plini.*
Sic Iuuenal. castigans Postumum in tanta improbitate mulierum cogitantem nubere, ait:
Ferre potes dominam saluis tot restibus (*quibus te posses suspendere*) vnam?
Cùm pateant altæ caligantesque fenestræ (*ex quibus te præcipites*)
Cùm tibi vicinum se præbeat Æmilius pons (*ad præcipitium*)
ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε, κἀ πλεῖον, ἢ βρόχῳ δέρλιν ἐρκνίῳ πελάσαι. *Euripides.* Hæc digna cæde sunt, vel potiùs funè collo (*iniecto*) cælo appropinquare. i. *suspendi.* ἀπὸ πέντε ἄλλαδε πετρᾶν εἰς κῦμα. *Suidas.* A quinque scopulis desilire in fluctus. s. *satius est quàm hoc pati.*
Præceps aérij specula de montis in vndas Deferar. *Pastor apud Virg. morituru.*
ὥσπερ ὅπιξήνω τὼν κεφαλὴν ἔχων ἤλήσω (τοῦτ') λέγειν. *Aristophan.* In trunco caput habens (*sub securi, præcidendum*) hoc volo dicere. **Do gárdłá / o ścięcia ßyie nie odstapie tego. &c.** αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμοῖο κάρη τάμοι ἀλλότριός φώς. *Homer.* Mox caput hocce aliquis mihi barbarus ensè recidat.
Laudas & animo optas vt aut terræ motus repente ortus cuncta discutiat, aut incendium renuntietur, quò simul conuiuium dissipetur. Lucian. de conuiuio molesto.
Affine, **Vie moge ná to pátrzyć.**

Wolę áby mi záyrzano / niż áby mie żálowano.
Lépiey żé mi kto záyrzy / niż ia komu.

χρεῖττον

χρεῖσσόν ἐστι φθονέεσθαι ἢ οἰκτίρεσθαι. *Herodotus.* Præſtat inuidioſum eſſe (*cui inuideatur*) quàm miſerabilē. χρείσσων οἰκτιρμῶν φθόνος. *Pindar.* Melior miſeratione inuidia.

ὁ φθόνος οἰκτιρμῶ χῦ πίνδαρός ἐστιν ἀμείνων,
ὁι βασκαινόμενῶ λαμπρὸν ἔχουσι βίον. *Palladas.*

Inuidia miſeratione iuxta Pindarum eſt melior,
Nam quos petit inuidia ſplendidam vitam agunt.
Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis.
Nam inuidere alijs bene eſſe, tibi male eſſe, miſeria eſt.
Qui inuident egent; illi quibus inuidetur, rem habent. *Plaut.*
Nullus eſt qui non inuideat rem ſecundam obtingere
Alteri, Sibi ne inuideatur, ipſi ignaui rectè cauent. *Idem.*
Qui inuident, ne vnquam eorum quiſquam inuideat commodis. *Idem*, i. *malè & nulla commoda habeant.*

Wole go nié téść / nié pić. &c.

μήτε δ' ἐμοὶ μέλι μήτε μέλισσας. *Sappho.* Neque mihi mel neq; apes. ſ. *curæ ſunt. Cùm quis commodum aliquod recuſat ob incommodum vel moleſtiam ei aduncta.*

Ego bonum, malum quod accedit, mihi dari haud deſidero. *Plaut.*
Huc accerſe & illud: Qui vitat molam. &c. *hoc modo:* μήτε μύλον μήτε ἄλευρον. Neque molam neque farinam. ſ. *appeto.*

Wole kupić / niż prośić.

Emere malo quàm rogare. *Cic.* πρίασθαι ἢ αἰτῆσθαι ἔλοιμι.
Durum illud ingenuis animis verbum Rogo, nec inter amicos vnquam exſpectandum. *Seneca.* *Apud S. Lucam c. 16. Villicus ait.* Mendicare erubeſco. *& dolum ac furtum comminiſcitur ne mendicet.*

Affine, Drogo to ſobié ludźié bácuia / co prożba kupuia.

Wole ſwey potrzébie niż cudzem oczom dogadzáć.

Malo endromida quam ſindonem. *Ex Martiali qui de Endromide ait:*

Sordida, ſed gelido non aſpernanda Decembri. &c.
Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres.
Non ſic in Tyria ſindone tutus eris.

——Populus me ſibilat, at mihi plaudo Ipſe domi ſimul ac nummos contemplor in arca. *Dives parcus loquitur apud Horat.*

ὠφέλιμα πάντη ἐγὼ τοῖσιμῶ φαιδροσιῶν. *A.* Vtilia ſemper antepono ſplendidis.
τό μοι ὠφελές μὲ μὴ ἑτέρων ὄμματα μέλει. *A.*
Non lumina hominum curo ego, at mea commoda.

Wole tu być oſtátni / niż tám pierwſzy.

Wole być lédá iákiem muzykiem / niż proſtym gáyda.

Malo eſſe Beta togatorum quam Alpha penulatorum. *Ex Martiali.*
Præſtat eſſe qualem qualem citharœdum quam optimum aulœdum. *Ex Cic.*

χρείσσων δεύτερ' ἔχειν μεγάλων, ἢ πρῶτα πενιχρῶν. *Nazianz.* Præſtat ſecundas habere inter locupletes, quàm primas inter pauperes.

Eſto cauda leonum potiùs, quàm caput vulpium. *Ex Adagiis Hebraicis.*

L. Iudicum c. 9. Oliua, Ficus, Vitis, vocatæ ab arborum vulgo ad regnum, reſpuerunt illud, præferentes priuatas dotes ſplendido titulo imperij. Achilles apud Homerum mauult in viuis ſeruire, quàm apud inferos regnare. Hercules apud Lucianum mauult eſſe in Orco venerationi & timori ob monſtra & hoſtes occiſos, quàm in cælo contemni. &c.

Wole tu być pierwßy / niż tam oſtatni.

Wole być Wóytem wé wśi / niż Ráwnikiem w miéśćie.

Malo eſſe Alpha penulatorum, quàm Beta togatorum. *Ex Martiali.*

Aquila inter graculos primas non optat. *E Nazianzeno.*

Sic Iulius Cæſar. Maluit eſſe in frigido oppidulo Alpium primus quàm Romæ ſecundus. *Rhodigin. è Plutarcho apud quem Cæſar dicit:* ἑλοίμην παρὰ τούτοις μᾶλλον εἶναι πρῶτος, ἢ παρὰ ῥωμαίοις δεύτερος: Malo apud hos eſſe primus, quàm Romæ ſecundus. *De eodem Lucanus:*

Nec quenquam iam ferre poteſt, Cæſarúe priorem Pompeiuſúe parem. &c.

Wole tu w piątek / niż tám w niedźiele.

Wole ſwo nedze / niż iego ábo cudzy doſtátek.

Ad hunc ferè modum Martialis mauult eſſe conuiua Cæſaris quàm Iouis dicens.

Ad cœnam ſi me diuerſa vocaret in aſtra,
Hinc inuitator Cæſaris, inde Iouis:
Aſtra licet propiùs, Palatia longiùs eſſent,
Reſponſa ad Superos hæc referenda darem:
Quærite qui malit fieri conuiua Tonantis,
Me meus in terris Iuppiter ecce tenet. *Lib. 9. ep. 93. Sic Paraſitus præfert Chalcidis anticoenia epulis Athenienſium.* V. Przydátek podczas lépßy niż dátek. *Simile quid dicit Mercurio Prometheus vinctus apud Æſchylum.*

τῆς σῆς λατρείας τὴν ἐμὴν δυσπραξίαν,
ζαφὼς ἴσθι σύ γε μὴ ἀλλάξαιμ' ἐγώ.
κρεῖσσον γὰρ οἶμαι τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ,
ἢ πατρὶ Φύσαι Ζηνὶ πιστὸν ἄγγελον.

Pro tuo miniſterio hanc meam calamitatem, Certò ſcias ego non permutauerim.
Melius enim eſſe puto huic ſeruire petræ, Quam Ioui patri eſſe fidum nuntium.

Wole widźieć niż ſłyßeć. *Vide* Pewnieyße oko.

Wole ſé mie léda iáko chwalą / niż ganą.

ἄν᾽ κἂν ψευδὴς τέρπει. Laus vel falſa delectat. *Sic apud Plautum.*

Equidem vel falſò, tamen laudari multò malo, quàm verò culpari.

Oppoſita huic eſt illa Phauorini ſententia apud Gellium dicentis: Turpius eſſe exiguè & frigidè laudari, quàm inſectanter & grauiter vituperari. *Vtrumq; eſt vanitas.*

Affine, Pioſnká naprzyiemnieyßa / chwałá.

Woli

Woli oyćiec ſyná niż corke.

πᾶις μοι τριτογένης ἔστω, μὴ τριτογένεια. *Suidas.* Natus Tritogenes mihi ſit non Tritogenia. *quod nomen erat Minerua, è quo vox Tritogenes facta eſt ſexum virilem notans: qui gratior eſt patri, præter alia etiam eo nomine, quòd minore impenſa, cura, ac cuſtodia indigeat, nec dote vt filia opus habeat.*

Woli pięć koſtek.

ὄνος σύριμα μᾶλλον ἢ χρυσὸν ἐλέσθαι. *dixit apud Ariſtotelem Heraclitus.* Aſinos ſtramenta malle quàm aurum.

Sic Cic. de iuuentute Romana: Audire malunt diſcum quàm Philoſophum. *Horatius quoq; apud Auguſtum conqueritur.* Romanos Equites malle ſpectare ludos, pugiles, vrſos, quàm audire Pòëtarum carmina. Gallus mauult putre granum quàm vnionem. *Ex Apologo de Gallo eſcam quærente in ſterquilinio.*

Wolno było mię obięcowáć / obięcawſzy mię wolno odwołáć.

ὃ τὴν ἀρχὴν ἀδυνατὸν ἦν ποιεῖν, τοῦτο ἅπαξ γενόμενον λύειν ἄδικον. *Lucian.* Quod initio liberum erat non facere, hoc ſemel factum reſcindere iniquum eſt.

Wolno każdemu mowić. Kto ludźiom zámknię gębę?

In ciuitate libera, linguam quoque liberam debere eſſe, *dixit Tiberius detractorum voces eleuans vel eludens. Suetonius.*

Arbitrij noſtri non eſt quid quiſque loquatur. *Cato.*

ἂν ἐγὼ ὑμέτερον διαβλήσω μῦθον ἐχάσθη. *Planudes.* *Telecles dicenti: Male de te loquitur pater, reſpondit:* Non faceret niſi eſſet faciendum. *Plutarch.*

εἰ δέ τις λέγει ἢ ἄλλως, πλατεῖα κέλευθος. *Bacchylides apud Plutarch.* Si quis aliter dicit, vel ſi cui aliter videtur, lata eſt via.

Wolno każdemu ſie kuśić / brać. &c.

In medio omnibus palma eſt poſita. *Terent.* In medio relinque. *Cic.*

Mare quidem commune certè eſt omnibus. *Plaut.*

ἁρπαγὰ κωτυΐοις. *Plutarch.* Rapina Corytijs. *Feſta Siculorum erant quibus placentæ arborum ramis alligabantur à quouis auferendæ.*

Σῦκον ἐπ' ἑρμῇ. *Suidas.* Ficum in Mercurio. *Vel* Ficum Mercurio. *ſ. offer. Mos erat vt qui ficum inueniſſet, eum Mercurio ſacrum offerret. Porrò talem ficum Mercurialem liberum erat cuiuis tollere. iuxta illud:* κοινὸς ἑρμῆς. Communis Mercurius. *de inuentis rebus.* V. Kto co może zárwáć.

Wolno wßyſtko málárzom / ſpiceržom / rymopiſom.

— Pictoribus atq; Pòëtis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. *Horat.*

τὸ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον. *Lucianus.* Pòëtarum genus liberum.

παλαιὸς ὅρος ὁ λόγος; ἀνυπεύθυνος εἶναι ποιητὰς καὶ γραφέας. *Idem.* Vetus dictum eſt: Liberos à reddenda ratione & purgatione eſſe Pòëtas & Pictores. *Iaciur in eos in quibus omnia diſſimulantur ob antiquitatem, conſuetudinem, potentiam. &c.*

De yſdem

De ijdem Pòétis Diphilus. οἷς ἐξουσία ἐστὶν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις.

Quibus vnicis dicendi agendiq́ue omnia Libera poteſtas.

Sed Plato id negat Pòétis & ait: οὐ δεῖ ἐπιτρέπειν τοῖς ποιηταῖς λέγειν ὃ,τι φίλον.

Non oportet concedere Pòétis vt dicant quicquid lubet. *Sed neq; pictoribus licet pingere obſcæna & honeſtati aduerſa, nec item quæ aliquem offendere vel communitati obeſſe poſſent. Leo cuidam homini oſtendenti leonem ſculptum ab homine calcari, reſpondit:* Si noſtrum genus ſculpere ſciret, hominem ſub leone ſculperet. *Apologus.* Mentiuntur multa Pòétæ. V. *ſub* Pochlebcá.

Wolno-é. Ná twey to woli. w twey to mocy. Wolno mi to.

εἰ κ' ἐθέλων τε μένοις, ἀέκοντα δέ σ' οὔτις ἐρύξει. *Homer.*

Si maneas ſponte, inuitum te nemo tenebit. **Ale vrwać rękawá.**

Ante oculos interq; manus ſunt omnia veſtras. *Virgili.*

Age libertate Decembrj. *Horat. concedit Dauo ſeruo occaſione Saturnaliorum vt dicat quæ ſibi in hero diſpliceãt, quod ille egregiè præſtitit.* In tuo luco & fano ſitum eſt. *Plautus. i. in poteſtate.* Sub pede nudo palmam poſuit. *Horat. i. in poteſtate habet ita vt calcare liceat Lauin. Victorius. Turnebus.* ὑπὸ πόδας τιθεῖς. Sub pedibus ponere. Solus Chamæleon de ſuo ludit corio. *Tertullian. i. prout vult mutat colorem cutis. alluſit ad illud.* De alieno corio ludere.

ζῶντι νουμηνίαν κήρυσσε. *Heſych.* Tibi ipſe Calendas edicito. *velut fiebat in Ceo inſula, pro arbitrio cuiuſq; menſis dies initialis legebatur à quolibet.*

ἐν τῇ χειρὶ ἔχειν. *Ariſtides.* In manibus habere. In manu tua eſt. *Cic.* Hæc non ſunt in noſtra manu. *Idem.* In tuo regno ſum. *Ex Cic. i. in poſſeſſione, domo, poteſtate. Potes etiam dicere:* In meo regno es. *eodem ſenſu. i. in poteſtate, poſſeſſione.* Intra præſepes meas id eſt, vel habeo. *Plaut. i. in domo vel poteſtate.*

Wolność rzecz mé oßácowana / mé przépłacona.

Stoi zá dobry byt. Wßytko ſtodźi.

Libertas res inæſtimabilis. *Iuſtinianus.* ἡ ἐλευθερία ἀνεκτίμητος.

Omnes profectò liberi libentiùs ſumus quàm ſeruimus. *Plaut.*

ἐλεύθερον εἶναι, ἀπάσης τῶν πάντων χρημάτων. *Xenophon.*

Liberum eſſe, cunctis opibus vel rebus æquale eſt, vel præſtat.

τὐλεύτερον ὄνομα παντὸς ἄξιον. *Euripid.* Libertatis nomen quauis re dignum.

Toris pilea Sarcinis redemi. *Martial. Seruus loquitur. i. Omnes facultates & totum peculium quod in ſarcinis habui, dedi pro libertate, cuius indicium erat pileus, qui raſo capiti ſeruorum dum manu mittebantur in templo Feroniæ imponebatur. Conceſſum autem erat ſeruis, vt liberi eſſent, ſi in peculio haberent centum vndecunq; ; aut ſi domini eorum per cenſores eos in cenſum ciuium adſcribendos cenſerent. Vlpian. Plaut. Terent.* Mancipia peculium ſuum, quod fraudato ventre comparauerunt, pro libertate numerant. *Seneca.* Cum ſarcinis nemo enatat. *Idem. i. ſicut ex aqua, ita ex ſeruitute nemo euadit oneratus.*

ἄβδηρα καλὴ τηίων ἀποικία. Abdera pulchra Teiûm colonia. *Nam Teij Strabone teste relicta patria in qua à Persis infestabantur, in Thracum urbem Abderam migrarunt, libertatem commodis patriæ præferentes.* *Vulgaris versiculus est:*

Non bene pro toto libertas venditur auro. *Item.*

Malo macer liber, quàm pinguis viuere seruus.

Alterius non sit, qui suus esse potest.

Ditior est liber mendicus diuite seruo. *Anonym. Rythm.*

ὅστις ἐλεύθερος εἶναι θέλεται, μήτε θελέτω μήτε φευγέτω τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μὴ, δ'κλεύειν ἀνάγκη. *Epictetus.* Quisquis liber esse vult, nec cupiat nec auersetur quicquam eorum quæ penes alios sunt, alioqui seruire necesse est.

οἱ πολιορκέμενοι εἰς τὸν ἀγρὸν ἀποβλέπουσιν ἐπιθυμοῦντες ἐν αὐτῷ εἶναι. *Aristophan.* Obsessi in campum prospiciunt desiderantes in eo esse. *Sic Ouid. de auibus in caueâ clausis.* Nititur in syluas quæq; redire suas.

Iuramentum Græcorum militare, *ita incipit:* ὐ ποιήσομαι περὶ πλείονος τὸ ζῆν τ ἐλευθερίας. Vitam libertate pluris non faciam, &c.

ἐν κυνάδρᾳ ἐλευθέριον ὕδωρ. *Eustathi.* In Cynadra libera aqua. *Fons erat Argis è quo serui liberandi bibebant.* q. d. *Dulcior aqua in libertate, quàm rerum omnia copia in seruitute.* *Lacon interrogatus*, Quid sciret? *Respondit:* Liber esse. *E Plutarch.* V. Vlić przywiezuy śie ni dokogo. Vlić wiaż śie ni z kiem.

Woyná nowin pełna.

πολλὰ καινὰ ὁ πόλεμος. *Suidas ex Polybio.* Multa noua belli. *Aliqui apud Suidam legunt,* πολλὰ κενὰ ὁ πόλεμος. *Et ita & Cic: habet, i. multa inania in bello. Huc aliqui trahunt illud Luciani:* ὁ πόλεμος ἁπάντων πατήρ, *i.* Bellū omniū pater. *Sed hîc potiùs ille sensus est. Bellum omnia innouat, oppida, agros, incolas, leges, & scriptoribus dat materiam multa noua scribendi, nam sic Thucydides Herodoti Xenophontes omnes facti sunt & fiunt, vt idem Lucian. ait.* Fama bella constant. *Curtius.*

Woyná wiele potrzębuie / miáry pewney nie przymuie.

ἔστιν ἀπείρατα τὰ πολυτελῆς ἄρεως τέλη. *A.* Impendiosa bella nesciunt modum. Certis nequeunt bella sumptibus geri. *Archidamus rex Laconum postulantibus sociis, vt certum tributi modum in bellum definiret, respondit:* ὁ πόλεμος τὰ τεταγμένα ὐ σῖτεται. κ πρὸς τ πόλεμον πλῆτος ἀόριστος. Bellum certū pabuli modū non habet, & ad bellū opes definiri nequeunt. *Plutarch. Idem ait:* ὁ χρήματα νεῦρα πραγμάτων πρῶτος προσειπών, εἰς τὰ ὁ πολεμικὰ βλέψας μάλιστα τοῦτο εἶπεν. Qui pecuniam neruos rerum primus appellauit, is ad rem bellicā respiciens, hoc protulit. V. Gdy śie wßczniè zwáda / ginie rada.

Woyne komu opowiedzieć / podnieść. Przymierze wypowiedzieć.

Hastam hostibus mittere. *Festus.* Hastam ferratam aut præustam vel sanguinolentam in fines hostiles iacere. *Varro. Liuius.* Hastam & caduceum offerre. *Gellius.*

Ancylia commouere. *Alexan. Neapolitan.* Haſtam vel iaculum intorquere. *Virg.* βέλος ἀφιέναι, χεῖρα ἀναιρεῖσθαι, δόρυ ἐξαμῦναι ἐνεγκεῖν. *Libanius.* Telum emittere, manum eleuare, haſta arrepta impetum facere. ſ. *in fines hoſtiles.* Facem iacere. *Euripides.* μάχης φανὲν σῆμα πυρσὸς ἀφθείς. Belli cruenti ſignũ fax coniecta. Arietem in fines hoſtium mittere *Alexand. Neapol ex Diogenian.* Res repetere. *Liuius.* Ad vnum omnes res a Samnitibus repetendas cenſuerunt. i. *bellum denuntiandum & inferendum.* γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν. *Aeſchin.* Terram & aquam poſcere. i. *bellum alicui inferre. Vlpius.* ἄρχει πυρσὸν ἐπὶ λαόν. *Plutarch.* Facem extollere contra aliquem. *ſignum belli erat.*

Woyne nowiny abo ſłuchy ledaiakie mieſzáią.

Sæpe totius anni fructus vno rumore periculi atq; vno belli terrore amittitur. *Cic.* ἐν γὰρ δαμονίοις φόβοις φύζαι καὶ παῖδες θεῶν. *Pindar.* In terroribus à Deo immiſſis (*vel panicis*) fugiunt & filij deorum. i. *fortes viri.* ἐν τῇ νυκτὶ φόβος σφίσιν ἐμπίπτει πανικὸς, τὰ γὰρ δὴ ἀδήμους αἰτίας δείματα, ἐπὶ τούτῳ φασὶ γίνεσθαι. *Pauſanias.* Noctu in eos irruit pauor Panicus, ſiquidem terrores ex nulla cauſa exortos, ab hoc (ſ. *Pane*) aiunt excitari. Scis quædam πανικὰ & κενὰ τοῦ πολέμου. *Cic.* i. *inania belli.* Fama maximum in bello momentum. *Curtius.*

Wóz tám muſi/ gdźie koń ciągnię.

Currus audire debet habenas. *Ex Virg. qui conquerens de turbato imperio Romano allegoricῶs dicit:* Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. (ἅρματα πειθαλλα vocat *Pindar.* i. *Currum habenis obedientem.*) *Similis querela eſt Ouidij de tempeſtate marĩ excitata ipſo nauigante.*

Sic non quò voluit, (*rector*) ſed quo rapit impetus vndæ,
Aurigam (*rectorem nauis*) video vela dediſſe rati. *Cùm tamen nauem obedire oporteat clauo & eum tenenti, nauclero. Affine,* Gtoweż rzadźi.

Wpádnieſz mi raz/ záplácoć to wſzyſtko. Záplácisz mi to rázem.

Aues ſæpe edunt, ſemel ſi captæ ſunt, rem ſoluunt aucupi. *Plaut.* ἀθρόα πάντ' ἀπόλοιτο. *Pindar.* Congregata omnia lues. ὁ γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μέν, μὴ ταχέως δ' ἁλίσκεται. *Suidas.* Anus ſimia capitur quidem, ſed non citò capitur. Wżdy kiedy wpádnieſz. Remitte hanc vna noxiã, &c. quid grauaris? quaſi non eras iam commeream aliam. Ibi vtrumq; & hoc & illud poteris vlciſci probe. *Plaut.* Venia data Semei ſ. *conditione addita. ſeu, Pœna Semei dilata, qui ſimul luit omnia, l. 3 Regum c. 2.*

W przećiwności dobyway męznośći.

μήτε ἄγαν ἀλεπτοῖσιν ἀτῶ θρέπε, μήτ' ἀγαθοῖσι
χαῖρ', ἐπεὶ ἐς' ἀνδρὶς πάντα φέρει ἀγαθά. *Theognid.*

Neque

Neque in difficilibus rebus animum nimis excrucia, neq; bonis
Lætare (*nimis.*) ſi quidem omnia ferre, eſt, fortis viri.
Hem iſta virtus eſt, quando vſus eſt, qui malum fert fortiter. *Plaut.*
Fortiter malum qui patitur, idem poſt patitur (*al. potitur*) bonum. *Idem.*
In re mala, animo ſi vtare bono, adiuuat. *Idem.*
τλῆτε φίλοι καὶ μένατ' ἐπὶ χρόνον. *Homer.*
Tolerate amici & durate ad tempus.
Viuite fortes Fortiaque aduerſis opponite pectora rebus. *Horat.*
Confer. Mężtwá dobywáć przyſtoi.

Wracam śie do rzeczy. Wrocmy śie do rzeczy.

Sed memor vnde abij, &c. *Ouid.* Sed carpamus iter ——
Vt tangat portus feſſa carina ſuos. *Idem.* Podźmy dáley; do końcá.
Ne tamen oblitis ad metam tendere, longè Exſpatiemur equis. *Idem.*
Quid iuuat ambages præceptaq; pauca referre? *Idem.*
τὸ ἴχνος πάλιν μεταλθεῖν. *Plato.* Relegere rurſus veſtigia.
Redeamus domum. *Cic.* Sed iam ad id vnde digreſſi ſumus redeamus. *Idem.*
Sed ad lineam. *Tertullian.* In gradum rurſus ac lineas regredere. *S. Hieronym.*
πρὸς γραμμὴν ἀναστρέφειν. V. Do rzęczy.

Wracam śie wzad.

A calce ad carceres. *Cic.* ἐκ τέρματος πρὸς βαλβίδα.

Wróbl by vnoſł iego máietność. Mucha by z tem vlećiała.

Fundum habet, quem poſſis mittere funda. *Cic. apud Quintilian.*
Sic Miles in Poenulo Plauti, fundo deijciebat homines volaticos.
Similia ſunt aliquot Epigrammata l. 2. *Anthologij, ſub Titulo In Tenues*
Vt in Erotium puellam paruam à culice raptam, Lucillij.
In Proclum quem fumus ad nubes extulit. Eiuſdem.
In Macronem quem mus in foramen traxit. Ammiani, &c. Adde. Paſſerinum prandiũ.

Wroná kracżé / bedźie dżdż.

— Cornix plena pluuiam vocat improba voce. *Virgil.*
Fuſcáq; nonnunquam curſans per littora cornix
Demerſit caput, & fluuium ceruice recepit. *Cic.*
Cras tempeſtas ——niſi fallit augur Annoſa cornix. *Horat.*
Imbrium diuina auis imminentum. *Idem* i. *cornix.*
κορώνη ἐπὶ πέτρας καθεζομένη, ἣν κῦμα κυκλύσῃ, ὕδωρ σημαίνει. *Theophraſt.*
Cornix in ſcopulo ſedens, quem fluctus proluit, aquam ſignificat.
Cornicum — Coruorumq; greges vbi aquam dicuntur & imbres
Poſcere, & interdum ventos auraſq; vocare. *Lucreti.*
πολλάκι λιμναῖαι καὶ ἐναλίαι ὄρνιθες, ἄπληστον κλύζουσαι, ἐπιμύεναι ὑδάτεσσιν. *Aratus.* Sæpe paluſtres & marinæ volucres, inſatiabiliter ſe proluunt, deſiderantes aquam. *Plinius inter prognoſtica tempeſtatis hoc ponit: cùm terreſtres*

volueres contra aquam clangorem dabunt, perfundentes ſe, ſed maximè cornix. De rana etiã Cic. Equidem pluuias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt: Ranæ enim ϱητορεύουσι. i. clamant. *Idem. ſcripſit Arat. Plutar. Virg.*
Aranea *etiam ventos & pluuias præſentit. Pierius.* Sepia *item ex aqua exſiliens. Idem.*

Wronámi to karmiono. *V.* Chytry.

Wrożká leda z czégo.

ὄνος ὄρνις. *Ariſtophan.* Aſinus auis *auſpicata*, i. *& ex aſino poteſt capi augurium, per iocum.* V. Tréfuné pod czás lépßy.

Wrzkomo coś. Ꝺda śie coś, a niemaß nic. Vdaié śie czem nie ieſt.

Introrſum turpis, ſpecioſus pelle decora. *Horati.*
Si ſolum ſpectes hominis caput, Hectora credas,
Si ſtantem videas, Aſtyanacta putes. (*puerum*) *Martial. de pumilione.*
ἐν τῷ μετώπῳ νῶν ἔχει — μόνον. *Amphis.* In fronte ſolùm mẽtem habet. i. *fronte & vultu prudentiam fortitudinem, &c. oſtentat, cùm illa careat.*
Mutuò ſumpſit audaciam, hilaritatem, affabilitatem, &c. *Iunius & Taubman. ex Plauto qui ait:* Saltem tu ſi pudoris egeas ſume mutuum.
βριάρεως φάνιππον ὢν λαγώς. Briareus videtur eſſe, cũ ſit lepus. *Ex Poſidippo qui ait:*
ἐφάνη βριάρεως, ἂν τύχῃ δ', ἐὼν λαγώς.
Briareus videtur, ſi ferat res, eſt lepus. Tragicus rex. V. Pánowánie krotkie.
φανίδ θύρα. *Euſtathi.* Phaniæ oſtium, *qui ſe diuitem pauper, falsò oſtentabat.*
ὄνος τῇ τὲ λεοντ῀ δέρῃ ἐπικρυπτόμενος. *Euſebius Caſarien.*
Aſinus leonis pelle intectus. Strumam dibapho texit. *Ex Cicer.*
κανθήλιος ἢ πίθηκος γελοῖος τῇ λεοντῇ περιστελλόμενος. *Lucian.*
Canthelius (*aſinus ingens*) aut ſimius ridiculus leonis pelle circundatus.
λεοντῆ ἐπὶ κροκωτῷ. *Ariſtophan.* Leonis pellis ſuper crocotum, *muliebrem veſtem.*
μήλος ἡρακλῆς. *Suidas.* Pomarius Hercules (*Terriculum auium habitu Herculis*),
ἀστραπὴ ἐκ πύελος. *Diogenian.* Fulgur ex pelui.
Id fulmen non eſt, quod montes & maria percutiat. *Plini.*
κενῷ ἐγκατοικεῖ. *Plato.* Vacuam inhabitat. ſ. *domum.*
Vacuam domum inhabitare *dicitur à Platone, qui ſpeciem rei magnificam oſtentat cùm ipſo bono careat.* λόγῳ παρθένος. al. παρθένος. *Heſych.*
Verbo virgo, *de re, quæ famá non reuera eſt. Henric. Steph.*
ἄσκει ὁπόθεν δόξῃς φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ἄφελς (ληρήματα, φλυαρίας)
ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκαλοιμήσεις δόμοις. *Plato.* *menta, nugas)*
Exerce ea, ex quibus videberis poſſe ſapere, alijs relinquens ſpecioſa iſta (*delira-*
Ex quibus inanes incoles tandem domos.
——— ὃ μὲν γάρ τι κακῷ ἐς ὦπα ἐώκει. *Homer.*
Non enim quid mali ex aſpectu videbatur. Myxus. *Vide* Báždy ma ſwe obyczáié. μύξαις ὢν, ἀγαμέμνονα ὑποκρίνεται. *Themiſtius.*
Mithæcus.

Mithæcus cum ſit, Agamemnonem ſimulat. *In eum qui opes vel doctrinam quam nullam habet iactat. à Mithæco obſcuro Pòéta qui morem opſonandi Siculorum deſcripſit.*
κλεοφῶντ☞ φιλοτιμώτερ☞: *Suidas.* Cleophonte ambitioſior.
Nam is obſcurus caſearius indoctus, primas ſibi in Repub. Athenienſi vſurpabat.
Fumos vendere. *dicitur is qui principum intimam familiaritatem & in ſe beneuolentiam iactans hinc laudem venatur, ac etiam pretium colligit. qualis Thurinus apud Lampridiū.*
V. Co drugiemu wyrzadzał. *Sic & Martialis.*
Vendere nec vanos circum palatia fumos.
Magno conatu magnas nugas dicere. *Terenti.*
ἀλώπηξ ἀντὶ λέοντος. *Ariſtid.* Vulpes pro leone. *Affine* Máßkárá. Poſtáwá.

Wrzkomo dźwiga / wſpiera.

ὁ ἄτλας γλυπτὸς ἢ ζωγραφητός. Atlas ſculptus aut pictus.
Telamones *interpretatur Vitruuius, ſtatuas viriles quæ in ædificijs maximè ad oſtiorum latera, trabes vel mutulos ſuſtinent. Huc accommodat Eraſm: illud Ariſtotelis.*
ὁ τὴν δοκὸν φέρων. Trabem geſtans, *interpretando Atlantas. & de ijs intelligit, qui videntur laborare cùm nihil agant. Similes ijs ſunt* Canephoræ, *quæ etiam ſculpuntur vel pinguntur in ædificijs virginali habitu caniſtra capitibus ſuſtinentes. vt olim in ſacris Cereris viuæ virgines faciebant. meminit Cicero.*
Caryatides *item femineo habitu apud Vitruuium. His adde eos qui reges aut principes aliquò euntes comitantur, ſuſtinentes brachia eorum; qualis Naaman Syrus 4. Regum 5. honoris non leuandi laboris cauſa; nam ſæpe imbecilliores ſunt ijs quos ſuſtentant.*

Wrzkomo nié chcé.

Morbum iurauit ne Conſul eſſe cogeretur. *Cic. ridet Aquilium. Nam morbum iurantes excuſati erant à militia vel ab alio munere.* Σκύθης ὄνον ὁρᾷ. *Suidas.* Scytha aſinum aſpicit. *In eum qui verbis auerſatur quod mente appetit. vel coram aliis abſtinet, digreſſis fruitur.* V. Nié trzébá mowi. Chcé nié chcąc.

Wrzkomo niema. Jakoby niemał.

ὁ ζεὺς ἄγον☞: Iupiter orbus vel potiùs carens liberis. *Ironia vel antiphraſis eſt. nam plurimos habuiſſe filios fingitur.* Luſciniæ deeſt cantio, *Ex Plauto.*
Ad eandem formam dices. Deſunt mulieri verba. Crœſo nummi. Alcinoo poma &c. *Item.* Ipſi fontes ſitiunt. i. *ſitire ſe fingunt. Cic.*
τὰ στέμφυλα δεῖται ἐλαίου. *Ariſtoteles.* Baccæ egent oleo.

Wrzkomo nieſłyßy. Nieſłyßy kiedy dac.

Audiens non audit. ὡς ὅτε κωφὸς ἐοικώς. *Homer.* Non audienti ſimilis. *Lepus maximis auribus animal, typus acuti auditus apud Ægyptios. Plutarch.* Talpa *itē. Pierius.* μῦλ☞ πάντα ἀκούων. *Zenodot.* Mylus omnia audiens, *& tamen diſſimulans, vel fingens ſe ſurdum eſſe, inſtar eorum, qui in molis verſantur: nam* μύλ☞ *eſt mola. alij ductum volunt à Mylo quodam otacuſta vel corycæo inſigni.* Alter Bacchara Martialis, *de quo is lib. 7. ep. 92. lepidè repetit aliquoties hunc verſiculum.* Audis &

(*al. sed*) neſcis Bacchara quid ſit opus. ſ. *amico ſuas neceſſitates tibi exponenti.*
Dormitator. *apud Plautum pro aſtuto & fallaci, qui vt decipiat, dormire ſe ſimulat. Lambin. Taubm.* *Vide*, Non omnibus dormio. *ſub* Nie wßyſcy ná wóz.
Nulli ſunt magis ſurdi quàm ij qui audire nolunt. *Gallorum dictum Garver.*
Cicero cùm eum perorantem Octauius ſe non ſatis exaudire diceret, reſpondit: Atqui aures perforatas habes. Carpens eius ortum: Afer enim erat. Plutarch.

Wrzkomo nieumie / niewie. Jakby trzech zliczyć nie vmiał.

ἑρμῆς ἀμύητος: *vel* ἀμύητος. Mercurius infans, loqui neſciens. *vel* myſteriorum ignarus, non initiatus. *antiphraſis eſt. Reijcit vocem* ἀμύητος. *Henric. Stephan. quia ineffabilem paſſiuè ſignificat, non infantem.*
ὁ χρῆς τ πόντν. *Ariſtides.* Cretenſis mare. *ſubaudi ironicῶς: ignorat.*
Indoctus quàm doctè facis! Quid faceres, ſi quis docuiſſet te! *Plaut.*
μή μοι θεὰ θέμι ταῦτα διείρεο, οἶσθα, καὶ αὐτή. *Homer.*
Ne ex me dea Themis hæc interroga, ſcis & ipſa. V. Lepiey ty to wieß.

Wrzkomo nie widzi / nie patrzy.

Neoclides alter. *Fuit is Rhetor furaciſſimus, quamuis oculis captus: aut forte cæcum ſe fingens, vt facilius furaretur, de quo Ariſtophanes ſic dicit:*
νεοκλείδης ἐστὶ μὲ τυφλὸς, κλέπτων δὲ σὺ βλέποντας ὑπερηκόνισεν.
Neoclides eſt quidem cæcus, furando autem omnes videntes ſuperat.
Martialis in luſcum furem poſt alia, dicit hæc:
Hunc tu conuiuam cautus vitare memento,
Tunc furit, atque oculo luſcus vtroque videt.
ὁ λαγὼς καθεύδων. Lepus dormiens. *de diſſimulantibus, Rhodigin. nam leporem palpebris clauſis vigilare, apertis dormire ſcribit Xenophon.*

Wrzkomo rozumie.

ὄνος λύρας ἀκούων κινεῖ τὰ ὦτα. *Lucian.* Aſinus lyram audiens, mouet auriculas. *velut intelligens ſonos cùm nil minùs ſit.*
ἐγώ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει. *Idem Lucian.* Aſino quidam narrabat fabulam, ipſe verò auriculas mouebat.
διεκεκλὶνὴς λαγωός. *Nicander.* Lepus apertis oculis dormiens. *de ſtupido qui ſingit ſe videre vel intelligere. Suidas.* V. Rozſadek gruby.

Wrzkomo ſpi.

Leporinum ſomnum dormit. Doctus & ad lychnum vigilanti ſtertere naſo. *Iuuenal.* Parathenchon. Dormitator. Vulpes eſuriens. Lepus dormiens. *& ſimilia, vide ſub his.* Co inßego czyni. Wrzkomo nieſtyßy. Nie wßyſcy ná wóz.

W Rzymie bre á Papieżá niewidzieć.

τὰς Ἀθήνας εἰσεληλυκέναι καὶ τ σόλωνα μὴ ἑωρακέναι. *Ex Luciano.* Athenas viſiſſe (*intraſſe*) & Solonem non vidiſſe. *ſubaudi verbum commodum. v. g.* μαθεῖν, ἀγχινεῖν, ἀφιλοκάλων. *Stultum, inurbanum, inelegans.*

Apud

Apud Lucianum in Scytha ſeu Hoſpite, Toxaris Scytha Anacharſidi gentili ſuo, Athenas in quibus ipſe diu iam manebat, ingreſſo, & redire mox volenti dicit: Mane paululùm, ego faciam vt totas Athenas immò Græciam vniuerſam & quæ in ea maximè viſenda ſunt, cum voluptate aſpicias. Oſtendam enim tibi virum admirabilem Solonem, quo viſo omnia vidiſti, is ſunt Athenæ, is ipſa Græcia. omnium in Scythia te capiet obliuio, felicissimus eſt qui cum eo verſatur &c. Sicq; factum eſt, Anacharſis viſo Solone & eandem allocutus, adhæſit illi, & Athenis vixit ciuitate donatus vſq; ad mortem Solonis.

Apud Martialem l. 3. Tucius ex Hiſpania Romam pergens à ponte Muluio reuerſus eſt.

Wsiada na mie.

Argyrippum Plautinum eſſe mè putat, vel habere vult. *In Aſinaria Plauti Argyrippus adoleſcens ingenuus ſed decoctor, ſeruum ſuum, cuius opera multùm indigebat & is hanc illi negabat niſi illi inequitaret, equi inſtar indigniſſimè geſtauit.*

Wſkórac me możé. Nié wſkóra iuż.

πεύκης τρόπον. *Suidas.* Pinus in morem. ſ. ἐκπεφθείς. *ſucciſus. de ijs quæ funditùs pereunt. nam pinus ſucciſa non amplius regerminat, ait idem & Herodot. ac Theophraſt. alij id negant, vel aliis arboribus tribuunt. Sed & vox πεύκη aliis picea, aliis eſt larix: Cognatæ tamen ſunt hæ arbores vt & abies ac pinus. Plini.*

Wſmiech ſie wßyſtko obrocilo.

κεράδης ῥαγείσης. Rupta chorda eſt, *vel* vncus. *Aut potiùs:* κεράδη ἐρράγη. Rupta eſt ancora vel vncus, *quo biſtrio à tergo appenſus in Comœdiis (& in machina in Tragœdiis deus aliquis) apparebat. qui, vt accidere ſolet, ruptâ chordâ decidens, riſum ſpectatoribus excitabat. Simile quid in noſtratium oppidis fit, cùm mulier rixoſa in corbe ſupra paludem appenſa eleuatur, & abſciſſo fune decidit.*

Parturiunt montes naſcetur ridiculus mus. *Horat.*

ὠδῖνεν ὄρη, εἶτα μῦν ἀπεκύησεν. *Ex Apologo Æſopi ortum ait Nannius, ab Ageſilai ſtatura modica Athenæus. dicendũ, quando magna quis expectans, parua ſortitus eſt.*

Wſpámatomowny.

Ampullatur, *Horat.* Proijcit ampullas & ſeſquipedalia verba. *Idem. vt vulgò explicatur: ſed Henr. Steph. proijcit, explicat, abijcit, reijcit non profert, non dicit.*

ἐκτραγῳδίζει: τραγικῶς λέγει. *Plutarch.* Tragicè loquitur. *nam Tragici Pœtæ ſublimi & ſplendido genere orationis verbis q; magnificentioribus vtuntur.*

Herculis verbis incendere aliquem, *Iuuenali. magnificis, grandibus Brodæus.*

Sic & Horat. Et ſpirat tragicum ſatis. μέγα πνέει. *Euripid.* Magnum ſpirat.

Tragici cothurni ſtrepitus. *Ammian. pro ſermone magnifico.*

βατραχομυομαχία Ranarum & murium pugna. *Eraſm. de affectata oratione in parvis vt Homerus fecit in illo Pœmatio. ſi eius eſt, quod quidam negant Henr. Steph. Tigretis eſſe aſſerit.* ἀφνειὸν πνέει. *Philoſtrat.* Opulentum ſpirat.

φλεγμαίνοντα ὀνόματα. *Syneſius.* Turgida nomina. ὑλομανῶν καὶ φλεγμαίνων ὀνομάτων κενότητι. *Idem.* Luxurians & tumens inanitate verborum.

Cyceron.

Συβαριτικοὶ λόγοι. *Hesychi.* Sybaritica oratio. i. *nitida delicatè ornata iuxta mores Sybaritarum. vel turgida & fastosa. nam vtroq; vitio Sybarita infames erant. Sic Erasm. aliter Henric. Stepha. orationem gratiam & existimationem colligentem explicat.*

Wſpámáty.

ἐλευθερώτερος ἢ Σπάρτη. Generosior Sparta. *Nam Spartani admodùm generosi erant, seruitutis omnis impatientes, legibus vltrò parentes, fortissimi, nec mœnibus cincti, fugere ex acie turpissimum iudicantes, opificia & vilia obsequia per seruos peragentes. Plutarch.* ἀχίλλειον πνέει. *Heliodor.* Achilleum spirat. *qui generosum animum corpore & moribus præsefert.* εὐγενέστερος ἢ Κόδρος. Generosior Codro. *qui Rex Athenarum cùm esset, ad conseruandam Rempub. ex oraculo, vltrò se hostibus occidendum, vestitu mutato obtulit. Zenodotus.* *Affine*, Vmyſł wielki.

Wſpominać mito / co przéd tem trapiło.

Wſpomináć mito / gdy śie co zrobiło.

Gaudent securi narrare pericula nautæ. *Iuuenal.*

Meminisse dulce est. quod fuit durum pati. *Seneca. Hercule Furente.*

Labores Dulce loqui miseris, veteresque reducere questus. *Statius.*

οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ τι τετελεσμένον ἔσται. *Homer.*

Non somnium sed res vera est, cùm quid boni perfectum est.

Iucundi labores acti. *Cic.* Iucunda memoria præteritorum malorum. *Idem.*

Quod acerbũ fuit, retulisse iucundũ est. Naturale est mali sui fine gaudere. *Seneca.*

εἰ πόνος ἦν, τὸ τερπνὸν πλέον παθέρχεται. *Pindar.* Si labor fuit, oblectatio maior

— Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. *Virgil.* (succedit.

ὡς ἡδὺ τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων! *Euripides.*

Quam dulcis est saluo laborum memoria! *Vel vt Cic. reddidit.*

Suauis laborum est præteritorum memoria. (bores!

ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων! Quam dulce est sapienti actos meminisse la-

——— μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ,

ὅστις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ, καὶ πολλ' ἐπαλήθῃ. *Homerus.*

Post & doloribus delectatur vir, qui multa mala passus & per multa vagatus est. *Aristotel. sic effert.* τέρπεται ἀνὴρ μνήμενος ὅστις πολλὰ πάθῃ, καὶ πολλὰ ἐέργῃ. Delectatur vir recolens qui multa passus & multa egit. *Causam affert.* ὅτι ἡδὺ καὶ τὸ μὴ ἔχειν κακόν. quia iucundum est malum iam non habere.

Carius est carum si prægustetur amarum.

Fitque mali gustu dulcius omne bonum. *Anonym. rhythm.*

Estque serena dies post longos gratior imbres. *Idem.*

Wſtyd dość raz vtráćić.

Ktokolwiek raz wſtyd vtráći / drugi raz śie z niem nić zbráći.

Qui semel verecundiæ fines transierit, eum bene & nauiter oportet esse impuden-

Ego hunc Perijsse duco, cui quidem perijt pudor. *Plaut.* (tẽ. *Cic.*

Periêre

Perière mores, ius, decus, pietas, fides,
Et qui redire neſcit, cùm perit, pudor. *Seneca Agamemnone.*
——— Nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt. deperit illa ſemel. *Ouid.*
——— Et non reuocabilis vnquam Ceſſit ab ore pudor. *Valer. Argonaut.*
Depuduit, profugusque pudor ſua ſigna reliquit. *Ouid.*
Aſſiduis conuicijs depudere didicerat. *Seneca. al. pudere dedidicerat. Pincian.*
Pudor deprehenſus amittitur. *Seneca. i. cùm quis impudens deprehenditur, eam notam (vt & mendax) non facilè abolere ſolet. Et rectè hîc vſurpari poteſt, quod de Fide dicitur.*
Pudor vt anima, vbi ſemel abſceſſerit, non ampliùs redit.
αἰδὼς ἅπαξ οἰχεσθαι ὡς ψυχὴ φιλεῖ. *A.*
Semel perire modò pudor vt anima ſolet.
Pudor eſt velut veſtis, quantò obſoletior, tantò incurioſiùs habetur. *Apuleius.*
Qui ingenio malo eſt, peccatum confidentiùs integrat, ac quò ſæpiùs, eò apertiùs delinquit. *Idem.*

Wſtyd mie tego cztowieká. Wſtydze śie ludźi.

Polydamas primus obijciet mihi probrum. *Ex Homero apud quem Hector malè geſtæ à ſe rei conſcius dicit:*
πολυδάμας κὴ πρῶτ' ἐλεγχείην ἀναθήσει.
Vſurpat hunc verſum Cicero, Polydamantis *nomine intelligens* Pompeium vel Catonem *earundem partium.* *Idem Cic. vſurpat aliquoties alterum verſum Homeri eiuſdem ſententiæ.* αἰδέομαι τρῶας κὴ τρωάδας ——— .i. Vereor Troianos (.i. *ciues Romanos bonarum partium in bello ciuili*) &
Troadas (. i. *nobiles Romanos delicatos inſtar mulierum Troianarum*)
Alluſit & Perſius contemnens iudicium Neronis & vulgi, ac dicens: Non vereor
Ne mihi Polydamas & Troïades Labeonem. Prætulerint.
Operiebant quoq; caput qui erubeſcebant aliquid. Gellius ait. Permitte mihi quæſo operire caput, quod in quadam parùm pudica oratione Socratem feciſſe aiunt.
Apud Plautum operiunt caput cum alij tum mortem ſibi vltrò conſcituri.
Et Petronius. Exſecratus aniculæ inſidias caput operui.
Apud Plutarchum Pompeius & Cæſar dum occideretur operuit veſte caput.
χλαῖναν πορφυρέην αἵτ' ὀφθαλμοῖσιν ἀνάσχων. *Homer.*
Lænam purpuream oculis obtendens. *de Thelemacho*
ὅτε τ' ἦλιον ἠχύνοντο ταῦτα ποιοῦντες, ὅτε τὴν γῆν ἐφ' ἧς ἑστασαν, ὅτε ἱερὰ, ὅτε τάφους. *Demoſthenes.* Neq; erubuerunt ſolem hæc facientes, neq; terram in qua ſtabant, neq; ſacra, neq; ſepulchra.
Et nunc non poſſumus aperire os. s. *pudore vel dolore. Danielis c. 3. Azarias alloquitur Deum ſub perſona populi Deo rebellis & contumeliosi*
κύπτει ὥσπερ τήλεφος. *Amphis.* Oculos demittit inſtar Telephi: *ex rege Myſorum mendici.* V. Oko wſtydu rozſądnik.

Wſtyd nie zawſze / ábo nie káżdy pożyteczny.

Stultorũ incurata malus pudor vlcera celat. *Horat.* Pudor te malus vrget. Inſanos qui inter vereare inſanus haberi. *Idem.* V. Kiedy przydźieß między wrony. —— Rebus ſemper pudor abſit in arctis. *Valer. Argonaut.* Verecundari apud menſam neminem decet. *Paraſitus Plauti. declaratum id habes ſub dicto* V ſtołu wſtyd zbytęczny nie pożytęczny. Ita moleſta eſt ſuorum malorum patefactio, vt multi perire maluerint, quàm morbos ſecretos medicis oſtendere. *E Plutarcho qui pulchrum libellum de vitioſo pudore ſcripſit.*

ἀιδὼς ἤτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι. *Homer.*

Quidam pudor multum viris nocet, quidam verò prodeſt.

ὅμως δ' ὅσον γε δυνατὸν αἰδεῖσθαι χρέων. *Euripides.*

Tamen erubeſcere quantùm opus ſit expedit.

αἰδὼς δ' ἐκ ἀγαθῇ κεχρημένῳ ἀνδρὶ κομίζει. *Heſiod.*

Sane homini pudor haud quàquam conducit egenti,

θεὸς ἡ ἀναίδεια. *Zenodot.* Dea impudentia. *Perſtringuntur hoc dicto ij qui impudenter lucrum vel commodum aliquod quærunt vel aſſequuntur: & ex eorum mente ſibi blandientiũ prolatũ eſt. Impudentiæ verò fana & aras erigebant Athenienſes. Theophraſt. Cic. Pauſanias verò ſcribit, Athenis in Areopago (aula iudiciorum) duos fuiſſe argenteos lapides ſeu aras, alteram τ῀ ὕβρεως, Contumeliæ, cui inſiſtebat Accuſator, alteram ἀναιδείας, Impudentiæ, cui inſiſtebat Reus, vt moneretur, hic quidem abſtinendum ſibi eſſe à mendacijs, ille verò à calumnijs. & hic quidem fideret Innocentiæ ille verò Veritati. Non malè Iunius ſuſpicatur apud Pauſaniam loco vocis ἀναιδείας legendum eſſe ἀναιδίας. i. innocentiæ. quæ reo conuenit. idem argenteos lapides hos fuiſſe ſcribit ideò, vt moneretur vtrq; integritatis & candoris in iudicio ſeruandi,*

Diogenes nouo diſcipulo peram aut pernam al. ſaperdam ferendam dedit, quam ille erubeſcens abiecit & abiit. pòſt obuio Diogenes dixit: Noſtram amicitiam pera diſſoluit. *E Laërtio.*

Wſtyd pozny / prozny.

Priùs cauiſſe quàm pudere æquum fuit. *Plaut.*

τὸ αἰδέεσθαι τὸ πεφυλάχθαι ὑπερφέρει. *A.*

Satius mala eſt vitaſſe quàm erubeſcere.

Seri & ſtulti pudoris exemplum affert Iacobus Pontan. de fure, qui lacera veſte tectus, noluit exire ad patibulum, donec ei carniſex ſuum pallium commodaret: Qualis fur (aiebat ille) dicent homines, qui nec veſtem bonam potuit furari.

Wſtyd / vczciwoſc wßędy zachoway.

πρὸς ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν. *Pythagoras.* Ad ſolem conuerſus ne meijto. *Idem habet Heſiod.* μήδ' αὐθ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν,

Ne contra ſolem conuerſus mingito rectà. *ſed (addit) ad parietem aliquem accedens & conuerſus. Rationem idem & alij afferunt à decoro & honeſtate ſumptam, quanquam & illam aliqui dant, quod dijs vel Deo vno omnia plena ſint. Sic Aratus, Macrobius, Heſiod. qui item vetat vrinam facere eundo, quod & Æſopus in ſuo hero repre-*

ro reprehendit. Flagitij principium eſt nudare inter ciues corpora. *Ennius apud Cic.*

Morientes quoq; honeſti, honeſtè cadere & iacere curant. Sic Polyxena apud Euripidē.

θνήσκουσα *moriens*, πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.

Decenter vt caderet cauebat ſedulò. *quem verſiculum Plini. iunior vſurpat de Cornelia Veſtali cùm viua defodienda innocens, carnificis contactum auerſata eſt. De Iulio Cæſare Suetonius ſcribit, eum cùm à coniuratis confoderetur, caput toga obuoluiſſe, & ſiniſtram manum ad ima crura deduxiſſe, quò honeſtiùs caderet, etiam inferiori corporis parte velata. Simile quid habet de Pompeio Lucan. lib. 8. Plura affert Magius l. 2. Miſcellan. c. vltimo.* εἰ τὰ θηπτῶν μὴ καταισχύνεσθε ἔπι γύαθλα, τὴν γῆν πάντα βόσκουσαν φλόγα αἰδεῖσθαι ἄνακτος ἡλίου. *Sophocles.* Si hominum genus non erubeſcitis, vtique omnia luſtrantem flammam ſolis regis erubeſcite.

Honeſtatis eadem cura ſit ſecretò quæ palam. *Plini. iunior.*

Apud Perſas exſpuere & emungi indecorum & turpe habebatur; vomere autem & mingere aliquo ſpectante, flagitioſum dedecus erat. ideoq; temperantes admodùm erant & laborioſi, cardamoq; in cibis vtebantur, quod ſputa & vrinam conſumit & comprimit. Rhodigin. Pierius è Xenophonte. Simile eſt illud Pythagoræ præceptum ad morum honeſtatem pertinens, quo iubet τὰ στρώματα ἀεὶ συνεσταλμένα ἔχειν. Stragula ſemper conuoluta habere. *Ad honeſtatem id pertinere ait Eraſmus: ad præparationem & procinctum Henric. Stephan. nempe vt ſis ſemper paratus neſciens vbi veſperi eris. Sic Xenophon.* ἀεὶ τὰ ἐσθῆτα συστελλόμενος. *Semper ſarcinas collige vel collectas habe ad migrandum. Aliter.* Senſus & affectus ratione cōèrce. *Rhodigin.*

μὴ δωριάζειν. Doricè non incedendum i. *incinctum vel ſeminudum, vt puella Spartanæ faciebant, incedentes diſcinctæ & ſupparo ſciſſo male tectæ ac etiam nudæ. Pauſanias. Anacreon. & Euripid.* Et *S. Clemens.* ὑπὲρ γόνυ σφίγγεσθαι. Supra genu reductis veſtibus incedere indecorum eſſe, *ait.*

Simile item illud: ἀναστὰς ἐξ εὐνῆς, συστρέφειν τὰ στρώματα, Vbi lecto ſurrexeris, ſtragula conturbato (*ne veſtigia iacentis remaneant*) vel cōplicato decenter. *Id quod etiamnum omnes magiſtri morum præcipiunt, & omnes honeſti ac benè morati ſeruant. Rhodiginus id ſubtiliùs interpretatur. i. à ſenſibus & cupiditatibus rationis imperio animum abſtrahendum eſſe.* πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνου σαυτόν. *Idem Phythagor.* Omnium maximè reuerere teipſum.

Turpe quid auſurus, te, ſine teſte, time. *Auſonius.* *Sed multò præſtantius eſt præceptum, reuereri Deum vbiq;, quo pleni ſunt diuini libri.* V. Bóg wßytko widźi.

Wßiedy dobrzé á doma naléprey.

εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην τενεάτης. *Strabo.*

Felix Corinthus, at ego ſim Teneates. *Ex Tenea villa Corintho vicina.* ἴωμεν εἰς ἀθήνας. *Plutarch. ex Ariſtotele.* Eamus Athenas. *Bottiæorum virgines ſacris peractis deſiderio patriæ è qua erant oriundæ canebant;* Eamus Athenas.

βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει. Extraneus bos ſæpe proſpectat foras.

I— ſed poteras tutior eſſe domi. *Martialis librum ſuum alloquitur in lucē eum mittens.*

Romæ laudetur Chios & Samos & Rhodos abſens, *Horat. i. non adeatur.*

V. Mile domé.

Wßedy Pan Bóg.

Deo omnia plena. *Symmach. Multa ſunt in eum ſenſum in SS. libris. ſed audi ethnicum.*

——— μεσταὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
καὶ λιμένες, παντὴ δὲ διὸς κεχρήμεθα πάντες,
τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμεν. i. Plena Iouis omnia compita

Plena omnia fora aut cætus hominum, plenum mare,
Pleni portus, vbiq; autem Iouis indigemus omnes, Ipſius enim & genus ſumus.
Aratus Pòéta, cuius vltima verba attulit S. Paul. Actorum c. 17.
Neque porrò putes hunc & alios pleroſq; Philoſophos Græcorum, Nomine Iouis, intellexiſſe nebulonem illum fictitium Pòéticum Iouem, ſed numen altiſſimum ſibi parùm notum, cui varia nomina imponebant ab effectis & operibus eius ſumpta, adeò vt trecentos Ioues Varro fuiſſe ſcribat, Heſiodus autem triginta millia deorum aſſerat. Omnes vero deos ad ſolem refert Macrobius. alij excellentiùs de Deo ſentiunt apud Cicer. de Natura deorum & in alijs libris Philoſophicis. vide Rhodigin. l. 21. c. 34. & Leſſium de Prouidentia c. 2.

πάντα θεῶ πλήρη, πάντη θεῶ ἐστεφανῶται. *Zoroaſter.*

Omnia plena Deo atq; Deo ſunt omnia cincta.

Dictum Polonicum Wßedy P. Bog. *præter hunc ſenſum apertum, habet alium reconditum, quo vſurpatur Prouerbij inſtar ab ijs, qui Deo ſiſi locorum mutatione non mouentur, quod nôrint & ſperent ſe vbiq; Deo curæ fore. Priſci etiam Ethnici pleriſq; Deorum ſimulacris pinnas ſeu alas affingebãt, vt eos vbiq; præſto eſſe indicarẽt. Muret ex Ennio & Apuleio.*

Wßedy ná mie kápié.

Nuſquam tuta quies. *(vt Virg. Nuſquam tuta fides.)*

ἀπανταχῆ εὑρίσκεται ὁ λαγὼς κύνας. *A.*

Locorum vbiuis inuenit lepus canes. ſ. *in terra, animal canem; in mari, piſcem canem; in cælo, ſidus. ex epigrammate Græco Germanici Cæſaris, quod tale eſt.*

ἓν κυνὸς εἶλε κύων με. τί τὸ ξεινὸν; εἰς ἐμὲ θῆρες
ὑγρὸι καὶ πεζοὶ θυμὸν ἔχουσιν ἕνα.
ἀιθέρα λοιπὸν ἔχοιτε λαγοὶ βατὸν, ἄλλα φοβεῖσθε,
ἀρκτὲ καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

Poſt vnum canem alius me capit, quid hoc noui?
Aquatiles & terreſtres vnum animum habent.
Cœlum poſtmodùm adeatis lepores: ſed vereor, Et tu cælum geris ſidereũ canẽ.
Omnibus fortunæ telis propoſita eſt vita noſtra. *Cic.*

Affine. Ná vbogiego. Ledá kto nédemna. Ná pochyłe drzéwo.

Wßedy świát. Wielki świát.

Omnis aër aquilæ penetrabilis. *Garner.*

πᾶς.

πᾶς ἐς' ὠκυπέτεω ἀετοῖσι περατὸς ἀήρ. *A.*

Cûiuis eſt aquilæ quiuis penetrabilis àér.

κοσμικός εἰμι. Mundanus ſum. i. *mundi totius incola, nulli loco affixus.*

Dictum eſt Socratis apud Cic. qui interrogatus Cuias eſſet? Mundanum ſe eſſe reſpondit. i. *totius mundi incolam & ciuem.*

Similiter Diogenes Cynicus apud Laërtium rogatus, ποδαπὸς εἶ; Cuias es. *reſpondit,* ſe eſſe κοσμοπολίτην, *vel (vt Lucian. habet)* κόσμου πολίτην. *i.* Mundi ciuem.

Item. παντοδαπός. Cuias vis. cuiaſcunq;. i. *ex quacunq; vis gente vel natione me ortum puta vel dicito.*

Wßyſcy chcą brać/ a nic mć dáć. Mito brać/ á ćießko dáć.

Omnium dulciſſimum eſt accipere. *Seneca ex quodam Philoſopho.*

κεἰ δὸς ἅπας ὁ βίος, λάβε δ' ἐδὲ ὅπη νηυσὶν ἀκούσαις. *Suidas.*

Da, omnis vita eſt, accipe verò, ne in nauibus quidem (*vbi varia dicuntur*) audias.

Hau lingua nulla eſt, quæ quidem dicat; Dabo.

Vetus illa relicta eſt: noua eſt quæ dicat; Cedo. *Plaut.*

Apud eundem Rudente quidam de vicinorum importunitate conqueritur dicens:

Semper aliquid petunt hinc: aquam, aut ignem, aut vaſcula, aut cultrum, aut veru, aut aulam, &c. quid verbis opus eſt? Veneri (*vicinis*) paraui vaſa non mihi.

Et in Aulularia herus diſcedens domo præcipit anũi,

Caue quenquam alienum in ædes intromiſeris.
Quòd quiſpiam ignem quærat, exſtingui volo, *&c.*
Tum aquam aufugiſſe dicito, ſi quis petet.
Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium,
Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant,
Fures veniſſe atq; abſtuliſſe dicito.

χαρᾶς ἐδὲν ἔστιν ἔτως γόνιμον ὡς χάρις. Nil æquè ferax eſt gaudij ac gratia. i. *beneficium, munus, ſ. acceptum, vel etiam datum (vt Seneca etiam cum Epicuro ſentit)* parit lætitiam. ſ. *accipienti.*

πάντες ἐσὶν ἀιτωλοί. *Ex Stephano.* Omnes ſunt Ætoli. i. *petaces.* V. Żebrak.

Wßyſcy na mię iadą/ kracza. Jak wroble na ſowkę na mię bią.

ὄνος ἐν πιθήκοις. *Menander. Gellius.* Aſinus inter ſimias. *Vſurpatur, cùm ſtolidus in naſutos incidit, qui eum exagitant.* Aſinus Ægyptius. *de eo quem omnes inſectantur, lacerant: ab Ægyptiis, qui aſinos præcipitabant, ob colorem ſimilem Typhonis hoſtis Oſiridis. Rhodiginus.* Noctua inter cornices. *Eraſm.*

Omnes mihi inimicos hoc facto repperi. *Terenti.* Adiuro me nunquam eam deſerturum Non ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines. *Idem.*

Wßyſtćk pićkny. abo ſproſny. *&c.*

Candidus & talos à vertice pulcher ad imos. *Horati.*

Vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiuiſſima. *Plaut.*

Ab imis vnguibus ad verticem ſummum — ex fraude fallacijs mendacijs conſtare totus

totus videtur. *Cic.* A planta pedis vſq; ad verticem capitis. *apud Iſaiã, Iobum &c.* ἀπ πεδῶν εἰς κεφαλήν. A pedibus ad caput. *& contrà.* ἀπ κεφαλῆς ἐς πόδας. A capite ad pedes. V. Od końcá do końcá.

Wßyſtko abo wßyſcy dobrzy.

πολλοί τ' ἀγαθοί τε. *Plutarch.* Multi & boni.

ἠύς τε μέγας τε. *Homer.* Bonuſque magnuſque. *Vel in Pluratiuo effer.* Equus Troianus. *pro cœtu vel ſocietate bonorum. Rhodigin. ex Cicer. qui ita loquitur.* In huius me conſilij ſocietatem, tanquam in equum Troianum cum principibus includi non recuſo. χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶ Χαλκὶς ἑλλήνων πόλις. *Philiſcus.* Chalcis bonorum eſt Græca ciuitas virûm.

Wßyſtko łotrowié. Wßyſtko ſkal. Niemáß czym brzgknąć. Stek łotrow.

λέρμοι κακοί. *Strabo.* Lerij mali. *tota gens improbiſſima fuit. Chijs idem tribuit quoddam Epigrãma Græcum:* πάντες Χῖοι κακοὶ, ἀλλ ὁ μὲν, ὁ δ' ἀ. Omnes Chij mali, nõ hic quidẽ (*malus*) hic non. *ſed omnes.*

τρία κάππα κάκιστα. Tria Kappa peſſima. i. *tria genera gentium quarum nomina κ litera inchoat.* ſ. Cappadoces, Cilices, Cretenſes. *Sic apud Plautum ſerui tres Hegionis.* Colaphus, Cordalio, Corax. *Item tres Cornelij nequam Romæ.* Corn. Sylla. Corn. Cinna. Corn. Lentulus. Trium literarum homo. i. *Fur. Plauto. vel dic, Homines.* Sentina Reipub. *Cic. Quintilian.*

ἀτταγᾶς νυμφία. *Suidæ.* Attagenæ nouilunium. *de turba vilium & improborum. nam ἀτταγᾶς, eidem eſt Stigmaticus, ad nouam vero lunam ſerui diſtrahebantur, & delectus militum habebatur.* Χαλάνης πύργος *Nazianzen.* Chalanes turris. *pro cœtu improborum aliquid contra aliquem machinantium, quale Caiphæ concilium, eidem Nazianzeno.* Chalanen aliqui putant eſſe regionem Babylonis in qua turris Babel condita fuit. *Ex Iſaiæ c. 10.*

κακὰ θηρία. Malæ beſtiæ. *de Cretenſibus S. Paulus ex Epimenide Poëta.* Vlyſſis remigium. ſ. *vitioſiſſimum. Horat.* λύκοι δέκας. *Zenodot.* Lupi decas. *de decem ſycophantis forenſibus & ſectoribus Athenienſibus.*

ἀγορὰ κερκώπων. Cercopum cœtus. *de fraudulentis Epheſi viris. vel* Cercopum forum, *in quo res furtiuæ vendebantur. Iunius.*

τῶν δούλων πόλις. *Plutarch.* δουλόπολις. *idem Suidæ.* Seruorum ciuitas. πονηρόπολις. *Suidas* Improborum ciuitas. Manipulus furum. *Terent.* Conſeſſus in ludo talario. *Cic.* Callicyrij i. *omnes improbi.* V. Zle Omnes.

Quorum nunquam quicquam cuiquam venit in mentem vt rectè faciat. *Plaut.* Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe. *Micheæ 7.*

V. Niemáß w czym przebráć. *Affine,* Żeden iáko drugi.

Wßyſtko na świécie marnośc.

πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν. *Stobæus.*

Cuncta riſus, & cuncta puluis, & cuncta ſunt nihil. *Vel*

Omnia

Omnia ſunt riſus, puluis, quin omnia nil ſunt.

Omnia ridenda Democrito & flenda Heraclito, *Ex Horat. Iuuenali.*

Sic S. Chryſoſtomus de mortuo loquens, ait: ἐγὼ ὁρῶ πλὴν ὀστέων καὶ ἰχθὺς καὶ ἀράχνης. πάντα ἐκεῖνα γῆ, πάντα μῦθος, πάντα ὄναρ καὶ σκιὰ, ἢ ὄνειρα ψιλὸν καὶ ἀφή. Nihil video præter oſſa & tineam & araneam. omnia illa terra, omnia fabula, omnia ſomnium & vmbra, ac narratio deſcriptioque tenuis. *Item. Menippus Luciani* Somnia *vocat* omnia quæ in vita quis habuit vel quibus delectatus eſt. τὰ πάντα ματαιότης καὶ ματαιότης ματαιοτήτων. *Apud Salomonem toties inculcatur.* Omnia vanitas & vanitas vanitatum.

Simile dictum Seueri Imperatoris eſt apud Spartianum & Aurelium Victorem: Omnia fui, & nil conducit vel expedit. *Summa in mundo dignitas, eſt ſtuppa accenſa in momento conflagrans, cum Epiphonemate.* Sic tranſit gloria mundi.

ἱπποδρομικὰ τὰ παρόντα ἀγαθά. *Chryſoſtom.* Bona præſentia inſtar celeris equi tranſuolant.

Wßyſtko nád ludźié / ábo mé ták ludźié.

Omnia Græcè. *Iuuenalis ſatyra 6. indignatur Romanas feminas affectare ſermonem & mores Græcorum, & aliquoties hoc verbum repetit.*

Nil obuium iuuat. *Seneca. Et Martial. Attalum affectantem nomen magni Rhetoris Oratoris & Pòétæ ridens ait:* Facis omnia bellè. *Idem in Mathonem:* Omnia vis belle Matho dicere, dic aliquando Et benè, dic neutrum; dic aliquando malè.

Vide Opák 1, 2. 3.

Wßyſtko pobrał / do ſyſtá / do ziarnká / do pieniążká oddał.

Nic zoſtáwił coby w oko wpróßyć. Ják vmiótł.

Cum puluiſculo auferre, conuerrere. *Plaut.* Præmium & prædam auferre. *Idem.* Omne argentum cum ramento reddidi. *Idem.* Nunquā poſtulat id quod datum eſt, ſed reliquum, dat operam, ne ſit reliquum, poſcendo atque auferendo. *Idem.*

Cum tota ærugine follem reddere. *Iuuenal.*

κορεῖν τὴν ἑλλάδα. *Ariſtoph.* Scopare Græciam. i. *vaſtare.* Spuſtoßył ják vmiótł.

Cuncti greges pergent vobiſcum, non remanebit ex eis vngula. *Exodi c. 10.*

οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη *Suidas.* Ne ignifer quidem relictus, q. d. *nullus, ne ille quidem qui ignem afferre poſſit. Vel, Ne vates quidem qui facem ante aciem ferebat inuiolatus.* *Apud Iſaiam c. 30. de excidio ciuitatis dicitur.*

Comminuetur — ſicut lagena figuli — & non inuenietur de fragmentis eius teſta in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parùm aquæ de fouea.

αὐτῆς ῥίζαις. *Suidas.* Cum ipſis radicibus.

αὐτῆς ταλάροις ἐσθίειν τὸν τυρόν. *Suidas.* Cum ipſis calathis voras caſeum.

Nec vola nec veſtigium inſtitutorum eius apparet. *Varro de Numa.*

Ne bolus quidem relictus. οὐδὲ λέλειπταί τοι ἐμῶν ἐδεσμάτων βύκαρδος. *Eupolis.* Non eſt relictus bolus è rebus meis.

μηδὲ πάσσαλόν μοι κατέλειπεν. *Lucian.* Ne paxillum mihi reliquit.

Adde

Ad denarium reddere, ſoluere. *Cic.* Ad aſſem reddere. *Ex Plini. iuni.* αὐλαῖς ἁμάλλαις. *Suida.* Cum ipſis manipulis.

Ne rutis cæſis quidem exceptis. *JCti. ex Cicer. qui alt:* Dicet, te cùm ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe. i. *excepiſſe.*

Vnâ cum templis & aris. *E Plutarch.* Cum veſtimentis & calceamentis. Cum ſarcinis & impedimentis. *Eraſm.*

Iam obſecro hercle vobis habete cum porcis & fiſcinâ. *Plaut. à more vendentium aliquid & ſibi quidpiam excipientium; iſte nil ſibi reſeruat, ſed omnia concedit, etiam cum fiſcina ſtercoraria porcos. Turneb. Lambin. Apud eundem Pœtam, Leno rogatus quomodo vendiderit virginem, reſpondet:* Sine ornamentis cum inteſtinis omnibus. *Sed & potuit dicere cum ornamentis vt in Milite. Simile quid noſtri dicunt.* Z z pulpitem / z dzieżą ciąſto dáć. *Simile eſt illud:* Ficus cum arbore. *Vide* zły ſtrách. *Affine.* Poßło wßyſtko / Z co było y co nie było.

Wßyſtko śie iemu zeydźié / zwieźié / przyſtoi.

Quandoquidem ſolus regnat & ſoli licet hic quiduis. *Ex Terentio.*

Regnúmne Æſchine hîc tu poſſides? *Apud eundem dicit quidam adoleſcenti. Simile eſt illud:* In ſuo regno eſt. *Sic apud Cic.* Id niſi hîc in tuo regno eſſem non tuliſſem. ὁ τὸν ἐνιαύσιον συνάγων εἰς μῆν ἕνα. *Plutarch. de Stratocle.* Annum in menſem vnum contrahit. *de imperioſo, omnia ad libitum agente.* Po ſwey woli świátem niébem kiéruié. Omnis Ariſtippum decuit color & ſtatus & res. *Horat. Affine.* Zeydźié śie to iemu. Pánom śie wßytko zeydźié.

Wtóra żoná / i wtory máż nié záwße lépßy. Wtore małżeńſtwo rzatko ßcześliwe.

δεύτεροι γάμοι ζΦαλεροί. Secundæ nuptiæ ſæpe fallunt.

εἴ τις ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον. *Antholog.*

Si quis ſemel vxore ducta, rurſus ſecundas nuptias attentat,
Ille naufragus ſecundò nauigat mare periculoſum.

Eleganter in Sticho Plauti, Patri cogitanti de ſecunda vxore poſt mortẽ prioris, & dicenti,

Pol ego vxorem quæro poſtquam veſtra mater mortua eſt. *Reſpondent filiæ:*
Facilè inuenies & peiorem & peiùs moratam pater
Quam illa fuit: meliorem, neq; tu reperies, neq; ſol videt. *Sic illæ.*
Mulier quæ nubit multis, multis non placet. *P. Syrus Mimus.*
Habent locum maledicti crebræ nuptiæ. *Idem. Vulgò enim tales coniuges malè audiunt & infelices ſunt, aut inconſtantes, incontinentes, moroſi, &c.*

S. Hieronym. ſcribit ſe Romæ vidiſſe maritum qui viginti vxores ſepeliſſet, itemq; vxorem quæ viginti duos maritos. Idem habet Rhodigin.

Wtóre zamyśły lepßе.

Poſteriores cogitationes ſapientiores eſſe ſolent. *Cic.*

αἱ δευτεραί πως φρονίδες σοφώτεραι. *Euripides.*

Secundæ

Secundæ curæ quodammodo ſapientiores. *Vel.*
Sapientiora cogitata poſtera. Curæ ſecundæ plus habent prudentiæ.
αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τ̃ πρὸ αὐτῶν εἰσιν. *Modeſtin IC.*
Conſtitutiones poſteriores firmiores ſunt ijs, quæ ipſas præceſſerunt.
δευτέρων ἀμεινόνων. *Ariſtides.* Secundis melioribus.
πάλιν ἂν ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς δευτέρων ἐπαναπολήσομεν. *Plato.*
Rurſus igitur melioribus ſecundis ab initio repetamus. *Tralatum id à ſacris, quibus primò non rectè litatis, ad ſecunda meliora accedebant.*
Sic in Pœnulo Plauti. Lycus leno ſexies ſacris peractis, & ſex agnis immolatis, non potuit Veneri litare. i. propitiare Venerem: nam haruſpex malum & damnum illi portendi dixit, ſicut & accidit.

W wilią śmierci ſzczęście go potkało / Staroſta / Burmiſtrzem / ſc. zoſtał. Grób ozdobił. Nie nagrobek piękny zárobił.
Elogium ſepulchri illi contigit, vel nactus eſt. *Sic Procopius.*
Quam pulchrum eſt in ſepulchri elœgio Imperatorem adſcribi! *(digin.*
Titulum ſepulchri nactus. *ex Iuuenali.* Laborauit in titulũ ſepulchri. *Seneca. Rho-Aggripina Neronis mater, audiens ab aſtrologis filium ſuum regnaturum, ſed matrem necaturum, reſpondit:* ἀποκτεινάτω με, μόνον βασιλευσάτω. Occidat me, modò regnet.
Tanti illi fuit matrem Imperatoris Romani paucis diebus vocari, quamuis turpiſſimo parricidio ſe & filium ſuum fœdandum audiret.
ἤδη ἀποθνήσκων ἐπιτάφιον ἔλαχε τίτλον. *A*
Morienti epitaphium obtigit ei ſplendidum.
Tiberius cum audiſſet Galbam demum ſenem imperaturum, dixit: Viuat ſanè, quando id ad nos nil pertinet. *Suetoni.* V. Nie rychło począł. Nie wczás.

Wyborne rzéczy rzatkie.
τὰ ἔξοχα σπανά. Omnia præclara rara. *Cic.* In omni re optimum quidq; rariſſimum eſt. *Idem.* *Iuuenalis de matrona nobili, diuite, formoſa, & proba ait.*
Rara auis in terris, nigroque ſimillima cygno.
Perſius item de ſcriptore bono qui dignum aliquid auribus ſcribat, ait:
Quando hæc rara auis eſt. *Alluſit ad Phœnicem ait Cornut. quæ* Vnica ſemper auis. *Ouidio.* Rari quippe boni: numerus vix eſt totidem, quot
Thebarum *(Bœotiæ)* portæ vel diuitis oſtia Nili. *(ſeptem.) Iuuenal.*
Vide Rzatkie rzéczy.

Wyborna rzécz. Wyborny człowiek. Zacny. Doſkonały.
Minerua Phidiæ. Signum Phidiæ. *(ſculptoris nobiliſſimi, cuius opera primo aſpectu ab omnibus approbabantur) Cic. ait:* Hortenſij adoleſcentis ingenium, vt Phidiæ ſignum, ſimul aſpectum & probatum eſt.
πολυκλείτου ἀνδριάς. *Galen.* Polycleti ſtatua: *quæ tam accuratè & artificiosè fuit facta, vt norma ſtatuarum & ſtatuariorum vocaretur & eſſet.*

πολυκλείτε κανών. *Galen.* Polycleti norma, canon. *item de opere perfecto, & omnibus numeris absoluto.* *Sic de Marciano Eunapius:*
ἀνὴρ ἐς ἀρετὴν ἅπασαν ὥσπερ ἐς κανὼν ἀπηκριβωμένος. i. Vir ad omnem virtutem velut canon quidam affabrè factus.
Et Trebellius de Valeriano. Valeriani vita, censura est. *Et Lucianus.*
κατὰ Πολυκλείτειον κανόνα. Iuxta Polycleti canonem, *effingere aliquid.*
γνώμων, *eodem sensu, de homine optimi iudicij. Thucydid. & Damascius.*
Omne tulit punctum. *Horat.* i. *omnium suffragiis approbatur.*
Suffragiorum puncta — tulit septem. *Idem. quæ puncta tabellis imprimebantur.*
Cunctorum calculo. i. *suffragiis aliquid approbatum. Apulei.*
Omnes numeros implet. *Iuuenal.* Omnes numeros habet. *Quintilian.*
Omnibus numeris absolutus. *Plini. iunì.* Ad vnguem factus. *Horati.*
τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, ἔξεστι μήτ' ἀφελεῖν ἐστὶν μήτε προσθεῖναι. *Aristot.* Perfectis operibus, non est aliquid demere vel apponere.
ἀκαρνικοὶ ἵπποι Acarnici equi. *laudatissimi.*
ἵππος θεσσαλική. *Aristotel.* Equa Thessalica. *similiter. dicetur de re eximia.*
Ex oraculo Æginensibus vel Megarensibus dato, in quo est ille versus:
ἵππον θεσσαλικὴν, λακεδαιμονίην τε γυναῖκα.
Equam Thessalicam, & Lacedæmoniam mulierem. s. *optimam esse.*
Ij equi Bucephali dicebantur, à nota bouilli capitis fronti inusta, non à forma bouis. Pierius.
ἐκ διὸς ἔρνος. *Theocrit.* Iouis germen. i. *nobilis, clarus, probus, verax.*
Meliorem sol non vidit. *Plaut.* Omnium quos sol illuxit optimus. *Ex eodem.*
εἷς τῶν καλῶν κἀγαθῶν. *Aristides.* Vnus è numero bonorum & honestorum.
Cato sui temporis. *Lampridius.* πενταθλος. Pentathlus. *de viro in arte quauis omnimodis instructissimo & peritissimo. Tralatum à ludis. Laërti. Budæus.*
Omni exceptione maior. *Iustinian.* θεὸν vel Σωκράτη ἐξαίρω τοῦ λόγου. *Plato.*
Deum vel Socratem excipio ab hoc sermone. *Vtitur hoc dicto & Synesius.*
Totus teres atque rotundus. *Horati.*
Deus & Deus esse, aut videri, *pro excellenti apud Ethnicos scriptores. Cic. Terent.*
κέλμης ἐν σιδήρῳ. *Zenodot.* Celmis in ferro. s. *cudendo excellens, & ob hoc sibi confidens, veluti inuictus foret.* βάττου σίλφιον. *Aristophan.* Batti silphium. *pro eximio & raro honore vel dono. Nam silphium est herba celebris, cuius folia fructus caulis succus pretiosissimus & medicinis vtilissimus est, quam Afri ob conditam Cyrenen Batto donárunt. Eiusdem caulem Ampeliotæ Delphis consecratum suspenderunt. Meminit Aristotel, & Herodot.* κυζικηνοὶ στατῆρες. *Suidas.* Cyziceni stateres. *de re eleganti vel magni pretij. Nam Cyziceni nummi erant eleganter sculpti, & 18 drachmas Atticas singuli valebant.* Croton ciuitatum præstantissima. *de qua Scholiastes Aristophanis,*
μάταια τ' ἄλλα πρὸς κρότωνα τ' ἄστεα.
Vanæ (*vel Nihil*) ad Crotonem ciuitates cæteræ.

λόγιον

λύδιον ψῆγμα. *Basil.* Lydia arena: *auro mista.* ἡρακλέους παναίολος ἀσπίς. *Iustinian.* Herculis variegatus clypeus. *de re ornatissima.*

Roscius tam perfectus erat actor, vt durissimo ore esse videretur, *ait Cic.* qui illo præsente gestum agere conaretur. *Item.* Roscius in suo genere dicebatur quicunque in aliquo artificio excelleret. *Idem Cic.* *Similis fuit Nicostratus apud Græcos. Rhodig.* Septimæ decoctionis aliquid, *vt argentum. Psalmo 11. & Saccharum, vulgò notum. pro re perfecta & accuratè elaborata vel pro homine industrio & sagaci. Pierius.* Nouem Musis cælatum opus. *Horati.*

ἀχίλλειοι κρῖθαί. Achilleum hordeum, *pro optimo.*

Attalicæ conditiones. i. *amplissima. Horat.* Attalicus torus. i. *splendidus. Propert.*

Cedro digna locutus. *Persius.* Aurea barba dignus. *Persi.*

οὐρανοπετὴς vel διοπετὴς αἰὴρ. De cælo lapsus. *Cic. de homine vel re excellenti.*

Ex equo Troiano prodijt. *Idem Cic.*

Hermes alter. *Siue Philosophum Trismegistum. i. ter maximum intelligas, siue gladiatorem Martialis celeberrimum, de quo ipse l. 5. ep. 25. post alia hæc dicit:*

Hermes omnibus eruditus armis, Hermes gloria Martis vniuersi,
Hermes omnia solus & ter vnus. i. *vnus potest quod tres alij.*

οὐκ ἐπὶ τὴν αὐτῆς ὁρμεῖ τῖς πολλοῖς ἀγκύρας. *Demosthen.* Non eadem qua vulgus seu non vulgari ancora nititur.

Inter doctos nobilissimus, inter nobiles doctissimus, inter vtrosque optimus. *Apule. addit Erasmus:* inter omnes modestissimus.

ἠύς τε μέγας τε. *Homer.* Bonusque magnusque.

ἀπαντοκλῶ. Omnia octo. *Cùm omnia rectè quadrant, & nihil desit. In Stesichori Pœtæ sepulchro Polluce teste, omnia erant octo; latera, columnæ, gradus, anguli &c. idem numerus octonarius in taxillis Stesichorius appellatur. Octo item erant dij Euandri & Orpheos: Octo tribus Corinthi: Octo Olympica certamina numerus ipse octonarius Pythagoricis Iustitiæ symbolum & solidorum primus.*

Octonario delectatus Heliogabalus ad cœnam vocabat 8 caluos, 8 luscos, 8 surdos, 8 nigros, 8 longos, 8 obesos, risus causa. Lampridius. A Deo fictus. *Cic. alluisse videtur ad Pandoram à Vulcano fictam in quam omnes dij munera sua contulerunt.*

Affine, Sztuczna rzecz. Wyrobiona rzecz. Chwálny & Przodkuié.

Wybráć śie z domu natrudniey. Naciężey śie z miéśca ruśyć.

Porta itineri longissima. *Varro. quia semper est quod exire parantem remoretur, vt proinde portâ egressus, bonam itineris partem confecisse dicatur.*

οὐδὲ ἀπάτης μακροτάτη ἐστιν θύρα vel πύλη. *A.*

Sic Ouidius de seipso Roma in Scythicum exilium abeunte:

Ter limen tetigi, ter sum reuocatus, & ipse
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpe vale dicto, rursus sum multa locutus,
Et quasi discedens oscula summa dedi.

Sæpe eadem mandata dedi, meque ipse fefelli. &c.
Ah quoties aliquo dixi properante. quid vrges?
Vel quò festinas ire, vel vnde? vide.

ἑορτὴν πολλὰ ἔχοντα. *Suidas.* Festum multa habens. ſ. *negotia.* *De ijs quis aliquo discessuri sarcinas componunt. vt qui ad festa proficiscuntur multa secum portaturi cõparant.*

Wybrnąć-ćś.

ἐκτὸς τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις. *Suidas.* Extra lutum pedes habes. *Henric. Steph.* Euellere cœno plantam. *Horat.* Euellere seſe è cœno. *Plinius.* Emergere è vado, è fluctibus, ex incommoda valetudine, è negotio, Et, emergere *absolutè tralatè. Cic.* E nassa exire. *Idē.* E scopulosis locis enauigauit oratio. *Hieronym.* ἀρίων ἐκ τοῦ πελάγους. *Dio Chrysost.* Arion ex pelago. ſ. *emersit.*

Wychowánia złego, i złych obyczáiow, winien oyciéc, miſtrz, pan.

ἁμαρτιῶν ὁ τρέφων αἴτιος τροφεύς. *A.* Vitiorum alumni suî nutritor est reus. Discipulo peccante magistrum eius percussit Diogenes. *Plutarch.* *Idem Diogenes videns adolescentem male compositæ mentis dixit:* Adolescens, ebrius pater te genuit. *Apud Plutarch.* *Apud Æsopum Canis domesticus Cani venatico conquerenti, quod is otiosus domi desideret, & cum labore à se capta omnia voraret, respondit:* μὴ ἐμὲ ἀλλὰ τὸν δεσπότην μέμφου, ὃς σὲ πονεῖν με ἐδίδαξεν, ἀλλὰ πόνους ἀλλοτρίους ἐσθίειν. Non me sed herum culpes, qui me non laborare, sed alienos labores deuorare edocuit.

Wychowánie dobre, rzatkie.

Hos inter sumptus (*qui fiunt in rem familiarem & familiam*) sestertia Quintiliano (.i. *magistro pueri*) Vt multùm duo sufficient. Res nulla minoris.
Constabit patri, quàm filius. *Iuuenal.*
In Bacchidibus Plauti Chrysalus seruus hero parco dicit:
Ego si in isto sim loco, dem potiùs aurum, quàm filium corrumpi sinam.
Aristippus rogatus à quodam quanto pretio filium eius instituere vellet, Mille denarijs *respondit: tum pater.* Mille denarijs seruum emerem. *Philosophus verò.* Eme *inquit,* & habebis duos. ſ. *filium alterum absq; institutione. & Plutarcho.*

Wychowanie ná obié ſtronie waży.

Jáko śie kto wychował, ták śie bedźié spráwował.

Educatio maximam diligentiam plurimumq; profuturam desiderat. *Seneca.*
Plurimùm prodest pueros statim salubriter instituí. *Idem.*
Sic Vrſa catulos deformes & informes natos, fouendo & lambendo conformat. Plinius.
ὐ μικρὸν ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ πᾶν διαφέρει τὸ ὅτως ἢ ὅτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι. *Aristotel.* Non parùm sed plurimùm, quin totum refert, sic vel sic statim ab adolescentia consuescere. *Huc faciunt duo catuli Lycurgi, alter ad ollas, alter ad venationem institutus. apud Plutarch.* *Item duo Canes Æsopi suprà.*
Educatio & disciplina mores faeit: & illud sapit vnusquisq; quod didicit. *Seneca.*
Luscinia à parentibus cantare doceutur, ideò deteriùs canunt parua è nido detracta. Plutarch. ex Aristotele.

Wychowánie piéśćliwe/ Syni dźiéći złośliwe/ ſłábe/ leniwe.

Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. *Prouerb. Salomon. c. 29.* Iumenta ſaginata in molli paluſtriq; paſcuo, citò ſubteruntur. *Seneca.* Mollis & blanda educatio iracundos facit. *Idem.* *Idem inſinuat Perſius dicens.* — Iratus mammæ (*. i. nutrici*) lallare (*. i. dormire ad cantum lalli ſeu lallantis nutricis*) recuſas. *Indulgentia enim delicatos & moroſos infantes reddit, quod vitium in reliquam ætatem tranſit. Et ſæpe verum eſt illud.* Z młodu w táſćić/ ná ſtároſć w płáchćić. In croceis nutriti amplexantur ſterquilinia, ſimũ. θέρψις φιλήδονα ὀργίλας παῖδας ποιεῖ. *vel.* οἱ μαμμόθρεπτοι ὀργίλοι εἰσὶν ἰᾶτες. *A.*

Wychowánie ſurowe/ Syni mocne i zdrowe.

Quamlibet viam patiuntur iumenta, quorum vngula in aſpero durata eſt. *Seneca.* Τ σπαρτιάτων παιδεία. Spartiatarum inſtitutio vel educatio. *pro ſeuera, celebris apud ſcriptores. Plutarch. Paſan. Cicer.* V. Bomonicarũ ludum. *ſub* Tobié śmiech.

Wychowánie vczćiwe być ma.

παῖδας μάλιστα τρέφειν πρόσω αἰσχρᾶς πρέπει. *A.*
Procul inhoneſtis educandi liberi.
ἔχει γέ τοί τι κἀν τὸ τρεφθῆναι καλῶς δίδαξιν ἐσθλήν. *Euripid.*
Habet autem nonnullam doctrinam honeſti recta educatio.
Nil dictu fœdum viſuque hæc limina tangat,
Intrâ quæ puer eſt, procul hinc procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti. *Iuuenal.*
Maxima debetur puero reuerentia. Si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans. *Idem.*

Xenocrates apud Plutarchum, munimenta aurium pueris magis quàm athletis neceſſaria dicebat, quòd horum aures verberibus, illorum mores verbis læderentur.
Cato Cenſor Manlium Senatu mouit quòd vxorem ſpectante filia ſit oſculatus. Plutar.

Wydał śie ná tatki.

Miſit ſe in ora populi, in fabulas, & ſermones hominum. *Quintilian.* Fabula turpis vltrò factus eſt. *Ex Horat. Terent. Tibullo.* Spiſſæ riſum tollunt impune coronæ. *Horat.* O magnus poſthac inimicis riſus! *s. tu futurus. Idem.* Ludibrio hominum ſe temerè expoſuit. *Sic Ouidius.*
Expoſuit memet populo fortuna videndum. *Et Plini. iuni.* Expoſita malignitati legentium epiſtola. Mouit cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. *Horat.* Catagelaſimus factus eſt. *ex Plauto. Græcè dices.* καταγέλαστος ἐγένετο: καταγέλαστόν τι ἔπαθεν.

Wygnánie. Wygnániec.

κεραμικὴ μάστιξ. Teſtaceum flagellum. *apud Athenienſes ratio in exilium eijciendi*

endi ciues fuit, Suffragiis latis per teſtas, quas ſi plures aliquem damnabant eiiciebatur. ὀστρακισμὸς *idem dicebatur. Ariſtot. Plutar.*

βεκολῆσαι. Bubulcus eris. Seruabis bouem. *quia in Argiua, quò exules mittebantur, erat bos æreus ingens. Plutar.*

γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, διώκειν. *Lucian. Ariſtophan.* Terram pro terra mutare, perſequi. *Sed vide nouum exulem.*

Exilium patitur, patriæ qui ſe denegat. *P. Syrus. Vel.*

Se denegare patriæ, exilium eſt pati. *Eraſm.*

Wygrałem (*ſeriò*) Porobiłem go. Moie ná wierzchu.

Mea pila eſt. *Plaut. vt legit Gruter. Palmer. Taubman.*

Hoc mihi puto palmarium. *Terent.*

Palmam habeo. *Apud Plautum ſeruus audiens Lyſitelem vicinum conuincentem herum Lesbonicum applaudit dicens:* Non poſſum quin exclamem.

Euge euge Lyſiteles! Facile palmam habes. hic victus

Vicit tua comœdia. Hic agit magis ex argumento & verſus meliores facit.

Deturbaui illum è pugnaculis. i. *ex propugnaculis. Ex eodem Plauto.*

τρὶς ἓξ ἔβαλον. *Æſchyl.* Ter ſex ieci.

βέβληκ' ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. *Suidas.* Iecit Achilles duas teſſeras & quatuor. *de eo qui omnimodis vicit. quod hic iactus teſſerarum ſit felix.*

Aptè hîc vſurpabis. Iò. *quæ vox eſt lætitiæ exſultantis vel exclamantis, additur verò eì ſæpe aliqua vox* vt Iò Pæan, Iò Hymen, Iò Saturnalia, Iò triumphe! *quod poſtremum huic loco quadrat. Hac verò voce, vtebantur milites gratulantes imperatori poſt victoriam ex hoſte triumphanti. Sic Ouid.* Dicite Iò Pæan & Iò bis dicite Pæan. *Gratulando voti compoti. Potes etiam dicere.* Iò, vicimus!

Wygrał-éś. *Ironicῶς vel inſultando.*

Pro perca ſcorpium. Vrbem amiſit veſtem recepit. *& talia plura, vide ſub his.*

Nie ſtoi to zá to. Nierowna odmiená. Popráwił śie.

κεκράτηκας καὶ ἔστεψαι τὰ ὀλύμπια μᾶλλον δὲ, βαβυλῶνα εἵληφας, ἢ τὴν σάρδεων ἀκρόπολιν καθῄρηκας. καὶ ἕξεις δ' ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. *Lucianus.* Viciſti, & coronatus es Olympiis, quia Babylonem cepiſti, aut Sardium arcem occupaſti. habebiſque Amaltheæ cornu, & gallinaceum lac emulgebis. *Ironico ſenſu omnia. Adde illud ex Suetonio de Caligula, qui in ludis, Mirmillonem rudibus ſecum batuentem, ſponte ceu victum proſtratũ ferro confodit, & ceu victor cum palma diſcurrebat. Hinc dictũ tale formari poteſt:* Caligula victor Mirmillonis. *Poteſt item hic ironicῶς dici,* Iò! *ſenſu irridentis, vel* Iò triumphe!

Wyiąłéś mi z gęby. Tom chciał mowic. Vprzedźiłéś mie.

Occupas præloqui quæ mea eſt oratio. *Plaut.* Pro me reſpondes tibi. *Idem.*

Tu quidem ex ore orationem mihi eripis. *Idem. Sic & Virgil.*

——— Primamque loquentis ab ore *(Aſcanij vocem)* Eripuit pater.

προαρπάζειν τὰ λεγόμενα. *Plato.* Præripere dicenda. *Affine,* Zgadłéś.

Wyiąwſzy

Wyiáwi śie to. Dowiedzą śie ludźié. Skryte rzéczy wyiáwia śie.
ἀι ἴβύκε γέρανοι. Ibici grues. *Vel.* ἴβύκε γέρανοι ἐκδικοι παρέσσαν. Ibici grues vltores aderunt. *ſ. qui illum occultè occiſum prodent.* Ibycus vt periit vindex fuit alituolans grus. *Auſonius. de qua re exſtat Epigrāma Græcum Antipatri & hiſtoriā deſcribit Plutarch.* *Simile eſt illud apud Eccleſiaſtem c. 10.* Aues cæli portabunt vocem tuā.

Auriculas aſini quis non habet? *ex Perſio, quòd aſinus longis auriculis & acutiſſimo ſit auditu. aliter.* Auriculas aſini Midas habet. *nam is Tyrannus coryczos & otacuſtas curioſos habuit plurimos. q. d. audiet, cognoſcet.*
κωρυκαῖος· ἠκροάζετο. *Strabo. Suidas.* Corycæus auſcultauit. *In eum iacitur, qui diligenter occultauit ſua acta vel conſilia, quæ tamen aſtuto aliquo otacuſta prodente patuerunt. quales erant Corycì montis accolæ, qui mercatoribus ſe immiſcebant, & cognitis opibus, itinere, diſceſſu, prædonibus participes prædæ futuri nuntiabant, vel ipſi eos inuadebant.* *Vſus eſt Cicero:* Omnes κωρυκαῖοι ſubauſcultare videntur quæ loquor.

O Corydon Corydon ſecretum diuitis vllum
Eſſe putas? ſerui vt taceant, iumenta loquentur,
Et canis, & poſtes, & marmora, claude feneſtras &c. *Iuuenal.*

Horologium ſonans abſtuliſti. *ſ. quod ſe & te mox prodet. vt accidit aulico Ferdinandi I. Imperat. qui conſuliò detentus ab Imperatore donec hora ſonaret proditus, rubore ſolo caſtigatus, dimiſſus ab eodem eſt. Drexeli.*

γλῶσσα γὰ ἀνθρώπων φιλοκέρτομος, ἐν δὲ σιωπῇ
ἔργον ὅτῳ τελέει τις, ἐπὶ τριόδοισιν ἀκούει. *Muſæus.*

Lingua enim hominum amica conuicij, in ſilentio autem
Opus quod perficit aliquis, in triuio audit. **Dowiedzą śie ludźié.**

Nihil eſt opertum quod non reueletur, & occultum quod non ſciatur. *Chriſtus apud S. Matthæum c. 10.* ἐμπίπλω τὸ πῦρ τεθυμμένης. *Plutarc.* Veſte ignem obtegis.

Quis enim celauerit ignem Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo. *Ouid.*

Aſſine, Czáſo wßyſtko otwiera. Vlić záſáſi śie ßydło w mićchu.

Wyiáwia śie ſen czeſtokroć. (mniū.
πολάκι μετ' ὄναρ ὕπαρ ἔστ' ἐλθὸν τελεσθέν. *A.* Plerunq; res vera ipeſa ſquitur ſo-Satin' eadem vigilanti expetunt (.i. *quadrant*) quæ in ſomnis viſa memoras?
Hæc illa eſt ſimia, quæ has hirundines ex nido vult deripere, quod ego ſomniani. *Plaut.* Æcaſtor mihi haud falſumeuenit ſomnium, quod noctu hac ſomniaui. *Idem.* Vt ad id exemplum ſomnium ſimile ſomniaui! *Idem.*
ὄνειρος ἀντ' ἐνυπνίου ὕπαρ γέγονεν. *Plato.* Conuicium vice ſomnij verum exſtitit. i. *verè accidit quod ſomniauit me conuicium paſſum.* *P. Cornel. Ruſinus ſomnians ſe cæcum eſſe, cæcus ſurrexit. Plini.* *Plura ſimilia recenſet Alexander Neapolit. l. 3. c. 26.* *Sed & Cic. de Diuinatione Valer. Maxim. l. 1. Macrob. Rhodig. l. 27. per multa capita.* *Mitto interim ſomnia multa in diuinis libris poſita ſatis nota.*
ἔσται καὶ ὕπνῳ Φρυγίδων ἔσῃ λίχα. Curis cauibis mortuus per ſomnium.
νεκρὸς ὁρᾶν νέκυσιν ἔξεις πραγμάτων. *Suid.* Tibi occident res, mortuos ſi ſomnies.

Wyiáwia

Wyiezdża ná hárc.

Gladiatorius homini eſt animus. *Sic Terent.* Gladiatorio animo ad me affectant viam. Dares. *vel.* Dares Entellum prouocans, vel prouocat. *Ex Virgil.* Goliath alter. *1. Regum 17.*

Wykrecáć / wywrácáć co ſłowy.

Τ ἥττονα λόγον κρείττονα ποιεῖν, ϗ τὸν κρείττονα, ἥττονα. *Ex Platone & Ariſtophan.* Peiorem cauſam, meliorem facere, & fortiorē, infirmiorem. *Socrati id vſitatum erat. Non longè abſceſſit illud Plauti:* Sed illud quæro confragoſum, Quomodo prior, poſterior ſit; & poſterior, prior. Strophis vti. *Plini. iuni. Martial.* Ζτροφὰς τρέφειν. *Sic Plato.* ικανὸς πάσας τροφὰς τρέφειν. Nouit omnes ſtrophas adhibere. Wykretarz.

Wymawia śie choć go ießcze nié winuia / choć nań nié ſkarżą.

Wymawia śie / ziadł coś.

Neſcio quid peccati portat hæc purgatio. *Terent.* *Nam*

ὅστις κατηγορῆντ' ἀυτὸν ἑδενὸς
πρὶν ἀπολογεῖται, ἀυτὸς ἀυτὸν καταγνῶ. *A.*

Quiſquis accuſante ipſum nemine Priùs ſe purgat, ipſe ſe condemnat.
Prius antidotum quàm venenum, ſ. *adhibet. S. Hieronym.*

πρὶν ἂν δ' ἰᾷ γεύσηται ἀντίδοτον λάβοι. *A.*

Nondum veneno tactus antidotum accipit.

In Heautontim. Terentij herus ſeruo ordienti quandam purgationem dicit:

Ne te admiſce, nemo accuſat Syre te, nec tu aram tibi
Neque precatorem paràris. Qui ſe excuſat, accuſat. *Garner. Gallic.*

Simile, Winnićyßy. Nić winuia go.

Wymowá wielka. Mowa ozdobna. Wymowny. Kráſomowcá wielki.

Attica eloquentia. *Terent.* Atticus lepos. *S. Hieronym.*
ἀτθικὴ μοῦσα. Attica Muſa. *de Xenophonte Laërtius & Plutarchus.*
Attice dicere, eſt ornatè, appoſitè, & eleganter dicere. *Cic.*
Plinius iunior laudans epiſtolam Adriani dixit: Ipſas Athenas non tam Atticas eſſe quàm eius epiſtolam. Quem mirabantur Athenæ
Torrentem & pleni moderantem frena theatri. *Iuuenal. de Demoſthene.*
Plautina eloquentia. *S. Hieronym. de eadem Varro ſic ſcripſit:*
Muſas ipſas, ſi Latinè loqui voluiſſent, Plautino ore fuiſſe locuturas.
Neſtorea eloquentia. celebris apud omnes. *de ea Homerus:*

ἧς καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτ' γλυκίων ῥέεν αὐδή.
E cuius lingua plùs ſuauis melle fluebat Sermo. *Et Theocrit.*
ἕνεκά οἱ γλυκὺ μοῦσα κὴ στόμα τ' ῥέε νέκταρ.
Namque illi dulci labra nectare Muſa rigauit.

ἰέραξ vel ἴερηξ. *Oppiani.* Miluius piſcis. *Saluian. Rondelet. Lucerna. Plin.* linguam palatum

palatum & totum os interius ſplendidum habet, ſic vt noctu ex ore ignem flammamq; effundere videatur. aptum eſt ſymbolum eloquentis viri. dici poteſt πυρόεσσα: αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ μοῦσα. Nunc ipſa floret muſa. *de eloquentia erudita & venuſta.* τὰς χάριτας τῶν μούσαις ζυγκαταμιγνύει. *Agathias, Euripid.* Gratias Muſis admiſcet. i. *eruditioni facundiam.* μουσῶν εὐκόλων ἀνθρήνιον. *Philoſtrat.* Muſarum propitiarum fauus. *de Sophocle. qui etiam,* μέλιττα & νέα σειρήν. Apis & noua Siren, *dictus eſt.*

χρυσοῦ γάλακτος ἀπογλύφας. *Nicephorus.* Aureum lac haurire. ſ. *ex ore oratoris eloquentis, licet. Huc ſpectat Chryſoſtomi nomen Ioanni Antiocheno datum.* Lacteo eloquentiæ fonte manat. *S. Hieronym. de Liuio.*

δωδεκάκρουνον στόμα ἔχει. *Philoſtrat. de Dionyſio Mileſio.* Duodecim ſalientum os habet. i. *eloquentiſſimus eſt. Tralatum dictum à fonte Athenienſi qui 12 ſcatebris bulliebat.* Callirrhoe. i. *pulchrè fluens dictus erat antea,* & ἐννεάκρουνος *à nouem ſalientibus.* πήχεσι διαμετροῦσι τὴν γλῶτταν (αὐτοῦ) ὥσπερ τὰς νείλου ἀναβάσεις. *Idem de eodem.* Cubitis metiuntur linguam (.i. *incrementa eloquentiæ eius*) ſicut Nili incrementum. εἴλισσος ἐν φάρυγσι. *Cratinus.* Iliſſus in faucibus. ſ. *illi eſt. à fluuio limpidiſſimo in Attica.*

καθάπερ χειμάρρους ἐν λόγοις. *Suidas.* Torrentis inſtar in dicendo.

νειλῶοι ῥύακες. *Tzetzes.* Nili fluenta, *de vberi fluida & placida oratione.*

ὑπὲρ οὖν νειλώους καταῤῥάκτας γλῶσσα αὐτοῦ καταῤῥεῖ. *Suidas de S. Chryſoſtomo.* Præ Nili cataractis oratio eius defluit. i. *vehementi impetu.*

χέρσοι τὰ ῥέθεα, τελμάτοι δὲ οὖν λίθους. *Piſides.*

Amnes facit humum, ſaxa mutat in lacus. *de magna eloquentia, Sumptum vel à Xerxe qui talia tentauit, vel à magicis artibus, quibus ſimilia facturam ſe ſaga minatur apud Petronium.*

ἀναγώνιος καὶ τρὸν ἠχοῦσα ὥσπερ ἡ ὀλυμπικὴ σάλπιγξ. *Philoſtratus. de oratore, vel oratione acri penetrante & mouente animos. qua eſt* Pugnax & vehementer ſonans inſtar olympicæ tubæ.

μεγάλη σάλπιγξ ἀληθείας. Ingens veritatis tuba. *Nazianzen. de Athanaſio.*

Sic apud Sophoclem Vlyſſes Minerua vocem audiens ait:

φωνὴν ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενὶ, χαλκοστόμου κώδωνος ὡς τυρσηνικῆς.
Vocem audio & percipio mente Velut æream tubam Tyrrhenicam.

πῦρ ἐν ἀκάνθαις. Ignis in vepribus. *Nazianz. de acri diſputatore, qui aduerſariorum argumenta velut ignis ſtatim abſumit.*

ὑπορρεῖ πρὸς τὰ ἤθη καὶ τὰ παθήματα. *Plato.* Influit in mores & affectus. *Cic. dicit.* Influere in animos audientium. *Ennius apud Cic. M. Cornelium Cethegum vocat* Suadæ medullam, ob ſuauiloquentiam.

τῶν σειρήνων εὐπειθέστερος; *Achilles Alexandrin.* Sirenibus ad perſuadendum aptior.

ἡ σειρὴν ἐφεσηκυῖα τῷ ξ ἰσοκράτους στόματι. *Philoſtrat.*

Siren insidens Isocratis labris vel ori. *de suauitate orationis.*
νέαν σειρῆνα. Nouam Sirenem *Pausanias vocauit Sophoclem.*
Σειρὴν εὐγλωττίας ἐφελκομένη. *Damascius.* Siren eloquentiæ pellaciſſima.
Martialis Canium Sirenibus comparat, quin præfert, dicens:

Sirenas hilarem nauigantium pœnam,
Blandasque mortes, gaudiumque crudele, &c.
Fallax Vlyſſes dicitur reliquiſſe.
Non miror, illud Caſſiane mirarer. Si fabulantem Canium reliquiſſet.

πάσης ἐπῳδῆς ἐνεργότερος λόγος. *Plato.* Incantatione quauis efficacior ſermo.
Huius ſermones non quærunt cinerē. *Plaut. ſ. quo terſi nitidi reddantur & ſplendeſcāt, Acidalius Siberus Taubman. addit enim Plaut. quia loquuntur minimè ſordidè ſed lautè.*
ἡ ἑρμαϊκὴ σειρά. *Eunapius.* Mercurialis vel Mercurij catena.
Ogmius Hercules: *cuius ab ore prodibat aurea catena ad aures hominum pertingens & eos trahens quò vellet. Ex Luciano. de quo ille ait:* ἐκ τῶν ὤτων δεδεμένους ἅπαντας ἕλκει. Auribus ligatos cunctos trahit. *Idem effigiem eius depinxit & interpretatus eſt. vide Rhodiginum. l. 6. c. 7. & Biſciolam l. 20. c. 13.*
Longè ab hac diuerſam Eloquentiæ ceu Herculis Ogmij effigiem depictam habet Anonymus in Hieroglyphicis ſuis ſub titulo Eloquentiæ, quam etiam explicat.
Hinc δημαγωγεῖ. Ducit ab aure reuinctos. & δημαγωγὸς, Orator (i. *populi ductor*) *apud Athenienſes. Gellius.* *De tali Virgil.*

Ille regit dictis animos & pectora mulcet. *Vulgus autem tumultu miſſo,*
— ſilent, arrectiſque auribus adſtant. *Item de Didone idem.*
Pendet narrantis ab ore. ſ. *Æneæ.* *Et Ouidi.*
Narrantis coniux pendet ab ore viri. *Philippus Rex apud Lucianum ait:*

ἐκ ἔστι κατὰ τῶν δημοσθένους λόγων ἐγεῖραι τρόπαιον. Non eſt poſſibile contra Demoſthenis eloquentiam erigere trophæum.
ἑρμοῦ λογίου τύπος. *Syneſius.* Mercurij eloquentis typus.
ἀπὸ τοῦ ὑμήττου. *Lucian.* Ab Hymetto. ſ. *profecta oratio vel eloquentia.*
Memiuit & Horat. mellis Hymetti celebris. Martial. de eodem ſic.

Hoc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti
Palladis à ſyluis nobile nectar apis. i. *mel Atticum.*
——— Fidis enim manare Pòëtica mella Te ſolum. *Horat. Pòëtæ arroganti dixit.*

Apes in ore eius mellificârunt. *vt in Platonis, Pindari, S. Ambroſij &c. Pierius.*
Ambroſia altus vel alendus, *de Craſſo eloquentiſſimo, dixit Cic.*
Gorgias Leontinus, *poteſt dici is, qui de quacunq; re propoſita poteſt ex tempore copiosè eleganter & aptè dicere, quod Cic. Gorgiam feciſſe teſtatur.*
Talis fuit & Cteſiphon, *quem Lacedæmonij ob id eiecerunt, quòd iactaret ſe de quacunq; re toto die poſſe dicere.* *Calliſthenes Philoſophus iuſſus ab Alexandro in conuiuio Macedonum Macedonas laudare, tam eximiè id præſtitit, vt proſilientes ei applauderent & coronas in eum iactarent. deinde iuſſus eoſdem vituperare, tanta libertate & eloquentia diſſeruit,*

dísſeruit, vt inuidiam ſibi grauem concitârit, & non tam eloquentiæ, quàm maleuolentiæ eum documentum dediſſe Alexander dixerit. Apud Plutarchum. Cato Vticenſis totâ die perorans non deficiebat nec laſſeſcebat. Idem Plutarch.

Carneadis item incredibilis erat vis & varietas in dicendo, qui nullam vnquam in ſuis diſputationibus rem defendit, quam non probârit; nullam oppugnauit, quam non euerterit. *Cic. Idem Quintiliano teſte, Roma vno die contra iuſtitiam altero pro iuſtitia diſputauit, ob quod quam primum ſuadente Catone vrbe dimiſſus eſt.*

Vel lapidi perſuaſerit. *πείσαι τι μίλων καὶ τὸν λύκον ἀϋσίκα λυσσᾶν. Theocrit.* Perſuaſerit Milon (*Crotoniates qui Ægoni paſtori perſuaſit ire ſecum ad certamina*) etiam lupis vt ſtatim inſaniant, more canum. *Ergo non inſaniunt lupi ſua ſponte vt ait Eraſmus, licet rabidi ſint vt omnes feræ. Probat id multis Henric. Stephan. ad hunc locum.* Quanto verborum ſtillat auro? *Symmachus. Gallorum illud eſt.* Perſuaſerit album eſſe nigrum. *Et Plaut.* Niuem nigram eſſe. *quod etiam Anaxagoram aſſeruiſſe teſtatur. Cic.*

κύκνειον ἆσμα. Athenæ. Ælian. Cygnea cantio, Cygnea & diuina vox. *Cic. de dicto vel ſcripto vltimo excellentis viri eloquentia.* *Affine,* Swiętgotliwy.

Wymowká / glupſtwá / bledu zaſłoná / ochrona.

τὴν μεθέπων ἐπιμηθέος ὀψινόου φυγατέρα, dixit Pindarus. Excuſationem Epimethei ſerò ſapientis eſſe filiam.

Huc facit illud: ἔπος᾽ ἐνόμιζον λέξαι, οὐκ ἀνδρὸς ϛοφοῦ. *A.*

Nunquam id putâram, dicere, haud ſapientis eſt.

Non mihi homines placent, qui quando male fecerunt purgitant. *Plaut.*

Wymowká ſłaba: zmyślona.

λακωνικὰς ϛελήνας. *Lucian.* Laconicas lunas. ſ. *cauſari, prætendere.*

Lacones enim cùm auxilium pactum ab eis vicini poſcebant, cauſabantur lunam, quòd Lycurgus lege lata vetuiſſet eos ante plenilunium inire prælia.

Simile eſt illud: Aceſſæi luna. ſ. *nondum aduenit.* V. Vlié więdźieć kiedy to będźie.

ἀρισγογείτων κωλύει. *Ariſtogiton claudicat.* In eum qui morbum ſimulat, vt à munere vel ab onere aliquo ſit liber. *Nam Ariſtogiton Athenienſis rabula ſeditioſus & Martem in lingua geſtans, delectu indicto pedem obligauit, & baculo fultus proceſſit in publicum. ſed à Phocione fraus eius deprehenſa. Rhodigin.*

ἔμπορός ἐϛι σκηπτόμενος. *Ex Ariſtophane.* Mercator eſt fictus: *de quodam qui ne ad bellum iret, mercatorem ſe finxit; quia hi à bello erant liberi.*

Ἴμβριοι, οἱ τὰς δίκας ὑποφεύγοντες, ἐσκήπτοντο ἐν Ἴμβρῳ εἶναι. *Halicarnaſſ.* Imbrij (*dicebantur*) qui iudicium ſubterfugientes, abſentiam prætendebant, dicentes ſe in Imbro fuiſſe. Lemnij. λήμνιοι. *Heſychio, qui in ius vocati ſubtrahebant ſe, fingentes ſe in Lemno fuiſſe. Inſula eſt Æolica propinqua Imbro.*

Morbum iurauit ne petere conſulatum cogeretur. *Cic. iocatur in Aquilium.*

Lepidè Martial. l. 9. ep. 47. in Gellium:

Gellius ædificat ſemper, &c. &c. Nunc has, nunc illas, &c.
Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit.
Oranti nummos vt dicere poſſit amico
Vnum illud verbum Gellius: Ædifico.

Non multùm abſimile eſt illud eiuſdem ep. 44. l. 2. in Sextum aſſutè ſecum clara voce computantem debita contracta, vt Poëtam à petendis nummis deterreat. (mawiáć.

In mutum culpā confers qui neſcit loqui. *Ex Plauto.* V. Piiáńſtwem grzech wyć

Wymowke łácno náléć. Wymowke i nagorſzy naydzié.

Quantumuis prolationum. ſ. *inuenire eſt ſemper. In Milite Plauti quidam ſic loquitur.*

—— Facile eſt, trecentæ poſſunt cauſæ colligi.
Non domi eſt, abijt ambulatum, dormit, ornatur, lauat,
Prandet, potat, occupata eſt, operæ non eſt, non poteſt. (.ſ. *prodire foras*)
Quantumuis prolationum, dum modò nunc prima via
Inducamus vera vt eſſe credat, quæ mentibitur.

Sic apud Terent. Geta ad impediendas herilis filij nuptias colligit varia, dicens:

— Poſt illa monſtra euenerunt mihi, Introijt in ædes ater alienus canis,
Anguis per impluuium decidit è tegulis,
Gallina cecinit, interdixit ariolus. Aruſpex vetuit. &c.
Negandi cauſa nunquam auaro deficit. *P. Syrus. vt ſuprà Gellio. & Sexto.*
Timidus vocat ſe cautum, parcum ſordidus. *Idem Mimus. Vide ſub* Bto bogo miłuié. *Vitia feminarum virtutum nominibus ornata. Ex Lucretio.*

κἂν μὲν ὁ κακὸς ᾖ ὃν πρόφασιν εὑρίσκεται. *A.*

Vel peſſimo reperire prætextum licet. *Antigonus ſenior Cynico petenti drachmam reſpondit:* Hoc donum non eſt regium. *Tum Cynicus.* Da ergo talentum. *Rex verò.* Hoc accipere non eſt cynicum. *Plutarch.*
Fingit cauſas ne det ſedulò. *Terent.*

V. Káżdy grzech ma ſwoie wymowke.

Wyplun! (gdy niélubego co kto mowi.)

Latinis eadem phraſis vſitata eſt in ſimilibus. Deſpuebant enim cùm quid abominabantur ne noceret, neue eueniret. vt conſtat ex Varrone & Plinio, qui multa huiuſmodi refert, quæ deſpuendo aboleri vel euitari poſſe credebant, & ſubinde vel caſu vel Cacodæmonis opera ita fiebat. nam pleraq; illa quæ recenſet Plini. l. 28. c. 4. ſuperſtitionem & magiam vel veneficia olent: vt & ea quæ habet Plutarch. l. 5. ſympoſiac. q. 7. Sed ad rem noſtram magis facit, quod apud Plautum ſeruus audita mentione priſtini ab hero facta, dixit:

Ah! neq; hercle ego iſtuc dico, nec dictum volo (*vt me ducas in priſtinum*)
Teque obſecro hercle, vt quæ locutus deſpuas. Age, age, vſque exſcrea,
Quæſo hercle vſq; ex penitis faucibus, etiã ampliùs. &c. V. Vtié wſpominay zlego.

Græci etiam ἀποπτύειν *dicunt hoc ſenſu. i. exſpuere abominari. Apud Euripidem Polymneſtor dicit Hecubæ:*

καὶ σὴν γ' ἀνάγκη παῖδα Κασσάνδραν θανεῖν.

Et tuam neceſſe eſt filiam Caſſandram mori.

Hecuba

Hecuba reſpondet. ἀπέπτυσ᾽. αὐτῷ ταῦτά σοι δίδωμ᾽ ἔχειν.
Deſpuo. ipſi hæc tibi do habere. i. *tibi id contingat vt occidaris.*
Deſpuere etiam in mores *apud Perſium.* καταπτύειν. *i. Abominari.*
Scolopendra marina vbi hamum incautè glutijt, eiectis interaneis cum hamo, eum amouet, & ſua interanea rurſus reſorbet. *Plinius.*

Wyrobiona / wyprawiona rzecz dobrze/ Wytworna robotá.

Demorſos ſapit vngues. *Perſius.* i. *auctor huius operis accuratè illud poliens ſæpe meditabundus vngues ſuos arrodebat.* *Et Horat. de Poëta:*
——— Et in verſu faciendo Sæpe caput ſcaberet viuos & roderet vngues.
Demoſthenes verò in cogitatione ſcribendi defixus, calamum ori admotum mordebat. *Plutarcho teſte.* *De tali etiam opere Horat. ait:*
Multa dies & multa litura còércuit, atque
Perfectum decies ——— caſtigauit ad vnguem.
διόνυχον & ἐξωνυχισμένον. Ad vnguem emendatum. *Macrob.*
In vnguem quadrat. *Virg.* Res palæſtræ & olei. *Cic.*
τ λύχνον ὄζει. Lucernam olet. *vt orationes Demoſthenis ad lucernam elucubratæ.* i. *valdè elaboratæ.* *Item* Opus ad lucernam Ariſtophanis vel Cleanthis elucubratum. *nam hi hoc nomine celebres erant & eorum lucernæ. Ex Varrone qui ait:* Non ſolùm ad Ariſtophanis ſed etiam ad Cleanthis lucernam lucubro.
ἄγαλμα παλαιᾶς τέχνης. *Themiſtius.* Simulacrum priſcæ artis. *Vel* τ᾽ ἀρχαίας χειρὸς. *Syneſius.* Priſcæ artis. ſ. *opus.*
ἠθικὸν ποίημα. *Ariſtot.* Ethicum opus, *vt imago, quæ non tantùm prototypon, ſed etiam mores ſenſus & affectus exprimit.* εἰκονικὸν ποίημα. *Idem.* Iconicum ſimulacrum *Suetoni.* Iconici duces. *Plin. è talibus picturis eſt apud eundem Plinium ſupplicans quidam pene cum voce pictus.* Dobrzè nie przemowi. Jak żywy.
Affine præcedens, & Sztuczna rzecz.

Wyrodek.

Haud paternum iſtuc dediſti. i. *deſignaſti, patraſti.* *Terent.*
ἐ πατρωϊκὰ ἀυλεῖ μέλη. Haud paternas canit cantiones.
Non talis fuit pater. *Ex Virgil. apud quem Priamus Pyrrho furenti in cædibus dicit:*
At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles. Talis in hoſte fuit Priamo, &c.
τὰ πρῶτα ἄρης εἰς τὰς παῖδας ἐπηνέιτο. *Suidas.* Primùm Mars in filijs laudatus eſt. *(q. d. poſtea non) vt in Romanis quos degeneraſſe notat. Horat. lib. 3. Oda 6.*
Non his iuuentus orta parentibus Infecit æquor ſanguine Punico, &c.
Sed ruſticorum maſcula militum Proles, &c. *Et Iuuenal.*
Sed vnde Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes? i. *Imbellia, ſegnities.* *Simile eſt illud.* Primm Ægina optimos pueros educabat.
τὰ πρῶτ᾽ ἀρίστας παῖδας ἄιγιν᾽ ἐξέφερε. *Suidas.*
Ægina pueros optimos primùm educat. *Nam hinc orti ſunt Æacus, Achilles, Patroclus, Aiax, Neoptolemus, & tot alij clari viri: poſtea malè hæc inſula audijt, vt aliud prouerbium teſtatur:* Ægineníes neq; tertij neq; quarti, *Adde* Fuimus olim,

&c. *ſub* Bylem też kiedyś. *Lib. 1. Machab. c. 5. De Iſrælitis ab hoſte cæſis & fugatis dicitur.* Ipſi autem non erant ex ſemine virorum illorum, per quos ſalus facta eſt in Iſraël. Diſſimilem natum ſibi, genuit Tydeus. *Ex Homero. ſub* Sokol.

V. Oycá dobrego zły Syn.

Wyrodek ſyn / oycowſka śle cnota / ſława popiſuie.

Przodki ſwe zacne dármo wſpomina / Kto nic godnego chwały ſam nima.

Sic Iuuenalis monet Ponticum. — Sed te cenſeri laude tuorum
Pontice noluerim, ſic vt nihil ipſe futuræ
Laudis agas. miſerum eſt alienæ incumbere famæ.

Nam hoc maximè illi poſteri faciunt, qui cùm à ſuis maioribus degenerárint, eorum laudibus commemorandis ſe ornent, vt vetus Senarius apud Plutarch. teſtatur:

τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί; *al.* κακοδαίμονα τέκνα.

Quis patrem laudabit, niſi infelices filij? *vel vt Eraſmus reddit,*
Quis patrem laudet, niſi proles laudis inanis? *Melius. Henr. Steph.*
Quis patrē laudet, niſi quādo eſt improba proles? *(niſi fors ſua peſſima proles?)*

Dictum ait Eraſm. in eos, qui cùm nihil habeant ex ſe laude dignum, maiorum ſuorum facinora iactant. Alterum ſenſum dicti Græci idem hunc poſſe ait: Non quòd ipſi filij improbi laudent ſuos maiores (quorum potiùs mentionem erubeſcant) ſed quòd ſua improbitate efficiant, vt homines eorum maiores laudent & deſiderent, dicentes: O quam diſſimilis filius parenti ſuo optimo! &c. quo pacto apud Liuium Siculi deſiderabant Hieronem̄ regem optimum, videntes nepotem eius Hieronymum diſſimilem. & apud Plutarch, Perſæ deſiderabant Artoxerxem, Ochum filium eius improbum & crudelem cernentes. Vide & Antigonum & Caligulam ſub Lépby był nieboſczyk. *Dionyſodorus Trœzenius Senario illo Græco ait imponi ſilentium ijs, qui cùm ex ſeipſis nullius ſint pretij, in maiorum virtutes ſe inſinuant eos laudantes. q. d. Ne iactes claros maiores, quia hoc degenerum & improborum eſt poſterorum, vt ſuis ornamentis virtutum carentes, alienis ſe decorent. Chryſippus verò apud eundem Plutarchum, Senarium Græcū paululùm mutauit hoc modo.*

τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ εὐδαίμονες υἱοί; *i.*

Quis patrem laudet, niſi feliciſſima proles? *qui verſus etiam dicto Polonico quadrat, hoc ſenſu. Quis (iure merito & verè atq; abſq; probro) laudare poteſt patrem ſuum, niſi felix, (probus, honeſtus, & laudabilis) filius? vt quidam apud Homerū dicunt.*

ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.

Nos cupimus multò meliores patribus eſſe.

Wyśćkt śie pietámi ábo nogámi. Gonił zá ſoba.

Vbi illi pugnabant maximè, ego fugiebam maximè. *Plaut.* (addere.
Pedibus timor addidit alas. *Idem. alioqui Alas addere* ἀναπτερῶν *eſt incitare, animos*
Tibi Mauors Ventoſa in lingua pedibuſq; fugacibus iſtis. *Virgil.*
Hoſtibus tergo notus. *Catull. ait:* Hoſtibus haud tergo, forti ſed pectore notus.
κοῖλον ποδὸς εἶδειξε. Cauum pedis oſtendit. ſ. *fugiens.*
τί δῆτα ποδὸς ἂν ἐκ ἂν ἐργασαίμεθ'; *Ariſtophan.*

Quid

Quid deniq; eſt quod efficere nequeant pedes?
Cerui inſtar, &c. *vide* Boiáźliwy & Vmknąć.

Wyśliźnić śie iák piſkorz. Wykręći śie śiánem. Vmie śie wyśiec.

Cùm manifeſtò tenetur, anguilla eſt, elabitur. *Plaut.*
λεῖος ὥσπερ ἔγχελυς. *Athenæus.* Lubricus inſtar anguillæ.
ὥσπερ οἱ ἔγχελυες ἐκ τῶν χειρῶν διολισθαίνει. *Lucianus.*
Anguillæ ad inſtar è manibus elabitur.
ὥσπερ ἐγχέλεις ἢ οἱ ὄφεις διὰ τ δακτύλων δεαπέφευε, ἐκ οἶδα ὅπως. *Idem Lucian.* Velut anguillæ aut ſerpentes è digitis fugit, neſcio quomodo.
ἔγχελυς καλὰ γλοιῷ. *Simonides.* Anguilla in olei ſtrigmento.
Non tenet anguillam quiſquis cauda tenet illam. *Anonym. rhythm.*
τὰς ἀπάτας διαφεύγειν παγίδας οἶδε. *Ex Platone.* (dźiure.
Omnes laqueos effugere nouit. Aliquam rimā reperit. *Plaut.* Vłaydźić on
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus. *Horat. de debitore aſtuto, qui iuris cautelas & formulas eludit inſtar Protei apud Homer. & Virgil. 4. Georgic.*
οἶδε τὰς ὁδὸς ὥσπερ εὐκράτης ἔφευγεν διὰ πυρρίων. *Ariſtophan.*
Nouit vias quibus effugit Eucrates per furfures. *Is ex molitore artibus ad Rempub. Athenienſium gubernandam peruenit.* *Ariſtophontes Athenienſis nonagies quinquies accuſatus ſemper euaſit. Æſchines.* Cato Romanus quater & quadragies. *Plinius.*
Factum eſt periclum iam pedum viſa eſt via. *Terent.* i. *prouidi qui effugiam.*
Tecto látere abſcedere. *Terent.* i. *ſine clade. Nannius.* Obronna ręka/ cáło vyść.
ἐκπερδικίζειν. *Ariſtophan.* i. Perdicis more aſtutè euadere. *hanc perdicis aſtutiam deſcribit Plinius libro 10. cap. 33.*
ἐξ ἐπισπάστων βρόχων λῦται τινά. *Euripid.* Ex caſſibus extentis aliquē explicare.
γλώσσαπτις. *Heſychio.* qui lingua velut ſcuto ſe defendit.
τὰ ὅπλα ἐν ταῖς γλώσσαις ἔχει. *Heraclitus.* Armaturam in linguis habent.
ὁ θύννος ἐκ μυχῶ τῆς σαγήνης διέφυγεν. *Lucian.* Tynnus ex intimo ſagenæ ſinu effugit. Sepia atramento effuſo euadit. V. Żámaćiwßy.

Wyſłuchay pierwey/ toś odpowiaday.

Qui priùs reſpondet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat & confuſione dignum. *Prou. SS. c. 18.* Breuiſſima ad diſcendum via, audiendi diligentia.
Pica Romæ auditis buccinatoribus repente ſiluit, poſt aliquot verò dies, omnia quaſi meditata expreſſit. Pierius. V. Ząd ſkwáplíwy.

Wyſokie rzęczy niebęſpięczne/ nię ſtałe/ nię trwáłe.
Vłá wyſokie góry/ domy; rády częſto bíią gromy.

Iniqua rarò maximis virtutibus. Fortuna parcit. *Seneca. H. Furente.*
Quicquid in altum fortuna tulit, Ruitura leuat. *Idem. Agamemnon.*
Feriunt celſos fulmina colles. *Ibidem.*
Summum ad gradum cùm claritatis veneris,

Conſiſtes

Conſiſtes ægrè, & quàm conſiſtas, decides. *Laberius Mimus.*
ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι! *Menander.*
Quam faciliter fortuna ſplendida concidit!
Liuor ſumma petit, perflant altiſſima venti. *Ouid.*
Summa petunt dextrá fulmina miſſa Iouis. *Idem.*
Tu quoq; formida nimium ſublimia ſemper. *Idem.*
Tolluntur in altum, Vt caſu grauiore ruant. *Claudian.*
ἔγκε μεγάλε πῶμα γίγνεται μέγα. *Apollodor.* Ruina molis maximæ fit (maxima,
Quicdquid ad ſummum venit, ad exitum prope eſt. *Seneca.*
Quò altiùs ſurrexit, proniùs ad occaſum vergit. *Idem.*
εὐεπρέπεια ὅσῳ πλείων, τοσούτῳ ἐπιφανεστέρα. *Ariſtotel.*
Proſperitas quantò maior tantò periculoſior.
In breuibus nunquam ſeſe probat Æolus vndis,
Nec capit anguſtus Boreæ certamina collis,
Alpes ille quatit Rhodopæaq; culmina quaſſat. *Claudian.*
Incubuit nunquam cæleſtis flamma ſalictis.
Nec parui frutices iram meruêre Tonantis,
Ingentes quercus, annoſas fulminat ornos. *Idem.*
Deorum dona ſæpe non dona: *Ex Ariſtot. ſic ille*
πολλοῖς ὁ δαίμων μεγαλαίδωσιν εὐτυχήματα, ἵνα τὰς συμφορὰς λάθω: σὺν ἐπιφανεστέρᾳ. Multis Deus magnas confert proſperitates, vt celebriores fiant eorum calamitates. *Contraxi tres ſenarios Græcos.*
O ſæuæ nimium graueſq; Parcæ! O nunquam data longa feſta ſummis!
Cur plùs ardua caſibus petatis? *Statius.* Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autē dat gratiā. *S. Jacobus. c. 4.* *Affine,* Wielkie rzéczy. Szcześćié odmienne.

Wyſſat to ſobié z pálcá.

ἀφ' ἑαυτῆς καθάπερ ὁ ἀράχνης ἔγεινε. *Ex Plutarcho.*
Ex ſe velut aranea produxit, finxit. Nam araneæ telas ex ſe trahunt. *de quibus Plinius copioſè agens, addit:* Tanti operis materiæ vterus eius ſufficit.
Poteſt fieri vt omninò, quod te audiſſe dicis, nunquam audieris. *Cic.*
Poteſt *(fieri)* vt alij ita arbitrentur, & ego vt ne credam tibi. *Plaut.*
Ex te ipſo id audiſti vel audis. *Sic Plato Alcibiadi dicit:*
Periculum eſt, ô Alcibiade, ne tu hæc ex teipſo, non ex me, *vt Euripides ait*, audiueris. *ſic Euripid.* ἱππόλυτον ἀυδᾷς; Ꝛ. σᾶ τά δ' ἐκ ἐμᾶ κλύεις. Hippolytum dicis? Ꝛ. Tua hæc non mea audis.

Wytknąć kogo. Wydáć. wyſtáwić ná ſtych. ná rzeż. Pokázáć ludźiom. Sztuki odkryć.

Cornicum oculos configere. *vel* Cornici oculum vt dicitur. ſ. *effodere.* i. *inſcitiam alicuius, qui opinionem ſcientiæ habuit detegere, vel ineptias vulgare, aut opinionem refutare.* *Sic ferè accipit S. Hieronym. Macrob. Eraſm.*

προσά-

προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας. *Diogenian.* Obijcere canibus agnos.
Sub cultro aliquem linquere. *Horat. i in loco vel negotio periculoſo vel moleſto deſtituere. Tralatum à lanionibus vel victimarijs.*
Bupalus Hipponactem. ſ. *ſculpſit vt erat deformem, & populo ridendum expoſuit. Ex Epigrammate Græco. Meminit Horat. & Plinius.*
Hipponacteum præconium. *Cic. pro infamatione. Nam Hipponax cùm eßet Iambographus mordaciſſimus, ſcripſit viciſſim in Bupalum ſculptorem verſus dicaciſſimos, quibus illum ad laqueum compulit.* Suis aliquem pingere coloribus. *S. Hieron. & Cic.*
Deridendum aliquem aliquibus propinare. *Terent.*

Wytwormić / pilno co robić.

τὴν ἀπάρτην πρὸς τ λίθον ἄγειν, προσλιθέναι. *Chryſoſtom.* Funiculum ad lapidem admouere. *vt architecti diligentes faciunt, oculis non credentes ſæpe perpendiculum operi applicant. Similia ſunt.* Ad vnguem caſtigare. *Horat.* Manum de tabula nunquam tollere. *Ex Cic. Plin.* Ad Polycleti normam effingere, elaborare. Caput ſcabere. Vngues rodere. *Horat.* Ad libellam & regulam exigere. *Plini.* Ad amuſſim exigere. *Gelli.* Ad æquilibrium æſtimare. *Idem.* Ad perpendiculum exigere. *Cic.* Ex perpendiculo. *Ammian.* Nicoſtrati more. *De quo Suidas.*
ἐγὼ ποιήσω πάντα κῆ νικοστράτου. Ego cuncta more fecero Nicoſtrati. *Actor Comicus fuit Græcus. qualis Romæ Roſcius.* Critolai libra expendere. *Cic.*
V. Pilny bárzo. Wyborna rzécz. Wyrobiona rzécz.

Wywikłáć śie cheac / bárziey wwikłat.

ὄρνις ἐν τῷ ἰξῷ. Auis in viſco. *Ex Seneca qui ait:* Aues dum viſcum trepidantes excutiunt, omnibus plumis illinunt.

Wywołaß wilká z láſá.

ἡτ[illegible]ώμενον ἴδομεν ἐς μάχην προκαλέμενον. *A.*
Qui prouocat ſubinde cadit in prælio.
Dares Entellum prouocas. *ex Virgilio. vſurpauit S. Hieronym.*
Sic apud Theocritum Menalcas paſtor prouocauit Daphnin & ab eo canente victus eſt. vnde dictum. Prouocans vincitur, vel victus eſt. ὁ προκεκλημένος ἐνικήθη.
Cornutam beſtiam petis. *Plaut.* Sic *Horat.* Contra malos Parata tollo cornua.
Tragoedus alios Tragœdos prouocas. V. Tráfił ſwoy ná ſwego.

Martialis in Grammaticum ineptum.

Cùm dixi ficus, rides quaſi barbara verba,
Et dici ficos Cæciliane iubes.
Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficos Cæciliane tuos. i. *prodam turpem morbum tuum.*
Irritas crabrones. *& ſimilia.* v. Day złemu pokoy. &
Sam śie ßpéći. Tobićć to gorzey.

Wyżey nosá gebo nośi. Wyżßa gobá niż nos.

Periphraſis eſt hyperbolica hominis arrogantis, pompatici, faſtidioſi. Graci tales vocant ὑψαύχενας. i. *erecto collo incedentes. Latini* Supinos. *Sic Perſius.*

Seſe aliquem credens Italo quòd honore ſupinus, &c.

Et *Seneca.* Libet interrogare quid adeò te ſupinet?

Item ὑψαυχεῖν & ἐξυπτιάζειν *hos dicũt Graci.* i. *erectos reſupinos cum faſtu incedere. Culpabile eſſe ait Clemens Alexandrinus,* ἐν τῷ ὁδεῖν σαλεύειν καὶ ἐξυπτιάζοντα παραβολέπειν εἰς τὰς ἀπαντῶντας, ἢ ἀποβλέπειν εἰς ἄυλον, καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς ἐμπομπεύοντα καὶ δακτυλοδεικνύμενον. i. in vijs incedendo agitari, & reſupinatum obliquè reſpicere obuios, ſi ſe reſpectent, velut in ſcena oſtentantem ſe & digito indicatum. *Talis prorſus eſt Miles Plautinus.* Veru deglutiuit.

τί ἡμῖν ὀβελίσκον καταπὼν περιπατεῖς; ἤθελον ἵνα με καὶ οἱ ἀπαντῶντες θαυμάζωσι. *Epiſtle.* Cur nobis tanquam veru deglutiueris incedis? ℟. Volo vt me obuij mirentur.

Oleum fert in auricula. *Martial. Dictum hoc aliqui torquent in eum qui ex arrogantia vel faſtidio erigit & auertit aurem nolens audire ingrata vel moleſta, inſtar eius qui oleum fert in auricula, & cauens ne effundatur, attollit aurem. Graci dicunt:* ἄνω ὦς ἔχων. *pro.* ἄνω τὸ ὦς ἔχων *vel* ἔχειν. Sublimem aurem ferre.

Vide. Pyßny. Poważny. Gadał z Papieżem.

Wzatem śie kobyłki częßą. Dogadzáią galą ſobie. ꝛc.

Mutuùm muli ſcabunt. *Varro.* Senes mutuùm fricant. *Spartian.*

Vlmus amat vitem, vitis non deſerit vlmũ. *Ouid.* Manus manũ lauat. *Seneca.*

ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν, χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.

Seruat virum vir, ciuitatem ciuitas, Manus manũ, digitumq; digitus abluit.

ἀ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα κνίζει (*al.* νίζει) δός τι καὶ λάβοις τί σύ. *Epicharm.*

Sic correxit lectionem Eraſmi Henric. Steph. Manus manum fricat (*vel abluit*) da aliquid & accipies aliquid.

τὸν ξύοντα ἀνέξυσον. *Diogenian.* Fricantem te refrica.

ἡ χάρις χάριν φέρει. *Sophocles.* Gratia gratiam fert, parit.

ζιδηρῷ σίδηρον ὀξύνει. Ferrum ferro exacuitur. *Prou. SS. c. 27.*

Frater erat Romæ Conſulti Rhetor, vt alter
Alterius ſermone meros audiret honores.

Gracchus vt hic illi foret, hic vt Mutius illi. *Horat. de duobus fratribus Iuriſconſulto & Oratore; JCtus Oratorem vocabat honoris cauſa Gracchum, Orator Iuriſconſultum Mutium. nota omnia ex Cic.*

Idem Horat. de eadem adulatione mutua dicit:

Diſcedo Alcæus puncto illius; ille meo quis? Quis niſi Callimachus? &c. i. *ille me vocauit Alcæum pòëtam Græcum Lyricum, quem laudat Cic. & Quintilian. ego illum Callimachum itidem Græcum inſignem Pòëtam, quem imitatus eſt Propert. Huc ſpectat & illud dictum Ciceronis Græcos irridentis:* Da mihi mutuũ teſtimoniũ

δαπανεσθαι

δάκνειν μοι μαξυρίαν. *Græcè enim vſurpabatur vt ex Cic. colligitur.*
Cerui tranantes flumen, alter in alterius dorſo capita cum cornibus deponunt. primo quolibet feſſo ad extremum redeunte. Tzetzes.
ἡ συκάμινος συκαμίνῳ ῥύπτεται. *Suidas.* Morus moro purgatur. *Formicæ nil geſtantes cedunt de via oneratis & onera magna corrodunt vt à pluribus facile ferãtur. Plutarc.*

Wzgardá po ſtanowaniu cieſzka.

Vbi non ſis qui fueris, non eſt cur velis viuere. *Cic.* Habet magnum dolorem, vnde cum honore diſceſſeris, eódem cum ignonimia reuerti. *Idem.* Graue eſt neglectum aut notatum viuere inter eos, apud quos in honore & pretio fueras, adeò vt exilium vel mors optabilior videatur. *Eraſmus.*
ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι. Τὸν εὐγενῆ χρή. *Sophocles.*
Verùm aut honeſtè viuere aut honeſtè mori. Ingenuum oportet.
Huc illud: διονύσιος ἐν κορίνθῳ. Dionyſius Corinthi: *pueros mercede docuit regno pulſus. Plutarch. Cic. Graue hoc homini ex Rege.*
Turpiùs ejcitur (*benignè admiſſus*) quam non admittitur hoſpes. *Ouid.*
αἴσχιον ἐκκρῦζαν τὸν ξεῖνον ἢ ὀκὶ ξενῶσαι. *A.*
Demetrij Phalerei principis ſui in exilium ſponte elapſi ſtatuas trecentas Athenienſes euerterunt. Demadis verò ſtatuas in matulas conflauerunt. Plutarch.

Wzgárda wzgárdzić nalépiey.

Spernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe.
Spernere ſe ſperni, quattuor iſta beant. *Anonym. Rhythm. & Petrarcha.*
Ex omnibus (quæ homini nocere poſſunt) contemptus adeò leuiſſimum eſt, vt multi in illo remedij cauſa delituerint. Quem quis contemnit, calcat ſine dubio, ſed tranſit. Nemo homini contempto pertinaciter, nemo diligenter nocet. *Seneca.* Facile contemnit omnia, qui ad ſui contemptum venit. *Idem.* Nondum felix es, ſi non te turba deriſerit. Si beatus vis eſſe, cogita hoc primùm, contemnere & ab alijs contemni. *Idem.*

Wzywe oczy ſkłama/ oßuka/ vkradnie.

Viuus videnſque ab illo decipiere, ſpoliabere. Cingarum dicas.
Aut non mentiendum eſt, aut fortiter & impudenter mentiendum. *Eraſm. vt ſerui Comici faciunt.* *Nam* Calidum mendacium optimum. i. *audax & impudens. Plaut.*
Aduerſus ſolem loquitur. V. Jáſney rzéczy przeczy.
Argus ſis licet nunquam illum ſatis ſerues. V. Złodźiey.

Wzorki z drugich wybiera.

ἄλλος μῶμος. Momus alter. *ex Luciano, Platone.* Cenſor. Cenſorem agit. Cenſoris animum ſumpſit. In aliorum vitijs cernit acutùm. *Ex Horatio.*
Ξεῦξις Ἑλένην ζωγραφῶν. Dicas Zeuxem Helenam pingere, ita omnes diligenter obſeruat. *Zeuxes enim Cicerone teſte Crotoniatis Helenam pingens, multarum formoſarum puellarum vultus inſpiciebat, & optima quæque ex illis in tabulam ſuam transferebat.*

Zábiega. Zachodzi. Zaſkákuić kolo czégo.

ὁ κύων παρ' ἐντέροις. *Suidas.* Canis circa inteſtina. s. *obambulat.*
Canis corium guſtauit ſemel. *ſubaudi*, *ideò circumit.* *Sic Lucian.*
οὐδὲ ὁ κύων παύσαιτ' ἄν, ἅπαξ σκύλοφαγεῖν μαθών.
Neque canis quieſcet, qui ſemel corium edere didicerit. *Et Horat.*
— Si ſemel — guſtârit, Vt canis à corio nunquam abſterrebitur vncto.
ὁ λύκος περὶ τὸ φρέαρ ὀρχεῖται. *Lucian. Plutar.* Lupus (*bibere volens*) circa puteum ſaltat. Hos aditus iamq; hos aditus, omnemq; pererrat Vndiq; circuitum. *Virg.* *Affine*, Zákuśił.

Zabiegay w czas złemu.

Opprime dum noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi. *Ouid.*
Sed propera, nec te venturas differ in horas. *Idem.*
Flamma recens, paruâ ſæpe reſedit aqua. *Idem.*
Principijs obſta. Serò medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuêre moras. *Idem.*
Nate caue, dum reſque ſinit tua corrige vota. *Idem.*
Exſtingue flammas —— quisquis in primo obſtitit,
Repulitq; amorem, tutus ac victor fuit.
Qui blandiendo dulce nutriuit malum,
Serò recuſat ferre quod ſubijt iugum. *Seneca Hippolyto.*
Affectus vitioſi faciliùs initio vincuntur quàm poſtea. *Seneca epiſt. 85.*
Πρὶν τὸν νόσον εἰς τὸν μυελὸν σκιρωθῆναι. *Sophron.*
Priùs quàm morbus in medullam obrigueric.
Nullum principium cuiuſuis rei cenſendum paruum adeò, quod non mox reddat grande continuatio, quodq; ex eo quòd contemnatur, non aſſequatur, vt impediri nequeat. Plutarch.
Omne malum naſcens facilè opprimitur; inueteratũ, fit pleruńq; robuſtius. *Cic.*
Vna ſalus eſt occurrere ad primos rerum impetus. *Seneca.*
ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος δ' ἀκέσασθαι. *Phocilid.*
Incipiens abſcinde malum & ſanabitur hulcus.
ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῴϊον ἠὲ τελευτήν. *Suidas.*
Principio multò eſt ſatius quàm in fine mederi.
ζητῶμεν δ' ἕλκει φάρμακα φυομένῳ. *Theognis.*
Hulceri vbi exoritur pharmaca mox petimus. *vel* adhibe.
Continuò culpam ferro compeſce, priùs quàm
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus. *Virg.*
Prætorquete collum iniuriæ, priùs quàm ad vos perueniat. *Plaut.*
τὰς τῶν πρόβατων γευομένας κύνας, καταχόπτειν φασὶ δεῖν. *Demoſthen.*
Canes qui guſtauerunt oues, mactari aiunt oportere.

Capite

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineam. *Cantic. 2.* Ante languorem adhibe medicinam. *Ecclesiastici 18.* Venienti occurrite morbo. *Persius.* Serpentis caput conterendum. Diabolus est sepens cuius si capiti, id est, primæ suggestioni non resistitur, totus in intima cordis, dum non sentitur, illabitur. *S. Isidor.* Nemo nimis properè didicit nocitura cauere. *Anonym. rhythmi.* *Aues linum satum eruere nolentes, reti ex illo facto captæ sunt. Apologus.*

κῦμα κωφὸν παύειν. Fluctus mutus (*nondum strepens sed tamens*) compescendus. *i. ira vel alius affectus incipiens.* *S. Dorotheus iussit discipulos euellere varias cupressos.* *Primam teneram euulsit vnus, vna manu: secundam crassiorem ambabus agrè: tertiam illa crassiorem cum socio: quartam longè crassiorem nec multi adnisi euellere potuerunt.* *Apologus est, re non verbis propositus, de vitijs maturè exstirpandis.*

Affine. Odwłoká często szkodliwa. Gdźie waż głowe włoży. Dalog drugie przyrodzenie.

Zabiegł mu od spáśi.

Cõmeatu & frumẽto illũ intercluſit. *Cæsar.* Commeatũ inimicis intercluſit. *Plaut.* Interseptum est his iter ad amplissima præmia ciuitatis. *Cic.* Obuiam ire conatibus malorum. *Idem.* Catilinæ consilijs occurri atq; obstiti. *Idem.* Ex portis alicui occurrere *Lucret. more militari.*

τὴν γέφυραν διαλύειν Pontẽ interrũpere. i. *accessum vel transitũ probibere. Sic Plaut.*

Is adolescens In vrbem hodie non redibit, Plautus noluit,
Interrupit pontem qui erat ei in itinere.

Pontem iubet rescindi. *Cæsar.* Interciſum pontem à Fregellanis morandi itineris causa inuenit. *Liuius.* Manus alicui præcidere. i. *irritum conatum alicuius reddere. ex Fierio.*

Zabił mi zá żywe.

Dictum hoc ductum ab equis, quorum vngulu faber soleas suppingens, clauum ad viuum adegit. Latini etiam Plaut. Cic. similiter Ad viuum *vsurpant, pro dolore & molestia animi.* *Idem ferè est. Infixit mihi aculeum vel.* Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere potuit. *Cic.* Infixus animo hæret dolor. *Idem.*

V. Zlin mi wbił.

Zabiłéś mię. Zgadłeś mię.

Occidisti me tuis fallacijs. *Terent.* Ad mortem me dedisti. *Plaut.* Istoc dicto in cruciatum me dedisti. *Idem.* Funus acerbum mihi facis. *Idem.* Exitiabilem hunc mihi feciſti diem. *Idem.* Centuriata mihi capitis comitia habuisti. *Idem.* Vale, apud Orcum te videbo. *Idem.* Plagam mortiferam mihi inflixisti. *Cic.* Plagam insanabilem iniecisti. *Idem.* Grauem securim inflixisti. *Idem.*

Zachciało mu się delicyy / dworskiey polewki / takoć.

ἤρατο ὀπτῶ ἀλεύρου. *Theocrit.* Concupiuit assam farinam. *In eum, qui ex tenui victu ad lautiorem adspirat.* *Sumptum à more prisco veterum Romanorum, qui*

polenta & pulte diu vixerunt; panis autem ſeriùs inuentus in delicijs habebatur. quod conſtat ex Plinio, qui l. 18. c. 11. varias delicias in coctura panis recenſet.

Nunc cùm panis ſit vilis diceres aptiùs. Concupiuit mattias, placentas, &c.

Vide λέκτιλιψ. Délikat.

Nauigare vult in Maſſiliam *vel* in Siciliam, *quod Platoni obiecit Diogenes quaſi is aulam Dionyſij delictarum cauſa frequentaret.* Ficus petit. *Apud Ariſtophanem, filio petenti ficus pater pauper reſpondet: Mercedula mea vix ſufficit ad comparanda neceſſaria farinam ligna opſonium.* σὺ δὲ νῦν σῦκα μ' αἰτεῖς. Tu verò nunc à me ficus petis. i. *Delicatè vis viuere.*

Interpres Ariſtopha. non rectè id Eraſm. trahit ad adulationem.

Zachćiáło śie wilkowi pleſáć / śpiewáć.

In eos qui relictis ijs ad qua apti nati ſunt, aliena exercere aggrediuntur. vt Lupus tibicinem agens, &c. V. Nié twoiá to rzécz. Mowká śie rozigráłá. Nié przyſtoi. Ná ſwem ſtánié żaden nié przéſtáié.

Za chlébem idźié.

Pro buccella panis deſerit veritatem. *Prouer. SS. c. 28.*

Græculus eſuriens, in cælum iuſſeris, ibit. *Iuuenal. i. volabit inſtar Dædali, ſeu difficillima quæq; tentabit.* Hic quidem in ſummã crucem cœna aut prandio perduci poteſt. *Plaut.* Fruſto panis cõduci poteſt vti loquatur vel taceat. *Cato. Gellius.* Paraſiticam vitam agit, *vel* Paraſiticam artem exercet. *ex Plauto, nam paraſitus* παράσιτος *dicitur, quòd ſemper ſit* παρὰ σῖτον. *ad panem, iuxta cibum.* & Paraſiti quaſi mures alienum edunt cibum, *ait Plaut.*

Eſcarijs vinclis adſtrictus aut vinctus eſt, aut vinctus trahitur. *Ex Plauto Clarè Cic.* Omnia refert ad vtilitatem ſuam. *Item.* Vtilitati, rationibus, commodis ſuis conſulit. V. Záwiędźięß go.

Zaciera / co nié ſoremnié wyrzékł abo vczynił.

ἁλμυρὰν ἀχὴν ἀποκλύζει ποτίμῳ λόγῳ. *Plato.* Marinam (*amaram, ſalſuginoſam*) auditionẽ abluit potabili (*dulci*) ſermone. i. *aſperè dicta leni oratione mitigat.*

δεῖ ἁλμυρὰς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύσασθαι νάμασιν. *Athenæus.*

Oportet amaros ſermones dulcibus aquis abluere.

τῷ σπόγγῳ ἰᾶσθαι. *Ariſtides.* Spongiâ medetur. i. *delet.*

Tuſſis pro crepitu. v. Káßlé. *Cùm Opimius Conſul poſt eadem Gracchi & aliorum ciuium cum eo, ædem Concordiæ exſtruxiſſet, noctu inſcriptum eſt in eo ſcomma hoc verſu.* ἔργον ἀπονοίας, τὸν νᾶον ὁμονοίας ποιεῖ.

Opus Vecordiæ, templum exſtruit Concordiæ. *Affine,* Slad trácí.

Żaden nié ieſt ſobié doſtatni.

ἐκ ἔστιν ἀδεὴς ἀνδρὸς ἀεὶ ἀδενός. *A.* Eſt nemo qui non indigeat vnquã vllius.

Nemo penitùs nullius indigus eſt rei.

ἀδεὴς αὐτὸς αὑτῷ αὐτάρκης. Nemo ſibi ipſe ſufficiens eſt.

Vana eſt & ſocietati humanæ inimica ἀϋτάρκεια, *quam aliqui Ethnici conſectabantur & profiteri auſi ſunt. vt Hippias Elæus apud Cic. 3. de Oratore. Seneca etiam ſuum ſapientem ſeipſo contentum eſſe, nec vllius indigere ac Ioue etiam beatiorem fingit inepiè. Vide dictum Herodoti ſub* Κάϛδυ ἔπαθε 2.

Żaden śię nié pozna / áż śię ſam śiébié dozna.

Quid quiſque poſſit, niſi tentato (ab tentatus) neſcijt. *P. Mimus.*

ἐδὲὶς τί δύναται, ὁπόταν πειρασμῶ δίκα. *A.*

Opus eſt ad notitiam ſui, experimento. *Seneca.* Quid quiſque poſſit, niſi tentando non didicit. *Idem ex P. Mimo.* *Sic Cic. deterrens Caecilium ab accuſatione Verris, dicit:* Tu verò quid potes? quo tempore, aut qua in re, non modò ſpecimen aliquod cæteris dediſti, ſed túte tui periculum feciſti?

Żadna rzéć tak dobra nié ieſt / ktorey by kto złé vżyć mogł.

ὐκ ἔστι τ ἀγαθῶν, ἃ τ κεκτημένων ἐνίοις ἡ φαυλότης ἐξαμαρτάνεσθαι, καὶ πολλοὺς διὰ τάτων κακῶς ποιοῦντας. *Iſocrates.* Nulla res tam bona eſt, qua non poſſeſſores aliquos abuti (*vtendo deprauare*) & alijs nocere videamus.

χρῆσις κακὴ καὶ μ τ' ἄριστα ποιεῖ κακά. *A.*

Vſus malus res optimas reddit malas.

Żadna rzéć tak zła nié ieſt / aby w ſobié czégo dobrego nie miała.

Nihil eſt in rerum natura tam malum, cui non boni quidpiam ſit adiunctum. *Plini.*

ἡ κακόν ἐστι τόσον δ' ὡς μὴ ἔχει τ' ἀγαθόν. *A.*

Nullum librum tam malum eſſe quin aliquid boni habeat, *dixit Plin. maior. apud Iuniorem.* Eadem terra fert ſerpentes & ciconias. *Lampridi.*

Contra malum, bonum eſt. *Eccleſiaſtici 33.* ἀπέναντι ἄλληλα τὸ ἀγαθὸν.

Żadza béz ſkutku ciężka.

χαλεπώτερον δὲ πάντων ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα. *Anacreon.*

Duriſſima omnium res amare nec potiri.

πόθος δ' ἀτέλεστος ἀνία. *Nazianzen.* Cupiditas non explera angit. *Affine illud Salomonis. c. 13.* Spes quæ differtur affligit animam.

Vbi eripiatur animo tuo quod placeat maximè.

Ibi quidem ſi regnum detur non eſt cupida (*cupiens*) ciuitas. *Plaut.*

Żadze hamowac potrzeba.

Quicquid impenſè cupimus aut odimus, ibi ſalutaris eſt mora. *Seneca.* σπεῦδε βραδέως. Feſtina lentè. *Macrob. Gellius.* Nihil moleſtum eſt, quod non deſideres. *Cic.* τήρησον ἐν πείσῃ τὴν καρδίαν. *Syneſius.* Teneto in anchorali funè cor. i. *firmiter motus animi cohibe.* Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. *Eccleſiaſtici 18.* Equus frenatus. *Symbolum hominis cupiditatibus imperantis & ratione regentis. Pierius.*

Nimio ſatius eſt, vt opus eſt te ita eſſe, quàm vt animo (i. *cupiditati*) lubet. *Plaut.*

Hercules

Hercules Socraticus *vel* ἡρακλῆς Σωκρατικὸς. *cum Varrone aptè dicetur is, qui cum cupiditatibus luctatur instar Herculis, quod fecit Socrates & Cynici ab eo orti. quorum quidam nempe Diogenes, apud Lucianum dicit:* ἡρακλέα ζηλῶ, καὶ συμβάλλομαι ὥσπερ ἐκεῖνος ὅπλα τὰς ἡδονὰς, ὁ κελεύστης, ἀλλ' ἐκόντος, διακαθάραι τὸν βίον πειρώμενος. Herculem æmulor, & pugno velut ille aduersus voluptates, non iussus (*vt ille à Iunone vel Eurysthco*) sed sponte, repurgare vitam meam constituens. *Aristoteles dixit:* τὸν σοφὸν μεμετριοπαθῆ μὲν εἶναι, ἀπαθῆ δὲ μὴ εἶναι. Sapientem moderatis quidem esse affectibus, non tamen absque affectibus esse. *Galenus multos ægros quotannis curauit solis animi perturbationibus & affectibus compositis. & Æsculapius ægrotis adhibebat cantilenas, mimos & alia ridicula risum & hilaritatem excitantia. Rhodigin. Erasistratus item, Suidæ teste, Antiochi regis morbum ex amore nouercæ Stratonices ortum deprehendit & sanauit, cui ob id centum talenta Ptolomæus donauit. Socrates post exercitationem sitiens, non priùs bibit, quàm vrnam vnam haustam effudisset, & aliam hausisset. Plutarch.* Proijce quæ cor tuum laniant, quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis reuellendũ erat. *Seneca.* σωφρόσι μᾶλλον ἢ λυδίοις ὑπερβολαῖς ἁμαρτάνειν. *Plutarch.* Dorijs potiùs quàm Lydijs excessibus peccandum i. *moderatis & languidis quàm concitatis & nimiis affectibus vtendum. Tractum id à cantu.* Tego hámuy co śie porywa do miécza/ nie tego co do mießká. *Alexander in summa siti, aqua in galea sibi oblata abstinuit. Plutarch. Dauid similiter.* Generale & aureum est præceptum Epicteti à SS. etiam Patribus laudatum. ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Sustine (*molesta*) & abstine (*iucundis vitiosis,*) *Affine,* Zwyćieſtwo nawiekßę. Gniew hámuy.

Zagon tęden oba ábo wßyſcy maią. Na tędnem zagonie śiędzą.

Communis omnibus Sisapo. *Vel.* Communis tanquam Sisapo. *Cicero taxans Antonij inopiam dicit:* Quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres, præter vnum Misenum, quod cum socijs tanquam Sisaponem tenebas. i. *tanquam fodinas minij, quæ à Romanis redemptoribus multis simul, vel societate inita conducebantur.* ἓν σῦκον δυο μερίζουσιν. Vnam ficum duo inter se diuidunt. *Simile est Martial. epigr. 39. lib. 5. de vno censu duorum Equitum.* V. Trzéy o iędnem oßczépić.

καλῶς καλύπτει ἡ μί' ἑσθὴς σοὺς δύο. *A.*

Non operit vna commodè vestis duos.

Záiac przéz drogę przębiężał. Záiac w drodzę mießcześćie.

Φανὲς ὁ λαγὼς δυσκλεῖς ποιεῖ τρίβους. *Suid.* Inauspicatum iter obuius facit lepus. *Ethnicorum est vana & stulta obseruatio, quam etiam nostrates vsurpant, sed prudentiores per iocum vt par est, & addunt eludentes dictum: Ideò infelix iter lepore conspecto, & (quòd plerunq; fit) non capto, quòd effugerit & captus non sit. Vice versa, Lupi occursum prosperum esse aiunt, quòd illius fauces viator euaserit. Quanquam apud Horatium lupa in itinere occurrens mali est ominis. Plura talia idem habet l. 3. ode 27. vt vulpem fœtam, canem prægnantem, serpentem transuersum iter secantem: Aues parram, picum, cornicem dextram, coruum sinistrum, quorum pleraq; leges etiam apud Plautum,*

Plautum, Terent. Plinium, Festum. *Adde Ciceronem qui ait:* Tam fausti ominis quàm noctuæ. *Ironicῶs.* *Lucianus item dicit è Graeco sic:* Claudos declinamus, maximè mane eos videntes; Spadone item & simia conspecta redimus domum. *s. tanquam malo omine oblato.* *Sed vt dixi inepta falsa vana & stulta sunt hæc omnia. Illud serium.* *Laconibus obuij quidam in itinere dixerunt.* Felices vos quia latrones iam hinc abierunt. *Respondére Lacones.* Immo felices latrones, qui in nos non inciderunt. *s. perituri. Plutarch.*

Żáiaca tada *V.* Gładki. Żaiecżego ſérca *V.* Boiáźliwy.

Żak co śie vczy béz kśiegi / nié będźié to doktor tegi.

Żak béz kśiąg chodząc do ßkoły / zgodźi śie potem páść woły.

Triuialis versiculus est: Haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro. *Vel.*

Haurit aquam cribro, qui studet absque libro.

ἀντλεῖ ὕδωρ ῥιθμῷ τὴν βιβλίου μαθών. *A.*

Wode ten czerpa przétákiem / co béz kśiążek chcé być żakiem.

Alcibiades scholam ingressus, petyt à magistro Homerum; illo respondente, se non habere, colaphum ei infregit mussitans. Magister est, & Homerum non habet! *Plutarch. Ysocrates al. Anthisthenes apud Laërtium, cùm quidam ei se instituendum dare vellet, & rogaret quanam re sibi opus esset, respondit:* βιβλιαρίῳ καὶ νῷ, γραφείῳ καὶ νῷ, πινακιδίῳ καὶ νῷ, τὸν νῶν παρεμφαίνων. Libro & mente, stylo & mente, tabella & mente, animum maximè significans. *Quod responsum pronuntiatio coniungens καὶ νῷ voces sic, καινῷ sensum diuersum à priori faciet. s.* Libro nouo, & *pertinebit ad illa posita sub* Máta rzécz podczás wiéle pomożé.

Żákusił. Żasmákowało mu. Nié odpedźi go dźiéśiącia kuow.

λωτὸν ἔφαγε. Lotum gustauit. *arborem vel herbam suauem, apud Theophrastum & Plinium descriptam, à qua Lotophagi populi dicti, apud quos hospes gustata loto patriæ oblitus remanebat.* *De hac sic Homer.*

τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,
ἐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, ὐδὲ νέεσθαι.

Horum autem quisquis loti mellis instar suauem fructum gustauerat,
Non ampliùs renuntiare quicquam volebat, nec reuerti.
Apud Lotophagos aut Sirenas hæsit. *Symmachus.*

Canis intestina vel corium gustauit. *Sic Theocrit.*

——— Χαλεπὸν Κορίων κύνα γεῦσαι. Periculosum canem gustare intestina.

Χαλεπὸν μαθοῦσα ἡ κύων σκυτοφαγεῖν. Molesta res canis edere corium sciens.

Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto. *s. semel gustato. Horati.*

Captus vnctiore cœna. Et maior rapuit canem culina. *Martial. in Parasitum.*

Cui semper dederis, vbi negas, rapere imperas. *P. Minus,*

Żalecay óstrożnié każdego / wiédząc ześéká być odmiennego.

Sic Plato poſt commendationem alicuius, prudenter addere ſolebat: γράφω δὲ ταῦτα περὶ ἀνθρώπου ζώου φύσει ἐυμεταβόλου. Hæc autem tibi ſcribo de homine, animante naturâ mutabili. *Auguſtus ſi quando Populo R. liberos ſuos commendaret, ſemper addebat:* Si merebuntur. *Suetonius.*

Zalecánie zbytnie podeyrzane.

Pleniùs æquo Laudat venales qui vult extrudere merces. *Horat.*

Apud Terentium quidam munus non ſpecioſum cuidam mittens, dicit ſeruo.

Munus noſtrum ornato verbis quod poteris.
Suſpecta ſemper ornamenta ementibus. *P. Syrus Mimus.*
ὕποπτα περιαμένῳ ἐμπόρου κοσμήματα. *A.*
Impia ſub dulci melle venena latent. *Ouid.*

Za leda co dać / vczynić. Za borowa ſyſzke.

Nummo addicere. *Suetoni. Valer. Maxi.* Nummo conducere, condicere. *Vlpian.* i. *minimo vel viliſſimo pretio.* Vitioſa nuce emere, caſſa glande. *Ex Plauto.* Fruſto panis conducere vel conduci. *Cato.* ἀσσαρίου ἀγοράζειν. Aſſis æſtimare. *Sic apud S. Matthæ.* Duo paſſeres aſſe væneunt. *Et Catull.* Vnius aſſis æſtimare.

Zaletnik muſi mieść mieć otwarty.

πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δεῖσθαι βαλάντιον. *Plutarch.* Porri folio Cupidinum crumena vincta eſt. *Dictum de amatoribus ſumptuoſis & profuſis ait Suidas, nam porrum fragile eſt nec arctè ligat.*

Non eſt iuſtus amator, niſi qui perpetuat data.
Datque vſque: quando nihil ſit, ſimul amare deſinat. *Plaut.*
Celerem eſſe oportet amatoris manum, ad perdendum. ſ. *rem. Idem.*

Zaloſna rzecz. Zaloſna pioſnka.

Tragicum factum. *Liuius.* τραγικὸν πάθος Tragica calamitas.
Lapides me hercule omnes flere ac lamentari cógiſſes (*vel vidiſſes, audiſſes*) *Cic.*
Mœſtius lacrymis Simonideis. *Catul.* *Nam Simonides Pòéta aptiſſima ad luctum excitandum ſcribebat carmina, nænias, elegias &c.* θρηνώδης Pòéta.
πάθος ταῦτα σιμωνίδης θρηνήσει; *Ariſtides.* Quis Simonides hæc deflebit?
Quis talia fundo Myrmidonum Dolopúmue aut duri miles Vlyſſi Temperet à lacrymis? *Ouid.* ἀηδόπης θρῆνος Antiopes luctus. & νιόβης πάθη Niobes dolores. *De acerbiſſimis malis quæ hæ feminæ paſſæ ſunt.* Niobem in ſaxum ob dolorem verſam ſcribit Ouid. *Antiopes autem miſerabilem ſeruitutem & tormenta apud Dircen deſcripſit Pacuuius, meminit Perſius.*
Allienſis pugnæ & cladis dies funeſtior quàm vrbis captæ. *Rhodigin. ex Liuio.*
μαριανδυνὸς αὐλητὴς ἢ θρηνητὴς ἄξιον. *Ex Æſchylo Euſtathi.* Mariandyno tibicine vel lamentatore digna res. *nam apud Mariandynos erant multi tibicines lugubri. aptè occinentes.* ἀδμήτου μέλος *Pollux.* Admeti cantio, nænia.
καρικὴ μοῦσα. *Platoni.* Carica muſa, eſt, *lugubris cantio, funebris. Heſychio.*
τὰ κανάκης. *Hermogen.* Cannaci res vel mala. *Item.* Ἀπὸ

Ἐπὶ ἀννακῷ ἢ καννάκῳ κλαίειν. *Stephan.* Annacum ſeu Cannacum deflere. *Rex Phrygum erat longiſſimæ vitæ, qui ſuis prædixit diluuium, ob quod illum multùm luxerunt.* ἁρμοδίου μέλος. *Diogenian.* Harmodij cantilena. *Lugubris næuia in obitum Harmodij & Ariſtogitonis qui Piſiſtratum tyrannum ſuſtulerunt. Ita incipiebat.* Chariſſime Harmodi haud mortuus es. ᾄδειν τὰ τελαμῶνος. *Euſtathius.* Canere cantionē Telamonis. ſ. *lugubrem. qualem cecinit Telamon ob Aiacis filij ad Troiā cædem. Grauiter & cum indignatione dolentium illi geſtus ſunt.* τὸν μηρὸν παίειν. *Plutarch.* Ferire femur. *Plaut.* Dentibus frendere, icere femur. *Idem,* Femur, pectus, frontem cædere. *Quintilian.* Femur plangere dextra. *Ouidi.* Ferire frontem. *Cic. admirationis affectū notare ait Achilles Statius.* & Ferire femur. *indignationis.*

Zámaćiwſzy / zákurzywſzy vmknął.

ἡ σηπία τὸ μέλαν ἔχει. Sepia atramentum effudit. *ſic enim periculum ſibi imminens effugere ſolet. Oppian. Plutarch. Plini.*
Idem tribuunt plerisq; Polypo & Loligini. V. **Wegorzè w odmećić łowić.**
ὡς ἡ ζφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδεῖ. *Ariſtophan.* Quam male pedit ſphondyle fugiens! .i. *blatta fœtida. Heſychio ſphondyle eſt felis. Plinio verò ſerpens qui moriens fœtidiſſimus eſt.* *Apud Ariſtophan.* γαλῆς δριμύτερον .ſ. ἐβδεῖ. Fele acriorem flatum ventre emiſit.

Zá miéchem wody ſtał / ábo ſtáli.

De præſentia ficta vel incredibili. Diſſimulant, & Nube caua ſpeculantur amicti. ſ. *Æneas & Achates 1. Æneid.* Quos Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit. *Ibidem.* Et multo nebulæ circum dea fudit amictu. *Ibidem.*
ἀμφὶ πολὺν ἠέρα χεύε. *Homer.* Multum aërem illi circumfudit. *Pallas.*
ἀμφὶ δέ μιν ζόφος ἔκρυφε. *Calaber.* Illum nebula circumtexit.

Zá nos kogo wodźić. Zá nos mię wodźi. W pole wywodźić.

ῥινὸς ἕλκειν. Nare trahere aliquem. *inſtar vrſi. Sic Lucianus.* τῆς ῥινὸς αὐτὸν ἕλκειν ἐστίν. Naribus illum trahere poſſis. γενείου ἕλκειν τινά. *Philoſtrat.* Mento trahere aliquem. Barba potiùs trahere. *Henric. Stephan.* κύκλῳ περιέλκειν ἢ περιέλκεσθαι. In orbem circumagere vel circumagi. πάλαι μὲ περιέλκεις κύκλῳ ἀποκρυπτόμενον. *Plato.* Pridem me circumducis in orbem non aduertentem. Habet me venalem. *Plaut.* *Confer.* **Szydźić z kogo.**

Zá oknem / zá ściáną ſłuchał. Zá ſłoła śię vczył. Z dáła pátrzył.

A limine ſalutare aliquid. (*Muſas*) ἀπ' οὐδοῦ ἀπαύζεσθαι.
Per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpexit. *Cic.*
Quaſi per nebulam noſmet ſcimus atque audiuimus. *Plaut.*
ἀπ' αἰγείρου θέειν ἢ θεᾶν. *Suidas.* Ab alno ſpectaculum. vel ſpectare. *Athenis extra theatrum erat alnus, quā ſpectaturi ludos conſcendebant ij qui locum in theatro habere*

non poterant. Vt canis è Nilo guſtauit aliquid v.g. *Philoſophiã. Muſicã. Ex Macrobio.*

Zapadł gdźieś. Vti ſtychu ni widu.

In vltimos orbis Britannos iuit. *Horat.* Vltra Sauromatas & glacialem Oceanũ fugit. *Iuuenal.* Apud Sirenas, vel apud Lotophagos hæſit. *Ex Homero Virg. Ouid.* γλαῦκος Φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάσσῃ *Athenæus.* Glaucus comeſa herba habitat in mari. *Glaucus piſcator & vrinator optimus diu vrinando fecit, vt putaretur in aquis vt in aëre degere commodè. & cùm deuoratus eſſet à piſce, creditus eſt guſtata quadam herba effectus immortalis.* ἤτοι τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα. *Zenodot.* Aut interijt aut ille literas docet. i. *male illi eſt, etiamſi incertum ſit quid & vbi agat. vt Athenienſes victi à Siculis & capti literas eos docebant. vnde aliqui elapſi, & de aliis interrogati, reſpondebant hoc Senario.* V. Vwiozł.

Zapámietanie/ corka miedbalſtwá. O co miedbamy/ zápominamy.

ἀπληστμονὴ τέκνον ἐστὶ τῆς ὀλιγωρίας. *A.*

Contemptionis filia eſt Obliuio. *Ex Ariſtot. qui 2. Rhetoric. ait:* τοιγλικὸν ὀργῆς καὶ ἡ λήθη. ὀλιγωρίας γὰρ δοκεῖ ζημεῖον εἶναι. διὰ μὲν γὰρ ἀμέλειαν ἡ λήθη γίνεται. Mouet bilem ſeu iram & obliuio. contemptus enim videtur ſignum eſſe. ex negligentia ſiquidem ſeu contemptu obliuio naſcitur.

Zapamietliwy. Zapámietał.

Nominis proprij obliuiſcitur, vel oblitus eſt. *vt Coruinus Meſſala apud Plinium.*

Nominis ante mei venient obliuia nobis Quàm &c. *Ouid.*

ὄνομα *vel* ὀνόματος ἐπελάθετο. *Ex Luciano.* Nominis patris ſui oblitus eſt.

λήθης πεδίον. *Ariſtophan.* Lethes ſeu obliuionis campus.

E fonte Lethes bibit. V. Pámietam.

Meminiſſe iacet, *Lucret.* i. *memoria Græco more.* τὸ μεμνῆσθαι κεῖται.

Priùs quàm didicerit obliuiſcitur. *Sic Socrates de Strepſiade apud Ariſtophanem:*

ἐκ εἶδον ἄτως ἄνδρα —— ἀπλήστμονα,
ὅστις σκαλαθυρμάτι' ἅττα μικρὰ μανθάνων
ταῦτ' ἐπιλέλησαι πρὶν μαθεῖν. Non vidi hominẽ adeò obliuioſum, qui etiã doctrinas quaſdã ludicras paruas diſcẽs, priùs obliuiſcitur quàm didicerat.

Hic mihi neſcio quod trepido male numen amicum
Confuſam eripuit mentem. *Virg.* ἐξελέσθαι θυμὸν. *Homer.* Excidere animo.
—— ὑπὸ φρεσὶ σύγχυτο θυμὸς. *Q. Calaber.* In pectore confuſa mens.
ὥσπερ τὴν λήθης ὕδωρ πεπωκὼς ἐπιλέλησθαι. *Lucian.* Tanquam ſi Lethæam aquam bibiſſet oblitus eſt. Caluiſius alter. *apud Senecam diues quidam* obliuioſus erat. Atticus Herodis Sophiſtæ filius *ne literarum quidẽ elementa diſcere vel recordari potuit. Rhodigin.* Pauci illã quam conceperant mentem *(audientes Philoſophũ moralem)* domum perferre potuerunt. *Seneca.* Jáki pieś do kośćiołá/ táki z kośćiołá. Effluxit animo. Vt miſſo ſponſi furtiuo munere malum.

Procurrit caſto virginis è gremio. *Catul.*

Defluxit

Defluxit ex animo. *Propert.* Deuoraui nomen imprudens modò. *Plaut.* ἄνεσις φέρειν εἰδιδόν. *Menander Hiſtoricus.* Auris ferre dedit. i. *neglexit, oblitus eſt.* Credere ventis. *Catull.* Tradere ventis. *Horat.* Cunctáne in æquoreos abierũt irrita vẽtos? *Ouid.* εἰς ὕδωρ: ἐν ὕδατι: καὶ ὕδατι γράφειν. *Ex Platone Luciano.* In aqua ſcribere, i. *obliuiſci.* *Sic Catull.* Mulier cupido quod dicit amanti In vento & rapida ſcribere oportet aqua. i. *irritum eſt.* *Rectè hîc etiam vſurpes.* Dolium pertuſum, *pro homine vel memoria non tenaci.* Leporinam memoriam habet, currendo eam amittit. i. *eundo omnium obliſcitur. Garner. è Gallicis dicterijs.* Lupo ceruario magis obliuioſus. *Rhodigin.* *vide* Lákomy wzbiérániu. Legere ſepulchra eſt perdere memoriã. *Cic. Rhodigin.*

Zápomniß abo wſpomniß do panteymatki. Rzéczeß: O matuchno miła! Longè illi dea mater erit. *Turnus de Ænea apud Virgil.* *Sic apud Plautum, puella naufraga eiecta inſolitudinem, lamentans poſt alia dicit:* Hæc parentes haud mei ſcitis miſeri, me nunc miſeram ita eſſe vt ſum;

Zaprzec śie ſzyney rzéczy trudno.

Iuglandium recentium corticem tractaſti. *Ex Plinio. qui ait:* Iuglandium nucum cortice tinguntur lanæ & rufatur capillus, primùm prodeuntibus nucleis. id compertum infectis tractatu manibus. *De hac re ſic Ouid. in Nuce.*

Cætera ſæpe tamen potuêre admiſſa negari,
Et crimen vox eſt inficiata ſuum.
Noſtra notat fuſco digitos iniuria ſucco,
Cortice contactas inficiente manus.
Illè meus cruor eſt, illo maculata cruore
Non profectura dextra lauatur aqua.

Illi non liquet, reliquis luce Solis clarius eſſe videtur. *Cic.* Solem è mundo tollere. *Idem.* V. Záſzney rzéczy przéć.

Zárt obrazliwy. Zartuié obrazliwie. Zły to zárt.

Mauult amicum quam dictum (*Lepidum ſed offendens*) perdere. *Quintili.* Dum modò riſum Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico. *Horatii.*

Quare tolle iocos, non eſt iocus eſſe malignum,
Nunquam ſunt grati qui nocuêre ſales.

Quidam vrbanitatẽ continere neſciunt, nec periculoſis abſtinere ſalibus. *Seneca.* Calliſthenem ob intempeſtiuè liberos ſales occidit Alexander. *Idem.* ὁ βωμολόχος ἥδιων ἐστὶ τῷ γελοίῳ, ᾧ ὅτε ἑαυτῷ ὅτε τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος, ἐὰν γέλωτα ποιήσῃ. *Ariſtotel.* Scurra ridiculis inferior eſt (. i. *neſcit moderari iocos*) nec à ſe nec ab alijs abſtinet, dum modò riſum moueat.

Sales dentatos eſſe non vult *Seneca.*

ἀριόγελως. Inurbanè ridiculus. V. Smiech niéwczéśny.

Zartem śie prawdy namowic.

Zárt podczás zá prawde ſtoi. Zárt tácno śie w prawde obroći.

— Ridentem dicere verum Quid vetat? *Horat. Immo vt idem ait*: Ridiculũ acri Fortiùs & meliùs magnas plerumq; ſecat res. i. *componit, finit. Sic Gorgias apud Ariſtotelem docet.* τὰ μὲν σπουδὴν διαφθείρειν τῷ γέλωτι, τὸν δὲ γέλωτα σπουδῇ. Seria diſcutienda riſu, ridicula autem ſerijs. *Et S. Baſilius.* οἱ ἰατροὶ σοφοὶ τὰ φαρμάκων τὰ αὐστηρότερα πίνειν διδόντες τοῖς κακοστόμοις, μέλιτι πολλάκις τὴν κύλικα περιχρίουσι. i. Medici ſapientes pharmaca auſteriora bibenda dantes faſtidientibus cibos, melle ſæpe calicem perungunt. *Philoxenus piſciculum de Galatea interrogans.* *Vide* Lepße goſpodarzowi. *Perſius de Cornuto Magiſtro ſuo.*

— Pallentes radere mores Doctus & ingenuo culpam defigere ludo. i. *Noſti vitioſos mores perſtringere, & iocabundus ſcis vitia ioco acri ſed vrbano carpere.*

καλυβεῖν ἀληθὲς παιδιᾷ ἀμιστὲς πέλει. *A.* Contecta veritas ioco, haud parit odium. Comœdia maximè verũ dicit. *Vetus dictum.* Comœdia eſt imago veritatis. *Cic. In Comœdia quidam repræſentans Laureolum laceratum à feris, verè laceratus eſt, de quo Martial. ait:* In quo quæ fuerat fabula pœna fuit.

Nudáq; per ludum pectora noſtra patent. *Ouid.*

ἄκρας συνέσεως ἐστὶ, φιλοσοφεῖν, μὴ δοκεῖν φιλοσοφεῖν, καὶ παίζοντα, διαπράττεσθαι τὰ τῶν σπουδαζόντων. *Plutarchus.* Maximæ ſcientiæ eſt, philoſophari ſic, vt hoc non videaris agere, & ludentem, res ſerias conficere.

Apud Lacones magnus erat vſus facetiarum & ſcommatum dictorumq; acutorum, quibus etiam in publicis certaminibus peccantes perſtringebantur, & ſeriarum caſtigationum vim & ſenſum habebant. teſte Plutarcho.

πολλάκις τὸ βραχὺ πρᾶγμα & ῥῆμα καὶ παιδιά τις, ἔμφασιν ἤθους ἐποίησεν μᾶλλον, ἢ μάχαι μυριόνεκροι καὶ πολιορκίαι πολέων. *Plutarch.*

Sæpe exiguum factum & dictum & iocus aliquis, ſpecimen exhibebat morum, magis quàm funeſtiſſima prælia & vrbium expugnationes.

Lycon hiſtrio, cùm in theatro placere ſe Alexandro aduerteret, pòëmati inſeruit verſum qui decem talentorum petitionem contineret, rex ſubridens iuſſit dari. Idem Plutarch.

Ludus genuit iram, ira bellum. *Horat.*

Iocandum vt ſeriò agas. *Anacharſis apud Ariſtotelem ait:* παίζειν ὅπως σπουδάζῃ, ὀρθῶς ἔχει. Iocari vt ſeria agas, bene habet. *Geneſius hiſtrio, in theatro per iocum & irridens Chriſtianos baptizatus, ſtatim Chriſtianum ſe Diocletiano profeſſus & occiſus crudeliter eſt. 25. Auguſti Martyrolog.* Sæpe ego, ne biberem, volui dormire videri. Dum videor, ſomno lumina victa dedi. *Ouidi.*

Zartem podzas rychley zbedzieß / vydzieß / niż prawdą.

Ludicra per verba res mox lenitur acerba. *Ex Anonymo Rhythm.*

μῦθος ὁ ἐυτράπελος τάχα πράγματα σκληρὰ πραΰνει. *A.*

Seria riſu, ridicula ſerijs diſcutiuntur. *Gorgias ſuprà.*

Quod ab eo eſt obiectum, lepore magis eleuandum, quam contentione frangendum. *Cic.* Prompta & iocoſa reſponſio, ſæpe à periculo liberat. *Garner. Huc facit reſponſum militum Pyrrho, datũ.* v. Przy pełney. *Plura talia habet Cic. 2. de Ora-*

de Oratore in Iocis. Materia petulantibus & per contumeliam vrbanis ſubtrahitur, ſi prior illam occupes. Nemo alijs riſum præbuit qui à ſe cœpit. *Seneca. Cleanthes per probrum à quodam aſinus appellatus reſpondit: Aſinus quidem ſum, ſed qui Zenonis ſarcinam portare poſſim. Plutus.*

Żartownik vczciwy. Żártuiéć on / álé wie iáko.

Ille ego ſum — Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonem,
Soluere *(riſu)* qui Curios Fabricioſq; graues.
Sed nihil à noſtro ſumpſit mea vita theatro,
Et ſola tantùm ſcenicus arte feror. *Martial. de Latino hiſtrione honeſto.*
Innocuos cenſura poteſt permittere ſales. *(ſtra eſt.*
Laſciua eſt nobis pagina, vita proba. *Idem de ſe iocante in ſcriptis, ſed ſru-*
Crede mihi, diſtant mores à carmine noſtro
Vita verecunda eſt, Muſa iocoſa mea eſt. *Ouid. de ſe.*
μοὶ βίος ἀιδήμων, ἀσεῖός ἐστι λόγος. *A.*
Laſciuus verſu mente pudicus erat. *Adrian. Imper. in Epitaphio Voconij.*
Nam caſtũ eſſe decet pium Pòétam. Ipſum, verſiculos neceſſe non eſt. *Catull. Sed oppoſitum verũ eſt. vide* Co ſie czynić nie godźi. & Poznáć z mowy.

Reſtè Cic. 2. de Oratore, multa egregia de iocis dans præcepta, hoc quoq; monuit, Vt in ijs vitetur obſcœnitas, ſcurrilitas, geſtus mimicus parùm decorus, & quiduis aliud, quo aliquis honeſtus meritò offendi poſſit. *Lege ſequentia, ſimilia ſunt.*

Żártowáć oſtrożnie potrzebá.

Inter conuiuas fac ſis ſermone modeſtus,
Ne dicare loquax cùm vis vrbanus haberi. *Cato.*
πειπιστὴς χαρὲν γλυκερῶ μέτρον ἴχνο μύθε,
ὡς μὴ ἀτερμολόγος δοκέῃς ἀσεῖα διώκων. *Mylius.*
Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum
Auditoris, & eſt quædam tamen hic quoq; virtus. *Horat.*
Nec tuum quidem eſt amicis per iocum iniuſtè loqui. *Plaut.*
Graue crimen etiam leuiter cum dictum eſt nocet. *P. Syrus.*

Salibus qui neſcit cautè artificioſe ac tempeſtiuè vti, omninò abſtineat. Nam ſalibus ſæpe magis quam conuicijs offenduntur, quia hæc plerunq; ab iracundia proficiſcuntur, illi à malignitate & ſtudio contumeliæ cum apparatu. Ex Plutarcho qui Sympoſiaco 2. docet quomodo ſit iocandum. & Cic. 2. de Oratore. Ipſe Cic. teſte Plutarcho, ſalibus & facetijs excelluit, ſed cùm effuſior in his eſſet, multos offendit, & malignus habitus eſt. Martial. in Seſtium, qui ludens ſtolida procacitate, vrbanus ſibi viſus eſt, dicit:

Non cuicunq; datum eſt habere naſum. i. *facultatem argutè & vrbanè iocandi. Idem de ſuo conuiuio.* Accedent ſine teſte ioci, nec mane timenda
Libertas, & nil quod tacuiſſe velis.
Nec facient quenquam pocula noſtra reum.

Quæ cadere poſſunt in quos aolis, quamuis ſint bella, ſunt tamen ſcurrilia (&

relin-

relinquenda) Nec insignis improbitas, & sceleri iuncta; nec rursus miseria insignis agitata ridetur. Parcendum maximè charitati hominū, ne temerè in eos dicas, qui diliguntur. *Cic.* Potiùs dictum perdendum quàm amicus. *Ex Quintil. suprà.*

Interpone tuis interdū seria ludis *(vel nugis) Ex Catone versiculus aptè deriuatus.*

ἔσθ' ὅτε τὰ σπουδαῖα τοῖσιν πάιγμασι μίσγειν. *A.*

Vide præcedentia.

Żartownik / żártem przyiaćiel. Kunsztarza abo błazná rádzi wszyscy słuchaią / lecz go zá przyiaćielá nie máią.

γελᾶσθαι δ' φιλεῖσθαι ἔιρων πᾶσιν. *A.*

Ridere scurram non amare omnes amant. *Ex Martiali qui lib. 7. epigr. 75. in Philomusum ioculatorem sic scribit.*

Quòd te diripiunt potentiores Per conuiuia, porticus, theatra, &c.
Nolito nimiùm tibi placere, Delectas Philomuse, non amaris.

ὁ παιγνιώδης παιδικῶς ἐστὶν φίλος *A.* Cunctis iocator est amicus per iocum. Paucis voluptati, nullis amori, omnibus risui. *Sidonius de talibus.*

Żártu w prawdę obrácáć nie trzebá.

Si quid per iocum dixi, nolito in serium conuertere. *Plaut.*

Si quidem per iocum dictum est, seriò præuortier (*arripere, anticipare*) non æquum est. *Idem.*

Eia! haud vestrum est iracundos esse, quod dixi ioco. i. *non decet vos.*

R. Nec tuum est amicis per iocum iniustè loqui. *Idem.*

παίζων ἔπραξα. Ludens feci. *fraudulentus amicus deprehensus dicit. Prouer. 26.*

Magis istuc percipimus lingua dici quàm factis fore. *Plaut. i. iocaris & ego non accipio seriò.* λεχθέντα διὰ γέλωτος, εἶτας μὴ λάβοις. *A.*

Prolata per iocum, accipere caue seriò.

Salsè iactum in se dictum cum facetia, ferre sine dolore & hilariter, non est indignum ingenuo & disciplinā experto, sed liberale & Laconicum. *Plutarch. Græc.*

Zasługi serca dodáią.

Sume superbiam quæsitam meritis. *Horat. excitat in se spem gloriæ immortalis, tanquam debitam ingenio & labori suscepto in scribendis versibus.*

In Plauti Captiuis, Ergasilus parasitus, ferens lætum nuntium Hegioni de filio reuerso ex captiuitate, miram lætitiam & arrogantiam verbis, incessu, gestu præsefert.

2. *Regū 3. Abner dicit Isboseth:* Ego feci misericordiam super domū patris tui & fratres & proximos, & te non tradidi in manus Dauid; & tu arguis me ob mulierē.

εὐεργέτημα θαρσαλέον εἶναι ποιεῖ. *A.* Bona merita addunt cuiq; confidentiam. *Themistocles benè meritus de Athenientibus cùm aduersus eum ex inuidia tumultuarentur, dixit pro concione.* τί θορυβᾶτε ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις εὖ πάσχοντες; Quid turbamini, si sæpiùs ab ijsdem beneficia accipitis? *Plutarch.*

Zá ßczebćiem / zá powodem śie vdaway. Po wiétrze/ po wódźié / miło iáchác i ſporo.

Quaque vocant fluctus, hâc tibi remus eat. *Ouidi.*

Vela dato ventis. *Virg.* Ventis intendito vela ſecundis. *Idem.*

Aurigam (*nauclerum*) video vela dediſſe rati. *Ouid.*

Vtcunq; in alto eſt vẽtus (*.i. vndecũq;, qualiſcunq;*) exin (*.i. ita*) velũ vertitur. *Plaut.*

Vt res dant ſeſe nobis, ita, &c. *Terent.* Permittere vela ventis. *Quintilian.*

πῇ ἄνεμοι καλέσσι, ϑεᾶς νεὸς ἴστία κάμψον. *A.*

Quo te cunq; vocant venti. iſtuc flectito vela. V. tyká drzeć. Záżyway.

Záßędł w las daléko.

λαβύρινθον πόρρω εἰσῆλθεν. Labyrinthum longè ingreſſus eſt.

ποικίλοις λαβυρίνθοις πέπλεκται. *E Nazianze.* Varijs labyrinthis implicatus eſt.

— Illum anceps labyrinthus & error Circumflexus agit. *Prudentius.*

οὐδ' ἐξηκεστίδης ἂν εὕροι τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. *Ariſtophan.* Ne Execeſtides quidem (*peregrinus & vagus inſignis*) rectam viam inuenerit.

Zaßkodźić cbcąc / pomogł.

Dobrodźieyſtwo i od niéprzyiaćiełá dobre / ábo / bierz.

Homines cùm lædere cupiunt, beneficia ſæpiùs impertiunt. *Caſſiodorus. Phalereus deploratus à medicis, cùm mortem in acie quæreret, vulneratus ab hoſte vomica rupta ſalutem reperit. Plini. Sic Telephus ab Achille ſecundò vulneratus, ſanatus eſt: cui Vulneris auxilium Pelias haſta tulit, ait Ouidi. Sic item Lacydes rex Argiuorum volens enſe confodere Promethea Theſſalum, vomicam eius aperuit & ſalutem attulit. Apud Plutarchum. Item Smicynthes Nicanorem ephippio percutiens ſalutare vulnus ei intulit. Ioan. Gramnatic. Græcus. Item Vxor marito inuiſo ægrotanti obtulit toxicum, & quo citiùs periret argentum viuum miſcuit; quæ ſeparata venenum ſunt, coniuncta antidotum. ſic ille ſaluus manſit. De hoc Auſonius.*

Quam pia vota deûm! prodeſt crudelior vxor.
Et cùm fata volunt, bina venena iuuant.

ἐνεργέτησε πολλάκις κακοποιῶν θέλων. *A.* Perſæpe qui nocere voluit, profuit.

τὸν νῦν ἔχοντός ἐστι, καὶ δεῖ τὰ ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. *Plutarch.*

Sapientis eſt, & ab inimicis vtilitatem capere.

Záwiędźieſz go tem gdźié chcéſz.

ἡ αἶξ τὸ κινάμωμον. *ſ. διώκει. Euſtathi. Philoſtrat.* Capra (*Arabica*) cinnamomum perſequitur, appetit. *Nam auidiſſima eius eſt, & mox eius odorem ſentit atq; accurrit.* Vel in crucem prandio perduci poteſt. *Vide* Zá chlébem idźié.

Zawtéś na kołku pyche / ßlachéctwo. *v.* Złóż pyche z ſérca.

Záwſtydźic śie nié pół rzéczy.

Plùs mille nummis conſtat erubuiſſe. *Horati. l. 8. ep. 17.*

Egi Sexte tuam pactus duo millia cauſam (*ſo Philippeos.*)
Miſiſti nummos quot mihi? mille. quid eſt?
Narraſti nihil inquis, & à te perdita cauſa eſt. Ex. *Poëta.*
Tantò plùs debes Sexte quòd erubui.

Záwße to bedźié. Póki świát świátem.

In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt, conuexa polus dum ſidera paſcet,
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt. *Virgil.*
Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iazyges arcu. &c.
Dum rapidas Simois in mare voluet aquas. *Ouid.*
Dum cælum ſtellas, dum vehit amnis aquas. *Tibull.*
Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit. *Virgil.*
Dum terra cælum media libratum feret. *Seneca Medea.*
Lucida dum current annoſi ſidera mundi. *Idem Oedipo.*
Φωκείων μέχρις κὲ μένει μέγας ἐν ἁλὶ μύδρος.
In Pelago dum ſaxum ingens Phocenſe manebit. i. *ſemper. Explico id ſub* Nigdy.

Záwße co zrobić.

Nulla dies abeat quin linea ducta ſuperſit. *Ad Apellu dictum alludit. quod vide ſub* Vlicem dźiś nieźrobił.

Záwße iedno. Vſtáwicznie toż powtarzáć.

Cantilenam eandem canis. *Terent.* τὸ αὐτὸ ἄσμα ᾄδεις.
Eandem incudem ſemper tundere. *Cic.* Quouſque eadem? *Seneca.*
——Chorda ſemper oberrat eâdem. *Horati.*
Cætera de genere hoc. *Lucretius hoc hemiſtichium decies repetijt. Homerus autem* ὡς φάτο. *& alia multa ſæpiſſimè repetit.* δὶς κόρινθος. *Pindar.* Iouis Corinthus. *dicitur de eo qui eandem rem ſæpe repetit.* V. Chełpliwy.
Per eandem lineam ferram reciprocare. *Tertullian.*
Nam quæcunque ſedens modò legerat, hæc eadem ſtans
Proferet, atque eadem cantabit verſibus ijſdem. *Iuuenal.*
Ἑτέρα περιτροπή. *Plutarch.* Piſtilli circumactio.
αὐτὰ δ' αὐτῶν. *Diogenian.* Eadem per eadem. ſ. *explicat, idem ſemper facit, inculcat.*
ἀφ' ἑνὸς μαχαίρας ζωάδες. *Plutarch.* Ad eandem formulam concinit.
κεθάκειτος dictus erat Vlpianus quidam apud *Athenæum, quòd quicquid loqueretur à verbis illis* κεῖται. *vel à* κεῖται (*i. receptum eſt, vel, non eſt receptum*) *inciperet & ea crebrò inculcaret.* *Affine*, Temći wßędy zátkáć.

Záwße iedno ſprzykrzy śie.

Omnibus in rebus ſimilitudo ſatietatis mater. *Cic.* λυπεῖ καὶ τὰ ἡδέα, ἐὰν ἀεὶ ζωιχῶς ποιῇ. *Ariſtotel.* Moleſta fiunt & iucunda, ſi quis aſſiduò faciat.

τὸ αὐτὸ.

τὸ ἀεὶ ὅμοιον, ταχὺ γίνεται ἀνθρώπῳ πεφορτικός. *Lucian.* Quod ſemper ſimile vel idem eſt, citò homini fit faſtidioſum.

Occidit miſeros crambe repetita magiſtros. *Iuuenal. Intelligit autem crambes nomine lectionem vel declamationem ingratam, cum faſtidio apud audientes repetitam. vt faſtidio eſſe ſolet crambe ſæpiùs appoſita. Vt Græcum dictum habet.*

δὶς κράμβη θάνατος. *Suidas.* Bis (*appoſita*) crambe, mors (*eſt.*) *Vel* κράμβη δίσεφθος θάνατος Crambe recocta vel bis cocta mors, i. *ingrata, noxia.*

—— Et citharœdus Ridetur chorda qui ſemper oberrat eâdem. *Horat.*

Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt. *P. Syrus. De aſſiduitate quidam intelligunt, quæ res etiam gratas reddit ingratas. Quid ſi ita intelligas? Bene agere ex ſola conſuetudine, minùs eſſe laudabile, quàm ex virtute. Sed iam aliò hoc dictum hoc ſenſu pertinebit. Apud Lucianum Menippus interrogat Chironem apud inferos, cur mortuus ſit, qui deus habebatur? Reſpondet ille dicens; Ideò quòd viuens iiſdem perpetuò rebus vtebar, ſole, luce, cibo; horæ eædem recurrebant, & reliqua omnia in orbem redibant, atq; ita ſatietas eorum me cepit. Nec enim voluptas in eo ſita eſt, ſi perpetuò fruaris iiſdem, ſed omninò in viciſſitudine & permutatione poſita eſt.*

Zaymieß mi kaʒki na błocie abo na wodzie. V. Vgroziß mi.

Zazdroſć nie ßczęśliwemu nie ßkodźi ani mężnemu.

Inuidiam ferre fortis & felix poteſt. *P. Syrus.*

ἰσχυρὸς ὀλβιός τε φθόνον οὐ παθεῖν. *A.*

Martialis videns ſua carmina omnibus eſſe grata, inſultat inuido dicens:

Laudat, amat, cantat noſtros mea Roma libellos,
Meque ſinus omnis, me manus omnis habet.
Ecce rubet quidam, pallet, ſtupet, oſcitat, odit.
Hoc volo: nunc nobis carmina noſtra placent.

Illi quibus inuidetur, rem habent. *Plaut.*

Zazdroſć ſobie ßkodliwa.

Maleuolus ſemper ſuâ natura veſcitur. *P. Syrus.*

ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

Inuidia ipſa ſeipſam ſuis telis domat. *Vel* Ipſa ſuis ſemet ſubigit mens inuida telis.

ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον, ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ,
τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην. *Epigram.*

Inuidia peſſimum quid eſt, habet verò quiddam boni in ſe,
Tabefacit enim inuidorum oculos & cor. *Idem habet Iſocrates.*

Sic Martial. imprecatur inuido pœnam grauem & aptam dicens:

Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. *Et Horat.*

Inuidus alterius rebus macreſcit opimis. *Item.*

Inuidiâ Siculi non inuenêre Tyranni Maius tormentum.

Symbolum Inuidiæ Baſiliſcus Ægyptius, *qui ſpeculo ſibi obiecto inſpecto, ſeipſum, venene*

neno in ſe repercuſſo, necat. Solinus. Ælianus. alij id negant vt in 1. Tomo dixi.

Liuor tabificũ malis venenum. &c. *Virgil. in Catalectis, vbi multa mala inuidiæ enumerat: obuius eſt liber. Hadrian. Iunius l. 3. Animaduerſ. c. 9. pulchris aliquot exemplis antiquis & recentioribus oſtendit, Rerum affluentiam communi mortalium vſui à Deo conceſſam, deſinere ſæpenumerò ob quorundam maleuolentiã, parcitatem vel inuidiam.*

Zazdrość z cudzego dobrá / ábo ſzczęścia śię rodźi.

Virtutis comes inuidia plerumque bonos inſectatur. *Cic.*
Inuidetur præſtanti florentique fortunæ. *Idem.*
Animaduerti induſtrias patere inuidiæ proximi. *Eccleſiaſtes. c. 4.*
Rumpitur inuidia quidam. quòd me Roma colit. *Martial.*

Inuidia quoniam ceu fulmine ſumma vaporant. *Lucreti.*
Macerat inuidia, ante oculos illum eſſe potentem,
Illum aſpectari, claro qui incedit honore,
Ipſi ſe in tenebris volui cœnoque queruntur. *Idem.*
Inuidus alterius rebus macreſcit opimis. *Horat.*

Pulchriorem fumus perſequitur. *Vulgare dictum recentiorum ex Athenæo, vbi* καπνὸς καλὸς πειρᾷ. Fumus *(Paraſitus)* pulchros aggreditur, tentat. *Quanquam id ex Ariſtophane ſumptum eſt, vbi alio ſenſu profertur.*

ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκληκας φθόνον. *Euripides.*

Rebus venuſtis ſemper eſt liuor comes. Liuor ſumma petit. *Ouid.*
Demens ſuperbis inuidet felicibus. *Auſonius.*
κρύβδα δ' ἀναλκιδὲς αἰὲν ἀγαυοτέρυς λοχόωσι. *Q. Calaber.*
Occultè imbelles præſtantibus inſidiantur.
Inuidia loquitur id quod obeſt, non quod ſubeſt. *P. Syrus.*

τὸ δ' ἄκτυμαν, φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα. *Pindar.* Hoc me male habet, quòd inuidia rependatur honeſtè factis. *vel,* conſequatur honeſtè facta.

ὁ φθόνος ἅπτεται τοῖς εὖ πράττουσι. *Libanius.* Inuidia proſpere agentibus inſtat.
Edentulus veſcentium dentibus inuidet. *S. Hieronym.*
Publius maleuolum quendam ſolitò triſtiorem conſpicatus dixit: Aut iſti neſcio quid mali accidit, aut neſcio cui aliquid boni. *Apud Macrobium. Bionem hoc dixiſſe inuido anteà ſcripſit Laërtius. Anacharſis apud Antonium in Meliſſa interrogatus,* Cur homines ſubinde triſtentur, *reſpondit:* Quia non ſolùm propria mala illis moleſta ſunt, ſed etiam aliena bona. *Et Theophraſtus.* Malos, *dixit,* non tantùm delectari ſuis bonis, quantùm alienis malis.

μή τι τ' ἀδελφῷ σε καλόν; *Syneſius.* Num fratri tuo bene eſt? *Inuido dictum. Vide Plautinos verſus ſub dicto.* Vżedzá zazdrośćiwa. *Themiſtocles iuuenis nil præclari ſe geſiſſe coniectabat ex eo quod inuidos nondum haberet. Rhodigin.*

Zazdrość żywe przéśláduié / vmárłym przédśię folguié.

Żywe gániemy; zmárłe chwalemy,

Paſcitur

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quemque tuetur honor. *Ouid.*
Scripta placent à morte fere, quia lædere viuos
Liuor & inuiso carpere dente solet. *Idem.*
Esse quid hoc dicam quòd viuis fama negatur?
Et sua quòd rarus tempora lector amet?
Hi sunt inuidiæ nimirum Regule mores,
Præferat antiquos semper vt illa nouis. *Martial.*

ζῶσιν ἀλιμάσαλες, ἀποφθίμενον πεθέουσι. *Suidas.* Viuum ignominia afficientes (*vbi affecerunt*) mortuum desiderant.

τὸ κλέος ἐσομένου. *Plutarch.* Gloria futuri: *est temporis.*

Horat. de Hercule. Comperit inuidiam supremo fine domari.

Idem de eo cui inuidetur, ait: Exstinctus amabitur idem.

φθόνος τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀλίπαλον, τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν, ἀσυναγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται. *Thucydides.* Viuenti inuidia est apud aduersarium, quod verò obuium non est, absque contradictione beneuolentia colitur.

ὄψον λόγοι φθονερῶν. *Pindar.* Obsonium inuidorum sunt sermones.

Præficæ laus. *vel* Præfica mortuum laudans. *Plaut.* Hæc quidem opinor præfica est quæ sic mortuum collaudat. *præsertim maritum ad inuidiam viuentis ait Erasmus.* V. Vmárły od zazdrośći wolen.

Zazdrościwemu swoie rzeczy nie smakuią.

Nulli ad aliena respicienti sua placent. *Seneca.*

ἀλλότρια θαυμάζων ἀποβρίπτει ἴδια. *A.*

Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors. *Horat.*

Nunquam erit felix quem torquebit felicior. *Seneca.*

Zazdrościwy.

χαραδριὸν μιμούμενος: *vel*, πιπράσκων. Charadrium imitans, vel vendens. *Quæ auis ab ictterico aspecta eum sanat, ideoq; eius venditor eam occultat, ne emptor priùs sanetur, quàm eam emat. Ex Aristophane.*

φθόνος ἄντικρυς τὸ τοιοῦτο, ἀφ' ὧν μηδὲν ὑμεῖς ἠδικηθε, τούτων κωλύειν μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις *Lucian.* Inuidia manifesta hæc est, ex quibus nullum damnum vel iniuria vobis oritur, eorum participes esse indigentes prohibere.

Ceruus cornua sua hominibus vtilia abscondit, inuidiâ. *Ælian.*

Stellio Symbolum inuidiæ, *qui mebranam suam vernatione exutam hominibus salutarem deuorat. Plin.* Lynx vrinam suam *è qua Lyncurium gemma nascitur homini medica, arena obruit, inuidiâ. Idem* Coturnix vbi aquam in fonte limpido bibit, reliquam rostro ac pedibus turbat ac lutosam reddit ne cui animanti vtilis sit. *Pierius. Damnat id in homine Ezechiel. c. 34.* *Dracones Indici Draconitem gemmam in capite gerunt, quam cùm occiduntur destruunt, homini medicinam inuidentes, quare dormientes occidi debent. Philostrat. Plini. Rhodigin.*

Echinus ſentiens ſe peti, contrahit ſe in globum, tum ſi vrgeatur, cutem lotio perfundit, ob quam ſe peti putat, inuidens eam homini, nam mox ex ea aculei deſluunt. Geſnerus ex Æliano & Plinio: ſed rectè addit, non ex inuidia, ſed ex metu id facere echinum, quod item de ſuprà poſitis animalibus ſentire licet cum Theophraſto, Sextio apud Plinium. Matreæ belluam alit. i. *Inuidia laborat. Nam Matreas Alexandrinus ænigmate ludere ſolebat, dicens ſe θηρίον τι τρέφειν, ὅπερ αὐτὸ ἑαυτὸ ἐσθίει.* Belluam quandam alere, quæ ſeipſam comedit. *Euſtathi. ex Athenæo.*

Żażyłéś dobrego/ ſkoſztuy też złego. Wyżyłéś gody/ ćierp też głody.

Fæcem bibat qui vinum bibit. *Ex Ariſtophane. Sic ille habet.*

ὁμως δ' ἐπειδὴ χ̓ τ̓ οἶνον ἠξίες. πίνειν, συνεκπόσ' ἐστί σοι κἀν τῲ τρύγα.

Verũtamẽ vbi merũ ebibere dignatus es, Eſt ebibenda tota fæx pariter tibi.

Multa ex quo fuerint commoda, eius incõmoda æquum eſt ferre. *Terent.*

Idẽ animus eſt in paupertate, qui olim in diuitijs fuit *(mihi cũ viro meo) Plaut.*

Commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis. *Anonym. Rhyth.*

τῲ τρύγα συνεκπίῃν. *Suidas.* Fæces ſimul cum vino exhauriendæ ſunt.

Żażyway pókí ábo kiedy możeß.

Dictum hoc eſt Ethnicorum palato ventri & genio indulgentium & eorum qui ſunt Epicuri de grege porci. vt Horat. ſe appellat. Eius illa ſunt:

Tu quamcunq; Deus tibi fortunauerit horam,
Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum.

Item. Dona præſentis rape lætus horæ. *Item.*

Tu ſapias, vina liques, & ſpatio breui,
Spem longam reſeces, dum loquimur, fugerit inuida
Ætas, carpe diem, quam minimùm credula poſtero. *Item.*
Nunc vino pellite curas Cras ingens iterabimus æquor.

Properate viuere pueræ, quas ſinit ætatula, ludere, eſſe, amare. *Varro.*

Non tibi venit in mentem amabo, ſi dum viuas, tibi bene facias;
Neq; ſi hoc hodie amiſeris, poſt mortem id eſſe euenturum nunquam? *Plaut.*

Indulge genio, carpamus gaudia, noſtrum eſt
Quod viuis, cinis & manes & fabula fies.
Viue memor lethi, fugit hora. &c. *Perſius.* δάκτυλος ἡμέρα *vel* ἠὼς.
Digitus eſt dies *vel* aurora. i. *breuis. quare* πίνομεν *bibamus, &c. Henric. Steph. ex Alcæo & Homero, hoc dictum ait fuiſſe* κέλευσμα *miniſtrorum Bacchi, quo ſe ad potandum excitabant.*

Viue velut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe. *Martial.*
Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant.
Hæc vtraque manu complexuque aſſere toto,
Sæpe fluunt imo ſic quoq; lapſa ſinu. *Idem.*
Non eſt crede mihi ſapientis dicere viuam.
Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie. *Idem.*

Quis-

Quiſquam viuere, cum ſciat, moratur? *Idem.*

Quare ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes,
Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus. *Properti.*

Hoſpes! Es, bibe, animo obſequere mecum atq; onera te hilaritudine. *Plaut.* ἐγὼ τῶ φαγεῖν καὶ τῶ πιεῖν οὐδὲν εὐκληστότερον εὑρίσκω ἐν τῷ βίῳ ὄν, οὐδὲ ζῆν γε ἄνευ τούτου ἐστί. *Lucian.* Ego nil melius inuenio in vita, quàm comedere & bibere, neque vero abſque hoc viuere eſt.

γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον, αὐτὴ πατήρ σοι, καὶ πάλιν μητὴρ μόνη, ἀρεταὶ δὲ, πρεσβεῖαί τε. καὶ στρατηγίαι, ἔξης δ' ὅσ' ἂν φάγῃς τε καὶ πίῃς μόνα, ἀποδοὶ δὲ τ' ἄλλα. *Sotion.* Ventre nil iucundius, ſolus hic tibi ſit pater, ſolus item mater, & virtutes & legationes, & præturæ: ſola tua habebis, quæ edes & bibes. cinis ſunt cætera.

πῖνε καὶ παῖζε θνητὸς, ὁ βίος ὀλίγος ὁ ἐπὶ γῆς χρόνος,
θάνατος δ' ἀθάνατός ἐστιν ἅπαξ ἄν τις ἀποθάνῃ. *Amphis.*

Bibe & lude mortalis, vita exiguum eſt in terra tempus,
Mors autem immortalis vbi quis ſemel mortuus fuerit.

Cuncta manus auidas fugient hæredis, amico Quod dederis animo. *Horati. i. quæ tu genio indulgens conſumpſeris, tua erunt, nec hæres ijs inhians ijſdem gaudebit.*

Apud Plautum quidam è conuiuio egreſſus dicit:

Ita victu excurato, ita mūditijs dignè Itaq; in loco feſtiuo ſumus feſtiuè accepti, Quid opus me multas agere ambages? hoc eſt homini quamobrem vitam amet, hîc omnes Voluptates, in hoc venuſtates omnes ſunt, Deis proximū eſſe arbitror. *Sardanapalus ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit hæc,* ἔφαγον, ἔπιον ἠφροδίασα — καὶ ἀδεμίαν ἡμέραν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν. *Ex Athenæo (ſed contraxi)* Edi, bibi, feci, &c. & nullam diem prætermiſi hoc agere. *Aliter.* ἔσθιε, πῖνε, ὄλιζε, ὡς τὰ ἄλλα ἀδόξως ἐστὶν ἄξια. *Apollodor.* Ede, bibe, fac, nam reliqua nihil ſunt. *Aliter, item.* σὺ δὲ ὦ ξένε, ἔσθιε, καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς τἄλλα ἀνθρώπεια οὐκ ὄντα τοῦτο ἄξια. *Suidas* Tu verò hoſpes, ede, bibe, lude, tanquam cæteræ res humanæ huius (δεικλικῶς, geſtu adiuuando) non ſint dignæ. *Sed ſtatua eius habuit dextræ manus digitos eo modo compoſitos, quo ſolemus crepitum digitis edere & ducere:* huius non facio. *Athenæus.* *In Epigrammate autem Græco ſic ipſe de ſe loquitur.*

κεῖνὰ ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφυβρισα, καὶ σὺν ἑρωτι
τερπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται. *Quæ ſic reddidit Cic.* Hæc habeo quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſit, at illa iacent multa & præclara relicta. *Et addit idem Cicero:*
Quid aliud, inquit Ariſtoteles in bouis non in regis ſepulchro inſcriberes? *Polonice quiſpiam reddidit:* To mam w zyſku / com miał w pyſku.
Plura Biſciola lib. 2. de hoc & de eius ſimilibus.

Sic apud Iſaiam c. 21. dicunt improbi & ſtulti. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. *Et Sapientiæ. c. 2.* Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, &c. Vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum, &c. Venite ergo fruamur bonis,

bonis, &c. quoniam hæc eſt pars noſtra & hæc eſt ſors. *lege totum caput.*

Sed & Seneca ethnicus ſtultorum & improborum verba illa habet. Epiſt. 123. Virtus & philoſophia & iuſtitia verborum inanium crepitus eſt. Vna felicitas eſt, bona vita, facere omnia liberè, frui patrimonio, &c.

Affine, Ⓞ iutro nié dbam. Łyká drzeć.

Zbieráne rzéczy / mowá / kśięgá.

ἐτύγχανε λόγ☉ αὐτῦ κατὰ τ̃ αἰσώπε κολοιὸν, συμφόρητ☉ ἐκ τ̃ ποικίλων ἀλλοτρίων πτερῶν. *Lucian.* Erat oratio eius iuxta Æſopi graculum, contexta ex varijs alienis plumis. τηλέφε ὠκυτόκιον. *Suidas.* Telephi ocytocium. *quaſi citiparium. liber varia ſcitu digna & vtilia continens, ex quo mox quiduis depromere poſſis, talem Telephus Grammaticus ſcripſerat.* V. Cudzem śie zdobić. Z to i owo.

Zbit go z iédnochody. *V.* Pomylono mu ſtyki.

Zbladł od ſtrachu / iák chuſtá. Nié dorzézał by śie w nim krwié.

ἐκηρώθη: διὰ τὸ δεὸς κήρ☉ ἐγένετο. *Suidas.* Cereus vel ceræ inſtar præ metu factus eſt. *Plautus ait.* Guttam ſanguinis non habet. Adraſtæo pallore perfuſus. *Ammian. ab Adraſto Rege Argiuorũ meticuloſo.* Kośćielna bárwá ná niem. ἀδὲν διαίρει Χαιρεφῶντ☉ τῇ Φύσει. *Ariſtophan.* Nil figura à Chærephonte diſcrepat. *Pallidus is Pœta nimis fuit ex nocturnis lucubrationibus.*

τρικάρηνον ἢ ἑκάτην τεθέασαι. *Lucian.* Cerberum aut Hecaten aſpexiſti.

Affine, Boiáźliwy.

Zbytécznу ná obié ſtronié. Abo názbyt wiele / ábo názbyt máło. Abo wſzyſtko chcé ábo nic vczynić / dáć. zć. Miáry nié chowa.

Vehemens in vtramque partem es nimis, Aut largitate nimia aut parſimonia. *Terent. Talis erat Tigellius Horatij de quo ille ait.*

Nil æquale homini fuit illi, ſæpe velut qui
Currebat fugiens hoſtem, perſæpe velut qui
Iunonis ſacra ferret: habebat ſæpe ducentos Sæpe decem ſeruos, &c.

τί δ' ὧδε πηδᾷς ἄλλοτ' ἐς ἄλλας τρόπους;
μισεῖς δὲ λίαν ἢ φιλεῖς οὐκ ἂν τύχῃ. *Euripides.*

Quid ita modò hos modò hoſce mores tranſilis?
Odiſti acerbè amaſſis nimium quemlibet.

μύρμηξ ἢ κάμηλ☉. *Lucian.* Formica aut camelus. *In mores inæquales eius qui nunc maximum ſe nunc minimum exhibet, in vtramq; partem immodicus. Triuiales dicunt.* Per extrema procedit. i. *aut multũ nimis aut parùm vult. Poſſunt huc aduocari aliqua ex Dicto:* Abo ßách ábo mét. V. g. Aut rex aut aſinus eſſe vult, &c. Decorum eſt cui addi vel demi nihil poteſt. Indecori vero ſpecies duæ ſunt nimiũ & parũ. Illud plùs quàm decet habet, hoc minùs. *Theages Græcus apud Stobæũ.*

Zbytek choroba płácić trzéba. Zbytek zdrowie pſuié.

Morbi luxuriæ ſupplicia. *Seneca.* Morbos multos multa fercula fecerunt. *Idem.*

τὰ

τὰ ποικίλ' ὄψα ποικίλας τίκτει νόσους. *A.*

ἐν πολλοῖς βρώμασιν ἔσται πόνος. *Ecclesiastic. 37.* In multis escis erit infirmitas. Eò mores venêre, vt homo cibo maximè pereat. *Plinius.* Mala valetudinis, sunt vsuræ voluptatum. *Seneca.* Innumerabiles morbos esse miraris? numera coquos. *Idem.* V. Potraw rozmáitość szkodliwa.

Zbytki to iuż. Wylewaß z brzégow.

Magna peccas. *Tacitus.* Multa peccas. *Ex Cicer.*

Desine: libertum non possum ferre Catonem. *Martial.* *Simillimus locus est in Bacchidibus Plauti initio, vbi Lydus Pædagogus cũ Pistoclero discipulo rebelli litigat.*

ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἤδη πηδᾷς. *Lucian.* Vltra sepia iam salis.

ὑπερβάθμιον πόδα ῥίπτεις. *Suidas.* Postes transcendis.

S. Hilarion roganti, Cur saccum quo indutus erat numquam mutaret vel lauaret? respondit: Superuacaneum est munditias in cilicio quærere.

Aurum in freno. V. Złoty teraz świát.

Triticeo melius quicquam tu pane requiris? *Garner.*

Cato conquerens de luxu Romanorum dixit: πλέον πεπράσθαι ἰχθὺς ἢ βῦς. Pluris venit piscis quam bos. *Apud Plutarch. Sententia eius plena est.* Difficile est saluam esse ciuitatẽ, in qua pluris venit piscis quàm bos. V. Więcéj to ná złe.

Zbytnie rzéczy / niéprzyiemne.

Nimium, ingratum. τὸ ἄμετρον, ἄχαρες.

πᾶν τὸ πέρισσον ἄχαρι. ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιὸς,
ὡς καὶ τὸ μέλι τὸ πλέον ἐστὶ χολή. *P. Melissa.*

Insuaue est quicquid nimium est. nam dicitur olim
Mel quoque si nimia est copia, bilis erit.

Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus. *Plaut.*

ἅπαν τὸ πολὺ πολέμιόν ἐστι τῇ Φύσει. Natura vt hostem quodlibet nimium fugit.

Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltra quàm satis est virtutem si petat ipsam. *Horat.*

Obserua hîc cupiditatem nimiam damnari. *Sic Cic. Tusculana 4.* Omnem cupiditatem & libidinem etiam boni & honesti assequendi damnat, etiamsi ipsius virtutis vehementior sit appetitus. *Simile illud:* Noli esse iustus multùm. *Ecclesiastæ c. 7.* τὸ δὲ πολὺ κἂν ᾖ γλυκὺ, μοχθηρόν. *Suidas ex Aristophane.* Immodicum etiamsi dulce sit, molestum est.

οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ. *Phocylides.*

Excessus, haud bonum est hominibus ferculum.

Omne quod est nimium vertitur in vitium. *Garner.* V. Miárá.

Zbyway złego iáko możéß / vchodź / omiiay / vlegay.

In nauigando tempestati obsequi, artis est, etiamsi portum tenere non queas. *Cic.*

Φυγέειν κάρλιστον, *Homer.* Fugere eſt optimum.

Βραχίστα γὰρ κρατήσει τῶν ποσὶν κακά. *Sophocles.*

Optima enim ſunt mala quæ pedibus redduntur breuiſſima. *Vel*

Vrgentibus malis celeritas optima.

ἔξον φυγεῖν σοι μηδαμῶς ζήτει λίχνει. *Alcibiades.*

Cum fugere litem liceat, hanc quærere caue.

κἂν τ' ἀρᾶς ἀποκοπέσης ἀλώπηξ. Vel cauda abſciſſa fugiendum. *Vt Vulpes Æſopi in laqueo cauda relicta fugit. Fur verò apud Herodotum manu in theſauro regio abſciſſa relicta effugit. Similiter Caſtor inſtante venatore teſticulos, ob quos ſe peti ſentit, abſcindit & fugit. Plinius.*

Nummum quærit peſtilentia, da illi duos & ducat ſeſe. *S. Auguſtin.*

Suilla abſumpta bouem ne exſpectes. φεύγετε λειπήσαντες ὗς κρέα, μηδὲ μένειν βοῦν. *Athenæ.* Fugite poſtquam cœnaſtis carnem ſuillam, ne exſpectetis bouinam. ſeu finem cœnæ. *Chijs cœnantibus quidam dixit cùm hoſtes illis imminerent.*

Nié doiaday / nié doſiaday / nié czékay wętow.

Z cudzego koná i wśrzod błotá z ſiaday.

ἀλλοτρίου ἵππου ἀποβᾶ κἂν ἐν ἕλει μέσῳ. *A.*

Deſcende equo alieno vel in medio luto.

ἀλλότρια κἂν σὺν τῷ ζῷ ἀπόδου πήμαλα. *A.*

Aliena vel tuo vbiq; redde incommodo. Aliena vel cum proprio reddas malo.

Zdob / chwal iako chcéſz / przedśie to ſpętne / zle.

τὸ πιθήκων εὐμορφότατον δύσμορφόν ἐστι. *Plato.* Simiarũ pulcherrima deformis eſt. πίθηκος ὁ πίθηκος κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα. *Lucian.* Simia, eſt ſimia, etiãſi aurea geſtet inſignia. Optimus malorum. *Martial. in amicũ qui parua donans liberalis ſibi videbatur, dicit:*

Non es erede mihi bonus, quid ergo?

Vt verũ loquar, Optimus malorũ. Æthiops non albeſcit.

V. Nié pomożé krukowi mydło. Fucus ex Hecuba non faciet Helenam.

τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρας οὔποτε βάψεις,

οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκβανύσεις,

μὴ τίνυ τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ καλάπλαττε,

ὡς τε προσωπεῖον κ' οὐκὶ πρόσωπον ἔχειν,

οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστὶ, τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος

καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν ἑκάβην ἑλένην. *Lucillius.*

Caput tingis, ſenectutem nunquam tinges, Nec genarum rugas explicabis, Ne igitur faciem totam fuco collinas, Ne perſonam non faciem habeas, Nil enim hoc prodeſt. quid inſanis? Nunquam fucus & pſimythus ex Hecuba faciet Helenam. i. *ex deformi venuſtam.*

Zdolam temu ſam.

Noſtro

Noſtro Marte. ſ. *rem geremus.* *Cic. ſic:* Hanc partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed, vt dicitur, noſtro Marte. Meis copijs. *Plaut.*

ἄνευ Θησέως. Abſque Theſeo, *qui multis viris fortiſſimis in certaminibus auxilio fuit. vt Herculi, Peritoo. Zenodotus, Plutarch.*

ἄνευ κυνῶν τε καὶ λίνων. Si canibus & retibus. κλέπτουτ' ἐλάφους ἄνευ κυνῶν δολίοις θ' ἑρκέων. *Pindar.* Occidentem ceruos abſq; canibus & doloſis retibus.

ἄνευ ἔ Ἰόλεω. *Vel* ὁ παρακαλῶν τ Ἰόλεων. *Vel* ὁ δεῖται Ἰόλεω. *Ex Platone, Syneſio.* Abſque Iolao ſ. *hoc conficiam, Vel* Non inuocato Iolao. *Vel* Non indiget Iolao. *Hercules cum Hydra pugnans Iolaum in auxilium implorauit.*

Τιτᾶνας ὐ καλέσω. *E Diogen.* Titanas non implorabo. *vt implorauit Iupiter diffiſus ſuis viribus in pugna contra Gigantas.* Congredior — ſedeant ſpectentq; Latini. Et ſolus ferro crimen commune refellam. *Turnus Virgilij loquitur.*

Zdrádá w kacié ćiada rádá. Gdźie ciemno / tam niebeſpiecżno.

τῇ ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος. *Athenæus.* Obſcura omnis dolus ſequitur aut comitatur. *Sic Pſalmo 9. de Impio dicitur:* Inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Scorpius ſub lapide occultatur. V. Niéwiédźieć komu wiérzyć. Sepia in aqua atramento ſuo obfuſcata piſces captat. V. Wegorzé w zamećié. Latet anguis in herba. *Virg.* Laqueus ſymbolum doli occulti. *Pierius ex Pſalmis. In Epidico Plauti. Feminæ ornatæ ſub veſtimentis geſtare dicuntur retia, quibus amatores capiant.* Thyrſus ſeu telum hedera circumpoſita tectum, *nocumentum abſconditum ſignificat. Pierius ex Macrobio.* *Simile eſt illud apud Suidam & Varinum:* ἐν μύρτου κλάδῳ τὸ ξίφος κρύπτει. In myrti ramo gladium tenet. *Tradtum à facto Harmodij & Ariſtogitonis, qui gladijs myrto occultatis, Hipparchum Tyrannum occiderunt. qui dolus eorum Athenienſibus gratiſſimus fuit, & perpetuam gloriam ac memoriam eis apud eoſdem conciliauit. Meminit & Ariſtophan.* Vipera in vepreculâ. *Pomponius, de eo qui vehementer & ex improuiſo nocere poteſt. Ian. Gulielm.*

Zdrayca. Zdradliwy. Szalbierz.

Compoſitis mendacijs conſutis dolis aduenit. *Plaut.*

Superauit dolum Troianum. *Plaut. de Pſeudolo qui lenonem inſigniter decepit.* reſpexit verò Poëta Sinonem & equum Troianum. *lege Virgil. Hinc* Equo Durio vel ligneo inſidere. i. *inſidias & fraudem ſtruere.*

κύων λαίθαργος. *Suidas.* Canis clanculùm mordens.

λαιθάργως δάκνων. *Euſtathi.* Clanculùm mordens. ſ. *canis.*

κρυπτὸν ἔγχος ἔχων κραδίᾳ, φαιδρῷ προσώπῳ, γλῶσσα δὲ διχόθυμος ἐκ μελάνας φρενὸς γέγονε. *Laërtius.* Occultum gladium habens corde, hilari te alloquitur fronte, & lingua duplicis animi, ex nigris præcordijs ſonat. Nouacula ſpongiâ tecta. *Scribanius.*

δέλεαρ ἀγκίστρῳ περιθεῖναι. Eſcam hamo circumponit. *Iunius è Græcis variis.*

Albo rete aliena oppugnare (*captare*) bona. *Plaut.* i. *falſis & calumnioſis ſyngr*

phiu, ſed prætextu iuris ſpecioſis. *Alij legunt:* Albo ariete. i. *machinis honeſtis, ab ariete bellico.* *Alij:* Albo pariete. i. *decretis velut iuſtis in pariete appenſis. plura Taubman.*
V. Práwem mieprzewem. ἄϊ δ' ὑπὸ χωλὸν ἐτετεύχει. *Interpres Homeri.* Orci galeam induit. *de eo qui occultis inſidiis nocere vult.* Plutonis galeam & Gygis annulum habet: *qui nocere aliis impune ſuis commodis conſulens ſolet vel poteſt. Ex Platone.* Arte Pelaſga inſtructus. *Virg. de Sinone.*
κλείθρα φορῶσι κρυπτὰ λακωνικά. *Euſtathi.* Claues geſtant occultas Laconicas.
θωρυκίωνα μιμεῖται. *Suidas.* Thorycionem imitatur. *de eo, qui res & conſilia ſuorum hoſtibus prodit, vt fecit Thorycion Ægineta dux ordinum, qui linum, pelles, picem, pecuniam &c. ad hoſtes tranſmittebat.* Melle litus gladius. *Eraſm. ex Plinij melle venenato, & ex more barbarorum tela ſua ſuccis venenatus & ignitis tingentium.*
ἐν δ' μύρτῳ κλάδῳ τὸ ξίφος κρύπτει. *Suid.* In myrti ramo gladium tenet, occultat. Baculus trapezitæ Taurominienſis, *qui vocatus ad iudicem ab eo cui aliquid debebat, in ſcipionem arundineum aurum inclusit, & iuraturus apud iudicem, aduerſario ſcipionem tenendum, donec iuramentum abſolueret, dedit; ſublatisq; manibus iurauit, ſe illi reddidiſſe, pòſt baculum recepit & euaſit. Photius ex Conone.* Elephas ſucciſæ arbori innitens. *de eo qui credit vel fidit rei mutationi, fallacieue obnoxiæ.*
λάμπων τὴν χῆνα ὄμνυσι. *Ariſtophan.* Lampon per anſerem iurat. *auem auguralem. Dicitur in eum qui decipere vult.* Scorpius doli & fallaciæ ſignum *apud Sophoclem & Nicandrum.* *Affine,* Vniebzczery. Chytry. Wilcza pokorá. Vnie wierz. Vniedowierzay.

Zdrayczá choć pożytecżny / tednák brzytki i bezecny.

Proditionem ſibi placere, proditorem minimè, *dixit Auguſtus Cæſar.*
προδοσίαν φιλῶ, προδότας δ' οὐκ ἐπαινῶ. *Plutarch.* Proditionē amo, proditores verò non laudo. Proditorem tantiſper amo, dum prodat: vbi prodiderit, odi. *Antigonus.* *Hoc ita intellige.* Effectum probo, cauſam eius odi. *Sæpe enim effectus à mala cauſa profectus, bonus eſt, vt accidit in venditione Ioſephi & cæde Chriſti à Iudæis patrata. & tunc licitum eſt gaudere de effectu ex mala cauſa orto. Sic de peccato Adam, canit Eccleſia. O felix culpa quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem! Eodem modo proditor, in ſuos fuit perfidus & peccauit, aduerſæ autem parti placet, quia perfidia ſua illi multùm profuit. Sed & à culpa excuſari poteſt, ſi in bello, à parte ſua, iniuſta ea cognita, transfugiat ad iuſtam, eiq; illam prodat & victoriam conciliet. Quia tamen hoc incertum ſuſpectum & fraudi obnoxium eſt, rectè Agis Archidami F. cùm eum Ephori iuberent aſſumpta iuuenum manu ſequi quendam in patriam eius, qui eis arcem proditurus erat, reſpondit:* Quomodo verò conuenit tot iuuenes credi ei, qui ſuam ipſius patriam prodit? *Apud Plutarch. Et Cic.* Nemo vnquam ſapiens proditori credendum putauit. *Illud verò ex Diogeniano.* κακὴ προδοσία. Mala proditio. *vſurpatur cùm proditio non ſuccedit.*

Zdrow. Zdorow á bohát.

Ruſſorum dictum. ſimile illi Ethnicorum apud Horat. Vita & opes. *Sic ille.* Sed ſatis eſt orare Iouem (ea) quæ donat & aufert.

Det:

Det vitam det opes, æquum mi animum ipſe parabo.

Impium dictum Stoicorum, qui omnia bona animi hominem à ſeipſo habere poſſe nugabantur. Plenus eſt Seneca talibus ſententiis de ſuo Sapiente quem diis & Ioui confert. & præfert. Similia habet Horatius vt illud.

Ad ſummum Sapiens vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex deniq́ue regum. Præcipuè ſanus, &c.

Item. Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibuſq́ue tuis; nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.
Si rectè frueris non eſt vt copia maior, Ab Ioue donari poſſit tibi.

Sed & Cic. hic ineptit dicens: Iudicium hoc mortalium omnium eſt. fortunam à Deo petendam, à ſeipſo ſumendam eſſe ſapientiam. *Item.* Virtutem nemo vnquam Deo acceptam retulit. Nam quis quòd bonus eſſet vir, gratias dijs egit vnquam? at quòd diues, quòd honoratus, quòd incolumis, Iouemq́ue Optimum Maximum ob eam rem appellant, non quòd nos iuſtos, temperantes, ſapientes efficiat; ſed quòd ſaluos, incolumes, opulentos. &c. V. Szczęśliwy. Bogáty.

Zdrow dobrzé. Zdrowy iák rybká.

Valet pugilicè. Valet athleticè. Valet pancraticè. *Plaut.* i. *ſanus & robuſtus eſt. vt Ariſtotel.* ἕξιν ἀθλητικὴν. habitudinem athleticam. i. *firmam appellat.*

κολοκυνθης ὑγιέστερος. *Epicharm. Zenodot.* Cucurbita ſanior. *Nam cucurbita creſcit benè, citò, tumens, plena, ſine rimis, vermibus, & cùm ſit corio duro non facile ab aëre vario laditur, multuq; remediis præter cibum vtilis eſt.*

κρότωνος ὑγιέστερος. Crotone ſalubrior. *locus, res, vel perſona. vt Palladas vſurpauit. Ortum eſt dictum à regione eius nominis ſaluberrima. Strabo. Alij ab inſecto, quod aliter ricinum vocant, dictum volunt. Alij ab herba ſeſamo.* Locris & Crotone nunqnam eſt peſtilentia. *Plinius.*

Sanior piſce. *Poloni & Galli dicunt Garner. Eraſmus id Iuuenali tribuit, ego me legiſſe non memini, malui illi credere quàm examinando tempus perdere. Piſces certè morbis letalibus vel peſtilentibus non infeſtari ſcribit Ariſtot. & Plini. agrotare tamen aliquos ait, quòd macri in eodem genere quidam inueniantur. Sed id poteſt ex inopia alimenti vel alia cauſa accidere.*

Zdrowego legyć mé trzebá.

Sanæ corporis parti ſcalpellum non eſt adhibendum. *Ex Cic.*

οὐκ ὁ ὑγιὴς χρείαν ἔχει ἰατροῦ. *A.*

Medicus valenti neutiquam eſt opus viro. *Ex S. Matthæo. c. 9.*

Zdrowie nádewßyſtko przekładay. Zdrowie zá wßyſtko ſtoi.

Zdrowie i dobre ſumnienie / waż ſobie nád dobre mienie.

Vitam quæ faciunt beatiorem Iucundiſſime Martialis, hæc ſunt:
—— Mens quieta, Vires ingenuæ, ſalubre corpus.
Orandum eſt vt ſit mens ſana in corpore ſano. *Iuuenal.*

Sic Ethnicus Pòéta; Chriſtiani verò vitam & omnia eius bona virtuti & legi diuinæ poſt-

habent. Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, & non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. *Eccleſiaſtici 30.* Valetudinem bonam diuinum bonũ eſſe maximè, longeq; blandiſſimũ totius vitæ condimentum, *ſcripſit Plutarch.* μέγιστον ἀγαθῶν ἡ σὺν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑγίεια. *Iſocrates.* Maximum bonorum eſt mens ſana cum corpore ſano.

οὐκ ἔστιν ὑγείας κρεῖττον ἄλλο ἐν βίῳ. *Menander.*

Nil vita melius ſanitate continet.

ὑγεία γὰρ νοῦς ἐσθλὰ τοῦ βίου δύο. *Idem.* Mens ſanitaſq; ſunt duo vitæ bona.

ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστιν: τὸ δ' δεύτερον καλὸν γενέσθαι:
τρίτον δὲ τὸ πλουτεῖν ἀδόλως: τέταρτον ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

Apud Platonem & Stobæum Cantilena conuiualis antiquorum hæc fuit:

Primum vel optimum eſt valere. Alterum pulchrum vel honeſtum eſſe.
Tertium diuitem ſine dolo eſſe. Quartum vigere ætate cum amicis.

De eadem re apud Lucianum hi ſunt verſus Philemonis.

αἰτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί.

Primùm valere cupio, deîn agere benè: Gaudere tertiò, vltimò debere nil.

Pyrrhus templa inuiſens & ſacrificans nil aliud petebat præter ſanitatem. Rhodigin.

Apud Plutarchum de Sanitate. τρία ὑγεινότατα, τροφῆς ἀκορείη, πόνων ἀοκνίη καὶ ἀφροδίσιος ἐσίης ζωὴ ἐρήσιος. Veſci cibo citra ſaturitatem, impigrum eſſe ad labores, & (*vt honeſtiùs loquar*) venereis abſtinere. (*Horat.*

Frui paratis & valido mihi Latòć dones, at precor integra Cum mente.
Fortior vt valeas, interdum parcior eſto.

Pauca voluptati debentur, plura ſaluti. *Cato.*

ῥώσῳ ὥστε τυχεῖν μᾶλλον τοῦ φειδόα ἄσκει.
ἡδεῖ παυρότερον, τῇ ῥώσει μείζον' ὀφείλεις. *Mylius.*

Æger diues habet nummos, ſe non habet ipſum. *Cato.*

πλούσῳ ὄλεον ἔχει νεσσῶν, ἔχει ἀδὲν ἑαυτόν. *Mylius.*

Grus è faucibus lupi collo ſaluo educto ſatis mercedis pro obſequio habere iubetur. *Æſop.* Fiber ne capiatur teſticulos vltrò ſibi amputat. *Plini.*

ἐ δεῖ παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν τῷ βίῳ. *Polybius.* Non eſt temerè & audacter agendum in vita ceu in ludo talorum.

——— Vt valeas multa dolenda feres. *Ouidi.* *Lege Ludouici Leſſij libellum de conſeruanda valetudine & Ludouici Cornari de Vitæ Sobriæ commodis.*

Zdrowo mu to.

ἅλας τοῖς κρέασι. *Philo.* Sal carnibus ſ. *ſalutare vel vtile, ſiquidem eas conſeruat, vt anima ſuem, quæ illi ſalis loco data eſt. Varro. Cic.*

Zdumiewam śie na co. Odchodzę od śiebie.

Saxeus inſtar Niobes fio. *Ex Antiphane qui ait:* — ἐμβλέπων ἰχθυοπώλαις, λίθινος ἐυθὺς γίνομαι. Mox ſaxeus fio videns cetarios.

μήτ'

μήτ' ἀκούω, μήθ' ὁρῶ. *Ariſtophan.* Nec audio, nec video. *Et S. Hieronym.* Nec aures habeo nec tango, iurgantibus & negantibus cunctis.

Ždybał go iáż czayko ná gniazdźié.

In ipſo articulo oppreſſit. *Terent.* i. *in anguſtiis inopinato deprehendit.*

Żebrak.

Pantolabus, *apud Horatium nomen ſcurræ, id ſonat.* πανλολάβος omnia accipiens. De ponte, *vel* A ponte. ſ. *homo. Iuuenal.* *Nam in ponte erat mendicorum locus.* In ſubliciũ pontem me transfer, & inter egentes abige: non ideò tamen me deſpiciam, quòd in illorum numero conſideo, qui manum ad ſtipem porrigunt. *Seneca.* *Martialis de Vacerra ſupellectili ſordida ait:*

Hæc ſarcinarum pompa conuenit ponti. *Apud Plautũ Trinummo alij legunt* In ponte eſt locus. ſ. *patri peregrè reuerſo, cuius filius abligurierat omnia, etiam domo paterna in qua habitabat venditâ.* *Alij legunt.* In porta locus eſt. *eodem ſenſu.* *Nam ii etiam mendicorum locus erat vt & apud nos.*

Et ſic illum verſum Iuuenalis. Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes, *Expliçat vetus Scholiaſtes, de porta Aricina in clivo ſita, qua multi currus tranſibant, & magna populi multitudo illuc confluebat, quare & mendicorum. Meminit & Martial. l. 2. ep. 19.* *Tertius mendicorum locus fuit* Proſeucha, *vt item apud nos.* *Sic apud Iuuenalem iuuenis petulans cuipiam tenuitori ciui obuio contemptim dicit.*

Ede vbi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha? *Proſeucha eſt locus in quo mendici ſtipem petunt, ſiue ſacer ſiue profanus.* προσεύχομαι eſt oro. *alij* πανλοδοκεῖον *eſſe volunt. alij locum in quo religioſè oratur. nam &* προσωλὴ eſt oratio. *hac ergo periphraſi ille apud Iuuenalem ſignificabat illum quem alloquebatur eſſe mendicum.*

Fana ventris cauſa circumit. Quotidianum diurnum petit. Diurnum accipit & in Cœnaculo dormit; *quod pauperum ciuium erat. Seneca.* *Alia Mendici periphraſis eſt apud Catullum illa:* — Sæpe quam in ſepulchretis.

Vidiſtis ipſo carpere è rogo cœnam. ſ. *funebrem, quam aliquando mendici diripiebant, vt de Hecata cœna ſcripſit Ariſtophan.*

Simile illud: Sacra haud immolata deuorat. V. Nie częka éż śie dopięczę. ζωὴ πίθε. Vita doliaris. *qualis erat Diogenis Cynici apud Laërtiũ.* Żebráczy żywot. Mendicos *Eubulus vocat* ἀνιπόποδας, χαμαικοίτας, ἀεροβίους. i. *Illotis pedibus, humi cubantes, in aëre domicilium habentes.*

Mendici periphraſis lepida apud Plautũ ex alluſione duarum vocum Medici & Mendici. Vna (*inquit*) litera (N) plus ſum quàm Medicus. *Item alia alluſione.* Mẽdicus *dicitur.* αἰτωλὸς: αἰτωλιτής. Ætolus. *nam hi erant petaces. quanquam & vox ipſa hunc ſenſum inſinuat. nam* ὅλον αἰτεῖν, eſt, totum petere *Ex Stephano.* Τὰ χεῖρα ἐν αἰτωλοις ἔχει. *Ariſtoph.* Manus in Ætolis habet.

πάνσων πανοτέρος. *Ariſtophan.* Mendicior Pauſone, *pictore.*

Żebraká nigdy mé náſyciß / nie natkaß.

πανοῦ

πτωχοῦ πήρα ἐ πιτλᾶται. *Zenodot.* Mendici pera non impletur.
πτωχῶν ἀλαὶ ἀεὶ κεναὶ. *Suidas.* Mendicorum loculi ſemper inanes.
Diogenes Anaximeni obeſo dixit: Impertire nobis tenuibus (al: mendicis) ventrem, nam & ipſe leuaberis onere & nobis commodabis. nam ſi mendici eſſent craſſo ventre, ſemel expleti non toties eſurirent & mendicarent. Ex Laërtio, vbi γαστὴρ ambignè prolatum eſt. nam & ventrem & alimentum ſonat.

Żebraká ßkodá żywić.

De mendico malè meretur, qui ei dat quod edit, aut quod bibat.
Nam & illud quod dat perdit, & illi producit vitam ad miſeriam. *Plaut.*
δὸς ἄρτον πτωχῷ, κὴ κονδύλον ὄψον ἐπ' αὐτῷ.
Da panem mendico, & pugnum obſonium inſuper. *Sic legit Muret. & interpretatur de mendico robuſti corporis, cui ob humanitatem tamen dandam ſtipem cenſet, ſed ſimul pugno admonendum, vt ab hac ratione vitæ deſiſtat, & intelligat ſe bonis & prudentibus odioſum eſſe. Aliter Eraſm. cum Euſtathio. Verſus verò Græcus* ἀκέφαλος *facile in prima ſyllaba fulciri poteſt. particula* δὲ, τε.
Sic Lacon quidam apud Plutarchum, mendico ſtipem petenti reſpondit: Si darem tibi, eò magis mendicares. Nam huic tuæ deformitati cauſam præbuit, is qui tibi primus dedit, & te ignauum reddidit. *Alter Lacon ſtipem dijs colligenti ait:* Non curo deos me pauperiores. *Ibidem. Ethnicum & improbum dictum. Et quamuis videatur poſſe excuſari, ſi ſermo ſit de mendico ſano, qui per ignauiã mendicitatem, ſectatur; audiendus tamen potiùs eſt Dominus apud Lucam. c. 6. dicens:* Omni petenti te tribue. *Adde Chryſoſtomum, qui hoc inhumanum ethnicorum dictum caſtigat vehementer aliquoties, in epiſtolas S. Pauli commentans. Lactantius item. l. 6. Diuin. Inſtitutionum.*

Żebrakowi ludźi trzeba.

Qui eget, in turba verſetur. *Eraſm. ex apologo de Caco qui duci ſuo mandabat vt eum duceret in turbam frequentiſſimam, quod* Ibi quæſtus eſſet maximus, vbi maxima hominum frequentia.
πολυπόλλῳ ἐν ὄχλῳ πάμπολυς πτωχῷ κάρις. *A.*
Multus vbi populus multa ſtips eſt pauperi.
πτωχῷ βέλτιόν ἐστι κατὰ πτόλιν ἢ κατ' ἀγρὸς
δαῖτα πτωχεύειν. *Homer.* Mendico melius eſt in ciuitate quam rure cœnam mendicare.

Żebrakowi nic każdemu dowierzay. Proś á pátrzy coby porwáć.

Τὰ μὲν χεῖρε ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν κλωπιδαῖς. *Ariſtophanes.* Manus quidem in Ætolis (*illi ſunt*) mens vero in Clopidis. i. *manus orans tendit & animo furtum voluit. Iocus eſt ex alluſione ad nomina gentium, cognatam rei præſenti ſignificationem habentia. Nam Ætoli vox ad petacem alludit, vt ſuprà dixi. Clopidæ autem ad furacem,* ἀπὸ τ κλοπῆς. *à furto. quales alluſiones ad regiones & ciuitates habet Plau-*

tus

eus non paucas partim à veris locis partim à fictis. vt Epidamni esse. i. damnum accipere. Milites Placentini Turdetani Ficedulentes, à placenta & Placentia, &c. Sic Peredia Perbibesia ficta ab edo, bibo, &c. Boius est, boiam terit. Sic recentiores iocantur Compluto venis. Lutetiæ fuisti. Placentinus es, &c.

Et Poloni. Bedźieß w Bledowie. Aboś z Gluchowá. i. nie doſtyßyß.

Żeby mi piſcza ná co. *V.* Glodny / & Radby.

Żedrzec pypéć. *v.* Obciero mu ſkrzydłá.

Żé dwoygá złego mnieyßę obieray. Złego iák nayminey.

E duobus malis minus eligendum. *Cic. ſic ait:* Sic ab hominibus doctis accepimus, non ſolùm ex malis minima eligere oportere, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſſet boni.

Χρὴ τ κακῶν ἐπλέγεσθαι μειρακιώτερα. *Appianus.* Oportet è malis deligere minora. ἐπεὶ ὃν δ μέτρα τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, τὰ ἐλάχιστα λητέον τῶν κακῶν. *Ariſtotel.* Quando igitur mediũ exactè conſequi difficile eſt, minima ex malis ſumẽda ſunt.

Quanta mea ſapientia eſt,

E multis malis, malum quod minimum eſt, id minimũ eſt, malum. *Plaut. Vbi Muretus & quidam alij notant Tautologiam, quam etiam Ariſtotel. in dictis Epicharmi obſeruauit. cùm ſententia videtur conſtare è contrarijs vel diuerſis, & tamen idem bis dicit, vt hic Plaut. Et in illo. Saluum eſt, ſi quid non periit. Item. Cui homini dij ſunt propitij, ei non eſſe iratos puto. Item.*

Hos quos videtis ſtare hic captiuos duos. Illi qui ſtant, hi ſtant ambo, non ſedent. qualia ipſe ioci captandi gratia protulit. quanquam in primo illo verſu, pro verbis: Id minimum eſt malum, aliqui legunt: Id minimè eſt malum.

κεῖνός δ' ἐστὶν ἄριστος, ὃς ἐν πλείοσι κακοῖσι

βαιὰ φέρει. *Nazian.* Ille eſt optimus qui inter plurima mala vel inter plurimos malos, pauca vel modica *(mala)* habet. *Sic & Horati.*

Nam vitijs nemo ſine naſcitur, optimus ille, Qui minimis vrgetur.

Adde apologum Cineſiæ de Vulpe poſitum ſuprà. ſub Vlalog vtécnia.

Żegar napéwnieyßy brzuch / ábo głód. Żegar w brzuchu. Jéść kiedy ſie chce.

Venter vnicuiq; ſolarium. *Ex Ammiano, qui de Perſis ſic ſcribit: Apud quos extra regales menſas, hora prandendi præſtituta non eſt, ſed ventre monente, quod inciderit editur, nec quiſquam poſt ſatietatem ſuperfluos ingerit cibos.*

Ex his poteſt etiã formari aliud dictum. ſ. Venter Perſicum horologiũ. *Itemq; aliud.* ἄριστα γαστὴρ πεινάλεα ὡρολογεῖ. *A.* Venter famelici optimum eſt horologiũ. ἡ κοιλία ἀναμφίβολόν ἐς' ὡρολόγιον. *A.* Certiſſimum eſt venter cùiq; horologiũ.

Lepidè Plauti paraſitus in Bœotia (apud Gellium,)

Vt illum dii perdant qui primus horas repperit,
Quique adeò primus ſtatuit hic ſolarium!

Qui mihi cõminuit miſero articulatim diem. (*ſ. in particulas horarũ diuiſit*)
Nam, me puero, vetus erat ſolarium (*al. vterus hic erat ſolarium*)
Multò omnium iſtorum optimum & veriſſimum. (*ſ. venter.*)
Vbi iſte monebat eſſe; (*ſubaudi, edebatur*) niſi cùm nil erat.
Nunc etiã quod eſt (*quod habetur*) nõ eſt (*edere, vel non editur*) niſi Soli lubet.
Itaq; adeò iam oppletum eſt oppidum ſolarijs!
Maior pars populi aridi reptant fame. *Sed melius Caſſiodorus.*
Belluarum, *inquit*, ritus eſt, ex ventris eſurie horas ſentire, & non habere certum, quod conſtat humanis vſibus attributũ. *Affine*, Głodnemu zá wſze południe.

Żeglarſki (fliſowſki / rybitwi / wodny) żywot / nędzny.

δύσηθ' ὅστις ζῇ θαλάττιον βίον.
Vitam marinam quiſquis agit miſer eſt homo.
ἐν γῇ πένεσθαι κρεῖττον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.
Malo in humo inops eſſe, quàm opuleſcere nauigans.
εὐδαιμονία ἐκ σχοινίων ἠρτημένη. *Plutarch. de Nautica vitâ.*
Felicitas pendens aliquot è funibus.
Τῷ ναύαρχῳ κρεβάτιον ἐπὶ τῆς πρύμνης ἔστρωται. *Leo Imperator.*
Nauarchi lectus in puppi ſedem vel locum habet.
Vitam committere ventis. *apud Virg. periculoſum.*
Ventorum eſt quodcunq; paras, haud vlla carina
Conſenuit, fallit portus & ipſe fidem. *Propertius.*
Tun' mare tranſilies? tibi torta cannabe fulto
Cœna ſit in tranſtro? *Perſius nauigaturum alloquitur.*
—Digitis à morte remotus Quatuor aut ſeptem ſi ſit latiſſima tæda. *Iuuenal. Satyra 12. vbi plura alia vitæ nauticæ incommoda adfert.*
Lari vita. *Ex Æliano Sophiſta, qui ait:* ἐπικυματίζει, καὶ λάρου βίον ζῇ, καὶ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις. In vndis fluctuat, lariq́ue vitam viuit, & cum diuerſis ventis pugnat. *Poſſunt hæc dici etiam de piſcatore.*
Nautica vitæ calamitates copiosè enarrat Palinurus Luciano adſcriptus.
Vide etiam ſuprà. Komu modlitwá nie ſmákuie / niech po morzu żegluie.

Żelżywość bárzicy boli niż ráná / ábo śkoda.

Patior facilè iniuriam, ſi eſt vacua à contumelia. *Pacuuius.*
Æquum animum indignanti iniquat contumelia. *Laberius.*
Facilè ærumnam ferre poſſum, ſi inde abeſt iniuria,
Etiam iniuriam, niſi contrà cùm ſtat contumelia. *Cæcilius.*
οὐ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργήν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία. *Demoſthenes.*
Non plaga concitauit iram, ſed contumelia.
οὐκ ἔστιν ἐκ πάντων ὕβρεως ἀφορητότερον. *Idem.*
Non eſt quicquam ex omnibus contumelia intolerabilius.
τοῖς ἐλευθέροις οὐ τὸ τύπτεσθαι ἐστὶ δεινὸν, οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ τὸ ἐξ ὕβρεως. *Idem.*

Idem. Ingenuis non cædi graue eſt, quanquam ſit graue, ſed per contumeliam. ſ. *cædi eſt graue.* *Refutat hæc omnia Seneca lib.* Quod in ſapientē nō cadat iniuria.

Zemna trzymaß. Za mna mowiß. Mniec to ſłuży.

In caſtris præſidijſq; meis verſaris: mea eſt iſta defenſio: ego hoc vociferor *&c. Cic.* A me ſtas. *Ex Cic. &c. Sic ille:* Vt nemo à Senatu, à bonorum cauſa ſteterit conſtantiùs. *De M. Cæcilio Trib. pleb. loquitur.* Pro me ſtat. *Liui. Quintil.*

Zeydźié śis to iemu. Mię ſromotá to v niego / abo / tu.

ἐλευθέρα κόρκυρα ἐξ' ὅπῃ θέλῃς. *Euſtath.*

Liberrima eſt Corcyra (*inſula*) vbi lubet caca.

τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ἀσελγάινειν. Chijs licet intemperanter agere. *Chij peregrini magiſtratus Spartani ſellas vomitu & oleto fœdârant. Spartani volentes grauiter punire auctores, vbi compererunt Chios eſſe, dixerunt:* Chijs licet turpiter vel petulanter agere. *Ex Plutarcho.*

δωρίσδειν δ' ἔξεστι δοκῶ τοῖς δωριέεσσι. *Theocritus.*

Doribus licet puto Doricè loqui. *Cùm oratio moribus & ingenio quadrat.*

τοῖς ἀφανῆ καὶ ταπεινὴν τὴν φύσιν ἔχουσιν, ἐὰν ὅταν μὴ καλῶς τι πράξωσιν ἐπιπλήττομεν. *Demoſthen.* Quorum obſcura & humilis natura eſt, hos nec ſi quid non rectè fecerint, obiurgamus.

Cauſidicis, Orco; Fiſco fas viuere rapto,
Militibus, Medico, Tortori occidere ludo,
Mentiri aſtrologis, Pictoribus atq; Pòëtis. *Anonym. rhythmic. ſed Ironia eſt in mores abſurdos, & ſeriò oppoſitum intellige.* *Affine,* Odpuśćmy ſobié.

Ze zlego obieráiąc.

Optimus malorum. *Martial.* Vltimus malorum. *Idem.*

Alpha penulatorum. Beta togatorum. *Idem.*

τῶν σοφῶν βῆτα. *Strabo.* Sapientum beta. i. *non poſtremus.*

Minimè malus pro optimo eſt. *Seneca.* Nie nagorßy.

μικρὸν κακὸν, μέγα ἀγαθόν. *Suidas.* Paruum malum, magnum bonum.

Inter cœcos luſcus rex. ἐν τοῖς τόποις τυφλῶν λάμων βασιλεύει.

In regione cœcorum luſcus regnat. *Vi.* Wole tu być. Sobryć to.

Zezowaty. Swidrem pátrzy.

θύννε δίκην. ſ. βλέπει. Thynni more ſpicit. *Ex Æſchylo qui ait.*

τὸ σκαιὸν ὄμμα παραβαλὼν θύννε δίκην.

Oculum ſiniſtrum thynni ad inſtar admouens. *Nam thynnum piſcem altero tantùm oculo cernere ait Athenæus cum Ariſtotele. Plinius vtroq; hebetem eſſe ait, ſed dextro plùs cernere: quare deteriorem oculum ad tutiorē partem eum vertere Plutarch. aſſerit.* *Ad Polonicum item dictum licet accommodare illud Perſij:*

Non ſecus (*aſpicit*) ac ſi oculo rubricam (*amuſſim rubro tinctam*) dirigat vno. *Nam, vt experientia fabrorum & iaculatorum docet, vno oculo aſpicientes acutiùs, direc-*

ctiùs, ac certiùs videre ſolemus, quia tunc vt docet Ariſtot. vis videndi vtriuſq; oculi ad vnum concurrit, & potentior euadit vnita.

Græci hîc dicunt, λόξα παραςρωφᾶν. Tranſuerſa tueri *Valer. Argonautic. Et Virg.* Tranſuerſa tuentibus hirquis *aut* hircis. ſ. *oculorũ angulis. Sed & hircis animalibus obliquare oculos familiare eſt, vt aliqui verſum hũc Virg. intelligunt. Quare poſſet hîc vſurpari dictum hoc:* Hircinum tueri, *vel* tuens. τράγειον βλέπειν. *aut* βλέπων.

Zgadłés. Trafiłés. Tak ieſt. Dobrze mowiſz. *Seriò & ioco.*

Rem tenes. Ea res eſt. Rectam inſtas viam. Ingreſſus es viam. Is viam. Rem ipſam putaſti. Omnem rem tenes. Nunc in rectam redij ſemitam.

Tetigiſti acu (.ſ. *rem*) Prædixin' ita fore? Sciuin' ego?

Tu quidem animum meum geſtas, ſcis quid acturus ſim. *Plauti omnia.*

Apud eundem miles glorioſus interrogat paraſitum de occiſis à ſe in prælio.

Quanta iſtæc hominũ ſumma eſt? Rſp. *Paraſitus.* Septem millia. (*& erant tantùm 340*) *Tum miles.* Tantùm eſſe oportet, rectè rationẽ tenes. *Apud eundẽ alius.*

Non remittes? Rſp. Scis iam dudum meam omnem ſententiam. *Item.*

Dij immortales! vt planiloqua eſt! paucis vt rem ipſam attigit!

Item ſeruus hero reſpondet adulans: Poſterius iſtuc dixti quàm credo tibi. i. *priùs hoc credo quàm dixiſti: ſeu, veriſſimum id eſſe pridem ſcio.* καλὰ δὴ πάντα λέγεις. *Plato.* Præclara omnia dicis. *Ironico ſenſu ille protulit. ſed licet & ſeriò vti. Lacon interroganti alteri quidpiam, negauit, & cum is, qui interrogauerat diceret, Mentiris, ille alter, Vanus ergo es, inquit, qui de re tibi nota interrogas. E Plutarc.*

νῦν εἰς χώραν ἦλθες. Nunc in regionem veniſti.

μᾶλλον ὁ Φρύξ. *Suidas.* Magis ipſe Phryx. *Cræſo interroganti ſeptem Philoſophos quis eſſet beatiſſimus? aliis alia dicentibus Æſopus dixit.* Tu rex tantùm reliquos antecellis, quantùm mare fluuios. *Tum rex:* Magis ipſe Phryx. i. *ſcopum attigit. Et ſic dicto locus eſt, cùm probantur, potiùs adulatoriè quàm verè dicta. Suſpicatur Eraſmus legendum,* μᾶλλον ὦ Φρύξ. Magis ô Phryx. *vt ſit ſenſus approbantis laudem, ſed plùs deſiderantis. q. d. magis etiam antecello alios quam fluuios mare. & plùs vel magis ô Phryx dicere debueras.* ἀχαϊκὸν βέλος ſ. ἔβαλες. *Suidas.* Achaicum telum ieciſti. *de coniectura ſcopum tangente.*

τῷ κοσκίνῳ μεμάντευσαι. *Lucian.* Cribro diuinaſti. i. *ſagaci coniectura attigiſti.*

ἄφθας ϛοι λελάληκεν. *Suidas.* Aphthas tibi dixit. *Vates quidam fuit celebris.*

Dixin' ego? Sum verus! Bene putas. *Terent.* Ariolaris. *apud eundem quidam dicit:* Non mihi credis? Rſp. *alter:* Ariolare.

Non Archimedes meliùs potuit deſcribere. *Cic.* .i. *pecunia data ab Oppianico ad corrumpendos iudices, quadrat cum numero iudicum.* ſ. *340ſoo. in 16.* Ják w kół. Zgadzáią ſię ſumy. Haud vidi magis. *Plautus. ironia.* i. *minimè verò. non ita eſt.*

Nihil vidi magis. *Cic.* τὸ ἐμὸν γ' ἐμοὶ λέγεις ὄνειαρ. *Cic. ex Platone.* i. Meum mihi narras ſomnium. i. *rem mihi notam. Vel. Idem quod ego de hac re ſentis.*

Eadem omnia quaſi collocuti eſſemus vidimus. *Idem Cic.*

Τ' σκοπὸν ἔτυχες. *Lucian.* Tetigiſti ſcopum. ἔστι ταῦτα. *Cebes.* Sunt iſta. Tu dixiſti. Factum. *& ſimilia vide in 1. Tomo.*

αὐτὸν κέκρουκας τ' βαλῆτα τ' θύρας. *Suidas.* Ipſum pulſaſti limen ianuæ. i. *in ipſam veritatem incidiſti.* ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὴν τὴν θύραν ἀφιγμένος. *Ariſtopha.* Sed noueris veniſſe te ipſas ad fores.

Affine, Wießczek. Wyiałeś mi z gęby. Mądry 1.

Zgadzáią śie iák ſzydłá w worzé. Zgadza śie z niem/ iák pies z kotem. *Vide* Niezgodá. *&* Káżdy w ſwa.

Zgadzay śie gębo z mießkiem.

Pro quæſtu fac ſumptum. *Horat.* Sumptus quæſtum ne ſuperet. *Ex Plauto qui aut:* Non enim poteſt quæſtus conſiſtere, ſi eum ſumptus ſuperet. *Idem.*

Sat eſt ſeruo homini modeſtè potiùs facere ſumptum quàm ampliter.

τὴν δαπάνην θεὸς κτ' χρήματ', ἄριστον ἁπάντων. *Theognis.* Sumptum facere iuxta facultates optimum omnium. κτ' τὴν ὐσίαν δαπανᾶν καὶ εἰς ἃ δεῖ. Pro modo facultatum impendendum & in quæ oportet.

Meſſe tenus propria viue. *Perſi.* Victus *(ſit)* mundus nõ deficiente crumena. *Horat.*

Affine. Pomierz śie. Według ſtáwu grobla. Jáko kogo zſtáić.

Zgadzay śie z ludźmi.

Dictum hoc caſtigat homines moroſos & quibus nil placet niſi quod ipſi faciunt. intellige tamen vt infrà moneo ad Suidæ dictum. Vt homines ſunt, ita morem geras. *Plaut.*

Conſtitit nulli via nota magno, Vade quà tutũ populo priori. *Seneca Medea.*

Iſtuc eſt ſapere, qui vbicunq; opus eſt poſſis animum flectere. *Terent.*

Sic vita erat; facilè omnes perferre ac pati,
Cum quibus erat cunq; vnâ; his ſe dédere,
Eorum obſequi ſtudijs: aduorſus nemini. Nũquam præponens ſe illis. *Idem.*

In multis cõtra omnes ſapere deſipere eſt. *Varro apud Vincentiũ in Speculo.* Loquaris vt omnes, ſentias vt pauci. *Idẽ. Fruter. citat.* νόμος κ χώρα. *Suid.* Mos aut lex & regio. ſ. *eadẽ ſunt vel ſint. Seu. Cuibet regioni eſt ſuus mos, quem vir prudens ſequi, ſi tolerabilis eſt & peccato vacat, debet; ſin ſecus, diſſimulet, ne fruſtra omnibus repugnet.* χώρα ὁ τρόπος. *Idem Suidas.* Regio eſt mos.

χώρα ἡ τάξις. *Thucydides.* Regio eſt ordo, concinnitas.

ἀντίπατρος ἔξωθεν λευκοπάρυφος, ἔνδον ὁλοπόρφυρος. *Alexander.* Antipater extrinſecus albis veſtibus, intus purpureis indutus. i. *ſapiens.* Zwierzchu poſpolity ćić / wewnątrz známienićić. *Ita aliqui interpretantur, ſed vide* Nie ßczery.

Cùm Athenienſes pecunia egerent, & quidam hoſpes barbarus illis mutuam obtuliſſet dicens δανείω, *vitioſè: illi cum murmure benignitatem eius reſpuerunt: ſed cùm ſe correxiſſet dicens:* δανεῖῶ, *collaudato illo, liberalitate eius vſi ſunt. Vide Demoſthenis verbo contra morẽ pronuntiato offenſos Atrenienſes ſub* Máła rzécz podczás wiele záßkodźi. *Et Catul Iuc ridet Arrium dicentem Chommoda, Hinſidias, pro Commoda Inſidias.*

Populo & ſcenæ ſeruiendum eſt. *Cic.* Vtamur foro. *Seneca.* Scisti vti foro. *Terent.* τοῖς μαινομένοις ξυμμαίνειν. *Galen.* Cum inſanientibus inſaniendum. Ne abhorreas à populi moribus, nec ita agas, vt quicquid non facis, damnare videaris. *Seneca.* Licet ſapere ſine pompa, ſine inuidia. *Idem.* Frons noſtra populo conueniat: intùs omnia diſſimilia ſint. *Idem.*

μὴ καχέργει τὴν μουσικήν. *Plutarch. refert, Epemeren in cithara Phrynidis muſici duas chordas ex nouem ſcidiſſe dicentem:* Ne corrumpas Muſicam. *quod ſeptem tantùm in communi more Muſicorum eſſent.*

Timotheum item citharœdum nobilem Lacones multârunt, quòd ſeptem chordis cithara quatuor addidiſſet, & citharam eius ad Sciadem (odei tholum) ſuſpenderunt. Pauſanias. Viue moribus præteritis, vtere verbis præſentibus. *Gellius. dictum cuidam obſcurè loquenti, & antiqua verba vſurpanti: quia mores antiqui probiores, verba obſoleuêre multa nouis repertis.* *Affine,* Kiedy przyydźieß miedzy wrony. Oboietny. Kozá zá kozámi.

Zgáſt przy niem. Nié znáć go przy niem.

ἄθως καλύπτει πλευρὰς λημνίας βοός. *Plutarch.*

Athos obumbrat latera Lemniæ bouis. *Athos mons Thraciæ ingens ad 300 ſtadia vmbram iaciens, & attingens ſimulacrum bouis in Lemno inſula candido lapide fabrefactum.* *Sophocles hoc paulò aliter habet ſic:*

ἄθως σκιάζει νῶτα λημνίας ἁλός. Athos obumbrat terga Lemnij maris. *Vſurpatur de eo qui ſplendore ſui nominis, gloriæ, fortunæ, virtutis ſuperat & obſcurat alterum. Vel etiam de eo qui alterius ſplendore obſcuratur.* *Sic apud Cicer.* Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altiùs oratio. *Idem Cic.* Nummus in diuitijs Crœſi obſcuratur. *Item.* Obſcuratur luce ſolis lumen lucernæ. *Item.* Interit in magnitudine maris Ægæi ſtilla muriæ: & in diuitijs Crœſi teruncij acceſſio. Et gradus vnus in ea via quæ eſt hinc in Indiam. *Hæc Cic. omnia.* σταλαγμὸς οἶνος μυρίοις χοεῦσιν ὕδατος ἀ μίγνυται. Gutta vini mille congijs aquæ non miſcetur. ſ. *ſed perit.* Et magno nomen perdit in amne minor. *Ouid.*

Nitedulæ in tenebris micant in ſole euaneſcunt. *E Quintiliano.*

Non vlla ſtella lucet in meridie. *Garner. Ex mente vulgi id accipe.*

ἀστὴρ ὁ ἀστὴρ λάμπει ἐν μεσημβρίᾳ. *A.*

Affine, Dáléko to tego. Nié rownia mniè.

Zginął. Zginąłem. Zginąłés. Siadłés. Już po niem. Smiertélny iéſt.

Perij, arundo alas verberat. *Plaut. ab aucupio ductum.* Occiſiſſimus ſum. *Idem.* Perijmus, abſumpti ſumus. *Idem.* Ecce me nullum (.i. *perditum*) ſenem. *Idem.* Perij. vno Gelaſimo minùs eſt (*hominum*) quàm dudum fuit. *Idem.* Mortuus pluris eſt pretij quàm ego ſim. *Idem.* Actum eſt de collo meo. *Idem.* Exulatum abijt ſalus. *Idem.*

ἀπωλόμην δύστηνος, οὐδὲν εἰμὶ ἔτι. *Sophocles.*

Interij ego infelix, nullusque ſum ampliùs.

γυναικὸς ὄλεθρος. *Suidas.* Muliebre exitium. *Dicuntur ij qui miſerabiliter & funditus pereunt. quod multis accidit fraude mulierum. vt Eua, Pandora, Helena, Delanira, Cleopatra &c.*

δυσσεβῶ.

ἀποσβέννυσθαι μᾶλλον ἢ ἡλιος Ἡρακλείτου ἥλιος. *Plato.* Exſtinguitur magis quàm Heraclíti ſol. *quem ille aſſerebat in occaſu exſtingui & in ortu reaccendi.*

Ipſa ſi cupiat Salus Seruare prorſùs non poteſt hanc familiam. *Terenti.*

Nec Salus nobis ſaluti iam eſſe ſi cupiat poteſt. *Plaut.*

Neque iam ſeruare Salus ſi vult me poteſt, nec copia eſt. *Idem.*

Hic ille eſt dies, cùm nulla vitæ meæ ſalus ſperabilis eſt. *Idem.*

Tam perit quam extrema faba. *quæ plerumq; à prætereuntibus decerpitur aut conculcatur. Feſtus.* *Simile eſt dictum Polonicum:* Groch przy drodze. Quaſi herba ſolſtitialis modò fui, repente exortus repentinò occidi. *Plaut.*

Vltimus flos prætereunte poſtquam Tactus aratro eſt. ſ. *cecidit. Catullus.*

Lepidè apud Terentium Phormio de Chremete in ſcelere deprehenſo ait:

Exſequias Chremeti, quibus eſt commodum ire, hem tempus eſt, i. *mortuus eſt pudore & metu vxoris irata.*

Similiter Plaut. Mortuus eſt Demænetus (*ab vxore deprehenſus*) Ecquis curret pollinctorem arceſſere? (*qui illum ſepeliat.*) Perij. Conclamatum eſt. *Terent.*

Guttã haud habeo ſanguinis. Viuum me accerſunt ad Acherontem mortui. *Plaut.*

Nunc illud eſt cùm me fuiſſe quàm eſſe nimiò mauelim.

Nunc ſpes, opes, auxiliaque à me ſe ſegregant, ſpernuntque me. *Idem.*

πίτυς τρόπον. λέγεται ἐπὶ τῶν παντελῶς ἀπολλυμένων. *Suidas.* Pinus in morem, ſ. *ſuccisus. dicitur de ijs, qui penitùs perierunt. quia pinus ſuccisa non repullulat ſola. Herodot. alij id tribuunt etiam cupreſſo.*

ἀπήλαξα εἰς κορωνείαν. *Stephan.* Talpam Coroneam. ſ. *intuliſti*, i. *certum exitium attuliſti. Nam Coronea Bœotiæ ciuitas talpas non alit, & ſi inferantur moriuntur. Sic* Scarabæus in Thracia *ad Olynthum perit. Plini.*

Venit ſumma dies. *Virg.* Tota cum ſtirpe domus procubuit. *Virg.*

κύκνειον ἄδειν vel ἐπᾴδειν. *Iulian. Apoſtat.* Cygneum canunt. *qui ſpem omnem abiecerunt.* Χαρώνειος θύρα. Charontis ianua. *Suid. pro præſenti mortis periculo, quia porta ſic dicta Athenis rei è iudicio ad ſupplicium educebantur.*

Pythagorei ijs qui à Philoſophia defeciſſent, exſtruebant cenotaphia ceu mortuis. Thomas Cantor. ex Origene, Clemente Alexandr. & Nazianzeno.

ὀλὲ ἄγγελος ὑπολειφθῆναι. *Ex Homer.* Ne nuntius quidem (*cladis*) relictus.

ὀλὲ πυρφόρος ἐλείφθη. *Euſtathi.* Ne ignifer quidem relictus. i. *vates laureatus cum face ante aciem inuiolabilis & ſacroſanctus incedens.* *Vel*

Alludendo ad Iſaiæ locum poſitum ſub Wßyſtko pobrał/ Ne ignifer quidem (.i. *teſta qua igniculus fertur*) relictus. αὐταῖς ἀμάλαις: αὐταῖς ῥίζαις. *Suidas.* Cum ipſis manipulis: cum ipſis radicibus. i. *funditus perijt.*

ὁ Χάρων ξύμβολον δίδωσιν. i. μέλλεις ἀποθνῄσκειν. *Suidas.* Charon ſymbolum (*ſignum, ſuffragium, teſſeram*) dedit. i. *debes mori.*

Ἔχει λοιμὸν ἄπιον. *Plutarch.* Apio indiget. i. *letali morbo laborat, & mox funerandus eſt.* *Apio verò herba ferali & luctui ac inferis ſacra monumenta mortuorum coronabantur.*

bantur. *Noſtri dicunt.* Gotuyčič trunc. Kopčič mu dół. *&c. Simile eſt illud ex Philoſtrato & Plini.* Leporem marinum edit. *quia hic piſcis venenum eſt præſentiſſimum, & in mari Indico etiam contactu necat. Plini.*

Næniam alicui dicere, i. *deplorare ceu conclamatum vel mortuum, præficarum more. Plaut. Saluſt. Tacit.* *Apud Plautum ancilla meretricis dicit:*

Huic homini amanti (*iam egeno*) mea hera apud nos dixit næniam de bonis. ſ. *meretricis datis, & eum abire iuſſit vacuum.* *Apud eundem Mortuus aliquoties vſurpatur pro decoctore perdito & egentiſſimo.* Tu iam mihi mortuus es. i. *nil habes. &c.* *Item* Vixit. i. *amiſit omnia, periit.* *Affine,* Zlé koło mnie.

Zginie coś.

λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισε. *Plutarch.* Lydus oſtium clauſit. *de furacibus dicitur, præſertim incautè & cum ſtrepitu valuas aperientibus.* *Et Heſychius addit:* ἐπὶ τῶν μωροκλεπτῶν. i. de ſtultis furibus, *qui neſciunt ſine ſtrepitu aperire, vel claudere.* *Sed alius erit ſenſus.* ſ. *Non eſt induſtrius fur.*

Zgoda pomiędzy nią.

Syncretiſmus. *Vide* Przygody ieden dzień niezgody. Molionidæ ibidem, &c.

Zgodni. Zgodnie.

μόλωνες. *Ariſtophan.* μολιονίδαι. *Nazianzen.* Molones & Molionidæ, *pro concordibus. Nam hi erant fratres Actoris aut Neptuni filij adeò concordes, vt fabulæ dederint occaſionem, ſingenti eos fuiſſe paribus corporibus vel vnimembres vel duobus corporibus à tergo circa coſtas coalitis. Ibycus & Plutarch.* πάντες τὰ αὐτὰ μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον. *Lucian.* Omnes eadem tantùm non ijſdem ſyllabis dixerunt.

Omnium calculis deſtinata illi mors. *Apuleius.*

Vno ore omnes omnia bona dicere. *Terent.* Vno ore omnes conſentiunt. *Cic.*

Veſpertiliones ſibi inuicem cohærentes. *Item.*

Cornices, Concordiæ Symbolum, *apud Pierium.* Graculus *item.*

ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἰζάνει. *Diogenian. Nazianz.*

Solet aſſidere graculo alter graculus. Veſpæ *item.* *hinc dictum.*

Conuenit vt veſpis. *Probus. nam hæ quemuis inuadentem nidum ipſarum, concordes impetunt & acerrimè configunt.* δέσμη δοράτων ἄθραυς. Faſciculus iaculorum infrangibilis. *Sciluri apud Plutarch.* ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλετησίῳ. Velut in cratere philoteſio. *de ijs qui ex inimicis redeunt in gratiam, quod facilius quædam gentes faciunt in compotatione, ad craterem philoteſium, beneuolentiam & amicitiam conciliantem.* *Affine,* Zmowili się. Spolnić ſłęy.

Zgorſzenia ſię ſtrzeż.

Mitto dicta Chriſtiana. *Vide quid dicat Ethnicus, & quidem Pœta Iuuenal.*

Abſtineas igitur damnandis. huius enim, vel
Vna potens ratio eſt, ne crimina noſtra ſequantur
Ex nobis geniti, &c. Nil dictu fœdum viſuq; hæc limina tangat,

Intra

Intra quæ puer eſt, &c. Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans. —Ne morum quoq; filius —
Omnia deteriùs tua per veſtigia peccet. ———Vt ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum vitioq; carentem. *Hæc & plura ille Satyra 14.*
Cato ſenior cum filio nunquam lauit, & præſente puero filio, ſic turpitudinem verborum vitabat, quaſi Veſtalibus virginibus arbitris loqueretur. Plutarch. Idem.
Cato Manliũ Senatu mouit, quòd vxorem ſuam inſpectante filia eſſet oſculatus. Rhodigin.
ἐν πᾶσι πράξεσιν ἑαυτοῦ διὸς προσκοπήν. *A.* Offenſioni haud fueris vnquã cũpiã.

Z-tadt piés ſadło. Czuié śie. Przćwoinił.

λύκος πρὸ τ᾽ βοῆς αὐτεύδει. *Diogenian.* Lupus ante clamorem feſtinat.
Occiſo paſtore lupus caudamq; remulcens
Subiecit pauitantem vtero ſyluaſq; petiuit. *Virgil.*
Is vbi malam rem ſcit ſe meruiſſe, illicò
Pedibus perfugium peperit, in Lemnum aufugit. *Plaut.*
οἱ φῶρες τὴν βοήν. Fures clamorem. ſ. *ſenſerunt aut pertimuerunt. Serpens necato agricolæ filio, non vult prodire è cauerna, illo licet blandè inuitante. ex apologo Gabriæ. qui addit Epimythion:* ὅτι αἱ μεγάλαι ἔχθραι ἀδιαλλακτοί εἰσιν, Quòd magnæ inimicitiæ irreconciliabiles ſunt. Non audet me aſpicere. i. *male ſibi conſcius eſt. ex Homero.* *v.* Ponury. *Affine,* Sumnienie złe trwożliwe.

Z-tadłby krzyż zá niem. *V.* Jeden drugiego broni.

Z-tadły kołácz / do chlebá.

ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτον. *Zenodot.* Bona & maza poſt panem. *In eos dicitur qui deficientibus melioribus, viliora & deteriora amplectuntur. Nam maza olim ruſticorũ cibus fuit pane vilior, licet poſtmodũ piſtrinarum arte euaſerit delicata. vt ſcribit Plinius de panibus. Probat Marſil. Cognatus ex Plutarcho & Athenæo mazã olim fuiſſe viliſſimum cibum. Luiſin. item ex Cæſare Xenophonte Æliano, additq; fuiſſe edulium ex farina aqua & lacte. Hordeaceum panem recentiores intelligunt. Sic Martial. paraſito recuſanti venire ad ſe cœnatum ait:* Te Cum faſtidierit culina diues, Antiquæ venies ad oſſa cœnæ. *Simile illud Iobi c. 6.* Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nũc præ anguſtia cibi mei ſunt. *Simile eſt.* Dobry chleb gdy kołaczá niemáß.

Z-tákiem kto nákłada / tákiem śie ſtawa. *V.* Obcowánie. Towárzyſtwo.

Z-ie śie ś z nogami. Wyniſzy śie. Przydźieć żebráć.

Fidemq;, remq;, ſeq;, teq; properat perdere. *Plaut. de filio nequam.*
Hem iſtic homo articulatim te concidit, vel concidet. *Idem.*
Perij hercle planiſſimè, exenterauit meum marſupium. *Idem.*
Mendicitatem obtuliſti mihi opera tua. *Idem. Simile eſt ad eundem.*
In ponte, vel in porta locus eſt. ſ. *vbi amiſſa domo inter mendicos ſedeas.* *V.* Żebrak.

Subiget te vt auctionem facias. *Idem de vxore ſumptuoſa.*
Hic per flagitium ad inopiam redigat patrem? *Terent.*
Si illi pergā ſuppeditare ſumptibus; mihi illæc verè ad raſtros res redit. *Idem.*
Occidi! Decem dierum vix mihi eſt familia. i. *quo alam familiam. Idem.*
Satrapes ſi ſiet Amator, nunquā ſufferre eius ſumptus queat. Nedū tu poſſis, *&c.*
Senſi. nam ei vnam cœnam atque eius comitibus
Dedi: quodſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet
Nam vt alia omittam, pitiſſando modò mihi Quid vini abſumpſit? ——
Atq; hæc vna nox. Quid te futurum cenſes, quem aſſiduò exedent? *Idem Terent. de Bacchide ſumptuoſa femina hoſpitio cum pediſequis recepta.*

Ziednem brzuchem na dwoié gody.

Hoc dictum tangit nimiam auiditatem eorum, qui plùs quàm par eſt obtinere ex aliqua re appetunt; vel ex vna re duplex commodum captant. quales ſunt Mendici bis ab eodem ſtipem ſubdolè ſurripientes: item paraſiti, & ſimiles illis helluones. Item qui duo munera in Republica vel in Eccleſia, præſentiā & operā perpetuā adminiſtrantis requirētia, ambiūt. Talibus rectè dicas.

ἐνὶ πυρίδι τὸ σιτόμετρον ἐμβάλλεις διπλοῦν. *A. id eſt.*
Vna ſportula duplex demenſum capere vis.
ἐν κοτυλίσκῳ δίχα χοᾶς θέλεις. *A.*
Vni fideliæ congiali duas choas infundere cupis.
Vno in ſaltu duos apros capere. *ex Plauto. qui ait.*
Iam ego vno in ſaltu lepidè apros capiam duos. i. *in vno fruticeto. Senſus huius allegoriæ eſt.* Ego mox vna opera & techna duos decipiam.
Odioſus hoſpes farciens ventres duos. V. Sérwé.

Ziednem w dół / z drugiem w dom. Ziédna w dół / z druga w dom.

Inuiſi (*vel exoſi*) thalami poſt funera calda mariti.

Perſtringit hoc dictum coniuges nubentes poſt recens mortuum alterum coniugem. Tales enim arguuntur paruum amorem erga priorem coniugem habuiſſe, & effreni libidine aut auaritia, ſi propter opes nubant, ferri; ob quam negligunt morem laudabilem lugendi mortuos olim ſibi coniunctiſſimos, in diuinis oraculis commendatum, & legibus apud Ethnicos præſcriptum. Talis Saſſia apud Cic. quæ, vt idem ait, in familiæ luctum & priuignorum funus nupſit. *Caſtigat tales multis & Iuuenal. ſatyra 6. vt cùm dicit;*

Sic creſcit numerus, ſic fiunt octo mariti
Quinq; per autumnos: titulo res digna ſepulchri! *Et Martial. de Theleſina.*
Aut minùs aut certè non plùs triceſima lux eſt,
Et nubit decimo iam Theleſina viro. *Nam ad octauum tantùm peruenire leges Romanæ permittebant, idq; luctus diebus ſemper ſtatis obſeruatis. Homerus item de vxore quæ alterum maritum duxit, ait:*

παίδων δὲ προτέρων ϗ κεδνοῦ φίλοιο
ἀκὴν μέμνηται τεθνειῶτος, ἀδὲ μεταλλᾷ.

Filiorum priorum & mariti cari Non ampliùs meminit mortui, nec inquirit.

Septimij

Septimij vxor maritum Antonij metu latitantem, prodidit, & eo occiſo eadem die nouas nuptias celebrauit. Adde viduitatis commendationem apud omnes ſcriptores ſacros & profanos, ſed & apud ethnicum Virgilium lege in 4. Æneid. Didonem poſt mortem Sichæi nuptias alteras exſecrantem. Symbolum viduæ Turtur Baſilio Epiphanio, quæ mortuo compare, alium non quærit nec recipit. Item Cornix. V. Bęzżeniec.

Ziéwa mi śię / ktoś mię wſpomina. *V.* Dobry znák.

Zinßey bęzki poczniemy. *i.* Co inßego mowmy.

Sed ſi placet aliò ſermonē transferamus. *Cic.* ἐπὶ ἕτερον προοίμιον μεθιμεν. *Ariſtid.* Ad aliud proœmium tranſeamus. Pódżmy dáley.

Quouſque eadem? *Seneca.* Quantùm potes familiarium tuorum ſermones *(ineptos aut inutiles)* eò quò decet traducito. *Epictetus Græcus.* δευτέρᾳ κρατῆρος ἤδη καταρχώμεθα. *Lucianus.* Ex alio cratere iam incipiamus. i. *ad alios reos iudicandos accedamus.* V. Dość iuż tego.

Zkuchnia trzyma. Gdźié przyydźié / co tráfi / to ie.

In eum quadrat, qui à victu obuio vbiq; non diſcrepat, aliquid ſingulare edens. In vtramq; partem valet, ſed plerumq; in deteriorem perſtringendo aliquem quales ganeones & paraſiti. Tales Martialis ait: Obſeruare culinam. *Item.* Paſci odore culinæ. *Item.* Maior rapuit canem culina. *Et Iuuenal.* Captus nidore culinæ *(lautæ) Item.* Cupiet lauto cœnare paratu Semper & à magna non degenerare culina. ὁμοφρονοῦσι τῷ μαγειρείῳ κύνες. *A.* Canes ſua omnes cum culina ſentiunt. Studioſus culinæ. *Horat.* V. Pásibrzuch. Gdźié tráfiß.

Zkuſta ná wroblé. ſ proźna / bez béltow.

Proſternere vel diſſipare hoſtes folio farfari. *Plaut. Seruius Lambin. alij aliter.* Volſellis pugnāt nō gladijs. *Varro.* Quid ignaue, peniculóne pugnare cogitas? *Terēt. Seneca ridens Theophraſtum qui terreſtres piſces inueniri aſſerebat, ait:* Cum dolabra ire piſcatum *(non cum hamo aut reti).* Subula leonem excipere. *Idem Seneca ait:* Magnis telis magna portenta feriuntur, &c. & tu aduerſus mortem tam minuta iacularis! ſubula leonē excipis! Subula armatus in aciem deſcendit. *Idem.* Pudet *inquit* in aciem deſcendere pro dijs hominibuſq; ſuſceptā, ſubula armatum. πρὸς τὸν λέοντα μαχέσομεν ἔιλε ῥαφίον. *A.*

Zla rzécz.

διπλῆν κάππα. Duplex cappa. *pro re mala, ſiquidem* Malum, *duplici cappa Græci ſcribunt* κακὸν. *Adde*, tria cappa peſſima. (ſub Wßyſtko lotrowié) μύκης δίκην ἀποπνίγει. *Ephippus.* Fungi inſtar ſuffocat, *nam multi fungi ſunt lethiferi.* & Claudius fungo ſuffocatus eſt.

Zla rzécz poznána / dobra iéſt: ábo mniey ßkodźi.

Nota res mala, optima eſt. *Plaut.* ἔυγνωστα κακὰ, ἔλπιστα.

Mulier tum demum eſt bona, cùm apertè eſt mala. *P. Syrus.*
V. Lépßy ſtéry ſtugé.

Zła ſiekiera nigdy nie zginie.

Poteſt huc trahi illud Ariſtotelis. ἐπὶ ταῖς θύραις τὴν ὑδρίαν. i. In foribus vrceũ. ſ. *nemo aufert. Negliguntur enim paſſim obuia præſertim vilia vel vitioſa. Sic interpretatur hoc dictum Eraſmus, ſed vide* Omyſłá go nádźieią.

Multi aperta tranſeunt, vile videtur quicquid patet. *Seneca.*

ὃ γὰρ αἱρετέον πάντων τὸ ῥᾳδίως ἁλισκόμενον. *Plutarch.* Non eſt tollendum quod facile capere licet. *vt ſecuris mala vbiuis proÿcitur.* Pertinaciter hærent quæ deteriora ſunt. *Quintilian.* *Aſſine,* Złego nikt nie chce.

Zła ſłápa i z gory nie pociągnie.

Duplex ſenſus & vſus huius dicti eſſe poteſt:

Alter in Nolentem. Nam nolenti & inuito, etiam facilia, difficillima videntur. Huc ſpectant illa. Inuitis canibus, bobus. Inuita Minerua, &c. ſuprà. Béz ochoty. Equus nobilis vmbra quoque virgæ regitur; ignauus ne calcaribus quidem concitari poteſt. *Curtius.*

Alter in Debilem vel laſſum, cui vel pluma oneri eſt. V. Słábemu. Sprácowánemu.

Złe być nazbyt dobrem / pokornem / cierpliwem.

Dictum paradoxon ne dicam adoxum & politicum. quale & illud Gallorum. Præbeas te ouem, lupus te deuorabit. Garner. Bedźießli owieczka; wilk cie zágryźnie. *quia homines nimis facili ingenio & moribus placidis, obnoxij ſunt cuiuſuis improbi vel petulantis iniuriæ. Geminum huic eſt.* Złá podyte drzéwo. *Aliud ſenſum quoq; habere poteſt hoc dictum melioren. vt illud: Noli eße iuſtus nimium.* v. Zbytnie rzéczy.

Złé czynić śie nie godzi / choć śie dobre z tąd vrodzi.

καὶ ὰ ποιῆσαι ἕνεκα τῶ ἀγαθῶν τυχεῖν. *A.*

Non ſunt mala facienda vt eueniant bona. *E mente S. Pauli ad Romanos. c. 3. vbi damnat oppoſitum dicentes & agentes. qualis Saul qui l. 1. Regum. c. 15. Iuſſus delere Amalec ad internecionem, reliquit ex ſpoliis optima in ſacrificium Deo ex his faciendum, ob quod à Deo reiectus eſt.*

Złe daleko omiń. Lépiey ominąć / niż śie powinąć / ábo ochynąć.

κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὁμῶς (*al.* ὅλως) ὁδοιπόρει.

Viro ſceleſto, nec viæ fueris comes.

μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν τινὶ βαδίζειν. *Plutarc.* Ne eadem quidẽ via cum aliquo ire. Iniurias quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. *Cic.*

Non accedendum eò, vnde liber regreſſus non ſit. *Seneca.*

ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, οὗ ἐκ σοῦ ἐστὶν ἐπί σοι νικῆσαι. *Epictetus.* Inuictus eſſe potes, ſi in nullum certamen deſcendas, quod vincere tui arbitrij non eſt. Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. *Virgil.*

νάρκης μὴ πλησιάζειν, μηδ' ἅπτεσθαι αὐτῆς. *Plato.* Ad torpedinẽ ne propiùs accedito,

dito, néue eam tãgito. ἀπὸ σειρήνων ἐπεχόμενος τὰ ὦτα οἴκαδε φεύγων. *Idẽ Plato.* A Sirenibus obſtructis auribus abſcede fugiens. Nauigando ne radas terram. ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν. *Pythagoras.* Iuxta terram ne nauiges. i. *vt exponit Clemens Alexandrin.* vectigalia & incertas ac turbulentas redempturas declina.

ἀλλὰ θαλάσσα, χαῖρέ μοι ἐκ γαίης, ἔκαθεν δέ μοι ἤπιος εἶης. *Oppian.* Sed tu mare ſalue mihi ex terra, procul autem mihi mite quoque ſis.

ὀξεῖαν μάχαιραν ἀπόστρεφε. *Pythagor.* Acutum gladium auerte vel declina. i. *res vel negotia periculoſa ſubterfugito.*

Agnus ne ex eodem flumine cum lupo bibat. i. *Potentiori non det occaſionem lædendi ſui, qui debilior eſt. ex Apologo Gabriæ, Phædri, & aliorum.*

Ab equinis pedibus procul abſcedito. Recentiorum iſtud eſt.

σειρῆνας παράπλευτον. *Plato.* Sirenas præternauiga.

Tutiùs eſt verè morſum fugiendo cauere;
Quàm prope ſerpentem procumbere virus habentem. *Anonym. rhythm.*

Longiùs, modò tutiùs ſ. *eundum. Viator cænum vel foſſam declinans, rectam viam prudenter ad tempus relinquit. Affine,* Day zlemu pokoy. Vlić ſkáday śie z dworem. Vlie wdaway śie w niebeśpieczeńſtwo.

Dlec sie to zaplaci.

ὄφιν ἐν κόλπῳ θάλπεις. Colubrum in ſinu foues. *Ex apologo Gabriæ de agricola qui colubrum frigore rigentem in ſinum poſuit, & ab eo calefacto necatus eſt. Similis eſt apologus de Gallina oua ſerpentis in ſuam perniciem fouente.*

λυκιδέας τρέφεις. *Ex Theocrito.* Luporum catulos alis.

τρέφεις κύνας ὡς τὺ φάγοσι. *Theocrit.* Alis canes vt te deuorent. *Alludit ad Actæonem à canibus deuoratum.* V. Pśi go ziędli. *Affine,* Przyplácíß tego.

Dle dobrem nágrádzáć.

Benefactis penſanda delicta. *Cic. de Cæſaris interfectoribus loquens vſurpat hunc ſenarium:* ἄλλοις μὲν εὐεργέταις τὸν δ' ἀπωθεῖσθαι ψόγον. i.

Hocce benefactis amouent alijs (*vel, à ſe*) probrum.

Antigonus Rex iter faciens & milites ſuos in lutum lapſos cum curribus maledicere ſibi audiens, deſcendit & extraxit eos dicens. Maledixiſtis ei qui vos in lutum coniecit, bene dicite ei qui extraxit. Rhodigin.

Dle dobrem śie zgeſto wćtuié.

Dle przy dobrem vydźié. Przy ſuchem i mokre zgore.

Eadem terra fert ſerpentes & ciconias (*quæ illos deuorant*) *Lampridi.*

— Vbi plura nitent ——— non ego paucis. Offendar maculis. *Horati.*

τὸ ἅλας πεπράσθαι καὶ τὰς ἅλας. *Ariſtotel.* Paludem & ſalinas emere. ſ. *oportet ſimul.* i. *Bona cum aliquo incõmodo admiſto non reſpuenda. Dicto dedit occaſionẽ qui ſalinas venales habens, in quibus erat palus, eas ſine palude vendere noluit. Sic Luiſinus corrigit Eraſmũ. Viperæ morſui medetur viperæ ipſius combuſta cinis inſperſus. Origenes, Lactanti.*

Matthiolus apud Pierium. *Aqua marina vitiosa & potui inepta est, sed pisces varios bonos alit & naues defert quolibet. Plutarch.*

ἐν δὲ πάρῳ ψυχρὸν μὲ ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες *Interpres Aristoph.* In Paro frigida quidem aqua, formosæ autem milieres i. *incommodum commodo pensatur.*

Achillis hasta vulnus quod fecerat sanauit. *Ouid.*

Triginta toto mala sunt Epigrammata libro.
Si totidē bona sunt, Lause liber bonus est. *Martial.*

Ficus amarissima ligno & folio: fructum dulcissimum fert. *Plutarch. qui Sympos. 6. hoc problema examinat & rationem reddit.* *Affine,* Dobrze ześlego.

Zlego dość raz skosztować: abo zakusić.

ὁ μέν ποτε παίξας, πάλιν πάιξει. Qui aliquando lusit, iterum ludet. *de aleatoribus verissimum est. sed & alijs illecebrosis rebus vel actionibus accommodari potest. Adde illud vulgare.* Semel malus, semper malus. *quod de scurris mendacibus, impudentibus, infamibus plerung, vsurpatur.* ἅπαξ κακὸς, ἀεὶ κακός. *Simile illud.* Mus picem gustauit. Semel in laqueum vulpes. *suprà.*

Zlego iak namniey.

ἡ λέαινα μονοτόκος. Leæna vnum catulum tantùm parit. *Natura ita prouidit ne noxia animalia multa essent. Basilius. Herodot. Æsopus, Pierius.* E multis malis, malum, quod minimum est, id minimum (al. minimè) est malum. *Plaut.*

Brèue sit quod turpiter audes. *Iuuenal.*

Zlego narodu i psá nie żyw. Zlego drzewá i korzeń wykop.

Ex pessimo genere ne catulum quidem relinquendum, *dixêre milites interfectores Maximi Imperatoris cum filio eiusdem.* *Similis phrasis est aliquoties in libris diuinis.* Si reliquero mingentē ad parietem. i. *canem.* Percutiā vsq; ad mingentem &c.

Exstinguere hostem maximo est virtus duci. *Seneca Octauia.*

ἐ μᾶλλον αὐτοὺς φειστόμεθα ἢ τ̃ λύκων. *Ex Aristophane.*

Hâúd magis parcemus hisce quàm lupis. *Apud Atticos enim qui catulum lupi occidebat, talentum pramium accipiebat; qui verò lupum adultum, duo talenta. Interpres Aristophanis.* *Solon quing, drachmas dabat ei, qui lupum attulisset, vnam verò ei qui lupam, illud erat pretium bouis, hoc ouis. Plutarch.*

πάπ ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει, vel ὑὸς ὑπολείπει. *Aristotel.*

Stultus qui natos occiso patre relinquit. *Hoc dictū vsurpabat Philippus Macedo tollens etiam liberos occisorum parentum.* Kto niéprzyiaćiełowi folguié / sobié zgubę gotuié. *Contrarium fecit Amasias 2. Paralipom. c. 25. qui patris sui interfectores occidit, filiis autem eorum pepercit, seruans legem Deuteron. 24. latam, & factum hoc laudatur, Christianisq, legibus conformius est.* *Apud Homerum etiam Nestor gaudet superstitem esse Orestem filium occisi ab Ægistho Agamemnonis dicens.*

ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι ἀνδρός!

Quam bene habet natum occiso superesse parenti!

Zlego nié kupić / nié ßukáć / ſámo śie nágodzi.

Mala vltrò adſunt. *Eraſm. è Græcis.*

πλείη μὲν γὰ γαῖα κακῶν, πλείη ὴ θάλασσα. *Heſiodus.*

Plena eſt terra malis, (*ijſdem*) maria omnia plena.

μυρίαι ἀτυχημάτων ὁδοί. *Libanius.* Mille infortunij viæ.

Nec quicquam hic vile nunc eſt, niſi mores mali,
Eorum licet iam meſſem metere maximam. *Plaut.*

ἄλγεα μὲν θεοὶ πᾶσι θέσαν ἀνθρώποισιν
ἐσθλὰ ὴ πολλὸν ἄπωθε, πόνον δ' ἔγε μέσσον ἔλασσαν. *Q. Calaber.*

Mala ad pedes dij poſuerunt hominibus,
Bona procul remouerunt, & medium laborem intruſerunt.

ὡς πάντα ἡμῖν ἐστὶ πλὴν κακῆ τρόπῳ! Vt cara cuncta! at excipito mores malos.

πολλ' ἐστὶν ἐν πολλοῖσιν οἰκίαις κακά. *Philemon.*

In pluribus ſunt plurima domibus mala.

Noxia herba, ſpontanea & cita. *Garner.* Sub omni lapide ſcorpius. *Vide* Vſie wiedźieć komu wiérzyć. Facile eſt inuentu malum. *Plaut.* V. Łácno kiy náléść. *Affine*, Dobrego ßukáiąc. Zle śie rychley náwinić.

Zlego nié żáluy. *V.* Vſié ßkoda go. Kto chcé vpormé w dół.

Zlego nikt nié chcé. Zlego i śmierć nié chcé.

Nec Orcus illum accipere vult. *Apud Plautum in Pſeudolo de malo coquo quidam dicit:*

Si ego iuratus peiorem hominem quærerem (*in foro*)
Coquum, non potui quàm hunc, quem duco, ducere.
Multiloquum, glorioſum, inſulſum, inutilem,
Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad ſe noluit,
Vt eſſet hic qui mortuis cœnam coquat. ſ. *quòd nil ſciat.*

Idem rogatus cur ſolus in foro in loco coquorum conſueto ſederit. reſpondet:
Quia optimus quiſq; ab omnibus expetitur, ideò cæteri meliores iam conducti erant, ego viliſſimus relictus. Contraxi verba Pœtæ multa per antiphraſim prolata, ad verum ſenſum.

καὶ σφ' ἀϊδὴς ἄκων δέδεκται κακόν. *A.*

Et Orcus ipſe inuitus accipit malum.

Sic Neronis improbiſſimam matrem Orcus accipere noluit, licet id filius ſæpe ſtudiosè curárit, veneno, lacunaribus cubiculi luxatis ad obruendam dormientem, naui ſolutili ad obruendam vel demergendam in mari, tandem manifeſtè violentam illi cædem attulit. Suetoni. Adde Plautum. ſub Smierć co lépße.

Vide Anacreontis dictum Mars parcit malis. *ſub* Boiáźliwy mátki nié rozrzewni. *Pamphilus Terent. de vxore ingrata.* Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me.

Nequam hominis ego parui pendo gratiam. *Plaut.* Inuendibili merci oportet vltro emptorem adducere. *Idem.* *Affine*, Zła śiekiérá. Smierć co lépße biérzę.

Zlego rázu vßédł, iego ßczęśćie.

Scopu-

Scopulum præteruectus est. *Cic.* τὰς σειρῆνας παραπλεῦσαι. *Ex Platone.* Sirenas præternauigauit. ἐκ λύκου κῶμα. *Diogenian.* Ex ore lupi. ſ. *eripere aliquid, vel euadere.* Hœdus ereptus lupo. *Horat.* Grus è faucibus lupi caput ſaluum extraxit. *Æſop.*

Ζλεγο ζάραμιετας πελέριcy.

Triſtitiam & metus Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis. *Horat.*
φάρμακον κακῶν ἀκεστήριον ἡ λήθη. *Appianus.* Pharmacū malis medens eſt obliuio.
ἐμῶν φρενῶν μὲν ἄνεμοις φέρειν ἔδωκα λύπας. *Anacreon.*
Mentis meæ dolores Ventis dedi ferendos.
——ἔπος δ' ἔσφε λεβαιλα.
δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέρειν ἀναρπάξασαι ἄελλαι. *Homer.*
——Si dictum ſit verbum durius vllum
Id procul abripiant venti per inane procellæ. ἀλλ' ἀνέμοισι
δώσομεν ἀμπλακίας, ὡς καὶ πάρος ἐμμενέωμεν. *Apollonius.*
Sed ventis tradamus errorem (*peccatum*) & vt antè, beneuoli inter nos ſimus, Magni animi eſt iniurias deſpicere: & melius non agnoſcere, quàm ignoſcere. *Seneca.*
Litis præteritæ noli maledicta referre,
Poſt inimicitias iræ meminiſſe, malorum eſt. *Cato.*
μὴ μνησικακήσῃς. *Plato.* Ne memineris malorum.
Non parua litura, ſed imis ceris (*memoria*) eradere aliquid. *S. Hieron.*
χύτρας ἴχνος ζυγκεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ. *Pythagoras.* Ollæ veſtigium in cinere turbandum. *de obliuione præteritorum malorum itemq; voluptatis; & de abolenda offenſa, interpretatur Plutarch. de ira ſtatim deponenda Clemens Alexandrin.*
Magnanimo iniuriæ remedium obliuio eſt. *P. Syrus.*
Ciuilis belli obliuio, defenſio eſt. *Idem.* Iniuriarum remedium eſt obliuio. *Idem.*
ἄαμα δ' ἀδινήμασιν ἡ πεπλησμένα ἦεν.
ἀλλὰ τὰ μὲν πεπετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ. *Homer.*
Iſta moleſta licet tranſacta valere ſinamus.
μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχε τέον ἦτορ. *Phocylid.*
Néue malis iam præteritis cruciato tuum cor.

Onomademo Chiorum principi factione ſedata ſuadebat quidam, vt aduerſarum partium viros eijceret, qui, Nequaquā, reſpondit, ne inimicorum liberati metu, cum amicis hoſtiliter congredi incipiamus. Ex Plutarcho. Locus in quo ſanguis humanus ſparſus eſt lapidibus obruendus. *Pythagor.* i. *occaſio & memoria diſcordiarum abolenda. Plutarch.* ἀμνηστία optimum malorum remedium, *quam Thraſybulus Athenis plebis ſcito ſanxit, Valerio Max. teſte, qui non pauca exempla amneſtiæ habet. l. 4.*
De eadem Cic ſic. Athenienſium reuocaui vetus exemplum, Græcum etiam verbum (ἀμνηστίας) vſurpaui, quod tum in diſcordijs ſedandis vſurpauerat ciuitas illa, atq; omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui.

Idem.

Idem. Ego omnes eius grauiſſimas iniurias, communis concordiæ cauſa, voluntaria quadam obliuione contriueram.

δεῖ ἐν ἀμνηστίᾳ ἡμέραν ἐπενεγκεῖν τιθέντας. *Plutarch.* Oportet obliuioni diem illum tradere. *Et Lucian. (Græca verba omitto.)* In poſterum diem reponere odium & malorum meminiſſe, ac pridianam aliquam memoriam ſeruare, apage, neque dijs dignum, neque regale eſt.

Omnia lethæis merſa ferantur aquis. *Ex Ouidio qui ſic habet.*

Cunctáne in æquoreos abierunt irrita ventos?

Cunctáne lethæis merſa feruntur aquis? *Amico ſui oblito dicit.*

——τὰ δὲ πάντα θεοὶ μεταμώλια θεῖεν. *Homer.*

Hæc verò cuncta dij irrita (*ventoſa*) faciant. *Affine,* Złé wſpominay złego.

Złe i dobre zaraz. Zły i dobry.

——ἐσθλὸς καὶ κακός ἐστι. *Theocrit. de Vino.* Bonum & malum es.

Polypi caput. πολύποδος κεφαλῇ ἐνὶ μὲν κακὸν, ἔνδε καὶ ἐσθλόν. *Plutarch.*

Polypi capiti ineſt quidem malum, ineſt verò & bonum. *Vel.*

Sunt capite in Polypi quædam mala, ſunt bona quædam.

Haſta Achillis. *quæ & vulnerat & ſanat. dictum ſuprà.*

ἐῦ κακῶς. *Euripides.* Benè & malè. *de re quæ vtrunq; habet.*

Vultu mutabilis, albus & ater. *Horat.* Bona mala. *Apud Plinium, cuidam roganti. quinam vtiliſſimè colerentur agri, oraculum editum eſt:* Bonis malis. i. *exiguo ſumptu, magno labore.* *Affine,* Złyś álémi ćie trzébá.

Złé koło mnié / koło niego / koło nas. Moiá tak Rożkowa.

In anguſtum oppidò nunc meæ coguntur copiæ. *Terent.*

Peiore res loco eſſe non poteſt, quàm in quo nunc ſita eſt. *Idem.*

Ad reſtim quidem mihi res redijt planiſſimè. *Idem. Simile eſt illud recentiorum.* Ad manticam res redijt. *Barland. & illud Plinij.* Suſpendio eligenda arbor. *ſuprà poſitum.*

Nunc illud eſt, quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,

Atque huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil afferant. *Terent.*

Simul conſilium cum re amiſi. *Idem.*

Ad genua venit, i. *peſſum it, ſuccumbit vel ſuccubuit. Eraſmus ex Procopio. Sic & Græci loquuntur.* *Æſchylus.* ἀσὶα δὲ χθὼν ἀνωθεν ἐπὶ γῦνα κέκλιται. Aſia terra grauiter in genua inclinauit, vel depreſſa eſt. Upádłá.

ἔρρει τὰ καλὰ μίνδαρος δ' ἐπέσυλαι. *Diogenian.* Periêre honeſta Mindarus ſublatus eſt. *Dux is Laconum erat, quo interfecto, Hippocrates qui fuit ei ab epiſtolis ſcripſit hunc ſenarium. Demoſthenes contemnebat cæteros oratores, Phocione verò ad dicendum ſurgente, dicebat:* ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς πάρεστι. Securis orationis meæ adeſt. *nam & auctoritatem & vim dicendi magnam habebat. Plutarch.*

In eum locum res deducta eſt, vt niſi quis deus vel caſus aliquis ſubuenerit, ſalui eſſe nequeamus. *Cic.* Equus Troianus in vrbem introductus eſt. *Idem.* Prorſus

ſus me vitæ tædet. ita ſunt omnia omnium miſeriarum pleniſſima. *Idem.*
Mures migrauerunt. ſ. *ex ædibus iamiam ruituris. Idem. Nam imminentes ruinas præſentiunt muſculi & præmigrant; aranei verò cum telis primi cadunt. Plini. lib. 8. c. 18. Ælian. l. 1. Var. hiſtor. Homer.* Occiſa eſt hæc res, hæret hoc negotium, *Plaut.*
Tactus ſum viſco. *Idem. tractum ab aucupio.*
Ad incitas redactus ſum. *Idem. à ludo calculorum vel teſſerarum.*
Mortuus pluris pretij eſt quàm ego. *Idem.*
Venit nauis noſtræ naui quæ frangat ratem. *Idem.*
Niſi quid opis mi dint dij diſperij. Montes mali irruunt, abſumptus ſum. *Idem.*
Nunc homo in medio luto eſt. *Idem.* Sub cultro eſt. *Horat.*
πᾶν πεῖσμα διέῤῥηκται. *Heliodor.* Omnis rudens diſruptus eſt. πᾶσα ἐλπὶς ἄγκυρα παντάπασιν ἀπέπτακται. *Idem.* Omnis ſpei anchora prorſus abſtracta eſt.
Exceſsêre dij. *Virgil.* ſ. *ex vrbe Troiana à Græcis capta.* *Sic Æſchylus.*
θεὸς ἁλώσης πόλεως ἐκλείπειν λόγος. Deos vrbem quæ capitur deſerere vulgò dicitur. *Huius affectus plena eſt ſcena 1. actus 2. Moſtellaria Plauti, vbi ſeruus nuntians herili filio belluanti cum ſodalibus & ſcortis, aduentum patris peregrè, lamentatur cum illis, dicens:* Occidit ſpes noſtra, Nec Salus nobis ſaluti iam eſſe, ſi cupiat poteſt.
Ita mali mœroris montem maximum ad portum modò
Conſpicatus ſum herus aduenit peregrè. perijt Tranio.
Philolaches: ego & tu. P. Quid ego & tu? T. Perijmus.
P. Quid ita? T. Pater adeſt, abſumpti ſumus. P. Occidi.
Pater hic me offendet miſerum ebrium, ædes plenas conuiuarum & mulierum &c. &c. Indagine cinctus eſt. *Budæus ex Virgil.*
Venit ſumma dies & ineluctabile tempus. *Item.*
Hoſtis habet muros, ruit alto à culmine Troia. *Virg.*
Hamum vorat. *Plaut.* Ad ſcopulum ire. i. *ad interitum. Lucretius.*
Affine, Zginatem. Vlé oſtátnia Vlicbéſpiéczno.

Zlem położeniem dobry śie zépſuié.

Vulgare dictum eſt: Occaſio facit furem.
ὁ καιρὸς, ὁ κλέψαντα πρὶν, κλέπτειν ποιεῖ. *A.*
Occaſio ex non fure mox furem facit. *Huc trahit Eraſmus illud Plutarchi.*
γλυκεῖ ὀπώρᾳ φύλακος ἐκλελοιπότος.
Cuſtode pomum abſente dulceſcit (*vel pellicit*) magis. *Interpretatur Eraſm. impunitate malos ad peccandū prouocari. Sed hanc interpretationē multis refutat Henric. Stephan. quia potiùs magis appetuntur vetita. Aliter ergo.* V. Grzech ćiemnośći lubi.
πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος. *Phalari.* Occaſio res promouet quam plurimas.

Zlem to ßkodźi / co śie dobrem godźi.

Gallus domeſticos ad opus excitans carus patrifamilias, furibus odioſus, *Æſop.*
ἃ τοῖς χρηστοῖς εὐεργεσήματά ἐστιν, ταῦτα τοῖς πονηροῖς μάλιστα ἐναντία. *Epimythion Planudis.* Quæ bonis ſunt vtilia, hæc improbis maximè aduerſa.

Veſpa

Vespa oleo perfusa moritur, aceto reuiuiscit. Vincenti. histor. natural. *In agro Sulmonensi aqua est quæ herbas inutiles vel noxias enecat, frugibus innoxia, quin eis pro sarculo est. Plini.* *Ciconia hominibus grata & amica ac vtilis, ranis & serpentibus odiosa ac exitialis.* *Rosæ odor homini gratus & salutaris, scarabæo letalis. Pierius.*

Zlemi śie być podczas znamy / á wżdy tego nié wyznamy.

ἑαυτὸν ἀδεὶς ὁμολογεῖ κακὸν ὤν. Se nemo, cùm sit, confitetur improbum.

Zlemu dobrzé czyń dla luckośći.

Cùm malò do, non homini do, sed humanitati. *Seneca.* i. *non mores improbos specto, sed naturam indigentem.* ἐ τ ἄνθρωπον ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐυεργετητέον. *Non homini (si malus est) sed humanitati benefaciendum.* Varro etiam aliud homini, aliud & plus humanitati tribuit. V. Dobrzé czyń káżdemu.

Zlemu nic nié pomożé. Zły zawżde zły.

ξύλον ἄγκυλον, ἀδεπτ' ὀρθόν. *Galen.* Lignum tortum, nunquam rectum.

Natura (*mala*) haud vnquam flectitur officijs.

Qui improbus est, siue subbibit, siue adeò caret temeto, tamen ab ingenio est improbus. *Plaut.* *Ideo monuit Pythagoras.* Ζιτίον ἐις ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. Cibum in matulam non imponendum. i. *Interprete Plutarcho.* Sermonem vrbanum, qui cibus est animi, in animum improbi hominis non immittendum. Corpora vitiosa quò plùs alis, plùs lædis. *Medici Hippocrat. Galen.*

V. Nié pomożé krukowi mydło.

Zlemu rzemieśnikowi ábo robotnikowi każde naczynie złe.

Instrumenta malus nulla inuenit (*asserit*) apta colonus. *Garner.*

τεχνίτῃ τε κακῷ τ' ὄργανα πάντα κακά. *A.*

Instrumenta malo cuncta mala artifici.

Zlem vżywáiem dobra rzecz podléié / mżęcié.

κἂν λῷστα πράγματα ποιεῖ δυσχρησία κακά. *A.*

Vel optima vsu res malo efficitur mala.

Res nulla tam bona quin malo vsu sit mala.

Sic Terent. Nihil est quin malè narrando possit deprauarier. *Et Cic.* Nihil est tam sanctum quod non soleant domestici deprauare nonnunquam.

Adulter est vxoris amator acrior. V. Zfwoiem śie piwem vpiié.

Zlemu śie zwiézié. Zły łácno vydzié.

Quam pessimè quisque facit, tam maximè tutus est. *Salusti.*

τὰ τ Φώρων κρείττω. *Suidas.* Furum causa est potior. i. *qui rapinis furtis & malis artibus rem fecére, meliori sunt loco & maiori in pretio, quàm iuris & iustitiæ cultores. Gulielm. Canter.* *Simile* Máte złodzieyki chwytáia.

Plura in hanc sententiam habes sub Jédnemu śie zmiele. Dobrem źlé śie powodźi.

ὡς τις κάκιστος, ὕτω ἀσφαλέστατος. *A.* Vt quisq; pessimus, ita tutus maximè est.

Zlemu wßlędy ábo záwße zlé.

Ἐ ζῶν ὁ φαῦλος κ) θανὼν κολάζεται. Viuenſq; mortuuſq; plectitur malus. Vel mus, vel capra mordet noxium. V. Vlié ßkodá go.

τοῖς κακοῖς τρὶς κακά. Vel. τρὶς τοῖς κακέργοις κακά. *Athenæus.* Malis ter mala.

εἰμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων, κακὰς ἀμοιβὰς ἐπὶ καρπῶσθαι βροτοῖς. *Plutarc.*
Conſilia ſi quis deſtinarit improba, Hunc eſt neceſſe præmium ferre improbum.

ἀεὶ κακοδαιμονεῖν ἀνάγκα τὸν κακόν. *Archytas.* Semper miſerum & infelicem eſſe oportet malum virum. *Vel.* Miſerum eſſe oportet improbum ſemper virum.

Zlemu wßyſtko zlé. Zły wé zle wßyſtko obraca.

Malus animus omnia in malum vertit, etiam quæ optimi ſpecie venerunt. *Seneca.*

αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται. *Sophocles.*
A turpibus niſi facta turpia diſcere eſt.
Infecto vaſi quidcunque infundis aceſcit. *Ex Horatio.*
Intellexit ibi vitium vas efficere ipſum, Omniaq; illius vitio corrumpier intus.
Quæ collata foris & commoda cunque venirent. *Lucretius.*

Malis mala eueniunt. *Ex Euripide.* V. Dobremu wßyſtko dobre. *Smyrnæ in templo fuit ſpeculum quod omnes pulchras formas, deformes & horribiles reddebat. Plinius.*

Tribolus. Quocunq; tandem ieceris tribolum modo, (dny.
Aculeo vno ſemper erecto cadet. V. Zlemu nic nié pomożé. Vlédogo

---

Zlemu / podlemu / ßpétnemu &c. zálecenia trzébá.

Zle záleceniem vchodźi zá dobre.

Munus vile ornandum eſt verbis. *Vt apud Terent. quidam ſeruo præcipit ſuprà.*
Plùs æquo laudat qui vult extrudere merces. ſ. *vitioſas. Ex Horatio.*
Inuendibili merci oportet vltrò emptorem adducere. *Plaut.*
Vino malo pulchra hedera appendenda eſt. *Ex vulgari dicto.*

ἔργων ἁμαρτανομένων λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες προκαλύμματα γίνονται. *Thucydides.*
Improbis operibus oratio verbis ornata velamentũ eſt. Struma dibapho tegẽda.
Ex Cic. V. Wádc pokryć. Ζαπεὺς τάριχος τὴν ὀρίγανον φιλεῖ. *Clearchus.*
Origanum (*herbam*) putria ſalſamenta amant.

Zlem zlego zbywáć.

κακὸν κακῷ θεραπεύειν. *Sophocles.* Malum malo ſanare.

πικρὰν πικροῖς κλύζουσι φαρμάκοις χολὴν .ſ. ἰατροί. *Idem.*
Amaram amaris pharmacis bilem eluunt .ſ. *medici.*
Nunquam periclum ſine periclo vincitur. *P. Syrus.* *Affine,* Klin klínem.

Zle nábycie / niéſpore. Zbior niéſłußny / niétrwały.

Co śie źlé nábedźié / to śie źlé odbedźié. (rychło śie pozbedźié.)

Malè parta, malè dilabuntur. *Cic.* Malè partum, malè diſperit. *Plaut.*
Quo modo habeas, refert; iuréne an iniuria. *Idem Plaut.*

Nam

Non habet euentus ſordida præda bonos. *Ouid.*

ὁ δ' ὄλβος ἄδικος, καὶ μὴ σκαιῶν ξυνὼν,
ἐξέπτατ' οἴκων, ζωικρὸν ἀνθήσας χρόνον. *Euripides.*

Opulentia iniqua, cum maliſque commorans,
Domo euolat, vbi floruit tẽpore breui. *Apud Ariſtophanem Cleoni, qui malis artibus obtinuerat vt in Prytaneo Athenienſium reipub. impendiis aleretur, dicitur.*

εἴθε φάυλως ὥστε εὗρες ἀποβάλοις τὴν ἔνθεσιν. Vtinam malè quem reperiſti amittas vel reijcias bolum. *Suidas ait quadrare in eos qui præter opinionem & meritum, fortunam amplam vel celebritatem nominis inuenerunt.*

Rapto parta, Harpyarum opes *dici poſſunt, quæ virgines finguntur, quia rapina omnis ſterilis: pennatæ & volaticæ, quia rapina citò auolat. Ex Rhodigino qui pluribus id declarat. l. 29. c. 27.*

τὸ παρ' δίκαν γλυκὺ, πικρὸν τέλος μένει τελεῖν. *Pindarus.* Rem præter fas vel æquum dulcem, amariſſimus manet exitus.

ὁ πλεῖστος ἀδίκως εἰς τὴν πόλιν εἰσελθὼν, καὶ τ' δικαίως ὑπάρξαντα μὲν ταχέως μέλλει ἀποστερεῖν. *Iſocrates.* Opes iniuſtè in vrbem ingreſſæ, etiam eas quæ iuſtè tenebantur, breui tempore ſecum perdent.

Vulgaris verſiculus. De male quæſitis non gaudet tertius hæres.

Oenopolæ cuidam factum pecuniæ ex vino aqua miſto collectæ, nauiganti miluius rapuit, & in aquam demiſit ac merſit. Gregorius Turonens.

Apes furtiuæ peſſimè proueniunt. *Cælius Calcagninus.*

Pauca malè parta, perdunt multa benè parta. *Garner.*

Cum ventis rapidis abeunt bona parta rapinis. *Idem.* V. Kościelny zbior.

Ite omnes.

ἰσχυρὸν ὄχλος ἐστί τ', ἀκ ἔχει δὲ νῶν. Eſt forte quiddam turba, mente ſed caret.

λαὸς καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ ἀκαλάκευτα πάντα. *Phocylides.*

Ignis, aqua, & populus, cuncta hæc compeſcere non eſt.

Et quæ non lædunt ſingula, iuncta nocent. *Ex Ouidio inuerſum. qui ait:*

Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.

Alcibiades ad populum Athenienſem verba facturus extimuit, quem Socrates animauit dicens: Nonne contemnis ſutorem? præconem item? item tentoriorum artificem? &c. annuente illo, atqui inquit Socrates, ex ijs vel ſimilibus totus populus conſtat, quos ergo ſingulos deſpicabiles ducis, eos congregatos ne formides. Rhodigin.

Similis ille, qui peroraturum diſcipulum, auditores ollas eſſe cogitare iubebat.

Vnde ortum illud. Non ſunt hîc ollæ. *Simile illud.* Non ſunt hic oues.

Eudamidas rex Spartæ cùm eum quidam victoriis obtentis ad bella alia incitaret, reſpondit. Videris mihi ignorare non idem eſſe quinquaginta lupos, quod mille oues ſuperare. *E Plutarcho* Formicarum agmen, *ſignum infeſtæ multitudinis. Sic Tiberij ſerpentem earum viuum corrodentes, interitum à multitudine Cæſari prænuntiarunt. Nero item ante interitum oppleri ſe agmine formicarũ alatarum ſomniauit. Sueton. Pierius.*

Σφηκῶν ἑσμός. Veſparum examen .ſ. metuendum. *quia cateruatim prò nidis pugnant, & morſus acerrimos ac letales inſigunt. Ælian. Plini.*

ἠρέθισα ἐπ' ἐμαυτὸν καὶ ἐπεσκαπάνιλευ (an ἐπεσκαψάμιλευ;) οἷον ἑσμόν τινα σφηκῶν κεκινημένων. *Themiſtius.* Irritaui & effodi in me tanquam aluearium quoddam veſparam aculeatarum.

Gallus pugnax & leonem voce terrens, veſparum examen metuit. *Ex Ælian.*

Συγκρητισμὸς φοβερόν. Syncretiſmus metuenda res. V. Zgoda ponieważ wolna.

καλλικυρίων πλείους. *Suidas.* Callicyrijs plures. *de magna ſordidorum aut ſeruorum turba, quales erant illi apud Syracuſanos, qui oppreſſerunt & expulerunt dominos.*

πάντας φοβέιδω τὸν καθ' ἕν' ὃ φοβέμενος.

Omnes timeto ſingulos qui non timet. *Ex Capitolino.*

ἕνα τὶς πεφυγὼς κλείνεται πάντων βίᾳ.

Qui effugit vnum, viribus cadit omnium. *Item ex Capitolino. qui in Maximino, verſiculos in eius crudelitatem Græcè prolatos, Latinè reddidit ſic:*

Et qui ab vno non poteſt occidi, à multis occiditur.
Elephas grandis eſt, & occiditur, Leo fortis eſt, & occiditur,
Tigris fortis eſt, & occiditur. Caue multos ſi ſingulos non times.

Reddidit eos Caſaubon. Græcè. ἕνα τὶς πεφυγὼς κλείνεται πολλῶν βίᾳ. &c.

Vltimus. πολλὸς φύλαττε τὸν καθ' ἕν' ὃ φοβέμενος.

Cunctis terribilis caueto cunctos. *Ex Auſonio qui habet:* Multis-multos.

V. Wiele złego dwá ná iednego.

Złe śię rychley náwinię / przyymię / wzmożię.

Mala obuia ſunt. *Vel* Mala vltrò adſunt. τὰ κακὰ τοῖς μὴ διζημένοις παραγίνεται. Mala non quærentibus adſunt.

Vrticæ & aliæ herbæ inutiles & noxiæ ſponte vbertim & citò vbiq; proueniunt.

Rubus tranſeuntes laceſſit, non oliua nec ficus. Ex Plutarcho. Lappæ, ſentes, rubi, caſtaneæ, philanthropos herba veſtes tranſeuntiũ prenſant & adhæreſcunt. Dioſcorid. Plini.

Et mala radices altiùs arbor agit. *Ouid.*

Fungus vna nocte naſcitur. *Pierius. Sed & medici damnant fungos in cibis.*

Ranæ diopetes cum pluuia cadunt. *Plini.*

Labitur ex mente actutum bona res, mala lentè. *Anonym. rhythm.*

Affine, Złego nię kupię.

Złé wzyniwszy / gorzey śię wymawia / broni / chwali.

πηλὸν πηλῷ καθαίρει. *Apollonius.* Lutum luto purgat. λίνον λίνῳ συνάπτεις. Linum, lino nectis. ἐπὶ σχοινίον χοινίον Ad reſtim funiculum. ſ. *addis. vt mendacium mendacio, dolum dolo. Eraſmus. Simile illud ex Homero:* ἕλκει ἕλκος. HVlceri hulcus aut vulnus. ſ *addit.* κακὸν κακῷ θεραπεύει. *Sophocles.* Malũ malo curat. Scelera ſceleribus tuenda ſunt. *Seneca ironicẽs de crudelibus loquens.* ἐλαίῳ πῦρ σβεννύεις. *Ex Luciano.* Oleo ignẽ exſtinguis. i. *remediũ adhibes quod malum augeat.*

lẽ augeat. Illud Pythagoræ πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. Ignẽ gladio ne fodito. *Vicino ſenſu explicat Lauin. Malũ malo ne vlciſcaris. vt ſi amator inſanus cadẽ addat, ait Lãbinus.*

Zlé wſzyſtko wyklada.

τῇ δεξιᾷ δοθέντα λαμβάνει σκαιᾷ. A.

Capit ſiniſtrâ dextrâ ſibi data. Siniſtrè accipit omnia. *Tacit.*

δοκεῖς μοι ἐκείνων εἷς εἶναι, ὃς ἐδίδαξεν ἀριστερὰ γράμματα μέσαι. Athenæus.

Videris mihi ex illis eſſe vnus, quos ſiniſtras literas Muſæ docuerunt.

ἀπαρίστερ' ἔμαθες ὦ πονηρὲ γράμματα. Idem.

Improbe ſiniſtras edidiciſti literas. *Theodorus apud Plutarchum dicebat, ſe rationes ſuas dextra porrigere, ab auditoribus accipi ſiniſtra. Homines rudes, fortuna ad dextram aſſiſtente, ſiniſtram turpiter porrigunt. Idem Plutar.*

Mamercus Martialis *omnia malè accipiebat. Vide* Niedogodny. *& alia ibidem.*

ὁ κακόνους γλῶσσάν σε ἀριστερᾷ φέρει. A.

Linguam in ſiniſtra parte geſtat maleuolus.

Zle zá dobre odnośić ćieżko.

Vt acerbum eſt, pro benefactis cùm mali meſſem metas! *Plaut.*

Bos vetulus domini cultris miſerabile collum Præbet. *Iuuenal.*

Plura vide ſub hiu. Dobrodźieyſtwo źle oddáne. Dobrodźieyſtwo dobrodźićiowi ſkodliwe. Stáre pomiátáia 1.

Zle z dobrem mieſzáć niépomoże; bárziey záwádźi.

Ztem dobrego nie népráwiſz / nić ozdobiſz.

Sincerum eſt niſi vas, quodcunq; infundis aceſcit. *Horat.*

Vaſis vitio omnia intus infuſa corrumpi, *ait Lucret.*

Vinum vaſi è taxo infuſum venenum fit. *Plinius.*

Martialis in Tuccã conuiuatorẽ miſcentem conuiuis vinũ malũ cum bono, ait: l. 1. epiſt. 19.

—Scelus eſt iugulare Falernum, Et dare Campano toxica ſæua mero, &c.

Idem in quendam Pòëtam ineptum miſcentem verſus ſuos cum verſibus Pòëtæ:

Habeas licebit alterum pedem Ladæ, Inepte fruſtra crure ligneo (*altero*) curtes.

κακὸν ἐλάχιστον, πρᾶγμα φθείρει φέριστον. A.

Minimum malum quodcunque, vitiat rem optimam.

Zle z domu / dobre w dom.

ἔξω βάλλειν, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγίειαν. Foras famẽ, intrò diuitias & ſanitatẽ.

Zlodźieia domowego trudno śie vſtrzedz.

ἡ Φανὶς vel ἡ Φάνυς θύρα. Euſtath. Phani vel Phaniæ ianua vel oſtium. *ſ. fruſtra diligenter ſeruatum. Tractum à quodam Phano cæco diuite vel zelotypo, qui metuens theſauro vel vxori ſuſpectæ parùm fidens, ita ianuam claudebat, vt ſine ſtrepitu aperiri non poſſet: ſed fure vel adultero per tectum ingrediente, fruſtranea eius cuſtodia, in ora hominum abijt, vt per iocum Phani ianuam iactarent. Simile quid habet Horat. l.*

rat. l. 3 Oda 16. de Danae fruſtra cuſtodita. Itẽ Martial. l. 1. ep. 74. ad Caciliañ.

Χαλεπὸν φυλάττειν τ' ἀπὸ κλοπῆς οἰκικὸν. A. Seruare furem difficile domeſticũ.

Nemo cauet furem quem tenet ipſe domi. *Garner.* Furi domeſtico nihil clauſum & ſignatum eſt domi. *Ex Cic.* v. Vlic przéd niem nic zámykay. Pone ſeram, cohibe. ſed quis cuſtodiet ipſos Cudoſtes? *(à te poſitos) Iuuenal.*

γελοῖόν τε τὸν φύλακα φύλακος δεῖσθαι. *Plato:*

Ridiculum eſt cuſtodem cuſtode egere.

Qui cauet ne decipiatur *(à ſeruis ſuis)* vix cauet, etiam cùm cauet.

Etiam cùm cauiſſe ratus, ſæpe is cautor captus eſt. *Plaut.*

Qui it lauatum In balneas, ibi cùm ſedulò ſua veſtimenta ſeruat,

Tamen ſurripiuntur: quippe qui, quem illorum obſeruet, falſus eſt *(neſcit)*

Fur facilè quem obſeruet, videt; cuſtos qui fur ſit, neſcit. *Idem.*

Te accuſo meritò, qui mihi omnes angulos furum impleuiſti in ædibus.

Qui intromiſiſti in ædes quingentos coquos.

Cum ſenis manibus genere Geryonaceo;

Quos ſi Argus ſeruet, qui oculeus totus fuit, Is nunquam ſeruet. *Idem.*

Fur vt monedula. *Garner. quæ domeſtica, verus eſt fur domeſticus.*

Rectè proinde monet Eccleſiaſticus. c. 42. Vbi multæ manus ſunt, claude; & quodcunq; trades, numera & appende: datum verò & acceptum omne deſcribe.

Zlodźiéią obiéśiwßy po órtél. *V.* Spráwá iak w ośiéku.

Zlodźiey á kłamcá / dwá bráćia.

ψεύσης κλοπεύς τε συγκάσιές εἰσιν δύο. *A.*

Fur atq; mendax peſſimi fratres duo. *Nam mendax facilè furatur, habet enim quî facilè mendacio elabatur. Videntur quidẽ illi duo fures vitaſſe mendaciũ, quorum alter abreptã mercẽ alteri clam porrexit, & mercatori quærenti reſpondit, ſe non habere; alter verò negauit ſe accepiſſe. Sed non ita eſt. Prior enim dicere debebat, ſe nõ abſtuliſſe, nec habere, poſterior ſimiliter: ſed illi eluſerunt diuiſa reſponſine mercatorẽ.* Furem cauere facilè quis poteſt, mendacem non item. *Garner.* Fur, & receptans furta, ſunt ambo pares vel rei. *Vide* Vlić to zlodźiey co krádnić.

Zlodźiey gdy go wiéßa / radby wßyſtćk świát powołał.

Similiter Galli dicunt. Socius ſceleſtus ſocium ad ſupplicium trahit. *Garner.*

ἕλαρος πανηρὸς ἕλαρον ἐς κόλασιν ἀγάει. *A.*

Złorzéczenſtwo głupia rzécz.

Maledicentia ſtultorum theſaurus. *Rhodigin. ex Plauto qui ait:*

Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus,

Vt quæſtui habeant, malè loqui melioribus.

δύσμορος (*al.* δύσμοιρος) ἔστι μᾶλλον ἢ κακήγορος:

Deformis *(al. infelix)* eſſe quàm maledicus elige.

Złorzéczliwy. Złorzéczyć. Przéklinać. Szkalować.

ἀρχιλοχῶ

Ἀρχιλόχου πατρίς. *Diogenian.* Archilochi patria. *de mordacibus & maledicis multa. Henr. Stephan. Aliter.* Ἀρχίλοχον πατεῖς. Archilochum calcas. i. *eius vestigiis aut libris vel dictis inhæres. quia ut mordacissimus & maledicentissimus Poëta fuit. ita Erasm. aliter Henr. Stephan.* V. Wie wygraß.

Archilochia edicta. *Cic.* Archilochi rabie armatus. *Ex Horat. qui ait:*

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Βυπάλιον μάχην ἀείδει. *Iulian. Apostata.* Bupaliam pugnam canit. *Nam Bupalum Hipponactis (quem ille irritauerat) iambi perdiderunt. Vnde apud Cic.* Hipponacteum præconium. *pro infami probro vel nota.*

ἰαμβίζειν. *Suidas.* Conuiciari. *quod apud Iambis fiebat: vel à Iambe femina maledicentissima.*

Lingua maliloquax est mentis indicium malæ. *P. Syrus.* ὁ κακολόγος κακόνοος ἀρᾶς ἱερόν. *Diogenian.* Deuotionis templum, *vel* Exsecrationis fanum. *quale fuit Athenis Hesychio teste, in quo exsecrabantur eum qui viam erranti non monstrasset. Item deuotiones fiebant hostium apud Macrobium.* Przeklinánie.

Diris agam vos. dira deprecatio. Nullâ expiatur victima. *Horat.* Caue Thoracem, illi perpetuò occinendum est. *Vide* Wilcy iezyk zá zeby.

Σκώμματα μαισωνικά. Dicteria Mæsonica. i. *petulanter tacta. à Mæsone histrione auctore.* ἀρὰς ἐπισπεῖραι. Exsecrationes serere dicebatur. *qui diris deuouebat quempiam. Cyprij diris deuouebant spargentes ordeum cum sale.*

κύμινον σπείρειν. *Phalereus.* Cyminum serere *dicitur, qui conuicia, maledicta, diras in aliquem vomit. Nam cuminum cum maledictis satum, benè prouenire credebatur. Theophrast. Plinius.* Simile est illud *Persij dictũ:* Ocyma cantare alicui. i. *probris & maledicto insectari, quia & ocymum similiter cum maledictis serebatur. Plutarch. Plini.* Ruta *item eodem modo* serebatur *Palladio teste, quòd sic feliciter prouenire putabatur; optimè verò furtiuæ.*

Sed hæ omnes ethnicorum sunt vanissimæ superstitiones, quas pudeat Christianos credere.

χαίδιον λυτῶν. *Philostrat.* Anicula rabiosa. *nam hæ sæpe maledicæ sunt.*

ὅλας ἀμάξας βλασφημιῶν κατεστιβάσαν ἀλλήλων. *Lucian.* Tota plaustra conuiciorum effuderunt (*in se*) inuicem. ἔστι γὰρ ἀμφοτέρωσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι πολλὰ μάλ', ὁδ' ἂν νῆυς ἑκατόζυγος ἄχθος ἀροῖτο. *Homer.* Potest vterq; dicere probra valde multa, quorũ onus neq; nauis centum transtrorũ ferre queat. *Cleomenes maledicentibus sibi Argiuis respondit.* Τὲ μὲν κακῶς λέγειν ὑμεῖς κυρεῖτε, τὸ δὲ κακῶς ὑμᾶς ποιεῖν, ἐγώ. *Plutarc.* Maledicere mihi, in vestra potestate est; malè autẽ vobis facere, in mea. *Lysander cuidã maledicta in ipsum iacienti respõdit.* Dic ista crebrò, sine intermissione, si forte mala omnia quibus plenus videris egerere queas. *Plutar.* Maledici symbolum Serra, *vel ob asperitatem dentium, quæ tactu percipitur; vel strepitus, qui auribus molestus est (Varone teste) Pierius ex Plutarcho.*

λινδίοις θυσίαν. *Suidas.* Vel λινδίων θυσία. Lindij sacrum faciunt vel Lindiorum sacrum. *quod cum conuiciis peragebatur Zenodot. Nazianzen. Ad Lindium refert Lactantius, qui Herculi boues eius vorauit maledicebat, ipso vidente quare Hercules tale*

ſacrum cum maledictis inſtituit, quòd nunquam ſuauiùs epulatus eſſet, quàm Liuio maledicente. Noſtri hic vſurpant. Pačiérze mowi. *Nam & Latini Diras vocant Preces. Simile eſt illud.* ῥόδιοι πρὸ θυσίαν. *Diogenian.* Rhodij ſacrificium. Maledicus à malefico non diſtat niſi occaſione. *Quintilian. Nam maledicus oblata occaſione facilè nocet; dum verò id non poteſt, verbis compenſat.* Helena ob maledicentiam canis eſt appellata. *Plaut.*

Złość / głupia. Każdy złośliwy / vporny.

Scelera non habent conſilium. *Quintilian.*

ἀσυλλόγιστόν ἐστιν ἡ πονηρία. Ratione nulla vincitur malignitas.

ἀνεύθετητόν ἐστιν ἡ πονηρία. Negat moneri vel doceri malitia.

Złość táwna / śmiała.

Nihil eſt audacius illis Deprenſis, iram atq; animos à crimine ſumunt. *Iuuenal.*

Confer, Wſtyd dość raz vtráćić.

Złość płaßczykiem śie cnoty często pokrywa.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis & vmbra. *Iuuenal.*

Timidus vocat ſe cautum, parcum ſordidus. *P. Syrus.*

Vitium fuit, nunc mos eſt aſſentatio. *Idem.*

Venit ad me pro amico blandus inimicus. Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt. *Seneca.*

αἱ πολλαὶ ἀρετῶν ὀνόμαθ' ἕνδυεθ' εὐκόλως. *A.*

Nomina frequenter vitia virtutum induunt.

ὀνόμασι περιπέπλασται μοχθηρίαν. *Ariſtophan.* Nomine obtegunt improbitatem. *Apud Lucretium libro 4. vitia feminarū lepidè excuſantur & nominibus virtutum ornātur* Nigra, μελίχροα eſt: immunda ac fœtida, ἄκοσμα &c. V. Kto kogo miłuié. *Contrà Ouidi. l. de Remedio, docet feminarum dotes, laudes, ornamenta vituperare & faſtidire. Dionyſij pater nequiſſimus, filias ſuas tres vocauit, Virtutem, Temperantiam, Sapientiam. Plutarch.* Mala interdum ſpeciem honeſti obtulerunt. Sunt enim vitia virtutibus confinia. *Seneca.* Decipimur ſpecie recti. *Horat.*

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit. *Ouidi.*

Złość / niéprzyiazń ſkryta / złośliwßa.

Kto z kátá miérzy/ pèwniey i bárźiey vdérzy.

Graue eſt malum omne quod ſub aſpectu (.i. *ſub perſona*) latet. *P. Syrus.* i. *quod prætextu aliquo honeſto vel ſpecioſo velatur.*

Quod tegitur, maius creditur eſſe malum. *Martial.*

Tuta frequenſque via eſt per amici fallere nomen,
Tuta frequenſque licet ſit via, crimen habet. *Ouidi.*

Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ & apertæ. Cles Magis nocent inſidiæ quæ latent. *Seneca.*

καλὼ-

καλύπτουσιν ἔχθεα χείλη ἄδικα vt Symmachus vel ψόδη. vt Aquila legit. *Prouer. SS. c. 55.* Abſcondunt odium labia iniuſta vel mendacia.

Equus ligneus. *Vel* Equus Troianus. ἵππος δόρυ vel δόρατος: *pro inſidiis occultis.* *Ex Homero Virg. Cic. Vicinum eſt illud Themiſtoclis, cui cùm Philides Hippotrophus equum petenti negaſſet, dixit:* Τὴν σὴν οἰκίαν σὺ ποιήσω δόρειον ἵππον. *Plutarch.* Faciam domum tuam equum ligneum. i. *criminibus ſtruendo te perdam.*

Affine, Dobroć zmyślona. Cicha wodá.

Złość ſobie nagorſza / naßkodliwßa.

Malitia ipſa maximā partem veneni ſui bibit. *Seneca.* Minimum & tenuiſſimū ex nequitia ad alios redundat; ſpiſſiſſimum & peſſimum domi remanet. *Idem.*

κακότης ἑαυτῇ παγκάκιστος γίνεται. *A.*

Złota kamieniem / ogniem doznaway / á człowieká złotem. Złoté probá / oſełká / ogień: á człéká złoto.

Aurum Lydio lapide, hominem auro explora. Quod index auro, id aurum homini. *Eraſmus.* ἐν μὲν λιθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται, δηλὸς βάσανος φανερὰν: ἐν δὲ χρυσῷ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν τὸ νοῦς ἔδωκεν ἔλεγχον. *Chilo apud Laërtium.* In ſaxeis coticulis aurum exploratur, præbens ſpecimen manifeſtum: in auro verò virorum bonorum & malorum ingenium dat ſpecimen ſui.

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Sic hominem monſtrant fulua metalla probum. *Ex Ouidio.*

πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώποις τρόπων. *Antiphanes.*

Opes index ſunt hominibus morum. *Vel.* Opes vt index hominis ingeniū arguunt. *Sic in Piſcatore Luciani, Philoſophia, veros Philoſophos explorandos eſſe cenſet, propoſito auro gloria & voluptate (vt aquila explorat pullos ſplendore ſolis) vt qui iſta neglexerit oleagina corona ornetur, qui verò fixè aſpexerit & manū porrexerit, abraſa barba inuratur.*

Złotemby piſáć iego ſłowá.

Cedro digna locutus. *Perſius.* i. *oleo cedrino linenda ad perpetuitatem. vel tabulis cedrinis à bibliopego tegenda, vel arcula cedrina includenda.*

Nam ἡ κέδρος ἀναιρετικὴν ποιεῖ τῶν σκωλήκων τὴν κεδρίαν. *Athenæus.* Cedrus exitialem vermibus producit cedriam, oleum.

Iuueneſcere cedro librum *dixit Auſoni. At Ouid. de libro triſti.*

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Cedrum item τῶν νεκρῶν ζωὴν. *i. mortuorum vitam vocat Dioſcorides.*

τὰ βιβλία ἀλείφεις τῷ κρόκῳ καὶ τῇ κέδρῳ. *Lucian.* Libros inungis croco & cedro. *Sic Horatius.* Carmina

——— Linenda cedro & læui ſeruanda cupreſſo. *Nam cupreſſus etiam cariem & vetuſtatem non ſentit. teſte Plinio.*

Ad eundem ſenſum commendantem ſcripta alicuius valent & illa Perſij:

——— Nec ſcombros metuentia carmina nec thus. i, *non deferentur more vili-*

em chartarum in culinam vel myropolium, *Item Martial. de ſuo libro.*

Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontis gemino decens honore. *Idem de eodem.*
Nec ſcombris tunicas dabis moleſtas. *& aliàs ſæpe.*

Auro etiam hic locus vt in phraſi Polonica. Nam cùm aurum metallorum omnium præſtantiſſimum ſit; omnia quæ pulcherrima & præſtantiſſima eſſe ſignificare volunt, aurea vocant Græci & Latini. χρυσέα φόρμιγξ. *Pindar.* Aurea cithara. χρυσῆ κύπρις. *Homer.* Aurea Venus. χρύσεον δῶμα. *Heſiod* Aurea domus. *Item.* Aurea ætas, coma, luna. *Ouid.* Aurea barba. *Perſi.* Aureus currus, mos. *Horat. &c.* *Et quod magis ad rem facit.* Aurea dicta. *Lucreti.* Dicta Aurea perpetua ſemper digniſſima vita.

Hinc etiam eloquentiſſimus Ioannes Antiochenus Epiſcopus, dictus eſt Chryſoſtomus *quaſi aurei oris. Vide plura ſub* Ozłočičby go.

De talibus ergo rectè dices. Verba eius non atramento ſed auro ſcribenda ſunt. *Simili enim ratione de Draconis legibus Demades Orator dixit:* Leges Draconis non atramento ſed ſanguine conſcriptas eſſe, ob nimiam ſeueritatem. *Rhodigin. & Gellius ſignificat.* *Sed vt tralationes & alluſiones mittamus, verè & propriè loquendo, ſcribit Plini. l. 7. c. 32. Chilonis Lacedæmonij tria præcepta fuiſſe aureis literis conſcripta, & Delphis, quaſi oraculis Apollineis ſimilia, conſecrata. Erant autem illa?* Noſce teipſum. Ne quid nimis. Fuge æs alienum & lites. *quæ Auſonius & alij ſcriptores aliis tribuunt auctoribus. Sed ad rem.*

Muretus in quendam malum Pœtam carmina ſua aurea vocantem, ſic luſit:

Aurea non vana iactas tua carmina voce,
Purgari ſolo nempe quòd igne queant. Złote wierſzě! do ognią z niemi.

Złotrá/ ábo z kaleki pan. Z kłechy Pleban.

Petere honorem pro flagitio, more ſit. *Plautus.*
Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema. *Iuuenal.*
Cras cerdo, hodie nihil. *Varro.* Mulio Conſul. V. Godnoſě niěgodnemu.
E carcere cateniſq; interdum quis egreditur ad regnum. *Eccleſiaſtes c. 4.*
ἐκ κεφαμείας ἐπὶ τὸν βασιλικὸν ἀπήνην ἦλατο. E figlina regium currum conſcendit. *Vt Agathocli contigit.* ἀπὸ ἰννοσκοπείας ἐπὶ τὴν ἡγεμονικὴν ἀπήνην ἀλάμενος. *Syneſius.* (*de Andronico è face vulgi Præfectura ornato*) E ſcapha in currum principalem ſaliens. ἀπὸ κώπης εἰς τὸ βῆμα. ſ. ἐπήδησεν. *Syrianus in Demadem.* A remo ad tribunal. ſ. *ſaltum fecit.*

ὁ νῦν μὲν ἀδρὸς, ἄυριον δ' ὑπέρμεγας. *Ariſtophan.*
Nunc is nihil, permagnus autem craſtino.
χθὲς ἱερόσυλοι, καὶ σήμερον ἱερεῖς. *Nazianzen.* Heri ſacrilegi, hodie ſacrificî.

E pelui aurea ſeu pelluuio idolum, deus. *Apud Herodotum Amaſis è plebeio rex factus contemni ſe videns, peluim auream regalem conflari in Statuam iuſſit & adorari ab omnibus, quod vbi fecerunt, expoſuit eis facti rationem.*

Aſſine, Drost pretko, Szczeście podnosi. Złoż

Złóż pychę z ſércá. Záwiéś ná kołku pychę/ tytuły/ błáchéctwo. &c.

Abijce ſuperbiam. *Charinus Plauti adoleſcens perditus diſcedens à ſuis, dicit:*
Abijcio ſuperbiam. Egomet mihi comes, calator, equus, agaſo, armiger;
Egomet mihi ſum imperator; idem egomet mihi obedio.
Egomet mihi fero quod vſus eſt. &c.

Exue arrogantiam. Exue Senatorium ordinem. *Tacitus.* Pone ſupercilium. *Auctor Obſcœni. & Mart. pro grauitate.* Exue faſtus. *Ouid.* Pone ſuperbiam *Horat.* Pone faſtus. *Ouid.* Pone animos & pulſus abi. *Virg.* Depone contumaciam. *Columel.* Depoſui faſtigia ſupplex. *Claudian.* *Potes etiam hîc dicere.* Submitte faſces. *(quod vide ſub* Vſtąp lépſzemu.*)* Spuść ogon. *vt de pauone dixi ſuprà.* παρὰ τὸν ἥλον ἀνακρεμάσαι. *Euſtathi.* De paxillo aut clauo ſuſpendere aliquid *dicitur is, qui negligit aliquid.* *Sic Varro apud Nonium dixit:*
Primus Zeno nouam hæreſin nouo paxillo ſuſpendit.
ὑπὲρ καπνὸν τὸ πηδάλιον. ſ. ἀνακρεμᾶσαι. *Heſiodus. Euſtathius. Homer.* Supra fumum clauum nauis ponere. i. *negligere & omittere nauticam.*
Noſtri dicunt. Vźé poledni záwieśić. Schowáć włożyć zá pieć.
ἀσπίδα ἐν τῷ φελλῷ κρεμάσαι. Clypeũ in fuligine ſuſpendere. ſ. *neglectim.*
— Veteres auias — de pulmone reuelle. *Perſius.* i. *obliuiſcere & reijce falſas opiniones, quas ab aniculis didiciſti: vel potiùs,* Depone ventoſam arrogantiam ex opinione nobilitatis auorum auiarum conceptam. *Pulmo autem eſt ſedes arrogantiæ, Vnde & Spiritus pro arrogantia Cic. Cæſari. Liuio. Ouid.*
Obliuiſcere dignitatis tuæ. *Cic.* Obliuiſcor eos viros eſſe primarios, improbos temporis cauſa fingo. *Idem.* Obliuiſcere Graios. *Virg.* ſ. *apud quos aliquod nomen, decuſſi, geſſiſti vt narras.* *Sinoni dictum eſt.*
πάντα ταῦτα, γένος, ἐλευθερίαν, σοῦ προγόνας ἔξω σ' ἐνθὰδ καταλείψων ἴσθι.
Omnia hæc, genus, libertatem, maiores, ante limen relinquere te ſcias. *Lucian. dicit aulæ famulatum ſubeunti.*

Złych weſele/ krótkie.

Citò improborum læta ad perniciem cadunt. *P. Syrus.*
χαρὰ πονηρῶν εἰς ὀδύνην τάχα τρέπεται. *A.*
Mali (*vel malum*) in dolorem vertitur mox gaudium.
Gaudium hypocritæ inſtar puncti. *Iob 20. c.*

Złych wiecey niż dobrych.

πανταχῆ ἀεί τε πλείονες ἀγαθῶν κακοί. *A.*
Semper & vbique ſunt bonis plures mali.
Omne tempus Clodios, non omne Catones fert. *Seneca.* Et Catilinam
Quocunque in populo videas, quocunque ſub axe,
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vſquam. *Iuuenal.*

Zły człowiek. Zbrodzień. Niecnotá.

Homo quantùm hominum terra ſuſtinet ſacerrumus. *Plautus.*
Sator, ſartorque ſcelerum & meſſor. *(occatorem adde ſi lubet.) Idem.*
Vulcanus, luna, ſol, dies, dij quatuor, Sceleſtiorem nullum illuxére alterũ. *Idem.*
Simia pro viliſſimo & nequiſſimo. *Cic. Plaut. Simia beſtia nihili & nequiſſima ex Therſite turpiſſimo & improbiſſimo tranſmutato nata. Pierius.* Ballio. *apud Plautum leno improbiſſimus. Et Cic.* Cheream quendam vocat Ballionem, qui iccircò, inquit, capite ac ſupercilijs ſemper eſt raſis, ne vllum pilum boni viri habere dicatur.
Culleo dignus. *Iuuenalis de Nerone improbiſſimo ſic ſcripſit:*

Cuius ſupplicio non debuit vna parari
Simia, nec ſerpens vnus, nec culleus vnus. ſ. *ſed plures. Nam parricidæ culeo cum ſimia & ſerpente incluſi in aquam proïciebantur. Nero autem plurima talia ſcelera commiſerat. Meminit huius ſupplicij Cic. pro Sexto Roſcio.*

Carcere & robore dignus. *Apuleius.* Detrudendus ad molas, ad puteum atque ad robuſtum codicem. *Plaut.* robuſtum carcerem *idem vocat.* De robore præcipitandus. *Ex Valer. Maximo.* ἄξιος θησαυροῦ. Dignus theſauro. *Ex Plutarcho, qui apud Meſſenios carcerem* theſaurum *dictum fuiſſe ſcribit, in Philopœmene, obſcurum in quem conjecti rei, lapide ingenti obſtruebantur.*
Item Carcer, vir carcere dignus. *Lucillio & Terent. aſperius inquit Donatus, eſt, quàm Carcerarius. Item* Carceris cuſtos, Catenarum colonus. *Plaut. pro ſceleſto.*
Simile eſt illud. Barathro dignus. i. *carcere qui ſic apud Athenienſes vocabatur Diomede teſte. Item* Dignus latomijs. *Syracuſano carcere. Aſconi. Cic.*
Dechas *Spartiatarum al.* Cæadas *Rhodig.* Ancon Carthaginen. *Idem Rhodig.* Ceramos *Cypriorum. Idem.* Tullianum Romanum. *Ex Cic. notum eſt.* Lethe *Perſarum carcer, in quem noxij morituri detrudebãtur. Rhodigin. Labyrinthus Cretæ. Idem.* De lapide noxius. *Columella. i. ſeruus improbus qui dignus erat è ſaxo præcipitari, vel iam præcipitandus liberatus aliquo modo eſt, vt fures à furca. Rhodigin.*
Columellæ verba ſunt. Vinitoris quem vulgus parui æris vel de lapide noxium poſſe comparari putat. i. *vilis, nihili, improbi. Brodæus de lapide in quo præco ſtabat ſeruorum pretium proclamans, intelligit.*
Bipedum & quadrupedũ omnium nequiſſimus, improbiſſimus, impuriſſimus. *Cic.*

Impure, inhoneſte, iniure, illex, labes popli, &c.
Procax, rapax, trahax, trecentis verſibus
Tuas impuritias traloqui nemo poteſt. *Plaut. de lenone.*
Fraudis, ſceleris, parricidij, periurij plenus,
Legirupa, impudens, impurus, inuerecundiſſimus,
Vno verbo abſoluam, Leno eſt: quid illum porrò prædicem? *Idem.*

ἔτ' ἂν φᾶσις ἔτ' ἴστρος νίψειεν. *Sophocles.* Neque Phaſis nec Iſter abluat. ſ. *tanta ſcelera.* ἀδὲν ἱερὸν ἐς, vel ὑπάρχεις. *Ex Theocrito.* Nihil ſacri es. *Nam optima, vocabant ſacra. vt* Sacrum conſilium, ſacram anchoram.
ἀδὲν ὑγιὲς ἐστι. *Ariſtophan.* Nihil ſinceri eſt. *Cic. al.* Nihil ſani eſt.

εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδέν. *Ariſtophan.*
Eſt fraudulentus, iniquus, & ſani nihil.

Cerite

Cerite cera dignus. *Horat.* i. *in tabulas Ceritum ignominiæ cauſa referendus.*
Φρυνώνδας ἄλλος. *Plato. Lucian.* Phrynondas alter. *nebulo celebris.*
Διαγόρας ὁ μήλιος. *Ariſtophan.* Diagoras Melius. *is Athenienſium ſacra contempſit, euulgauit, irriſit: ob quod proſcriptus eſt proſcriptione in ærea columna publicè inciſa, addito præmij loco talento, ſi quis illum occidiſſet; duobus, ſi quis viuum cepiſſet.*
λήμνιος ἀνήρ. *Suidas.* Lemnius vir. *ab inſula Lemno crudelitate vxorum in maritos cæſos memorabili.* ἐν παντὶ μύθῳ δαιδάλεος μῦθος. *Zenodot.* In omni fabula Dædali exſecratio. *de atrocium facinorum & calamitatum auctore, quem ad omnem eius mentionem omnes exſecrantur, vt Athenienſes Dædalum exſecrabantur, qui fuit cauſa, vt quotannis ijdem mitterent ſeptem virgines Minoi regi in Cretam Minotauro obijciendas.* Niger pro improbo. *Cic. Horat.*

Sedenim qui in omni re atque in omni tempore
Omni laude vacat, is illaudatus eſt,
Iſq; omniũ peſſimus deterrimuſq; eſt. *Macrob. Gellius.* Odiũ terræ. *Plaut.*

Seruilis capillus. ἀνδραποδώδεις ἔτι τὰς ψυχῆς τρίχας ἔχει. *Plato.* Seruiles in animo pilos habet. *Nam ſerui quaſi natura improbi putabantur.*
σκαιὸς. *Demoſthen.* Læuus, ſiniſter, improbus, infelix, rudis.

ἢ σκαιός ἐστιν ἢ καλῶν ἄπειρος ὤν. *Æſchylus.*

Aut læuus eſt aut rerum honeſtarum rudis. οὐδ' ἐντὸς ἱερῶν. Ne intra templum quidem. ſ. *intrat. Athenis homicidæ à ſacris arcebantur.*
Ne in funebri quidẽ põpa laudandus. οὐκ ἐπαινετέος οὐδ' ἐν περιδείπνῳ. *Diogenian.* Ne laudaueris (*ipſum*) ne in parentalibus quidem. *vbi ſpecioſæ & falſæ quoq; laudes locum habent, vt Præficarum.* Menia columna dignus, *apud quam rei ſordidi, fures, ſerui nequam iudicabantur & puniebantur. Aſconius ex Cic. Hinc* Columnarius, *apud Cic. pro improbo & infami, interprete Mureto & Corrado.*
χιλικεία χαυνότης. *Plutar.* Cilicia improbitas. *à gente hoc nomine infami.*
Nonnè hoc publicitùs ſcelus hinc deportarier In ſolas terras? ſ. æquũ eſt *Terent.*
Gyaris dignus. *Iuuen.* i. *relegandus in inſulas Sporadas, quarum vna Gyarus exulibus deſtinata fuit.*

Tu quod damni & quod feciſti flagitij,
Populo viritim potuit diſpertirier. *Plautus.*

Si de damnoſis natis Dictator fiat nunc Nemo antecedat filio credo meo,
Ita nunc per vrbem ſolus ſermo eſt omnibus. *Idem.*

Athenienſis Hyperboli improbitatẽ veteres Atticorũ Comœdiæ notauerunt. *Cic.*
Subiecit pedibus Acherontem. *Vide ſub* Odważył ſobie.
Idem eſt. Dobrego mu ſłowá żaden nie rzécze.

Zły dobrego zépſuić.

Ruſſi dicunt, Skrypliwe dérewo y zdorowe prześkrypáieć.
Malus bonum malum eſſe vult, vt ſit ſui ſimilis. *Plaut.*
A cane rabioſo morſi rabie corripiuntur; & ſi quem viciſſim ipſi mordeant, in furorem vertunt. *Ex Luciano.*

Zły

Zły dobrego rychley zépſuié / niż dobry złego náprawi.

Modicum abſinthium, ingens mellis vas reddit amarum: mellis verò magna copia, non facilè dulcorat abſinthium. *S. Gregorius.*

κακὸς, ἀγαθὸν τάχιστα ποιῆται κακὸν.
ἀγαθὸς δὲ, χρονίως τὸν κακὸν ἀγαθὸν ἐ ποιεῖ. *A.*
Malus ex bono celerrimè efficit malum
Bonus ex malo tardè quoque bonum haud efficit.

Zły / dobrego co podzáś vczyni.

Quid Nerone peius? Quid thermis melius Neronianis? *Martial. l. 7. ep.* vbi etiam dicit illud alterum.

Quod vir peſſimus omnium Charinus,
Vnam rem benè fecerit. ſ. *balneas publicas.*
κακὸν ποτὲ παραπίπτει ὅτι πρᾶξεν καλόν. *A.*
Malo aliquid aliquando accidit facere boni.

Zły dobrzé czynić nie vmie / niechcé / nie może.

Mala mens, malus animus. *Terent. i. Mala natura, affectus, voluntas; mala conſilia & machinationes ſuggerit.*

γνώμης κακῆς γὰρ ἔργα γίγνεται κακά. Mali ingenij plerunq; ſunt opera mala.

Non poteſt arbor mala bonos fructus edere. *S. Matth. c. 7.*

Malus omnia ſemina nequitiæ habet. *Seneca. Vt ſilex infinitas ſcintillas, modò percutiatur ſemper effundit.*

Scorpio caudam venenatam ad ictum paratam ſemper habet. *Plini.*

Zoilus Amphipolites qui Homerum Platonem Socratem proſcidit, rogatus cur ita alienam famam laceraret, & malediceret, reſpondit: ὅτι ποιῆται κακῶς ἐθέλω & ἐ δύναμαι. Quia male facere, licet velim, nequeo. *Rhodiginus.*

Zły gáydá / dobrem kornetyſtą nie będźie.

Kto śie do tęcnieyßych rzęczy nie zgodźi / o trudnieyßych niech nie myśli.

Malus choraules, bonus ſymphoniacus. *ſubaudi. nunquam euadit. S. Auguſtinus id ironicῶς ſeu per antiphraſim protulit. Quale eſt & illud eiuſdem:* Malus monachus, bonus clericus. ſ *putatur poſſe eſſe, ſed non erit.*

Kto nie był dobry w klaßtorzę / nie będźie lepßy przy dworzę.

Dictum Latinum videtur ſumptum ex illo Cicer. Aulœdus ſit qui citharœdus eſſe non poteſt. *nam hinc rectè ratiocinando ſequitur, vt qui aulœdus eſſe bonus non poteſt, de cithara ne cogitet quidem.* κακὸς αὐλῳδὸς, μήποτε καλὸς κιθαρῳδός.

V. Mnicy nie zdołam.

Zły głod.

λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ. Innatus homini maximus dolor eſt fames.

λιμῷ γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἀντειπεῖν ἔπος.
Fami enim nullum eſt reſpondere verbum. *Vel.*

Contra

Contrà famem etenim nulla contradictio eſt.

ἅπαντα γὰρ τοι ϛρωτὰ πολιορκημένοις. Omnia eſculenta obſeſſis.

Vel. Ab hoſte cinctis eſculenta cuncta ſunt.

πεινῶντι κλέπτειν ἐς' ἀναγκαίως ἔχον. Eſurienti furari opus eſt.

Vel. Famelicus vir eſſe furax cogitur.

ὡς οὐδὲν λιμοῦ κακώτερον οὐδὲ βαρείης

γαστέρος! ἣ κρατεῖ μὲν ἐν ἀνθρώποισιν ἀπηνής. *Oppianus.*

Vt nil eſt fame deterius, nec graui ventre! qui imperat hominibus crudelis.

ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμέλει. *Ex Homero Ariſtot.* Aſinus eſuriens fuſtem negligit.

— λιμὸς γὰρ ἀναιδέα θυμὸν ἀέξει. *Q. Calaber.* Fames impudentem animū facit,

Lupus eſuriens rationes & excuſationes agni non recipit. *Ex apologo Gabriæ.*

Polypus famens ſua brachia vorat, *quæ iterum renaſcuntur. Ælianus.*

Aper malè paſtus fugit è cauea. *Martial.* Miſerrimum eſt fame mori. *Sic*

Homer. πάντες μὲν ϛυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,

λιμῷ δ' ὀικλεσον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis,

At perijſſe fame, res vna miſerrima longè eſt. *Ideo Paraſitus Plauti ait:*

Quicúmuis faciliùs depugno quàm cum fame. *Item.*

Decedam ego illi (*cuiuis*) de via, de ſemita,

De honore populi. verùm quod ad ventrem attinet,

Non hercle hoc vngue, niſi me pugnis vicerit. *Item.*

Quæſo hercle me quoq; vendas ſi lubet, dum ſaturum vendas.

τοῖς σίτου ἀπορῶσιν, οἱ ὄροβοι πανδάζονται. *Philoſtratus.*

Ab ijs qui frumento carent, eruum magni æſtimatur vel expetitur.

Mentiri ventri nullus valet eſurienti. *Anonym. rythm.*

Multùm mordentes muſcæ ſunt eſurientes. *Idem.*

Canes ad quærendum cibum fames ducit, & à pecore abducit, atq; etiam in dominum afferre facit dentes. *Varro.*

Fames auro non pellitur nec mitigatur. *Vxor Pythij Phrygis ditiſſimi & auariſſimi cupiditatem compreſſit, appoſitis illi eſurienti cibariis, omnibus ex auro confectis. Rhodigin. deſcribit fuſius hiſtoriā. Mitigatur tamen fames ventre cōſtricto.* V. Głód dowćipny.

Affine, Brzuch nie ſłyßy. Głodny nie przebiera. Głodny kiá śie nie boi.

Zły gospodarz co w domu zmokne.

τὸν οἴκοθεν βρεχόμενον οὐδὲ θεὸς οἰκτείρει. Qui domi compluitur, huius ne Deum quidem miſeret. *Ethnicum dictum. ſic intellige. qui ob deſidiam ſub tecto etiam compluitur, hic dignus eſt cuius neminem atq; adeò ne Deum quidem (qui maximè miſericors eſt) miſereat.*

Zły i dobry.

Albus & ater. *Horat.* i. *bonus & malus. Lambin.* λευκός τε μελάς τε. *Homo bicolor, dimidia parte cādidus & dimid. a ſummè ater, oſtēſus eſt publicè à Ptolomæo Lagi. Rhodigin.*

Zły to ptak co swoie gniazdo sprzáwi.

Talis est Turdus, qui proprium nidum cacat. *Plinio teste: cùm aliæ volucres mundiores sint, vt hirundines, quæ pullos etiam suos docent saturitatem foras emittere, inquit idem. & Plutarch. de solertia animalium. Latini tamen hoc paulò aliter vsurpant. vide* Sam sie sprzáwi. *Ibidem est illud*: Domesticum thesaurum calumniari. *quod etiam facile huc trahas dicens.* Stultum est domesticum thesaurum calumniari, &c.

In Pœnulo Plauti feminæ vitia mulierum recensenti respondet altera:

Soror, parce amabo, sat est istuc alios dicere nobis,
Ne nosmet nostra etiam vitia loquamur.
Est auis ingrata quæ defœdat sua strata. *Anonym. rythm.*
μισητὸς ὄρνις καλιὰν ἔο καλιάν. *A.*

Zły ś / ále mi cie trzébá. Zlé z niem / bez niego gorzey.

ἀναγκαῖον κακὸν εἶ. Necessarium malum es. *Apud Strabonem Hybreas Orator dixit Euthydamo viro admodùm immiti & crudeli, sed ciuitati vtili, in quo vitia cum virtutibus certare videbantur. Sic Seuerus Imperator* Rationales vocabat Necessarium malum. *Lamprid. Græci id vsurpabãt de muliere.* γυνὴ ἀναγκαῖον κακόν. Mulier malum necessarium. *nempe familijs & rebuspublicis conseruandis. De lectulo Euripides.* ἀσιαρὸν ὂν τὸ κλῆμ', ἀναγκαῖον δ' ὅμως.

Molesta cum sit res, necessaria tamen.

Idem vsurpes licet de medicamento & de quauis re molesta, vtili tamen & necessaria.

Militiæ malus, vtilis vrbi. *Horat. de Pòèta.*

Sic ego nec sine te, nec tecum viuere possum. *Ouidius.*

Platano similis. *Rhodigin. quem contemnimus ridemus & tamen in necessitate eius opera vtimur. vt ad Platanum dum pluit fugimus, mox verò eam vellicamus. Themistocle se Platono similem dixit, qui optimè de Athenienſibus meritus, malè ab eis tractatus est:*

Lippi illic oculi seruus est simillimus;
Si non est, nolis esse, neque desideres:
Si est, abstinere, quin attingas, non queas. *Plaut. de seruo improbo.*
Non esse seruus hoc quisquam peior potest,
Nec magis versutus, nec quo ab caueas ægriùs.
Eidem homini, si quid rectè curatum velis,
Mandes; moriri se miserè mauolet,
Quàm non perfectum reddat, quod promiserit. *Idem.*
Etsi sceleſtus est, at mihi infidelis non est. *Idem.*

Apud eundem seruus nequam ipse de se ita loquitur.

Ego neq; libenter seruio, neq; satis sùm hero ex sententia,
Sed quasi lippo oculo me herus meus manum abstinere haud quit tamẽ,
Quin mihi imperet, quin me suis negotijs præfulciat.

Redimebat Aterius vitia virtutibus, & plùs habebat quod laudares, quàm quod ignosceres. *Seneca.*

ἀδὲ ξὺν πανωλέθροισιν ἐδ' ἄνευ πανωλέθρων. *Aristophanes, de mulieribus.*

Neque

Neque ſimul cum peſſimis (*optandum eſt eſſe*) neq; ſine peſſimis (*viuitur*)
Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem.

Nec tecum poſſum viuere, nec ſine te. *Martialis, de ſodali varijs moribus predito. Simile eſt illud Theognidis.*

ἀργαλέως μοι θυμὸς ἔχει περὶ σῆς φιλότητος,
οὔτε γὰρ ἐχθραίνειν οὔτε φιλεῖν δύναμαι.

Difficultatem habet animus meus circa tuam amicitiam,
Nec enim odiſſe ſed nec amare queo. ſ. *te.*

Odi & amo te. *Catull.* *Sic apud Ariſtophanem populus Athenienſis Alcibiadem.*
Et amat & odit ſimul, habere vult tamen.

Affine, Dobrýć kiedy lépſzego niemáß. Zle i dobre.

Zły ſtrách. Strách podzás gorſzy niż ſáma rzécz.

Plùs in metuendo mali (*ſepe eſt*) quàm in illo ipſo quod timetur. *Cic.* πολὺ κάκιον φοβεῖσθαι ἢ πάσχειν κακόν. *A.* Timere grauius ſæpe quàm pati malũ. τὸ μέγιστον κακῶν δεδιότα διατελεῖν. *Demoſthenes.* Grauiſſimum malum eſt in timore perpetuo eſſe.

Pauor etiam auxilia formidat. *Curtius.*
Metus cùm venit, rarum habet ſomnus locum. *P. Syrus.*
Pedibus timor addidit alas. *Virgil.* φόβος μ' ἀναπτεροῖ. *Euripid.* φόβῳ πτεροῖς φέρεσθαι. *Henr. Stephan.* Alis timoris ferri.
Pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat. *Cic. ex Ennio.*
Herus ſi minatus eſt malum ſeruo ſuo,
Tamenetſi id futurum non eſt, vbi captum eſt flagrum.
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miſeria!
Ego nunc quod non futurum eſt, formido tamen. *Plaut.*
Sic eum in timorem dabo, vt neget ipſe ſe eum eſſe qui ſiet. *Idem.*

Leo audiens ranam coaxantem, magnum quid ratus, extimuit; vbi verò eam aſpexit, conculcauit. Æſopus. Res eſt imperioſa timor. *Sic Martial.*
Quod ſi me tonſor, cùm ſtricta nouacula ſuprà eſt.
Tunc libertatem diuitiaſque roget!
Promittam. nec enim rogat illo tempore tonſor,
Latro rogat. Res eſt imperioſa timor.

Methodius monachus pictor, Bogore rogante, vt domum eius nouam variis hiſtorijs depictis exornaret, iudicij extremi ſeriem effinxit, & regem Ethnicũ Chriſtianũ reddidit. Cedrenus. Otanes iudex à Cambyſe factus, iuſſus eſt ab eodem ſedere in tribunali ſtrato corio Siſennis patris ſui, iuſſu regis excoriati, ad timorem incutiendum. Herodot. Ficum quidam domi habebat, ad quem cùm Inquiſitores famulum miſiſſent, qui ficus peteret; perculſus ille primùm eſt aduentu eius, ratus ſe ab eis vocari; ſed cùm ficus peti intellexit, liberaliter dedit affatim, & arborem ipſam, ne ſecundò timeret, excidit.

βάμμα κυζικηνόν. *Heſychi.* Tinctura Cyzicena, *dictum in eum qui metu indecorè aliquid agit*

quid agit. nam Cyziceni timidi & molles erant. Dedecus non eluendum interpretatur Iunius & Erasm. Magas Philemonis iugulo gladium à lictore admoueri ob conuicium iussit & saluum dimitti. Plutarch.

Zły teraz świat.

Ætas parentum prior auis, tulit Nos nequiores. *Horat.*
Terra malos homines nunc educat atq; pusillos. *Iuuenal.*
Nil erit vlteriùs nostris quod moribus addat
Posteritas: eadem cupient facientque minores. *Idem.*
Omne in præcipiti vitium stetit. i. *in summo. Idem.*

ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. 1. *Ioan.* 5. Mundus totus in maligno (i. *in peruersitate, in peccatis*) positus est.

Zły znak.

Victima sine corde. *qualis oblata est vna & altera Iulio Cæsari, cùm ad curiam iturus eo die quo occisus est, sacrificaret. Ex Appiano. Idem Heluio Pertinaci accidit. Huc illa:* Lepus in itinere apparens. V. Zaiąc przez drogę. Monstra euenerunt: Gallina cecinit, &c. Wymowke tácno náleść. Taurus mactandus ab aris fugiens. *Liui. Valer. Max. Suetoni.* ἀδεὲς κομήτης ὅστις ἐ κακὸν φέρει. *Ioan. Vlpius Senarium veterem leuiter commutauit.* Nullus cometa est quin mali aliquid afferat.
Sæpe siniſtra caua prædixit ab ilice cornix. ſ. *mihi hoc malum. Virg. licet aliquè spurium hunc versum esse putent.*
Mustela mali ominis animal & infausti occursus *apud Pieriũ & apud Plautũ Stichon.*
Folium non crepuit, vel male languidè crepuit. *malum signum Pierius ex Theocrito, apud quem folio plantæ alicuius pugno superposito, & plana manu altera percusso, diuinant amantes an redamentur, ex sono claro vel obtuso, illo amorem, hoc contemptum significante. Sic Theocrit. habet:* ἀδὲ τὸ τηλέφιλον ποτὶ μαξάμενον πλαταγήσειν. Neque folium papaueris percussum, edidit sonum. *addit interpres etiam in humeri & cubiti cauo poni solitum folium percutiendum. Telephilon verò, ait idem, esse folium cuiusuis herbæ vel plantæ ad id aptæ. ſ. ad diuinationem de amore alterius, vt quasi dicatur.* τηλέφιλον *monstrans amicum* τηλόθεν φίλον. *in quo vsu frequens est papauer.*

Z maley burzę wielki dęby.

δρᾶμα ἐκ κωμικῆς τραγικόν. Drama è Comico Tragicum. *ex Agathio qui ait:*

καὶ τραγικοῖς ἀχέεσσι τὸ κωμικὸν ἔργον ἀμείψας.

Et Tragicis doloribus Comicum negotium (*ludum*) pensans. *Nam in Comœdia lenes sunt affectus & motus, non turbulenti horridi velut in Tragœdia.*

μικρὰν νεφῶν ὑετὸς ἀνθλύσει μεγας. *A.* Dant sæpe magnã parua nubila pluuiã.

Z máley rzeczy wielkiey dochodzić, albo z czastki całego co poznáć.

ἐκ τῦ ὄνυχος λέοντα γινώσκειν Ex vngue leonem cognoscere. *vt fecit Phidias statuarius, qui Luciano teste, inspecto leonis vngue, quantus fuerit agnouit, & tantum accuratè effinxit. Plutarchus id de Alcæo pictore scribit. hinc illud quod etiam habet Philostratus.*

Iosratius. ἐξ ὄνυχος τ̃ λέοντα γράφειν. Ex vngue leonem pingere. i. *ex re minima maximas colligere & assequi. Describit hanc membrorũ proportionẽ totius corporis inter se accuratè Vitruuius l. 3. c. 1. vbi multa Philander ex variis auctoribus affert. Sic Pythagoras ex mensura stadij ad Pisas Herculis passibus dimensi, corporis eius staturam assecutus est, vt Gellius ex Plutarcho docet.*

Transferre licet dictum hoc ad alia. Vt si ex vna sententia vel epistola sapientiam alicuius æstimemus. Sic Basilius Maximo scribens ait: καὶ ἐμάθομέν σε ἀφ' ἑ γράμματος ὅσον φασὶν ἐξ ὀνύχων λέοντα. Agnouimus te ex literis, ceu, vt aiunt, ex vnguibus leonem. *Pherecydes Philosophus phthiriasi correptus (qua & mortuus est) inclusit se & cum ad eum Pythagoras discipulus veniens rogasset quî haberet, digitò per foramen exserto dixit:* χροὶ δῆλα. i. *ex corpore patet.* E pollice staturam coniectare. *Ex Plinio qui ait: Timantes pinxit in parua tabella Cyclopem dormientem: & vt magnitudo eius intelligeretur, appinxit ei Satyros pollicem eius thyrso metientes.*

E calceo item puellæ *Naucratitanæ ab aquila Memphim delato*, coniecit rex de puellæ cultu, statura, ingenio; *& misit, qui eam sibi vxorem adducerent. Strabo.*

ἐκ δ' κεφαλίδ τὸ ὕφασμα γινώσκειν. E fimbria textum cognoscere.

ἐκ γεύσεως γινώσκειν. E gustu cognoscere. *s. totum dolium. &c.* E paucis guttis deprehendere licet quale sit vniuersum mare. *Irenæus.* Ex næuo cognoscere, vel crepundijs. *Cic. & Comici.* *Affine illud est.* Znáć wino po occić.

Zmundak. Vlatac dosc ſkapo żyć / ſobie żałuie.

Lapsana viuit. *Plin. olus est syluestre quod milites Iulij Cæsaris fastidiebant.*

Apludam edit, floces bibit. *Gellius.* Suo succo viuit. *Plaut. vt cochleæ, vrſi.*

Cynicè viuit. *vt Diogenes Cynicus.* Hecates cœnam cœnat. *quæ ex vilissimo pisce menide constabat. Ex Luciano.* κοχλίς βίος Cochleæ vita. *de qua sic Plutarchus.* κοχλίς βίον ζῶν ἀφ' τὴν μικρολογίαν. Cochleæ vitam viuens ob parsimoniam.

βίος ἀκανθώδης. *Suidas.* Vita spinosa i. *dura, aspera.* *Sic Plaut.* Meus victus scrupolam commeat viam. asper meus victus est. R. Sentéſne eſitat?

ἀβίωτος βίος. *Suidas.* Vita seu victus non vitalis, tristis.

βαλανοφάγος Glandibus victitans. μονοφάγος Solus edens.

κεφαλοφάγος & κεφαλαιοφάγος Fici fælia edens.

καπνοσφαάντης. *Eustathi.* Fumum olfacit. *adde si lubet, alienæ culinæ.*

καρδαμογλύφος. *Hesychi.* Nasturtium scalpens, purgans.

ἄκαπνος θυσία. *Lucian.* Sine fumo sacrificium. *in quo nihil est cocti obsonij.*

ἀκαπνὶ θύειν. *Athenæus.* Sine fumo (i. *igne*) sacrificare.

ἐδὲν χρηστὸν ὠνοῦνται κρέας. *Ex Polluce.* Nullas bonas carnes emit. *quia vili emit.*

τὸ εὐωνον κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσιν. Vili emptas carnes canes edunt.

καρικὸν θῦμα παρατίθεται Caricam victimam apponit. *Cares canem immolabant.*

θυμβρεπίδειπνος. *Eustathi.* Thymbram cœnans, *olus amarum.*

ἀποκείμενον ἰχθὺν εἰς μέσον ἕλκει. *Plutarch.* Piscem repositum (*seruatum è mensa*

rursus) in medium trahit. τευγόβιος. Pollux. Fæce viuens.
φασηλιτῶν θῦμα. Phaselitarum sacrum. s. *pisciculi salsi.*
Suum defraudat genium. *Terent.* κυμινοπρίστης. *Aristot.* Cymini sector.
ἐστίᾳ θύει. Lari sacrificat. s. *parcè. In eius sacris nil licebat efferre sed inferre. Aristophan.*
λυχνόβιος. Sordidus, *qui de lucernarum oleo viuit.*
Oleo fraudat lucernas. *Ex Horat. qui ait.* Vngor oliuo
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.
κηρύβια ἐσθίει. *Cratinus.* Fabilibus victitat. i. *fabarum purgamentis.*
κυαμοτρώξ ἄγροικος. *Aristophanes.* Fabarum arrosor agrestis.
ἐν θρύπτοις καὶ βεκάνοις ζῆν ἐν προβούλοις, ὁπόταν δ' ἤδη πεινῶσι ζῴδρα ὥσπερ τοὺς πολυπόδας πειρώγειν τοὺς δακτύλους. *Pherecrates.* Agrestibus oleribus & carduis viuere, cumque valdè esurierint polyporum instar digitos rodere.
Tollit vel edit, quæ decidêre è mensa. *contra præceptum Pythagoræ dicentis;*
τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι. Quæ decidere (*de mensa*) non tollenda. *Aliter*
μηδὲ γεύεσθαι ἅπερ ἂν ἐντὸς τῆς τραπέζης καταπέσῃ. i. Neq; gustanda quæcunq; è mensa decciderint. s. *ob mundiciē & decorum, nam ea tollere & edere sordidorū & viliū hominū est.* πατροκλέους φειδωλότερος. Patroclo sordidior, *de quo Aristoph. ait;*
οὐκ ἐλούσατ' ἐξ οὗπερ ἐγένετ'. Non lauit ex quo natus est. Plugáwiēc.
ὀβολοστάτης. *Pollux.* Obolum seu minima quæuis & vilissima, staterâ examinans.
τηλεμάχου χύτρα. *Athenæ.* Telemachi olla. *de sordido victu. qualis fuit Telemachi fabis victitantis.* βύρσης ὄζει, μύρων ἐξόν. *Aristides.* Corium redolet, cum possit vnguenta redolere.
Pasceris & nigræ solo nidore culinæ
Et bibis immundam cum cane pronus aquam. *Martial.*
Egregiè Persius depinxit hominem parcè parcum (vt Plaut. ait) qui etiam die festo cùm omnes lautiores sunt; non nisi pultem cum cepis & aceto mucido edit cum suis. Verba eius sunt.
Qui quandoq; iugum pertusa ad compita figit (*die festo labore intermisso.*)
Seriolæ veterem metuens deradere limum. (*dolium relinere parcens.*)
Ingemit: (*dicens*) Hoc bene sit. (*hoc cibo simus contenti*) tunicatū cum sale mordens
Cepe, & farrata pueris (*familiâ*) plaudentibus olla,
Pannosam (*mucidam*) fæcem morientis (*euanidi*) sorbet aceti.
Apud Iuuenalem alius similis sic loquitur:
Quid nocet hoc inquit? Tunicam (*folliculum*) mihi malo lupini,
Quàm si me toto laudet vicinia pago,
Exigui ruris pauciſſima farra secantem. *Itemq; alius.*
Neu credas ponendum aliquid discriminis, inter
Vnguenta & corium (*recens detractū sordidum*) Lucri bonus est odor ex re
Qualibet. *Similis est Sanctra Martial. l. 7. epi. 19.*
μυτάλμης. *Eustathio. de sordidè viuente, quasi* sorbens muriam. *simile illud,* μῦς ἐν ἅλμῃ

ἅλμῃ

ἄλμη. Mus in muria. ξενοκράτους τυρίον. Xenocratis caſeolus. ſ. *putridus. Nam is frugalitatis nimiùm amans, cibum & potum diu ſeruabat, & corruptum eijciebat. Stobaus.* ὐδέποτε εὖ πέπονθεν ὑφ' ἑαυτοῦ. Nunquam ſibi bene fecit, vel liberaliùs ſe tractauit. Cum genio belligerat ſuo parcus promus. *Plaut. Simonides ſenex rogatus cur in ea ætate ſordidè viueret, reſpondit: Malle ſe à morte inimicos ditare, quàm viuum egentem amicorum fidem experiri. Apud Stobæum.* Euclio Plautinus. *inſigne eſt exemplar diuitis ſordidi in Aululatia. qui* Aquam, cùm lauat, plorat ſine fænore effundi, vnguium præſegmina ſeruat, vicino commodare nihil vult, in foro omnimodis mercibus pleniſſimo, nil quod emat inuenit. *& ſexcenta huiuſmodi. Sparſa ſub his dictis ſuprà,* Ma á nic záżywa. Skopy. Łákomy. Bez pieniędzy do tárgu.

Zmłodu śie niécnoty vczy.

ἐξ ἁπαλῶν τῶν ὀνύχων. A teneris vnguiculis. *Cic.*

Inceſtos amores de tenero meditatur vngui. ſ. *virgo. Horat.*

Cum nutricis lacte ſugere vitia. *Cic. ait.* Simul atque editi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuò prauitate, & in ſumma opinionum peruerſitate verſamur; vt cum nutricis lacte errorem hauiſſe videamur.

Puerorum infantia primo Errorem cum lacte bibit. *Prudentius.*

Zmowili śie. Sicko graią Gala ſobie.

Omnes compactò rem agunt, quaſi in velabro olearij. *Plaut. quia olearij conſpirabant inter ſe, quo pretio vendere oleum deberent, Velabrum autem forum eorum fuit.*

Tradunt operas mutuas. *Terent. Alter dicit:* Non habeo. *alter:* Non accepi. V. Złodźiey á kłamcá. ζφαῖραν πρὸς ἀλλήλους ἀπιδιδόναι. *Plutarchus.* Sphæram aut pilam luſoriam inter ſe reddunt. *Vſurpat id Seneca allegoricῶς, de beneficio dato vel accepto redendo. Hic verò de ijs qui ſibi in aliqua re aſſentantur, ſe viciſſim iuuant, tuentur, colludunt.*

Alter dumetum ſuccidit, alter auiculas cepit. *Garner.*

Zmyć kogo. Wytrzeć komu kociełek. Zmyć bez lugu.

Græci etiam eodem ſenſu dicunt πλύνειν τινά, lauare aliquem *pro* λοιδορεῖν. i. *conuiciis probriſue afficere, caſtigare verbis, maledictis inceſſere. Pollux. Menander.* πλυνὸν ἔνα ποιεῖν. *Ariſtophan.* Lotum aliquem reddere *inſtar balnei.* τωθάζειν τινά. *Idem.* Increpare, cõuicijs onerare. ὕδρει πλύνειν. *Gregor. Theſſalonic.* Conuicijs aſpergere. *Vicinum eſt illud Plauti.* In mari reperi, hic elaui bonis. i. *amiſi omnia & ceu lotus in balneis nudus ſum. Idem habet* Elutum in balneis. Pobędł iák zmyty / *de eo qui probrum vel damnum paſſus eſt, ſeu malè multatus eſt.*

Zmyślone rzeczy nie trwáie.

μακρὰν χρονίζειν ὰ φιλεῖ πεπλασμένα. *A.*

Durare longo ficta nequeunt tempore.

Ficta citò in naturam ſuam recidunt. *Seneca ex P. Syro qui ſic habet:*

Ficta

Ficta citò ad naturam recidérint ſuam.

Ταχὺ πλάσματα φύσιν ἀναστρέφουσιν πρὸς ἰδίαν. *A.*

Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt, nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum. *Cic.* πᾶν τὸ πρόσκαιρον, οὐ μόνιμον. *Nazianzen.* Omne fictum, non eſt durabile. Nemo poteſt perſonam diu ferre. *Seneca.* *Apud Æſopum Nutrix puero flenti dixit:* Si pergis flere, tradam te lupo. *Pacato verò illo dixit:* Si venerit lupus, interficiemus eum.

Stratocles nuntius. *Vide* Nowiné dobra.

Zmyślone rzeczy za prawdę wyda: ozdobnéyſze śie podczas zdadzą.

Deriſor vero plùs laudatore mouetur. *Horat.* i. *moueri ſe fingit.*

Vt qui conducti plorant in funere, dicunt

Et faciunt propè plura dolentibus ex animo—*Idem.* Mercede quæ

Conductæ flent alieno in funere præficæ

Multò & capillos ſcindunt & clamant magis. *Lucilius.* (*uius.*

Hæc quidem me hercule præfica eſt, quæ ſic mortuũ collaudat. *ſ. nimis. Na-*

Ναὶ ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα. *Homer.*

Plurima narrabat figmenta ſimillima veris. Zle zmyſła prawdé.

κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν, κἂν ἀληθείας ἀπῇ.

Melius videri eſt, veritas abſit licet.

Quærit Plutarchus 5 Sympoſiaco: Cur iratos & dolentes moleſtè ſpectemus & audiamus imitantes verò eoſdem & fingentes cum voluptate? & ꝛc. quia in his artis & induſtriæ aliquid eſt, vt accidit etiam in pictura mortuorum & rerum ingratarum & in ſpectaculis.

Si non ipſa re tibi iſtuc dolet, Simulare certè eſt hominis. *Demea Terentij.*

Quid poteſt eſſe tam fictum quàm ſcena, quàm fabulæ? tamen in hoc genere ſæpe ipſe vidi, cùm ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur. —— & Telamon furere luctu filij videretur flens ac lugens. *Cic.*

Zmyślone rzeczy wnét poznáć: ſáme śie wydádzą.

A verbis facies diſſidet iſta tuis. *Ouidi.*

Niſi fingeres, non ſic diceres. *Cic.* Caluus comatus. *ſ. mox agnoſcitur. Martial.* *Phocion delectum agens Ariſtogitonem ſycophantam crure obligato & baculo innitentem videns, odoratus illum fingere morbum ne in bellum iret, dixit notario:* Scribe etiam Ariſtogitonem claudum & improbum. *Ex Plutarcho.*

Zmyślone rzeczy w prawdę śie podczás obroco.

Fingens podagram factus eſt podagricus. Alius claudus. Alius cæcus. *Vide* Wié czyń śie chorem.

Zna śie ná ſmáku. Oſtrego ſubtélnego ſmáku człowiek.

Sapit illi palatus. *Cic.* Iudicat quid palato optimum ſit. *Idem de Epicuro.*

Sapit multùm ad genium *Plaut.* Gulam domini nouit vel habet coquus. *Martial.*

De Montano gulone ſic Iuuenal. —Nulli maior fuit vſus edendi

Tempe-

Tempeſtate mea. Circeis nata forent, an
Lucrinum ad ſaxum Rupinóue edita fundo
Oſtrea, callebat primo deprendere morſu,
Et ſimul adſpecti littus dicebat echini (*piſcis.*)
πρωτογεύστην αὐτὸν εἶναι ἔδει, ὅτῳ τῇ γεύσει ὑπερέχει. Præguſtatorum principem illum eſſe oportebat, ita guſtatu pollet.

Znać tak wagl na czéluściach / abo kreſe na tynku / na gipśié.
ἐν λευκῷ λίθῳ λευκὴ γάθμη. *Plutarchus. Plato.* In albo lapide alba linea amuſſi facta. ſ. *non apparet, non dignoſcitur.*
τις δὲ λόγοισι ζοισιν ἃ τεκμαίρομαι
ἃ μᾶλλον, ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ γάθμη. *Sophocles.*
E ſermone tuo non plùs conijcio, quàm ex linea in albo lapide alba amuſſi facta.
Incertior ſum (*nunc*) multò quàm dudum. *Terent.*

Znáć ſwoie ßcześćie / wielkie ßcześćie / ábo madrość.
O fortunatos nimiùm ſua ſi bona nôrint Agricolas! *Virgil.*
O bona paſtoris! ſi quis non pauperis vſum Mente priùs docta faſtidiat! *Idem in* (*Culice.*
Non eſt beatus, eſſe qui ſe non putat. *Seneca in epiſtol.*
οὐκ ἔστιν ὅλεθρος ὅστις εἶναι σ' οὐκ οἴεται. *A.* Naufragus algens & humens, beatos vocat fabros ferrarios, ſemper calentes: item anates & ſcirpos, ſemper arentes. *in Rudente Plauti. verſus eius habes ſub* Vledzá zazdroścíwa.

Znáć wilká po ſierśći / po śierći. Znáć wilká choć w bárániey ſkórzé.
Znáć dudká / z czubká. Z owocu drzéwo. Z octu wino. Z brzéczki piwo poznáć.
ὄνος ἐν τῇ λεοντῇ, ὀγκώμενος ἐγνώθη. *Ex Luciano.* Aſinus in pelle leonis, rudens agnitus eſt. Ex cantu auis cognoſcitur. *Eraſm.*
Monedula dealbata inter columbas aliquandiu latuit, ſed voce emiſſa agnita & expulſa eſt, Æſopus. Ridetur coruus inter olores. *Martial.*
κἂν μὴ λέγῃς ὅτι δέρματος φαίνει. Licet non dicas ex pelle apparet.
Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer. *Prouer. SS. c. 20.*
ἡ κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ. Cauda de vulpe teſtatur.
ἐκ δὲ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. *Matth. 12.* E fructu arbor cognoſcitur.
Apud Virgil. Græci Troianos armis Græcorum à ſe occiſorum indutos, ex ſermone diuerſo agnoſcunt. — Clypeos mentitaq; tela Agnoſcunt atq; ora ſono diſcordia ſignant.
Qui pila ludunt, ipſo motu indicant didicerintné palæſtram an neſciant. *Cic.*
Hippomachus Aliptes apud ſe exercitatos, etiam carnes ex macello ferentes procul aſpiciens, cognoſcebat. Plutarch.

Znac w młodośći co ma być w ſtárośći.
αὐτίκα καὶ φυτὰ δῆλα ἀμέλλει καρπὸν ἔσεσθαι. *Suidas.*
Protinus apparet quæ planta futura ferax ſit.

Vrit maturè quæ vult vrtica manere. *Anonym. rhythm.* Zá młodu tarn oſtrzćié.

Cato Vticenſis puer ductus à Pædagogo ad Syllam ſalutandum, videns occiſorum, iuſſu illius, capita ferri, quæſiuit, Cur hunc ipſum nemo interficeret? & reſpondentibus quibuſdam, timere omnes, puer ait: Date ergo mihi gladium, vt liberem patriam. E Plutarcho.

Ochus Artaxerxi patri in regno Perſarum ſuccedens, in primo conuiuio lautè apparato, primò cultrum arripuit, deinde panem & carnes in eo ſcindens auidè & intemperanter comedit, quod Magi crudelitatis omen ſeu præſagiũ eſſe cenſuerunt, vt & accidit. Ex Diodoro.

Adoleſcentia ſignificat oſtenditque fructus futuros. *Cic.* Studia quæ ſunt in adoleſcentia tanquam in herbis, ſignificant quæ virtutis maturitas & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ. *Idem.*

Luſus pueriles præſagi futurorum. Vt cum per ludicra (*inquit Trebellius*) fingunt poteſtates. *Sic Romulus à paſtoribus per ludum neſciens rex creatus eſt. Muretus. Idem de Cyro ſcribit Iuſtinus. Rufinus Criſpinus priuignus Neronis ducatus & imperia ludebat teſte Suetonio. Porro L. Septimius Seuerus puer, faſcibus & ſecuribus prælatis circumſtante puerorũ corona, iudicia exercebat, inquit Spartian. Plutarch. de Catone. Ludus ait erant iudicia & accuſationes. Et Ariſtides de Apella: (ſed Latinè à me redditus) Progreſſus, inquit, aliquando ad ludum, præſagijt futura, ſine arte ſuam fortunam exercens, & iudex conſedit. Omninò non ignorauit natura viam per ludum ad veram fortunam. Sic Athanaſius vix 12 annorum puer, à pueris ludo Epiſcopus creatus, ipſos ſpectante Alexandro Epiſcopo, verè baptizauit, Rufino & Sozomeno teſte. Et S. Ambroſius ſororibus manus exoſculandas puer porrigebat, quod videbat fieri ſacerdotibus. teſtis Paulin. Nolan. De Gregorio VII Pont. Maximo proditum eſt, eum, cùm eſſet puer litterarũ ignarus, ex ſegmentis patris fabri ligna dolantis, compoſuiſſe illa verba Pſalmi 71.* Et dominabitur à mari vſq; ad mare. *Auctor Nicolaus Aragonius & Crantius: meminit & Baronius. porrò nomen puero tunc erat Hildebrandus. Tales ludi ait Caſaubon. ſerij & magnorum ingeniorum ſunt indices. Talia prognoſtica ingeniorum in infantibus habet multa Philippus de Berlaymont in Paradiſo puerorum maximè cap. 14. & 15. lib. 1.*

Znaio go iak zły przymiadz.

In deteriorem ferè partem hoc dictum vſurpatur, de homine vili vel improbo omnibus noto. Sic Cic. Improbitate & vitijs omnibus notus.

Cunctis notus Vlyſſes. ſ. *fraude, aſtutia, duplicitate &c. apud Homerum Ouid. Horat. Et Virgilij Laocoon, dicit:* Sic notus Vlyſſes?

Facit huc & deformitas inſignis, vt Æſopi.

Therſitæ item apud Homerum Iuuenalem & Ouid. qui de illo dicit.

Tam mala Therſiten prohibebat forma latere
Quam pulchra Nereus conſpiciendus erat.

Fabula eſt omnibus vel omnium. *Ex Terent. Horat. Suetonio.*

Διάκεντρος. Διακεντρέω. Pertuſus, perforatus, *nam veteres perforare ſolebant.* νόμισμα ἀδόκιμον. i. *nummum adulterinum. Suidas.* V. Znam ćie ziołko.

Znaio śię oni, rozumieio śię. Zna ſwoy ſwego.

Znáio

Znáia śie iák złodźiéiè w iármárk.

ἔγνω δὲ φὼρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον. *Ariſtotel.*

Furemque fur cognoſcit, & lupum lupus.

ἔγνωκε δὴ θὴρ θῆρα. *Idem Ariſtot.* Nouit fera feram. *Vel* beſtia beſtiam.

Principes inter ſe noti. *Eraſmus ex illo verſu Homeri.*

ἐ γαρ τ' ἀγνῶτες θεοὶ ἀλλήλοισι τέλονται. Non ignoti dij inuicem ſibi ſunt.

οἶδα σίμωνα καὶ σίμων ἐμέ. *Suidas.* Noui Simonem & Simon me. *Simon & Nicon erant duo improbi, ſed prior alterum obſcurauit ſic vt pro vtroq; nominetur.*

Balbus balbum rectiùs intelligit. *S. Hieronym.* *Triuiale illud eſt.*

Intelligunt ſe ceu fures in nundinis. Pſyllum non mordet colubra. *Ex Plinio & Varrone qui apud Priſcianum ait:* Admota aſpis Ophiogeni vel Pſyllo infanti, oſtendit an ſit genuinus. ſi enim punctus viuat, genuinus creditur; ſin moriatur, ſuppoſititius, *quia hæ gentes ſerpentinum virus ingenitum habent.*

Vide Bruk krukowi.

Znalépſzego winá / océt naoſtrzéyſzy. V. Dobry gdy śie zépſuié.

Znam éie ziołko ześ pokrzywká.

καλῶς ἔγνωκά ζε χλόη, κνίζεις κακῶς. *A.*

Cognoſco te nimis herbula mala, vris malè.

Noui te intùs & in cute. *Perſius ita.* ——— Ego te intùs & in cute noui.

Quære peregrinum. ſ. *quem fallas, qui te non nórit. Horat. plano mendaci dicit.*

Alium quæras cui centones farcias. *Plaut.* i. *apud quem tua facinora mendaciter iactabundus prædices,* Credis te ignorari & tua facta? *Idem.*

Tollat te qui non nouit. *Quintilian.* Merx tu mala es. *Plaut.*

Noſco tuum. ſ. *morem, ingenium. Idem.*

Introrſus turpis ſpecioſa pelle decorus. *Horat.*

Siculus mare aſpiciens. V. Vlié drugi raz. *Theocritus in balneo roganti à ſe ſtrigilem peregrino & fure noto, negauit vtriq; dicens, Te non noui, te verò noui. Plutarch. Mures feli mortem ſimulanti apud Æſopum dixerunt.* Etiamſi ſaccus eſſes, non accederemus ad te. V. Vlié dowierzay. Vließczery.

Znamy śie.

Phocion *Athenienſibus vocantibus eum timidum reſpondit:* ἴσμεν ἀλλήλους. Nouimus nos inuicem. *perſtringens eoſdem.*

Znaymy śie po sierći.

τίς ὁ ἐτεοβούτάδης καὶ τίς ὁ μανής. *ſubaudi.* Διαγνωσθήτω. *vel* Διακρινέσθω. *Ex Syneſio.* Quis Eteobutades (*è vetuſtiſſima Athenienſium familia*) quisúe ſit Manes. (.i. *ſeruus. nam hoc ſeruile erat nomen*) differat, ſit differentia, diſcernatur. vel dignoſcamus nos.

Znay śiebié ſamego.

γνῶθι ζεαυτόν. *Apollo. Pythagoras. Plato. Varro. Cic.* Noſce teipſum.

— Fama celebrata par orbem Litera cognoſci quæ ſibi quemq; iubet. *Ouidi.*
Tecum habita & noris quàm ſit tibi curta ſupellex. *Perſius.*
Suum quiſque noſcat ingenium. *Cic. Inuertit hoc dictum quidam infrà mox.*
Huc accerſas licet & illud Cicer. Valetudo conſeruatur notitia ſui corporis. *Hinc Tiberius Cæſar apud Plutarch. dicit:* ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ σφυγμὸν ἰατρῷ χεῖρα, καταγέλαστός ἐστιν. Vir annum egreſſus ſexageſimum & porrigens medico manum (*ex pulſu arteriæ ſanitatem cognoſcere volens*) ridiculus eſt. ſ. *quia tanto natu ipſum id pernoſſe oportebat. Addit Plutarch.* Eodem etiam ſpectare notitiam ciborum conuenientium & noxiorum. *Simile* Mądrość nawietßa.

Znay śie ná ludźiách.

κῆ πολλ' ἂν ἔχοι ὁ καλῶς εἰρημένον,
τὸ γνῶθι σαυτὸν. χρησιμώτερον γὰρ ἦν, τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους. *i. Menander.*
Multis modis non rectè dictum eſt,
Noſce teipſum. vtilius enim erat: Noſce cæteros. *Hoc ſic accipe:*
Magis aliquando neceſſarium & vtile eſt noſſe alios, quàm ſeipſum, adeò vt hoc præ illo contemnendum quaſi non rectè dictum videatur.
Affine, Człowiékę trudno poznáć. Przyiaćiélá bácznie obieray.

Z niczégo co vczynić / wielka ſtuká.

Non eſt hic ſermo de diuino creationis vniuerſi opere (quanquam & in hoc dictum iſtud verum eſt) ſed de humanis operibus, cùm quis ex re nihili, vel modica, & inutili, aliquid magnum, ſpecioſum, vel vtile efficit. Talis Caupo apud Liuium qui Duci Romano ex vno ſue plurima fercula multùm diuerſa vſq; ad ſtuporem præparauit. Hinc adagium tale elicit Rhodigin. At qui ſuilla caro eſt. *de ijs quæ parui aut nullius momenti ex ſe ſunt, apparatu tamē & adſcititiis ornamētis præclara redduntur. Sed & Plinius ait.* Ex nullo alio animali numeraſiorē eſſe ganeæ materiā, quinquaginta prope ſaporum. *Hinc natali die annuatim redeunte, ſuilla caro velut lautior apponebatur. Vnde Callidorus in Pſeudolo Plautina dicit:*

Mihi hodie natalis eſt, decet eum vos omnes concelebrare,
Pernam, callum, glandium, ſumen facito in aqua iſceat. *Et Iuuenal. Satyr. 11.*
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus Et natalitiū cognatis ponere lardū, &c.
Talis Apicius apud Suidam qui Nicomedi Regi Bithyniæ aphyas piſciculos deſideranti, eas ex rapo minutim conciſo condimentis additis illi exhibuit & appetitui eius ſatisfecit. Talis Cœcilius apud Martialem l. 1. epi. 32. qui ex cucurbitis plurima fercula varia, impēdio vnius aſſis parauit. de illo ſic Pèéta:

Atreus Cœcilius cucurbitarū. *Et poſt enumerata ex eis multa fercula, addit:*
Hoc lautum vocat, hoc vocat venuſtum,
Vnum ponere ferculis tot aſſem.

Talis & ille coquus, qui hero ſuo omnes cibos faſtidienti, ex ocreis ipſius, (vt ipſe iocabundus coquo interroganti, quidnam parari vellet, reſponderat) obſonium ſuauiſſimū parauit. vt eſt tritus apologus. quamuis aliqui hiſtoriam eſſe velint. Ex his aliqua dicta formare licet, v. g.

Quis

Quis coquus ex vno faciet ſue fercula centum?
Eſt artis ex ocreis parare mattya.
Non eſt cuiuſuis lautum epulum facere è ſolis cucurbitis. *Plutarchus apud feneratores inquit ex eo quod neq; eſt, neq; ſubſiſtit naſcitur fenus.* *Huc accerſe illud Plauti.* Proba eſt *(omnis)* materia, ſi probum adhibeas fabrum. i. *ex materia quauis inepta, bonus artifex aliquid vtile efficiet.*
Et illud Platonis. ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖν. *adde.* ἔργον. Ex vno multa facere, operoſum. χρυσόμαλλον δέρας. *Suidas.* Vellus aureũ. i. *liber continens artẽ auri ex hydrargyro conficiendi. Aliqui ijs accõmodant, qui ex re nihili operæ pretiũ eliciunt.*

Z nieſzcześcia śie cudzego nie ciеß. Z nedznego śie nie vragay.
δίκαιόν ἐστιν ἀρετὴν ἀτυχοῦσαν μὴ περιορᾶν. *Mithridates apud Appianum.*
Par & æquum eſt virtutem infelicem non deſpicere.
αἰσχρὸν καὶ χέτλιον ἀρετὴν ἀτυχοῦσαν περιορᾶν. *Ariſtotel. Philippo.*
Turpe & indignum (*miſerabile*) virtutem infelicem deſpicere.
τύχη τ' ἀρετῆς ἀναίτιος. *Syneſius.* Non culpanda virtus à fortuna. *Vel.*
Virtuti fortuna non vertenda vitio, non exprobranda.
Miſerum ne irriſeris. *Cato.* δυστυχοῦντα μὴ χλευάσῃς. *Planudes.*
ἀτυχοῦντα μὴ ἐπιγέλα. *Pittacus.* Infelicem ne irrideas.

Znowu mu śie zachciało / co mu śie iuż raz znáć dáło.
Poſt naufragium rurſus mare tentat. *ex Seneca.*
ναυηγὸς πλώει δὶς ἐυθὺν ἀργαλέον. *Epigramm.*
Naufragus rurſus nauigat mare periculoſum.
Siculus poſt naufragium rurſus mare proſpectat. ſ. *nauigare cogitans. aliter id poſitum eſt ſub* Vlić drugi raz.

Z nowu w tenże dół / śćć. wpadł.
οἰόμενος ἐκπεφευγέναι εἰς τ' αὐτὸν κύρτον ἐμπέπτωκας. *Lucianus.*
Ratus te effugiſſe in eandem naſſam incidiſti.
εἰς τὰς αὐτὰς λαβὰς ἐπανῆλθες. *Ariſtid.* In eaſdem anſas redifti.
ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. *S. Petrus epiſtola 2.*
Sus lota in volutabrum luti. ſ. *rurſus redijt.* V. Drugi raz.

Z olnierz delikat.
Interq; ſigna, turpe! militaria Sol aſpicit conopeum. *Horati de exercitu Antonij & Cleopatræ à Cæſare victo.* *De eadem Cleopatra militante Properti.*
Fædaq; Tarpeio conopea tendere ſaxo Auſa, &c. *Nam conopeum thalamorum eſt, non caſtrorum ſupellex.*
ὃ κεῖται μαλακῇ πολύμοχθον νίκος ἐν εὐνῇ. *A.*
Non iacet in molli victoria dura cubili.

Z olnierz zbroyny / lepßy niż ſtroyny.

Armatus non ornatus. *Iulius Cæsar maluit milites armatos quàm ornatos.*

ὅπλατς τ̃αξάμενοι, τί ν ῥέξι ὁ χρυσὸς ὄνηπι; *A.*

Dicite Marticolæ, pugnantes quid iuuat aurum? *(ad imitationem Iuuenal. Dicite Pontifices, &c.)* *Nempe quod Plato, quem imitatus videtur Persius, de sacris dixit:* χρυσὸς κ̃ ἄργυρ@ ἐπίφθονον κ̃ῆμα. Aurum & argentum inuidiosa possessio: *Adde,* in acie, *nam hostem ad prædam inflammat & ad pugnam.*

Zolnierz zuchwała bucżna rzecz.

Miles Plautinus dicit: Ita militaris disciplina est,
Manu salutem *(non scripto)* mittunt beneuolentibus,
Eâdem malam rem mittunt maleuolentibus.
ἐν στρατεύματι κακὸς ὁ μή τι δρῶν κακόν. *Euripides.*
In exercitu malus est qui nil facit mali.

Zonâ klopot.

Duxi vxorem, quam ibi non miseriam vidi! *Terent.*
Plùs alòés quàm mellis habet. *Iuuenal. de vxore.*
Semper habet lites alternaque iurgia lectus
In quo nupta iacet, minimùm dormitur in illo. *Idem.*
νόμιζε γήμας δ̃ᾶλ@ εἶναι τῷ βίῳ.
Vxore ducta seruus es vitæ scias. i. *non vives vt voles, liber.*
γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μελάνειαν ἔρχεται. Ad pœnitendũ properat vxorem ambiens.
ὡς τρὶς κακοδ̃αίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ.
Ter est miser quicunque nubere inops cupit.
Φορτίον ἡ γυνή. *Lycurgus.* Graue onus est mulier.
ἀναγκαῖον κακὸν γυνή. Necessarium malum vxor. *Non singulis viris necessarium, sed ciuitatibus, familijs, rebuspublicis conseruandis.*
κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως ὦ δ̃ημόται,
ἄκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
Malum mulieres, attamẽ ciues mei, Non inuenitur vlla domus absq; hoc malo.
Cum vxoribus incommodè viuitur, at sine illis ominnò non viuitur. *Cato.*

Vna vxor miseria est affatim vni homini. *Apud Plautum pater compescere volens luxuriosum filium, offert illi vxorem: respondet filius:*

Ego ducam pater. etiam, si quam aliam iubebis. *Subdit quidam alius:*

Miseria, vna *(vxor)* vni quidem est homini affatim. *Iterum pater:*

Immò huic parùm est. Nam si pro peccatis centum ducat vxores, parùm est. *Obserua dissolutis iuuenibus coèrcendis & puniendis, solitas dari vxores, ne sint vagi, & vt rei familiari studeant, quod etiam præcipit Plutarch. Et Plaut. alibi.*

Continuò arbitretur *(dispiciatur, prouideatur)* vxor gnato. s. *dissoluto & vagis amoribus occupato. Apud eundem de mala vxore vicini mœrens quidam eidem dicit:*

Cuius quoties sepulchrum vides, sacrificas illico Orco hostijs, quia licitum est tibi eam viuendo vincere. Et *ille.* Oh! Hercules ego tui dum illa mecũ fuit.

Neq;

Neq; ſexta ærumna (*Hippolyte*) acerbior Herculi, quàm illa mihi eſt obiecta.

πᾶσα γυνὴ χολός ἐστιν. ἔχει δ' ἀγαθὰς δύο ὥρας,
τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ. *Palladas.*

Omnis mulier eſt bilis (*faſtidium marito*) habet autem duas bonas horas. Vnam in nuptijs, (*in thalamo*) vnam in morte. *Idem dixit Hipponax. Scombri, ad naſſam vltrò accurrunt, & ingredi, licet captos, alios egreſſum tentantes videant, contendunt. Pierius ex Oppiano. Symbolum ait eſſe iuuenum calibum, qui nuptias & vxorem appetunt, & nacti mox faſtidiunt. Vnde Socrates interrogatus, qui homines pœnitentiam incurrerent, reſpondit. Qui vxorem duxerunt. Simile eſt illud Pindaricum, Dulce bellum inexpertis. Vide Theodectis dictum ſub* Stárości prágniemy. *Diogenes interrogatus quando ducenda eſſet, vxor, reſpondit:* Τὸν μὲν νέον μηδέπω, τὸν δὲ πρεσβύτερον μηδεπώποτε. *Laërti:* Iuueni nondũ, ſeni nunquã, ſeu nõ ampliùs. Mæcenatem quotidiana repudia moroſæ vxoris ſolitum deflere, *ſcribit Seneca.* κωμῳδοδιαγωγίαν *Porphyrius*, matrimonium *appellat* Comœdotragœdiam.

V. Bézżeńſtwo ſpokoyne.

Żona nima nic właſnego / abo przed mężem ſkrytego.

Nam peculi probam (*vxorem*) nihil habere addecet
Clam virum: & quod habet, partum ei haud commodè eſt,
Quin viro aut ſubtrahat, aut ſtupro inuenerit.
Hoc viri cenſeo eſſe omne quicquid tuum eſt. *Plautus.*

JCti etiam docent, quicquid habet mulier, id viri eſſe: *quod ſi quid clam acquirat, id non poteſt eſſe, niſi vel à viro vel ab adultero.* δεῖ κοινὰ εἶναι γυναιξὶ τὰ τ' ἀνδρῶν καὶ ἀνδράσι τὰ γυναικῶν. Oportet communia eſſe vxoribus omnia quæ virorum ſunt, & viris quæ vxorum ſunt. *Plutarch. qui ſcribit Romæ donationes inter maritum & vxorem prohibitas fuiſſe, quòd ſuſpectæ & futile ſignum amoris ſint, & corrumpant mulierem, & amor coniugum emi non debeat, & quia omnia eis communia.*

Żona ſtroyna i łákotká obżarta / zguba goſpodárſtwá.

Aſina Ocni funem deuorans. *Celebris eſt apud ſcriptores Græcos & Latinos Ocnus reſtio, à Socrate pictore fictus teſte Plinio; itemq; Delphis à Polygnoto pictus, & Romæ in marmore ſculptus Hermolao auctore, funem torquens, quem aſinus vel potiùs aſella deuorabat. Res fabuloſa eſt & variè narratur atq; ad varia vitæ humanæ documenta accommodatur. Pauſanias ait: (ſed contraho)* ὄκνος πλέκει τὸ χοινίον, παρέστηκε δὲ θήλεια ὄνος, ἐτεθίκτα ἀεὶ τὸ πεπλεγμένον ἐς χοινίς. Ocnus torquet funiculum, adſtat verò ei aſella, deuorans aſſiduò quod contortum eſt ex funiculo. *Hoc figmento, ait Varro, ſignificari deſidem, è voce Græca* ὄκνος. *Sic & Plin. Pauſanias autem laborioſum & induſtrium, cui vxor ſit prodiga. Meminit & Plutarchus qui eum apud inferos ponit, inſtar Siſyphi in eodem labore occupati. Meminit & Ariſtot. qui, Ocnum in Erodij genus pigerrimum, verſum ſcribit.*

Adde Properti. dicentem. Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno
Æternuſque tuam paſcat aſelle famem.

Vide

Vide ſub Day temu &c. Da mi vir. &c. & Dármo robiß.

Zone obieray ſtanu rownego / chceßli gomonu vyśc vſtáwnego.

Nube pari. *Ouid.* Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor eſt ſed onus, ſpecie læſura ferentes,
Si qua voles aptè nubere, nube pari.

νύμφη δ' ἄπροικος ἐκ ἔχει παῤῥησίαν. Puella non dotata erit modeſtior.
γάμει ἐκ τ̃ ὁμοίων. ἢν γὰρ ἐκ τ̃ κρειττόνων γήμῃς, δεσπότας κοὐ κηδεστὰς κτήσῃ. *Putaeus.* Vxorem ducito ex æqualibus. Si enim ex potentioribus ducas, dominos non affines habebis. *Idem præceptum habet Callimachus.*

τὸν σ̃ ἑαυτὸν ἔλα. Tu tibi ſume parem. *Vel.* Elige tibi parem. *Meminit Plutarch. & Laërtius. ſed generale eſſe hoc dictum monet Henric. Stephan. & poſſe accommodari ad vitæ genus, amicam, vxorem, officium, materiam ſcribendi, artem &c. à Callimacho prolatum eſt de turbine. Græca verba propriè vertenda eſſent.* Secundum te elige turbinem ſeu trochum, *quem pueri ludentes flagellu in gyrum verti & currere faciunt. Βεμβικα. Nam pueri trocho ludentes illud dictum protulerunt.*

ἐκ ἐξ ἐμαυτ̃ μειζόνων γαμεῖν θέλω. *Euripid.* Nolo ex potentioribus me, ducere. *Aliam inæqualitatem ab ætate ſumptam diſſuadet Ariſtophanes.*

δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή Regina ſiquidē mulier eſt ſponſo ſeni.

Item Theognis. ἄ τοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι.
Non eſt conueniens vxor iuuenis viro ſeni.
ἄ τοι χρήσιμόν ἐστι νέα γυνὴ ἀνδρὶ γέροντι. *Stobæus.*
Nulla ſeni coniux eſt apta iuuenca marito.
αἰσχρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ. *Euripides.*
Inuenem haud decet maritus vxorem ſenex.

Ideò Lycurgus tempus ſeu annos certos ineundi matrimonij ſuis ciuibus viris & fœminis præſcripſit. Plutarch. Vt coniugium ſit æquale & concors, inferiorem eſſe ſuo marito vxorem vult Martial. l. 8. Epigr. 12. & Clemens Stromat. 4 ex Euripide ait.

πᾶσ' ἐστὶ δούλη ἀνδρὸς ἡ σοφὴ γυνή.
Omnis mulier pudica, famula eſt viri. *Vel* Seruit marito quæ pudica eſt femina.

Item. ἀνδρὸς κακίων ἄλοχός ἐστι πᾶσά γε,
κἂν εὐδοκιμέσσαν χἠ κάκιστος ὢν γαμῇ. *Sic legit Henr. Steph. & interpretatur:*
Deterior (*.i. inferior*) omnis eſt coniux viro ſuo,
Vel ſi celebrem quis habeat deterrimus, (*quoq; infimus*) *Sic apud Ouidium 2. Faſtorum Lucretia maritum ſuum, dominum vocat. Affine eſt quod ſequitur.*

Zone-ś poiał z wielkiem wianem: Wiédz-żé/ niébędźieß iey pánem.
Argentum (*dotis nomine*) accepi, dote imperiū (*in vxorem*) vendidi. *Plaut.*
Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri,
Dotatæ (*benè, ſplendidè*) mactant, malo & damno viros. *Idem.*
Ego Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles,
Clamores,

Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram,
Nihil moror quæ in ſeruitutem ſumptibus redigunt viros. *Idem.*
Pulchra ædepol dos pecunia eſt, quæ quidem pol non maritata eſt. *Idem. i. quæ non eſt tanquam vxor ducta; vel, ſi non propter eam vxor ducta; vel, ſi ob eam vir vxori non ſit obnoxius; aut cùm vxor dotata, iam eſt mortua. Taubman. ex varijs interpretibus. Pulchrè Martial. l. 8. ep. 12.*

Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? vxori nubere nolo meæ (*. ſ. diuiti*)
Inferior matrona tuo ſit Priſce marito,
Non aliter fuerint femina virq; pares. *Et Iuuenal.*
Intolerabilius nihil eſt quam femina diues. *Idem.*
Malo Venuſinam (*ex oppido tenuis fortunæ*) quàm te Cornelia mater
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus adfers
Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos. &c.

Coniux dotata (*valdè*) regit virũ. *Horat.* Venales dote maritos hos, *vocat Tertulliã.*

εἰ γὰρ πένης ὢν τὴν γυναῖκα χρήματα
λαβὼν, ἔχει δέσποιναν, ἡ γυναῖκ' ἔτι,
ἧς ἐστὶ δοῦλος καὶ πένης. —— *Stobæus.*

Nam ſi quis pauper pecunia accepta vxorem duxerit, dominam habet, non vxorem, cuius (*dominæ*) eſt famulus & pauper.

Ita iſtæ ſolent, quæ viros ſubſeruire ſibi poſtulant, dote fretæ. *Plaut. Metellus Mario offerenti ſibi filiam ſuam in coniugem diuitem, formoſam, nobilem, reſpondit*: Malo eſſe meus quàm ſuus. *Cui Marius*: Immò ipſa erit tua. *At ille*, Immò virum oportet eſſe vxoris, &c. *Rhodigin.*

Ideò Solon lege lata dotes coniugibus ademit, & ſponſam ad virum nil afferre iuſſit niſi tres *veſtes, & ſupellectilem parui pretij. Apud Plutarch.* *Affine eſt præcedens.*

Zony co téraz ſłukáia / Co z nią dádzą? wprzod pytáią.
Poſágu téraz pytáią / á o cnotę máło dbáią.

Protinus ad cenſum: de moribus vltima fiet. Quæſtio. *Iuuenalis. & quamuis alia id occaſione protulit, quadrat tamen & in hanc ſententiam.*

Scilicet vxorem cum dote ——— regina pecunia donat. *Horati. i. diuiti facilius datur diues vxor.* At pater ardens.
Sæuit, quod meretrice nepos inſanus amica,
Filius, vxorem grandi cum dote recuſet. *Idem Horat. videtur alluſiſſe ad Demeam Terentij ſeuerum patrem.*

Apud Plautum filia patri ſe fiſtè licet venum exponenti dicit: Videto, vbi me voles nuptum dare, Ne hæc fama faciat repudioſas nuptias. Et *pater.*
Tace ſtulta. non tu nunc hominum mores vides?
Cuiuſmodi (*. i. cuiuſcunq; modi*) hîc cum fama facilè nubitur.
Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.

Antigonus Demetrio filio aſpernanti Philam annoſam ſed diuitem vxorem, quam illi ipſe

 obtrudebat

obtrudebat, insusurrauit in aurem illud ex Euripide.

ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν γαμητέον.

Renuente natura ob lucrum duc coniugem. *Melius Themistocles filiam suam omisso viro pecunioso qui eam ambiebat, probo illam vxorem dedit dicens.*

ζητεῖν ἄνδρα χρημάτων δεόμενον, μᾶλλον ἢ χρήματα ἀνδρός. *Plutarc.*

Quærendum esse potiùs virum pecunia egentem, quàm pecuniam viro.

Apud Martialē Gemellus Maronillā fedā ambit, quia dives est & tussit. i. breui moritura.

λευκώλενον λῶν κερδογαμεῖ. *Diogenian.* Candidum linum (*.i. vxorem lino vestitam*) lucri causa ducit.

Damnat hunc morem Theognis apposita comparatione, dicens.

κεῖνός μέν γ' ὄνους διζήμενα Κύρνε καὶ ἵππους
εὐγενέας. &c. γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ ἐκ μελεδαίνῃ
ἐσθλὸς ἀνὴρ ἢ εἴ χρήματα πολλὰ διδοῖ. *i.*

Arietes & asinos quærimus Cyrne Generosos, &c.
Ducere autem malam (*vxorem*) mali (*patris filiam*) non multùm dubitat
Bonus vir, si multam pecuniam illi (*in dotem*) donet (*pater filiæ.*)

Maritalis affectio seu consensus honestus facit matrimonium. JCti. Martia Catonis filia, rogata cur à morte mariti nollet nubere, respondit: Quia nō inuenio virum qui me magis velit, quàm mea. ſ. *formam, opes, &c. Plutarch.*

Zoſtaw co na potem na utro. dla gości. Stołu proſzeg nie odchodź.
Zeſzcze ktoś ieſt w mili; co to z ie po dwili.

Semper aliquid in mensa relinquendum. &. Vacuam mensam non tollendam (*more veterum*) *monet Alexander Neapol. & Dalecamp. ex Plinio, & Plutarcho, qui ait:* τὴν τράπεζαν ἐκ ἔων (*pro ἔασιν*) ἀναιρεῖσθαι κενήν. Mensam non sinebant tolli vacuam. (*.i. Nostro more.*) *Non relinquebant vacuam discedentes à prandio vel cœna.*

Inquirit Plutarchus causam huius moris. Et respondet, id fieri solitum ab antiquis; Vel vt monerent ex partis semper esse aliquid relinquendum, & non totum simul absumendum, sed præsenti die sequentis habendam rationem. Vel quia censebant vrbanum esse, appetitum refrenare, dum adhuc aliquid restat in mensa. Vel quia Mensa illis erat res sacra, vnde & manus lauabant. In sacris autem religio erat nil relinquere. Vel denig, quia vtile id est propter hospitem inopinatò aduenientem, ne cum eius exspectatione ac tædio, domesticorumq; solicitudine noua cœna paranda sit. Additq; vulgare suo tempore dictum simile penitùs nostro, dicens:

λεῖπέ τι καὶ ξένοις ἐπελθοῦσιν. i. Relinque aliquid & hospitibus aduenturis.

Ortum hoc dictum à Bœotis ait idem Plutarch. qui eos, qui omnia in conuiuio absumebant, vel omnes facultates abligurire pergebant, hoc dicto compescebant: λεῖπέ τι καὶ Μήδοις. Relinque aliquid & Medis. *qui eos incursare & populari solebāt, vt modò Tartari Polonos. Simili ergo Sarcasmo nos alicui nostrati prodigo diceremus:* Relinque aliquid Scythis, alioqui nihil inueniēt quod auferāt, vel quo te ab illis captus redimas. *Præterea mos hic reliquendi aliquid ex rebus quibus vsi sumus, ait Plutarchus, insinuat humanitatem*

manitatem & gratitudinem. Nam non decet, inquit, vbi saturati sumus alimenta perdere, nec fontem vbi bibimus obturare, nec signa itineris confecti abolere; sed relinquenda hæc aliis vsuris. Quin si fieri posset, etiam visum, auditum, prudentiam & fortitudinem nostram ipsi dormituri aliis vtendam dare deberemus. Sic quercus frugiferas venerabantur prisci, & moros exscindi vetabant: eodem modo alimento lucernæ infuso non eam extinguebant vsi, sed viuere relinquebant; in rebus etiam mutis gratitudinem suam testantes, & alijs prodesse volentes. Sed & cibum ex ollis, mensæ non nisi libatò apponebant.

Simile est illud quod apud eundem Plutarchum Philippus Macedo apud hospitem tenuiorem cœnans, suis comitibus insonabat. καταλείπετε πλακοῦντα χώραν. Relinquite locum placentæ. *Vel* ποιεῖτε εὐρυχωρίαν τῷ πλακοῦντι. Seruate locum placētæ. *Nam illi credentes placentas verè afferendas, modestè ex omnibus edebant, & sic cœna tenuis, placentis non comparentibus, sufficit omnibus. Placenta verò, vt Lucian. scribit, vltimò cum assis auibus piscibus & bellariis afferebatur, quæ auferre domum licebat.*

Ad id dictum allusisse videtur Curculio parasitus Plauti dicens.

Ædepol næ ego hîc med intùs expleui probè.
Et quidem reliqui in ventre cellæ vni locum
Vbi reliquiarum reliquias reconderem.

Alius contrà parasitus, Mensam inanem nihili æstimat, *sed plenam laudat, in qua nihil relinquat. quia inquit* mensam quando edo detergeo, vt nil remaneat. ideò Peniculo nomen est mihi. *Sed in 7 Æneid. mensam inanem cernens Iulus, ominosum id ratus, exclamat:* Heu mensas etiam consumimus!

Huc spectat & illud Aristophan. τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι. Quæ deciderint *(de mensa)* ne tollito. *Nempe vt temperantiam exerceamus & moderatiùs cibum capiamus, aliqua etiam prætermittentes. aliter id Laërtius explicat.*

Illud etiam Pythagoræ Symbolum, Χοίνικι μὴ ἐπικάθισαι. Chœnici ne insideas, *interpretatur Plutarch. de relinquenda aliqua parte ex præsentibus in futurum. Simile est alterum apud eundem Plutarch.* ἀποκείμενος ἰχθύς. *i.* Repositus vel sepositus piscis. *Subaudi.* bonus est, vel semper tibi sit.

Adde dictum Tiberij apud Suetonium: Solennibus, inquit hic de Cæsare, cœnis pridiana ac semesa apposuit, dicens: Dimidiatum aprum omnia eadem habere quæ totum.

Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus
Illis nullus erat, sed credo hanc mente, quòd hospes
Tardiùs adueniens vitiatū (.i. *qualemqualem, etiam putentē*) cōmodiùs, quā
Integrum edax dominus consumeret. *Horat.* i. *vtiliùs, aquiùs, decentiùs.*

Licet hîc vsurpare & illud recentiorum: Spicilegium relinque alijs, præsertim tenuioribus, egentibus. *vt fecit in Sacra historia Booz, præcipiens messoribus suis vt consultò præterirent spicas stantes, & ex demessis etiam proijcerent, vt haberet Ruth paupercula, quî spicilegium sine rubore facere posset.*

Acini post vindemiam relicti, colliguntur ab alijs. Ecclesiastic. 33.

Simile quid fecisse multi pij viri scribūtur, qui è lautis mensis suis, mēdicis foris clamātibus, optimos quosq; & sibi gratissimos cibos, victoriæ sui & charitatis in egenos testes, mittebant.

Adde & illa. μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω,
μητέρα δ' ἐκπετόλιπης, ἵν' ἔχῃς πάλι τ' ὄρνιθας.

Phocylides. Neque quis aues nido omnes ſimul auferat,
Matrem verò dimittes, vt iterum eius pullos habeas.
Idem præcipitur Deuteron. 22.

θηροβόρε κρεατῶ — λείψανα λεῖπε κυσίν. — *Idem Pœta.*
Carnis à feris adeſæ — reliquias relinque canibus.

Quòd talium carnium eſus lupinam famem creare putetur: ſed & halitus ac ſaliua lupi venenata eſt. Ioach. Camerar. qui hanc rem expendit problem. 1. decadis 9.

Affine, Obczaday. Schowáć nie wádźi.

Z pełnego mnio brać. Lepſze z pełney beczki.

ἄσμενοι ἐκ μεγάλε σωροῦ ἀιρῆσιν ἄπαυστες. *A.*
Suaue eſt de magno tollere aceruo. *Horat.*

Chremes Terentianus. Releui omnia dolia, omnes ferias. ſ. *plenas Bacchidi & ancillis eius vinum optimum ſeligens.*

Z pełnego ſporo śie bierzé. Z pełnego biorac mázáraz znáć ile vbywa.

Vbi de pleno promitur, neq; ille *(amator)* ſcit quid det, quid damni faciat. *Plaut.*

ἐκ τοῦ πλέω λαβόντι κλαῶ ὀ φαίνεται. *A.*
Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum.
Ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca
Nummus, & è pleno tollatur ſemper aceruo.
Non vnquam reputat, quanti ſibi gaudia conſtent. *Iuuenal.*

Z początku. Od przodku.

ἀπὸ γραμμῆς ἄρχεσθαι. *Ariſtides.* A linea incipere. *vt in curriculorum ludis.*
ἀπὸ βαλβίδων, *vel* ἐκ βαλβίδων. *Ariſtophan.* A carceribus. ſ. *Hadioram.*
A capite aliquid arceſſere. *Cic.* A fonte repetere. *Idem.* Ab ouo Troianum bellum ordiri. ſ. *è quo nata Helena belli occaſio & cauſa. Horat.* Zdáléká poczynáć.

Z pomoca. Ktoś śie do tego przyłożył. Vmie paćierz z mátką/ z mámką.

Manum illi quiſpiam porrexit. *Ex Cicer. Quintilian.*
Ἰόλεων παρεκάλησεν. *Plato Syneſ.* Iolaum implorauit. *vt Hercules contra Hydram.*
οὐκ ἄνευ θησέως, *Plutarch.* Non abſque Theſeo. ſ. *vicit. Nam Theſeo adiutore Hercules & Pirithous vel Perithous, victoriam obtinuerunt.* Amentatam haſtam ab aliquo accipere. *Cic.* i. *dictum, argumentum, orationem, qua adiutus victoriam obtineas.*
οὐκ ἄνευ κυνῶν τε καὶ λίνων. *Pindar.* Non abſque canibus & retibus.
τιτᾶνας ἐκάλεσεν. Titanas implorauit. *vt Iupiter contra Gigantes.*
ξὺν τε δυοῖν ἐρχομένοιν. *Homer.* Duobus ſimul euntibus. ſ. *melius eſt.*
Verè haud poteſt, qui non niſi ope alterius poteſt. *A.*

Z puſtey ſtodoły ábo wróbl abo ſowá wyléci. *V.* Poznáć z mowy.

Z reieſtru.

Z rćiéſtru robi. Nád powinność nic nié zrobi. Czéka áż roſkaza.

Agones dicuntur, qui cunctanter & non niſi iuſſi aliquid aggrediuntur. *Tractum verbum à Victimariis Romanorum, qui priùs quàm ferirent victimam, rogabant populum dicentes:* Agon' .i. agóne? *Meminit Lactatius ad Statium.* *Et Ouid.* Semper, agatne? rogat: nec niſi iuſſus agit.

ἄλλος πάντα ἀλλάων. *Ex Menandro.* Seruus omnia ſeruiliter agens.

πᾶν ἔργον ἐκ τοῦ καταλόγου ἐπιχειρεῖ. *A.*

Hic quodlibet opus aggreditur ex catalogo.

Suſis boues certum numerum cadorum aqua implent, vltra quem nullis verberibus vel blanditiis procedunt. quare Cteſias numerandi artem eos callere dixit. Ælianus. & Plutarch. lib. de ſolertia animalium. *Lepidum exemplum habet Plutarch. l. de Garrulitate.* *Piſo orator ne turbaretur à ſeruis, mandauerat eis, vt tantùm ad interrogata reſponderent. accidit vt conuiuium ſplendidum inſtrueret, & cæteris conuiuis iam præſentibus ſolus Clodius è vocatis defuit, & exſpectabatur. tum Piſo quærit ex ſeruo an vocárit Clodium? reſpondet is ſe vocaſſe. Cur ergo non adeſt? venturum ſe negauit. Cur ſtatim id non dixiſti? quia id non interrogaſti.*

Vſurpatur dictum Polonicum & aliter vt cùm dicimus: Z rćiéſtru ſtapa/ mowí/ vbiera śie &c i. *Nimis accuratè & affectatè vel delicatè agit.* V. Powáżny/ Délikat. *Adde illud Iuuenalis, de feminis ſuperſtitioſè delicatis, quæ nil aggrediebantur niſi ephemeride inſpecta.* Ad primum lapidem *(non procul)* vectari cùm placet, hora

Sumitur ex libro *(ephemeridum.)* Bez minucyy nić ſtapi. Z rćiéſtru żyć. V. Sługá co z rćiéſtru czyni.

Zrzuce cię abo zſádze cię z śiebié.

Tralatum ab equis ſeſſorem excutientibus. vt apud Liuium; Excutere equitem equus dicitur. proprio ſenſu. Tralato ad homines ſenſu Excutere iugum, *dicit Plini. vterq;.* *Rectè & ex Plauto ac Apuleio dices.* Obuertam tibi cornua. *Item Plautino ioco.* Non ampliùs agam Argyrippum. *Vel.* Noſces me non ampliùs Argyrippum eſſe tuum. *Is enim ſeruum ſuum velut equus portauit ſibi inſidentem per ludibrium, vt ſuprà dixi.*

Zuchwalſtwo hánbę przynoſi/

Θυμηδίαν προσηγεῖται ὕβρις. *Nazianz.* Ignominiam præcedit proteruia.

ὕβρει ἕπεται θυμηδία. *Idem.* Proteruiam ſequitur contritio, colliſio, ruina.

Z vkomnego z niédołężnego śie nie náśmieway/ nić vragay.

Luſco qui ſolet dicere, Luſce; *contemnitur à Perſio Ethnico Pòéta.* *Prohibetur id in Canon. Apoſtolic. 57. anathemate addito.* ἀναπήρους μὴ καταγελᾶν. Mancos mutilos non irridendos. *Et S. Hieronym. ait:* Quid prodeſt luſcum vocare luſcum?

Zwadá/ ſwar końcá nie ma. Zwády śie ſtrzeż.

Λίμη λίμλω ἔπιπε καὶ βλάβλω ἐλάβη. *Suidas.*

Lis litem parit & damnum damnum.

ἔρις δ' ἔριν ἀναφύσιν. *Phocylides.* Lis litem ſerit vel referit.

Gallorum pugna. *pro pertinaci contentione. Nam dimicationem gallorum ſæpe non finiri niſi ambobus commorientibus ſcribit Plinius.*

Contra verboſos noli contendere verbis. *Cato.*

μήποτ' ἀμετροεπεῖς νείκεσ ἐρίζε λόγοισι. *Mylius.*

V. Od ſłów do mieczow.

Zwádliwy. Naydzié ſię w puſtkach zwáde.

ἔριδας ἐφέλκων ὥστε καυκίας νέφη. *Ariſtotel. Theophraſt. Gellius.* Lites perinde ac Cæcias nubes trahit. ἄρνα προβάλλει. *Diogenian.* Arietem obijcit, emittit. *quod faciebant priſci bellum indicentes, de quo Feſtus.*

ὀρτύγων ἀναψάμενος φύσιν. *Ariſtides.* Coturnicum induit naturam. *Nam coturnices, vt & galli, pugnaciſſimæ ſunt, & in ludis etiam exhibitæ. Ælian. Plini.*

ἄρεος νεοσσόν. *Ariſtophan.* Martis pullus. i. *gallus, de pugnaci.*

Pugnacis & ferocis ſymbolum eſt κριὸς ἀσελγοκέρως. Aries cornibus laſciuiens. *quia facilè obuium quemq;, etiam hominem, cornibus impetens in pugnam prouocat & laceſſit. Pierius.* V. Ktić dáy powodu.

Aſilum *quoq; idem Pierius*, pro perturbatore communis pacis, *accipit ex Virgilio.*

τὸ μῆλον ἔριδος ἐς μέσον βάλλει. *Nicephor. Calliſt.* Diſſidij pomum in medium conijcit. *Vt fecit Eris dea apud Lucianum.* *Vide* Bość rzućić.

ἄθεσις πύρωσις. *Zenodot.* Ardens veſtis. *de eo qui calumnias & ſeditiones mouet.*

ὑπὲρ ὑπερβολέν. Vltra Hyperbolum. *qui ſuit contentioſus & litigioſus. Suidas.*

λίχλιν ὀφέξει κἂν ὄνος λάκῃ κύνα. *Zenodot.* Litem mouebit, mordeat ſi aſinus canem. i. *ob rem falſam, abſurdã. aliter id interpretatur Henr. Steph.* V. Ø fráßke karáć.

τὰς ἀκάνθας ζωάγων, *vel* ἀναλεγόμενος. *Athenæus.* Spinas colligens: *de contentioſo.* *Similia ſunt illa.* Litem mouere de lana caprina, de aſini vmbra &c. *ſuprà poſita.* Lupus facile agno litem intendit. *Ex apologo Gabriæ.*

ἐσκορδισμένος. *Ariſtophan.* Allio paſtus. i. *procliuis in pugnam Rhodigin. nam gallis pugnaturis in ludis allium obijciebatur. teſte Xenophonte.* *Affine*, Swárliwy.

Zwatpił.

Abiecit arma. *Cæſar.* ἀπέῤῥιψε τὰ ὅπλα. Abiecit haſtam. *Cic.*

ἀπέβαλεν τὴν ἀσπίδα. *Ariſtophan.* Abiecit clypeum. ῥίψασπις.

καὶ δῆλός ἐστιν ἀποῤῥίψων τὴν ἀσπίδα. *Lucian.* Et omninò videtur abiecturus clypeum, *vt fecit Demoſthenes & Archilochus. Idem de ſe fatetur Horat. dicens:* Et celerem fugam Senſi relicta non benè (*turpiter*) parmula. Iacet. *Cic.*

Z wielkiey burzé, máły deſcz.

μεγάλην νέφωσιν ἐστὸς ἀκολουθεῖ μικρός. *A.*

Dant ſæpe paruam magna nubila pluuiam.

Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus & promiſſa non complens. *Prouerb.*

Prouerb. Salomon. c. 25. ἀὶ μεγάλαι ἀρχαὶ, βραχὺ μικρὸν ἔχουσιν τέλος. *A.*
Principia magna, ſæpe parua in exitu.

Lege Martialis ep. 60. l. 9. in Mamurram qui totum forum peruagatus quaſi multa pretioſa empturus, tandem.
Vndecima laſſus cùm iam diſcederet hora,
Aſſe duos calices emit, & ipſe tulit.

Similis Euclio Plauti, empturus obſonia in nuptias filiæ, exijt in forum, & cauſatus cara eſſe omnia, etiam agninam & porcinam, ſerta florea foco coronando emit, & redijt domum.
V. Bez pieniędzy do targu. Drama è Tragico Comicum. Parturiunt montes. &c. *Vide* Colin tu bedzie. Wiekſzy huk niż puk.

Zwierz w ſieci naduſzy / naſroſzy.

Acerrima virtus eſt quam vltima neceſſitas extundit. *Seneca.*
Sic Virg. de apro. — Poſtquam inter retia ventum eſt,
Subſtitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos,
Nec cuiquam iraſci propiuſue accedere virtus.
Sed iaculis tutiſque procul clamoribus inſtant.
Haud aliter nulli eſt animus concurrere ferro. *Cum Mezentio à Tyrrheno cincto.* *Similia plura affert Cerda ad hunc locum, ex Homero, Heſiodo, Seneca, Statio.* *Affine*, Niewola nárobi dréw. Ná oſtátnia. Deſperácya.

Zwieſił nos. Zneſem poſzedł. Obwieſił ſkrzydłá. Spuścił ogon.

Demittere naſum. *Vel* Demiſſo naſo eſſe aut abire. *rectè dices. Habet hunc ſenſum Martialis, licet aliis verbis, in Selium.*
Quòd fronte Selium nubila vides Rufe,
Lugubre quiddam quòd tacet piger vultus
Quod pæne terram tangit indecens naſus &c.

Sunt aliquot epigrammata lib. 2. Anthologiæ. vt Cap. 13. in Naſum Caſtoris & 17. in Naſum horas indicantem, ſed affectum Polonici dicti non exprimunt, ſed deformitatem tantùm formæ notant. *Quadrat illud Plauti.* Abeunt capitibus quaſſantibus. *i. quaſſantes capita. Lambin. legit Caſantibus. i. demiſſis & velut caſuris.*
Demittere auriculas, *ad eundem affectum pertinet. tractum à brutis. Nam vt inquit Plini. in omni iumentorum genere, indicia animi præferunt aures. feſſis marcido, micantes pauidis, ſurrectæ furentibus, reſolutæ ægris.*
Sic Horat. Demitto auriculas vt iniquæ mentis aſellus,
Cùm grauius dorſo ſubijt onus. *ſ. ita ego cùm incidi in comitem moleſtum, & cupiens illum relinquere, non potui.* *Sic Plato de hominibus:* τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχουσι. Aures in humeris habent. *ſ. iacentes demiſſas.*
Demittere caudam eſt canum & luporum ac leonum, *ſignum animi demiſſi, timidi, ignaui.* *Sic Virg. de Lupo. ſuprà ſub* Ziadł pięć ſadło. *De leonibus Ariſtot. ait:* Φεύγουσι δὲ ἐνίοτε καταπτήσαντες τὴν κέρκον ὥσπερ κύνες. Fugiunt interdum demiſſâ caudâ tanquam canes.
ὑποκαθῆσαι τὰς ὀφρῦς. *Suidas.* Demittere ſupercilia. *i. manſueſcere.*

Demittere

Demittere manus. *Vel* Demiſſis manibus fugere. *apud Plautum, vicino ſenſu.* i. *pudore perculſum & deſperantem abire. Vt apud eundem Militi glorioſo quidam dicit:*

Immò ſi audias meas pugnas, fugias manibus demiſſis domum.

Aliqui hoc ad ſolam celeritatē diſceſſus referunt, ſed omninò ſententia poſtulat, vt ad pudorem ſignificandum dictum ſit; fugies verò poſitum eſt pro abibis. cur enim citò fugeret eum quē non timebat? Sed audita enumeratione pugnarū nobilium, erubeſcens cedere coactus eſt.

ἡττηθεὶς τινὸς ἀλεκτρυόνος. Superatus ab aliquo gallo. *Vel.*

ὥσπερ ἡττημένος ὑπ' ἀλεκτρυόνος. Velut ſuperatus à gallo. *Ex Eudemo.*

Et Cic. ait: Gallum victorem canere, victum ſilere, quin (*vt addunt alij*) victorem ſilentio ſequi. *Hinc aliud dicterium ortum.* ſ.

Demiſit alas galli gallinacei inſtar. *Sic Plutarch. ex Pœeta quopiam:*

ἔπτηξ' ἀλέκτωρ ὡς κλίνας πτερόν ——

Extimuit alas galli ad inſtar deprimens. *Et Ariſtophan.*

πτήσσει ὥσπερ ἀλέκτωρ. Trepidat more galli. *Plinius verò ait:*

Victus gallus occultatur ſilens, ægreque ſeruitium patitur. *Nam inter cætera ſpectacula erat etiam ἀλεκτρομαχία.* i. *commiſſio gallorum ad certamen exercitatorum: committebantur & coturnices. vt ſuprà dixi.*

Huc ſpectat & Elephas victus. *Plinio teſte.* *Et Ariſtot. de eodem ſic:* ὁ δὲ ἡττηθεὶς, σφόδρα ἰσχυρῶς καὶ ἐκ τούτου τοῦ νικήσαντος φοβεῖται. Qui victus eſt, adeò vehementer animo frangitur, vt nec vocem victoris tolerare poſſit.

Adde & Taurum victum pudore fugientem.

ταῦρος ὑποκρυθεὶς ἀγέλης. *Oppian.* Taurus repulſus à grege, *viribus alterius tauri.* ἀλλοταγελῶν ſegrex agit. *De eodem ſic Virg.*

Nec mos bellantes vna ſtabulare, ſed alter
Victus abit, longeque ignotis exulat oris;
Multa gemens ignominiam, plagaſque ſuperbi Victoris &c.
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis.

Feruens olla frigidâ aſperſa. *Carol. Bouillus.* διὸς κόρινθος. Iouis Corinthus. *de eo dicebatur, qui elatus nimis ſibi placet & ſe magnum iactat, mox tamen per ſummum dedecus abit, vt accidit legatis Corinthiis apud Megarenſes. Rhodigin. è Gracis.*

Zwlaczą / nie ma woley dáć / vczynić.

ἕνας δικάζει. *Zenodot.* Bunas iudicat. *Vide hoc ſub* Odwloká pod czás pożytéczna.

ἡ τῆλε δ' οὐκ ἐθέλουσα τὸ δένδρον μηδὲν ἀρέσκει. *A.*

Arbor nulla placet nuſquam pendere volenti. *Ex apologo de Marcolfo.*

Zwyćieſtwo łacne bez przećiwnika.

ῥᾴδιόν ἐστι μόνον θέοντα κρατεῖν. *Lucianus.* Facile eſt ſolum currentem vincere. ſ. *cùm nullus adeſt cum quo curſu certet.* *Affine,* Łácno bić tego co śie powáli.

Zwyćieſtwo nawiętſe / ſiebie ſamego zwyćiężyć.

Multò operoſius eſt ſeipſum quàm hoſtem ſuperare. *Valer. Maxim.*

Animum

Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare; hæc qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo iudico. *Cic.* Quòd teipſum vicisti, & lætamur & miramur. *Idem.*

Nimiò ſatius eſt, vt opus eſt, te ita eſſe, quàm vt animo lubet.

Qui animum vincunt, quàm quos animus, ſemper probiores cluent.

Qui animum perpulit ſuum, victor victorum cluet. *Plaut.*

νικῶν ἑαυτὸν φέρτατος νικηφόρος. *A.*

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. *Ouid.*

Fortior eſt qui ſe quàm qui fortiſſima vincit

Mœnia, nec virtus altiùs ire poteſt.

Bis vincit qui ſe vincit in victoria. *P. Syrus.*

Effugere enpiditatem, regnum eſt vincere. *Idem.*

Seipſum quàm hoſtes vincere magis regiũ exiſtimabat Alexander. *apud Plutarchũ.* τὸ νικᾶν ἑαυτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη. τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον. *Plato.* Seipſum vincere, omnium victoriarum prima & optima: à ſeipſo verò vinci, omnium turpiſſimum & peſſimũ. Potentiſſimus eſt qui ſe in poteſtate habet. *Seneca.* Imperare ſibi, maximum imperium eſt. *Idem.*

Affine, Zadze hámowáć.

Zwyćieſtwo nié záwße ieднemu i lépßemu śie tráfia.

—— νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας. *Homer.* Victoria commutat viros.

πολλάκι τοι νικᾷ καὶ κακὸς ἄνδρ' ἀγαθόν. *Theognis.*

Vir malus vſque ſolet vincere ſæpe bonum.

Affine, Szcześćie odmienne. Vlić ieднákie záwße.

Zwyćieſtwo obiemá ſtronom żałoſne. Zwyćieſtwo rzatko poćiéßne.

Skorupá o ſkorupe śie vdérzyłá. Vlićmáß śie z czego ćiéßyć po wygráney.

κάδμεια νίκη. *Plutarch.* Cadmea victoria, *vocatur. quæ ipſis etiam victoribus luctuoſa eſt. Origo dicti varia eſt apud Plutarchum, Pauſaniam, Ariſtidem, ſed non eſt tanti longas hiſtorias adferre. à Cadmo potiùs ducenda videtur, qui Lino victo, ipſe à ſuis pulſus eſt. Tale eſt illud Sybillæ.*

κλαίει ὁ νικηθεὶς καὶ ὁ νικήσας ἀπόλωλεν. Flet victus victor perijt. *vt accidit ad Cheroneam Philippo victori Athenienſium & Thebanorum. & ad Troiam Græcis victoribus Troianorum.* Teſta colliſa teſtæ.

καὶ πίθος πληγεὶς ὑπ' ὀργῆς ἀνελάκησεν πίθῳ. *Ariſtophan.*

Et cadus *(teſtaceus)* percuſſus furore repercuſſit cadum *(dolium, teſtam).*

οὐδ' οἱ ἀνειμωτί γ' ἐμάχοντο. *Homer.* Nec hi ſine ſanguine pugnarunt.

Draco cum aquila pugnat vel pugnauit. *de infelici conflictu duarum partium potentium. Nam ſcribit Plinius, ancipitem eſſe draconis cum aquila in aëre pugnam, ita vt ſæpe ſimul ambo decidant. Habet idem Homer. & Virg. ait.* Vtq; volans altè raptũ cum fulua draconẽ Fert aquila, &c. *Meminit & Plutarch. ac Cic. Sic accidit præter*

dii prater ſuprà poſitos, etiam Romanis Cæſari & Pompeio. quod deplorat Lucanus. Draco item Elephanti ſanguine exſucto ab eodem moriente & prolapſo obteritur. Plinius.

Zwyćieſtwo wielkie ktore zwyćiężony przyznawa.

ἥττημαι καὶ ἥττημαι ὁμολογῶ. *Nazianzen.* Victus ſum & victum me fateor.

Qui vicit, non eſt victor, niſi victu' fatetur. *Ennius.*

Sic Turnus apud Virg. proſtratus ab Æneâ. Vtere ſorte tua ——

—Viciſti & victum tendere palmas Auſonij vidêre. tua eſt Lauinia coniux.

Vlteriùs ne tende odijs. *Similiter apud Ouid. Phineus.*

Confeſſaſq; manus, obliquaq; brachia tendens, Vincis ait Perſeu. —

Idem. Ius tibi & arbitrium noſtræ fortuna ſalutis

Tradidit, inque tua eſt vitaq; morſq; manu.

Adde Claudianum qui ait: Nulla eſt victoria maior,

Quàm quæ confeſſos animo quoq; ſubiugat hoſtes.

Zwyćieſtwo zdradliwe, brzydliwe.

ἀισχρὸν κλέψαι τὴν νίκην. Turpe eſt furari victoriam. *Alexandri Magni vox apud Arrianum.*

Zwyćięzcá ſławny, ześło od podłego gine.

Zwyćięzywßy mocnego, poległ od ſłábego.

κώνωψ λέοντα κρατῶν, ἀράχνης ἥλατο. *A.*

Captus ab araneo leonis victor eſt Culex. *Et moriens lamentabatur, quòd maximorum victor, à vili periret. Æſopi apologus. Epimythion.*

πολλάκις οἱ καταβάλλοντες μεγάλους, ὑπὸ μικρῶν καταβάλλονται. *Planudes.*

Sæpe ij qui proſternunt magnos, à paruis proſternuntur.

Zwyćięzcy prożno śie ſprzećiwiać. Zwyćiężony wßyſtko traći.

—— Ego, vt Contendere durum eſt Cum victore, ſequor. *Horat.*

νικώμενοι ἀχρυσίᾳ διδόασι. *Plutarchus.* Victi linguam vinctam habent. *adeò vt ne gry quidem poſſint dicere. de ijs intelligit qui victi ſunt bonitate, humanitate, induſtria, beneficiis.*

Victoris petitio imperioſum mandatum ſuperat. *Garner. Gallic.*

Zwyczayne rzeczy nie czynią podziwienia.

Vſitata nemo miratur. *Exempla huic dicto apta habet Iuuenal. Satyra 13.*

1. Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? 2. aut quis
   In Meròé craſſo maiorem infante mamillam?
3. Cærula quis ſtupuit Germani lumina? —— &c.
4. Ad ſubitas Thracum volucres nubemq; ſonoram *(Gruum)*
   Pygmæus paruis currit bellator in armis,
   Mox impar hoſti, raptuſq; per àéra curuis
   Vnguibus, à ſæua fertur grue. ſi videas hoc
   Gentibus in noſtris, riſu quatiare: ſed illic

Quæ-

Quanquam eadem assiduè spectentur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.
θαυμασμὸν ὲ ποιῶσι τὰ νενομισμένα. *A.* Res vsitatas nemo mirari solet.

Zyć sąśiadowi / á wprzod domowi.

ἐυχὲ τῷ πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλέον δὲ τῇ χύτρᾳ.
Vicinus vt habeat opta, at olla vt tua, magis.
Plebeium dictum vtilitatem propriam spectans vbiq;. quanquam S. Paulus domesticorum rationem in primis habendam censet.

Zyd dawno ßalbierz.

Qualiacunq; voles Iudæi somnia vendunt. *Iuuenal.* Solam
Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur. *Idem.*

Zydá tam iakiegoś grzébia. *V.* Nie dármo so.

Zyść tednego / ßkodá drugiego.

Lucrum sine damno alterius fieri non potest. *P. Syrus.*
κέρδος ἑνὸς ἑτέρου δίκα ὄλαξης ἐκ ἔστ' αι. *A.*
Malum est malum est dicit omnis emptor, & cùm recesserit (*cum re empta*) gloriabitur. (*quòd fraudulenta extenuatione mercis, lucrum sibi parârit*) *Prouer. SS. 20.*

Zyść miasto vtráty. Zyść niespodziany.

Pro vno duo sunt mihi dati. *Terent.*
κοινὸν τὸ ἑρμαιον. *Vel.* κοινὸς ὁ ἑρμῆς. *Lucian.* Communis Mercurius. *de lucro vel emolumento fortuitò præter exspectationem oblato. Mercuriale vocat Erasm. à præside talium Mercurio.*

Zyść nie káżdy stußny / przystoyny / pożytécżny.
Zyść nie stußny ßkoda grozi.

Damnum appellandum est, cum mala tama lucrum. *P. Syrus.*
κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει.
Iniqua lucra damna semper afferunt.
τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος ἂν δίκαιον ᾖ.
Iustum lucrum quod fuerit, id lucrum puta.
τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται.
At calamitatem turpia accersunt lucra.
κέρδος αἰσχρὸν κάκιστον. *Periander.* Lucrum turpe pessimum.
Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. *Terent.*
Solem mercede præstare & aquam vendere. i. *absurdum, turpe, iniquum. Lactant. i. ex beneficijs Dei omnibus expositis, gloriam, voluptatem, lucra, cõmoda priuata captare.*
Sic Horat. de Equotutio oppido: Vænit vilissima rerum hic aqua. *sed ob penuriam in loco arido.*

Non ego omninò lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo.
Scio ego, multos iam lucrum luculentos homines reddidit.
Eſt etiam vbi profectò damnum præſtet facere quàm lucrum.
Odi ego aurum, multa multis ſæpe ſuaſit perperam. *Plautus.*
μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτῃσιν. *Heſiodus.*
Ne malè lucreris, mala lucra æqualia damnis.
ἀκ ἐξ ἅπαντ' δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν. *Sophocles.*
Non vndecunq; lucra gaude quærere.
τὰ δεινὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται. *Idem.*
Afferre lucra vafra nocumentum ſolent.
ἐκ τ γὰρ ἀισχρῶν λημμάτων, τὰς πλείονας
ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους. *Idem.*
Nam ex turpiter acceptis, plures videbis læſos quàm ſaluos.
τὸ δὲ παρ δίκαν γλυκὺ, πικροτάτα μένει τελευτά. *Pindarus.*
Quod præter æquum & fas eſt dulce, id amariſſimus manet exitus.
μηδέ σε νικάτω κέρδ' ὅτ' ἀισχρὸν ἔοι. *Theognis.*
Te vinci à turpi ne patiare lucro.
Periculoſum ſemper reputaui lucrum.
Sed dicis: qui rapuêre, diuitias habent.
Numeremus agedum qui deprenſi perierint,
Maiorem turbam punitorum reperies. *Phædrus.*

Athenienſes cum Ariſtides illis in concione proponeret, velle Themiſtoclem facere rem illis vtiliſſimam ſed iniquiſſimam (.ſ. Græcorum naues incendere.) reclamarunt & vetarunt. Plutarc.

Cùm Zeuxes Helenam pulcherrimè pinxiſſet, & eam nulli, niſi pretio exhibito inſpiciendam concederet, illa imago meretrix à populo eſt appellata. Rhodigin.

Zyſk z kadkolwiek / dobry.

Dictum improbum, licet multis improbis duntaxat placeat.

Sic hi loquuntur Sapientiæ 15. Oportere vndecunq; etiam ex malo acquirere.
ὅθεν δὴ κἂν ἐκ κακῶ πορίζειν δεῖ. *Apud LXX.*
κἂν ἀπὸ νεκρῶ φέρειν. *Ariſtotel.* Vel à mortuo tributum exigendum.
Vnde habeas nemo quærit; ſed, oportet habere. *Ennius apud Iuuenalem.*
— Lucri bonus eſt odor ex re Qualibet. *Iuuenal.*

Sic Veſpaſianus reprehenſus à Tito filio, quòd vectigal vrinæ commentus eſſet; pecuniam ex prima penſione collectam, naribus eius admouit, ſciſcitans: Ecquid illa puteret? negante illo: Atqui, inquit pater, è lotio eſt. Suetonius.

κέρδ' αἰσχύνης ἄμεινον. Lucrum pudori præſtat.
Non te pudet vanitatis? Non; dum ob rem. *Terent.*
φρυγεῖν ἢ πλυτεῖν. Excubias agere aut diteſcere. *Suidas dictum eſſe ait in auidos lucri, quales erant præſidiarij milites Athenienſium in inſulis magnis ſtipendiis conducti.*
δοκῶ.
Eraſmus id profuſis attribuit.

δοκῶ μὴ ἁδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. *Sophocles.*
Nullum eſſe verbum cum lucro malum puto.
ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δ' ἀλευτέον. *Euripid.*
Vbi lucrum affulſerit, inuita natura ſeruiendum eſt.
Τὸ κέρδος ἡδύ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔῃ. *Sophocles.*
Eſt dulce lucrum, quanquam & è mendacio.
δίκαι ἐπαίνει. τῷ δὲ κερδαίνειν ἔχε. *Idem.*
Laudato iuſta, cæterùm lucro hæreas.
τῷ μὲν δικαίῳ τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
τὰ δ' ἔργα τῷ πᾶν ῥᾳδίως, ἔνθα κερδανεῖς. *Plutarch.*
Opinionem ſuſcipito iuſti viri,
Sed agito quiduis, vnde ſpes aliqua lucri eſt.
κελεύει τὸ πλέον ἔχειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον. *Theodorus.*
Iubet plùs æquo habere, laudare verò quod æquum eſt.
Pyreicus Rhyparographus dictus, quòd ſordida pingeret, aſellos, obſonia, ſutrinas & ſimilia, quæ tamen pluris vendebat quàm alij ſua ſplendida. Plini. Aëricum tributum exigebant, ſeu aërem cenſebant quidam principes. V. Łákomy wzbierániu.
Τὰ τ Φόρων κρείττω. *Suidas.* Tributis potiora vel meliora. *de ijs qui iniuſtè acquirunt, vt tributorum exactores vel mulctarũ. Sic Eraſm. aliter ſub* Zlemu śie zwiężić.

Żywe widáć.

γλαῦκος πίνων μέλι ἀνέζη. *Glaucus poto melle ſurrexit, reuixit. Dicitur de eo qui mortuus creditus, prodit in publicũ quaſi rediuiuus. Glaucus enim grauiter ægrotans putabatur morbo exſtinctus, is vero mellito pharmaco ſũpto cõualuit præter omniũ exſpectationẽ.*
Etiam mortui ambulant. *Stratonicus citharoedus hoc dicto perſtrinxit Caunios luridos, cælo morbido & inſalubri habitantes. Strabo.*
Apté etiam dices ijs qui è morbo conualuerunt, illud Socratis apud Platonẽ. ἀλεκτρυόνα τῷ ἀσκληπιῷ *ſ.* ἀπόδος. Gallum Æſculapio. ſ. *dato. velut Præſidi ſanitatis, munus gratitudinis teſtimonium. Meminit Lucian. Bis accuſato.*
Rectè item hic vſurpabis ex Herodiano, Plutarcho, Luciano: ζωτήρια (*ſ.* ἱερὰ) ἄγε *vel* θύε. Soteria (*ſacra*) celebra. vel ἄγομεν, θύομεν. agamus, immolemus ſoteria. *ob ſanitatem ægro reſtitutam.*
S. Maurus Eremita mortuus eſt natus, ſed mox reuixit & vocatus eſt mortuus natus vel rectiùs alijs Renatus. quo modo S. Maurilius puerum à ſe reſuſcitatum vocauit. Molanus. Fortunatus.

Żyw-em-ći ſobié. Mam rozum domá / nie pożyczam v ſąśiádá.

Phraſin hanc variè & eleganter reddes Latinè ex Plauto, qui ait:
Mihi ego video, mihi ego ſapio, mihi ego credo plurimùm. *Item.*
Vigilans vidi, vigilans nunc te video, vigilans fabulor. *Item.*
Sanè ſentio & ſapio. Vtiq; ſapio corde & oculis vtor. *Item.*

Ego quidem meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris. *Item.*
Ne metue ne me perdiderim vſpiam, ne me quiſpiam imprudentem immutauerit. *Item.*
Etiámne illud quod ſciam, non ſciã vis? quod viderim, non viderim? *Item.*
Non ſoleo ego ſomniculosè heri imperia perſequi. *Item.*
Non ego cum vino ſimitu (*.i. ſimul*) ebibi imperium tuum. *Item.*
Meus ſum non alienus. *Adde illud Cic.* Viuus & videns cum victu & veſtitu ſuo publicatus. *Et Horat.* Viuenti & ſentienti decus dediſti.
ἐστί μοι ὀφθαλμοὶ, καὶ ἆτα, καὶ πόδες ἄμφω, καὶ νόος ἐν στήθεσι τετυγμένος; ὐδὲν ἀεικής. *Homer.* Sunt oculi mihi, ſunt aures, geminiq; pedes ſunt,
Inſita pectoribus mens eſt, non ſtulta nec excors.

Żywot ieſt żyć dobrzé choć krótko.

Żywoté prégni nie długiego/ lecz dobrego. Żywot zły/ śmierći równy.

Quam benè viuas refert; non, quam diu. *Seneca.* Nemo quam bene viuat curat; ſed, quam diu. *Idem.* Non eos optimè vixiſſe qui diutiſſimè, ſed qui modeſtiſſimè vixerint. *ait Varro.* οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. *Cic.* Non licet iucundè viuere, niſi honeſtè & iuſtè viuatur.
τὸ κακῶς ζῆν ἢ μὴ φρονίμως καὶ ὁσίως, Δημοκράτης ἔλεγεν, ἢ κακῶς ζῆν εἶναι, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἀποθνήσκειν. *Porphyrius.* Malè viuere & nec prudenter nec ſanctè, Democrates dixit, non eſſe malè viuere, ſed longo tempore mori. *Seneca tales*, Non viuere, ſed eſſe dixit. *Similiter Boëtius qui eos cadaueri ſimiles eſſe ait.* παραζῆν *tales Graeci dicunt.* i. Viuere ſecus quam decet. *Vel vt ex Ennio Gellius.* Præterpropter vitam viuere.
ζωῆς πρόπαρ θάνατος ἀρίστα.
Mors præferenda plurimùm vitæ improbæ.

Żywot lucki bieg do śmierći. Co dźień człowiek śmiérći bliżey.

Naſcentes morimur, finiſq; ab origine pendet. *Manilius. addit quidam:*
Illa eadem vitam, quæ inchoat, hora rapit.
Æterniſque ſenes curis, dum quærimus æuum
Perdimus, & nullo votorum fine beati
Victuros agimus ſemper, nec viuimus vnquam. *Idem Manilius.*
Singula de nobis anni prædantur euntes. *Horati.*
Eheu fugaces Poſtume Poſtume — Labuntur anni, nec pietas moram
Rugis & inſtanti ſenectæ — Adferet, indomitæque morti. *Idem.*
Labimur ſemper rapiente fato — Ducitur ſemper noua pompa morti. *Seneca Oedipo.*
Parce venturis, tibi mors paramur; Sis licet ſegnis, properamus ipſi:
Prima quæ vitam dedit hora, carpſit. *Idem Herc. Furente.*
Paulatim morimur, momento exſtinguimur vno,
Vt lampas oleo deficiente perit,

Vt nihil

Vt nihil interimat, tamen ipso in tempore mors est,

Quin nunce interea, dum loquimur, morimur. *Thomas Morus è Graco.*

ἄνθρωπον, νεκρὸν ἀϊδιώτιον *dixêre priſci. Euſtathi.* Hominem, perpetuò morientem. Quid aliud diebus, horis, momentiſque ſingulis agitur, donec ea quæ agebatur conſummata mors impleatur; & incipiat eſſe iam poſt mortem, quod cùm vitæ detraheretur erat in morte? *S. Auguſtin.*

παρεπδημία τις ἐστὶν ὁ βίος. *Plato.* Peregrinatio quædam eſt vita.

Quot dies vitæ peragimus, tot paſſibus ad locum propoſitum appropinquamus. *S. Gregorius.* Quotidianus defectus corruptionis eſt quædã prolixitas mortis. *Idem.* Nauigantibus ſimiles homines viuentes facit. *S. Baſil.* qui ſiue ſtent, ſiue ſedeant, ſiue dormiant, ad metam curſus appropinquant.

Non repente nos in mortem incidere, ſed minutatim procedere, *ait Seneca.* Quotidie morimur. quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cùm creſcimus, vita decreſcit. ——— Hunc ipſum quem agimus diem cum morte diuidimus. Quemadmodum clepſydram non vltimum ſtillicidium exhaurit, ſed quicquid antè defluxit: ſic vltima hora non ſola mortem facit, ſed ſola conſummat. *Idem Seneca.* Quò facilius obrepat mors, ſub ipſo vitæ nomine latet. *Idem.* In idem flumen bis non deſcendimus. *Idem Seneca ex Platone. ſic is ex Heraclito:* πάντα ῥεῖ καὶ οὐδὲν μένει. Εἰς ποταμὸν δὶς ἐμβαίνεις τὰ ὄντα, λέγει ἡράκλειτος: ὅτις εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίνοις. i. Omnia fluunt & nihil manet. & fluminis fluxui aſſimilans ea quæ ſunt, dicit Heraclitus: In eundem fluuium bis non deſcenderis. i. *non licet in vitam intrare ſeu naſci iterum, nec dies elapſos reuocare: vt ſi quis hodie deſcendat in flumen, cras in idem non poterit deſcendere, quia aquâ heſterna elapſâ, alia ſuperueniet.* *Huc facit illud Plutarchi.* μὴ ὑπερίδῃς ἔτι τοῦ ὁρους ἐλθόντα. Ne reuertaris vbi ad terminum peruenieris. i. (*vt ipſe interpretatur*) *cùm finis vitæ venerit, æquo animo feras, nec vitæ cupiditate exanimeris. vt ille apud Virg.*

O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos!

Simile eſt illud Plutarchi. ὁ χθὲς εἰς τ' σήμερον τέθνηκεν, ὁ δ' σήμερον εἰς τὸν ἄυριον ἀποθνήσκει. Qui heri fuit, (*home*) in eum qui eſt hodie, mortuus eſt; & qui hodie eſt, in eum qui cras erit, morietur.

Sed hæc ſpeciosè non propriè dicuntur, ad exaggerandam vitæ breuitatem. Si autem verè & propriè loqui volumus: Aliud eſt morti obnoxium ſeu mortalem eſſe, aliud verò quotidie mori, vel incipere ſtatim natum mori. Illud verum, hoc falſum eſt.

Nam homo quandiu viuit, mortalis eſt, ſed non incipit mori, niſi in morbo lethali vt Ioann. 4. filius Reguli. Incipiebat enim mori. *vel violenta cæde, vt Machabæorum c. 7.* Sextus filius, Incipiens mori (*in tormentis*) *ſic ait: &c. vel in ſumma ſenectute exhauſtis viribus & calore naturali deficiente, vt* Abraham plenus dierum mortuus eſt. ſic Iſaac. Iob. Dauid. & alij. Enoch quoque & Helias *licet etiamnum mortales ſint, non incipient mori, niſi in fine mundi, alioqui tot millibus annorum morerentur, quod abſurdum eſt. & in diuinis libris translati ac venturi in mundum dicuntur. Nam motus*

& proceſſus

& proceſſus ad terminum præſertim remotum, non eſt terminus. Sic Nauigantes vaſta maria, dum nauigant, non ſunt in portu. Sole exorto non eſt veſper, niſi is iamiam occumbat. Puer pergens ad ſenectutem, quæ (curſu naturæ ſpectato) morte prior & propior eſt, non poteſt dici ſenex, neq; verò ſeneſcere. Arbor vegetanti anima viuens, falsò diceretur putreſcere & perire, vbi è terra primùm prodijt & creſcit. ſic & homo. Dices. Quotidie accedimus ad mortem propiùs & quotidie minuitur vita, vt in candela ardente lychnus & cera. ℟. Accedimus quidem ad mortem ſemper propiùs, ſed hoc non eſt mori, vt dictum eſt. ſed potiùs, prolongare & extendere vitam. Enimuero neq; omnimodis minuitur vita hominis creſcendo, cùm etiam augeatur. Siquidem homo natus, viuendo procedit ſeu recedit à nihilo, ſeu non eſſe ſimpliciter, & pergit ad non eſſe ſecundum quid (vt in ſcholis loquimur) .i. ad mortem, per quam non perit penitùs homo, ſed diſſoluuntur partes eius ab inuicem. Quare licet tempus creſcendi illi ſemper minuatur, tamen incrementi & perfectionis in animo & corpore ſemper plùs accedit. Prorſus enim vt planta poſtquam exorta eſt, non minuitur quin perpetuò augetur, accedente illi ſemper altitudine, craſſitie, vigore, ramis, foliis, fructu: Ita homini creſcit & corpus magnitudine, robore; & animus prudentia, induſtria, artibus, ſcientiis, experientia, virtutibus, & meritis, donec perfectionis à Deo aſſignatæ menſuram attingat, & impleat dies ſuos ac conſummetur. quod certè non eſt mori nec minui, licet tempora ſuper illum mutentur & minuantur. Hæc enim eſt natura rerum quæ motu finito mouentur. Sed ſi homo in paradiſo non peccaſſet, vita eius non fuiſſet acceſſus ad mortem, & tamen quotidie creuiſſet & mutationes ſenſiſſet varias. At id quod vixit, inquies, iam non eſt, & perinde ſe habet atq; ſi morte præciſum eſſet, nec reuocari poteſt. ℟. Nequaquam ita eſt. Vita enim eſt actus corporis & mentis vtrumq; perficiens, vt proximè dixi, nam & corpus factum eſt maius, robuſtum, patiens laborum, arti alicui aſſuetum; & animus artibus, virtutibus, actibus honeſtis, ac meritis ornatus. quæ non perierunt ſed ſunt.
Sicut agricolæ, qui arauit 100 ſtadia, & curſori qui cucurrit 100 millia paſſuum, non perijt ſeu potius non præteriit niſi laboris moleſtia & tempus illi impenſum, fructus verò & vtilitas manet: Ita homini actionum bonarum & malarum effectus & præmia manent, nam quæ ſeminauit quis, hæc etiam metet. Nugæ porrò ſunt dicere, hominem heſternum mortuum eſſe in hodiernum, & hodiernum moriturum in craſtinum. vt quidam apud Plutarchum ſuprà dixit: non enim hæc mors ſed mutatio eſt. Deniq; quòd vitæ ſpatia iam tranſacta reuocari non poſſint, hoc non arguit vitam hominis eſſe mortem vel hominem quotidie mori, ſed conditio eſt rerum cum tempore fluentium.

Żywot komedya.

Vita Comœdia, cuius vltimus actus mors. *Ludouicus Viues. Garner.*
ἡ ζωὴ κωμῳδοτραγῳδία. Vita Comœdotragœdia. *Nam miſta habet lætis triſtia. Porphyrius id etiam de Matrimonio vſurpauit.*
Fabulam (.i. *Comœdiam*) vitam vocat. *Seneca.* Quomodo *inquit* fabula, ſic & vita; non quam diu, ſed quam benè ſit acta refert.
Vita Mimus eſt. *Pincianus ex Suetonio apud quem Auguſtus ſic eam vocauit.*
πάντα μῦθος, ὄναρ, σκία. *Chryſoſtom.* Omnia fabula, ſomnium, vmbra.

ἔοικεν ὁ βίος θεάτρῳ. διὸ πολλάκις χείρους τὰ κάλλιστα ἐν αὐτῷ κατέχουσι τόπους. *Aristonymus.* Similis est vita theatro. ideò quòd sæpe pessimi quique, honoratissimum in ea obtinent locum.

Memento te actorem esse fabulæ talis, qualis magistro placuerit. Si mendicum te agere voluerit, fac eam personam industriè repræsentes. Ita si claudum, si principem, si plebeium. Hoc enim tuum est, impositam personam benè effingere; eam autem eligere, alterius. *Epictetus Latinè redditus.*

In eos qui in comœdia res varias deauratas & deargentatas adhibent dixit quidam. Non oportere somnum facere sumptuosum, quem solum dij nobis gratis largiuntur. *Apud Plutarch. Somnum vocauit tam vitam quàm comœdiam.*

Żywot ludzki krótki.

Herba solstitialis. *Plaut.* Quasi solstitialis herba pauliſper fui,
Repentè exortus sum, repentinò occidi.

Ephemeron *aliqui hanc herbam vocant, quæ Theophrasto tesse, vltra diem non durat.* ἐφημέρου ζωή. *Aristotel.* Ephemeri vita. *animal volucre vno die viuens, hoc* ἡμερόβιον. i. *vno die viuens vocat Plutarch. & Plini.*

ἡμεροκαλὶς *Hesychio*, flos vno die vigens.

στιγμὴ χρόνου πᾶς ἐστὶν ὁ βίος, ζῆν δὲ ὡς παραζῆν πρεπτέον. *Plutarch.* Punctum temporis est omnis vita, viuere ergo, non quomodocunq; vitam transigere, conuenit. Punctum est quod viuimus. *Seneca.*

σπιθαμὴ τὸ βίου. *Diogenian.* Spithama (*i. palmus*) vitæ.

δάκτυλος ἡ ἀμέρα. *Alcæus.* Digitus est dies. *i. breuis.*

δάκτυλος ἦως vel ἀὼς *legit Henric. Stephan. ex Antohologio.*

βραχὺς βίου ἰσθμός. *Sophocles.* Breuis vitæ isthmus. *Nam isthmus angustus est, præsertim respectu maris vastissimi vtrinq; ei adiacentis.*

Vitæ summa breuis, spem nos vetat inchoare longam. *Horat.*
Viue, memor quàm sis breuis æui. *Idem.* Fugit hora. *Persius.*

Muscam visam quæ septem annis vixerit, ex Aristotele refert Athenæus. Longum hoc videtur muscæ, nos verò id ridemus respectu annorum hominis: sed magis ridendum longissimum licet hominis æuum, & breuius censendum, respectu æternitatis.

Sic Seneca ait: Omnia humana caduca sunt & breuia, infiniti temporis nullam partem occupantia. *Similiter Dauid Psalmo 99.* Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præterijt. *& Iob. 14.* Homo — breui viuens tempore. Muris interitus. κατὰ μυὸς ὄλεθρον. *Ælian.* Iuxta muris interitum. *quia mures minimè vitales sunt, sed citò defluentibus intestinis putrescunt, ita vt dimidia pars sit viua, dimidia lutum. Quadrat in homines breuis vitæ & imbecilla valetudine, aut sensim tabescentes.*

Żywot lucki pełen kłopotow / boléści.

ἆρ' ἐστὶ συγγενὴς ἡ λύπη καὶ βίος. *Menander.*

Congenita ſunt prorſus ſibi vita & dolor.
ὁ βιὸς ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ συμφορά. *Philemon.*
Vita haud profectò eſt vita, verùm calamitas.
βίον ἀλύπως θνητὸν οὐδ' ὁ ῥᾴδιον. *Menander.*
Dolore vacua vita nulli viuitur. *Sic Iob. 14. c.* Homo — repletur multis miſerijs.
βίος ἀκανθώδης. Vita ſpinoſa. i. *moleſtiis plena.*

Vitæ humanæ accinitur perpetuò cantilena. εἶα ἆι. Eia(*vox lætitiæ*) Heu(*luctus*) *Plutarch. ex Ariſtophane.* *Huc facit Eidyllium 15 Auſonij è Græco verſum, ſic incipiẽs.*

Quod vitæ ſectabor iter? ſi plena tumultu
Sunt fora; ſi curis domus anxia; ſi peregrinos
Cura domus ſequitur; mercantem ſi noua ſemper
Damna manent; ceſſare vetat ſi turpis egeſtas? &c. &c. *longius eſt.*

Homine nato fiendum, mortuo canendum vel gaudendum.
ἔδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους, τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά, τὸν δ' ἐκ πόνων πεπαυμένον, χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. *Euripid.* Nam nos decebat cœtus agentes natum hominem lugere, (reputantes) in quanta veniat mala, rurſus autem mortuum requieſcentem à laboribus, lætantes & gratulantes efferre domibus.

Aliter paulò hæc reddidit Cic. ſenarijs Latinis 1. Tuſculana.

Vide, Każdy ma ſwego molá. Każdy ma ſwoie wáde.

Żywot namilſzy zé wßécb rzécży.

ὁ γάρ τι ψυχῆς πέλει ἀνδράσι φίλτερον ἄλλο. *Q. Calaber.*
Non eſt vlli hominum vitâ quid carius ipsâ.
ὁ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' — ἴλιον. *Homer.*
Nil pluris æſtimo vitam, ne Ilium quidem.
Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec ſitiens ora rigabis aqua. *Ouidi.*
Sæpe bibi ſuccos quamuis inuitus amaros
Æger, & oranti menſa negata mihi eſt. *Idem.*

Malo viuens mendico ſeruire, quam mortuis omnibus imperare. *Apud Homerum dicit quidam,* Si poſt fata venit gloria, non propero. *Martial.*

Affine, Zdrowie nádéwßyſtko. Smierci vchodźi każdy.

Żywot ßczęśliwemu krótki / nędznemu długi.

Eſt vita miſero longa, felici breuis. *P. Syrus. & Seneca.*
τοῖσι μὲν εὖ πράσσουσι πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι,
τοῖς δὲ κακῶς μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος. *Lucianus.*

Feliciter agentibus omnis vita breuis eſt, Infelicibus autẽ vna nox immẽſum tẽpus. Homini fortunato breuis eſt vita, infortunato longa. *Apollonius apud Stobæum.*

Ideò

Ideò ait Boëti. Mors hominum felix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mœſtis ſæpe vocata venit.

Żywot w nędzy nié luby. Żywot ſromotny, śmierći rowny.
Smieré vtrapionemu pożądána.

κρεῖσσον τὸ μὴ ζῆν ἐστιν ἢ ζῆν ἀθλίως.
Vitâ eſt ſatius abire quam miſerè agere.
ὃ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, ὰ ζῇ κακῶς.
Qui nequit honeſtè, turpiter ne viuito.
ἢ ζῆν ἀλύπως, ἢ θανεῖν εὐδαιμόνως.
Aut viuere volo ſine dolore, aut benè mori.
καλὸν τὸ θνήσκειν, οἷς ὕβρει τὸ ζῆν φέρει.
Pulchrum eſt mori, cui vita dedecori eſt ſua.
αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τὸ μακρὸν ζῆν βίον,
κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται. *Sophocles.*
Expetere vitam eſt turpe prolixam viro,
Quisquis malis nil explicat ſeſe ex ſuis.

Mortis habet vicem Lentè cùm trahitur vita gementibus. *Seneca Oetæo.*

βίος βίᾳ δεόμενος, ἀβίωτος βίος.
Vitalis haud eſt vita victus indiga.

βέλτιον εἶναι εὐκλεᾶ θάνατον, τῆς ἀγενοῦς καὶ ἐπονειδίστου ζωῆς. *Phocas apud Cedrenum dixit.* Meliorem eſſe honeſtam mortem ignobili & probroſa vita.

Sic Virgil. Pulchrumque mori ſuccurrit in armis.

Nunc, ſeſe vt ferunt res fortunæque noſtræ,
Par eſt mori; neq; eſt melius morte in malis rebus. *Plaut.*

Sic Clitipho Terentij, vbi patrem ſuis votis aduerſantem videt, dicit: Emori cupio. Quale gaudium mihi, qui in tenebris ſedeo & lumen cæli non video? *Tobias cæcus. Iobus in morbo amiſſis omnibus bonis & liberis, dicit.* Tædet animā meam vitæ meæ *Elias l. 3 Regum. c. 19. Iezabelem fugiens ait.* Sufficit mihi Domine, tolle animā meā. Melior eſt mors quàm vita amara. *Eccleſiaſtici c. 30.* Melius eſt mori quàm indigere. *Ibidem c. 40. ſuprà* Vboſtwo śmierći śie rowna. O mors! quam amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis, viro quieto! &c. *Ibidem c. 41. Et contrà* O mors! bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, &c. *Ibidem.*

ὁ θάνατος μοχθηρῆς ἐούσης τ᾽ ζωῆς καταφυγὴ ἀρετωτάτη. *Herodotus.*
Mors ærumnoſæ vitæ refugium optatiſſimum.

ζῆν ἀσχρὸν οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη.
Eſt turpe fortuna inuidente viuere.
— τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι,
κακῶς κλύοντι καὶ κακῶς πεπραγότι; *Euripid.*

Quæ gloria mihi ampliùs, amici, viuere,
Malè audienti & nihil agenti prosperè?
Vbi non sis qui fueris (*splendidus, felix, honoratus*) non est cur velis viuere. *Cic.*
Nam vbi mores deteriores increbescunt in dies,
Vbique amici qui infideles sint, nequeas pernoscere,
Vbique eripiatur animo tuo, quod placeat maximè;
Ibi quidem si regnum detur, non est cupita (*al. cupida*) ciuitas. *Plaut.*

Quòd si vita hæc admodùm breuis, ob alicuius boni vtilis vel iucundi aut etiam apparentis tantùm (quo carere facile est, & multi id æquo animo ferunt) absentiam, vel molestiæ alicuius, puta mœroris, morbi, doloris, egestatis, (quæ tamen multis remedijs ac solatijs, vt amicorum colloquio, aspectu amœno, concentu suaui, molli lecto, odoribus gratis, medicinis, cibo, potu, somno interrumpuntur, & spe meliorum leuantur, ac tandem morte finiuntur) præsentiam, adeò quibusdam grauis & intolerabilis videtur, vt non pauci eam abijciant & mortem vltrò sibi accersant: quid sentiendum putas de vita inferorum æterna, in qua omnium bonorum & iucundorum priuatio est, & omnium malorum animi & corporis congeries, idq; sine vllo interstitio & quiete, sine leuamine & solatio, sine vlla spe solatij, requiei, mutationis, leuaminis, aut cessationis? Huius sanè miseræ vitæ te semper meminisse & eam vitare optarem, & hic seriò ac grauiter hortarer, nisi id alij ante me abundè & commodiori occasione ac loco iam præstitissent. Itaq; actum non agam, & finem tàm dictorum quàm dicendorum faciam, tibi nihilominùs finem illum æternùm duraturum, aut felicem, aut infelicem inculcans & millies repetens:

MEMENTO ÆTERNITATIS
ET INFINITI.
FINIS.

Errata.

Errata ſic corriges.

Pagina 5. *Verſu* Nunc ego. *lege*, inter ſacrum.

P. 13. V. Non hercle. L. fundiq; & ædes.

P. 16. *verſu vltimo.* l. ἀνὴρ τεχνίτης.

P. 30. v. Seriò. l. aſt opus qui.

P. 38. v. τὰς. l. μῆας ἡδεῖαις.

P. 39. v. ἀσχῷ. l. ἢ σκιᾷ.

P. 45. v. πίθηκος. l. πώγων.

P. 46. v. Si te illam. l. Si tu illam.

P. 57. v. *bus amiſſis. adde*: Seneca.

Ibidem. v. Quæ dedi. *dele* Seneca.

Ibid. v. modo illa. l. Dono dando. *Sene.*

Ib. v. Neq; illud quid. l. Neq; illud quod.

P. 64. v. ἀκ. l. ἦλθε νοστῆσαι.

P. 67. v. *Adde apologum.* l. & fugiente.

P. 79. v. *alluſio.* l. πάντα ὑπομένει.

P. 95. v. *primo.* l. ἀποδείξῃ. *Syneſius.* *Et ibidem.* v. 2. l. oſtendet. i. *ingentia pollicitus fallet.* V. Wytenac Fogo.

P. 96. v. νόμιζε. l. πάντα λυσιτελήσαντα. *Ibid. ver.* καὶ γὰρ l. καὶ γὰρ δὴ.

P. 97. v. non ſine. l. ἀ λυσιτελοῦν.

P. 100. v. ἀδὲς. l. δυσώνης & ὀψωνεῖ κρέας.

P. 101. v. Nulla. l. Nulla bona eſt hera.

P. 105. v. Co wczas. l. *dicendum erat*, to znos.

P. 110. v. 1. l. quem nutrit manus.

P. 111. v. Alijs. l. Alijs medetur.

P. 120. v. ἄνοστε. l. χρόνος, ὕδωρ.

P. 125. v. 1. l. Quantùm oculis, animo.

P. 128. v. 4. l. (*ait Plutus*)

P. 129. v. bano. l. *inferebantur menſis.*

P. 137. v. *dixit. adde*, Hoc age. *Suetonius.*

P. 140. v. *Et alioqui.* l. *ardere*, vrì.

P. 147. v. ὁ ἀνὴρ l. πλὴν θώμιγξα.

P. 150. v. nit illas. l. Da mi vir.

P. 155. v. Vos. l. De die facitis. &c. *Catullus.*

P. 178. *altera.* v. ὠκεῖαι. l. ὀξυδόρκης.

P. 179. v. 2. l. Poſcis munera Sexte.

P. 186. v. quæ contra. l. contra auſpicia fieri. (dijs.

P. 205. v. *Apud Athenæum.* l. varijs cupe-

P. 209. v. χρῶ. l. detonſus. ἐγκυτὶ.

P. 212. v. ἀδλεῖν. l. παλινδρομήσης.

P. 247. v. do adbibero. l. ridiculiſſimus.

P. 264. *priori.* v. Quo. l. ὧν ἅπας.

P. 276. v. Iniuriam l. fecit volens.

P. 282. v. Sæpe. l. ἐς φυλακὴν εἶτε.

P. 303. v. Quocunq; l. hac eundum eſt.

P. 304. v. τὸ φῶς. l. τὸ φῶς ἡλίῳ.

P. 308. v. *vltimo.* l. *nam* διέζετο. *Heſychi.*

P. 324. v. Omnibus. l. humiles ſumus.

P. 337. v. Qualem. l. cuſtodientes ſolicitè *improbat.* (nius.

P. 342. v. Galli &c. exercent. *adde*, *Plì-*

P. 369. v. πάνθ'. l. βιαζόμενος πράξεις.

P. 371. v. Æquabant. l. pariter pariterq;. *Ibidem.* v. Piaculum. l. male gerentum.

P. 383. v. ἀκὼν. l. ἀκὼν ἀκόντιον.

P. 402. v. 2. l. πῶμα γύαλον.

P. 425. v. Opiniem. l. Opinionē iuſtitiæ.

P. 436. v. Feſtina. l. Namque tutus eſt multò melior. & *mox.* l. τὰ ἀσφαλέστερα.

P. 441. v. πύθε. l. πέιθε ὑπὸ χελιδόνος. *Ibidem* v. βέλτιον. l. ἀϊδίως ἄλγειν.

P. 456. v. Glabrior. l. [illegible] m vulſus Ludius.

P. 459. v. λίψῃ. l. ἐξόλλυτο, ὕδωρ.

P. 460. v. 2. l. Θεὸς λίθοι.

P. 472. v. πρόθες. l. προθέτες μικρὰ.

P. 474. v. ἐπειάμην. l. ἐπρεάμεν.

P. 507. v. Vidit, l. recens barbata.

P. 532. v. ζωικὸς. l. ἴση ἐστὶ τῇ βίᾳ.

P. 537. v. λδικῶ. l. λδικεῖν πάθμεν.

P. 541. v. *Item calceos.* l. *induunt & exuunt.*

P. 557. v. ἀν μὴ κλείθρα. l. ἃ μὴ.

Ibidem. v. *tendit. adde. Muretus pro* κενεὰν *legit* κονίαν *pulverem.* q. d. *Non vereor ne in me pulverem è veste & calceis contemptim excutias vel attergas, velut in vile mancipium.*

Ibidem. v. me non percutias. *Lege sic: Henric. Stephan. votem* παστάμενθ', *significare ait, non,* Vbi paueris, *sed,* Vbi gustaueris vel comederis, *sed quia nullum sensum Poëtæ conuenientem hæc interpretatio habere potest, vt satis patet; ideò ipse* παστάμενθ' *vel potiùs* πατάμενθ' (*a longo, à πάω. i. gusto vel possideo*) *interpretatur cum Mureto, non* γδυτάμοιθ'. *i. vbi gustaueris seu ederis, sed* κτητάμενθ' i. vbi possederis (*seu seruum*) impera. *Bonum est tamen & illud dictum Erasmi Latinum, licet forte non ad mentem Theocriti, sed ex vulgari vsu nostro. quem sequitur etiam Andr. Schott. explicans:* Vbi nos alueris impera. *Illud verò* κενεὰν ἀποτομάξης *Prouerbium, natum ait à folio arboris, quo percusso, experiebantur amantes, an amarentur.*

P. 594. v. id. Sed tu. l. fonte sororum.

P. 600. v. *attulerunt.* l. *Briareus centum manibus.*

P. 602. v. quid à se. l. (*Demadem*)

P. 631. v. ἄμει. l. Φοβερὴ ὄψις.

P. 632. v. ἀγροίκα. l. ῥήτορθ' μὴ.

P. 636. v. ἡ γῆ. l. ἀδυνάτα θυρᾶς.

* A Pagina 641. *numeri Paginarum sunt vitiosi vsq; ad* P. 681. *quare dum aliquid quæres, hinc numerare incipe ordinem numerorum vsitatum sequendo, quem hic correctum habes.*

P. 642. v. *secundo.* l. vt tu censeas.

P. 643. v. πολλάκι. l. Φόνον ἐξέλεσεν.

Ibidem v. Sæpe, l. percutiens, nolens.

P. 648. v. *vltimo.* l. ἐν πίθῳ.

P. 655. v. 7. l. dum ad te perueniat.

P. 656. v. Precibus. l. linquar inultis.

P. 665. v. *vt eius.* l. *Matthæus Raderus.*

P. 667. v. ἀσφαπὶ. l. ἄσπαπὴ.

P. 674. v. Nomen familiæ. l. Cognomen gentis.

* P. 682. v. ἐνδύετε. l. *vel ad asinum.*

P. 694. v. *Dictum Quintil.* l. *Rhodigin. de homine, qui,* In cubiculo est nola. V. *Brodæi Miscellan. l. 3. c. 24.*

P. 700. v. 8. l. ἀθρεῖν. *Aristophanes.*

P. 714. v. 3. *initio.* πᾶντα. l. ταῦτα.

P. 716. v. *captam. dele, quòd.*

P. 719. v. τυχεῖν. l. ἐν ἀδύνατον.

P. 747. v. *cupressus.* l. *sed sterilis &.*

P. 757. v. 7. l. *denotandum, vt infrà Horatius vsurpauit de Menio.* Pernicies &c.

Ib. v. ἐς τελώνιον. *adde in fine, Aristophan.*

P. 772. v. Acheronta. l. ἡ φωκικὴ ἀποτομή.

P. 787. v. ἀκ ἔστιν. l. λίαν ἐπτηγομένως.

P. 796. v. *secundus.* l. *sic Homerus de illo.*

P. 818. *priori, vitiosè posito numero pro* 816. v. 7. l. Potentes sunt opes in reptando.

P. 818. *posteriori.* v. *asini. adde, nomen erat.*

P. 854. v. *Aristophanes.* l. *ad temperamentum vini.*

P. 900. v. ἱερὰν. l. ἡ Συμβολία.

P. 908. v. *ad Pisas.* l. μὲς ἐν Πίσῃ.

P. 915. v. 4. l. πωγωνοτροφοῦντες.

P. 931. v. ἀι τῶν. l. ἀιτῶν τ'.

P. 944. v. ἐπὶ τύχαις. l. ἐπὶ θύραις.

P. 993. v. Festo. l. profesto egendum est.

P. 1046. v. *Ito auocaret.* l. ἀεὶ μαιγξεπ. .i. Qui.

P. 1056. v. conuicietur, cedat. l. cædat.

P. 1081. v. κοδάλα. l. Codali chænix.

P. 1088.

sic corriges.

P. 1088. v. 1. l. acta profers.
Ibidem, v. μέν ὦ. l. μέν᾽ ὦ.
P. 1122. v. 5. l. Nos hac à scabie.
P. 1127. v. 3. l. τ᾽ ζεβαζόμενον.
P. 1156. v. est.) l. *refert, quòd Legatum.*
P. 1162. v. γελῶ: l. γέλως. v. παίζοντας. l. παίζοντας.
P. 1176. v. 1. l. καστιωλικὸν.
Ibidē. v. 7. δόκῳ: l. δόκος. *Opinio. sed alius erit sensus prouerbij. f. Inserta sunt omnia.*
P. 1194. v. πολλοὶ. l. διδασκάλων.
P. 1205. v. παρεῖηρεῖ. l. παρεῖναι.
P. 1207. v. ὄλβι῾ῳ: l. ὄλβι῾ῳ:
P. 1212. ... quacunque. l. ὅποκει μοί.
P. 1222. v. ἐ καληγερηίεον. l. πλεονεκτήσειν.
P. 1231. v. Admittunt solos. l. soles.
Ibid. (vbi arbores. l. *hyeme seruantur.)*
P. 1253. v. 4. l. οἱ βασκαινόμενοι.
P. 1257. v. οἱ πολιορ. l. εἰς τ᾽ ἄρχον.
P. 1260. v. ἐξ ὧν. l. κενοῖσιν.
P. 1284. v. κἀν μὲ. l. κάκιστος ὢν.
P. 1287. v. τὰ ὀπλα. l. γλώσσας. *& suprà mox.* l. γλώσσαπις.
P. 1301. v. *à fine* 3. l. ἀγγελόγελως.
P. 1303. v. πειπνιστὴς. *corrige* δειπνιστὴς.
P. 1321. v. ἄρεστε. l. ὡρολογίει.

Et hæc quidem sunt huius libri errata correcta, qualia ego aliis quoq; operibus meis antè editu, primo nempe & secundo Thesauri Polonolatinograeci tomo, impressa addi curaui. quæ quia ab aliquibus exemplaribus abesse audio, monendos esse duxi talium lectores, ne illu vel sibi potiùs fidant, sed quæ correcta sunt habere curent, & subinde inspiciant, nisi errare facilè sponte & turpiter, præsertim in secundi tomi quantitatibus velint.


Orthographiam meam in Polonicis votibus retinere quidem cupiebam, subinde tamen à vulgo scribentium abreptus sum. Scio quid Cochanouius, Ianusouius, Gornicius, & alij de hac re scripserint: Ego tamen sequor illos, qui ita scribendum censent, vt pronuntiamus. v. g. lucki/ sasiécki/ świécki; Boski/ rzeski/ cießki; rzatko/ pretki/ któtká/ *sera (nam* któdká/ *doliolum, adsonat* d, *vt &* wadká *à* wedá/ *sed* watku *à* watek*)* Filozof/ księgá; przeiaßczká/ *(non* przeiażdżká*)* nienawiść/ *(non* nienawiżdż *licet à* nienawidze*)* śieść/ doyść *similiter, sic de aliis, in quibus, frustra (quod aliqui faciunt) ad origines & derivationes, obliquos, & cognatas voces confugias: quis enim è vulgo Polonorum, cui hæc lingua scribimus, ista nouit? ego analogiam potiùs spectandam putarem, sed neq; hæc cuiuis obuia est, nec cognitu adeò facilis. certior prima puto regula: De e subtiliori, vt in his,* czégoś, wiéle/ pewnié/ *&c. puncto notando, dixi in Præfatione primi tomi, quod hic etiam quantùm per typos & operas licuit, seruari curaui. Vale & si plura corrigenda obseruabis, corrige & nobis non Lynceis ignosce.*


Laus DEO, B. MARIÆ VIRGINI, & Omnibus Sanctis.

CRACOVIAE,
Jn Officina Typographica Franciſci Cæſarij,
ANNO DOMINI, 1632.

Des. 1971






BIBLIOTEKA
POLSKIEJ AKADEMII NAUK
w Warszawie
T. 741


THESAVRI
POLONOLATINOGRAECI